MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

SCRIPTORVM

TOMI XXX. PARS II.

LIPSIAE
IMPENSIS KAROLI W. HIERSEMANN
MDCCCCXXXIV

4 OKT. 1949



Cum tomi XXX, qui ultimus formae maioris est, pars prior (p. 1—725 complectens) ante annos 38 curante Oswaldo Holder-Egger b. m. a. 1896. in lucem edita 'monumenta varia aevi Suevici et sequentis temporis usque ad Heinrici VII. obitum' litterarum studiosis proposuisset, inter quae Iacobi de Guisia Annales historiae illustrium principum Hanoniae et Cronica S. Petri Erfordensis moderna (quam ipse editor O. Holder-Egger paulo post in singulari Scriptorum rerum Germanicarum fasciculo inter 'Monumenta Erphesfurtensia' a. 1899. denuo edidit) et Cronica Reinhardsbrunnensis locum praecipuum obtinent, iam tunc decretum est, ut in altera huius tomi parte 'supplementa aevi regum Saxonicorum et Salicorum' usque ad mortem Lotharii III. (a. 1137) colligerentur, quorum quaedam non parvae molis a sociis olim societatis nostrae doctissimis Ernesto Sackur b. m. et Iulio R. Dieterich iam recensebantur. Quibus posthac etiam nonnulla monumenta aevi Karolorum accesserunt, ita ut tomi XXX. pars altera iam supplementa tomorum I—XV. praebeat. Sed variis cladibus et publicis et privatis intercedentibus, praesertim cum et ii, qui rationem operis definiverant et qui primi ei manus admoverant, et ii, qui eis successerunt, omnes fere importuna morte absumpti aut ad alia officia transire coacti essent, coeptum opus non ante 8 fere lustra exacta tandem ad finem perducere licuit, quod, etsi forte tot tantisque turbis involutum non semper ita omnibus modis absolutum et perfectum existat, ut contendimus et laboravimus, tamen iis, quibus haec studia cordi sunt, gratum acceptumque fore speramus. Nam aliis et gravibus negotiis praepeditus Holder-Egger, magister

noster praestantissimus, auctorum, qui ad historiam Germaniae et Italiae medii aevi spectant, post Pertzium et Waitzium editor longe meritissimus et sagacissimus, ipse, dum adviveret, paucis libellulis minoris momenti exceptis, huic operi insistere non potuit. Quod H. Bresslau b. m., qui post eum a. 1912. editionem Scriptorum in collectione nostra moderandam suscepit, continuo aggressus Adolfum Hofmeister et inde a d. 1. m. Oct. a. 1913. etiam Gerhardum Schwartz, quem vix unum annum nostrum esse fata concesserunt, adiutores sibi adiunxit. Sed bello funestissimo, quo totus fere orbis terrarum conflagravit, mense Augusto a. 1914. exorto, in quo Gerhardus Schwartz statim d. 2. m. Nov. a. 1914. gloriose pro patria dimicans occubuit, perque 4 annos et amplius saeviente, cum omnium animi et vires in tuendis patriae finibus occupati essent, hoc opus nostrum iam aliquantum promotum amplius proficere non potuit, priusquam H. Bresslau v. cl., a victore Straßburgo non humaniter expulsus, Heidelbergae a. 1919. certum refugium invenit. Ubi senex venerandus primo a Friderico Baethgen, tum inde a d. 1. m. Oct. a. 1923. a Percy Ernesto Schramm adiutus opus interruptum strenue repetiit, ego Berolini, tum Gryphiae partes mihi assignatas absolvi, itaque ipso adhuc superstite primus partis secundae fasciculus (p. 727—957 complectens) mense Septembri a. 1926. foras dari potuit, qui annales, catalogos, notitias, vitas aliasque historias minores ad Germaniam et Galliam et tempora regum Karolorum, Saxonicorum, Salicorum, Lotharii III. pertinentes continet. Inter quos libellos praecipui sunt Annales Iuvavenses, quos Bresslau maximos appellavit et una cum ceteris annalibus ex Annalibus Iuvavensibus antiquis excerptis post editionem principem nuper a v. d. E. Klebel paratam denuo edidit, Vita Lebuini antiqua, quae rerum veterum Saxonum testimonium gravissimum praebet, Nortberti Vita Bennonis II. episcopi Osnabrugensis, olim a Bresslau inter Scriptores rerum Germanicarum primum autentice edita, Fundatio ecclesiae Hildensemensis, Sigebotonis Vita Paulinae, fundatricis monasterii Paulinaecellensis (edente I. R. Dieterich). Libelluli sub numeris VI. et VII. appendicis Cronicae S. Petri Erfordensis modernae in parte priore editi, quos Holder-Egger in parte altera iterum se propositurum esse pollicitus est, omissi sunt, quippe quos ipse in fasciculo speciali Scriptorum rerum Germanicarum in usum scholarum separatim editorum, quem 'Monumenta Erphesfurtensia' inscripsit, iam a. 1899. ex codice antiquo dudum reperto suppletos emendatosque iteravisset.

Cum H. Bresslau v. cl. paulo post fasciculum primum editum morte nobis et litteris ereptus esset, cura operis iterum quasi de domini sui funere rapti, ipso iam antea id agente, mihi commissa est, qui eum in praeparanda hac

editione iam per 14 fere annos adiuveram. Et quia non omnes libelli, quos in secundo fasciculo typis mandandos Bresslau reliquerat, ad unguem iam absoluti erant, plus minusve eos retractari et expoliri oportuit. Quod et ab editoribus, qui superstites erant, et a vv. dd. Gerhardo Laehr b. m. et Theodoro Zwölfer, tunc sociis nostris, qui invicem se excipientes etiam plagulas fasciculi secundi mecum correxerunt, adiutus postquam feci vel faciendum curavi, fasciculus secundus (p. 959—1327 complectens), qui supplementa Italica (chronicam, notitias, vitas aliasque historias minores) continet, a. 1929. mense Maio in lucem prodiit. Ex quibus supplementis inter cetera hic indico cum Miracula s. Columbani (edente H. Bresslau b. m.), Sermonem de virtute et Sermonem de transitu s. Constantii, Andreae abbatis Strumensis Vitam s. Arialdi et Vitam s. Iohannis Gualberti accedente alia eiusdem vita anonyma (edente F. Baethgen), Desiderii Dialogos de miraculis s. Benedicti, tum, quae longe maximum spatium occupat, Rangerii Vitam metricam s. Anselmi Lucensis episcopi, cuius editionem ab Ernesto Sackur b. m. ante 40 ferme annos praeparatam Gerhardus Schwartz b. m. et Bernhardus Schmeidler noster absolverunt.

Fasciculus tertius et ultimus (p. 1329—1668 complectens), quem nunc proponimus, praeter nonnulla fasciculorum primi et secundi additamenta minora, tempora inde a saeculo VIII. usque ad initium saeculi XII. spectantia et partim ad Germaniam et Burgundiam pertinentia (annalium et chronicarum fragmenta, notitias, vitas aliasque historias minores, velut Translationem trium virginum Coloniensium Walciodorensem, quam edidit Wilhelmus Levison), partim res gestas Italiae illustrantia (annales, catalogos, notitias, alias historias minores) et Addenda quaedam et emendanda indices totius tomi XXX. diu desideratos continet. Inter additamenta Italica eminent Annales Casinenses, quorum recensio A a Georgio Waitz b. m. ante plus quam 50 annos reperta hic primum a Guilelmo Smidt una cum duobus aliis recensionibus iam pridem cognitis edita est, et Monumenta quaedam Aretina saeculo XI. conscripta et, qui prae aliis nominandus hic primum in Germania prodit, libellus pretiosissimus et paene unicus, ad cognoscendum regni Italici et iura et administrationem fisci vel maximi momenti, qui 'Instituta regalia et ministeria camerae regum Longobardorum' inscribitur, alias in Italia sub titulo 'Honorantiae civitatis Papiae' editus. Qui libellus edente Adolfo Hofmeister etiam separatim recusus venum it. In indicibus componendis et illustrandis vv. dd. Heinricus Kauffmann, qui etiam in toto fasciculo tertio praeparando et absolvendo semper mihi aderat et plagulas indefesse mecum correxit, et Erwinus Aßmann,

qui aeque in plagulis corrigendis desudavit, multum laboris et diligentiae impenderunt. Quorum alter, H. Kauffmann, Indicem nominum, alter, E. Aßmann, Indicem rerum et verborum composuit, postquam singulas voces et singulos locos antea Ernestus Kittel (p. 3—439) et Iohannes Frederichs (p. 440—465 et p. 727—1327), tunc socii nostri Berolinenses, et Heinricus Kauffmann (p. 466—725 et p. 1329—1491; res et verba p. 1329—1491 etiam Erwinus Aßmann) enotaverunt. In locis Belgiae et Franciae explicandis summo studio summaque liberalitate nos adiuvit v. cl. Franciscus L. Ganshof Bruxellensis. Alii quoque multi, quos, quantum fieri potuit, singulos suis locis indicavimus, non semel consilio et opera nobis adfuerunt. Quibus omnibus gratias agimus quam maximas.

Dabam Gryphiae, mense Augusto a. 1934.

ADOLFUS HOFMEISTER.

SCRIPTORUM TOMI TRICESIMI PARTE SECUNDA CONTINENTUR:

SUPPLÆMENTA TOMORUM I—XV.

Pag.

Praefatio auctore A. Hofmeister . . . . . V—VIII

FASCICULUS PRIMUS.

A. GERMANIA ET GALLIA.

I. ANNALES, CATALOGI, NOTITIAE.

1. Annales ex Annalibus Iuvavensibus antiquis excerpti. Ed. H. Bresslau . . . . . 727—744
2. Annalium Ratisponensium supplementum. Ed. F. Baethgen . . . . . 745—747
3. Annales Magdeburgenses brevissimi. Ed. O. Holder-Egger . . . . . 748—749
   Notae necrologicae Magdeburgenses. Ed. O. Holder-Egger . . . . . 749—750
4. Series regum et imperatorum S. Matthiae Trevirensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 751—752
5. Series regum Alsatiensis. Ed. F. Baethgen 753
6. Notitia S. Petri Wormatiensis. Ed. A. Hofmeister 754
7. Notitia de conventu Huttonis archiepiscopi Moguntini et Herivei archiepiscopi Remensis. Ed. F. Baethgen . . . . . 755—756
8. Notae Aschaffenburgenses. Ed. H. Bresslau . . . . . 757—760
9. Notitia ordinationis Frisingensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 761—762
10. Notae ecclesiae maioris Hildesheimensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 763—765
11. Notae Prumienses. Ed. F. Baethgen . . . . . 766—767
12. Dedicationes ecclesiarum Germaniae et Galliae . . . . . 768—788
    Dedicatio ecclesiae S. Andreae Coloniensis. Ed. F. Baethgen 768
    Dedicatio capellae S. Stephani apud portam altam Coloniae. Ed. F. Baethgen . . . 768—769
    Nota dedicationis Frisingensis. Ed. O. Holder-Egger 769
    Notae dedicationum S. Blasii Brunswicensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 769—770
    Notitiae dedicationum ecclesiae Epternacensis. Ed. N. de Werveke . . . . . 770—774
    Dedicatio Isenensis. Ed. F. Baethgen 774
    Dedicatio ecclesiae S. Adalberti Augiensis. Ed. F. Baethgen . . . . . 774—775
    Dedicationes Brunwilarenses. Ed. A. Hofmeister . . . . . 775—777
    Dedicatio capellae S. Stephani Wormatiensis. Ed. F. Baethgen 777
    Dedicatio oratorii Limburgensis. Ed. F. Baethgen 777
    Dedicatio ecclesiae Ardachensis. Ed. H. Bresslau 778
    Notae dedicationum Mindensium. Ed. O. Holder-Egger 778
    Dedicatio ecclesiae in Slettenbach. Ed. F. Baethgen 779
    Dedicatio oratorii cuiusdam in dioecesi Moguntina siti (ad S. Albani monasterium pertinentis?). Ed. A. Hofmeister . . . . . 779—780
    Dedicatio altarium S. Mariae Aquensis. Ed. F. Baethgen 780
    Dedicatio capellae S. Michaelis Trevirensis. Ed. F. Baethgen 780
    Dedicatio oratorii S. Crucis ad S. Pantaleonem Coloniensem. Ed. F. Baethgen . . . 780—781
    Notae Sancti Sepulcri Cameracensis. Ed. A. Hofmeister 781
    Dedicatio altaris Marbacensis. Ed. F. Baethgen 782
    Dedicatio capellae S. Mariae et S. Andreae Maguntinensis. Ed. F. Baethgen . . . 782
    Dedicatio cryptae ecclesiae in monte S. Apollinaris. Ed. F. Baethgen . . . . . 782—783
    Notae dedicationum Trevirenses. Ed. H. V. Sauerland 783
    Dedicatio capellae S. Sulpicii Trevirensis. Ed. F. Baethgen . . . . . 783—784
    Dedicatio capellae Sangallensis. Ed. A. Hofmeister 784

Pag.

Dedicatio altarium in ecclesia S. Amandi. Ed. A. Hofmeister 784
Notitia S. Amandi. Ed. A. Hofmeister . . . . . 785—786
Consecratio Claustroneoburgensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 786—787
Dedicatio capellae S. Godehardi Moguntinensis. Ed. F. Baethgen . . . . 787—788
Dedicatio ecclesiae Nuenheimensis. Ed. F. Baethgen 788

II. VITAE ALIAEQUE HISTORIAE MINORES.

13. Vita Lebuini antiqua. Ed. A. Hofmeister . . . . . 789—795
14. Vita Philippi presbyteri Cellensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 796—805
Vita s. Philippi confessoris . . . . . 798—801
De translatione sui corporis . . . . . 801—803
De inventione corporis s. Philippi . . . . . 803—805
Vita Adalberti abbatis Horbacensis. Ed. A. Hofmeister 805
15. Idonis presbyteri Historia translationis sancti Liborii. Ed. F. Baethgen . . . . 806—813
16. Translationis sanctorum Wandregisili et Ansberti quae supersunt Ed. O. Holder-Egger 814—820
17. Fundatio ecclesiae S. Nicolai Leodiensis. Ed. F. Baethgen . . . . . 821—822
18. Translationis et Inventionis sancti Dionysii Ratisponensis historia antiquior. Ed. A. Hofmeister . . . . . 823—837
19. Vita Lietberti episcopi Cameracensis auctore Rodulfo monacho S. Sepulcri Cameracensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 838—866
Epitaphium domni Lietberti episcopi. Ed. A. Hofmeister 866
Notitia de morte et translatione Lietberti episcopi Cameracensis. Ed. A. Hofmeister 866—867
De sanctis ecclesiae Cameracensis relatio auctore monacho Valcellensi. Ed. A. Hofmeister . . . . . 867—868
20. Vita Bennonis II. episcopi Osnabrugensis auctore Nortberto abbate Iburgensi. Ed. H. Bresslau . . . . . 869—892
21. Hecelini monachi Translatio et Miracula sancti Clementis. Ed. I. R. Dieterich . . 893—908
22. Sigebotonis Vita Paulinae. Ed. I. R. Dieterich . . . . . 909—938
23. Fundatio ecclesiae Hildensemensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 939—946
24. Vita Lamberti praepositi monasterii Novi Operis prope Hallam Saxonicam. Ed. H. Bresslau . . . . . 947—953
25. Translatio sancti Alexandri in monasterium Hallense Novi Operis. Ed. H. Bresslau . 954—956
Ex tractatu, qui intitulatur 'Denotatio reliquiarum, quas primus Otto imperator augustus de Italia Magdeborch transmisit et convexit'. Ed. H. Bresslau . . . 956—957

FASCICULUS SECUNDUS.

B. ITALIA.

I. CHRONICAE. NOTITIAE.

26. Chronica monasterii Sancti Michaelis Clusini. Ed. G. Schwartz et E. Abegg . . . 959—970
27. Notitia dedicationis ecclesiae Sancti Salvatoris in Monte Amiata. Ed. P. E. Schramm 971—972
28. Notae de Mathilda comitissa. Ed. P. E. Schramm . . . . . 973—975

II. VITAE ALIAEQUE HISTORIAE MINORES.

29. Translatio Iuvenalis et Cassii episcoporum Narniensium Lucam. Ed. A. Hofmeister . 976—983
30. Translatio et Miracula sanctorum Senesii et Theopontii. Ed. P. E. Schramm . . . 984—992
31. Miracula sancti Columbani. Ed. H. Bresslau . . . . . 993—1015
32. Sermo de virtute et Sermo de transitu sancti Constantii. Ed. A. Hofmeister . . . 1016—1022
33. Vita et Miracula sancti Bononii abbatis Locodiensis. Ed. G. Schwartz et A. Hofmeister 1023—1033
34. De Gallica Petri Damiani profectione et eius ultramontano itinere. Ed. G. Schwartz et A. Hofmeister . . . . . 1034—1046
35. Vita sancti Arialdi auctore Andrea abbate Strumensi. Ed. F. Baethgen . . . . . 1047—1075
36. Vitae sancti Iohannis Gualberti. Ed. F. Baethgen . . . . . 1076—1110
Vita Iohannis Gualberti auctore Andrea abbate Strumensi . . . . . 1080—1104
Vita Iohannis Gualberti auctore discipulo eius anonymo . . . . . 1104—1110

Pag.

37. Dialogi de miraculis sancti Benedicti auctore Desiderio abbate Casinensi. Ed. G. Schwartz et A. Hofmeister . . . . . 1111—1151
38. Vita metrica s. Anselmi Lucensis episcopi auctore Rangerio Lucensi. Ed. E. Sackur, G. Schwartz, B. Schmeidler . . . . . 1152—1307
39. Relatio aedificationis ecclesiae cathedralis Mutinensis et translationis sancti Geminiani. Ed. H. Bresslau . . . . . 1308—1313
40. Vitae prima et secunda s. Bernardi episcopi Parmensis. Ed. P. E. Schramm . . . 1314—1327

FASCICULUS TERTIUS.

SUPPLEMENTA FASCICULORUM PRIMI ET SECUNDI.

A. GERMANIA ET BURGUNDIA.

I. ANNALES, CHRONICAE. NOTITIAE.

41. Annalium Patherbrunnensium fragmenta. Ed. H. Kauffmann . . . . . 1329—1332
42. Chronicae S. Marii Lausannensis fragmentum. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1333—1334
43. Anonymi Ratisponensis Chronicae fragmenta. Ed. G. Leidinger . . . . . 1487—1491
44. Notae historicae Augienses. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1335—1336
45. Notae Brotseldenses. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1483—1487
46. Dedicatio ecclesiae in Udmodsard. Ed. A. Hofmeister 1337
47. Dedicatio altaris S. Crucis in ecclesia Prumiensi. Ed. A. Hofmeister 1338
48. Dedicatio capellae in castro Wirtenberc, ut videtur. Ed. A. Hofmeister 1339

II. VITAE ALIAEQUE HISTORIAE MINORES.

49. Translatio Sergii et Bacchi martyrum Weissenburgensis. Ed. W. Levison . . . . . 1340—1342
50. Miracula sancti Apollinaris episcopi Valentinensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1343—1346
51. Translatio sanctorum Geminorum Ellwangensis et Ratisbonensis. Ed. W. Levison . . 1347—1349
52. Vita et Passio sancti Brunonis episcopi et martyris Querfordensis. Ed. H. Kauffmann 1350—1367
53. Miracula sancti Willibrordi Epternacensia. Ed. W. Levison . . . . . 1368—1371
54. Translatio trium virginum Coloniensium Walciodorensis. Ed. W. Levison . . . . 1372—1383
Historiae Walciodorensis monasterii prologus. Ed. W. Levison . . . . . 1383—1384

B. ITALIA.

I. ANNALES, CATALOGI, NOTITIAE.

55. Annales Casinenses ex Annalibus Montis Casini antiquis et continuatis excerpti inde ab a. 1000 (999) usque ad a. 1098. Ed. Guil. Smidt . . . . . 1385—1429
56. Catalogus regum Langobardorum et imperatorum Aretinus auctore Gerardo primicerio. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1430—1437
57. Series episcoporum Aretinorum. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1438—1441
58. Notae de Beatrice ducissa Tusciae et Gisla. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1442—1443

II. ALIAE HISTORIAE MINORES.

59. Instituta regalia et ministeria camerae regum Longobardorum et Honorantiae civitatis Papiae. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1444—1460
60. Libellus querulus de miseriis ecclesiae Pennensis. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1461—1467
61. Historia custodum Aretinorum. Ed. A. Hofmeister . . . . . 1468—1482

Addenda et Emendanda . . . . . 1492—1497
Corrigenda 1497. 1668
Index nominum totius tomi. Scripsit H. Kauffmann . . . . . 1498—1618
Addenda ad Indicem nominum . . . . . 1618—1620
Index rerum et verborum totius tomi. Composuit E. Assmann . . . . . 1621—1667

ANNALES
EX ANNALIBVS IVVAVENSIBVS ANTIQVIS EXCERPTI.

EDIDIT **H. BRESSLAU.**

Annal[1], qui paginis insequentibus denuo eduntur, omnes ex uno fonte derivatos esse et a viris doctis, qui eis operam edendo sive commentando navaverunt, iam observatum est neque quemquam, qui eos diligenter inter se comparaverit, effugere potest. Nec minus certum est ex eodem fonte multa passim hausisse auctores nonnullorum aliorum scriptorum: Annalium scilicet Altahensium maiorum[2]; chronicarum Karoli, quas magister quidam Rudolfus Salisburgensis a. 1165. *in commentariolo, quem de aetate s. Rudberti scripsit, non uno loco citat[3]; libelli de conversione Bagoariorum et Carantanorum[4]; compilationis denique historicae circa annum* 1180. *sive Salisburgi sive in monasterio Admuntensi compositae[5], ex qua Annales Admuntenses, Garstenses, s. Rudberti Salisburgenses[6] et praeter eos scripta quaedam Cremifanensia et Altahensia saeculorum XIII. et XIV. multa, quae ibi Annalibus Mellicensibus addita sunt, excerpserunt.*

Fontem communem, quem Salisburgi ortum esse certo certius est, Annales Iuvavenses antiquos vocamus, qui quod nobis servati non sunt, non possumus quin valde doleamus. Prior eorum pars post annum 829. *ex duobus aliis scriptis aeque deperditis composita est, ex Annalibus scilicet, quos Iuvavenses antiquissimos vocamus, et ex compilatione quadam annalium potissimum Francicorum, quam, cum et ipsa ad res in Bavaria gestas praecipue attendat, ibi scriptam esse cum aliis viris doctis, qui de his rebus egerunt, conicimus.*

Quae compilatio inde ab anno 725. *usque ad annum* 829. *continuata etiam in Annalibus Xantensibus[7] et in Annalibus Maximinianis[8] expilata est; in illis vero, qui inde ab anno* 790. *initium sumunt, post annum* 796. *nihil legitur, quod asseveranter ad compilationem nostram reduci possit, quare eam primo non ultra annum* 796. *processisse, ea vero quae sequuntur continuatori deberi concludimus. Auctor Annalium Maximinianorum compilatione Francica inde ab anno* 747. *usque ad annum* 811. *ad libellum suum componendum usus est, quo anno cum annales illi finem capiant neque certo sciamus, num nobis in codice unico et recenti integri servati sint, necesse non est, ut compilationis nostrae alteram quandam partem anno* 811. *finem habuisse pro certo statuamus[9].*

Compilationis huius fontes erant Gesta pontificum Romanorum, Annales Petaviani, Annales deperditi in monasterio Lorsch conscripti, quos ex Annalibus Laureshamensibus, Annalibus Moselanis et ex Fragmento quod dicitur Chesnii restituere possumus, Annales denique regni Franco-

1) Quae hic breviter et succincte exponimus, uberius explicata et demonstrata sunt in dissertatione nostra 'Die ältere Salzburger Annalistik' (Abhandlungen der Preußischen Akademie der Wissenschaften. Jahrgang 1923 nr. 2). 2) Ed. E. v. Oefele, SS. rer. Germanicarum, 1891. 3) Ed. W. Wattenbach, SS. XI, 17 et B. Sepp, 'Oberbayr. Archiv f. vaterländ. Gesch.' XLIX (1895. 1896), 415 ss. 4) Ed. Wattenbach, SS. XI, 1 ss. 5) Utrum auctor huius compilationis omnia, quae ex ea in Annales Admuntenses, Garstenses, s. Rudberti Salisburgenses transierunt, ipse ex fonte communi excerpserit, an multa ex chronica Bavarica aeque deperdita expilaverit, quae fonte communi usus sit (id quod v. cl. I. R. Dieterich 'Streitfragen der Schrift und Quellenkunde des deutschen Mittelalters' (1900) p. 115 ss. probare nisus est) in medio relinquimus, cum haec quaestio ad nostrum propositum parum faciat. 6) Ed. Wattenbach, SS. IX, 569 ss. 561 ss. 757 ss. 7) Ed. B. v. Simson, SS. rer. Germanicarum, 1909. 8) Ed. G. Waitz, SS. XIII, 19 ss. 9) Annales Xantenses et Annales Maximinianos etiam post annum 796. arta affinitate coniunctos esse B. v. Simson contendit, G. Waitz recte negavit. Nam inde ab anno 796. hi duo annales ibi tantum concordant, ubi Annales regni Francorum ad verbum exscribunt; omnibus vero locis, ubi ab eis rebus vel verbis absunt, omnino discrepant.

rum. Annalium Petavianorum vestigia in compilatione usque ad annum 792. *apparent; deinde solos Annales regni Francorum secuta est. Sed Annalium regni Francorum recensionem quandam adhibuit, quae ab ea, quam nostri codices servaverunt, paululum diversa hic illic, exempli gratia annis* 788. 798., *ad Annales qui dicuntur Einhardi propius accedit. Cum eis, quae in nostris codicibus annalium praedictorum leguntur, in compilatione nostra paucae, sed utiles notitiae coniunctae erant, quas utrum auctor compilationis in recensione quam habuit Annalium regum Francorum invenerit an ex propria scientia addiderit, statui nequit.*

Multo maioris pretii quam compilatio annalium Francicorum, de qua iam satis dictum est, erat alter fons aeque deperditus Annalium Iuvavensium antiquorum, Annales scilicet quos Iuvavenses antiquissimos vocamus. Tradebant enim inde ab anno 741. *usque ad annum* 824. *multas notas historiam Bavariae, praesertim provinciae Salisburgensis eiusque archiepiscoporum illustrantes, quas nisi ex hoc fonte non novimus. Quare etiam pretium Annalium Iuvavensium antiquorum in eo maxime consistebat, quod, in eis annales antiquissimi sive integri servati sive excerpti erant.*

Priori Annalium Iuvavensium antiquorum parti, quae, ut supra diximus, anno 829. *desinit, non multo post continuatio addita esse videtur. Cuius continuationis initium est brevis nota de corpore sancti Iustini ab Otgario archiepiscopo Maguntinensi Romae impetrato et Maguntiam translato. In Annalibus Iuvavensibus maximis, qui soli hanc notitiam ex Annalibus antiquis excerpserunt, posita est ad annum* 830., *sed translationem ipsam, cuius praeter annales nostros solus Hrabanus Maurus mentionem facit*[1], *iam anno* 829. *factam esse nobis persuasum est. Eius enim anni mense Iunio Adalrammus archiepiscopus Salisburgensis concilio, quod praesidente Otgario archiepiscopo Maguntiae celebratum est*[2], *interfuit, neque me errare puto, si conicio eodem tempore corpus sancti Iustini Maguntiam pervenisse et clericum quendam Salisburgensem Adalrammi archiepiscopi comitem, qui sollemnem translationem oculis vidisset, cum domum rediisset, notam de hac sollemnitate annalibus domesticis inseruisse. Neque veri dissimile mihi videtur, clericum, qui de hac translatione memoriae posterorum servanda tantum curavit, eundem etiam excerpta compilationis de qua diximus Francicae cum Annalibus Iuvavensibus antiquissimis coniunxisse et hac coniunctione Annales Iuvavenses quos antiquos vocamus formasse, quippe in quibus ad translationes sanctorum multum attendi appareat.*

Continuatio annalium antiquorum, cuius initium nota de translatione sancti Iustini facit, quamvis brevis et exilis ea re tamen priori annalium parti similis est, quod et ipsa aequo modo rerum in Bavaria gestarum atque earum, quae ad regni Francorum universalis historiam pertinent, rationem habet. Sed inde ab anno 844., *quo anno scriptor quidam contemporaneus computavit, quantum temporis inde a victoria Pippini primi in loco Textricio reportata praeteritum esset, annalium nostrorum indoles prorsus mutatur; deinde enim annales praeter regum successiones nihil nisi res ad historiam Bavariae pertinentes narrant et de regum gestis etiam gravissimis, quae ad hanc historiam illustrandam non faciunt, fere omnino tacent. Qui et quot scriptores hoc modo annales inde ab anno* 844. *continuaverint, definiri non potest. Sed ea, quae usque ad annum* 956. *annales nostri tradunt, ut plerumque scriptoribus contemporaneis ascribenda, ita gravissima et ad historiam saeculorum noni et decimi cognoscendam utilissima sunt; nam de regibus praecipue Carolomanno, Conrado I., Heinrico I., de ducibus Bavariae Arnulfo et Eberhardo et de archiepiscopis Salisburgensibus illius temporis permulta docemur, quae, antequam horum annalium nova excerpta ex bibliothecarum tenebris eruta sunt, penitus ignoravimus.*

Iam cum de Annalibus Iuvavensibus antiquis, qui deperditi sunt, satis dictum sit, ad infra edendos annales, qui ex eis excerpti sunt, transeamus. Ac primum de annalibus a iuvene doctissimo Ernesto Klebel in celeberrimo Styriae monasterio Admontensi nuper detectis breviter agendum est. Annales Iuvavenses maximos eos vocamus, etsi incertum est, num re vera eo nomine digni essent, si Annales, quibus Pertzius noster nomen Annalium Iuvavensium maiorum dedit, integros possideremus. Servati autem nobis sunt Annales hi maximi in codice Admontensi nr. 718 *membranaceo, miscellaneo, saeculo XV. ex compluribus codicillis medio circiter saeculo XII. scriptis compaginato. Continet excerpta varia a discipulis scholae monasterii Admontensis ad exercitium in arte scribendi, ut mihi videtur, exarata*[3], *quibus magister quidam*

1) Confer Carmina Hrabani Mauri, Poetae latini aevi Karolini II, 225 nr. 71; II, 230 nr. 78; Falk in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXII, 435 ss. 2) MG. Concilia II, 604. 3) Accuratius de his excerptis egimus in dissertatione nostra supra p. 1 n. 1 citata.

hic illic paucarum linearum exemplar interseruit. Ita etiam annalium nostrorum excerpta a duobus vel tribus discipulis non sine mendis gravibus sed plerumque facile corrigendis et a magistro eorum fol. 26—33' *codicis scripta sunt, quae res inde ab anno* 725. *usque ad annum* 956. *gestas tradunt; numerus anni* 957. *additus est, sed sine nota annali vacuus permansit. Librum, ex quo haec excerpta transsumpta sunt, in bibliotheca Admontensi etiam saeculo XII. affuisse, nota de archiepiscopo Salisburgensi Heroldo oculis privato, quae anno* 955. *ascripta est, probare videtur; uberior enim nota de eadem re sine dubio ex eodem libro illo saeculo excerpta in codice Admontensi nr.* 164. *chronicae Ottonis Frisingensis capiti vicesimo libri sexti in fine addita est*[1]. *Chronologia excerptorum nostrorum passim ita turbata est, ut res anno quodam gestae anno insequenti, rarius anno praecedenti ascriptae sint.*

Hos Annales Iuvavenses maximos primum satis accurate edidit Ernestus Klebel in 'Mitteilungen der Gesellschaft für Salzburger Landeskunde. Vereinsjahr 1921' *p.* 33*ss., qui de eis docte et diligenter explicandis et commentandis, etsi non ubique ei assentiri possumus, optime meritus est. Minus felix fuit idem editor, cum annalium excerptis in codice Admontensi servatis notas alibi traditas, quas ad fontem eorum, Annales scilicet Iuvavenses antiquos, pertinere pro certo habuit, in editione sua adderet; complures enim notas ita in editionem Klebelianam receptas nulla cum annalibus Iuvavensibus necessitudine coniunctas esse in dissertatione nostra supra laudata demonstravisse nobis videmur. Nos annales Iuvavenses maximos primum in monasterio Admontensi a bibliothecario doctissimo P. Friderico Fiedler benigne adiuti ad novam eorum editionem parandam descripsimus, deinde codicem Heidelbergam missum cum socio nostro Fr. Baethgen diligentissime examinavimus et annales ipsos iterum iterumque contulimus.*

Annales Iuvavenses maiores et minores primum non sine mendis gravibus edidit I. G. ab Eckhardt in Commentariorum de rebus Franciae orientalis et episcopatus Wirceburgensis tomo I. p. 804*s. Cuius editionem v. cl. Pertz, cum codicem ab Eckharto adhibitum non invenisset, in tomo I. Scriptorum nostrorum p.* 87 *ss. repetivit, qui postea codice Wirceburgensi reperto additiones quasdam et emendationes in Scriptorum tomo III. p.* 122*s. publici iuris fecit, sed multum aberat, quin his additamentis omnia, quae absolvenda erant, absolvisset*[2]. *Denique v. cl. A. Chroust, qui in Monumentorum Palaeographicorum serie I., fascic.* 5, *tab.* 5 *imaginem phototypicam unius folii codicis edidit, de eius compositione et scriptura diligentissime disseruit. Postremo codicem Heidelbergam missum ego et socius noster F. Baethgen denuo accuratissime examinavimus.*

Codex theol. fol. 46 *bibliothecae universitatis Wirceburgensis, initio saec. IX., ut nobis videtur, scriptus magnum opus chronologicum Bedae continet, quod ipse Librum de temporibus maiorem, posteri Librum de ratione temporum appellaverunt. Manus tres, quae in hoc opere scribendo laboraverunt, distinguendae sunt, quarum prima tabulas magnas paschales, quae textum Bedae praecedunt, et capita* 1—25 *operis chronologici exaravit, altera hoc opus finivit, tertia chronica Bedae maiora addidit. Scriptores primum alterumque et litterarum ductus et verborum nonnullorum formae vulgares non ex Germania sed ex Francia occidentali oriundos esse produnt, id quod iam v. cl. Chroust perspexit*[3]*, tertium, cuius scripturam nos non examinavimus, idem vir doctissimus in Italia sive in Raetia Curiensi artem scribendi didicisse opinatur. Quare cum concludendum sit codicem in Francia occidentali scriptum ac deinde in Germaniam translatum esse, etsi non certius certo negandum est fieri potuisse, ut a loco, ubi exaratus erat, statim Wirceburgam pervenisset, multo tamen veri similius nobis et omnibus fere viris doctis, qui de eo egerunt, esse videtur codicem, priusquam in civitatem praedictam transportatus esset, bibliothecae Iuvavensis ecclesiae fuisse; notarum enim historicarum, quae in Germania codici insertae sunt, ne una quidem specialiter ad Franciam orientalem sive ecclesiam Wirceburgensem, permultae vero ad Bavariam et ecclesiam Iuvavensem spectant. Quae cum ita sint, non possumus quin v. cl. Chroust assentiamur, qui codicem in monasterio Elnonensi sancti Amandi scriptum esse acute coniecit. Huius enim monasterii abbas Arno, vir celeberrimus, anno* 785. *episcopus Iuvavensis factus regimen monasterii non omnino dimisisse nobis videtur eiusque tempore librum nostrum Iuvavum transportatum esse redimus. Quando vero id factum sit, ex notis historicis, quae tabulis magnis paschalibus ascriptae sunt, accuratius consideratis disci potest.*

1) Ottonis ep. Frisingensis Chronica ed. A. Hofmeister p. 469 l. 12*ss.* 2) Postea viri cl. b. m. Philippus Jaffé et Albertus Werminghoff olim socii nostri annales diligenter contulerunt, quorum notis in scriniis societatis nostrae servatis gratanter usi sumus. 3) Cui assentitur v. cl. A. Hessel in 'Archiv für Urkundenforschung' VIII, 212 n. 15.

Notarum enim illarum in codice nostro quatuor series distinguendae sunt. Quarum primae notas annumeramus, quae ad historiam imperii Romani et Byzantini spectant, secundae eas, quae de rebus Anglicis agunt; tertiae vero seriei notae loca indicant, ubi Karolus Magnus annis 782—797. *festum paschale celebravisse dicitur. Hae notae omnes, quarum magna pars etiam in aliis codicibus extra Germaniam in Italia sive in Francia occidentali scriptis (de quibus in dissertatione nostra uberius egimus) legitur, eadem manu, quae tabulas magnas paschales et capita* 1—25 *libri Bedani exaravit, manu scilicet Gallica, tabulis additae sunt, quare codicem usque ad annum* 797. *in Francia occidentali servatum esse, quartae autem seriei notas manibus aliis scriptas, quae res in regno Francorum, praesertim in Bavaria gestas narrant, post hunc annum, cum codex Iuvarum perlatus esset, ei insertas esse sequitur.*

Notae Iuvarenses, de quibus iam dicendum est, inde ab anno 725. *usque ad annum* 976. *pertinebant. Valde autem dolendum est magnam earum partem nobis servatam non esse. Nam post fol.* 16. *in codice nostro toto quaternione deperdito factum est, ut notarum ad annos* 817.—835. *et ad annos* 969.—987. *ascriptarum parte, notis vero ad annos* 836.—968. *ascriptis omnibus careamus. Notarum autem, quae nobis servatae sunt, decem vel duodecim scriptores distingui possunt. Qua ex diversitate manuum cave ne concludas notas originales et contemporaneas esse; nam etiam in notis annorum* 725.—796. *exarandis, quas omnes post annum* 797. *additas esse supra demonstravimus, manus quatuor vel quinque laboraverunt. Immo omnes has notas usque ad annum* 825.[1], *quas Annales Iuvavenses maiores appellamus, exceptis perpaucis, de quibus, cum de viris nobis ignotis agant, nihil certi statui potest, ex Annalibus Iuvavensibus antiquis a diversis clericis Iuvavensibus, prout cuique animus erat*[2], *descriptas et tabulis paschalibus insertas esse, comparatis inter se aliis annalibus ex eodem fonte derivatis, pro certo habendum esse nobis videtur.*

Idem vero dicendum est de Annalibus, quos Pertzius Iuvavenses minores vocavit. Scripti sunt ante medium saeculum nonum in codice nostro continuo labore ab uno viro in fol. 22', *pagina scilicet, quae post tabulas quasdam chronologicas magno cyclo paschali additas et ante initium Libri de temporibus, cum codex in Francia occidentali scriberetur, vacua relicta erat. Initium sumunt inde ab anno* 742., *desinunt vero anno* 805., *quia, cum scriptor usque ad hunc annum pervenisset, pagina plena neque spatium reliquum erat. Notae initio uberiores, versus finem, cum scriptor spatio parcere optaret, breviores sunt; duas notas primo omissas post adiectas esse apparet. Omnes autem notae quin ex Annalibus Iuvavensibus antiquis extractae sint, quorum textum aliquot locis accuratius servare videntur, nobis minime dubium est.*

Ad annum 743. *scriptor annalium notae de bello Bavarico regum Francorum computationem hanc adiecit:* Anno 816. sunt anni 74*: similiterque ad annos insequentes annotavit, quanto quisque annus tempore ab anno* 816. *distaret*[3]. *Qua ex computatione viri docti fere omnes concluserunt annales anno* 816. *scriptos esse, neque negandum est hanc conclusionem prima facie, si verbis iurisconsultorum uti licet, veri simillimam esse videri. Attamen facere non possum, quin ab hac opinione discedam. Namque, si re vera Annales Iuvavenses minores anno* 816. *scripti essent, nos credere oporteret ope exemplaris cuiusdam annalium regni Francorum, quod non ultra annum* 816. *extensum esset, exemplar compilationis Francicae similiter ante annum* 816. *finitae scriptum et excerpta huius exemplaris cum excerptis Annalium Iuvavensium antiquissimorum ita coniuncta esse, ut Annalium Iuvavensium antiquorum exemplar ante annum* 816. *finitum scriptori Annalium Iuvavensium minorum praesto esset; postea vero omnia haec exemplaria eodem modo usque ad annum* 829. *continuata esse. Quod ut veri simile esse putem, minime persuadere mihi possum, itaque opinor annum* 816. *propter aliam quandam causam, quam ignoramus*[4], *scriptori Annalium minorum tanti momenti fuisse, ut quasi ludens inde annos computaret. Sed de hac quaestione iam satis superque dictum est; re enim vera parvi refert, utrum clericus, qui ex Annalibus Iuvavensibus antiquis Annales quos diximus minores excerpsit, hoc anno* 816. *an post annum* 829. *fecerit.*

1) Utrum continuatio deperdita, quam excerptis ex Annalibus Iuvavensibus antiquis in hoc codice additam esse unica nota anni 976., quae nobis servata est, demonstrat, eadem fuerit, quae in Annalibus Iuvavensibus maximis ad nostram aetatem pervenit, an ab eis diversa, statui nequit. 2) Ter accidit ut ad eundem annum duo clerici notas diversas de eisdem rebus codici inserrent; cf. ann. 774. 788. 791. 3) Post annum 796. propter spatii angustiam hanc computationem addere omisit. 4) In dissertatione supra laudata p. 40 s. de anno natali scriptoris cogitavi.

Annalium Iuvavensium antiquorum exemplar quoddam usque ad annum 829. *pertinens ante medium saeculum nonum Ratisbonam pervenisse eo concludendum est, quod Annales sancti Emmerammi maiores in codice huius monasterii Ratisbonensis servati, quos ibidem descriptos esse etsi non certo certius, tamen veri simillimum est, paucis notis exceptis, de quibus nihil certi statui potest, fere integri ex Iuvavensibus antiquis excerpti sunt. Edidit eos e codice, qui iam Monacensis latinus* 14456 *numeratur, primum I. Mabillon, Vetera Analecta IV,* 476 s., *deinde B. I. Docen in primo Monumentorum Germaniae historicorum volumine I p.* 92 s.[1], *postea accuratius K. Roth in libello 'Verzeichnis der Freisinger Urkunden von Corbinian bis Egilbert' p.* 89 ss. *Nos codicem, de quo in dissertatione nostra l. l. p.* 21 ss. *uberius egimus, Monaci denuo diligenter contulimus, et annales inde ab anno* 748. *usque ad annum* 823. *ab uno scriba continuo labore scriptos hoc loco annalibus Iuvavensibus adiungimus.*

Continuatio Annalium Iuvavensium antiquorum, quae ultra annum 829. *procedit, Ratisbonae ignota fuisse videtur; erraverunt enim viri docti, qui eam in Annalibus Ratisponensibus saeculi XII. sive in fonte eorum expilatam esse credebant. Verum exemplar continuationis ad monasterium Altahense inferius perlatum in Annalibus Altahensibus maioribus non multa quidem sed certa vestigia reliquit. An idem liber ibidem usque ad saeculum XVI. servatus Aventino celeberrimo rerum Bavaricarum historiographo, cum anno* 1517. *bibliothecam monasterii perlustraret, ad manus venerit, valde dubium est, immo nobis hoc veri simile esse non videtur. Certum autem est Aventino exemplar aliquod aut Annalium Iuvavensium antiquorum aut annalium quorundam ex eis derivatorum praesto fuisse. Quod iam ex notis quibusdam concludi potuit, quas a v. cl. b. m. E. ab Oefele in annotationem editionis secundae Annalium Altahensium ad annos* 907. 911. *receptas cum notis ad eosdem annos in Ann. Iuvavensibus maximis ascriptis arcte cohaerere apparebat; neque hoc v. cl. A. Hofmeister effugit, cum de editione Klebeliana Annalium Iuvavensium referret*[2], *neque me cum de nova eorundem annalium editione praeparanda cogitarem. Leguntur autem hae notae et complures similes ab Oefelio in editionem Annalium Altahensium ad annos* 825. 899. 901. 914. 916. 917. 918.[3] *receptae inter multas alias ex aliis fontibus excerptas plerumque in marginibus foliorum* 7—57 *eiusdem voluminis collectaneorum Aventini — iam codicis Latini Monacensis* 966. — *in quo Annales Altahenses ab eodem excerpti et descripti erant. Quare cum ad editionem nostram instruendam codicem denuo accurate conferrem, inter multas, quae ad nostrum propositum nihil faciunt, magno cum gaudio complures notas adhuc ineditas aeque in marginibus sive inter lineas scripturae eorundem foliorum inveni, quas cum eis, quae iam ab Oefelio publici iuris factae erant, coniungendas et hoc loco in lucem edendas esse duxi. Nonnullas enim earum, si cum Annalibus Iuvavensibus maximis et minoribus, cum Annalibus s. Emmerammi, cum Auctario Garstensi comparaveris, ex communi eorum fonte derivatas esse facile videbis, neque dubito, quin ceterae, cum eiusdem generis sint neque ad alium fontem nobis cognitum reduci possint, eandem originem habeant.*

Omnibus his notis Aventinus iam in magno opere Annalium ducum Boiariae et in chronicis vernaculo sermone scriptis usus est, sed quae inde desumpsit, quia qua auctoritate niterentur ignorabatur, a viris doctis hucusque fere neglecta sunt; tempore futuro, si sententia nostra placet, negligenda non sunt, quippe quae ad historiam saeculi noni et decimi non parum faciant.

Editionem nostram ita instruximus, ut usque ad annum 829. *Annales Iuvavenses maximos, maiores, minores et Annales s. Emmerammi maiores quatuor columnis disponeremus. Sequuntur deinde fragmentum Continuationis Annalium Iuvavensium maiorum, Continuatio Annalium Iuvavensium maximorum, ultimo denique loco Excerpta Aventiniana. Fontes primarios, eos scilicet fontes, qui in Compilatione Annalium Francicorum expilati erant, infra textum annotavimus. Ceterum annotationem quam maxime et fere ad ea quam brevissime explicanda restrinximus, quae in Annalibus Iuvavensibus maximis et in Excerptis Aventinianis tradita antea incognita erant.*

H. Bresslau.

1) Hanc editionem repetivit Migne, Patrologia latina CXLI, 1105 s. 2) 'Historische Zeitschrift' vol. CXXVI, p. 347. 3) Ceterae notae, quas Oefelius in editionem suam recepit, ad annales nostros non pertinent.

Annales Iuvavenses maximi[a].	Annales Iuvavenses maiores.
DCCXXV.[b] Karolus primum[c] in Baworiam venit.	DCCXXV. Carolus[a] primum[b] in Baioariam venit.
DCCXLI. Natus est Thessilo dux.	DCCXLI. [N]atus est Tassilo dux.
DCCXLII. Karolus imperator natus est.	DCCXLII. Natus est Carolus.
DCCXLIII. Karlomannus et Pippinus bellum cum Francis contra Bawariam fecerunt.	DCCXLIII. Bellum Francorum et Baiovariorum[c].
DCCXLVII. Karlomannus[1] Romam perrexit et monasterium in Sarapti monte construxit.	
DCCXLVIII. Pippinus Krifonem de Baiowaria[d] expulit.	
DCCL. Pippinus[2] elevatus est annuente Zacharia papa[e].	
DCCLIII. Stephanus[f] papa venit in Franciam. Krifo occisus est.	
DCCLIIII. Bonifacius episcopus a[g] Fresis[g.3] passus est.	
DCCLXI. Rex Pippinus in Vasconiam venit.	
DCCLXIII. Hiemps magna fuerat.	DCCLXIII. Hiemps [magnus].
DCCLXV. Venerunt corpora sanctorum in Franciam de Roma: Gorgonis, Naboris et Nazarii.	
DCCLXVII. Pippinus rex sinodum magnum habuit de sancta trinitate.	
DCCLXVIII. Pippinus obiit. Karolus et Karlomannus successerunt.	DCCLXVIII. Pippinus obiit. Carolus rex factus est [VII.] idus Octobris.
DCCLXVIIII. Karolus primo per se in Vasconiam[h] venit.	
DCCLXX. Berhta regina fuit in Italia directa ad Desiderium regem.	
DCCLXXI. Karlomannus rex obiit.	
DCCLXXII. Adrianus papa factus est[4]. Karolus in Saxoniam, conquesivit[i] Erespurc et Irminsul eorum destruxit. Tassilo Carintanos vicit.	

a) *Superscriptio*: anni ab incarnatione Domini. b) *post numerum una littera deleta c.* c) impr (imperator) *c.* d) io *superscript. c.* e) propheta *c.* f) *post* ę *una littera erasa*; ph *superscript. c.* g) affresis *c.* h) uuasconiam, *prior* u *delet., c.* i) ęq̊siuit *c.*

a) Carolus *in loco raso.* b) primi *c.* c) baioñ *c.*

Fontes: 725. *A. Pet.* — 748. *A. r. Fr.* — 747. *A. r. Fr.* 746. — 748. *A. r. Fr.* — 750. *A. r. Fr., Gest. pont.* — 753. *A. Pet.* — 754. *A. Laur. Mos. A. r. Fr.* — 761. *A. Laur. Mos. A. Pet.* — 763. *A. r. F.* — 765. *A. Pet.* — 767. *A. r. Fr. A. Laur. Mos.* — 768. *A. Pet. Laur. Mos.* — 769. *A. Pet.* — 770. *A. Pet. Laur. Mos.* — 771. *A. Pet.* — 772/3. *A. Pet. Laur. Mos. Ann. q. d. Einhardi.*

Annales Iuvavenses minores.	Annales s. Emmerammi maiores.
Anno nativitatis Domini DCCXLII. Natus est Carolus, qui factus est rex XXVII. anno, imperator anno LX°.	
Anno nativitatis Domini DCCXLIII. Carlomannus et Pippinus pugnabant contra Baioarios. Anno DCCCXVI. sunt a[nni] LXXIIII.	
Anno DCCXLVII. Carlomannus[1] perrexit Romam et monasterium in Zirapti construxit. Inde sunt anni LXX anno Domini DCCCXVI.	
Anno DCCXLVIII. Pippinus Griffonem expulit de Baioaria et Tassiloni dedit illum ducatum. Inde sunt anni LXVIIII anno Domini DCCCXVI.	DCCXLVIII.[a] Pippinus Grifonem de Baiowaria expulit et Tasiloni ducatum dedit.
	DCCL.[2] Pippinus rex factus est.
Anno DCCLIII. Stephanus papa venit in Franciam. Griffo occisus est. Inde sunt anni LXIIII anno DCCCXVI.	DCCCLIII. Stephanus papa in Frantiam venit.
Anno DCCLIIII. Bonifatius martyrizatus est. Pippinus rex venit primo in Italiam. Sunt anni LXIII suprascripto anno.	DCCLIIII. Bonifacius martyrizatur.
DCCLXIII. Hiemps fortissimus. Sunt anni LIII anno suprascripto.	DCCLXIII. Hiemps magnus erat.
Anno DCCLXVII. Pippinus Wasconiam conquesivit. Sunt anni L anno nativitatis Domini DCCCXVI.	
Anno DCCLXVIII. Karolus rex factus est VII. id. Octobr. Sunt anni XLVIIII[a] anno suprascripto.	DCCLXVIII. Pippinus rex obiit et Carolus et Carolomannus reges facti sunt.
Anno DCCLXXII. Karolus idolum[4] Saxonorum combusit[b], quod dicebant Irminsul. Adrianus papa factus est[4]. Sunt a[nni XLV] anno suprascripto.	DCCLXXII. Carolus in Saxonia, conquesivit Eresburc et Irminsul et Tassilo Carentanos[b] [vicit][c]. Adrianus papa factus est[4].

a) L. *ras.*, XLVIIII *superscript. c.* b) *sic c.*

a) *Superscriptio:* Anni a nativitate Domini. b) Carentanus *c.* c) *decst c.*

1) Ad haec et ea quae sequuntur usque ad annum 811. conferendi sunt Ann. Maximiniani. 2) Haec nota non ex Ann. Petav. neque ex fonte Annalium Laureshamensium Mosell., ut v. cl. Waitz ad Ann. Maximinianos annotavit, sed ex Ann. regni Francorum excerpta est, ubi aeque mendose ad annum 750. initium regni Pippini narratur. Verba *annuente Zacharia papa* ex Gestis pont. Rom. derivata sunt. 3) *in Frisia* Ann. regni Franc. 4) Hadrianum anno 772

Annales Iuvavenses maximi.	Annales Iuvavenses maiores.
DCCLXXIII. Karolus cum Francis in Italiam venit.	
DCCLXXIIII. Eo[a] anno Longobardos suo dominio subiugavit. Translatus est Ruodbertus in civitatem Iuvavensem[b].	DCCLXXIIII. Pabia capta. Translatio sancti Hrodperhti. — Dedicatio ecclesiae[a] sancti Rodpercti et captus Desiderius rex in Italia in civitate Pabia.
DCCLXXV. Karolus in Saxoniam, quesivit[c] civitatem, que dicitur Sigiburch.	
DCCLXXVI. Karolus iterum cum Francis in Italiam venit.	
DCCLXXVII. Karolus conventum magnum habuit cum Saxonibus et multi sunt baptizati.	
DCCLXXXII. Hunorum exercitus magnus venit et nichil nocuit.	
DCCLXXXIII. Hiltigart regina[d] obiit.	
DCCLXXXIIII. Ad Pozanum pugna fuit[i] et Virgilius episcopus[3] obiit.	DCCLXXXIIII. Transitus[b] Virgilii episcopi[3].
DCCLXXXV. Arn episcopus[3] ordinatus est et signa crucis in vestimentis visa sunt.	DCCLXXXV. Arn episcopus[3] ordinatus[c] III. idus Iunii.
DCCLXXXVI. Hartrat cum sociis suis iniquum egit consilium contra Karolum[3].	
DCCLXXXVII. Karolus Romam venit et Beneventum sancto Petro reddidit[a. b]. Rex Karolus contra Bawarios usque Lech[7] venit et ibi dedit Tassilo[f] obsidem[8] filium suum Theodonem.	
DCCLXXXVIII.[h] Tessilo tonsus est. Karolus Tessilonem iussit ad se venire ad Ingilheim. Huni beliaverunt cum Bawariis. Rex Karolus primo per se venit in Radesponam.	DCCLXXXVIII. Tassilo tonsus est. — Et captus Tassilo dux.
DCCLXXXVIIII. Karolus conquisivit Winidos, qui dicuntur[i] Wilzi.	
DCCXCI. Karolus perrexit in Pannoniam ultra Onnutesdorf[k. c].	DCCXCI. Adalwinus episcopus[9] ordinatus est. Carolus in Pannoniam[d]. — Dominus rex in Hunia.

a) *ante e una littera delete* c. b) iuuauenses, *corr.* iuuauense, c. c) *sic pro* conquesivit c. d) regina, *corr.* regina, c. e) reddidit (di *superscript.*) petro, *corr.* petro reddidit, c. f) tessilo, *corr.* tessilo, c. g) obsidū c. h) DCCLXXXVIII c. i) dicitur c. k) r *superscript.* c.

a) dedicā eccl c; *forsan legendum:* dedicatur ecclesia. b) transl c. c) ordin c. d) pannon c.

Fontes: 774. 776. 777. *A. Pet. Laur. Mos.* — 775. *A. Pet.* — 788 d. *A. Laur. Mos.* — 785 b. *A. Laur. Fragm. Chesn.* — 787. *A. r. Fr., A. q. d. Einh.* — 788. *A. r. Fr., A. q. d. Einh.* — 789. *A. r. Fr.* — 791. *A. r. F., A. q. d. Einh.*

papam electum esse non in Annalibus regni Francorum, sed in Annalibus qui dicuntur Einhardi (ed. Kurze p. 33) narratur, et in eisdem Annalibus Irminsul idolum Saxonum appellatur. Compilatio igitur annalium Francicorum, quam Annales Iuvavenses antiqui expilaverunt, hoc loco propius ad Annales q. d. Einhardi quam ad Annales regni Francorum accedit. Cf. 'Abhandlungen der Preuß. Akademie der Wissenschaften' 1923, 2, p. 17 et p. 38, n. 3.

Annales Iuvavenses minores.

Anno DCCLXXIIII. Karolus conquesivit Italiam. Translatus est sanctus Hrodperhtus. Sunt anni XLIII anno [suprascripto].

Anno DCCLXXXV. Arn episcopus[3] est ordinatus. Sunt anni XXXII anno DCCCXVI.

Anno DCCLXXXVI. Signum crucis apparuit in vestimentis hominum. Hartrat partibus [Aus]triae consilium malum fecit contra dominum[4] Karolum regem[5]. Sunt anni XXXI anno DCCCXVI.

Anno DCCLXXXVII. Karolus Beneventum conquesivit et dedit sancto Petro[6]. Inde abiit et venit in Baioariam super fluvium Leh[7], et Tassilo dedit filium suum obsidem. Sunt anni XXX anno suprascripto.

Anno DCCLXXXVIII. Tassilo captus et tonsus est. Karolus primo venit in Baioariam. Sunt anni XXVIIII anno suprascripto.

Anno DCCXCI. Karolus perrexit cum hoste in Pannoniam[b]. Sunt anni XXVII anno nativitatis Domini DCCCXVI.

Annales s. Emmerammi maiores.

DCCLXXIIII. Carolus Papiam cepit. Sanctus Hrodpertus translatus est.

DCCLXXXIII. Huni ad Enisum venerunt, sed ibi nocuerunt nihil.

DCCLXXXIIII. Hiltigart regina et Arpeo episcopus[2] obierunt et Atto episcopus[2] factus est.

DCCLXXXV. Pugna Baiowariorum[a] cum Hrodperto ad Pauzana. Virgilius[8] episcopus et Oportunus abbas[4] obierunt.

DCCLXXXVI. Hartrat malum consilium fecit[5] et signum in vestimentis hominum. Arn episcopus[3] ordinatus est.

DCCLXXXVII. Domnus Carolus rex Rome fuit et inde ad Leh[7], obsidem Tassilonis filium Theodonem tulit.

DCCLXXXVIII. Tassilo captus est et Huni ad Furgali et in Baiowaria et Carolus primo in Baiowaria.

DCCXCI. Carolus primo in Huniam.

80 a) du c. b) pannon c. a) paio-, corr. baio-, c.

Successit autem electione Heinricus Saxo regnavitque quater quaternis annis ac genuit primum Ottonem, qui regnans quater septenis annis genuit II. Ottonem, qui bis quinis regnans annis genuit III. Ottonem, qui regnans XIX annis moritur sine filiis, defecitque haec tercia regalis prosapia successitque II. Heinricus imperator gloriosus, qui regnans XXIII annis moritur sine filiis. Eligiturque comes Chōnradus II. genere Sallicus[1], qui regnans XIV annis genuit III. Heinricum ex Kysela regina magni imperatoris Karoli prole XIV.[2], qui regnans XVII annis genuit IV. Heinricum, cuius matris nomen Agnes, qui regnans LI[a] annis genuit V. Henricum, qui regnans ter senis et I annis moritur sine filiis, defecitque haec quarta regalis prosapia. Post quem eligitur Lotharius dux Saxonum regnavitque bissenis annis et moritur sine filiis. Post hunc eligitur Chounradus tercius regnavitque ter quinis annis et in extremo vitae suae tempore pace in regno confirmata moritur. Eligiturque Fridericus dux Swevorum filius Friderici ducis, fratris predicti Chounradi regis, qui eandem pacem firmiter confirmavit.

a) *dehinc alio atramento, attamen pari manu pergitur.*

1) De Saliorum nomine cf. Bresslau, 'Konrad II.' II, 519 sq.; eadem verba *genere Sallicus* Conradi nomini adiecta sunt in Ottonis Fris. Chronicae uno codice, sc. Stuttgartensi, olim Zwifaltensi (C 1 ed. Hofmeister; cf. p. 291 n.*), quo tamen catalogi auctorem usum fuisse vix putes. 2) Huius vero loci — *prole XIV.* — fundamentum esse Ottonis Fris. Chronicam (ed. Hofmeister l. c.) veri similius mihi videtur.

NOTITIA
S. PETRI WORMATIENSIS.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Sequens 'litterarum Wormatiae medio aevo nascentium primum documentum, rerum Wormatiensium scriptoribus adhuc ignotum' e codice bibl. pal. Vindobonensis n. 121 *saec. IX., qui Isidori Etymologias continet, divulgavit R. Beer. 'Isidori Etymologiae. Codex Toletanus (nunc Matritensis)* 15,8 *phototypice editus', Lugduni Batav.* 1909 *('Codices Graeci et Latini photographice depicti duce Scatone de Vries' t. XIII), praef. p. XV, repetiit W. Levison, 'Neues Archiv* 35 *p.* 328 *n.* 189.

A. Hofmeister.

852. Anno incarnationis Domini DCCCLII. ego Berahtram indignus sacerdos hunc librum vitio scriptorum mendosum recitavi Wormaciae.

Eodem anno basilica sancti Petri ibidem restaurata est.

NOTITIA DE CONVENTU HATTONIS ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI ET HERIVEI ARCHIEPISCOPI REMENSIS.

EDIDIT F. BAETHGEN.

Hanc notitiam primum indicavit P. Varin, Archives administratives de la ville de Reims (Collection de documents inédits sur l'histoire de France, Paris 1839) I. 67; cf. Böhmer-Will, Reg. archiep. Mog. Hatto nr. 35. Deinde integram iam dedit e. ed. A. Wermingh off (Neues Archiv' XXVII (1902). 598 sq., cuius editionem repetimus. Exstat in Cod. Vaticano Christ. 418 (olim S. Remigii Remensis) saec. X. fol. 73 sq.; apographum, quod conlatum in Cod. Rom. Vall. C. 23 saec. XVI. fol. 265. negleximus.

F. Baethgen.

Anno DCCCC^mo II^o incarnationis dominicae, XVI. videlicet kalendas Octobris, convenerunt venerabiles archiepiscopi Atho Mogontiacensis[1] et Heriveus* Remensis[2] ecclesiae in Herrici monasterio, in basilica scilicet sancti Salvatoris, quaesituri pariter de ecclesiasticae documentis disciplinae regnique utilitatibus. Ubi inter cetera eorum saluberrima dicta perventum est, quod res sanctae Mariae ac sancti Remigii Remensis ecclesiae in pago Guormacensi sitae male devastarentur a praedonibus, de qua [re] venerabilis Heriveus archiepiscopus praefati Athonis archiepiscopi consilium expetiit, quid de ipsis rebus sibi competentibus esset agendum. Qui respondit se geminum in hoc facto perferre dolorem et propter earundem rerum distractionem seu ne per istarum exemplum pravi homines aliarum res ecclesiarum occasionem diripiendi sumerent, spopondilque et in hoc aliisque in causis, ubicumque valeret, pro scire et posse ei et consilium praebiturum et auxilium largiturum. Quocirca iam dictus archiepiscopus Remensis, nil volens neque ratum decernens sine consensu et praesentia filiorum suae ecclesiae in huiusmodi negotiis determinare, 902. Sept. 16.

*) *Placet addere sequentes* Versus retro altare sancti Remigii in Chuosla[3] saltus Vosagi *(fol. 74' eiusdem cod.)*:

Hanc aram templumque simul sub honore dicavit
Remigii sancti praecipui meritis,
Francorum gentem lavit qui gurgite sacro,
Eripiens baratro restituensque polo,
Praecluis antistes Heriveus[4], germine clarus,
Remica disponens regmina nobiliter,
Praesul Atho Mogontiacam tunc rexerat urbem,
Talia qui cessit canonice fieri,
Cum nongentenus transisset in orbe secundus 902.
Annus, ut est Dominus virgine factus homo, Sept. 13.
Et ternus denusque dies sub fine maneret
Septembris radians lampade Phoebigena.

1) 891—913. 2) 900—922. 3) Kusel (bayr. Pfalz). 4) Cf. Hist. Rem. eccl. IV c. 13; SS. XIII, 576.

accitis omnibus, qui aderant, super hoc eorum voluntatem requisivit. Qui omnes uno assensu responderunt melius fore, ut iam dicto venerabili archiepiscopo ipsae res in praefato pago degentes ad rectam tuitionem committerentur quam alicui in laicali ordine constituto. Unde et per consensum omnium filiorum Remensis ecclesiae, qui aderant, his verbis ipsas res eidem commisit: 'Ego Heriveus Remensis ecclesiae indignus archiepiscopus per consilium et assensum filiorum Remensis ecclesiae commendo tibi, reverende Atho archiepiscope, res sanctae Mariae ac sancti Remigii in pago Guormacensi degentes ad salvamentum et tutamentum rectum tam rerum quam familiarum sub testimonio Christi et ecclesiae, ita tamen ut nullam exinde nostra patiatur ecclesia diminutionem et iuxta
2. Tim. 4. 8. apostolum per hoc boni operis certamen reponatur vobis corona iustitiae'.

NOTAE ASCHAFFENBVRGENSES.

EDIDIT **H. BRESSLAU.**

In bibliotheca officii administratorum bonorum ecclesiae Aschaffenburgensis (vulgo 'Stiftungsamt' dicti) nuper a v. cl. P. Lehmann codex pretiosus, 361 signatus, continens evangeliarium saec. IX. scriptum, inventus est, cuius foliis a scriptore saeculi IX. vacuis relictis diversi clerici saeculis X. et XI. complures notitias ad cognoscenda initia ecclesiae collegiatae S. Petri et S. Alexandri utilissimas inscripserunt. Quas notitias[1] ab illo viro docto primum[2] publici iuris factas ('Neues Archiv' XXXVI, 669 ss.) nos hic iterum emendatiores edimus, denuo collato codice, quem administratores illi benevolenter Argentoratum miserunt. Maximi momenti est prima notitia, scripta manu saec. XI. f. 146', qua quid dictum sit, prior editor recte non intellexit. Ea enim docemur, locum Aschaffenburgensem a possessoribus, Ottone duce Sueviae et Bavariae, nepote imperatoris Ottonis II., et sorore eius Mathilda abbatissa Asnidensi, ad altare sancti Martini, id est altare principale ecclesiae metropolitanae Moguntinae[3], traditum esse, quod certe factum est, antequam dux patruum suum auctumno a. 980. in Italiam profectum comitatus est. Inde a tempore huius traditionis locus ille, qui saeculo nono regii iuris fuisse, saeculo decimo in potestatem Liudulfi ducis, patris Ottonis ducis et Mathildae abbatissae, devenisse videtur, usque ad finem imperii veteris semper ecclesiae Moguntinae fuit et saeculis insequentibus multis in circuitu praediis auctus in magnum territorium excrevit. Notitia secunda, qua de sepultura Ottonis ducis narratur, manu saeculi XI. posterioris, non saeculi X., scripta est, simillima eius, quae in notitia quarta, inter annum 1060. et 1084. exarata, de ecclesia vici Lohrhaupten a Conrado episcopo Spirensi iussu Liutpoldi archiepiscopi Moguntini delicata et postea ab archiepiscopo Sigefrido congregationi Aschaffenburgensi tradita retulit. Tertiae notitiae prima pars, post medium saec. X. scripta, reliquiarum in ecclesia Aschaffenburgensi servatarum elenchum praebet, quae, ut secunda parte huius notitiae docemur, ab Ottone duce novis donationibus auctae sunt; tertia eiusdem notae pars, quae reliquiae in singulis altaribus ecclesiae inclusae sint, tradit. Quinta denique notitia, quomodo Richeza regina Poloniae, consanguinea ducis Ottonis, ecclesiam Aschaffenburgensem traditione praedii in Thuringia siti ditaverit, narrat. Adiunximus infra extum in annotationibus, quae aliis codicis foliis de thesauro et de termino foresti Aschaffenburgensis traduntur, et catalogum fratrum canonicorum saec. XI. scriptum, qui quin ad ecclesiam eandem referendus sit, minime dubito.

H. Br.

1.* Willigisus sanctę Mogontinę sedis venerabilis episcopus, ut sui memoria numquam deliciat et ut memoria Ottonis ducis[4] sororisque eius domne Mathilde[5] perpetualiter maneat, qui istum locum[6] ad altare sancti Martini[7] confessoris pro animę suę remedio tradidere, sancta intencione hoc constituit memoriale, quatinus quotannis in festivitate omnium sancto-

1) Confer quae de eis exposuit A. Hofmeister in 'Mitteilungen des Instituts für Oesterreichische Geschichtsforschung' XXXV, 260—277. 2) Sola notitia de terminis foresti Aschaffenburgensis iam antea typis mandata fuit, cf. Gudenus Cod. diplom. Mogunt. II, 304. 3) Nullo iure Lehmann l. l. p. 672 negavit hic ecclesiam Moguntinam intelligendam esse. 4) Ducis Sueviae et Baioariae mortui d. 31. m. Octobris a. 982. 5) Abbatissae Asnidensis mortuae a. 1011, cf. Dümmler, 'Otto der Große' p. 290 n. 2; Hofmeister l. l. p. 275. 6) Aschaffenburgensem. 7) Scilicet altare principale ecclesiae Moguntinae sancto Martino dedicatum.

rum ex parte archiepiscopi detur una libra denariorum pauperibus eroganda et ex parte prepositi[a] totidem pauperum pascio in potu et cibo, et ut eodem die sancta clericorum congregacio tale convivium habeat, unde se honeste reficere valeat.

f. ultimum. II. Anno dominicę incarnationis DCCCCLXXXII[a], indictione X[b] magni Liudulfi[c] filius Otto unà cum domno imperatore augusto, patruo et equivoco suo, Italiam ingressus ibi- 982. Oct. 31. que Saracenorum feritate partim edomita et devicta in itinere reversionis ipsius[1] II. kal. Novembr. morte preventus hucusque est delatus, etiam a Willigiso Mogontino metropolitano, [dom]na Ida matre[2] ac sorore sua Maehthildae abbatissa[3] veneranda presentibus, sepulturę commendatur[4].

f. 15r. III. Reliquiae sanctorum in Asschaffaburc: Brachium sancti Eventii, sancti Martini, de sepulchro Domini, sancti Quintini, Symphoriani, sancti Crisanti, sanctorum Georgii et Anastasii, sancti Leudegarii, sanctarum Agathę et Eugenię, sanctorum[a] Valentini et Laurentii, sancti Mauricii, sancti Ingenuini, apostolorum Simonis et Iudae, sanctę Anatholię virginis. De[b] corpore sanctę Waldburgę virginis[b].

Has[c] reliquias[d] obtulit Otto ad Asschafaburc: Sancti Leonis papę et sancti Pancratii martyris, de virga Moysi, de corpore sancti Florini confessoris, sanctorum Viti, Dyonisii, Rustici, Eleutherii, Alexandri papae et martyris et sancti Bonifacii episcopi et martyris, sanctorum Fortunati, Felicissimi, Abundi, Nerei et Achillei, Sixti et sancti Galli confessoris et sancti Gingnolfi martyris, de sanguine sancti Stephani protomartyris, de sepulchro Domini, de vestimento sancti Laurentii, de altare Domini, de corpore sancti Remigii.

*f. 14b c. *In[e] dextro altari continentur reliquię sancti Kiliani et sociorum eius et sanctorum martirum Crispini et Crispiniani, Aurei et Iustini, sancti Urbani confessoris; in sinistro altari continentur reliquię sanctorum martirum Nerei et Achillei, Ermetis, Eleutherii, Fabiani, Lamberti; in occidentale altare sursum posito sanctorum martirum Hemerammi, Quirini, Gaudencii, Timothei, lacinthi; item in dextro sanctorum martirum Agapiti, Ypoliti, Valerii, Xixti; item in sinistro sanctorum martirum Felicis et Fortunati, Victoris, sancti Georgii. Altare[f] ad crucem positum in honorem sanctę et individuę Trinitatis et vivificę crucis et sanctorum martirum Laurentii, Sergii et sancti Galli confessoris dedicatum et consecratum est[5].

I. *(script. saec. XI.)* a) ppositi *pallido atramento in loco raso; antea scriptum fuisse videtur* prioris, *cuius vocis vestigia socius noster H. Wibel b. m. adhuc certe legere sibi visus est.*

II. *(script. saec. XI. post.)* a) o *super* DCCCC, *super* LXXX *et super* II *superscript. alia manu et alio atramento.* b) a *superscript. alia manu alioque atramento.* c) o *super prius* u *superscript. alia manu alioque atramento.*

III. *(script. saec. X. post.)* a) Sualentini *c.* b) De — virginis *add. manu paulo posteriore. Saec.* 18. *post* virginis *additum est:* sororis beati Bonifatii. c) *Quae sequuntur usque ad* Remigii *scripta sunt manu saec. XI. in.* d) he reliquie, *corr.* has reliquias, *cod.* e) *Quae sequuntur manu saec. XI. post. scripta sunt.* f) *Quae sequuntur, alia manu addita sunt.*

1) Lucae. 2) Filia Hermanni ducis Sueviae, mortua a. 986. 3) Vide supra p. 757, n. 5. 4) Hac notitia usus est, qui a. 1524 epitaphium Ottonis ducis ante altare maius ecclesiae Aschaffenburgensis composuit, editum a v. cl. A. Amrhein 'Die Prälaten und Canoniker des ehemaligen Kollegiatstifts St. Peter und St. Alexander zu Aschaffenburg' (Würzburg 1876) p. 339. 5) Adiungimus hic notitias de libris et de thesauro ecclesiae Aschaffenburgensis scriptas duabus manibus saec. X. ex. f. 4ᵛ et manu saec. XI. in. f. 1 codicis nostri. f. 4ᵛ: *Hi sunt libri ecclesiae Ascafaburgensis: Evangelium I. Libri duo omeliarum. Lectionarius cum evangeliis I. Missalis I pleniter cum evangeliis et epistolis atque cantu. Alteri duo missales non adeo pleni. Bibliotheca I. Antiphonarii duo, unus cum notis, alter absque illis. Gradalia (*i corr. ex e cod.*) duo. Sequentionalis I. Preter hos codices est unus missalis ad ecclesiam Ozenheim, alter in Oboronburc. Hę sunt autem vestes eiusdem eclesiae. Albę quindecim cum humeralibus VI et cingulis VII. Stolę VI cum septem mapulis. Casulę XIIII et cappa I. Dalmaticę IIII cum tribus (duobus,* superscript. *tribus,* cod.*) subtilibus et* III *palliola (pallia,* superscript. *ol,* cod.*). Facitercule XIIII. Cortina I. Pallia altarium V[I]I. Calices argentei duo cum totidem patenis et tertius aureus (arius,* corr. *aureus,* cod.*) cum aurea patena. Turibulum argenteum I. Duae cappae et unam dalmaticam et unum subtile et unum evangelium et unum psalterium et unum aureum nusgil. (Duae — nusgil* add. manu fere coaeva). f. 1ᵛ. *Hic est thesaurus in ecclesia Ascaphanburgensi (h* superscript. cod.*) reconditus: Crux aurea I cum III argenteis. Calices argentei II cum patenis. Turibula argentea II. Vasculum argenteum I eidem officio coaptatum. Vas aquatile argenteum I. Tabula I non parce* (ita legit A. Hofmeister) *deaurata cum IIII aliis ex diversa metallorum materia confectis. Libri evangeliorum II, unus deauratus, alter deargentatus. He sunt vestes eiusdem basilicę: Albę XII cum totidem humeralibus et cingulis. Stolę X cum VIII fanulis. Casulę VII. Cappę VIII. Pallia altarium VI. Dalmaticę IIII. Subtiles III. Cortinę VII. Facitercule III. Manutergia II.*

IV.* Anno dominicę incarnationis millesimo LVII. indictione VIIII[a]. XI. kal. Octobris[b] dedicata est ęclesia in loco qui vocatur Larahobedun[1] constructa a Cuonrado Spirensi episcopo[2], presente et iubente Luibboldo venerabili Mogontinę sedis archiepiscopo[3], in honorem domini nostri Iesu Christi et victoriosissimę crucis et sancti Mathei apostoli sanctęque Waltburgę virginis. Et quia ipse dominus noster archipresul hunc locum ad quiętem sibi specialiter elegit[4], decimis locorum, quę in sequentibus scripta inveniuntur, ditare voluit. Huius ęclesię terminatio incipit de Himminessteinne et tendit in Hengesberc, inde usque in Engilhardeseih, inde usque in Esbinunclingerun, inde usque in Burchardesstuol, inde usque in Hunessneidam, inde usque in daz Gebrenni, inde usque in plateam, inde usque in daz Buchinedal, inde usque in den Wesdenanstein, inde super Laram Wisun sursum, inde Birclara sursum usque in Meinzessul, inde usque in Hundesdal et tunc Hundesdal sursum usque ad Himminesstein[5]. 1057 Sept. 21.

Et si postea in futuro capella infra istam terminationem construatur, eidem ęclesię omni iure subiecta habeatur. Huius vero prescripti loci ęclesiam dominus noster archipresul Sigefridus[6] pro remedio animę avunculi sui nomine Adelberti nostris fratribus[7] cum omni iure suo tradidit et cum manu advocati Eberhardi, qui presens aderat, sua episcopali potestate nobis confirmavit, ea videlicet ratione ut, cum dies anniversarius suę depositionis adveniat, nostra fraternitas hunc diem cum vigiliis et missarum cantibus celebrare non desistat[c]. Hanc eandem traditionem et gratiam ex manu episcopali suscepimus et exinde in nostra potestate sine ulla contradictione habuimus.

V.* Collectis colligendisque fratribus nostris sit cognitum, qualiter quędam nobilis matrona nomine Richiza hunc[a] locum[8], quem eius parentes coenobita[9] religione primum

IV. *(script. inter a. 1060. et 1084.)* a) *Ita cod.; sed a. 1057 erat indictio X.* b) *Qui dies a. 1057 dominicus fuit.* c) desistat. *corr.* desistat, *c.*

V. *(script. post medium saec. XI.)* a) *corr. ex* huc *c.*

1) Lohrhaupten (prov. Hessen, circ. Gelnhausen). 2) Mortuo d. 12. m. Decembr. a. 1060, qui ecclesiam non, ut opinatus est P. Lehmann, construxit, sed constructam dedicavit. 3) Mortuo d. 7. m. Decembr. a. 1059. 4) Sepultus ibi non est, sed in monasterio S. Iacobi Moguntino, cf. Böhmer-Will, Reg. aep. Mog. I, 180 nr. 30. 5) Aliquot nomina huius terminationis leguntur etiam in descriptione finium foresti Aschaffenburgensis, quae manu saec. XI. f. 146ᵛ codicis nostri exarata est, quam hic repetimus: *'Terminus foresti quod pertinet ad Ascafaburc (Ascan,* corr. *Ascafa,* cod.*): A fluvio Moin* (corr. ex *Moim* cod.*) usque ad Lapidem Karoli, inde Humulse, inde Menilunbac (menilun* corr. ex *menun* cod.*), inde fossatam viam, inde in Richembahc et deorsum Richembahc usque in rivum Kalda et sursum Kalda usque in Vallem Canum* (id est in terminatione ecclesiae *Hundesdal) et sursum Vallem Canum usque Himminigesstein* (corr. ex *in minigesstein* cod.*) et inde unam sneidam usque Breminunfirst et sursum Breminunfirst usque Esbinunberg et inde in illam sneidam quę tendit ad Flercdesfelt et sursum illam sneidam usque Widenesol et deorsum Widenesol usque Birchencfelt et usque in exercitalem viam et ita pro via usque Vilimares dorsuli et inde in fluvium Sinna et deorsum Sinnam usque medium Moin et deorsum Moin usque ad Lapidem Caroli'.* 6) Sigefridus abbas Fuldensis d. 6. m. Ian. a. 1060 archiepiscopus Moguntinus creatus est; mortuus est d. 17. m. Febr. a. 1084. Quae de eius genere viri docti coniecerunt, v. cl. Draudt exposuit in 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XXIII, 378 ss., ubi Adelbertus inter agnatos sive cognatos archiepiscopi non nominatur. 7) Scilicet congregationi canonicorum Aschaffenburgensium, cui Lucius III papa a. 1184 *'predium in Larchuptin'* cum parrochia et decimis confirmavit, cf. Jaffé-Löwenfeld, Regesta pont. Romanorum n. 15143 — Nomina praepositi et fratrum Aschaffenburgensium, qui hoc tempore vivebant, ignoramus; Sed in codice nostro f. 75ᵛ manu eadem, ut mihi videbatur (aliter Hofmeister l. l. p. 265, n. 4), quae notam de Willigiso scripsit (v. supra p. 757), nomina fratrum ecclesiae collegiatae cujusdam, quos ad ecclesiam Aschaffenburgensem et ad saeculum undecimum pertinere veri simillimum est, exarata sunt, quae hic annotanda duximus: *'Gozmar* (superscript., post erasum: *prepositus). Sanzo* (superscript., post erasum: *dechanus). Liuzman. Bezzo. Diodhart. Ruozelin. Odecar. Heizil. Wodelbrat. Thiothoh. Willirat. Razman. Heizo. Gerolt. Ruodhart. Gunthart. Albolt. Raso. Buobo. Ebbelin. Sigelin. Eberhart. Thiezelin. Ruodolf. Izo* (inter *I* et *z* una littera, non *z*, erasa*). Arnolfus prepositus* (add. manu posteriori*)'.* Arnolfo excepto sunt nomina 25, et 28 praehendas in ecclesia Aschaffenburgensi ab initio extitisse coniecit Amrhein l. l. p. 9. 8) Intelligendus est hic quoque locus sive ecclesia canonicorum Aschaffenburgensium. Itaque non dubito, quin matrona illa nobilis fuerit Richeza, vidua Miseconis II. ducis sive regis Poloniae, filia Ezzonis comitis palatini et Mathildae, filiae Ottonis II. imperatoris, quae post mortem filii Casimiri ducis Poloniae in Germaniam reversa in praedio suo Saalfeld d. 21. m. Martii a. 1063 obiit, cuius parentes congregationem Aschaffenburgensem 'coenobita religione primum extulisse' recte dici potuit. 9) Ante praepositum et canonicos in ecclesia Aschaffenburgensi priorem cum monachis vixisse veri non dissimile est: cf. supra p. 758, l. 29 sq.

extulerunt, bene operando ditavit. Communi enim fratrum utilitati III mansos in loco Criniszi[1] sitos adiecit, ea videlicet conditione ut, cum pro eius parentibus debita persolvatur oratio, pariter fiat illius commemoratio.

1) Praedium nominis Slavici, situm haud dubie in territorio Thuringico Richezae, in quo complures vici Slavice nominati inveniuntur, cf. Dobenecker, Regesta Thuringiae I. 192 nr. 912. Sed de locis hodie Krienitz (Krinitz) appellatis, quae in Saxonia regia sita sunt, vix cogitandum est.

NOTITIA ORDINATIONIS FRISINGENSIS.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Hanc notitiam F. Krieg ex codice Monacensi Latino nr. 6260 (olim Frisingensi) exscripsit, ubi in folio membranaceo operculo anteriori alibi exstabat. Quod hodie solutum per se codex Monac. Germ. nr. 5248. 7 signatur. Quo codice Berolini denuo collato hic primum, ut videtur, notitiam, quae ex parte in formulam redacta est, edimus. Cum textus prelo daretur, etiam codicem evolvit c. cl. G. Leidinger.

A. Hofmeister.

Postulat haec sancta aecclesia, reverende pater, hos viros[a] ordini[b] aptos consecrari sibi a vestra paternitate.' R(esponsum) episcopi: '. . . . .[c] [u]t natura. scientia et moribus [util]es per te introdu[can]tur, immo per nos tales in domo Domini ordinentur personae, per quos[d] diabolus procul pellatur et clerus Deo nostro multiplicetur'. R(esponsum) diaconi[e]: 'Quantum ad humanum spectat examen, natura. scientia et moribus digni habentur et probi cooperatores effici in his Deo volente possunt'.

Anno incarnationis dominicae MXXII[f]. indictione V. in XVI.[g] k. Iul., anno autem 1022. Iun. 16.
domni Egilberti episcopi[1] XVII[h]. celebrati sunt in sede Frisingensi ab eodem venerabili antistite sacri ordines [c]antorum[2], ostiariorum, lectorum, exorcistarum, acolitorum, subdiaconorum, diaconorum, presbiterorum.

Ad ordinem acolitorum: Hartwich, Richart, Werinperht, Willihalm, Adalperht, Pero, Hugipolt, item Pero, Irmanhart, Chuônrat, Engilbaldum, Werdmundum, Fridepertum, Wârmundum, Peronem, Willibaldum, Iitto[i], Hiltigrim, Peronem.

Ad or[dinem] subdiaconorum: Hartwic, Richart, Isanhart, Trutmunt, Lantperht, Hartwich, Werinperht, Willih[a]lm, Adalperht, Peronem, Hugibaldum, item Peronem, Irmanhardum, Chuonradum, Aarônem, Engilb[al]dum, Fridepertum, Warmundum, Peronem, Willibaldum[k], Iitto, Hiltigrim.

Ad ordinem diaconorum: Engilpero, Walarapo, Adalperht, Amulgêr, Isangrim, Adalmâr, Gêroldum, Adoldum, Peranhardum, Helmpertum, Adalliêzum, ...[l], Walterium, Richfridum.

Tunc[m] iubente episcopo archidiaconus accedit propius[n] et v[oca]tur nominatim, ut benedicantur ab episcopo. Invitatio[o]:

a) u . . os c. b) *fortasse* ordini; b c. c) *circiter 5 vel 6 litterae deletae* c. d) quos, *manu posteriore corr.* quas, c. e) diac. c. f) millesimo vig sedo *eadem manu eodemque atramento superscr.* c. g) sextis decimis kal iulii *eadem manu eodemque atramento superscr.* c. h) septimo decimo *eadem manu eodemque atramento superscr.* c. i) Iitto (= Iitto) c. k) *sequuntur circiter 4—5 litterae deletae* c. l) *circiter 9 vel 10 litterae totae fere evanidae* (W. II. p. 1d . . . = Willipaldum ?) c. m) *hic incepit pagina versa.* Tunc Invitatio *litteris manusculis scripta* c. n) pp. us c.

1) Qui sedit a. 1005—1039. 2) Cf. Hinschius, 'System des kathol. Kirchenrechts' I. 4.

De domo sanctae Mariae eligimus ill.[a] ad ostia[rium] ad [eund]e[m] titulum.
De titulo sancti Stephani ill.[a] a[d lec]torem ad eundem [tit]ulum.
De aecclesia sancti Petri ill.[a] ad exorcistam ad eundem titulum.
De monasterio sancti Benedicti ill.[a] ad acolitum ad eundem titulum.

Quod[b] nullus ex aecclesiastico ordine absolute debeat ordinari[b]. Ex concilio Calcidonensi. Cap. VI[1]: Nullum absolute ordinari debere presbyterum aut diaconum, nec quemlibet in gradu aecclesiastico nisi speciali[ter] aecclesiae, civitatis aut possessionis aut martyris aut monasterii nomen, cui ordinandus est, pronunti[e]tur. Qui vero absolute ordinantur, decrevit sancta[2] synodus irritam haberi huiuscemodi manus impositionem et nusquam posse ministrare ad ordinantis iniuriam[c].

a) ill. c. b) Quod — ordinari *litteris maiusculis scripta* c. c) *Sequitur, superscriptis nesmis:* Plantaverat autem dominus Deus paradysum voluptatis a principio, in quo posuit hominem, quem formaverat c.

1) Ad verbum convenit, qui est aetate posterior, Ivo, Decr. VI, 26, cum textus apud Mansi, Amplissima collectio conciliorum VI, col. 1226 sq., et Gratianum D. 70, c. 1, Corpus iuris canonici ed. Friedberg 1, col. 257, magis recedant. 2) *sancta* om. Ivo.

NOTAE ECCLESIAE MAIORIS HILDESHEIMENSIS.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Codici Guelferbytano Aug. 83, 30, *olim ecclesiae maioris Hildesheimensis, membranaceo, de quo cf. O. de Heinemann, 'Die Hss. der herzogl. Bibliothek zu Wolfenbüttel' VII. 2. Abteilung. Die Augusteischen Hss.' IV (1900), 72—75*[1], *binio ex dissimili membrana confectus alia manu saec. XII. posteriori vel XIII. ineuntis conscriptus f.* 197—200 *insertus est, quem hic totum fere primum edere iuvat. Ex quo 'Fragmentum de reliquiis quibusdam ecclesiae cathedralis Hildesheimensis' (*Anno — Berewardi episcopi, *infra p.* 764. *l.* 15 — *p.* 765, *l.* 20*) publici iuris fecerat Leibniz. SS. rerum Brunsvic. I (*1707*),* 771 *sq.*

A. Hofmeister.

Conradus presbiter de Bodensteine[2] contulit ecclesie argentum. scilicet III libras et VIII solidos, de quibus empte sunt tres aree in civitate nova episcopi inpensis edifitiis ab ipso XVI libris et dimidia. Dominus eciam episcopus Conradus[3] easdem tres areas ad petitionem predicti Conradi liberas ab omni iure censuali et advocatie dimisit et exemptas ab omni civitatis illius iure pro remedio anime sue contulit ecclesie. De hiis tribus areis et domibus dabuntur IIII^{or} denarii ad prebendam et VII ecclesiasticis, nisi possit plus inde dari in anniversario ipsius Conradi presbiteri.

Advocatia super XII areas in Vittenbere acquisita est argento Hermanni subdiaconi fratris nostri et ecclesie, ita ut de censu predictarum arearum et advocatie in vigilia omnium sanctorum matte XX et una magne et XX parve dominis et vicariis et scolaribus in sedibus et in formula et in choro ministrentur. In vigilia annuntiationis magne matte dormitorio puerorum et hospitali sancti Iohannis dividentur et XX matte parve in sequentem annum preponende secundariis altaribus a custodibus hospitalis et dormitorii servabuntur. Item decima earundem arearum et unius mansi in Vittenbur[a] acquisita est argento Iohannis laici et ecclesie a Sifrido milite[4] et donatione domini Sifridi episcopi[5], ita ut inde provideantur luminaria ad IIII^{or} cripte principalis altaria et ad quintum apostolorum, ita videlicet ut in magnis festivitatibus omnia, scilicet IIII, a vespera usque ad primam incendantur, in quolibet festo cuiuslibet apostoli unum ad altare sancti Petri. In quolibet alio festo cuiuslibet patroni illorum IIII^{or} altarium ante altare patroni illius altaris a vespera usque ad primam ardeat unum lumen. De utroque istorum, scilicet advocatia et decima, ab obedienciario Osede[b] utrumque crucibula et matte pariter ministrantur. De duabus areis et totidem domibus acquisitis a Conrado canonico de Bodensteine nove civitatis prepositi[c] collatis a domino Sifrido episcopo et capitulo XX talenta cere dabuntur ecclesie. Ex hiis VII ad tria luminaria circa altare principale, II talenta in dedicatione cripte super candelabra suspensa ad vesperas, matutinas, horas, missam intendantur, ex hiis factis XX

a) vittenb *cum signo pro syllaba* ur *usitato c.* b) *sequitur lacuna circiter duarum litterarum p.* c) *ita c.*

1) Cf. etiam 'UB. des Hochstifts Hildesheim' VI, nr. 486 et 'Nachträge' p. 986, nr. 4. 6. 7. 9. 31. 2) Quidam 'dominus Conradus de Bodensten' inter clericos nominatur 'UB. d. Hochst. Hild.' I, nr. 566 (1201 Nov. 23). 3) Aut Conradus I. episcopus Hildesheimensis a. 1194—1198, postea episcopus Wirzburgensis, aut Conradus II. a. 1221—1246. 4) de Aulica (Elze): cf. cartam Sifridi I. episcopi Hild., 'UB. d. Hochst. Hild.' I, nr. 762 (1221 [Mai—Juni]). 5) Sifridus I. episcopus Hildesheimensis a. 1216—1221.

candelis. In anniversario eiusdem Conradi fiet candela de VII talentis, que ponetur retro contra principale altare in summitate ecclesie et ardebit a vigiliis usque[a] post summam missam. Superfluum incendetur ad matutinas festivitatum novem lectionum. Dabuntur eciam II solidi ecclesiasticis, qui omnes has candelas parent, ponant et deponant, accendant et exstinguant. Dabuntur eciam IIII[or] libre cere ad candelam super candelabrum ante altare crucis, que ardebit in quolibet festo, quando duo presunt choro, cum candelis accensis circa[b] chorum, et in annunctiacione sancte Marie ardebit a principio matutinarum usque post cantatas vesperas. Ardebit eciam eadem in anniversario cuiuslibet Hildensemensis episcopi et predicti Conradi[c] ad vigilias tantum et ad missam animarum. In dedicatione eciam cripte dabuntur VI denarii subcustodi, qui dicet ibi vesperas, completorium, matutinas et omnes horas et summo mane missam, secundas vesperas et completorium adiunctis sibi tribus scolaribus, quibus III denarii[d], et tribus ecclesiasticis, quibus eciam tres dabuntur. [Census[e] tercie aree cedet[f] ad ministrandum thus ad altare sancte Marie ferialibus diebus inter canonem.]

1061. Anno incarnationis dominice M°LXI. indictione XIIII. templum hoc a venerabili huius
Mai 5 sedis episcopo Hecelone renovatum est et III. nonas Maii devote consecratum ordinationis sue anno nono[1] in honore sancte et individue Trinitatis et victoriosissime crucis et sancte Marie matris, de cuius lacte[g] et capillis hic habetur, et sanctorum, quorum hic reliquie recluduntur[h]: Iohannis baptiste, Iohannis ewangeliste, Andree, Pauli, Bartolomei, et sanctorum martyrum Stephani, Viti, Iustini, Cancii, Canciani, Cosme et Damiani, Tyburcii et Valeriani, Iusti et Arthemii, Pancratii, Mauricii, Gereonis, Bonifacii, Albani, Clementis, Sixti, Laurencii, Oswaldi, Marci, Marcellini et Petri, Dyonisii, Rustici et Eleutherii, Victorini, Blasii, Ypoliti, Gangolfi, Lamberti, Christofori, Theodori, Cyriaci, Quirini, Peregrini, Sysinnii, Hermetis, Cornelii, Cypriani, Cassiani, Fabiani, Sebastiani, Proti, Adriani, Gorgonii, Naboris, Nazarii, et sanctorum confessorum Silvestri, Gregorii, Martini, Hilarii, Augustini, Ieronimi, Benedicti, Epyphani, Willehadi, Remigii, Amandi, Clodoaldi, Nicolay, Remedii, Ludgeri, et sanctarum virginum Cecilie, Speciose, Cancianille, Honeste, Margarete, Lucie, Brigide, Agnetis, Agathe, Ludrudis, Pusinne, Barbare, Verene, Marie Magdalene.

In quolibet festo sanctorum prenominatorum et in quolibet festo novem lectionum ardebit candela retro altare sancte Marie posita ad matutinas a principio usque in finem et ad matutinas sancte Marie. Parabitur autem ter in anno. Primo in anniversario Conradi presbiteri de VII libris cere, que dabuntur de duabus areis et domibus nove civitatis prepositi[i]. Secundo de tribus anniversariis Rodolfi subdiaconi Goslariensis canonici et patris sui Leonardi in purificatione et matris sue Gertrudis in vigilia Laurentii, de quinta et dimidia libra cere. Tercio in anniversario Vulveri presbiteri, qui est in festo Dionisii libra et dimidia cere, et de anniversario Gerungi laici, qui est in vigilia Cecilie[2], de duabus libris cere. Ardebit eciam candela in anniversariis predictorum ad vigilias, ad missas et ad omnes horas. Ecclesiasticis dabuntur duo solidi in anniversario Conradi presbiteri et VI denarii[k] in anniversario Rodolfi canonici, VI denarii[l] in anniversario patris sui et VI denarii[m] in anniversario matris sue et VI denarii[m] in anniversario Gerungi laici.

Hec reliquie continentur in altari sancti Martini ad tumbam beati Godehardi[3]: De vestimentis sancte Marie, Andree, Iacobi, et sanctorum martyrum Stephani prothomartyris, Laurencii, Cosme et Damiani, Tiburcii et Valeriani, Caricianorum, Pancratii, Vincencii, Pantaleonis, Gereonis et sociorum eius, Christofori, Ypoliti, Fabiani et Sebastiani, sanctorum confessorum Nicolai, Martini, Godehardi, Epiphani, et sanctarum virginum Cecilie, Margarete, Marie Magdalene, Ursule, Colencie[4], et sancti Voti[4] martyris, Petri apostoli, Menne martyris, Miniatis martyris, Floriani martyris, Pelagii martyris, Valerii confessoris, Burchardi episcopi.

Hoc[n] altare fecit Bruno presbiter et celerarius[4] et consecravit Adellogus Hildensemensis episcopus[5]. Ad hoc altare in quolibet festo cuiuslibet[o] sancti prenominati et patroni ardebit

a) *sequitur* ad *expunctum* c. b) cca *in loco raso* c. c) *sequitur circiter* 3 *litterae expunctae et erasae* c. d) denar c. e) Census — canonem *in margine manu coaeva suppl.* c. f) ced; c. g) lacte *supra lineam manu posteriore* c. h) *in margine manu posteriore add.*: et nomina subscribuntur c. i) *ita* c. k) VI· den̄ *in loco raso* c. l) denar c. m) den c. n) *Praecedit* ℣ c. o) cuiuslibet *eadem manu in marg. suppl.* c.

1) Error. Hecelo sedit a. 1054—1079. Cf. infra Fund. eccl. Hild. 2) Cf. 'UB. d. Hochst. Hild.' 1, nr. 270. 3) Mort. a. 1038 Mai. 5, canoniz. a. 1131 Oct. 29, transl. a. 1132 Mai. 4. 4) Qui in cartis a. 1181—1194. nominatur, 'UB. d. Hochst. Hild.' 1, nr. 407. 506. 5) Qui sedit a. 1170—1190. Cf. A. Bertram. 'Hildesheims Domgruft und die Fundatio ecclesie Hildensemensis', Hildesheim 1897, p. 38, n. 1.

unum lumen a vespere usque mane in candelabro suspenso ad pedes tumbe sancti Godehardi, et ministrabitur idem lumen cum aliis luminaribus patronorum altarium sancte Marie et sancti Iohannis et sancti Stephani et ad altare sancti Petri in quolibet festo et octava que agitur apostoli de XII arearum advocatia in Wittenburc[a] et decima unius mansi et ville. Hec advocatia acquisita est ab Arnoldo laico et decima a milite Sifrido, consentiente et donante domino Sifrido Hildensemensi episcopo[1]. Tria altaria cripte sancte Marie, sancti Iohannis, sancti Stephani destructa et reparata a Conrado cantore[2] reconsecrata sunt a Harberto Hildensemensi episcopo[3], superadditis prioribus reliquiis pluribus, anno dominice incarnationis M°CC°VI°. 1206.

In capsa argentea continentur reliquie sancte Dei genitricis Marie: de crinibus, de unguibus, de lacte et de vestimentis, de sudario Domini, de sanguine Domini, de circumcisione Domini.

Reliquie sanctorum ad altare in medio cripte in honore sancte crucis et sancte Marie virginis: Pauli apostoli, sanctorum martyrum Georgii, Viti, Castuli, sanctorum Cancianorum, Iusti et Arthemii, et Honeste virginis, Christofori, Peregrini, sanctorum confessorum Ambrosii, Epiphani, Innocencii, sanctarum virginum Cecilie, Lucie, Margarete.

Reliquie ad australe altare eiusdem cripte in honore sancti Iohannis baptiste et sancti Iohannis ewangeliste: Oswaldi regis et mar., Pancratii mar., Vigilii mar., Godehardi confessoris, Benedicti abbatis, Remigii confessoris; Heinrici confessoris[4], Ottonis confessoris[5], Marie Magdalene, Kuningundis[b] virginis[6].

Reliquie ad septentrionale altare in honore sancti Stephani prothomartyris: Laurentii mr., Cosme et Damiani martyrum, Tyburcii et Valeriani martyrum, Marci et Marcelliani martyrum, Nycolai episcopi, Berewardi episcopi[7].

Hiis festivitatibus ardebit unum lumen ad australe altare eiusdem cripte: In nativitate sancti Iohannis baptiste, in decollatione sancti Iohannis baptiste, in natali Iohannis ewangeliste, in festo Iohannis ante portam Latinam, in festo Oswaldi regis et mr., in festo Pancracii mr., in festo Vigilii mr., in translatione sancti Godehardi confessoris, in festo Benedicti, in festo Remedii confessoris, in festivitate Heinrici confessoris, in natali Ottonis confessoris, quod[c] est pridie kalendas Iulii, et in translatione eiusdem, quod[d] est kalendis Octobris[e. 8], in festo Marie Magdalene, in natali Kuningundis[b] virginis, quod[d] est in octava Mathie apostoli, et in translatione, que est quinto idus Septembris.

Hiis festivitatibus ardebit unum lumen ad septemtrionale altare: In natali sancti Stephani prothomartyris, in invencione Stephani, in festivitate Laurentii mr., in festivitate Cosme et Damiani, in festivitate Tyburcii et Valeriani, in festivitate Marci et Marcelliani, in festivitate Nicolai confessoris, in natali Berewardi episcopi et confessoris, in translatione eiusdem.

Hiis festivitatibus incendentur tria lumina ante tria altaria in cripta: In nativitate Domini, in circumcisione Domini, in epiphania, in purificatione, in annunciatione, in palmis, in cena Domini, in pascha, in dedicatione ecclesie, in ascensione, in pentecoste, in festivitate Trinitatis, in dedicacione cripte, in assumptione sancte Marie, in nativitate sancte Marie, in festo angelorum, in festivitate omnium sanctorum, in adventu reliquiarum.

Hiis festivitatibus ardebit unum lumen ad altare in medio cripte: In invencione sancte crucis, in exaltacione sancte crucis, in octava assumptionis, in octava nativitatis sancte Marie, in festo Petri et Pauli, in festivitate Georgii, in conversione Pauli, in festivitate Viti, in festivitate Castuli, in festivitate Cancianorum, Iusti, Arthemii et Honeste, in festivitate Cristofori, in festivitate Peregrini, in festivitate Ambrosii, in festivitate Epiphanii, in festivitate Innocencii, in festivitate Cecilie.

a) wittenbc *cum eodem signo ut supra p.* 763, *n.* a *c.* b) *ita c.* c) q *c.* d) qđ *c.* e) Octob *c.*

1) Cf. UB. d. Hochst. Hild.' I, nr. 762 (1221 [Mai—Juni]). 2) Qui in cartis inde ab a. c. 1200. occurrit. 3) Qui sedit a. 1199—1216. 4) Heinricus II. imp., mort. a. 1024. Iul. 13, canoniz. a. 1146. Mart. 12 vel 14, transl. a. 1147. Iul. 13. 5) Otto I. episcopus Bambergensis, mort. a. 1139. Iun. 30, canoniz. a. 1189. Aug. 10, transl. a. 1189. Sept. 30. 6) Kunegundis imperatrix, mort. a. 1033. Mart. 3, canoniz. a. 1200. Apr. 3, transl. a. 1201. Sept. 9. 7) Mort. a. 1022. Nov. 20, canoniz. a. 1193. Ian. 8, transl. a. 1194. Aug. 16. 8) Hoc die ex. gr. in episcopatu Camminensi festum Ottonis celebrabatur.

NOTAE PRUMIENSES.

EDIDIT **F. BAETHGEN.**

Inter pretiosissimos bibliothecae publicae Berolinensis codices manuscriptos sine dubio evangeliarium illud Prumiense, quod littera Theol. Lat. Fol. 733 signatum inter Gorresianos (n. 94) adservatur, habendum est, quamquam opinionem, qua hunc esse librum ab Lothario imperatore anno 852 Monasterio Prumiensi donatum hucusque viri docti existimabant, rationibus plane evidentibus nuper refellit cl. v. H. Degering in 'Fünfzehn Jahre Königliche und Staatsbibliothek' (1921) p. 132 sqq.; cf. 'News Archiv' t. XLIV (1922) 135. Hic codex in ultimis foliis (233[r] et 234) continet notitias quasdam diversis manibus saec. XI. ex. et saec. XII. exaratas, quas hic proferre operae pretium videtur. Codicem fusius descripserunt M. L. Delisle in 'Journal des Savants' 1902 p. 461 sqq.; H. v. Rożycki, 'Das Evangeliarium Prumense' (1904); cf. 'Centralblatt für Bibliothekswesen' XIX (1902) 430 sq.; F. Schillmann 'Verzeichnis der lat. Hss. der preuß. Staatsbibliothek zu Berlin' III (1919) 94 sq.; denique H. Degering loco superius iam citato. Quorum aliqui et notitias supra laudatas typis expresserunt, sc. Delisle p. 474 sq., Rożycki p. 12 sqq., Schillmann p. 94 sq. Porro primae notitia exstat apud Hontheim, Historia Trevirensis I (1750) 350 necnon in his Scriptoribus (t. XV$_2$, 1281) v. cl. H. V. Sauerland notitiam dedicationis anno 1098 factae, non integram quidem, ex Brower et Masen, Metrop. eccl. Trev., ed. Chr. de Stramberg I (1855) 470 recudi fecit. Codicem denuo inspexit v. cl. P. Kehr.

F. Baethgen.

Anno dominicae incarnationis DCCC. LII. indictione XV. adveniens Lotharius imperator Prumiam monasterium, quod est constructum in honore domini et salvatoris nostri Iesu Christi necnon et genitricis eiusdem Dei et domini nostri, beatissimi quoque Iohannis babtistae et precursoris eius, sanctissimorum etiam apostolorum Petri et Pauli ceterorumque apostolorum, Stephani quoque prothomartiris cunctorumque sanctorum martirum, Martini etiam et Benedicti venerabilissimorum confessorum cunctorumque sanctorum, anno imperii sui in Italia XXXIII. et in Francia XIII. et optulit haec[1] mente devota sancto salvatori et omnibus prefatis sanctis pro remedio animae suae et coniugis[2] defunctae prolisque et omnium predecessorum suorum pro statu regni.

Titulus*.

Altare hoc consecratum est die VI. kalendas Octobris in honore s. Stephani prothomartiris, Pancratii, Mauritii, Gereonis, Viti, Blasii, Pantaleonis martirum, Margaretae, Praxedis virginum**.

* Altaris sancti Stephani in sacristia anno Domini M° CCCC° LXXVII. *post* Titulus *in loco raso addit manus saec. XV.*

** Per episcopum Azotensem[3], dominum Hupertum[4], Iohannis[5] archiepiscopi Treverensis vicarium *post* virginis *in loco raso addit manus saec. XV.*

1 Vocem '*haec*' non spectare ad evangeliarii librum, sicut voluerunt F. Schillmann ceterique viri docti, recte demonstravit H. Degering l. c. p. 138 sqq.; sed ne hunc quidem sequendum puto, cum dicat ea voce significari catalogum cimeliorum monasterii Prumiensis a. 1003. compositum cf. H. Beyer, Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrhein. Territorien I. 717 sq., quem foliis codicis antecedentibus, nunc quidem excisis, inscriptum fuisse satis constare mihi non persuasi. Credendum potius mihi videtur notitiam nostram fuisse titulum quendam inscriptum in tabula, quae super muneribus vel exenniis imperatoris — id est '*haec*' — suspensa erat. 2) Irmingardo, † 851. Mart. 20. 3) Azotus in Palaestina. 4) Creatus 1450. Mai. 11. 5) Iohannes II., 1456—1503.

Anno dominicae incarnationis millesimo XLVII. XII. kal. Aprilis renovata est dedi- 1047. Mart. 21
catio altaris ecclesiae [s.][a] Vedasti a Brunone episcopo Tullensi[1], [in][a] quo etiam hae reliquiae reconditae sunt: sanctae Mariae, s. Petri, s. Stephani, [s.][a] Lamberti, sanctorum Marii, Marthae martiris, [s.][a] Willibordi confessoris, s. Margaretae virginis, sanctarum virginum XI milium.

Anno[b] ab incarnatione Domini millesimo XC. VIII. indictione VI. concurrente III. 1089. Oct. 1.
epacta XV. kal. Octobris rogatu inperatoris Heinrici III. et permissu domni Eigilberti Trevirorum archiepiscopi[2] consecrata est haec cripta a venerabili Wecelone[c] Witernensi[3] episcopo in honore sanctae et individuae Trinitatis et sanctae crucis et sanctae Dei genitricis Mariae et sancti Michahelis archangeli et sancti Andreae apostoli et sanctorum XXIIII seniorum. Continentur hic reliquiae: de pallio, in quo Dominus natus involutus est; de columpna, ad quam Dominus ligatus flagellatus est; de sepulchro et sudario Domini; de pallio et sandaliis et sepulchro sanctae Dei genitricis Mariae; de sandalio sancti Andreae apostoli; de monte Syna in loco, quo Dominus Moysi locutus est; de sycomoro, ex qua Zacheus Dominum vidit.

Eodem die consecratum est hoc altare in honore sancti Iohannis baptistae et sanctorum martirum Stephani prothomartiris, Vincentii, Christophori, Cipriani, Theodori, Adalberti, quorum reliquiae hic habentur, et sanctorum Laurentii, Demetrii[d], Blasii, Mercurii, Georgii, Bonifacii et sociorum eius.

Eodem die consecratum est hoc altare in honore sanctorum martirum Mauricii et sociorum eius, Tyrsi et sociorum eius, Calisti et Cornelii pontificum, Cosmae et Damiani, Marcellini et Petri, Abdon et Sennes, Proti et Iacinti, Agapiti, Silani, Magni et Andreae cum sociis eorum. Et hic habentur reliquiae: Crisancti et Dariae, Dionisii, Hermetis et sanctorum XL martirum.

Eodem die consecratum est hoc altare in honore sanctorum confessorum et pontificum Remigii, Germani, Amandi, Nicetii, Bavonis, Mansueti, Eucharii, Valerii, Goaris, Vedasti, Materni, Martini, Lupi, Leonis, Willibrordi, Maximini[e].

Eodem die consecratum est hoc altare in honore sanctarum virginum, quarum hic reliquiae habentur: Margaretae, Columbae, Stephanae, sanctarum virginum XI milium et sanctarum Gertrudis, Walpurgis, Mariae Magdalenae, Mariae Egyptiacae, Scolasticae, Lyobae[b] et omnium virginum.

a) *m. marg. abscis.* b) *Hanc notitiam* Anno Lyobae *eandem fere repetivit fol.* 234[v] *manus quaedam sec. VIII., titulo altarium additis praemissisque his verbis:* Anno incarnationis dominice M. CC. XXVIIII. abbate Friderico, decano Theoderico, custode Reinardo sancti Salvatoris in Prumia ego Iohannes peccator monachus et rector scolarum eiusdem ecclesie ex rogatu dicti custodis inscripsi hunc libro nomina reliquiarum, que sunt in cripta. Anno *etc. Cf. Delisle l. c. p.* 474. *Różycki l. c. p.* 14. c) Winclone *in elencho Iohannis scolarum rectoris nuda praecedenti laudato:* Wicelino *Sauerland.* d) ducis Thessalonicensis *addit Ioh.* e) *supersor. c.*

1) 1026—1049. 2) 1079—1101. 3) Witerna *Guidone Viterbiensi episcopo* emendandum esse conc. sive Casa Candida in Scotia, hodie Whithorne-Galloway; cit Degering l. c. p. 185, n. 2

DEDICATIONES ECCLESIARVM GERMANIAE ET GALLIAE.

Collectionem notitiarum, quae dedicationes ecclesiarum et altarium singulorum enarrant, in T. XV. Scriptorum a v. cl. h. m. O. Holder-Egger paratae hoc loco complures alias addimus, quae aut postea in lucem editae sunt, aut antea iam nobis illum virum doctissimum effugerant. Non obtriscendum est plerasque harum notitiarum a tabulis sive titulis descriptas esse, qui in aliqua parte ecclesiae sive in sive super altari aliquo affixi erant; nos vero de his inscriptionibus ipsis non curavimus, sed eas tantum notitias in hanc collectionem recepimus, quae libris manu scriptis vel qui prelum subierant nobis servatae sunt.

H. Bresslau.

DEDICATIO ECCLESIAE S. ANDREAE COLONIENSIS.

Hanc dedicationem nunc deperditam descripsit Gelenius in Farragine vol. IX. fol. 68 et in libro De admiranda magnitudine Coloniae p. 291 eam edidit; unde eam repetierunt Alfter, Inscriptiones, Epitaphia, Monumenta Codex Colon. bibliothecae gymnasii apud Marcellum nr. XLVII fol. 22v: Hupsch, Epigrammatographia sive collectio inscriptionum (Colon. 1801) II. 10 nr. 23; Binterim, 'Die Erzdiözese Köln' I² (1892). 71; F. X. Kraus, 'Die christlichen Inschriften der Rheinlande' II. 251 nr. 535. Quam nos codice a v. cl. H. Keussen benigne collato denuo hic damus, cum argumenta, quibus usus in 'Westdeutsche Zeitschrift' XXX (1911). 290 v. cl. Th. Ilgen eam genuinam non esse suspicatus est, non satis momenti habere nobis videntur.

F. Baethgen.

974 Mai. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXXIV., indictione secunda, quinto nonas Maii dedicata est haec domus Domini a Gerone reverendissimo archiepiscopo in honore sancti Andreae apostoli et omnium apostolorum Christi; et in hac Dei ara continentur reliquiae: sancti Matthaei apostoli et evangelistae necnon sanctorum martyrum Christofori, Laurentii, Ciriaci, Cosmae et Damiani, Caeciliae et Agnetis.

DEDICATIO CAPELLAE S. STEPHANI APUD PORTAM ALTAM COLONIAE.

Hanc dedicationem servavit Gelenius, De adm. magnit. Col. p. 651. incisam olim, sicut tradit, uncialibus litteris perreteri marmori meridionalis muri; unde eam post v. cl. Fr. X. Kraus, 'Die christl. Inschriften der Rheinlande' II. 277 nr. 593 hic repetimus. Renovationes eiusdem dedicationis duas servari hodie in museo civitatis Coloniensis docet Kraus l. c.

F. Baethgen.

Anno dominicae incarnationis millesimo VIIII. VI. kal. Iunii hoc templum sancti Stephani protomartyris dedicatum est a venerabili archiepiscopo Coloniensi[1] in honorem Domini nostri Iesu Christi et eius victoriosissimae crucis sanctissimaeque virginis Mariae Dei genitricis necnon et illorum sanctorum, quorum reliquiae hic habentur inscriptae, id est sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Iacobi et sanctorum martyrum Stephani protomartyris, Albi Ewaldi, sanctorum confessorum Cornelii et Cypriani, Pontiani, Benigni, Wironis, sanctarum quoque virginum Caeciliae et sanctarum undecim millium virginum et omnium sanctorum. 1009 Mai 27.

NOTA DEDICATIONIS FRISINGENSIS.

Sequentem notam de dedicatione altaris principalis maioris ecclesiae Frisingensis inter a. **1029.** *et* **1039.** *peracta edidit in 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XV.* **166** *e. cl. E. Dümmler ex codice bibl. Monacensis lat. nr.* **6421.** *necrologium Frisingense continente, cuius extremo folio inscripta est*[2]. *O. Holder-Egger.*

Renovata dedicatio altaris, quod est huius sedis principale, quae fiebat in VI. idus Septembris per episcopos Heribertum Eibstadensem[3], Eberhardum Augustensem[4], presente etiam Egilberto eiusdem sedis venerabili episcopo[5], in nomine sancti Salvatoris et in honore sanctae crucis et sanctae Mariae matris Domini et sancti Corbiniani confessoris et episcopi, Adriani martiris et sanctorum, quorum reliquiae hic continentur, et omnium sanctorum: imprimis de cruce Domini, de columna ubi flagellatus est, de tunica inconsutili; reliquiae sanctae Mariae, sancti Iohannis baptistae, sanctorum apostolorum Petri et Andreae; sanctorum martirum: Stephani protomartiris, Laurentii, Mauricii, Pancracii, Gorgonii, Cosmae et Damiani, Fabiani et Sebastiani, Cypriani, Florencii, Felicis papae, Quirini, Parthenii et Caloceri, Alexandri, Eventii et Theodoli, Alexandri filii Felicitatis, Georgii, Proculi, Marinae, Ingenuini, Primi et Feliciani, Clementis et Urbani, Rustici et Eleutherii, Crisanti et Mauri, Iuliani, Crisogoni, sanctorum innocentum: sanctorum confessorum: Martini, Ambrosii, Iustini presbiteri, Aisandi; sanctarum virginum: Felicitatis matris VII filiorum, Agathae, Iulianae, Anastasiae, Barbarae, Hvaldburgae, Helenae, Adegundis.

NOTAE DEDICATIONUM S. BLASII BRUNSWICENSIS.

In Leibnitii et Schadii Originum Guelficarum t. II (1751), p. **492** *sqq. sequentes additae editae sunt ex plenario S. Blasii, quod hodie Vindobonae in palatio ducis de Cumberland inter numorum scrinia asservatur. De quo codice cf. Orig. Guelf. II.* **335**. *n. zz et imprimis W. A. Neumann, 'Der Reliquienschatz des Hauses Braunschweig-Lüneburg'. Wien* **1891**, *qui has notas sub nr.* **39**. *p.* **243** *edidit. Quas manu saec. XII. scriptas hic a socio nostro H. Hirsch denuo collatas damus. Germanice eas vertit L. C. Bethmann, 'Die Gründung Braunschweigs und der Dom Heinrichs des Löwen', in 'Westermanns Jahrbuch der Illustrierten Deutschen Monatshefte' X (1861), 536. A. Hofmeister.*

Principale altare dedicatum est a beato Godehardo Hildenemensi episcopo[6] in honore domini nostri Iesu Christi et sanctae crucis et sanctae Mariae virginis et sancti Iohannis baptistae et apostolorum Petri et Pauli et sanctorum martirum Blasii, Pantaleonis, Cosme, Damiani, Tiburtii, Valeriani, Ciriaci, et sanctorum confessorum Silvestri, Martini, Epiphanii, et sanctarum virginum Ceciliae, Teclae, Benedictae, Leuthrudis, et[a] aliorum[b] plurimorum[b] martirum, confessorum, virginum[a]. 1022 Oct.

a et — virginum *suppl. c.* b—b al. plrm c.

1) Heriberto 999—1021. 2) Eam etiam meditam ratus exhibuit A. Lechner, 'Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Baiern' (Freiburg 1891), p. 71. n. 1. 3) A. 1022—1042. 4) A. 1029—1047. 5) Frisingensi a. 1005—1039. 6) A. 1022—1038. Totam ecclesiam a. 1030. dedicatam esse refert tabula vernacula in eccl. S. Blasii suspensa, Leibnitii SS. R. Brunswic. I, 148; sed cf. Bethmann, 'Westermanns illustrierte Deutsche Monatshefte' X, 1861, p. 587. Ex hoc plenario de hac dedicatione relatum est in Braunschweig. Reimchr. v. 2842 sqq., 'Deutsche Chron.' II. 495.

Septentrionale altare dedicatum est ab eodem prefato episcopo G. in honore sanctae Mariae, Ceciliae, Benedictae, Margaretae, Iulianae, Verenae et Pancratii martiris[a] et al.

Australe altare dedicatum est a venerabili Hunoldo Merseburgensi episcopo[1] in honore sanctorum martirum Stephani, Sixti, Donati, Bonifacii, et sanctorum confessorum Anastasii, Innocentii, Othelrici, et[b] aliorum plurimorum martirum, confessorum, virginum[b].

1044 1054. Altare in media ecclesia dedicatum est a venerabili Hecelino Hildenemensi episcopo[2] in honore domini nostri Iesu Christi et victoriosissimae crucis et sanctae Mariae virginis et sanctorum apostolorum Iohannis et Iacobi, et sanctorum martirum Abdon, Sennes, Iohannis, Pauli, Cosme et Damiani, Sebastiani, Secundi, Hermagorae[c] episcopi et martiris[c], Mauricii, Victoris, Georii, Pancratii, Marcellini, Petri, Luciani, Blasii, Feliciani, Primi, Valentini, Vincentii, Germani, Crisogoni, et sanctorum confessorum Benedicti, Augustini, Ilarii, Willehadi, Ieronimi, Anskarii, et sanctarum virginum Agnetis, Rufinae, Sophiae, et[d] aliorum plurimorum.

Altare in septentrionali parte monasterii dedicatum est a venerabili episcopo Mindenensis ecclesiae Brunone[3] in honore sancti Clementis et Marcelli martirum et sanctorum Martini, Briccii[e], Willibrordi confessorum et[f] aliorum plurimorum.

In australi parte dedicatum est altare ab eodem episcopo Brunone in honore sanctorum[g] Mauricii, Cassii, Florentii, Gereonis, Victoris, Georii, Christofori, Theodori et[h] aliorum plurimorum martirum, confessorum, virginum[h].

Oratorium in turre in australi parte dedicatum est ab eodem episcopo Brunone in honore sancti Michahelis archangeli et sanctarum virginum Gerdrudis, Scolasticae, Mathelbertae, et[i] aliorum plurimorum martirum, confessorum, virginum[i].

Oratorium in septentrionali parte turris dedicatum est ab episcopo venerabili Folchwardo Brandeburgensi[4] in honore sancti Gabrihelis archangeli et sanctorum Gervasii, Protasii, Georii martirum et sancti Iacobi confessoris, et sanctarum Emerencianae, Waltburgae virginum, et[k] aliorum plurimorum martirum, confessorum, virginum[k].

NOTITIAE DEDICATIONUM ECCLESIAE EPTERNACENSIS.

Monumentis abbatiae Epternacensis in XXIII. tomo Scriptorum editis iuvat hic addere notitias dedicationum, quae extant in codice nr. 5 *bibliothecae sectionis historicae instituti magniducalis Luxemburgensis, iam pridem a me plenius descripto 'Publications de la section historique de l'Institut Grand-ducal de Luxembourg' XLV (1896), 225. Exaravit eum anno* 1537. *frater Willibrordus Schram de Vianden archivista, qui compluribus voluminibus chartas abbatiae congessit. Hic fol.* 169—173 *huius codicis primum usus est evangeliario quodam, tum sub nr.* 129 *in bibliotheca ecclesiae servato, ex quo inventarium reliquiarum notitiis dedicationum non adornatum transscripsit. Deinde fol.* 174—178 *usus est alio 'libro evangeliorum et epistolarum, quod (sic) in duplicibus ad summum altare causa ornatus ponitur', qui liber idem, sed locupletius inventarium reliquiarum praebebat, unde etiam fol.* 169—173 *notitias dedicationum in primo evangeliario non repertas inter lineas inserit aliaque pauca addidit. Codicem ipse transscripsi.* *N. de Wervеke.*

De reliquiis in altaribus ecclesie nostre conditis.

"In principali altari sunt de sepulchro Domini, de lecto, in quo natus est Dominus; de pallio Helie; de presepio Domini; de sepulchro Lazari suscitati; de loco, in quo Dominus ascendit in celum; de lapide, super quem innocentes sunt occisi; de loco assumptionis Marie in celum; de lapide, in quo sedit Dominus, quando

*) Ex evangeliario de A 29 *praemittit c.*

a) nr et al. *suppl. c.* b) et — virginum *suppl. c.* c) Hermagorae ep. et mart. *supersc. c.* d) et al. plurim *suppl. c.* e) Briccii, *alterum e supersc. c.* f) et al. plurim *suppl. c.* g) *corr. ex* sci c. h) et — virginum *fortasse suppl. c.* i) et virginum *fortasse suppl. c.* k) et — virginum *fortasse suppl. c.*

1) A. 1036—1050. 2) A. 1044—1054. 3) A. 1037—1055 Brandenburg. u. Preuß. Gesch. I, 2, 68, qui eum inter a. 1063. et 1068. episcopum fuisse censet. 4) De hoc vide H. Bresslau in 'Forsch. z.

misit binos discipulos ante faciem suam; de ligno sancte crucis; de Calvarie loco, ubi crucifixus est Dominus; de vestimento s. Marie; de pane, quem dedit Dominus discipulis; de quinque panibus, quos benedixit Dominus; de virga Moysi; de cripta, ubi apostoli dormierunt in monte Oliveti; de funibus, quibus ligatus est Christus; de vestimento s. Iacobi et alterius Iacobi, Bartholomei et Thadei; de reliquiis s. Petri, Symonis, Thome, Mathei; de reliquiis s. Stephani prothomartiris; de corpore s. Concordii martiris, Xisti[a] pape et martiris, Anastasie martiris, Felicissimi et Agapiti, Ciriaci martiris; de brachio s. Vincentii; de corpore s. Lamberti et s. Lauderici et s. Gangulphi; et de reliquiis s. Constantii; de cingulo s. Gregorii pape; reliquie s. Sabini episcopi, s. Martini, s. Huperti, s. Adalberti; de corpore s. Verene martiris; de capite s. Walpurgis virginis; de corpore s. Barbare virginis et s. Lucie virginis.

In dextro altari dedicato in honore sanctorum confessorum Christi sunt reliquie: de corporibus sanctorum Martini, a quo nominatur, Nicolai, Maximini; de corpore s. Felicis episcopi, et de corpore ac vestimento s. Udalrici.

In sinistro altari constructo[b] in honore sanctorum martyrum[b] sunt reliquie: sanctorum martyrum Felicissimi et Agapiti, s. Laurentii; de vestimentis s. Stephani, a[c] quo nomen habet[c]; de lapide, cum quo ipse lapidatus est; de reliquiis s. Anastasie martyris, Iusti martyris, Gangulphi, Affi[d], Vincentii, Prothi, Iacincti, Iohannis et Pauli, Panthaleonis; de sanguine sancti Sixti vel Xisti, s. Calimeri[e], Nahoris, Felicis, Martiani, s. Exuperii signiferi s. Mauritii; de corpore s. Lamberti, s. Lauderici; de capite s. Ypoliti.

In medio monasterio constructum est[f] altare in honore sancte crucis et s. Nicolai necnon omnium sanctorum, in quo continentur reliquie: de ligno Domini, de sepulchro Domini, de sepulchro s. Marie: reliquie s. Iohannis Baptiste, de manna et sepulchro Iohannis evangeliste, de s. Elisabeth, de capite s. Ypoliti; reliquie s. Iuliani; de s. Antonio, de s. Vincentio; de lapide, ubi sancta crux inventa est; de ficu, quam ipse Dominus plantavit; de lapide, ubi sancta crux posita fuit, quando Dominus crucifixus est; de fimbria Domini; de septem dormientibus et reliquie s. Nicolai.

In dextro altari dedicato[g] in honore sanctorum apostolorum Christi sunt[g] reliquie: de sanguine s. Petri, a quo nomen habet; de barba s. Pauli; reliquie XII apostolorum, s. Bartholomei; de vestimento s. Iacobi fratris Domini; sanctorum martyrum Abdon et Sennes et s. Ciriaci.

In sinistro altari dedicato[h] in honore sanctarum virginum[h] reliquie: s. Liane virginis, s. Barbare; de capite Walpurge virginis; de vestimento s. Verene virginis; de reliquiis s. Petronille, s. Helene, Cristine, Iuliane, Cecilie, a[i] qua nomen habet[i], Agnetis, Agathe, Walderade et s. Menne.

[1034] *Anno incarnationis Domini millesimo tricesimo primo, regnante gloriosissimo imperatore Cunrado, dedicatum est monasterium sancti Wyllibrordi archiepiscopi, quod situm est in loco Efternaco nuncupato, sub die XIIII. kal. Novembris, in honore sancte et individue Trinitatis a venerabili Trevirorum archipresule Poppone[1], administrante eiusdem loci venerando abbate Humberto[2], adstantibusque quam plurimis catholici ordinis abbatibus, monachis, canonicis ac copioso populorum frequentia. Facta est etiam eodem die translatio lucidissimi corporis prefati sancti Wyllibrordi ac positum est sub altare sancte Trinitatis, cuius dedicatio eodem die facta est. In quo videlicet altari observate sunt quinque buxte, in quibus condite sunt reliquie[k].

Post[l] hec tercio anno sub eodem abbate[3] dedicata est ~~cripta IX. kal. Iuli., in qua~~ sunt IIII altaria[l]. [1034 Mail 9]

In cripta, in principali altari constructo[m] in honore beate Marie[m] habentur reliquie: sancte Dei genetricis, a[n] quibus nomen habet[n], sanctorum martyrum Sergii et Bachi; de cripta, in qua apostoli dormierunt, quando Dominus oravit; reliquie s. Nazarii martyris, Christophori martyris, Vincelai martyris; reliquie XII apostolorum, Georgii martyris.

In sinistra parte in altari[o] s. Pancratii habentur[p] reliquie: s. Pancratii, sanctorum Fabiani et Albri[q], de capite Anathonis, qui fuit de septuaginta duobus discipulis, et s. Calixti.

[a] Ex libro evangeliorum et epistolarum, quod in duplicibus ad summum altare causa ornatus ponitur, sic habentur iamdicta *praemittit c.*

a) *sta vel* Sixti *legendum*; Iusti c. b) constructo — martyrum *postea add. c.* c) a — habet *postea add. c.* d) *an legendum* Affini? e) Calimeris c. f) constructum est *suppl. pro deleto ad c.* g) dedicato — sunt *suppl. pro deleto* sunt c. h) dedicato — virginum *suppl. pro deleto* sunt c. i) a — habet *in margine suppl. c.* k) ut supra habentur. sub titulo principalis altaris, etc., supra usque ad hnem cum *correctionibus add. Schram.* l) Post — altaria *inter lineas insertum c.* m) constructo — Marie *inter lineas suppl. c.* n) a — habet *postea insertum c.* o) in sinistro altari *prius scriptum erat c.* p) habentur *postea insertum, ante* habentur *erat olim* sancti Blasii *delet., c.* q) *sic c.* Alberici? Alberti?

1) 1016—1047. 2) 1028—1051. 3) sc. Humberto.

1048 Mart. 29. Postea[a] altare confractum rursum benedictum est ab Eberhardo Treverensi archiepiscopo VIII. kal. Aprilis anno MXLVIII[a].

In dextro altari s. Mauritii sunt[b] reliquie: s. Mauritii, a[c] quibus nomen habet[c], Gangulphi martyris: de capite s. Ypoliti; reliquie s. Dionisii, Rustici, Eleutherii, Eustachii, Petri levite.

Hoc[d] heu! similiter fractum benedictum est ab eodem episcopo sub eadem die[d].

In ulteriori altari s. Benedicti sunt reliquie: de barba s. Benedicti abbatis, a quibus nomen habet; de corpore s. Mansueti; de corpore s. Materni episcopi; reliquie s. Adalberti confessoris et s. Felicis episcopi et s. Chuniberti episcopi.

1036. Nov. 16. Post[e] hec autem in III. anno XVI. kal. Decembris dedicatum est oratorium s. Pancratii[e] iuxta conclave domini abbatis ab[f] eodem Poppone[f], in[g] quo sunt reliquie: s. Pancratii, sanctorum Gervasii et Prothasii, Mauritii et s. Cornelii, sanctorum Abdon et Sennes.

1048 Mart. 24. Anno MXLXVIII. ab Eberhardo Treverensi archiepiscopo[1] dedicatum est oratorium s. Symphoriani iuxta domum infirmorum, IX. kal. Aprilis[h], in quo sunt reliquie: s. Symphoriani, s. Laurentii, s. Victoris, s. Iuliani, s. Wyllifredi episcopi et s. Bonefacii episcopi.

1039. Iun. 8. Anno[i] MXXXIX., indictione VII., dedicatum est in turri oratorium s. Michaelis a venerabili Honesto episcopo[2] cum licentia archiepiscopi Poponis sub predicto abbate VIII. idus Iunii[i], in cuius principali altari continentur reliquie: de vestimento Domini, de sepulchro Domini, de presepio Domini, de Syloa, de capite s. Iohannis Baptiste; reliquie s. Bonifatii, s. Mauritii sancteque Genovefe virginis.

In dextro altari eiusdem oratorii continentur reliquie: apostolorum Philippi et Iacobi, s. Sixti pape, s. Remigii et s. Eckberti confessoris.

In sinistro altari continentur reliquie: apostolorum Symonis et Iude, s. Leonis pape et s. Quintini martyris et s. Gregorii pape.

Hec sunt reliquie, quas attulimus[3]: sanctorum innocentium, s. Sebastiani, de brachio Vincentii martyris, de costa s. Valentini martyris, de sanguine s. Georgii martyris, de sanguine Demetrii fratris sui, de s. Nicolao, de s. Pancratio, de ossibus s. Germani Autisiodorensis, s. Nazarii, Albani, Magdalene, de s. Stephano, de veste, qua Dominus induit, s. Glodesindem; dens s. Arnulphi episcopi; de ossibus s. Helene.

Hi[k] presentia domini Poponis archiepiscopi Treverensis per Rambertum Virdunensem episcopum[4] iuxta dormitorium fratrum dedicatum est oratorium in honore s. Trinitatis[k], victoriosissime crucis, sancte Marie virginis, s. Michaelis archangeli, sanctorum Petri et Pauli, sanctorum martyrum Cyriaci, Sixti, Marcelli, Abdon et Sennes, sancti patroni nostri Wyllibrordi et omnium sanctorum, VI. idus Augusti[l].

1039. Aug. 8.

De dedicatione et patronis huius oratorii versus:
Anno, quo dominus Deus est homo virgine natus.

a) Postea — MXLVIII. *inter lineas inserta c.* b) s. Maur. sunt *suppl. pro delete* sunt *c.* c) a — habet *postea inserta c.* d) Hoc — die *inter lineas inserta c.* e) Post — Pancratii *postea suppl. c.* f) ab eodem Poppone *postea suppl. c.* g) *precedit* est oratorium *delet. c.* h) *Scheint prius nihil nisi* iuxta domum infirmorum est oratorium *scripserat.* i) Anno — Iunii *suppl. pro:* in turri est oratorium sancti Michaelis *delete c.* k) *Scheint prius nihil nisi* iuxta dorm. fr. est or. in hon. s. Trinitatis *scripserat; reliqua inter et supra lineas addita sunt, c.* l) VI. idus Augusti *postea suppl. c.*

1) 1047—1066. 2) Honestus episcopus adhuc incognitus sine dubio is coadiutor Poponis archiepiscopi Treverensis est, cuius nomini in epistola spuria Benedicti IX. papae ad Popponem condicta (Gesta Trever. Contin. I c. 4. SS. VIII, 178 alluditur: *Coadiutorem praesulem . . . direpimus. Quem quidem et honestas morum, sicut nomine ondicat, et sagax animi pulchritudo decorat*": recte igitur de his verbis opinatus est v. cl. b. m. E. Steindorff, Jahrb. Heinrichs III. I, 497. Itaque iam dubitare non possumus, quin episcopus Italicus dictus Honestus a papa Treverum *'coadiutor praesul'* (Weihbischof), missus sit, et quod v. doctiss. Hinschius (Kirchenrecht II, 172, quem ego, Jahrb. Konrads II. vol. II, 516, secutus sum) prorsus incredibile putavit, re vera factum est. Ad historiam igitur iuris canonici notitia nostra multum facit; sed iudicium nostrum de litteris, a Poppone ad papam et a papa ad Popponem missis, quae a chronologia sana plane absunt, ea reperta minime mutatur; cf. quae de hac re post me et post Iulium de Pflugk-Harttung (Untersuchungen zur Geschichte Kaiser Konrads II. (1890) p. 119 sqq. disputaverunt E. Steindorff (Göttinger Gelehrte Anzeigen' 1891, p. 865 ss.) et Alb. Poncelet, Analecta Bollandiana XXII, 425, n. 1 (ubi demonstratum est iter Hierosolymitanum Poponis archiepiscopi, de quo, utrum a. 1028. 1029. an a. 1032. 1033. factum esset, dubitaveram, re vera a. 1032. inceptum esse). Id solum nunc crediderim epistolas illas, quas Continuator Grestorum Treverorum fabulis suis inseruit, non saeculo XII., ut antea opinabar, sed iam prius in monasterio s. Symeonis conflctus esse, cum nomen Honesti vix per longum tempus Treverensium memoria conservatum esse putari possit. H. Bresslau. 3) Scil. Humbertus abbas de S. Maximino Epternacum. 4) Qui obiit a. 1089. April. 29.

Milleno deno trigeno bis quoque terno. 1036
Coram pontifice Poppone pio Treverense
Presul Virduni Rambertus dat sacra templi
In Domini sancteque crucis vel matris honore.
Wylbrordi patris, Petri, Pauli, Michaelis,
Abdon, Marcelli, Sixti, Sennis, Cyriaci.
Presidiis horum stat cunctorumque piorum.
Hic per eos celi sit pervia porta fideli.
Bertolfo requies auctori sit quoque perpes.

Hec reliquie condite sunt in sarcophago, quod est in medio chori: duo sandalia, de baculo s. Wyllibrordi, de ossibus s. Aldegunde virginis, de ossibus sanctorum Ultonis*, Digni, Bodagisli confessorum, de ossibus sanctarum virginum, que apud Coloniam passe sunt.

Temporibus* beatissimi pape Sergii[1] atque Pippini ducis Francorum almus Wyllibrordus 695 (Nov. 21)
a prefato duce Romam missus ad accipiendum gradum archiepiscopatus, quod ita factum est; et non hoc solum, sed mirum in modum pene omnium reliquiarum sanctarum, que in Roma erant, partem illarum accipiens a supradicto papa, sicut illi celitus angelico preceptum est ore, velut etiam in libro vite ipsius[2] pleniter scriptum est, atque in Francorum secum deducens regionem in locum, qui Efternaca nuncupatur, ubi flumen Sure assidue currit, atque ibi construxit[3] ecclesiam eamque in honore sancte Trinitatis dedicavit. Dedicatio autem eius est XIIII. kal. Novembris. 696 (698) Oct. 19

In illa nempe ecclesia eius preciosissimum pausat corpus. Ast in illo altari, quod supra corpus ipsius constructum est, subscripte condite sunt reliquie: inprimis de sanguine Domini; de cruce, de sudario, de sepulchro, de presepio vestimentoque domini nostri Iesu Christi, quod aspersum est sanguine ipsius; de Calvarie loco, de mirra, qua Magdalena[b] unxit corpus Christi; reliquie XII apostolorum, reliquie s. Marie virginis, s. Ioannis Baptiste, s. Leonis pape, s. Gregorii pape et aliorum plurimorum martirum, confessorum, sacerdotum, virginum etc.

Predicte reliquie dispartite sunt in altaria, que in ipso constructa sunt monasterio.

Altare b. Marie. Inprimis in altari, quod dicitur sancte Marie matris Domini, semetipsius reliquie sunt condite, id est de capillis, de vestimento eius ac de sepulchro predicte Dei genitricis.

Altare Spiritus sancti. Dein in illo altari, quod in honore Spiritus sancti et resurrectionis Domini constructum est atque consecratum, reliquie sunt condite: de Calvarie loco, ubi crux Domini stetit, de sepulchro, de presepio; de s. Petro et Paulo, de s. Policarpo etc.

Altare sancte crucis: Sunt vero reliquie in illo altare, quod in honore sancte crucis dedicatum est: de ipsa sancta cruce, de sudario Domini, de presepio, de fimbria Domini; reliquie XL martirum, qui passi sunt in Sebasta civitate.

Hec tria altaria, que per ordinem constructa sunt, in una die dedicatio eorum contingit XIII. kal. Novembris. Oct. 20

In illo vestibulo, ubi ipse dominus Clemens Wyllibrordus obiit[4], altare positum est et in hoc reliquie sunt: s. Petri apostoli, Lamberti ac ipsius s. Wyllibrordi, s. Cuthberti episcopi, s. Aedelwaldi episcopi. Dedicatio autem eius II. nonas Septembris. Sept. 4

Oratorium sancti Salvatoris. Post hoc in illo oratorio, quod consecratum est in honore sancti salvatoris domini nostri Iesu Christi et sancte Marie matris eius, s. Petri apostoli, Pauli et Iacobi, fratris Domini, in illo altari ipsorum condite sunt reliquie. Dedicatio eius XII. kal. Novembris. Oct. 21

Capella sancti Gregorii. In illa ecclesia, que in honore sancti Gregorii dedicata est et sancti Silvestri pape et s. Hilarii episcopi Pictave civitatis, s. Anthonii monachi, s. Stephani primi martyris, in illoque altari ipsorum plantate sunt reliquie. Dedicatio eius VIII. kal. Martii. Febr. 22

*) Ex eodem iam prefato libro evangeliorum et epistolarum descriptio altarium cum reliquiis, ut fuerunt ante incendium, quod contigit sub Udone[5] abbate *praemittit* c.

a) Udonis c. b) Magdalene c.

1) I., a. 687—701. 2) Cf. Vita s. Willibrordi auctore Thiofrido c. 7, Acta SS. Nov. III, 464 sq. 3) Basilicam s. Trinitatis ab Irmina abbatissa primitus constructam Willibrordoque donatam esse docent chartae eiusdem DD. Merov. I, 173 sqq.; cf. etiam SS. rer. Merov. VII, 88 et 857. 4) A. 739, Nov. 7. 5) Immo Uroldo, a. 1007—1028.

Oratorium sancti Michaelis. Item illud oratorium, quod consecratum est in honore s. Michaelis archangeli et s. Iohannis baptiste, s. Iohannis evangeliste, Philippi apostoli, Stephani prothomartyris, Benedicti abbatis, Symeonis patriarche et s. Agathe virginis, et in illo altari reliquie eorum sunt condite. Dedicatio eius
Sept. 29 III. kal. Octobris.

Oratorium s. Ambrosii. Illud solarium, quod in veneratione s. Ambrosii dedicatum est et s. Gervasii et Prothasii, s. Nazarii, Victoris, Gregorii pape, s. Oswaldi regis, ipsorum in altari illo condite sunt reliquie.

De ecclesia parochiali in Epternaco.

Nunc veniamus ad illam ecclesiam, que foras monasterium supra brevem montem constructa est, quam ipse dominus noster beatissimus Wyllibrordus edificavit atque dedicavit in honorem sancti Petri apostoli, Pauli, Martini, Laurentii; illorum reliquie in ipso condite sunt.

Et in ipsa ecclesia tria altaria componuntur. Medium est, quod in honore sancti Iohannis baptiste atque infantium, qui ab Herode occisi sunt, numero duo milia, conficitur; illorum omnium in eo plantate sunt reliquie.

Deinde in sinistra parte altare positum est, ac in illo condite sunt reliquie sanctarum virginum, inprimis s. Cecilie, Anastasie, Agathe, s. Marie et Marthe, Iuliane, Eufemie, Eugenie, Ursiane, Columbe, Sulfie*, Tecle, Petronille, Perpetue, Radegunde, Eulalie, Gregorie, Genovefe, Lucie, Susanne, Agne, Christine, Brigide, Helene.

Post hoc etiam in dextro latere sancti Iohannis altare constructum est tercium, atque in eo condite sunt reliquie sanctorum martyrum: inprimis s. Clementis pape et martyris; de cruce Domini; s. Stephani martyris, s. Cornelii, s. Cipriani, s. Laurentii, s. Ypoliti, s. Cosme et Damiani, s. Gervasii et Prothasii, s. Pancratii, s. Mauritii, s. Martini, s. Pauli heremite, s. Quintini, s. Georgii, s. Victoris, s. Symphoriani, s. Vincentii, s. Privati, s. Sulpitii, s. Dionisii, s. Eusebii, s. Saturnini, s. Nazarii et sanctorum XL martyrum, qui passi sunt in Sebasta civitate.

Sept. Dedicatio vero huius basilice et horum trium altarium VII. idus Septembris.

Dein deorsum infra trabes in prima cripta ac in illo altari reliquie sunt: sanctorum apostolorum, s. Andree, apostoli, s. Thome, s. Mathei apostoli et evangeliste, s. Bartholomei apostoli.

Post hoc in altari secunde cripte reliquie sunt: s. Pauli apostoli, s. Petri apostoli, s. Iacobi apostoli et fratris Domini, et s. Philippi apostoli

Iterum demum in novissima cripta, que foras respicit, in hoc altari reliquie sunt: sanctorum apostolorum s. Ioannis apostoli et evangeliste, et s. Iacobi fratris eius, s. Symonis apostoli, s. Thadei apostoli. Huius cripte
Sept. 14 et horum trium altarium dedicatio est XVIII. kal. Octobris.

DEDICATIO ISNENSIS.

Notitia dedicationis Isnensis continetur in quodam monachi anonymi opere, quod 'Chronica monasterii Ysnensis ad sanctum Georgium anno Christi 1729. rediviva seu posteritati noviter descripta' *etc. intitulatur, manuscripto. Cuius operis cum duo exstent docente v. cl. L. Baumann ('Neues Archiv' VIII (1883). 150) exemplaria, unum 1) nunc principis de Waldburg-Zeil-Trauchburg, alterum 2) comitis de Quadt-Isny, notitia vero nostra in 2) tantummodo invenitur. Unde cum, iam pridem publici iuris factum a Gerardo Hess, Monumentorum Guelficorum pars historica p. 275, denuo edidit Baumann l. c. p. 159, cuius editionem hic repetimus. Cf. etiam 'Mitteilungen des Vereins f. Geschichte und Altertumskunde in Hohenzollern' II. 11; Ludwig-Müller, Regesta ep. Constantiensium nr. 452.* F. Baethgen.

1042. Dec. 15. Anno Domini millesimo quadragesimo secundo XVIII. kal. Ianuarii dedicata est ecclesia nostra ab Eberhardo episcopo Constantiensi[1], domino Wolfrado comite de Veringen impetrante cum Hiltruda coniuge sua veneranda in anniversario filii eorum Luipaldi infantis.

DEDICATIO ECCLESIAE S. ADALBERTI AUGIENSIS.

Notitiam dedicationis ecclesiae s. Adalberti Augiensis in loco qui dicitur Egerden (Ergat) sitae et anno 1832. *destructae servavit Gallus Oehem in chronica ('Quellen und Forschungen zur Geschichte der Abtei Reichenau' II. 34), quem hic post J. Neuwirth 'Sitzungsberichte d. kaiserl. Akademie in Wien' CVI (1884). 76 et Fr. X. Kraus 'Kunstdenkmäler des Großherzogtums Baden' I. 332; 'Die christlichen Inschriften der Rheinlande' II. 36 nr. 74 secuti sumus.*

F. Baethgen.

a) sta c.

1) 1034—1046.

Anno incarnationis dominicae millesimo quadragesimo nono, regni vero tercii Heinrici imperatoris anno undecimo, Udalrici loci istius abbatis anno quinto[1], indictione tercia, die vero octavo kalendas Decembris dominus Leo papa nonus in primo sui pontificatus anno[2] dedicavit hoc altare in honorem domini nostri Iesu Christi et sanctissimae crucis, sanctae Mariae, sancti Bartholomei apostoli et sancti Adelberchti martiris et omnium sanctorum, in quo continentur[a] . . . . . 1049. Nov. 24.

DEDICATIONES BRUNWILARENSES.

Notas quae sequuntur ex codice archivi cir. Coloniensis C. 17, saec. XVI., chartaceo, ubi exstant f. 31', 45', 100'—101' in Chronico Brumeytrensi saec. XVI. post a. 1525. (vel a. 1547) compositio, quod edidit G. Eckertz, 'Annalen des histor. Vereins für den Niederrhein' XVII, 119 sqq., XVIII, 95 sqq., XIX, 220 sqq., XX, 248 sqq. (vide XVII, 122 sq. 126 sq. 153 sq.) exscripsit cir. cl. b. m. H. Pabst. Alias dedicationes a. 1085. a Sigwino archiepiscopo Coloniensi factas, quae Vitae Wolfhelmi abbatis Brunwilarensis insertae sunt, ex eodem codice edidit H. Pabst, 'Archiv' XII, 106 sq., quo lectorem delegamus[3]. De codice cf. etiam G. Eckertz, 'Annalen des histor. Vereins für den Niederrhein' XX, 257 sq.; H. Pabst, 'Archiv' XII, 85—87; G. Waitz, SS. XIV, 122. Tenor originalis a compilatore chronici non in omnibus servatus est.

A. Hofmeister.

Eodem anno[4], scilicet Domini MLI., indictione quarta, XII. kal. Ianuarii abbas Tegeno consecrari fecit criptam cum tribus altaribus per reverendum dominum episcopum Mirmegardevurdensem Rotbertum[5], Coloniensis archiepiscopi Hermanni secundi[6] nostrorum fundatorum[7] filii vices gerentem, in honore sancte Dei genetricis Marie et omnium sanctorum. In cuius principali altari[b] he recondite sunt reliquie, scilicet sancte Marie virginis, Petri apostoli, Panthaleonis et Ciriaci martirum, Gregorii pape, Martini, Maximini et Servatii pontificum, Benedicti abbatis, Martine virginis et martiris, Praxedis, Electe, Lucie virginum. 1051 Dec. 21.

Altare septentrionale dedicatum est in honore sancti Thome apostoli et omnium apostolorum Christi; et ibi habentur reliquie ipsius sancti apostoli Thome, Pauli, Andree, Bartholomei apostolorum, Christophori, Pancratii martirum, Antonii abbatis.

Altare meridiane partis dedicatum est in honore sancti Blasii episcopi et martiris et omnium martirum Christi; et ibi habentur reliquie: ipsius sancti Blasii episcopi et martiris, Stephani protho-martiris, Laurentii, Sebastiani, Sixti, Crisogoni, Gengulphi, Clementis, Ypoliti, Eustachii et sociorum eius, Valentini, Abdon et Sennes, Mauricii, Lamberti, Cosme et Damiani martirum*.

*) *Addit c.:* Nota hec altaria secunda vice sunt consecrata, ut infra dicetur latius[8]. Item repperi in eodem vetusto libello, in quo iam dicta altaria habentur descripta, quod capella, que est in ambitu, quondam bina vice in honore sancti Medardi consecrata circa istud tempus sit dedicata ab Engelhardo[9] episcopo, Coloniensis archiepiscopi suffraganeo, XI. kal. Decembris (annus Domini non fuit descriptus). In quo illo in tempore fuerunt he reliquie recondite, scilicet ipsius Cristophori martiris et sanctorum martirum Stephani, Nerei, Achillei, Pancracii, Quirini, et sanctorum confessorum Bonifacii, Eleutherii, Brictii, Wyllibrordi, Niceeii et sancte Corone virginis. Hec capella postea iterum fuit consecrata per reverendum dominum archiepiscopum Philippum, ut infra[10] dicetur latius. Nov. 21.

Item in eodem libello repperi, quod fuit hic quedam capella sancti Maximini in abbacia sita XI. kal. Augusti ab Ezelino Scarnensi[11] episcopo dedicata in honore Dei genitricis virginis Marie et beatorum Jul. 12.

a. *cetera, velut* reliquiae *etc., ab Oehem omissa videntur.* b) altare, *corr.* altari, *c.*

1) Perperam, fortasse pro secundo, ab Oehem lectum esse hunc numerum veri simile videtur, cum Udalricus testante Herimanno Aug. (SS. V, 128) post Bernonem VII. id. Iun. anni 1048. mortuum abbas electus et ab imperatore constitutus proximoque pascha Romae consecratus sit. Ceterae temporum notae congruunt. 2) Cf. Herimanni Aug. Chron. l. c. p. 129. 3) Exstant etiam in libro de fundatione et abbatibus monasterii sancti Viti martyris in Gladbach, quem Petrus Knorr abbas Gladbacensis usque ad a. 1719. congessit; 'Archiv' XII, 109. 4) Praecedit privilegium Richezae a. 1051. datum. 5) Qui sedit a. 1042—1063. 6) Qui sedit a. 1036—1056. 7) Ezzonis comitis palatini et Mathildis filiae Ottonis II. imperatoris, qui a. 1024. Brunwilarense monasterium condiderunt; cf. Brunw. mon. fund. actus, SS. XIV, 121 sqq.; Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' III, ed. 3 et 4, 503, n. 4. 8) A. 1200. Apr. 29., 'Ann.' XVII, 159; Knipping, 'Reg. d. Erzb. v. Köln' II, nr. 1577, p. 322. 9) Quem eundem fuisse puto, qui infra Ezelinus nominatur. 10) P. 777. 11) i. e. Skara in Gothia occidentali Sueciae; v. Wilmans, SS. XII, 192, n. 51. De quo cf. V. Wolfhelmi

1061 Anno[1] autem millesimo sexagesimo primo, cum renovatio monasterii per Richezam reginam[2] inchoata et sollicitata iam opus perfectum haberet, prefatus Tegeno abbas venerabilis reverendissimum dominum[a] archiepiscopum Coloniensis ecclesie, scilicet Annonem[3], supplicaturus accessit, qualinus ad nostrum monasterium eius dedicationem expleturus adveniret. Qui protinus eius desiderio libens acquievit et cum Egilberto Myndensi episcopo[4] huc properans, eiusdem monasterii nostri dedicationem secundam sub veneratione sanctorum confessorum Christi, Nicolai scilicet et Medardi, anno Domini millesimo sexagesimo primo, indictione XV., tercio kal. Novembris consummavit[5]. Et istas reliquias in summo altari recondidit: de arundine, de sepulchro, de clavo, de spongia, de vestimento, de ligno sancte crucis, de sanguine domini nostri Iesu Christi, de capillis sancte Marie, de barba sancti Petri, de sancto Andrea, de sancto Iacobo, de sancto Bartholomeo, de brachio sancti Philippi, de duodecim apostolis, de corpore sancti Stephani protomartiris, de corpore sancti Pancratii martiris. Reliquie sanctorum Primi et Feliciani, Clementis papel et martiris, Vincencii martiris, Sebastiani martiris, Siriaci[6] martiris, Alexandri, Evenzo[7] et Theodoli martirum, de sanguine sancti Georgii martiris, Viti martiris, Quirini martiris, de corpore sancti Apollinaris martiris, Eustachii martiris, Hermetis martiris, Cosme et Damiani martirum, Kiliani martiris, Cipriani martiris, Ioannis et Pauli martirum, dens sancti Nicolai et alie reliquie ipsius, dextera scapula sancti Medardi episcopi et reliquie sanctorum Servacii, Maximini, Emhardi et Ambrosii episcoporum, Niccii episcopi, de costa sancti Benedicti abbatis, Agnetis virginis et martiris, Gertrudis virginis, Praxedis virginis, Felicitatis martiris, Lucie virginis et martiris.

Eadem vice ipse venerabilis archiepiscopus Anno adhuc tria altaria consecravit, scilicet altare sancti Petri apostoli in septentrionali parte ecclesie situm, in quo hec reliquie fuerunt posite: de sudario Domini, de vestimento beate Marie virginis, de unguis sanctorum apostolorum Petri et Pauli, de capillis eorum, de sanctis Laurentio, Dionisio, Rustico, Eleutherio, Anastasio, Genesio, Marcellino et Petro martiribus, Sixti pape et martiris, Urbani pape et martiris, Martini episcopi, Felicis confessoris, de sanguine et capillis Corone virginis, de sancta Columba virgine[b].

Altare vero meridiane partis dedicatum est in honore sancti Ioannis baptiste, in quo hec reliquie continentur, scilicet de vestimento Domini, de loco ascensionis Domini, de sancto Ioanne baptista, de sanguine sancti Reginneranni[c] episcopi et martiris, de sanguine sancti Quirini martiris, Stephani prothomartiris, sancti Mauricii et sociorum eius, de digito sancti Crispini martiris, Magni martiris, Sulpicii confessoris, Agricii confessoris Trevirorum episcopi, Godlie virginis.

Altare autem occidentale dedicatum est in honore sancte et individue Trinitatis et victoriosissime crucis domini nostri Iesu Christi et beatorum apostolorum Petri et Andree, in quo conduntur hec reliquie, scilicet de arundine, qua percussus est Dominus, de ligno sancte crucis, de calcamentis Clementis primi Metensis episcopi, reliquie sancti Philippi apostoli, de sanguine sancti Gengulphi martiris et sancti Hieronimi confessoris, sancte Brigide virginis, sancti Niccii Trevirorum archiepiscopi, de presepe domini nostri Iesu Christi.

apostolorum Petri et Ioannis et beati Maximini Trevirorum archiepiscopi et reliquiarum sanctorum, in eodem altari hec reliquie inere recondite, scilicet de pallio et stola eiusdem beati Maximini archiepiscopi, de vestimento sancti Gervasii, de vestimento sancti Laurentii, reliquie sancti Venantii abbatis, Blasii martiris, Isidori martiris, Gengulphi martiris, sanctarum virginum et martirum Quirille et Eulalie, de sepulchro sancti Lazari. Ista capella postea fuit combusta et destructa, ut infra latius dicetur.

Nobel his locus et scias, quod non fuit expressus annus, quo predicte capelle a tam dictis pontificibus fuerunt consecrate. Sed quia ex circumstanciis aliquibus circa idem fere tempus contigisse coniecturavi, adeo hic pro memoria, quia spacium scribendi dabatur, inserere curavi.

Nota, quod et sub altare dextra vice consecratum est in honore omnium apostolorum, ut infra[d] latius explicabitur *edit. e.*

a dominum *e, de corr. ex* colonicensem *m. post. c.* — b et de *c.* — c Cuiaci *Eckert.* — d ut de *c.* — e Heymoneranni *c.*

abh. Brunwil. c. 31. SS. XII, 192 et n. 54; Hoster Binterim, Suffraganei Coloniensis extraordinarii, Moguntiae 1843, p. 16—18, qui etiam p. 17 notam dedicationis S. Gereonis Coloniensis a. 1069, repetitam SS. XII, 728, edidit. In Chron. vet. episc. Scar., SS. rerum Suecor. III, 2, p. 113, non invenitur; et Adam. Hammab. eccl. gesta IV, 23.

1) Cf. Brun., mon. fund. actos c. 34, SS. XIV, 140. 2) Mieconis II. regis Poloniae viduam, filiam Ezzonis comitis palatini. 3) Qui sedit a. 1056—1075. 4) Qui sedit a. 1055—1080. 5) Huc usque ex Brunw. mon. fund. act. l. l. 6) A. 1497. Oct. 9., 'Ann.' XIX, 241.

Hic venerabilis archiepiscopus Coloniensis Philippus illius nominis primus[1] capellam in parte orientali ambitus sitam, interventibus precibus reverendi abbatis nostri decimi, scilicet Geldolphi, in honore omnipotentis Dei eiusque genitricis Marie virginis et precipue sanctorum Christophori martiris et Benedicti abbatis, anno scilicet Domini MCLXXIIII*, ipso die 1174
beate Marie Magdalene, reconsecravit[2]. In cuius altari sequentes sanctorum reliquias recondidit, videlicet de sepulchro Domini, de tunica Domini, de manna, quod pluit filiis Israel de celo et fuit per sanctum Willibrordum episcopum de Ierosolimis translatum, de mantello sancti Petri apostoli, de sancto Andrea apostolo, de pilis et cingulo[b] sancti Thome apostoli, de Mathia apostolo, de reliquis sanctorum Kalixti et Ponciani summorum pontificum Romane ecclesie et martirum, Cipriani et Ignacii episcoporum et martirum, Laurencii, Vincencii, Christophori, Ioannis et Pauli, Marci et Marcelliani, Protbi et Iacincti, Pancracii, Palmacii, Simplicii, Cesarii, Valerii, Polocronii, Fortunati, Valentini, Vitalis, Gai martirum, duorum Ewaldorum, sanctorum episcoporum Nicolai, Mardardi et Hereberti, sancti Benedicti abbatis; sanctarum virginum ac martirum Cecilie, Margarethe[c], Agathe, Iohanne Valerie. Electe virgines, et de numero sanctarum undecim milium virginum ac martirum*.

DEDICATIO CAPELLAE S. STEPHANI WORMATIENSIS.

In capella S. Stephani Wormatiensi saec. XVIII. in. destructa (cf. Kranzbühler, 'Verschwundene Wormser Bauten' (1905) p. 70 sq.), quae 'capella palatii sive aulae Wormatiensis' apud Mo nachum Kirsgartensem (Boos, 'Quellen z. Gesch. d. Worms' III. 34) appellatur, olim extitisse 'ad introitum templi cupreis litteris deauratis' traditur sequens nota. Servaverunt eam 1) G. Helwich, Syntagma monumentorum et epitaphiorum (Cod. bibliothecae seminarii Moguntinensis) p. 97, 2) J. F. Schannat, Hist. ep. Worm. I. 63 sq., unde repetita est ab E. Scribe, 'Archiv f. Hess. Geschichte und Altertumskunde' VIII (1856), 300 et a F. X. Kraus, 'Die christl. Inschriften der Rheinlande' II. 83 nr. 184. In usus nostros eadem benigne denuo contulit cl. d. E. Thomas.

F. Baethgen.

Anno** dominicae incarnationis MLV., indictione VIII., III. idus Iunii[3] dedicata est ista 1055
capella ab Arnoldo huius loci episcopo cooperante sibi Arnoldo Spirensi episcopo in honorem domini nostri Iesu Christi et sanctae Mariae virginis[d] et sanctae[e] crucis et eorum, quorum reliquiae hic continentur: sancti Stephani prothomartyris, Clementis papae[f], Marcellini papae, Urbani[f], Laurentii, Hypoliti, Ciriaci, Iohannis et Pauli, Primi et Feliciani, Marcellini et Petri sanctorum, Innocentii, Viti, Pancratii, Georgii, Margarethae[f] et aliorum plurimorum martyrum et sanctorum[g], ad quorum veniam Arnoldus praesul[h,i] aute limen tantae[i] istius templi coram clero et populo tradidit VI mansos in Moien[k].

DEDICATIO ORATORII LIMBURGENSIS.

Huius dedicationis notitiam, quae eadem fere exstat in annalibus Limburgensibus (M. G., 'Deutsche Chroniken' IV. 111) et apud Mechtel, 'Epiphaniae chronica' f. 34' (Hontheim, 'Prodromus Historiae Trev.' p. 1060), ubi reliquiae in altaribus contentae enumerantur, servavit Brower et Masen, 'Ann. Trev.' I. 536, cuius editionem post cl. Fr. Xav. Kraus, 'Die christlichen Inschriften der Rheinlande' II. 213 nr. 458 hic repetimus.

F. Baethgen.

Anno dominicae incarnationis MLVIII., indictione XI., III. idus Augusti dedicatum est 1058
hoc oratorium in honore domini nostri Iesu Christi et sanctae Mariae semper virginis et victoriosissimae sanctae crucis et beati Georgii martyris etc.[l]

* Hic etiam scendum, quod dedicatio istius capellae semper celebratur in octava paschae *add.* c.
** Notata Wormatiae Ao 1612 die 22. et 23. Novembris *addit* 1.

a) M 74 *corr.* c. M 79 c. b) singulo c., *corr. Eckertz.* c) margarthe c., *corr. Eckert.* d) *desunt* 1. e) Marcelli 2. f) Urbani — Margarethae *desunt* 2. g) martyrum et sanctorum *desunt* 1. h) praesul Arnoldus 2. i) Ante limen tantae *desunt* 1: AM. 1. k) VI mansos et 1. l) *cetera desunt apud Brouerum.*

1) Qui sedit a. 1167–1191. 2) Knipping, 'Reg. d. Erzb. v. Köln' II. n. 1009, p. 187. 3) Diem III. kal. Iul. affert Monachus Kirsgart., III. id. Iul. Chronica ep. Worm. Boos l. c. p. 34, n. 3. 4) 1044–1065.

DEDICATIO ECCLESIAE ARDACHRENSIS.

Villam Ardacher (Niederösterreich, Bez. Amstetten) anno **1049**. *die* **7**. *m. Ianuarii Heinricus III. imperator Nitkero episcopo Frisingensi ea conditione donavit, ut clerici saeculares in ecclesia sanctae Margarethae ibi constructa inde alerentur (Stumpf, Reg.* **2362**; *Steindorff, Jahrbücher Heinrichs III.* II, 61). *Ecclesia ibi dedicata est ab eminentissimis episcopis Germaniae, qui participes expeditionis Ungaricae Heinrici IV. regis erant, die* **4**. *m. Septembr. a.* **1063**., *haud dubie antequam exercitus ad fines Ungariae pervenit. Notitiam dedicationis ab omnibus viris doctis, qui de hoc bello egerant, neglectam primus O. Holder-Egger (Lamperti monachi Hersfeldensis opera p.* 88, *n.* **2**) *ad tempus expeditionis determinandum utilissimam esse intellexit; deinde etiam Meyer von Knonau, Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V.* I, *p.* **379** *ea usus est. Servata in cod. monasterii Seitenstettensis nr.* **238**, *mbr., saec. XIII., olim Ardacherensis, fol.* **107**^{v} *primum edita est a. v. cl. G. E. Friess, Archiv für österreichische Geschichte XLVI (*1871*),* 467. *Nos eam ex imagine phototypica, quam benignitati v. cl. professoris A. Salzer bibliothecarii monasterii Seitenstettensis debemus, paulum emendatum repetimus.*

H. Bresslau.

1063. Sept. 4. Anno dominice incarnationis millesimo LXIII., indictione I., II. non. Septembr. dedicata est hec eclesia a venerabili Annone Coloniensis eclesie archiepiscopo, cooperantibus scilicet Sigefrido Maguntiacensi archiepiscopo, Adalberto Premensi archiepiscopo, Ellenhardo Frisingensi episcopo aliisque XXIIII in honore domini nostri Iesu Christi et victoriosissime sancte crucis et perpetue virginis Marie et sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, profetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum et eorum, quorum reliquie hic sunt recondite: de corpore sancti Iacobi apostoli, Mathei apostoli, Bartholomei apostoli; sanctorum martyrum Georgii, Sebastiani, Primi et Feliciani, Tertulini, Cyriaci, Pancratii, Crisogoni, Castorii, Lamberti; sanctorum confessorum Felicis, Nyrolai, Udalrici; sanctarum virginum Margarete, Erindrudis, Cecilie, Gerdrudis.

NOTAE DEDICATIONUM MINDENSIUM.

Notas sequentes exscripsi ex codice bibliothecae Vaticanae Palatino lat. nr. **828**, *membr. fol., in cuius f.* **173**^{v} *manu saec. XII. exaratae sunt. Quas antea edidit v. cl. A. Reifferscheid in Sitzungsberichte der Wiener Akademie, Phil.-hist. Cl. LVI (*1867*),* 545.

O. Holder-Egger.

1064 Sept. 26. Anno ab incarnatione Domini millesimo LX^{mo}IIII^{to}, indictione II^{a}, consecratum est hoc oratorium et altare a venerabili Bennone[1] Osnebrugensi episcopo II. kal. Octobr. in honore sanctae Trinitatis et sanctae Mariae matris Christi et sancti Michahelis archangeli et sancti Hieronimi presbyteri et eorum, quorum reliquiae in altari continentur: Timothei discipuli Pauli, Feliciani martyris, Pancratii martyris, Laurentii martyris et omnium[b].

1064 Sept. 26. Anno dominicae incarnationis M.LX.IIII, ~~indictione II, consecratum est hoc oratorium~~ et altare a domno nostro Eilberto venerabili episcopo[2] II. kal. Octobr. in honore sanctae et victoriosissimae crucis et sanctae Mariae matris Christi et sancti Hieronimi presbyteri et confessoris et omnium confessorum Christi, et inprimis eorum, quorum reliquiae in hoc altari sunt inclusae, scilicet Martini confessoris, Nicolai^{c}, Theodori episcopi, Donati episcopi.

1064 Oct. 2. Anno ab incarnatione Domini M.LX.IIII, indictione II, consecratum est hoc altare VI. non. Octobr. a domno nostro Eilberto venerabili episcopo in commemorationem dominicae passionis et in honore sanctae et victoriosissimae crucis et sanctae Mariae matris Domini et sancti Leodegarii episcopi et martyris et omnium martyrum. Continetur autem in altari: de ligno Domini; de corpore sancti Stephani protomartyris et sancti Ypoliti martyris, sancti Pancratii martyris et sancti Pontiani martyris.

a) ind II *in mara. suppl. c.* b) omn *c. fortasse* sanctorum *supplendum est.* c) confess *in cod. additum, sed erasum, pro quo* episcopi *suppendum fuit*

1) [Bennone I. (qui et Berengarius vocatur), de quo conf. quae exposui in editione genuinae vitae Bennonis II. p. 12. n. 1. H. Br.] 2) Mindensi, qui sedit a. 1055—1080.

DEDICATIO ECCLESIAE IN SLETTENBACH.

Hanc dedicationem, inscriptam olim meridionali ecclesiae muro hodieque dependitam servaverunt Remling, 'Geschichte der Bischöfe zu Speyer' II, 281 n. 889; Rheinwald, 'L'abbaye et la ville de Wissembourg' (1863) p. 66, Redelberger in 'Der christliche Pilger' XLI (1888) nr. 7 p. 51; cf. etiam Ch. Gérard, 'Les artistes de l'Alsace' I (1872), 28. Quos secuti post c. cl. F. X. Kraus, 'Die christlichen Inschriften der Rheinlande' II, 62 nr. 142 denuo eam damus. Eadem fere natitia exstat in Edelini abbatis libro possessionum (Zeuss, Traditiones possessionesque Wizenburgenses p. 302 nr. CCCIII), quam iacta subinquimus codice a c. cl. V. Lucas in usus nostros denuo benigne inspecto. *F. Baethgen.*

Me modicam primo iam fundarat Widegovo[a] [1]
Post me sublilis auxit virtus Samuelis[2].

Anno incarnationis Domini millesimo LXXVIII.[b], indictione VI., XII. Maii dedicata est hec ecclesia per manus venerabilis episcopi Ezzonis[c] [3] ex precatu Samuelis abbatis et consensu Henrici Spirensis episcopi[4] in honorem domini nostri Iesu Christi et sancte crucis sancteque Dei matris Marie et sancti Laurentii, Pancratii[f] [5]. In principali autem altari continentur reliquie: de[f] osse[f] sanctorum Laurentii, Victorini, Romani, Minalis[h], Probi; ad australem plagam de veste sancte Marie et sancti Iohannis evangeliste, de corpore sancte Lucie, de terra, ubi Dominus celos ascendit; ad aquilonem de lecto sancti Petri, Minatis[f] martyris[i], Christophori, Terentiani, Willibaldi confessoris[g] [6].

Anno dominice incarnationis MLXVIII., indictione VI., Heinrico III. regnante, anno autem tercio decimo regni eius, sub abbate Samuele[2] dedicata est ecclesia in Slettenbach XII. kl. aprilis per manus venerabilis episcopi Ezzonis[3] consentiente Heinrico sancte Spirensis ecclesie episcopo[4] in honorem domini nostri Iesu Christi et eius gloriosissime crucis et intemerate virginis Marie et beatorum martirum Laurentii, Pancratii et omnium sanctorum. Continentur autem reliquie in principali altare: de osse Laurentii, Pancracii, Victorini, Romani, Miniatis, Probi. Ad australem plagam de vestimento sancte Marie, de veste sancti Iohannis evangeliste, de corpore sancti Lucie, de terra, ubi Dominus celos ascendit. Ad aquilonem de lecto sancti Petri. Minatis martiris, Christophori, Terentiani, Willibaldi, confessoris. Imo Mai. 17 Mart. 21

DEDICATIO ORATORII CUIUSDAM IN DIOCESI MOGUNTINA SITI (AD S. ALBANI MONASTERIUM PERTINENTIS?).

Hanc notam, editam apud M. Denis, Codices manuscripti theol. bibl. Vindobon. Latini I, 3 (1795), col. 2870, ex codice Vindob. nr. 701 (Theol. 871), f. 147' manu saec. XI. exaratis col. XII. scriptam exscripsit O. Holder-Egger. *A. Hofmeister.*

Anno dominicae incarnationis millesimo LXX., indictione VIII., XII. k. Iul. dedicavit hoc oratorium Erufridus[1] Altenburgensis ecclesiae episcopus[6] consensu Sigifridi archiepiscopi Mogontinae sedis, rogante et presente Arnoldo abbate monasterii sancti Albani[m], in honorem domini nostri Iesu Christi et sanctae crucis et sancte[n] Mariae perpetuae virginis et Iuno Iun. 26

a Widelovo *Remling.* b XVIII *Redelberger.* c *ita Rheinwald et Remling;* XIII *Redelberger.* d Ezonis *Redelberger.* e *deest Redelberger.* f *deest Remling.* g Pancratii — confessoris *cf.* 25. *desunt Redelberger.* h) martyrum *Remling.* i) martyrum *Remling.* k) confessoris *deest Rheinwald.* l) *epi add., sed del. c.* m) Albani *radendo corr.* Albani *c.* n) *ita c.*

1 Widegovonus, vasalli Sparensis episcopi, mentio fit in carta Conradi ducis, d. 946. Mart. 13. (Hilgard, 'Urkunden zur Gesch. der Stadt Speyer' p. 4); cf. eurtem Widegowen (prope Schwegenheim) laudatam in Henrici IV. diplomate d. 1063. Ian. 31. Stumpf nr. 2619. — 2 Abbas Wizenb. (1056–1098). — 3 De Ezzone episcopo Aldenburgensi, qui 1068–1074 in archiepiscopatu Maguntinensi occurrit, mortuo anno 1082, cf. SS. XIII, 47; Bresslau, 'Forsch. zur brand. preuß. Gesch.' I (1888), 406 sq.; VI (1893), 563. — 4 1067–1075. — 5 Cf. etiam 'Archiv' X, 566. — 6) Cf. praecedentem n. 8.

sancti Albani martyris. Hae reliquiae[a] continentur in hoc altari: sancte Mariae virginis, sancti Iohannis baptistae, Bartholomei apostoli, Albani martyris. Sebastiani, Proti martyris, Yppoliti martyris, Romani martyris, Iuvenalis martyris, Silvestri papae, Gerdrudae virginis, Waltpurgae virginis.

DEDICATIO ALTARIUM S. MARIAE AQUENSIS.

Sequentes notitiae exstant in quaternione residuo cuiusdam codicis saec. XII. ex. vel XIII. in., olim tabularii S. Mariae Aquensis, fol. 6' col. 1; quae folia longo tempore deperdita nunc sunt bibliothecae universitatis Bonnensis nr. S. 1559 *(cf. W. Levison, 'Neues Archiv' XLI,* 559 *sqq.). Prelo primum eas dedit Chr. Quix, Codex diplom. Aquensis (*1839*) p.* 31 *nr.* 43. *Cuius editionem emendatam repetivit ex parte W. Levison l. c. p.* 569, *qui et codicem in usus nostros denuo contulit.* *F. Baethgen.*

1076. Sept. Anno dominicae incarnationis MLXXVI., indictione XIIII., III. nonas Septembris superius altare prius benedictum sed violatum rursus conseeratum est a domno Heinrico Leodiensi episcopo[1] in honore salvatoris domini nostri Iesu Christi et victoriosissimae crucis et sanctae Mariae semper virginis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli; martyrum sancti Lamberti episcopi et martyris, Stephani prothomartyris; confessorum sancti Remacli episcopi et confessoris, sancti Mansueti confessoris et sanctae Gertrudis virginis. Continentur autem in eo reliquiae: de ligno Domini et sancti Felicis papae et martyris, sancti Alberti episcopi et martyris, sancti Spei episcopi et confessoris et sanctae Coronae virginis et martyris.

Altare medium conseeratum est in honore sanctae et individuae Trinitatis, in quo sunt reliquiae: de ligno Domini; de clavo sancti Petri apostoli; de reliquiis Bartholomei, Pauli apostolorum, Syxti, Blasii, Sebastiani, Theodori, Vincentii, Cyriaci, Ypoliti, Gordiani, Stephani, Marcelli, Foillani martyrum et aliorum plurimorum. Deinde notitiae Martini, Nicolai confessorum, Gerctrudis, Brigidae virginum.

Aquis in capella s. Lamberti: de reliquiis sancti Lamberti et sancti Marcelli et sancti Felicis martyrum pariterque pontificum. Item de reliquiis sanctae Coronae virginis et martyris.

DEDICATIO CAPELLAE S. MICHAELIS TREVERENSIS.

Sequentem notitiam incisam fuisse lapidi marmoreo in aediculae frontispicio collocato, tunc etiam temporis existenti tradunt Brower et Masen. Antiqu. et Ann. Trev. I, 567; *quos secuti sunt Holzer, De praepiscopis (Confluentiae* 1844*) p.* 8 *ex parte, Ph. Schmitt, 'Die Kirche des hl. Paulinus' (*1853*) p.* 138. *Kraus, 'Die christlichen Inschriften der Rheinlande' II,* 192 *nr.* 398; *cf. Görz, 'Regesten der Erzbischöfe von Trier' p.* 12; *'Mittelrheinische Regesten' I,* 424 *nr.* 1510. *F. Baethgen.*

1088. Sept. 22. Anno incarnationis dominicae MLXXXVIII., indictione XI., X. kal. Octobres ab Egelberto Trevirorum archiepiscopo[2] dedicatum hoc oratorium rogatu Cuononis praepositi in honore sanctae crucis et sanctae Mariae matris Dei sanctique Michahelis archangeli et sancti Mauritii sociorumque eius et omnium sanctorum, in cuius altari condidit: de sepulchro Domini; reliquias Lazari amici Domini ac sanctorum martirum Pancratii, Sebastiani, Diogenis necnon sanctarum virginum Barbarae, Ceciliae, regnante Heinrico imperatore III., anno imperii sui quinto.

DEDICATIO ORATORII S. CRUCIS AD S. PANTALEONEM COLONIENSEM.

Notitiam, quae sequitur, servavit Gelenius in Farraginibus XI, fol. 563[b] *(cf. De admiranda magnit. Col. p.* 365 *et* 618*), quem scripsisse videtur Alfter, Inscriptiones, Epitaphia, Monumenta (Codex Coloniensis bibliothecae gymnasii apud Marcellum nr. XLVII) fol.* 48[b]; *ex Alfter hausit F. X. Kraus, 'Die christl. Inschriften der Rheinlande' II,* 273 *nr.* 581. *Nos codicibus a*

a) hiquiç *corr.* reliquiç c.

1) Qui sedit a. 1075—1091. 2) Qui sedit a. 1079—1101.

c. cl. H. Keussen in usus nostros benigne collatis eam hic repetendam esse duximus. Minime enim eam non genuinam sed confectam esse ex charta Hermanni archiepiscopi Coloniensis data anno MXCIV., indictione II., VI. non. Iulii, qua dicitur 'quod abbas noster venerabilis Heremannus de monasterio beati Pantaleonis . . . in honore sanctorum apostolorum capellam iuxta idem cui praefuit monasterium construxit' *notum facit (Lacomblet, UB. I nr. 248), Th. Ilgen in 'Westdeutsche Zeitschrift' XXX (1911), 290 nobis persuasit.* *F. Baethgen.*

Anno dominicae incarnationis MXCIV. indictione [II.][a] IV. nonas[a] Iulii hoc oratorium ab humili Hermanno abbate[1] fundatum dedicatum est a venerabili Hermanno tertio archiepiscopo Coloniensi[2], qui Dives cognominatus est, in honore sanctae crucis et XII apostolorum. 1094 Iul. 4.

NOTAE SANCTI SEPULCRI CAMERACENSIS.

I. Has notas ex 1) *codice Cameracensi bibl. municip. nr.* 863—864 *(767) tom. I. ubi in fine ultimae indicis paginae manu recentiori, quae saec. XII. posterioris esse videtur, sed litteris in extrema versuum parte totis fere evanidis scriptae sunt, nobis liberalissime exscripsit Marc Morel bibliothecarius Cameracensis. Quae manu saec. XII. scriptae etiam in* 2) *codice Duacensi nr.* 851 *(antea* 800*), olim Aquicinctino (antea fortasse S. Petri Altimontis) fol.* 82 *exstant, ex quo codice iam 'Archiv' VIII, 428 editae sunt. Codicem Duacensem denuo exscripserunt I. R. Dieterich et R. Salomon. Codex Duacensis apographum codicis Cameracensis esse potest.*

II. Aliam notitiam dedicationis S. Sepulcri, quae ad Rodulfi Vitam Lietberti c. 49 *propius accedit, ex codice Cameracensi bibl. municip. nr.* 246 *(*236*) saec. XII, fol.* 82 *nobis benigne exscripsit Marc Morel. Cf. 'Catalogue général des manuscrits des bibl. publ. de France. Départements' XVII, 82.* *A. Hofmeister.*

I.

Anno incarnati verbi M°LX°III°, indictione I^a, pontificatus domni Lieberti[3] XIIII.[b] dedicata est ecclesia sancti Sepulcri Cameracensis ab eodem domno Lietberto[c]. 1068.

Post cuius dedicationem anno IIII°. apparuit cometa[4]. Post cuius apparitionem vixit idem dominus Lietbertus[d] annis[e] XI et migravit a seculo. 1066.

Anno incarnati verbi M°C°II°[f] in festivitate[g] sancti Gaugerici[h] mortui[i] sunt homines in domo[i] Ysaac apud Cameracum plus quam LX. 1102. Aug. 11.

Ab ordinatione domni Lietberti usque ad dedicationem basilice[k] sancti Sepulchri sunt anni XIIII, a dedicatione basilice usque ad cometam anni IIII°[l], a cometa usque[i] ad mortem predicti[m] pontificis[m] anni XI, ab obitu eiusdem usque ad factionem[n] Ysaac anni[o] XXII computantur. A[p] dedicatione ecclesie usque . . . . . .

II.

Anno incarnati verbi MLXIIII, indictione II, epacta nulla, concurrente IIII, ciclo lunari XVII, VI. kal. Novembris dedicata est ecclesia sancti Sepulcri Cameraci a sancto Lietberto eiusdem civitatis episcopo, congregatis XX°II^bus[s] corporibus sanctorum martirum confessorum et virginum[5]. 1064. Oct. 27.

a) *ita emendamus, secuti Gelenium, De admir. magn. p.* 865, 618; ind. IV. nonis Iulii *Gelenius, Farragines.* b) anno X°. . . . 1. c) Lieberto 2. d) Liebertus 2. e) annis XI *evanida* 1. f) M.II. *corr.* M.II 2. g) fest. 1; festiv 2. h) Gauger 2. i) mortui — domo *evanida* 1. k) -cationem basilice *evanida* 1. l) usque *evanidum* 1. m) pont. pred. 2. n) fac- *evanidum* 1. o) anni XXII *evanida* 1. p) *sequentia desunt* 2.

1) 1082—1120. 2) Qui sedit a. 1089—1099. 3) Episcopi Cameracensis 1051—1076. Annum inc. 1064, ind. 2. habent Rodulfi Vita Lietberti c. 49, supra . . ., et notitia sequens. 4) De celeberrimo illo cometa, qui a. 1066. apparuit, cogitandum est, de quo testes collegerunt Freeman, 'The history of the Norman conquest of England' III, 640 sqq. ('Appendix', 'Note M'). Meyer von Knonau, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV.' I, 523, n. 55. 5) Cf. Rodulfi Vita Lietberti c. 49.

DEDICATIO ALTARIS MARBACENSIS.

Hanc dedicationis notitiam servaverat Materni Berleri chronica nunc deperdita fol. 348[a], *secuta litteras quasdam, quae in translatione altaris anno* 1477. *facta inventae sunt*[1]. *Unde primum, sed mutila, edita est in Grandidierii 'Oeuvres inédites' III,* 125, *n.* 3. *Deinde L. Dacheux, cum, quae ex chronica reliqua erant, variis locis collecta componeret, in 'Mitteilungen der Gesellschaft für Erhaltung der geschichtlichen Denkmäler im Elsaß' 2. ser. XVII,* 121 *sqq., hanc quoque notitiam ex schedis Ludorici Schneegans assumptam collectaneis inseruit l. c. p.* 144. *Quam editionem hic repetimus.* *F. Baethgen.*

1115. Nov. 16 Anno MCXV., indictione nona, concurrente quarta[a], epacta IIII., XVII. kal. Decembris dedicatum est hoc summum altare a venerabili Rudolpho Basiliensi episcopo[2] in honore omnium sanctorum[3]. Continentur in eo reliquiae: de spongia Christi, de sepulchro Domini, de vestimento sanctae Mariae, nonnulla ossa apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Ioannis et Iacobi filiorum Zebedaei et de vestimento ipsius Iacobi, dens Bartholomei, de scapula Mathiae, reliquiae Barnabae, sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani, Laurentii et Ciriaci, Kyliani, Gorgonii, Viti, Victorini, Iuliani, Colonati, duorum Ewaldorum[b], quadraginta martyrum, Exuperii, sanguis Thebeorum Victoris et Ursi, sanguis Donati, de brachio Quirini, de quo legitur in agone Alexandri, de brachio unius Innocentis, sanctorum confessorum Celestis Metensis episcopi secundi, Eucharii Treverensis archiepiscopi, Mansueti episcopi, Anastasii, Amati, de digito Amaris[c] patricii Romanorum, sanctarum virginum Mariae Magdalenae . . . de capillis Margarethae.

DEDICATIO CAPELLAE S. MARIAE ET S. ANDREAE MAGUNTINENSIS.

Hanc dedicationem ex lapide hodie deperdito transscripsit Fridericus Schneider, unde eam publici iuris fecit c. cl. F. X. Kraus. 'Die christlichen Inschriften der Rheinlande' II. 118 *nr.* 252; *quem hic secuti sumus.* *F. Baethgen.*

1117. Sept. 30 Anno dominicae incarnationis MCXVII., indictione X., II. kal. Oct.[d] dedicatum est hoc[e] oratorium a venerabili Nemetensi episcopo Brunone[4] in honore sanctae Dei genitricis Mariae, Andreae apostoli et omnium sanctorum; hae autem reliquiae infra continentur: de veste Domini[f], [de][g] sudario Domini, de veste sanctae Mariae; de reliquiis apostolorum Petri, Pauli, Andreae, Bartholomei, Philippi, sanctorum martyrum Clementis, Sixti, Laurentii, Vincentii, Pancratii.

DEDICATIO CRYPTAE ECCLESIAE IN MONTE S. APOLLINARIS.

Notitia huius dedicationis continetur in Aegidii Gelenii, quae 'Farragines' inscribuntur, collectaneis manuscriptis, iam in archivo historico Coloniensi adservatis, vol. IX, fol. 55. *Unde eam primum edidit c. cl. A. Ilgen, 'Westdeutsche Zeitschrift' XXX (*1911*),* 291, *cuius editionem codice a. c. cl. H. Keussen in usus nostros benigne collato hic repetimus.* *F. Baethgen.*

a) quarto c. b) Waldorum c. c) sic c.; *emendatio nominis corrupti difficilis est*; Symmaci *dubitans proponit W. Levison.* d) sic *emendavit H. Breslau, N. A. XVII,* 630 *pro* indictione XII. kal. Oct. *Kraus, ubi indictionis numerus cum anno incarnationis non congruit.* e) e(st) h(oc) *coniecit Kraus pro* FB *transscriptionis.* f) d(e) v(este) D(omini) *coniecit Kraus pro* D V ST *) transscriptionis.* g) *supplevit Kraus.*

1) Cf. quae addat Berlerus in fine huius notitiae: *Literae de his confectae inventae sunt in summo altari, quando elevabatur ac translatum est, et haec literae cum eisdem reliquiis in eodem altari sunt reposite cum sequentibus: anno* 1477 *indictione decima idus Augusti elevatum et amplificatum est hoc altare* etc. 'Mitteilungen der Gesellschaft' etc. l. c. p. 145. 2) 1107—1122. 3) Hac notitia annales qui dicuntur Marbacenses ad a. 1115. usus esse primus vidit Al. Schulte in 'Mitteilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' V, 529; quem secutus est H. Bloch in editione annalium p. 40. Cf. etiam J. Haller, 'Die Marbacher Annalen' (1912) p. 6 n. 1. 4) Fratre Adalberti archiepiscopi Maguntinensis, qui sedit 1107—1123.

Anno Domini millesimo centesimo decimo septimo, indictione octava[1], dedicata est 1117.
crypta huius sacelli[a] per venerabilem dominum Erlungum[a.3] Wirceburgensis ecclesiae episcopum et hoc mandato domini Friderici archiepiscopi Coloniensis[4] in honore sanctae Dei genetricis semper virginis Mariae, s. Thomae apostoli, s. Stephani protomartyris, s. Martini, s. Nicolai et omnium sanctorum cum indulgentiis solitis.

NOTAE DEDICATIONUM TREVERENSES.

De dedicationibus ecclesiae cathedralis Treverensis duae tantum notae ad nos pervenerunt. Alteram a. 1121. *non integram ex pervetusto rituali descriptam exhibet Brower, Antiq. et Ann. Trever. II,* 17*; altera a.* 1196*, quae exstabat olim in crypta orientali ecclesiae maioris, edita est in 'Mittheil. aus d. Gebiete der kirchl. Archäologie und Gesch. der Diöcese Trier' II,* 120*. Ibidem etiam legitur nota dedicationis oratorii sanctorum Philippi et Iacobi siti prope ecclesiam cathedralem, quod nunc capella S. Banthi vocatur. H. V. Sauerland (†).*

Anno ab incarnatione Domini MCXXI., indictione XV., X. kalend. Novembris dedicata 1121.
Oct. 23
est huius domus nova pars, quae est ad occidentem, cum altari sancti Nicolai confessoris in ea sito a domino Brunone venerabili Trevirorum archiepiscopo[5], pontificatus sui anno vigesimo, in honore sanctae et individuae Trinitatis sanctique Nicolai episcopi et confessoris, cuius reliquiae in eo continentur*.

Anno ab incarnatione Domini MCXCVI., epacta XVIII[ma], concurrente I°, indictionis XIIII. 1196.
Dec. 8.
dedicatum est hoc altare a venerabili domino Iohanne Trevirorum archiepiscopo[6], pontificatus sui anno VII[mo]; in honore sanctae Dei genetricis semperque virginis Mariae et sanctae Helenae reginae[7]. Continentur autem in eo reliquiae: de praesepio Domini, Bartholomaei apostoli, Cosmae et Damiani martirum, Zenonis et Zotici martirum, Valentini presbyteri, Castoris confessoris, Gregorii confessoris, Barbarae virginis. Consecratum est octavo idus Decembris.

Anno dominicae[b] incarnationis MCXXIIII., kal. Mai. dedicatum est hoc oratorium a do- 1124.
Maii 1
mino Heinrico Verdunensium episcopo[8], suggerente Reimboldo canonico, in honore apostolorum Philyppi et Iacobi. Continentur autem in altari reliquiae: innocentium sanctorum, Celsi episcopi et confessoris et Severae virginis, Inosindae[c] virginis et martiris et XI milium virginum; de cingulo, de pallio, de casula sancti Willibrordi episcopi et confessoris; de vestimento Agerici episcopi et confessoris; de sepulcro sancti Celsi episcopi.

DEDICATIO CAPELLAE S. SULPICII TREVERENSIS.

Hanc notitiam servaverunt Brower et Masen, Antiqu. et Ann. Trev. II, 26*; repetiverunt eam Holzer, De proïpiscopis Trevirensibus (Confluentiae* 1844*) p.* 9 *et Fr. X. Kraus, 'Die christlichen*

*) *Reliquarum reliquiarum indicem Brower non integrum descripsit, sed pergit: Inter alia sanctorum pignora, quae ibi tum a Brunone recondita vel praecipuam habuere dignitatem* salutiferae crucis portio, corpus sancti Gregorii martyris Spoletani cum ossibus et cineribus sancti Faustini, dens sancti Fortunati confessoris, ossa sancti Banthi, digitus beati Felicis, brachium Siwaldi[d] confessoris et sacerdotis.

a) *prius scriptum* Arnulphum; *quod postea linea perducta del. et in margine adscriptum est* Erlugum *G. In fine huius notitiae G. add.:* NB. Secundum cathalogum Wirtzburgensium episcoporum debet hic Arnulphus esse Erlongus comes a Calb vel Calow vel Caleben, qui illo tempore vixit et Coloniae fuit. b) Domini les. *ed.* c) *hoc nomen corruptum videtur.* d) Sebaldi *adnotavit Brower.*

1) Indictionis numerus, idem qui in charta infra n. 4 citata, annum 1115. indicat; sed in charta annus episcopatus congruit cum anno incarnationis. 2) Ecclesia in monte s. Apollinaris prope Remagen, monasterio Sigeburgensi subdita; cf. Schrörs, 'Annalen des hist. Vereins für den Niederrhein' LXVII (1898), 130 sqq. 134; ligen l. l. 3) Qui sedit 1106—1121. 4) Cf. chartam eius anno 1117, indictione 8., episcopatus 18. conscriptam, quae eisdem fere verbis dedicationem narrat (Lacomblet 'UB. für die Geschichte des Niederrheins' I, nr. 284 p. 185). 5) Qui sedit 1101—1124. 6) Qui sedit 1189—1212. 7) De dedicatione altaris summi s. Petri die Maii 1. a. 1191. celebrata vide addit. ad Gesta Trev., SS. XXIV, 396. 8) Scil. sede Treverensi vacante; nam Bruno archiep. paucis ante diebus mortuus erat. De initiis Heinrici episcopi Verdunensis cf. Meyer von Knonau, 'Jahrb. des deutschen Reichs unter Heinrich IV.' vol. V, 44. Sedit usque ad a. 1129.

Inschriften der Rheinlande' II. 198 nr. 448: cf. Görz, 'Regesten der Erzbischöfe von Trier' p. 16, 'Mittelrheinische Regesten' I. nr. 1814. *F. Baethgen.*

1129 Aug. 3 III. nonas Augusti anno dominicae incarnationis MCXXVIIII. dedicatum est hoc oratorium a Meginero venerabili Trevirorum archiepiscopo[1] in honore sancti Sulpicii episcopi et confessoris, Ioannis baptistae, Stephani I. papae et martyris, Pancratii martyris, Floriani martyris et sancti Eucharii episcopi et confessoris, Ceciliae virginis, quorum reliquiae continentur in altari.

DEDICATIO CAPELLAE SANGALLENSIS.

Sequentem notitiam ex codice bibliothecae civitatis Turicensis C 43, olim Sangallensi, fol. 6r exscripsit socius noster P. de Winterfeld h. m. *A. Hofmeister.*

1131 Oct. 26 In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione Domini MCXXX°I° septimo kal. Novembris dedicata est capella a venerabili Udalrico Constantiensis ecclesie II. episcopo[a. 2] in honore sancte et individue Trinitatis et sancte[b], principaliter autem in honore sancti Mauricii et sociorum eius et Meginradi martyris et sancti Blasii episcopi et martyris et sancti Galli confessoris et sancti Otmari[c].

DEDICATIO ALTARIUM IN ECCLESIA S. AMANDI.

Codex bibliothecae Valenciennensis 225 (216), antea monasterii s. Amandi, saeculo XII. scriptus, in fine manu saeculi XII. notitias sequentes a. 1136. et 1131. exhibet, quibus praecedit: '12. May anno XL° (= 1540) facta est Gandavi translatio canonicorum divi Bavonis ad sanctum Ioannem, et eodem die fuit positus per imperatorem Carolum V. primus lapis arcis ad divum Bavonem'. Quas ab I. Mangeart, 'Catalogue des manuscrits de la bibliothèque de Valenciennes' (Paris 1860) p. 202 et A. Molinier, 'Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France. Départements' XXI° (Paris 1894), 286 editas denuo contulit K. Hampe. *A. Hofmeister.*

1136 Anno Domini MCXXXVI° altare, quod in cripta nostra ad meridianam plagam constructum est, dedicatum est a domno Simone Noviomensium et Tornacensium episcopo[3] in honore sanctorum martyrum Sebastiani, Mauricii, Nichasii, Vincentii[d], Laurentii[e] beatorum martyrum VII kalendas Aprilis. Similiter eodem die ab eodem episcopo ipso anno Mart. 26 altare aliud ibidem constructum dedicatum est in honore sanctorum Ambrosii, Augustini, Iheronimi, Gregorii, Nicholai et omnium beatorum confessorum Christi.

1131 Aug. 15 Anno domini nostri Iesu Christi MCXXXI° XVII° kal. Septembris ad petitionem domni abbatis Absalonis et domni Hellini prioris tria altaria, que constructa cernuntur in medio ecclesie sancti Amandi, consecravit et dedicavit domnus Simon Noviomensium seu Tornacensium episcopus. Altare medium dedicatum est in honore sancte crucis et sanctorum martyrum Crici et Iulitte matris eius et sanctorum innocentum et sancti Nicasii Remorum archiepiscopi. Altare, quod habetur in parte australi, dedicatum est in honore sancti sepulchri domini nostri Iesu Christi et beatorum apostolorum Petri, Pauli, Andree, Iacobi, Iohannis, Thome, Iacobi, Bartholomei, Philippi, Mathei, Simonis, Thadei, Mathie, Bernabe et sanctorum evangelistarum Luce et Marci. Altare in parte septentrionali dedicatum est in honore beatissime semper virginis Marie Dei genitricis et sanctarum virginum et martirum Cecilie, Agathe simulque omnium sanctarum virginum Cristi.

a) eppiscopo *c*. b) *ita c; hoc loco aliquid excidisse videtur, fortasse* virginis Marie. c) Otm *c*. d) Vincetii *c*.

1 Qui sedit inde ab anno 1127.; mense Novembri a. 1129. in Italiam profectus, Parmae captus et 1. die m. Octobr. a. 1130. in carcere mortuus est. 2) Qui sedit a. 1127—1138. 3) Qui sedit a. 1123—1148.

NOTITIA S. AMANDI.

Hanc notitiam ex codice Valenciennensi nr. 498 (458), antea S. Amandi, fol. 159' et 160, ubi manu saec. XII. exarata est, exscripsit E. Sackur; cf. 'N. Archiv' XI, 442; L. Mangeart, 'Catalogue des manuscrits de la bibl. de Valenciennes' (Paris 1860) p. 455; A. Molinier, 'Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France' XXI (Paris 1894), 400.

A. Hofmeister.

Anno MCXXXII transpositae sunt hae reliquiae in novam thecam deauratam a domno 1132
abbate Absalone adiuvante domno Walthero de Corda tunc aecclesiae sancti Amandi custode.

De apostolis et de ewangelistis.

De ossibus sancti Iohannis baptistae, de sanguine eius, de sepulchro eius. De barba sancti Petri apostoli et de capillis eius et de vestimento eius. De ossibus sancti Pauli et vestimento eius. De costa sancti Andreae apostoli, de ossibus eius, de vestimento eius. Reliquiae sancti Iohannis evangelistae, de vestimento eius, de sepulchro eius. De osse sancti Mathei apostoli. Reliquiae sancti Marci evangelistae.

De martiribus.

Ampulla continens sanguinem prothomartiris Stephani, de brachio eius, de ossibus eius, de lapidibus, quibus lapidatus est. Membra corpusculi infantis Cyrici martiris pretiosi. Reliquiae sancti Nichasii martiris Remensis archiepiscopi. De brachio sancti Vincentii martiris. De pulvere carnis sancti Laurentii et de dalmatica eius. Dens sancti Calixti papae et martiris et de ossibus eius. Reliquiae sancti Apollinaris martiris, quae inventae sunt in quadam capsula, cum quibus invente sunt reliquiae de sindone Domini, quam milites sciderunt. Reliquiae sanctorum martyrum Dionisii, Rustici et Eleutherii. De vestimento sancti Dionisii. Reliquie sancti Quintini. De sudario, quod sanctus Eligius super caput eius posuit. De capillis sancti Quintini. Brachium[a] .... Laurentii. Brachium sancti Salvii episcopi et martiris, de ossibus eius, de sanguine eius, de capillis eius. De ossibus sanctorum Cristhofori, Tiburtii filii Cromatii. De linteo, unde involutum est corpus sancti Sebastiani a Lucina, itemque de linteo, quo involutum est postea. De ossibus sanctorum martirum Sergii et Bacci. De capillis sanctorum martirum Crispini et Crispiniani et de costa sancti Crispiniani. De capillis sancti Mauricii martiris. De capite sancti Marcelli diachoni et martiris. De osse Cornelii pape et martiris. De sanguine sancti Leodegarii episcopi et martiris. Reliquiae sancti Firmini episcopi et martiris. Reliquie sancti Crisanti. Os sancti Bonefacii. De sancto Georgio. Dens sancti Liviani martiris Augustidunensis, cuius festivitas celebratur XVII. kl. Decembris. Nov. 15

De ligno crucis Christi.

De ligno crucis Christi, quod Formosus* dedit, itemque de eodem ligno, quod excisum fuit de vexillo regis Karoli. De sepulchro Domini. De presepio Domini. De spongia Domini. De spinea corona Domini. De concha, ubi Dominus lavit pedes discipulorum. De vestimento sanctae Mariae. De columpna, ad quam Dominus flagellatus fuit.

De confessoribus.

De ossibus et veste sancti Martini. De ossibus sancti Gregorii et sepulchro. De chrismali, de casula, de tunica, de dalmatica, de pallio, de ...[b], de capillis, de poculo, de palla, unde fugata est plaga inguinaria. De pulvere corporis sancti Germani Autissiodorensis episcopi, de barba eius. Digitus cum iunctura sancti Signitii episcopi Remensis. De camisia sancti Germani Autissiodorensis episcopi. De corpore sancti Aniani. Dens[c] sancti Viventii episcopi et confessoris Remensis. Capilli sancti Aunarii episcopi et confessoris Autissiodorensis. De sancto Germano Autissiodorensi. De costa sancti Xisti primi episcopi[d] et confessoris et digitus. Reliquie sancti Alpini episcopi et confessoris Cathalaunensis. De ossibus reliquiae sancti Mauri confessoris. De osse digiti sancti Audoeni. Os sancti Romani monachi alumni sancti Benedicti. Dens sancti Iuvini confessoris. De costa sancti

*) *In margine superiore alia manu coaeva add.:* Hic Formosus Portuensis episcopus derelicta sede propria cum Iohanne papa[1] in Galliam venit, secum multas sanctorum reliquias deferens. Quibus per diversas aecclesias derelictis[2] Romam regressus in papam sublimatur[3].

a) *sequitur corrupte* alouflui, *ubi* sancti diaconi *vel* archidiaconi *expectus.* b) *locus rasus.* c) dens *minio superscr.* d) *supplendum videtur* Remensis.

1) VIII. 2) Cf. Ann. S. Columbae Senon. 882, SS. III², 84 sq. 3) A. 891. I, 103; Dümmler, 'Gesch. des Ostfränkischen Reiches'

Sindulfi, reliquiae sancti Sindulfi. De veste sancti Ambrosii. Reliquiae sancti Policarpi episcopi et confessoris, de costa eius. Reliquie sancti Arnulfi. De digito sancti Fursei. De baculo sancti Philiberti. Dens sancti Alpini confessoris et episcopi Cavillonensis. Dens sancti Marsi presbiteri. De digito pedis sancti Bertini. Dens sancti Amatoris episcopi et confessoris. Os Basilii Capadocensis. De ossibus Domitiani episcopi et confessoris. Os Pauli primi heremitae. De barba et capillis sancti Hylarii. Os sancti Flavii confessoris, sancti Macharii monachi. De osse sancti Cerbonii confessoris. De ossibus sancti Lupi. Dens sancti Gatiani, sancti Richarii, sancti Arsenii monachi, sancti Hieronimi. De cappa et cilitio sancti Medardi. De capillis sancti Fursei et cultello eius. Os sancti Ionathi abbatis. Brachium sancti Mauronti abbatis. Maxima pars de corpore sancti Wiganii confessoris. Ossa sancti Marsi confessoris.

De virginibus.

De lapide, super quem sancta Cecilia interfecta est. De capillis sancte Agathe. De ossibus sanctae Eutropiae virginis et dens eius. De cerebro sancte Felicitatis. De capillis et vestimento sanctae Genovefae virginis. De vestimento sancte Ceciliae virginis. Reliquiae sanctae Helenae. Reliquiae sanctae Agnetis. Reliquiae sanctae Aldegundis. Reliquiae sanctae Benedictae virginis. Iunctura digiti sanctae Columbe virginis et martiris et de pulvere corporis ipsius. De capillis sanctae Eufemiae virginis. Reliquiae sanctae Radegundis. Reliquiae sanctae Pharahildis. De palla sanctae Marie Magdalenae. Reliquiae sanctae Agnae. Reliquiae sancte Ragenfredis. Reliquiae sanctae Austradis. Brachium sanctae Aldetrudis virginis. Duo digiti sanctae Rictrudis. Dens cum digito sanctae Eusebiae filiae sanctae Rictrudis.

CONSECRATIO CLAUSTRONEOBURGENSIS.

I. Hanc notitiam ex folio membranaceo in archivo Claustroneoburgensi servato, ubi post diploma Innocentii II. papae d. a. 1137. *Nov.* 30 *(Jaffé-L. nr.* 7861*; Germ. pont. I.* 248*, nr.* 2*) eadem manu saec. XII. exarata est, edidit H. Zeiläg, 'UB. des Stiftes Klosterneuburg' II (Fontes rerum Austr., Dipl. XXVIII.* 1868*),* 106 *sq. Quam nos a. v. d. B. Černik denuo collatam hic repetimus, quamquam tota fere ex carta fundationis Leopaldi III. marchionis data die* 29. *Sept.* 1136. *descripta est, Meiller, 'Regesten zur Geschichte der Markgrafen und Herzoge Oesterreichs aus dem Hause Babenberg' p.* 23*, nr.* 61*, edita apud B. Pez, Thes. anecd. noviss. VI,* 1, 1729, 316*; M. Fischer, 'Merkwürdigere Schicksale des Stiftes und der Stadt Klosterneuburg', Wien* 1815*. II,* 124 *sqq. Epographum in chartulario Claustroneoburgensi saec. XIII. ('Alte Rapulatur' nr.* 2*) fol.* 21' *exstare monuit A. Brackmann, Germ. pont. I,* 248 *sub nr.* 1. *Ea, quae O. de Mitis, 'Studien zum älteren österreichischen Urkundenwesen' p.* 253 *sqq. exposuit, non omnino probo.*

II. Aliam notitiam ex cod. Claustroneob. bibl. nr. 165 *manu saec. XIII. exeuntis vel XIV. incuntis (non saec. XIII. prioris) scriptam, a bibliopego mutilatam edidit Mitis l. c. p.* 252*, sed cola non bene distinxit. Quam in usum nostrum a. v. d. B. Černik benignissime collatam hic denuo edimus. Codex, in quo haec notitia quondam exstabat, necrologium et statuta monasterii continebat. Quo disserto folium, in quo notitia scripta est, codici* 165 *in fine insertum est.*

A. Hofmeister.

I.

1136. Carta Leopaldi. In consecracione autem basilice Niuwenburgensis[1] fundator eiusdem Liupoldus marchio[2] cum nobilissima coniuge Agnete[3] et filiis Liupoldo et Adelberto et ceterorum liberorum consensu pari et multis nolo, omni contradictione sopita, Sigefridum et Prunricum famulos, qui tunc presentes aderant, familiamque sancte Marie et possessiones, quas ipse et alii fideles tradiderant, cum Davidica devotione in simplicitate cordis letus universa Deo et ecclesie predicte obtulit, ut fratribus sub regula sancti Augustini Christo servientibus familia traditaque predia deserviant. In qua traditione venerabilis princeps episcopis[4], clero et populo notificavit, quod locum predictum cum possessionibus suis sancto Petro et beato apostolico Innocentio[5]

1135. ipse obtulerat per manum Wolframmi nobilis viri de Pabenchirchen. Quo legato in Pysensem synodum[6] veniente et coram episcopis LVI delegata delegante, beatus apostolicus ecclesiam in liberam defensionem suscepit, ut post obitum Hartmanni prepositi, qui tunc regulariter electus monasterium rexit[7], in perpetuum

1) Quae a. 1136. dedicata est; Ann. Mellic. cod. Zwettl., SS. IX. 502; Cont. Claustroneob., ib. p. 618. 2) III Austriae, qui a. 1136, Nov. 15. obiit. 3) Filia Heinrici IV. imperatoris. 4) Conradus I. archiepiscopus Salzburgensis, Reginmarus Pataviensis, Romanus I., Gurcensis episcopi aderant; cf. n. 1. 5) II. 6) A. 1135, Maii 30 celebratam; Jaffé, Reg. Pont. ed. 2. I, 865 sq. 7) A. 1133—1140, ubi episcopus Brixinensis factus est.

liceat fratribus libera electione uti. Hoc testamentum apostolicum, hoc apostolicę litere presentes[1] intonuerunt. His a marchione Liupoldo pronunciatis, ad traditionis iterate munimen comites et primi Orientalis regionis nobiles testes accesserunt: Otacharus marchio[a] Stirensis, Dietricus de Gritsansteine, Chunradus de Pilsteine, Gebehardus de Plugen cum fratre Adelberto et filio Hermanno, Liutoldus de Plegen et filius eius Liutoldus, Eckebertus de Pûtin[2], Sigehardus et Gebehardus de Purchusin comites, Adalrammus cum fratre Adelberto de Perge, Otto de Lengenpach et frater eius Hertnucus de Rechperch germanusque suus Heidericus de Purchstalle, Waltherus de Sancto Andrea cum fratribus suis Adelrammo de Eppingerge, Hertwico de Rûdmche, Ernesto de Treisme, Otto et frater eius[3] de Machlande, Henricus de Simmanningen, Rûdolfus de Pekahe. His ita gestis, in talem sententiam predicti pontifices assurgunt: Possessiones huic tradite ęcclesię apostolico privilegio communitę sunt. Dominus enim noster apostolicus omnem invasorem et raptorem huius substancię anathemate dampnavit. Nos quoque pauperes Christi regulam sancti Augustini absque proprietate sequentes quietos ad Dei laudes esse volumus, et ideo domini nostri apostolici sententiam sectantes et quod cepit perficientes, omnem invasorem et raptorem a domo Dei, que est ęcclesia eius, perpetuo anathemate separamus, qui de rebus eorum demere quequam vel mutare aut substantias ipsorum invadere vel dirripere presumpserit a dię, qua vita[4] in generali synodo apostolico privilegio munita et possessio auctoritate summi pontificis est defensata.

II.

Anno ab incarnacione Domini M°C°XXXV[I°, indictione XV][b]. III. kal. Octobris dedicata est hec basilica [a venerabili Chun]rado Iuvavensis sive Salzpurgensis ecclesie archiepiscopo, [cooperantibus] sancte sedis Pataviensis et Gurzensis ecclesie episcopis Reim[aro et Romano] in honore sancte et individue trinitatis et precipue genitric[is Dei Marie] et omnium sanctorum spirituum, patriarcharum, prophetarum, [apostolorum, martirum], confessorum, virginum et quorum reliquie hic recondi[te sunt: de vesti]mento sancte Dei genitricis Marie, cuius virtute et patro[cinio privilegiata] et fundata est, de ligno sancte crucis, Iohannis bal[tiste: apostolorum Petri] et Pauli, Andręę[c], Iacobi, Philippi et Iacobi, Symoni[s et Iude, Marci], Luce; sanctorum martirum Stephani protho-marti[ris, Laurencii, Sixti, Stephani pape et martiris, Fabiani et Sebastiani, Georii, Blasii], Mauricii, Lamberti, Hermachore et Fortunati, [Panthaleonis], Iohannis et Pauli; sanctorum confessorum Gregorii pape, Aug[ustini episcopi, Rudberti, Nycolai, Wolfgangi, Gotthardi, Udalrici, Eg]idii, Oswaldi regis]; sanctarum virginum Marie Magdalene, Margar[ethe, Agathe, Ag[netis, Lucie, Walpurge, Gerdrudis, Brigide, undeci[m milium virginum], et aliorum quorum reliquie hic continentur. Feliciter a[men. Omnes autem], qui hanc basilicam tempore dedicacionis visitaverin[t . . . . .] dies indulgenciarum se noverint accepturos[5].

1146 sept. 29

DEDICATIO CAPELLAE S. GODEHARDI MOGUNTINENSIS.

Sequentem notam dedicationis, tunc etiam existentem, afferunt 1) *Schannat, Historiae episc. Wormatiensis* (1734) *I.* 353. 2) *Gudenus, Codex diplom. anecdot. res Mogunt. illustr. II* (1747), 732. *Repetierunt eam ex* 2) *Würdtwein, Dipl. Mogunt. II.* 542; *K. L. Schaab, 'Erzbischof Adalbert I. von Mainz' (Mainzer Gymnasial-Programm* 1867) *p.* 24; *F. X. Kraus, 'Die christlichen Inschriften der Rheinlande' II.* 114 *nr.* 242; *cf. F. Falk, 'Die Kunstthätigkeit im Mainz'* (1869) *ad a.* 1138. *F. Baethgen.*

1137 Iun. 30

Anno dominicae incarnationis MCXXXVIII., indictione XV., II. kal. Iulii consecratum est hoc altare a venerabili Buccone Wormatiensi episcopo[6] in honorem domini nostri

a) *sequ. n eras. c.* b) *uncis inclusa abscisa c., suppl. Mitis.* c) Buggone I.

1) Datae Pisis a. 1135. Mart. 30. ad Leopoldum marchionem, Jaffé-L. nr. 7679, Germ. pont. I, 248, nr. 2 = 259, nr. 1. Praeter has litteras privilegium apostolicum ecclesiae Claustroneoburgensi datum est (*testamentum apostolicum* supra l. 1), quod non servatum, sed a. 1137. Nov. 30. ab eodem papa confirmatum est, Jaffé-L. nr. 7861, Germ. pont. I, 248, nr. 2; cf. Mitis l. c. p. 259.

2) Ekebertus II. comes de Formbach et Pûtten, qui a. 1144. obiit. 3) *Waltchùn* add. carta Leopaldi. 4) *ordo illorum . . . munitus* carta Leopaldi. 5) Sequitur notitia de traditione praedii Rückersdorf a. 1113 facta; cf. Fontes rerum Austr. Dipl. IV, 26, nr. 121. 6) Sedes Maguntinensis tunc vacabat Adalberto archiepiscopo IX. kal. Iul. 1137. mortuo. Burchardus II (Buggo, Bucco) electus a. 1115. ordinatus a. 1120. mortuus a. 1149; cf. Boos, Quellen zur Gesch. von Worms III, 36 n. 4.

Iesu Christi et eius gloriosae genitricis perpetuae virginis Mariae et sancti Pauli apostoli, Laurentii martyris[a] et[b] beatorum confessorum[b] Martini[c] et Gothardi omniumque sanctorum.

DEDICATIO ECCLESIAE NUENHEIMENSIS.

In ecclesia Nuenheimensi[1] *hodie destructa, quam anno* 1786. *adhuc superfuisse apparet ex I. G. Widder. 'Beschreibung der Pfalz' I.* 251 *sq.*[2] *olim haec erat inscriptio, memoriae tradita apud Schannat, Hist. ep. Worm. I,* 25. *Unde eam post Würdtwein, Nova subsidia III,* 293 *et F. X. Kraus. 'Die christl. Inschriften der Rheinlande' II.* 84 *nr.* 188 *hic repetimus.*

F. Baethgen.

1137. Aug. 5. Anno dominicae incarnationis MCXXXVII. nonis Augusti ab episcopo domino nostro Boggone Wormatiensis ecclesiae[2] dedicatum est hoc templum in nomine sanctae Trinitatis et in honore sancti Iohannis baptistae et martyris et quorum vel quarum reliquiae continentur in hoc sanctuario, scilicet Blasii martyris et Nicolai, Aegidii confessorum virginumque Margaretae Afrae, Luciae, Susannae.

a) mart. 2. martyrum 1. b) et — confessorum *desunt* 2; et beat. apostolorum conf. 1. c) et martyrum 1.

1. Neuenheim prope Heidelberg. 2. Cf. p. 787, n. 6.

VITA LEBVINI ANTIQVA.

EDIDIT A. HOFMEISTER.

Codices Vitae Lebuini antiquae (BHL. nr. 4810*b) sunt hi:*

1) *Groningensis bibl. univ. Ms.* 23, *chart., saec. XV., cuius pars prior in fol.* 97' *finiens a.* 1446, *scripta est*[1]. *Fol.* 1*r*: Iste liber pertinet ad domum confessoris sororum antiqui conventus in Groningen. *Fol.* 112—115': Vita sancti Lebuini presbiteri et confessoris. *Cf. H. Brugmans, Catalogus codicum manuscriptorum universitatis Groninganae bibliothecae (Groningae* 1898*) p.* 17 *sq.; Archiv VIII.* 588 (*A c.* 11).

2) *Hagensis bibl. regiae* 129 *G* 3, *membr., saec. XV., fortasse in Traiecto inferiore scriptus, qui vitas sanctarum continet. Fol.* 116'—119': De sancto Lebuino presbitero et confessore. *Fol.* 132'—133': Egloga ecclesiastica Radbodi sancte Traiectensis ecclesie famuli de virtutibus beati Lebuini presbiteri et de sancto nomine eius, quod non sine quodam futurorum presagio sortitus esse creditur[2]. *Fol.* 134—136: Sermo beati Radbodi sancte Traiectensis ecclesie Dei famuli de sancto Lebuino[3]. *Cf. Verslag over den toestand der Koninkl. Bibliotheek in het jaar* 1898 (*'s Gravenhage* 1899) *p.* 13 *sq. Hunc codicem nobis benigne indicavit W. Levison socius noster.*

3) *Monasteriensis bibl. Paul.* 353, *olim Bodecensis, chart., saec. XV., de quo cf. H. Moortus, Anal. Bolland. XXVII.* 272 *sqq. P.* 55—58: Incipit vita sancti Lebuini presbiteri.

4) *Hagensis bibl. regiae* 70 *E* 21 (*L* 29; *Wesp.* 14), *chart., olim* liber sororum sancte Katerine Muden., *a.* 1461, *per Petrum Zwanine in Wesp scriptus*[4]. *Fol.* 331*b* (316)—332' (317): Vita sancti Lebuini confessoris quod est pridie ydus Novembris. *Cf. Anal. Bolland. VI.* 172—186; *W. Levison, SS. rer. Mer. VII.* 593.

5) *Vindobonensis bibl. priv. imperialis (Ch. a. k. Familienfideikommißbibl.*[5]) 7928, *chart., saec. XV., de quo cf. Anal. Bolland. XIV.* 244. *Fol.* 169—171': Incipit vita sancti Lebuini (presbiteri et *supersc.*) confessoris.

6) *Bruxellensis bibl. regiae* 197, *a.* 1465, *in monasterio S. Pauli dicti Rubrevallis in Zonia iuxta Bruxellam scriptus*[6]. *Fol.* 181*b* (183)—184*a* (185): Vita sancti Lebuini presbiteri et confessoris. *Cf. I. Van den Gheyn, Catalogue des manuscrits de la bibliothèque royale de Belgique V (Brux.* 1905), 56—60 (*nr.* 3131); *Catal. cod. hagiogr. bibl. reg. Bruxell. Bolland. I (Brux.* 1886), 104; *W. Levison, SS. rer. Mer. VII.* 562 *sq.*

Codices 1. 2. 3. 4. 6 *Berolinum transmissos ipse contuli, codicis* 5 *exemplum phototypice expressum benigne administravit E. Schönbrer bibl. priv. imper. Vindob. tunc praefectus.*

1 Fol. 97': *Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste*
In festo Luce. Iam pro scriptore vepate,
M°CCCC°XLVI°.

2) In editione MG. Poetae IV. 1. p. 160 sqq. neque hic codex adhibitus est neque Monasteriensis 353 (infra nr 3), de quo cf. Anal. Bolland. XXVII. 272 sqq. V. nunc Poetae IV. 3. 1130. 3) Apud Migne Patr. Lat. CXXXII. 553—558 ex Surio repetitus. 4) Fol. 326'b (311) post passionem sancti Mauri: *Explicit secunda passionalis originalis de tempore estiva conscripta pro ultima parte per manus Petri Zwanine in Wesp et finita anno Domini M°CCCC°LXI° crastino Odulfi confess. Deo gracias.* Ea quae sequuntur eiusdem Petri Zwanine manu debentur. 5) Quae nunc in bibliotheca publicam Vindobonensem «Nationalbibliothek» translata est. 6) Fol. 237'b (239): *Iste liber pertinet fratribus monasterii sancti Pauli dicti Rubrevallis in Zonia iuxta Bruxellam. Qui et scriptus est in eodem monasterio ac finitus anno Domini M°CCCC°LXV° in octava sancti Iohannis euangeliste per manus fratris Iohannis Back presbiteri donati. Orate pro eo.* De Iohanne Back cf. Anecdota ex codicibus hagiographicis Iohannis Gielemans ed. Bollandiani (Brux. 1895), 196, n. 3. Hunc codicem apud Potthast, Bibl. II², 1420 confuse sub no. 79 affert monet M. Coens.

Codices 5 *et* 6 *arctissime inter se cohaerent neque quicquam obstat, quin* 6 *ex* 5 *descriptum putemus. Praeterea codices* 1 *et* 2 *affines quodam modo esse videntur nec tamen alter ex altero descriptus; qui, quamquam suis uterque mendis non levibus laborat, interdum soli genuinam lectionem servaverunt. Codex* 1 *per se non pauca mutavit.*

Ex 4 *et* 6 *Vitam primus edidit M. I. A. Moltzer in 'Nederlandsch archief voor kerkgeschiedenis N. S.' VI ('s-Gravenhage* 1909), 230—235. *Moltzer hanc vitam ab Hucbaldo S. Amandi monacho*[1] *inter a.* 918. *et* 930. *exscriptam, non ex eius libello excerptam esse, quod priores iudicaverant*[2]*, demonstravit. Moltzer etiam Vitam nostram ab Altfrido in Vita Liudgeri*[3] *adhibitam et propterea ante a.* 849, *quo Altfridus obiit, et post a.* 786, *quia Liudgeri Vitam Gregorii abbatis Traiectensis non ante hunc annum compositam exscripsit, editam esse contendit. Quod cum in dubium vocasset A. Poncelet, Anal. Boll. XXVIII (*1909*),* 328, *suo iure refutavit W. Levison, 'N. Archiv' XXXVII (*1912*),* 286—289, *qui Altfridum in Vita nostra expilatum eamque inter a.* 840.[4] *et a.* 930.[5] *compositam esse statuit. Immo Levison Vitam nostram anno* 900. *posteriorem putare maluit. Sed Radbodus episcopus Ultraiectinus, qui in sermone de s. Lebuino Vita eius non usus est, nihilo magis ea, quae Altfridus tradidit, adhibuit. Et auctori Werthinensi vitae secundae Liudgeri, quem post Altfridum et ante a.* 864. *scripsisse Diekamp ostendit, praeter Altfridum etiam Vita Lebuini antiqua praesto fuisse videtur*[6]. *Quod iam Moltzer perspexit. Unde Vitam Lebuini post a.* 840. *et aliquanto ante a.* 864. *compositam esse putaverim.*

Quis, quo loco Vitam scripserit, certo certius non constat. De Werthinensi monasterio Moltzer, de Daventriensi sancti Lebuini ecclesia Levison cogitavit. Sed cum Daventriae saeculis nono aut decimo incunte vix ulla Lebuini praeter solum nomen memoria viguisse videatur, ita ut ne Radbodus quidem episcopus Ultraiectinus Daventriae constitutus in opusculis suis de Lebuino conscribendis plura posuerit, Daventria reiecta magis monachio cuidam Werthinensi Vitam Lebuini antiquam attribuerim. Quod etiam necessitudo, quae inter Vitam Lebuini et Vitam secundam Liudgeri intercedit, suadet. Porro si is, qui Liudgero in monasterio Werthinensi condendo locum Widuberg per commutationem tradidit, Folcbertus fortasse, idem est qui Folcbertus Lebuini amicus, non est locus, quo veri similius Vitam nostram scriptam esse putemus[7].

Auctor anonymus Liudgeri Vitam Gregorii abbatis[8]*, Altfridi Vitam Liudgeri, Bedae Historiam ecclesiasticam gentis Anglorum exscripsit; de Lebuini inter Saxones conversatione et cum Folcberto necessitudine aliunde — ex Werthinensium, ni fallor, traditione — quaedam adiecit, quae spernenda non sunt. Inter quae celeberrimus ille de concilio antiquorum Saxonum generali locus multo nunc maioris momenti quam antea, cum sola Hucbaldi, saeculi X. auctoris, auctoritate nitebatur, radiandus maxime eniteat. Qui quo iure convelli possit, non iam video, ut alibi pluribus exposui*[9].

Vita nostra una cum Hucbaldi, qui eam expilavit, libello adhibita est saec. XV. in Vita Lebuini compilationis Windesheimensis, quam M. Coens edidit[10]*, et in versione Hollandica; quae medii aevi temporibus Daventriae facta est. Exscripta est etiam in Epitoma, quae incipit* Inter septen-

1) Cf. excerpta ex Hucbaldi Vita Lebuini MG. SS. II, 360 sqq.; prologum edidi l. c. infra n. 6 p. 89, n. 1. Cf. L. Van der Essen, 'Hucbald de Saint-Amand' etc., Rev. d'hist. eccl. XIX (1923), 522 sqq., maxime 535—543. 2) Cf. ex. gr. Catal. cod. hagiogr. bibl. reg. Brux. I, 1 (1886), 104; Analecta Bolland. VI (1887), 186. Ita iam saec. XV. monachi Bodicenses opinati sunt, qui in cod. Monast. 353 (supra nr. 3) Hucbaldi libello p. 84 hanc notulam subiunxerunt: *Item Vita eiusdem S. Lebuini presbyteri ex precedenti legenda compendiosius compilata: 'Sanctus Lebuinus ex Britannia Angliae insula oriundus fuit. Hic in infantia sua a parentibus, ut supra'* (alia manu corr.: *Superius aliter habetur*). Anal. Boll. XXVII (1908), 273. 3) Ed. W. Diekamp, 'Die Vitae sancti Liudgeri', 'Die Geschichtsquellen des Bisthums Münster' IV (Münster 1881). Vita Lebuini antiqua interdum cum textu L (olim Werthinensi) convenit, cf. p. 795, l. 5. n. f *quam*; p. 795, l. 2: *quo putavit illud esse*; p. 795, l. 5. n. h. l. *Domini* praebet, sed in eius apographo S *Dei* invenitur. At p. 792, l. 11 'Vita Lebuini antiqua cum Altfridi codice Helmstadensi (W) *perduci* habet. 4) Quoniam Altfridus a. 839. episcopatum Monasteriensem adeptus est. 5) Quo anno Hucbaldus obiit. 6) Cf. quae exposui in dissertatione quae inscribitur 'Über die älteste Vita Lebuini und die Stammesverfassung der Sachsen', in 'Geschichtliche Studien. Albert Hauck zum 70. Geburtstage dargebracht' (Leipzig 1916) p. 100 sqq. 7) Cf. quae exposui in 'Geschichtliche Studien' p. 102 sqq.; infra p. 792, n. 12. 8) MG. SS. XV, 1, 63 sqq. 9) 'Geschichtliche Studien' p. 104 sqq.; 'Hist. Zeitschr.' CXVIII ('3. F.' XXII), 189 sqq. ('Die Jahresversammlung der alten Sachsen zu Marklo'). Quibus assensus est F. Philippi, 'H. Z.' CXXIX ('3. F.' XXXIII), 112 sqq., quem tamen ea, quae 'Gesch. Stud.' p. 106 sq.; 'H. Z.' CXVIII, 198 sq. disserui, fugerunt. Cf. W. Levison, 'N. Archiv' XLI (1919), 334 sq.; F. Kauffmann, 'Deutsche Altertumskunde' II (1923), 359, n. 2; aliter L. Schmidt, 'Gesch. d. deutschen Stämme' II, 4 (1918), 617. 10) Anal. Boll. XXXIV—XXXV (1921), 306 sqq.; BHL. nr. 4814 d.

trionem, *maximam partem ex Huchaldo compilata, ex qua apographum*[1] *a M. Coens nobis benignissime transmissum secuti quaedam sub signo 'Epit.' enotavimus. Werner Rolevinck in libro de laude antiquae Saxoniae non Huchaldi, sed Vita nostra usus est. Etiam auctor Werthinensis Vitae secundae Liudgeri, qui circa medium saeculum IX. scripsit, praeter Altfridum Vitam Lebuini inspexisse videtur*[2].

Tempus, quo Lebuinus inter Saxones praedicabat, Hauck inter annos circiter 770. *et* 780. *conclusit*[3], *sed perperam Vitam Lebuini, quam non nisi ab Huchaldo retractatam cognovit, cum Vita Liudgeri in plurimis rebus non convenire putans prorsus sprevit. Ego Lebuinum iam (paulo?) ante annum circiter* 770. *in Frisiam venisse crediderim, cum in hac Vitae Liudgeri parte, ad quam Hauck respexit, Altfridus rerum gestarum tempora non satis diligenter distinxerit. Sed quomodo* Leofwuine *episcopus in inscriptione epistolae inter Bonifatianas nr.* 73, *a.* 746. *conscriptae*[4], *idem qui Lebuinus noster esse possit, quamquam fieri potuisse prorsus negandum non est, haud facile apparet, cum noster neque apud Liudgerum in Vita Gregorii neque apud Altfridum in Vita Liudgeri neque ullo alio loco episcopi titulo ornetur neque ullam cum Bonifatio, quantum scimus, necessitudinem coluisse aliunde probetur. Fortasse aut alius* Leofwuine *est aut is, qui excerptum illud, quo solo Huuitae et Leofwuini nomina in codice musei Britannici Nero E.* 1 *saec. X—XI. huic epistolae Bonifatianae praeponuntur, compilavit, suo arbitrio, ut numerum octo episcoporum compleret; haec duo nomina virorum, quos ex Anglia in Germaniam praedicandi causa migrasse norit, interpolavit. Quod tamen affirmare noluerim.*

Capita in codicibus non numerantur.

A. Hofmeister.

VITA SANCTI LEBUINI PRESBITERI ET CONFESSORIS.

1. Anglorum patria, quae pio beati papae Gregorii studio ad Christianitatem perducta[b] est[5], Beda. in fide Christi semper religiosissima erat. Factaque[c] est, sicut animalibus fecunda extat et frugibus[d], ita eciam sanctorum virorum fertilis. Ibi Deo[d] devotissimi laici, ibi mirabilium virtutum virgines, in monachico quoque habitu magnanimes pro Christi caritate seculi contemptores[e]. Plurimi[e] elegerunt exulare propter Dominum, ut peregrinationis labore vel propria peccata castigarent vel paganis sive christianis in doctrina prodessent.

2. Sanctus[f] Lebuinus Salvator ipse locutus est, ut exiens[7] de terra sua transmarinis, id est Altfr. V. Liudg. I, 13 antiquis Saxonibus, predicaret et in confinio Francorum atque Saxonum secus fluvium Ysla[h] plebem erudiret. Cumque[i] hoc non semel tantum, sed et secundo ac tercio dominus Iesus terribili iussione[k] preciperet, consensa navi beatus Lebuinus Gregorium sacerdotem[l,b] adiit, qui tunc temporis Traiectum castrum, quod Beda, Liudg. V Greg. antiquo[m] nomine Wiltenburch[m] appellabatur[n], episcopi vice presbiter rexit[10]. Hic denique ex nobilissima Fran- Liudg. V Greg. c. 1 corum prosapia oriundus, a sanctissimo[o] Wiufrido a puericia fuerat enutritus. Cui beatus ille, cum Hassos ib. c. 2.

a) *sta* 1. 6; Incipit vita sancti Lebuini *(presbiteri et supra lin.)* confessoris 5; Vita sancti Lebuini confessoris quod est pridie ydus Novembris 4; Incipit vita sancti Lebuini presbiteri 3; De sancto Lebuino presbitero et confessore 2. b) producta 3. 5. *in marg. corr.* per. 5. c) Factum que 4. d) Deo *om.* 5. 6 *Epit.* e) contemptores plurimi 1. 2. f) Ibi sancto 2; itaque *add.* 6; Tunc Salvator sancto L. i. e. *Epit.* g) lebuyno, -e- *in loco raso* 3. — Liafwinus *semper Altfr., sed cod. L hoc loco* Lebuinus. h) isla 1. 2. i) -que *om.* 4. k) visione *Epit.* l) adiit sacerdotem 2. m) *ita* 1. 2. 5; Wiltèborch 3; Wiltenburgh 4; Wildeburch 6. n) appellatur 1. o) sacratissimo 4; Bonifacio epo *in marg. eadem manu add.* 1; .i. Bonifacio epo *in marg. alio atramento add.* 2; .i. Bonifacio nre et archiepo *in marg. add.* 3; .i. Bonifacio *in marg. eadem manu add.* 4.

1) Ex cod. Brux. 1382—91, saec. XV., olim S. Marie virg. in Bethleem prope Lovanium, de quo et aliis codicibus cf. M. Coens, An. Boll. XXXIV—XXXV, 311, n. 3; BHL. nr. 4814 b. 2) Pauca verba allata sunt AA. SS. Mart. I, 73 nr. 19 (ubi 'brevior quidem, valde tamen antiqua' audit), Aug. V, 251 nr. 47. 3) 'Kirchengeschichte Deutschlands' II[3.4] (1912), 361. 4) 'Die Briefe des heiligen Bonifatius und Lullus', ed. M. Tangl, Berlin 1916, MG. Epistolae selectae I, 146 sq. Cf. M. Tangl, 'Das Bistum Erfurt', in 'Geschichtliche Studien Albert Hauck zum 70. Geburtstage dargebracht', Leipzig 1916, p. 115; 'N. Archiv' XL, 715 sqq. 5) Beda Hist. eccl. Angl. I, 23 sqq. 6) Ib. I, 1. 7) Cf. Act. 7, 3: *Exi de terra tua.* 8) *abbatem* Altfr. V. Liudg. I, 13. 9) Beda Hist. eccl. Angl. V, 11: *Donavit autem ei Pippin locum cathedrae episcopatus in castello suo inlustri, quod antiquo gentium illarum verbo Viltaburg, id est oppidum Viltorum, lingua autem Gallica Traiectum vocatur;* Liudg. V. Greg. c. 10: *stabilito episcopatu in loco qui nuncupatur Traiectum et alio nomine Wiltaburg.* 10) Cf. Liudg. V. Greg. c. 5. 10; Altfr. V. Liudg. I, 9. 10.

Liudg. V. Greg. c. 2 et Turingos[a] iussu Dei peteret, ipse cepit puerulus[b] adherere. Isti[c] quoque temporibus Karoli[d] ex Anglia veniens, sub gloriosis[e] principibus[4] eiusdem regis filiis Karolomanno[e] et Pippino tanto fulgore sapientie ac sanctitatis illuxit, ut omne regnum Francorum et melioraret[f] religione ac fide corrigeret. Dumque peregrinus ac[g] Liudg. V. Greg. c. 4. pauper[3] adveniret, ob facundiam[4] atque prudenciam in summi episcopatus sedem urbis Maguncie ab ipsis regibus
ib. c. 7 et ab omni populo est electus, et Rome dum archiepiscopus[5] consecraretur ab ipso apostolico papa Gregorio, qui tercius[6] fuit a primo, mutatum est nomen eius bonorumque factorum merito[7] Bonifacius est appellatus. Postquam vero beatus hic magister in Fresia, ubi evangelizabat[8], gladio[9] caesus cum quinquaginta duobus[9] occubuit, erat sanctus Gregorius usque ad finem vite suae confortatus christianitatem novam, quam sanctus Willibrordus et alii servi Domini in Fresia[h] et in illis regionibus ante initiaverant.

Altfr. V. Liudg. 1, 13 3. Retulit ergo homo Dei Lebuinus sancto Gregorio, que sibi Salvator iusserat, peteus ac ad locum perduci, quem sibi in[i] eius parrochia Dominus designavit et commendavit. Audiens beatus Gregorius et digne gratulando amplectens piam Redemptoris visitationem, direxit eum ad locum, quem rogabat, dans ei comitem servum Dei Marchelmum[k], qui fuerat sancti Willibrordi discipulus[10]. Susceptus est primum homo Dei Lebuinus a quadam vidua Abarhilda[l] nomine et in eius hospicio aliquamdiu mansit. Dum vero ad eius praedicationem plurimi crediderunt, fecerunt eius christiani, qui ibi habitaverunt[m], in primis
ib. I, 14 et 15 nonorium in occidentali parte in loco nuncupato Wilpe, postea ecclesiam[n-o] et mansionem in orientali[p] ripa praefluentis fluminis[q] Yalaeu, seditque ibi in studio operis Dei. Ibat vicibus[r] per Saxoniam, quaereus, quos posset Christo acquirere, et multis super fide Christi persuasit. Habuitque amicos et familiares ex nobilissimis, inter quos erat dives homo in pago Sudergo nomine
ib. Folcbraht[s 12]. Cum non posset autem diu latere[13], qui lumen Christi ferebat, nec semen verbi Dei sine persecutione crescere, coepit inter incredulos oriri murmur, coeperuntque viro Dei comminari, quare quidam illorum[t] ab antiquo ritu desierunt novorumque fierent morum. 'Fantasma', inquiunt, 'istud, quod solet discurrere per provinciam, quod fabulando et incantando tam multos
ib. infatuat; o si apprehenderetur et fieret ei aliquid dignum!' Collectoque agmine ecclesiam eius combusserunt et christianos[u] ex illis locis effugaverunt[14].

*) edificata est ei honorabilis ecclesia in honore beate virginis Marie *Epit., quae hic in ceteris Hucbaldum exscripsit.*

a) thuringos 2. b) puerulis 1. c) *ita* 1. 3. 4; Idem 2; Hiis 5. 6; s. Winfridus (Wynfr. 2) sive Bonifacius *in marg. suppl.* 1. 2. d) Karoli principibus *in marg. suppl.* 1. e) carolomanno 3. f) *corr. ex* meliuratur 1; *corr. ex* meliorareture 5. g) et 2. h) frisia 5. i) in eius parrochia *in marg. suppl.* 2. k) *ita Altfr. V. Liudg.*; marchellinum 1; mercellûtu *corr.* marcellûtu 2; marchelinum 3. 4; marchalmum *corr.* marchel., *in marg.* marcelmum tres sillabe 5; marcellinum 6. l) abarchilda 1; Avaerhilda *Altfr.* m) ei *om.* 6. n) habitaverant 6. o) *seqq.* in occidentali *del.* 2. p) *corr. ex* occidentali 2. q) isle 1. 5 *(in marg.* ysle 5*)*. r) sui 6. s) visibus 1. t) *ita* 1. Folcbracht 2; Folebracht 3; folebracht; *corr.* folebracht' 5; Folebertus 6; Filebracht 4. u) eorum, *in marg.* illorum 2.

1) Sc. Bonifatius. 2) *sub regibus Karlmanno et Pippino, eiusdem regis Karli clarissimis filiis*, Liudg. V. Greg. c. 1, ubi cod. Fuld. a Browero impressus habuit: *gloriosissimis*. 3) Cf. Liudg. V. Greg. c. 2 in. 4) Ib. c. 7. 5) Idem error in Vita altera Bonifatii, quae in codice Gothano Radbodo episcopo Traiectensi tribuitur, c. 10, ed. Levison p. 69. 6) Immo cum Romae a Gregorio II. a. 722. Nov. 30. Bonifatius in episcopum consecratus esset, pallium, id est archiepiscopi dignitatem, anno demum 732. a Gregorio III. accepit, Romae ipse non constitutus (cf. M. Tangl, 'N. Archiv' XL, 764—766. XLI, 590). Sed *Bonifatii* nomen iam, cum a. 719. Mai 15. a Gregorio II. officium praedicandi in Germania obtineret, sibi adscivisse videtur. 7) Aliter Liudg. V. Greg. c. 7: *ob facundiam linguae et gratiam labiorum.* Sed ad nostrum accedit Vita altera Bonifatii c. 4, p. 64: *et re ipsa et nomine Bonifacius.* Vita tertia Bonifatii c. 5 *(propter sua bona opera)* per Hucbaldum ad Vitam Lebuini redit. 8) Cf. Chron. Lauriss. breve III, 17, 'N. Archiv' XXXVI, 29: *Bonifacius archiepiscopus evangelizans genti Fresonum verbum Dei martyrio coronatur.* 9) Haec cum Martyrologio Fuldensi, ed. W. Levison, Vitae sancti Bonifatii p. 60, aliquo modo cohaerere videntur: *gladio peremptus .... Passi sunt autem cum eo et alii ex clero eius viri L religiosi, presbyteri, diacones et monachi; sed nobiliores inter eos fuerunt Eobanus episcopus et Adalharius sacerdos.* Cf. Contin. Bedae (Ann. vet. Nordhumbr.) a. 754, MG. SS. XIII, 154: *cum quinquaginta tribus*; Vita altera Bonifatii c. 14, p. 73: *suscepit gladii ictum.* Cf. quae adnotavi in 'Geschichtliche Studien Albert Hauck dargebracht' p. 102, n. 4. 10) Postea custos ecclesiae S. Salvatoris Traiectensis, Altfr. V. Liudg. I, 18 (16). De Marchelmo cf. etiam Liudg. V. Greg. c. 8. 10. 11) *in loco, cuius vocabulum est Daventre*, sequitur apud Altfr. 12) Idem fortasse aut eiusdem generis is fuit, a quo Liudgerus a. 799. Febr. 14. locum Widuberg prope Werden commutatione comparavit, Lacomblet, 'UB. f. d. Gesch. d. Niederrheins' I, nr. 12, 13; Diekamp, 'Die Vitae s. Liudgeri' p. 282. Cf. 'Gesch. Studien' p. 104. 13) Cf. Marc. 7, 24: *et non potuit latere.* 14) Hinc noster ab Altfrido recedit, qui ita pergit: *Tunc vir Domini*

4. Regem antiqui Saxones non habebant[1], sed per pagos satrapas[1] constitutos; morisque erat, ut Beda H. eccl. V, 10. semel in anno generale consilium[a] agerent in media Saxonia iuxta fluvium Wisuram[b] ad locum qui dicitur Marklo[a,2]. Solebant ibi omnes in unum satrapae convenire, ex[d] pagis quoque singulis duodecim electi nobiles totidemque liberi totidemque lati[e]. Renovabant ibi leges, praecipuas[f] causas adiudicabant et, quid per annum essent acturi sive in bello sive in pace, communi consilio[g] statuebant*).

5. Erat praefato Folcberto[h] filius nomine Helco[i], qui instante hoc[k] consilio[l] debebat[m] illuc cum aliis iuvenibus proficisci. Mane quodam dum pater cum filio sermocinaretur, dixit inter alia: 'Sollicitus sum de dilecto meo Wine[n]' — sic enim eum appellare consueverat — 'timeo, ne in aliquos incurrat, qui eum odiunt, ut vel ipsi eum interficiant vel ad consilium[o], ut interficiatur, adducant[p].' Tunc ergo inter sermocinandum[q] canes in atrio latrare incipiunt et nimis in advenientem saevire. Accessit ad ostium[q] praedictus iuvenis Helco[i] videre, quis ignotus advenire[r]t: et ecce beatus Lebuinus in medio canum se baculo defendebat. Accurrit[s] et abegit canes hominemque[t] gaudenter introduxit ad patrem. Post mutuae salutationis exultationem dum[u] simul consederent, hominem Dei Folcbertus[v] affatus est: 'Bene nunc venisti, mi dilecte Wini[w], bene venisti; optabam modo, ut te viderem et tecum loqui possem. Quo[x] vero nunc disponis[y] ire?' Respondit homo Dei: 'Ad consilium[z] Saxonum pergere habeo.' Folcbertus[a] dixit: 'Carus es nostrorum multis, mi dilecte Wini[w]; mihi quoque valde sunt suavia, quae narrare soles. At[b] vero insolentes quoslibet iuvenes audio[c] tibi maledicere tibique comminari. Rogo, audias me eosque caveas. Noli ad[d] consilium[e] pergere, sed redi ad domum tuam et ad Davonem amicum tuum. Nam pertransito hoc consilio[f] minus periculose perges, ad nos quoque secure venies, et verba tua libentissime audiemus.' Respondit vir Dei: 'Non possum omittere, quin[g] ad conventum hunc veniam, quia ipse Christus[h] Iesus mihi praecepit, ut ibi mandatum eius Saxonibus nunciem.' Tunc ait: 'Non evades.' 'Bene', inquit, 'evadam, quia, qui me misit, ipse me adiuvabit[i].' Dum ergo non posset ei persuadere, dimisit[l] eum.

6. Igitur advenerat dies statuti consilii[k], advenerunt satrapae, assunt et[l] alii, quos adesse oportebat. Tunc in unum conglobati fecerunt iuxta ritum in primis supplicationem ad deos, postulantes tuitionem[m] deorum patriae suae, et ut possent in ipso conventu statuere sibi utilia et quae forent placita omnibus diis. Deinde disposito grandi orbe con-

*) *Haec male ita reddidit Epit., plerisque ex Hucbaldo compilatis:* Saxones proinde adhuc gentiles nullius regis gubernantur prudencia, sed pro libitu suo ex melioribus eorum singulis annis in singulis pagis XII constituebant iudices, qui semel in anno secus flumen Wisuram et locum Marclo nuncupatum convenientes generale agebant consilium, tractantes ac scientiam propalantes rei publice et commoda communis utilitatis sive de bello sive de pace.

a) concilium *Rol.* b) voisuram 4. c) marclo 2. d) et 6. e) *ita* 1. 3. 4. 5 *(mut.* layci 3 *[in marg.]. 5)*; layci 2. 6. *Rolevinck (*laici, *sed ed. Traiect.* lazzi*).* f) precipues 1. g) concilio 2. 5. 6; decreto *Rol.* h) *ita* 1. 2. 3 *(c corr. 3)*; Foleberto 4. 5. 6. i) helto 6. *Epit.* k) hoc *e corr.* 2; huiusmodi 4; predicto *Epit.* l) consilio, *super* e *superscr.* c 3; concilio 5. 6. m) dicebat 1. n) *in marg.* wyne *add.* 5. o) concilium 3. 4. p) *ita* 1. 2. *Epit.* q) hostium 3. r) advenieret 1. s) *sequ.* itaque iuvenis *Epit.* t) *sequ.* Dei *Epit.* u) cum 6. v) *ita* 1. 2; Folebertus 3. 4. 5. 6. w) *ita* 2. 3. 4. 5; Winii 1; wine 6. x) Que 1. y) disponi (= disponimus) 1; dispon(mq*) *corr.* -uis 2. z) concilium 3. 5. 6. a) *ita* 1. 2. 3. 5 *(c e corr. 3)*; Folebertus 4. 6. b) ac 1. c) audi 1. d) hoc *add.* 6. e) concilium 3. 5. 6. f) concilio 3. 5. 6. g) q̃m 2. h) *ita* 1. 3. 5. 6; Iesus Christus 2. 4. i) misit 1. k) *ita* 1. 2; concilii 3. 4. 5. 6. l) et *om.* 1. m) tuicone *in marg. suppl.* 2.

Liafwinus reversus ad abbatem Gregorium praestolabatur consolationem a Domino. Sedato igitur tumultu reversisque praedonibus in sua vir Dei Liafwinus reaedificavit aecclesiam, quae fuerat combusta, et more solito non cessabat documenta salutis impendere gregi, quoadusque pastori summo dilectam redderet animam etc. (infra p. 794, l. 28).

1) Beda, Hist. eccl. gentis Angl. V, 10: *Non enim habent regem iidem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suae genti praepositos, qui ingruente belli articulo mittunt aequaliter sortes, et quemcumque sors ostenderit, hunc tempore belli ducem omnes sequuntur, huic obtemperant; peracto autem bello rursum aequalis potentiae omnes fiunt satrapae.* 2) De loco Marklo cf. Abel-Simson, 'Jahrb. des Fränkischen Reiches unter Karl dem Großen' 1², 117, n. 2; 'Geschichtliche Studien Albert Hauck dargebracht' p. 106, n. 4; de concilio generali Saxonum cf. MG. LL. Capitularia I nr. 26, c. 34, p. 70, supra p. 790, n. 9. 3) Cf. Hist. V. Pauli 10: *Inter has sermocinationes suspiciunt ...* 4) Cf. ex. gr. Ioh. 8, 29: *et qui me misit, mecum est et non reliquit me solum.*

cionari[a] coeperunt. Ecce autem subito beatus Lebuinus in medio orbe stetit, clericali[b] habitu indutus, crucem in manibus, ut ferunt, et evangelium[c] portans, elevataque voce: 'Audite', ait, 'audite. Dei omnipotentis sum nuncius; mandatum eius vobis Saxonibus fero.' Conticuerunt[d] obstupescentes ad verba et ad insolitam formam[e] viri. Prosecutus est homo Dei sermonem dixitque: 'Mandat vobis Deus caeli et terrae rex et Iesus Christus[f] filius eius, quia, si volueritis eius fieri et facere, quae per servos suos vobis mandaverit, tanta vobis bona praestabit, quanta numquam ante[g] audiebatis.' Addidit etiam hoc[h], quod: 'Sicut hucusque super vos regem, o Saxones, non habuistis, ita non erit rex, qui contra vos praevalere possit et sibi subicere. Quodsi eius non vultis fieri, tunc mandat haec vobis: Praeparatus est in vicina terra rex quidam, qui vestram[i] terram ingredietur, praedabit vastabitque, variis vos bellis fatigabit[k], in exilium adducet, exhereditabit[l] vel occidet, hereditates vestras quibus voluerit tradet; eique postea subditi eritis ac posteris eius.' Non tulerunt amplius silentium, sed elevato clamore: 'Hic', inquiunt, 'hic est ille decursor et illusor, qui vadit cum deliramentis[1] et fantasiis discurrendo[m] per terram; capite[n] eum, capite et lapidate.' Prohibentibus licet eis[n], qui sapientiores erant, accurrerunt ad vicinam saepem, raptos sudes acuerunt, ut more suo lapidarent eum cum sudibus[2]. Reversi giraverunt eum, et ille inter eos stans subito non comparuit[3]. Tum[o] vero isti confusi, alii, qui ante eos[p] prohibebant, indignati, omnes iniquum factum condempnabant. Praecipue concionator quidam Buto[q] nomine conscendens truncum arboris sic clamabat omnibus: 'Audite, quae dico', ait[r], 'et iudicate'. Nordmanni[t] vel Sclavi, Fresones quoque seu cuius-libet gentis homines si quando ad nos mittunt nuncios, cum pace[u] suscipimus ac modeste audimus. Dei autem[v] nuncius nunc[w] venit ad nos, et ecce, quibus eum insectabamur iniuriis! Credite ergo, quia tam vera dixit, quam facile potuit nobis insectantibus eripi, et illa, quae comminatus[x] est, incunctanter evenient[y].' Commoti itaque poenitudine statuerunt, ut nemo Dei[z] nuncium illum laederet, si ulterius appareret, sed cum pace dimitteretur[a], quocumque vellet ire. Quo facto inter se agebant[b], quod coeperant[c].

7. Sanctus vero Lebuinus pergebat, quocumque eum perduxit spiritus Dei, persistens in
Altfr. V. Liudg. I, 14 (15). operè Domini, quousque dilectum Deo reddidit animam[*]; et defunctus in sua humatus est ecclesia, quam
ib. 15 (14). incensam reedificaverat. Post illius obitum iterum impii Saxones[d] vastaverunt[e] locum illum et succenderunt[f] ecclesiam corpusque eius per tres dies quesierunt nec invenire potuerunt. Sed et abbas Gregorius migravit ad Dominum, et suscepit curam pastoralem Albricus nepos eius, qui[g] venerabilem Lutgerum[h] cum magno diligebat affectu atque eum ita[i] allocutus est dicens: 'Nunc, quia frater meus dilectissimus es, peto, ut desiderium meum impleas. Locus enim, in quo sanctus Domini[j] Lebuinus presbiter, quem nosti, in opere Domini usque ad mortem persistendo laboravit et[k] ubi sacrum eius[l] corpus sepultum[m] tegitur, in solitudinem[n] est redactus; quamobrem peto, ut eum restaurare studeas et super

[*]) Correptus ergo febre modica migravit ad Dominum pridie ydus Nov. *Epit., in ceteris hic Hucbaldum secuta.*

a) gionari 1. b) cleri tli 1. c) *sequ.* in corde *Epit.* d) Continuerunt 1. e) *ita* 1. 2 *(speciem alia manu superscr. 2)*; speciem 3. 4. 5. 6. f) Christus *om.* 1. g) antea 1. h) hoc *alio atram. in marg. suppl.* 2. i) terram vestram 5. 6. k) et *add.* 6. *Rol.* l) *ita* 1. 2 *(prius* it *del. 2)*; exheredabit 3. 4. 5. 6. m) discurrens 6. n) capite eum — eis *in marg. suppl.* 1. o) Tunc 2. *Rol.* p) *ita* 2. *Rol. (ed. Tross.)*; eum *ceteri.* q) buco 2. 4 *(corr.* buto 2); Bucco *Rol.*; Unco *Epit.* r) ayt *alia manu in marg. suppl.* 2. s) Idicate 1. t) Nortmanni 6. u) eos *add. Rol. (om. ed. Tross.).* v) enim 4. w) nunc *superscr.* 2. x) minatus 2. *Rol.* y) invenient 1. z) Dei *om.* 6; illum Dei nuncium 1. 2; Dei nuncium *om. Rol.* a) dicteretur 2. b) agebat 4. c) ceperat 4. d) saxones 1; saxanes 5. e) vastaverant 3. 5. 6. f) succenderunt, -derunt *corr. in marg.* 3. g) lutgherum 6; Liudg. *Altfr. semper (*Lutg. *cod. Helmst.).* h) ita *om.* 6. i) Domini *om.* 4. k) locus *add.* 2. l) corpus eius 2. 4 *(signis transpos. 2).* m) cepult i 1; sepultura *Altfr.* n) *ita* 2. 3. 5. *Altfr.*; solitudine 1. 4. 6.

1) Cf. Sulp. Sev. Dial. III, 15, 4: *per . . . fantasmata visionum ridicula prorsus inter deliramenta sentisse.* 2) De hoc genere supplicii cf. Vita secunda Liudgeri I, 25, ed. Diekamp p. 69. 3) Cf. 3. Reg. 20, 40: *s. n. c.* Cf. quae Wernerus Rolevinck, De laude ant. Sax. II, 1, ed. Tross. p. 70, ex fonte ignoto tradit: *Arbor quaedam usque hodie perseverat iuxta partes Hervordiae civitatis, quae se, ut fertur, divinitus aperuit et sanctum Lebuinum abscondit. Eius folia sunt mirum in modum singularia, ut nemo possit cognoscere, cuius generis sit.* 4) In his verbis ea, quae Wernerus Rolevinck ex hoc libello excerpsit, finiunt, qui haec addit, Leibniz, SS. rerum Brunsv. III, 619 (omissa apud Tross): *Cuius reliquiae et Marcellini quoque ipsius in Daventria urbe nobilissima cum summa veneratione observantur. Haec in eius legenda habentur.* — Diem obitus Lebuini, *pridie idus mensis Novembris*, Hucbaldus tradit; de anno non constat. Lebuini memoria die 12. Novembris agebatur.

corpus sancti ecclesiam reedifices.' Dei igitur famulus Lutgerus[a] magistri iussis[b] obtemperans quesivit in loco prenominato corpus sancti et non invenit, sed tamen infra[c] spacium loci, quo putavit illud esse, coepit construere ecclesiam. Cumque posuisset bases et parietes conaretur erigere, apparuit ei sacerdos Domini[d] Lebuinus in sompnis dicens: 'Frater dilectissime Lutgere[e], bene fecisti restaurando Dei templum iam dudum deletum a gentilibus; sed et corpus meum, quod quesisti, invenies sub australi, quam[f] erexisti, pariete humatum.' Lutgerus[g] igitur mane Dei[h] laudibus expletis invenit corpus sancti in loco sibi in visione praedicto[i], et collecta multitudine fecit transvehi bases eiusdem edificii in partem australem, et ita infra ecclesiam collegit[k] sepulchrum viri Dei[l]. In quo loco per servum suum Lebuinum Dominus virtutes multas operatur usque in hodiernum diem[1. 2].

a) lutgherus 6. b) visis 1. c) *ita* 1—6; intra *Altfr.* d) Domini *supersc.* 1. e) lutghere 6. f) *ita* 1. 3. 5. 6. *Altfridi cod. Leyd.*; quē, e *e corr.* 2; q̄ 4. g) Ludgerus *hoc loco* 4; Lutgherus 6. h) *ita* 1—6; Domini *Altfr. (sed* Dei *cod. Giess. ex Leydensi descriptus; Leydensis ipse* Domini *habet).* i) *ita* 1—6. *Altfr.*; revelatum *add.* 3. 4. 5. 6 *(in marg.* 2*), om.* 1. *Altfr.* k) colligit 1. l) Explicit vita sancti Lebuini conf. *sequ.* 5.

1) Apud Altfridum sequitur: *Perfecta est itaque ipsa aecclesia et consecrata, quae numquam deinceps a gentilibus fuerat contaminata.* A. 882. *Nordmanni portum, qui Frisiaca lingua Taventeri nominatur, ubi sanctus Liobornus requiescit, plurimis interfectis succenderunt,* Ann. Fuld. ed. Kurze p. 99. — Translatio vel elevatio Lebuini die 25. Iunii agebatur. 2) Altfridus pergit: *ubi etiam nunc caenobium est canonicorum Domino famulantium.*

VITA PHILIPPI PRESBYTERI CELLENSIS.

EDIDIT A. HOFMEISTER.

Philippus, cuius festum die 3. Maii agitur[1], *natione Anglus Romae ad sacerdotium promotus tempore Pippini regis (a. 751—768) Galliarum partes adiit et in loco Cella 'in pago Nahgaw' (Zell inter Trarum Primum, Bacarat RB. Pfalz BA. Kirchheim-Bolanden) aliquod tempus solitariae vitae una cum Haroaldo sacerdote duxit et post mortem miraculis claruit. Cuius Vitam Haroaldo etiam plane aequalem monachus quidam, quem, si Tassilonem confratrem eius dicam Baiuvarorum a. 788, deposuisse putare licet*[2], *quod neque negare neque affirmare audeo, fuisse puto, scripsit. Si non requante etiam Karolo Magno, certe non ita multo post, quippe qui ab Haroaldo et aliis, qui beatum virum superstitem viderant aut paulo post mortem eius memoria expetiti erant, multa audivit et translationi, quae non multo post facta esse videtur, ipse interfuit (p. 802, l. 10 sqq.)*[3]. *Quamquam Philippus in rebus publicis vel ecclesiasticis nunquam inter primos vel secundos vultum et cum Pippino et Karolo regibus commercium habuisse et a Pippino etiam in cella sua frequenter visitatus esse non nisi a falsario quodam recentioris aetatis traditur*[4], *hoc opusculum tamen non omnino spernendum est, cum scriptum eis temporibus, quibus nondum res privatus huius regionis narrandum magna copia nata est, non pauca nomina et locorum et hominum et eius etiam nobilium servaverit et de genere et vita monachorum quaedam notabilia afferat*[5].

Duobus fere saeculis elapsis, cum oratorium Philippi ex vetustate corruisset, anno tertio imperii secundi Ottonis caesaris[6] *Adalbertus abbas Hornbacensis loco venerato ossa sancti viri denuo invenit, qui quasi de gravi somnolentia excitatus in Dei virtute coepit nova signorum miracula operari. Quae inventionem et miracula post eam facta*[7] *non multo post, sed Adalberto abbate, qui Ottonem tertium regnantem vidit, mortuo descripsit subiuncta brevi Adalberti abbatis Vita* quidam catholicus presbyter, *qui e collegio fratrum in loco Cella sancto translationem fuisse refert, cum quibus, ut eius verbis*[8] *utar, 'Iulio mense, quo valida fames in*

1 Martyrol. Hrabani ad V. non. Mai., Migne Patrol. Lat. CX, col. 1142: *depositio s. Philippi confessoris*; Martyrol. Usuardo auct. Grevero, eadem die, AA. SS. Boll. Iun. VI, 223 sq. n. 1745. p. 252): *In Gallia loco qui dicitur Cella Philippi pbri. et conf.*; Kalendarium Laureshamense cod. Vatic. Palat. 485 saec. IX. inc. ad VI. non. Mai., sed per errorem cum eadem die adscripta sit inventio s. crucis, quae in diem 3 Mai incidit. Cf. [Falk], 'Katholik' LXVII, 1887, I, 380 sqq. In codice Vatic. Palat. fol. 834 in Martyrol. Bedae sub die 3. Mai manu posteriore additum saec. X: *Depositio sancti Philippi confessoris Christi, qui requievit in loco quod dicitur Zella et in monte qui vocatur Oshuus iuxta fluvium quod dicitur Primma*; cf. K. Eubel, 'Katholik' LXXVI, 1896, I, 549. Fragmentum membranaceum breviarii emendum, quod ex annali 'Mainzer Monatsschrift', Jahrg. 1, p. 1137 repetunt [Falk], 'Katholik' LXVII, 1887, I, 333 ex Vita genuina, non interpolata hoc unum est. 2) Infra c. 12, p. 800. Saltem monasterio cuidam Cellae vicino adscriptus erat (infra p. 801 sq.); sed si Hornbacensis fuisset, de Warinhario, quem generi nobilissimorum huius monasterii fundatorum adscribere non dubito, aliter eum verba fecisse crediderim (infra p. 802 b. 3) 'Etwa um 850' Wattenbach, 'GQ.' II⁶, 504 = II⁷, 149. Auctorem coenobio Seligenstadensi fortasse adscribendum esse, quippe qui *praesentem testem Einhardum* secum haberet (c. 7, p. 800), 'Hist. litt. de la France' V, 275 vix recte coniecit. 4) P. 798, n. **, 799, n. ** et infra sub 5, p. 797. 5) Ex. gr. *Hartmandus . . . monachus nobilibus valde sublimibus ortus* (c. 11, p. 801); *monachus noster Tassilo . . . in comitatu suo unum ex familia nostra secum habuit* (c. 12, p. 801). 6) A. 975—976, sed cf. infra p. 803, n. 8. 7) Quae in hac editione omisimus. 8) DO. III. 124. MG. Dipl. II, 536. 9) 'N. Archiv' XXIII, 560.

hiis regionibus sua lege multos compellebat ieiunare', *miraculum, quo eorum inopiae consulebatur*, 'oculis nostris vidimus'.

Codices, in quibus indagandis a socio nostro W. Levison adiutus sum, sunt hi:

1) Treverensis bibl. civ. Lat. 1151, *tom. IV (456) membranaceus saec. XIII., olim S. Maximini, qui pars legendarii magni est*[1]; *Vitam Philippi ex f.* 130—132[c] *a b. m. Holder-Egger et v. cl. I. Dieterich exscriptam ipse denuo evolvi. Deest Inventio.*

2) Monasteriensis bibl. Paul. 353 *(1177) chartaceus saec. XV., olim* Liber Canonicorum Regularium Monasterii sancti Manulfi in Bodiken Paderburnensis dioc., *de quo cf. H. Moretus, Anal. Bolland. XXVII (1908), 272—276. Ipse contuli et exscripsi. P. 255: Vita Philippi; p. 266—274: Inventio cum miraculis.*

3) Editio, quae a. 1516. *ex officina Iacobi Kobel in Oppenheim prodiit; cuius exemplar in bibliotheca civ. Moguntina servatum (sub signo I. c.* 402 *in 4°) nobisque benignissime transmissum contuli. Cf. F. Falk, 'N. Archiv' XXIII,* 557 *sqq.; 'Katholik' LXXVIII. I (*3. *Folge', XVII),* 1898, 185—188[2]. *Insunt cum Vita et Inventio cum miraculis, tum, quae alibi non invenitur, Vita Adalberti abbatis Hornbacensis.*

4) Faldensis bibl. publ. Aa 96 *membranaceus, olim Blaburanus, deinde Weingartensis (G* 5 *fol.), quem scripsit Bartholomaeus Krafft († a.* 1496). *De quo cf. P. Lehmann et N. Bähler, 'Historisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft' XXXIV (*1913*),* 493—537; *W. Levison, SS. rer. Mer. VII,* 589. *Vitam Philippi in fine decurtatam, quae exstat in parte priore f.* 53—55, *ipse contuli.*

5) Monasteriensis 22 *(214) membranaceus, olim Bodekensis, a.* 1459 *a fratribus Iohanne Dalmanie sacerdote et Hanaldo de Smalenberch iubente Arnoldo de Holte priore monasterii S. Magualphi scriptus. De quo cf. H. Moretus, Anal. Bolland. XXVII (*1908*),* 300—310; *W. Levison, SS. rer. Mer. VII,* 538 *sq.:* 625. *F.* 203[v]—205[v] *nihil nisi Inventionem per se scriptam exhibet, quam ipse contuli. At loco multo priore, f.* 15[v]—17[v]. *Vitam Philippi praebet, sed posteriore tempore omnino retractatam, in fine decurtatam, nonnullis locis interpolatam. Quam recensionem adhuc ineditam exscripsi, sed non nisi pauca ex ea editioni nostrae subiunxi*[3].

In vetere catalogo bibliothecae Carthusiensium Moguntinorum (in bibl. civ. Mogunt.) legitur: Passionale totius anni: specialis liber de Vita et actibus B. Philippi Confessoris, *qui hodie ex codice bibl. civ. Mogunt. Carthus.* 304, *saec. XV. excisus est*[4].

Itaque Vita Philippi legitur in 1, 2, 3, 4 *et retractata atque interpolata in* 5; *Inventio exstat in* 2, 3, 5; *Vita Adalberti abbatis Hornbacensis in quo* 3 *servata est.*

Orthographica codicum recentiorum fere omnia neglexi.

Post editionem a. 1516. *(supra sub* 3*) Vitam Philippi, quam ineditam putaverunt, ediderunt Bollandistae AA. SS. Mai. 3. I.* 427—430 *(*423—426*) ex mss. codicibus Trevirensi monasterii s. Maximini (= 1) et Passionali Blaburensi Hirsaugiensis cenobii (= 4)*[5]. *Inventionem et pauca ex miraculis et vitam Adalberti ex* 3 *repetiit F. Falk, 'N. Archiv' XXIII (*1898*),* 557—561.

Hrabani Mauri in ecclesiam sancti Philippi et altaria eius medium, dextrum, sinistrum versus habes MG. Poetae II. 231 *sq., nr.* 79, 1—4. *cf. nr.* 80. *Missam in natali sancti Philippi confessoris ex cod. Vatic. Palat. lat.* 494 *(saec. XI—XII.) edidit K. Enbel, 'Katholik' LXXVI,* 1896. *I,* 551 *sq., aliam habes in editione a.* 1516.

Berolini, mense Martio a. 1914.

A. Hofmeister.

1) Cf. etiam B. Krusch, 'N. Archiv' XVIII, 622 sqq.; 'Archiv' VIII, 600; W. Levison, SS. rer. Mer. VII, 536 sq., 686 sq.; 'Beschr. Verz. d. Hss. d. Stadtbibl. zu Trier' 8: 'Hss. d. hist. Archivs von M. Keuffer † und G. Kentenich' (Trier 1914) nr. 422 p. 224. Codicem circiter a. 1240. scriptum putat A. Chroust, Mon. palaeogr. Ser. II, vol. 1, fasc. 6, tab. 5. — 2) Cf. etiam A. Naegele, 'Katholik' LXXIX, 1899, I, 72—75. — 3) Inc. post prol.: *Fuit quidam vir sanctissimus nomine Philippus, genere Anglus . . . .* Des.: *Requiescit autem beatus Philippus in monte, cuius nomen est Hoslim, iuxta aquam Primma, in loco qui dicitur Celta, ubi usque hodie signis et miraculis claret, prestante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.* 4) [Falk], 'Katholik' LXVII, 1887, I, 833. — 5) Editio Boll. repetita est in dissertatione I. Iacobi Kaemmerer, 'S. Philippus Cellensis in Palatinatu ad Rhenum . . .', praeside I. Iung, Heidelbergae 1780, quam inspexit H. Bresslau, p. 23—39. — AA. SS. Mai. I, append. p. 18* (771 sq.) de ecclesia et fraternitate s. Philippi agitur; cf. AA. SS. Mai. VII, 548 (557).

INCIPIT PROLOGUS IN[a] VITAM[a] SANCTI PHILIPPI[b] CONFESSORIS[c].

Virorum illustrium vitam atque actus simulque doctrinam scribere mos antiquus[d] et consuetudo ecclesiastica est[e], ut, dum eorum conversatio atque pietas fidei a posteris[f] legendo dinoscitur, ad eandem[g] imitationem animi audientium excitentur[h]. Ideoque considerans profuturum[i] profectum[k] animarum[k] ratum duxi ea, quae de beato[m] Philippo ab incolis loci illius*[l] et a discipulo[n] eius[n] Horoscolfo[o] presbitero didici, litteris posteris commendare.

INCIPIT VITA[p] SANCTI PHILIPPI CONFESSORIS[q].

1. Fuit siquidem vir sanctissimus Philippus genere Anglus, transmarinis insulis ortus. Sed quia spiritus[r] sancti[r] donum, animum dum[s] cuiuslibet[t] tetigerit, in divino amore[t] ardentem reddit, beatus igitur[u] Philippus nimio inflammatus[v] amore Christi[v], genus patriamque relinquens Romam adiit, limina beati Petri principis apostolorum quaesivit[w], ibique diu in sancta conversatione Domino militans iubente apostolico papa invitus sacerdotii onus suscepit. Sed sanctus Philippus vitam remotiorem multum inhianter[x] diligens Romam reliquit et Galliarum partibus lustratis[y] reperit locum, qui nunc Cella[z] vocitatur. Qui[a] situs est[b] in pago Nahgowe[c]. Potiebatur[d] tunc temporis gubernacula regni Francorum
751—768. 768—814. Pippinus[e] gloriosissimus et[f] piissimus rex: cui successit Karolus primus**. Nempe iam dictus vir accensus amore celesti theoricam coepit amplecti vitam, imitatus Paulum heremitam[2] et Arsenium[3] magnum. Erat[4] enim animo constans, in opere Dei sedulus, in oratione Dei[g] pervigil, in opere hilaris, in humilitate devotus, in verbis pacificus, in factis honestus, corpore[h] castus, in caritate Dei et proximi sufficiens. Non eum corporalis voluptas evertit, non ambitio saeculi decepit, non tristitia pusillanimem reddidit, non laetitia immoderatum fecit.

2. [De edificio.][i] Nec praetereundum sane, quod idem beatissimus vir oratorium sibimet faciens in honorem sancti Mychaelis[j] construxit[k] cellulam fecitque ortum[l] arboribus consitum. Eratque illi socius[m] Heroscolfus superius iam dictus, qui etiam cum[n] illo a pueritia[n] Domino militavit. Sed Dominus, qui milites suos honorare nunquam distulit, coepit[o] foris per exhibita[p] miracula, qualis[q] introrsus esset[q], ostendere[r].

3. [Initium miraculorum.][s] Primum etenim coeperunt illi aviculae[t] indomitae ad manum occurrere illique congaudere. Quibus ille victum manu propria tribuens hilares alire sinebat. Nam[u] et lepores saepe venientes ad eum lingebant pedes illius[v]. Quos ille blande[w] demulcens redire iussit. Non[x] mirum; optemperabat enim in omnibus praeceptis[y] divinis, quamobrem et irrationabilia animalia congratulabantur illi[z]. Nec[a] hoc sub silentio reticere[b] possum, quod pluribus in propatulo est. Ferunt siquidem[c] hii, quibus plenissime notum est, habuisse beatum virum boves duas[d] propter diversas necessi-

*) *addit* 5: ubi venerabile corpus eius humatum est.

**) *addit* 5: qui beatum Philippum magno desiderio in Christi amore foverunt et eius se precibus commendare curaverunt.

a) de vita vel actibus 3; *totum textum vitae retractatum praebet* 5, *ex quo pauca adnotavimus.* b) Cellacensis *add.* 4. c) Christi *add.* 2. *ubi* Incipit — Christi *manu correctoris*; divinique sacerdotis *add.* 3; quae est V. nonas Mai *add.* 5. d) informat *add.* 4. e) est *om.* 4. f) legitur *et add.* 4. g) *ita* 1. 5; eorundem 4; imit. eandem 2. 3. h) incitentur 1. i) futurum 4. k) animarum profectum 4. l) a | marum 1. m) beato *om.* 4. n) condiscipulo ipsius 5. o) herolfo 4; Horscolf. 5 *semper.* p) vel miracula gestorum *add.* 2. q) Christi *add.* 2. 3; Explicit prologus. Sequitur vita eiusdem 4. Explicit prologus. Incipit vita 5. r) sancti spiritus 4. s) cuiuslibet dum 4. t) timore 4. u) ergo 2. v) amore Christi inflammatus 4. w) requisivit 4; limina beatorum apostolorum Petri et Pauli visitavit 5. x) *ita* 5. *Boll.* inchoanter 1. 2; hiâter 3; hoanit[e] 4. y) illustratis. il- *expunct.* 1; lustrato 4. z) ab eius nomine Cella Philippi nuncupatur 5. a) locus *add.* 4. 5. b) locum *add. hoc loco* 2. 3. c) nahgouue 2; wormacienſe, w- *et* -acię- *e corr.* 5. d) autem *add.* 4. e) pipinus 4 *semper.* f) atque 3. g) Dei *om.* 3. 4. 5. h) in corpore 4. i) De ed. *om.* 1. 4. 5; eius *add.* 3; *nulla cap. distinctio* 4. k) cellulam constr. 2. l) hortum 4. m) condiscipulus 5. n) a puericia cum illo 4. o) *praecedit* fecit *delet.* 2. p) exibita 1 *(similiter p.* 798, *l.* 4 exortans). q) quales i. essent 5. r) ostenderet. *corr.* -re 2. s) In. nar. *om.* 1. 4. 5; de avibus *add.* 3; *nulla cap. distincto* 4. 5. t) auicole 2. u) *praecedit* De leporibus 3. v) eius 4. 5 *praecedit* eius *delet.* 2. w) *ita* 2. 3. 4. 5; blande ille 1. x) Nec 4. 5. y) divinis prec. 3. 5. z) ei 2. 3. a) *praecedit* De duobus bobus suis seu yaccis 3; *norum cap. inc.* 4; *signum* 5, *ubi textus unt.* b) preterire 4. c) quidem 4. d) *ita* 2. 3; duos 1. 4. 5.

1) Zell. 2) Cf. Hieron. V. Pauli, Migne Patr. Lat. XXIII. col. 17 sqq. 3) Cf. Vitas Patrum III. 37 sqq. 4) Ea quae sequuntur sine dubio aliunde petita sunt. Cf. V. Fursei c. 1, SS. rer. Mer. IV, 435; V. Remedii 2, 6. Auct. ant. IV, 2, 64; Lib. pont., Duchesne I, 396, 5 = II, 1, 3. 5) Cf. carmen Hrabani Mauri in ecclesiam s. Philippi, MG. Poetae II. 231, nr. 79, 1: *Hic Michael princeps turmae caelestis honorem Sortitur sancti atque viri pariter.*

tates. Sed venientes fures nocte furati sunt illas[a]. Totam ergo illam noctem iter agentes itinere nimio fatigati sunt' et ad ostium[b] ipsius[c] cellulae[c] cum ipsis bobus, quas[d] furati sunt, mane reperti sunt. Qui nimio pudore perfusi, sancti viri genibus provoluti dixerunt, quantum per totam illam noctem labora-sent. Quos ille benignissime alloquens et exhortans, ne denuo talia committerent, dato cibo habundanter[e] abire permisit. Ewangelicus siquidem vir non immemor praecepti Domini, ubi[f] ait: 'Diligite inimicos vestros, benefacite his, Matth. 5, 44. 45. qui oderunt vos, ut sitis filii patris vestri, qui in celis est'.

4. Interea accidit, ut eius sancta et[g] salubris conversatio huc atque illuc per multorum ora volitaret atque[h] ad noticiam cuiusdam potentis eius sublimis fama perveniret. Qui abiit et eius cellulam ingressus locutusque[i] cum illo, familiaris ut sibi fieret, deprecabatur[k]. Sed et confessionem suam, sicut nos est sacerdotibus dare, sic illi dedit*. Fueruntque multo tempore conexi[k] amore[k] divino. Unde factum est, ut saepius ad eum veniret et illius sancto[l] frueretur eloquio[m]. Ipse** vero amicus illius[n] praepotens inter ceteros[o] optimates Pippini regis[p] illo in[q] tempore fuit[r]. Quippe[q] cum esset instructus ex colloquio viri Dei, coepit Deum diligere atque timere totamque spem suam in Deum ponere***[2].

5. Denique[t] cum haec et alia quam plurima bonorum opera[u] sanctus vir Domini Philippus perficeret et multos suo exemplo ad pium opus divini praecepti informasset, dominus Iesus[v] Christus[v] pius in retributione famuli sui merita in[w] eius obitu[w] manifestare non distulit. Nam cum febre arreptus esset, sanctorum angelorum choris[x] clementissime animam eius sanctam[y] celo suscepit****. Fratres[z] vero sancti viri, qui cum illo fuerant[z], paravernt tumulum et totum[a] sanctum[a] corpusculum in feretro posuerunt. Dicturus sum[b] enim[b], quod forsitan apud impios et infideles incredibile fore[c] videbitur, adiuvante[d] autem[d] gratuito et multimoda clementia[e] Christi, a quibus hoc nobis relatum[f] est, plurimi praesto sunt testes. Nam venit iussio regalis, ut omnes in prelium pergerent Franci. Unde contigit amicum viri[g] sancti[g], cuius superius fecimus mentionem[h], cum ceteris solitis iter arripere. Nesciebat[i] enim[h], quod defunctus esset amicus[l] illius[k] vir Domini[l]. Sed iam cum iter facere debuisset, occurrit ei ad memoriam, quod benedictionem hominis Dei, sicut consueverat, non accepisset. Coeptoque[m] itinere venit ad cellulam inventaque corpus sancti iacens in feretro. Illico ipse nimio[n] animi[o] dolore percussus[p], lacrimabiliter atque flebili voce cellam clamare coepit: 'Heu, heu! pater, nunquam sine benedictione tua iter agere consuevi. Tua nempe benedicto michi[q] clipeus[q] et galea fuit.' Sed 'Dominus', qui 1 Reg. 2, 6. 'mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit', illic sua[r] mirabilia innovavit[s]. At nimio[n] enim cellam illius sanctus, qui fuerat mortuus, erigens se resedit in feretro sicque alloquitur amicum: 'Perge', inquit, 'prospera[t] Deo opitulante omnia tibi[t u]. Tantum memento loci istius[v], dum vixeris. Sanus enim ibis sanusque[w] revertteris.' Et benedicens illi rever-

*) *haec ita exhibet 5, ubi textus mutatus et auctus:* confessionem illi ad puram fecit et de suis facultatibus sancto viro oblationes prebuit ac se eius oracionibus intentissime commisit

**) *haec ita habet 5, ubi textus mutatus et auctus:* Isdem namque vir, de quo suppresso nomine pre fatus sum, inter optimates Pippini regis illustrissimus atque precipuus fuit.

***) *addit 5:* Ab ipso etiam ceteri principes et aulici, sed et ipse rex ceperunt virum Dei in hocemo positum sepius frequentare et ab ipso sancte predicationis monita percipere.

****) *addit 5, ubi locus mutatus:* sub die quinto nonas Maii.

a) *ita 2, 3*: illos 1. 4. — b) instinum 3. 4. 5. — c) cellule ipsius 4. — d) *ita 2, 3*: quos 1. 4. 5. — e) habuntes *manu posteriore corr.* habundanter 1. — f) ubi *om.* 1. — g) ac 2: conversatio et salubris 1. — h) et usque 4. — i) locutus est cum eo familiarius et ut sibi proprium faceret deprc. 4. — k) *ita* 1: connexi a. 2. 3. 5; amore connecti 4. — l) frueretur eloquio sancto 1. — m) alloquio 3. colloquio 4. — n) eius 4. — o) amicos et *addit.* 4. — p) in *om.* 4. — q) Qui 4. — r) *praecedit* De eodem 3; *nulla cap. distinctio* 4. — s) opus *ex* operum 4. — t) p^s 4. — u) post mus obitum 3. — v) *ita* 1–3: chorus *Bolt.*; sanctorum choris angelorum 4. — w) celo sanctam 1; sanctam *om.* 4. — x) *praecedit* De eodem 3. — y) *praecedit* erant *del.* 2, erant *pro* f. 5. — z) locum 1. — a) sanctum *om.* 4. — b) autem hic sum 4. — c) forte 1: fore *om.* 4. — d) non apud plurimos forsitan incredibilem 5. — e) quod tamen adiuvante 4. — f) revelatum, *sequens* est *om.* 1. — g) sancti viri 4. — h) Nesciens 4; *ubi* enim *om.*: nescientem, *omisso* enim, 5. — i) amicalus 1. — k) suus 4. 5. — l) Philippus *addit.* 4. — m) Cepto itaque 1. — n) a nimio 4. — o) animi *in marg.* 4. — p) procubus 3; perculsus dolore 4. — q) clipeus mi 4. 5. — r) sua *om.* 4. — s) Aio, *in marg. corr.* A nimio. 2. — t) opitulante Deo, et su omnia prospera tibi 4; omnia Deo opitulante prospera tibi 5. — u) erunt *addit.* 3. evenient *appd. ante* tibi *Holder-Egger*, evenient *post* tibi 5. — v) illius 3. — w) et sanus 4.

1) Francorum, a. 751—768. 2) Ps. 72, 28: *ponere* 36, 6: *Innova signa et immuta mirabilia. in domino Deo spem meam.* 3) c. 4. 4) Eccli.

sus est ad feretri caput. Fratres autem accepto corpusculo in tumulum, quod illi paraverant, posuerunt eum[a]. Horoscolfus[b] autem solius et condiscipulus hominis Dei multo tempore in religioso habitu et sancta conversatione vivens, cum esset[c] centum annorum[c], obiit[d] in Domino.

6. [Incipiunt miracula post obitum.][e] Nec praetereundum sane[f], quod Deo* revelante de miraculis viri Dei cognovimus[g]. Post obitum vero[h] illius[h] contigit, ut quidam homo iter faciens sine benedictione et licentia de pomis in arboribus, quas[i] beatus vir plantaverat, manum extendens acciperet, sibique[k] in os posuit, ut comederet, sed nec[l] interius[m] deglutire potuit nec foris[n] reicere[o]. Unde cum summa celeritate currens ad sepulchrum beati Philippi ensem simul et sagum posuit et[p] Domino opitulante pristinam sanitatem recepit.

Siquidem[q] et alius de incolis loci illius, sicut relatum[r] nobis cognovimus, ad eundem ortum[s] sanctissimi[t] viri, ut poma furtim tolleret, venit. Saccum ex pomis replevit et[u] super iumentum posuit, sed ea poma[v], quae acceperat[v], domum non detulit. Nam iumentum illius illico crepuit et vitam finiens mortuum est.

7. Aliud[w] miraculum ratum[x] scribere[x] duximus**, quia[y] et praesentem testem nomine Einhardum[z] nobiscum habemus**. Refert quoque[a], quod fuerit prope ipsius beati viri cellulam mulier quaedam longo tempore caeca, quae nunc usque in carne viva esse asseritur, cui nomen est Godildis[b]. Haec ex voto ad sepulchrum iam praedicti sancti veniens lumen, quod amiserat, Domino[c] iuvante[c] recepit.

8. Magnam[d] rem et sublime miraculum scripturi, sed plurimorum veratium testimonio suffulti, non[e] pertimescimus ea[f] scribere, quae ex veritate reperimus[g]. Fuit etenim custos ibidem[h] eiusdem sancti viri oratorii in laicali habitu constitutus, nomine Liutbaldus[h]. Qui longo tempore[i] inibi[i] degens cellulam custodiebat et[k] luminaria in ipso oratorio certis horis facere debuerat. Accidit autem, ut quadam die propter necessitatem frigoris iuxta focum sederet[l], ut caleferet[l], sed modica scintilla de igne[m] in femoralia illius, videlicet[n] iam[n] memorati viri, insideret[n] et[n] ardere inciperet[n]. Quam ipse cum summo nisu et magno certamine[o] extinguere satagens nullatenus valuit, sed magis magisque flammarum tam ipsum quam et vestimenta[r] eius circumdederat[s] globus[s]. Cucurrit clamitans et in aquam semetipsum proiecit, sed nichil illi profuit. Adhuc enim et maiorem poenam sustinuit. Quid[t] in longum prosequar? Tres siquidem dies[u] miserrimus hominum tali incendio concremabatur in cinere poenituit[v a], quod negligendo deliquit. Inter ipsa autem incendia, quibus urebatur[w], interrogatus a multis, cur taliter concremaretur, confessus est, quod in[x] luminaria[x], quae ibi facere debuerat, negligens extitisset. Professus est etiam se multotiens voces ibidem canentium angelorum audisse. Sed et dixit saepe in nocte in eodem oratorio inter[y] nebulas[z], quae ibi[a] propter suam negligentiam[a] saepe fiebant, se speciosissimas vidisse columnas, asseruitque, quod et luminaria per se[b] saepe incensa invenisset. Protestabatur haec nobis siquidem ille, qui[c] Domino[c] largiente[c] per servum suum illi[d] sanitatem donare disposuit.

---

* quod eo fecisse *videtur* 5, *ubi haec ita mutantur:* A quo nonnulla de miraculis beati viri, quae hic annotare curabo, comperta habeo.

** duxi, quod per presentem adhuc testem Einhardum nomine cognovi 5.

a) ei 2. illud) 4. b) *praecedit* De obitu Horoscolfi 3. c) centum annorum esset 4. d) obdormivit 4. e) Inc. — obitum *om.* 1. 4; de pomis in arboribus *add.* 3. f) est *add.* 4. g) agnovimus 4. h) itaque ipsius 4. i) ille *add.* 4. ipse *add.* 5. k) sibique — comederet *om.* 4. l) neque 4. m) deglutiens 1. n) foras 5; nec foras possit 4. o) *vicere* 4; emittere 5. p) sic *add.* 4. q) *praecedit* De pomis in orto 3; *nulla distinctio* 1. r) a relatoribus 4. s) hortum 4. t) sed 4. u) ac 4. v) quae acc. poma 4. w) *praecedit* De muliere caeca 3; etiam *add.* 4. x) scribere dignum 4. y) cuius 4; quod 5. z) Enthardū 3. a) ꝑ (= ergo) 4; Referebat namque 5. b) Godhildis 3; gothildis est 4; Gotehilt 5. c) Dom. iuv. *om.* 4. d) *praecedit* De campanatore ecclesie Cellensis et de cantu angelorum 3; *sequ.* tandem 4, *ubi nulla cap. distinctio.* e) ea non 4. f) ea *hoc loco om.* 4. g) comperimus se omnino sic habere 4. h) Laitbaldus 3; Inthbaldus 4. i) inibi tempore 4. k) qui et 4. l) sedens se calefaceret 4. m) advolans *add.* 4. n) iam vicj 4. o) insides, *om.* et, 3. p) cepit 3. q) *ita* 1—3; comamine 4. 5. r) vestimentū 3. s) circumdante globo 4. t) autem *add.* 4. u) ille *add.* 4; ita *add.* 5. v) in cinerem redactus est 5. w) utebatur 1. x) illuminária 2. 3; in *om.* 4; in luminariis 5. y) inte 1; per internebula 4. z) nebula 2 *corr.* class. 3. a) propter suam negl. ibi 4. b) se *om.* 1. c) cui dno. *omisso* largiente, 4. d) illi *om.* 4.

1 De Einhardo celeberrimo illo, qui a. 840. Mart. 14. obiit, in Actis Sanctorum cogitatur; quod quomodo fieri potuerit, vix intelligitur. 2) In loco Zell. 3) Cf. ex. gr. Iob 42, 6; Matth. 11, 21; Luc. 10, 13.

9. Siquidem[a] Willibertus[b] quidam sex annis arido corpore atque dissolutus[c] membris necnon amisso unius oculi lumine illuc[d] plenus fide[d] ex voto se duci iussit. Cumque[e] in oratorio, ubi idem beatissimus humatus iacebat, pernoctasset, integram sanitatem promeruit[f] luminis et[f] gressum rectitudinis.

10. Prosequar[g] et illud, quod revelante nobis viro religioso, monacho atque presbitero, nomine Wacario[h], cognovimus. Quodam autem[i] tempore Warinharius[k.1] cum exercitu magno, uxorem suam secum in comitatu habens, ad eandem cellulam[l.2] gratia orationis venit. Sed cum esset militibus praepotentibus, sicut iam praemisi, suffultus, cum[m] nimia multitudine populi, quae secum affuit, mansionem[n] sibi parare[n] iussit. Erat enim in eadem cellula paululum vini in vase uno. Nam et ipsum vas, sicut refert iam dictus monachus et presbiter, tertia parte vacuum erat[o]. Bibit exinde[p] ipse[q] Warinharius[q], biberunt et amici et cuncta[r] familia eius[r] et omnes ministri[s] illius[s] paene[t] usque ad plenissimam saturitatem; similiter et in crastinum, quoniam[u] ibidem per totam diem commoratus est. In tertia[v] vero die ipso iter arripiente, iam dictus monachus[w] cellarium ingressus ipsum vas redundans reperit, ita ut foras effluceret.

11. Moderno[x] namque[y] tempore actum est, quod minime[z] reticere sub silentio[z] debemus. Hartmandus[a] siquidem monachus, natalibus valde sublimibus ortus, cum triduana febre longo tempore laborasset et in tantum eum febris sublata virtute debilitasset, ut per se minime[b] incedere valeret, ex voto ad[c] oratorium sancti viri se deferri[d] iussit. Ibi ergo Domino[e] largiente ob merita beati scilicet[f] Philippi pristinam sanitatem[g], ut optavit[g], dulcem in[h] medullis[h] recepit.

12. Nec[i] hoc sub tarditate eloquii abscondendum[k] est[k], quod monachus noster, nomine Tassilo[l.3], cum obedientie gratia illuc[i] directus fuisset, in comitatu suo unum ex familia nostra secum habuit, nomine Regingarium[m]. Et cum pervenissent[n] ad iam[o] dictum[o] locum, idem Regingarius[p] cernit in orto[q] herbam ad pastum valde bonam caballumque suum intus misit eumque, ut pasceret, reliquit. Sed ille illico tanta violentia somni[r] arreptus est, ut tres dies continuatos tresque noctes ita dormiret, ut vix ab excitantibus quarto die a somno eriperetur. Ille autem post[s] haec dans gloriam Deo[t.5] confessus est, quod ob contemptum hominis Dei temerarie[u] deliquisset in orto[q], gravi quiete corporis persolvisset. Talique correptus[v] increpatione[v] spopondit[w] se in futurum a mala[x] peccati quiete evigilare.

DE TRANSLATIONE SUI CORPORIS[y].

1. Cursim[z] etiam atque brevi sermone miraculis, quae Dominus per servum suum fieri decrevit, de innumerabilibus paucis descriptis, ad ea narranda nos[a] quamvis rustice[a] contulimus, quae post translationem ipsius corporis[b] gesta[b] veraciter scimus. Placuit etiam[c] fratribus omnibus, ut ob incommoditatem aeris tunc[d] temporis instantem sanctum illius

a) *praecedit* De infirmo 3. b) Willebertus 2; Villibertus, *post* V. *una littera erasa*, 5. c) dissolutis 1. 4. 5. d) plenus fide illuc 4. e) ibidem *add.* 4. f) luminis promerit, *om.* et, 1; promerit luminisque receptionem, *om.* et gr. rect. 4. g) *praecedit* De vino in vase 3. h) niacario 4; wacharo 5. i) igitur 4. k) werbharius 4; wernherus 5. l) cellam 4. m) et, *om.* nimia, 4. n) parare sibi mansionem 4. o) fuit 4. p) In (= tamen) ex illo 4; tamen ex eodem vase 5. q) wernharis ipse 4; wernherus, wern- *in loco raso*, *om.* ipse, 5. r) eius cuncta *(signis transpos.)* familia 4, *ubi add.* biberunt. s) illius ministri 4. t) paene *om.* 4. u) et *add.* 1. v) tertio 1. 5. w) et presbiter *add.* 4. x) *praecedit* De febre 3. y) eciam 4. z) sub silencio minime reticere 4. a) Hartmandus 1. 4; Harnandus quidam presbiter et monachus 5. b) incedere minime 1. c) ad *om.* 1. d) deferre 4; deferri, -i *in loco raso*, 5. e) Deo 4. f) scil. *om.* 4. g) ut optavit sanitatem 4. h) medullitus 4. i) *praecedit* De caballo in orto 3. k) est abse. 4. l) *ita* 1; Passilo 2. 3. 5; daseidoes, *om.* cum, 4. m) regengarii 4. n) venissent 4. o) predictum 1. p) regengarius 4. q) horto 4. 5. r) somnii 4. s) post haec *om.* 3. t) Deo *om.* 1. u) temerie, -i- *adramm.* 1. v) increpacione correptus 4. w) spospondit 3. x) eiusmodi *add.* 4. y) De — corporis *om.* 1. 4. *ubi exstat:* Miracula beati Philippi I. De miraculis eiusdem 4. z) Rursim, R- *littera initialis magna minio picta* 1. a) Rursum *Boll.* a) quamvis rustice nos 4. b) gesta sunt corporis 4. c) itaque 4. d) tunc *om.* 1.

1) Quem unum ex progenitoribus gentis Salicae imperialis, qui Hornbacense monasterium fundaverant, fuisse crediderim; de quibus cf. quae exposui 'Histor. Vierteljahrschrift' XV (1912), 477 sq.; H. Baldes, Die Salier und ihre Untergrafen', diss. Marburg 1913; Vita Pirminii, SS. XV, 21 sqq., AA. SS. Nov. II, 33 sqq. 2) Zell. 3) Quem nescio an ducem Baioariorum a. 788. depositum crediderim, qui Laurissae monachus consenuit et die 11. Dec. post a. 794. mortuus sepultus est. 4) Ad locum Zell. 5) Cf. Ierem. 13, 16: *Date domino Deo vestro gloriam.*

corpusculum processionis gratia ad vicina[a] transportaretur monasteria*. Quam ob rem directis illuc[1] monachis et sacerdotibus et diaconibus et aliis ex clero iussum est, ut ad hoc ydonea ymnis et divinis laudibus sancta[b] exercerent servitia[c]. Sed hii illuc venientes tumulumque aperientes[d] tam gratissimo tamque[e] suavissimo odore[f] se[f] repletos fore[g] asserunt, ut non[h] antea ullus[i] illorum talem odorem se sensisse dicat.

Erat[k] autem tunc temporis inundatio pluviarum valde gravis et ymber nimium importunus. Sed Dominus, qui merita servorum suorum recompensari benignissime novit, ubicumque corpus beati viri ductum[l] est, tantam serenitatem adesse concessit, ut nec pallium, quod super eum fuit, ullo[m] modo vel gutta[n] minima[n] tangeret, ut quasi roratum[o] vel modicum appareret.

114. 2. Cum[p] venissemus[q] autem apud[r] sanctissimum corpusculum[r] ad locum qui dicitur Luttera[s 2], occurrit nobis quaedam mulier habens spiritum immundum. Qui elidens eam in terram multum discerpsit[t]. Nos autem hoc[u] videntes oravimus Dominum, qui operatur mirabilia[3] per servos suos, ita[v] et per famulum suum Philippum mulieri propriam recuperaret sanitatem[w]. Quod ita factum est. Sana enim atque[x] incolomis ad propriam[y] rediit domum.

115. 3. Cum[z] ** autem eius[a] corpusculum venerabile[b] ad monasterium suum, unde sublatum est, reportatum venisset[c] atque in basilica[c], quae in honorem[d] sancti Salvatoris consecrata dinoscitur, positum esset[e], indigebat custos ecclesiae ligna[e] ad luminaria componenda ivitque[f] in silvam, quae iuxta ecclesiam illam tunc caelo[g] imminebat, caesisque arboribus fecit congeriem. Cum[h] defitiente quoque[i] die non posset domum ipsa[k] ligna adducere[l], usque in crastinum voluit[m] sustinere. Sed quidam alienorum raptor, ex familia[n] scilicet, quae iuxta monasterium commanere videbatur, hoc sciens, in noctis quiete illuc usque° properans, quatinus[p] cum honusto[q] vehiculo furtivum[r] lignorum reportaret domum. Quibus ita peractis par bovum adiunctum haut potuit de loco vel movere vehiculum. Ille autem abiens[s] quasi furibundus[s] iterato alias[t] duas[u] boves adduxit vehiculoque applicuit. Verum, ut aequum fuit, immobile remansit[v]. Ille autem repugnans insticiae existimabat, quod ideo immobile vehiculum permaneret, quod nimio lignorum[w] pondere aggravatum fuisset, aggressus[x] medietatem[y] deposuit. Sed tamen, ut[z] prius fuit[a], immobile permansit[b]. Tunc demum cum vehiculo domum reversus est vacuo[c]. Quid in hoc facto sanctum Dei virum[d] Philippum nobis immisse profitemur, nisi hoc, quod quasi unumquemque moneat, ne aliena diripere[e] debeat?

116. 4. Gestum[f] esse[g] et aliud ibidem miraculum[g] scimus, quod, ut credimus[h], fidelium auribus detrahere non debemus. Nempe unus ex nostra familia a custode ipsius ecclesiae quid-

* *haec ita mutavit* 5: Placuit omnibus fratribus, ut sanctum illud corpus ad nostrum transferretur monasterium.

** *haec ita mutavit* 5: Venerabile autem viri Dei corpus cum ad monasterium quod dicitur sancti Salvatoris perlatum fuisset atque ibidem honorifice collocatum esset, plura in eodem monasterio miracula[4] proveneruntde quibus vel pauca dicere necessarium putavi. Dum aliquando custos eiusdem ecclesie *etc.*

a) vicinia 3. b) sanctaque 4. c) officia 4. d) apper. 1. e) atque 4. f) se odore 4. g) fore *om.* 4. h) nunquam 4. i) nullus 1. 5 (non *om.*, unquam *ante* sensisse *add.* 5). k) *praecedit* De pluvia 3; *nulla distinctio* 4. 5. l) est ductum 1. m) nullo 4. n) minima gutta 4. o) rotatum 1. p) *praecedit* De Luttera et de obsessa muliere 3; *nulla distinctio* 4. q) autem venissemus 1. r) cum sanctissimo corpusculo 4; cum eodem sanctissimo corpore 5. s) ut *corr.* 1; luctera 4, lutra 5. t) discerpit 1. u) haec 3. v) ut 4. w) salutem 4. x) et 3. 4. y) patriam 1. z) *praecedit* De custode et de lignis 3; *nulla distinctio* 4. a) venerabile corpusculum eius 4. b) venisset *alio atrum in loco raso* 1; *praecedit* fuisset *expunctum* 4. c) basilicam 4. d) honore 4. e) lignis 4. 5. f) Itaque *Boll.* g) quasi celo 4. h) vero *add.* 4. i) quoque *om.* 4. k) ipsa *om.* 4. l) deducere 4. m) ibidem *add.* 4. n) eius *add.* 1. o) usque *om.* 1. p) quatenus 4. q) onusto 2. 3. vehiculo onusto 4. r) congeriem *add.* 4 furtum *Boll.* s) quasi furibundus abiens 4. t) alios 1. 5; alhos -o- *e corr.* 4. u) duos 1. 5; duos, -o- *corr.* 4. v) vehiculum mansit 4. w) aggravatum lignorum pondere 1. x) illud aggrediens 4; [Illud igitur exonerare] *ante* aggr. *add. Boll.* y) lignorum *add.* 4. 5. z) et *add.* 4. a) fuit *om.* 4. 5 (sicut antea *pro* ut prius 5). b) mansit 4: Ad ultimum ligna deposuit *add.* 5, *ubi sequ.* et cum veh. vacuo dominum rediit. c) -o *in loco raso* 1. d) virum *om.* 4. e) rapere 4. f) *praecedit* De oleo vendito, quod ille deglutire non potuit 3. g) et aliud esse incredibile miraculum ibidem 4. h) cognovimus 4. i) miraculū *corr.* -a 5.

1) Ad locum Zell. 2) Kaiserslautern. 3) Cf. p. 15: *Deus . . . mirabilia . . . operaris in minimis;* Sacr. Greg. 12, 4, ed. H. Lietzmann (Münster 1921) Eccli. 48, 15. 4) In loco Zell.

dam[a] ex liquore, qui ibi ad luminaria excitanda praesto aderat, illi ut dari[b] debuisset, rogavit. Fecit custos, sicut[c] ille postulaverat, deditque liquorem pro precio, quod attulerat. Nam ille rusticus pro arvina, quam petiit, duas inaures[d] supradicto custodi[e] obtulit. Quo percepto perrexit homo ad[f] domum suam. Cum autem tempus prandendi advenisset[g], iussit suae uxori de eadem pinguedine in sartagine sibi victum parare. Quo decocto et[h] allato[h] mulier porrexit marito. Hoc autem cum[i] ille[i] in os mitteret atque comedere debuisset, nec interius deglutire nec foris[k] reicere potuit. Similiter et mulier de eodem victu percipiens simili poena plexa est, necnon quiqui[l] ex familia[m] eius de iam dicto cibo[n] gustaverunt[o], in tantum cruciati[o] sunt[o], ut in illa nocte nullum vel potum percipere possent. Unde factum est, ut mane facto[p] ad monasterium sancti viri concurrerent ibique unanimo[q] confessionem acciperent[r] et sanitatem pristinam recuperarent redditis, quae inde transtulerant. Nam quisquis peccatorum[s] compunctione tactus vere poenitentiam egerit, sanctorum meritis in[t] anima et corpore[t] incolomis erit.

5. Multa[u] quidem nos scribere posse de vita et virtutibus beati Philippi profitemur secundum id, quod nobis[v] relatum[w] a viris religiosis cognovimus. Sed ne stilus in longum porrectus fastidium legentibus ingereret[x], finem loquendi[x] fecimus[y]. Quia[z], ut diximus, perlongum est dinumerare, quanti ad sepulchrum sacri corpusculi, scilicet Philippi, caeci[a] illuminati sint, quanti a daemonum[b] infestatione erepti, quanti contracti erecti[c], quantique surdi auditui restituti et a variis infirmitatibus, quam plurimis[d] quoque fidelibus liberati, eorum, quorum[e] possumus, tantum nomina[f] scripturae commendamus: Waniche[g] et Hugibalt inflati[h] a daemonum[i] insano[k] liberati sunt ibi. Ratri et Ratgart et Theganger contracti regressi sunt inde erecti. Isti autem[l] sunt, qui illic lumen receperunt: Willisvint[m] illuminata, Herihilt[n] et Risloubita[o], Hiltiwart[p] et Reginger[q], Wiltbalt[r] et Dagewin illuminati[s], Walsvint[t] et Wanrat[u], Megindrud[v] et Hilderath[w], Ruadheit[x] et Mathhilt[y], Erpfwar[z] et Hildebalt[a] de perceptione amborum gavisi[b] sunt luminum. Similiter[c] Humbrath[d] et Wolfgari[e] de eadem re, scilicet oculorum largitate, effecti sunt leti. Item Madalhilt et Kello et Elywib[f] et Wilidrud[g] Wilihartque[h] consolati sunt visionum dulcedine. Duae autem feminae, ut scimus, ibi sunt illuminatae necnon una contracta erecta, sed nos non tenemus illarum nomina. Engilsvint[i] autem caeca, cum illuc[k] ad monasterium properaret devota, in via est illuminata. Facta[*] sunt[l] autem[l] haec in monte[m], cuius vocabulum est Oslin[n.*], apud villam quae dicitur Cella, iuxta fluvium qui vocatur Primma[o], apud aeternum patrem et spiritum sanctum regnante domino nostro Iesu Christo, qui in cuncta secula vivit et[p] regnat simul unus tota trinitas Deus. Amen.

(17)

INCIPIT[q] EDITIO CUIUSDAM CATHOLICI PRESBYTERI DE INVENTIONE CORPORIS SANCTI PHILIPPI[r].

1. In anno ergo[s] tertio imperii secundi Ottonis caesaris[3] erat quidam Hornbahcensium[t] abbas christiana conversatione sanctissimus, nomine Adalbertus[u.4]. Hic etiam Dei gratia

975—976 (973?)

*) *haec ita mutavit* 5, *ubi* Quia — illuminata *(l. 16—30) desunt:* Requiescit autem beatus Philippus in monte, cuius nomen est Hoslim, iuxta aquam Primma in loco qui dicitur Cella, ubi usque hodie signis et miraculis claret, prestante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

a) quidam 1. 2; aliquid 5; quodam *Boll.* b) dare 1. c) ut 4. d) maures 3. e) custode 1. f) in 4. g) venisset 1. h) et allato *om.* 4. i) ille cum 4. k) foras 4. 5. l) quiqi 3; quicunque 4. m) fal'ia 4. n) gustaverunt cibo 4. o) sunt cruciati 4. p) orto 4. q) devote 4. r) reciperent 4. s) compunctione peccatorum 1. t) in corpore et anima 4. u) *praecedit* Conclusio 3; *nulla distinctio* 4. v) nb' *delet. et in marg. suppl.* nos 4. w) relatum *om.* 4. 5 *(ubi locus mut.).* x) scribendi 4. y) *hic finit* 4, *ubi add.:* Explicit. z) *praecedit* Sequitur commemoratio signorum 3. a) ceti 1. b) demonio 2. c) recti 3. d) plurimi *Boll.* e) quoqi 3. f) nomina *om.* 1. g) Waniche 3. h) inflammati *Boll.* i) demonio *Boll.* k) insano *manu correctoris mut.* insania 2. l) autem *om.* 1. m) Vuillisuint 1; Willisint 2. 3. n) heribith 1. o) rislonbita 3. p) hilitiuar 1; Hiltwart 2; Hilttwart 3. q) regniger 3. r) *ita* 2. 3; Witbalt 1. s) -i *corr. ex* -a 1. t) Walsvint 1; Valsvint 2; Valsmut 3. u) wanra 1. v) Megendrut 2. w) Hilderat 2. 3. x) Knadheit 3. y) Maldalhilt 2; madalhilt 3. z) *ita* 2; Erpfuuar 3; Erpsuar 1. a) Hildibalt 3. b) gavisi *om.* 1. c) et *add.* 2. d) Humbraht 2. 3. e) wolfgari 1. f) eluuub 2; Eliwib 3. g) Willidrud 2. 3. h) Willihartque 2. 3. i) Engilsuint 1; Engilswit 2; Engelsuuit 3. k) illic 1. l) autem sunt 3. m) mente 3. n) -l- *videtur expunctum* 1; Oslin 3; hoslim 5. o) *vel* primina 1. p) et regnat *om.* 1. q) *ea quae sequuntur non nisi in 2 et 3 et 5 exstant.* r) confessoris *add.* 5. s) igitur 3. t) Hornbaccensium 2. 5. u) Adelbertus 3.

1) Cf. ex. gr. Sulp. Sev. V. Mart. 1, 8. 2) Cf. supra p. 796 n. 1. 3) Si Ottonis II. annos a morte patris numeramus, repugnat Ruobertus Moguntiae archiepiscopus infra p. 804 l. 6 nominatus; anni a benedictione

plenus ex iussu vel sacro consilio Ottonis[1] filii Conradi[a 2] magni et famosi ducis Dei confessoris Philippi monasterium[a] ex vetustate destructum coepit renovare. Cumque plurima arte et utili prosperitate piam opus complesset, mirari cepit, quia non certe[b] scivit, ubi beati Philippi corporis reliquiae iacerent sepultae. Nam ex negligentia olim praecedentium patrum paene per totum labefacta memoria populorum plurimi dubitabant, utrum adesset aut non fuisset. Tunc missa legatione idem abbas ad Ruobertum[c] Mogontiae[d] civitatis archiepiscopum[1], quia in eius parrochia fuit, licentiam ab eo inquirendi mysterii, ut petiit, impetravit.

2. Quadam[e] autem die supradictus abbas Adalbertus[f], volens desiderii sui votum perficere, sibi fidos ex apparitoribus suis sapientes clericos vel laicos adesse constituit. Quibus praesentatis sacramentum, quod archana mente cogitaverat, occulte indicavit dicens: 'Fratres, vos optime scitis, quam studiose huius ecclesiae fundamenta ponerem et iam consummato opere ad finem usque perducerem. Sed restat adhuc, quatinus iuxta iudicium archiepiscopi inquiramus, utrum beati corporis thesaurum invenire valeamus'. Et cum esset iuxta praedestinatum ad inquisitionem paratus, de inventione autem ambiguus[g], interposuit iusiurandum, qualinus, si non invenirent, hoc cunctis sub silentio tegerent, si autem voti compotes extitissent, id ipsum aperta ratione omnibus manifestarent.

3. Vespere[h] autem iam facto, abbas Dei sapientia repletus convocatis[i] ad se suis optimatibus iussit in crastinum se ipsum ad alia loca transiturum. Praeceptique eis, ut ad tabernacula sua proficiscerentur cunctis et mane diluculo secum ire esset parati. Hoc quoque argumento cum cunctis ageret, data est ei a Deo pia[k] facultas, ut inquireret et quaesitum invenire[l], sicut in euangelio Dominus dicit: 'Quaerite et invenietis'. Nam cum iam media nocte omnium corpora alto sopore sepulta[l] quiescerent, cum suis fidelibus ecclesiam ingressus est. Et in primis, sicut quondam de inquisitione ligni vitae Iudas Quiriacus[2] fecit, profusis lacrimis et viribus cunctis Deum omnipotentem exoravit, ut sibi sacrum thesaurum terrae commendatum ostenderet. Cumque ab hac oratione consurgeret, sociis coepit assignare locum, ubi sanctum sperabat esse corpus[m] sepultum. Illi vero vigilanti studio terram aggressi viriliter fodere coeperunt[n]. Et cum paulatim in altum tenderent[o], magnorum lapidum invenerunt acervum. Quos cum evellerent, viderunt sarcofagum[p] iam bona parte nudatum. Ipse vero manibus, abbas quoque indefessis precibus laboravit. Tunc demum quidam ex illis presbyter et sacer monachus, Baaldo nominatus, summa veneratione accedens lapideum aperuit[q] tumulum. Cumque inferius aspiceret, invenit ligneum[q] scrinium et in eo pallio involutum totum sanctum Philippum. Odor autem tantae suavitatis de sepulchro exivit, ut, si adessent, aliquod spiritale unguentum de paradiso oblatum crederes. Quod cum beatus abbas, ubi orationis gratia ad[r] terram prostratus iacebat, naribus saperet, surrexit et pariter cum Dei timore et amore humiliter tantum mysterium venit videre. Cum autem dulcissime tam sacra et insatiabili visione oculos pascerent atque totam animam tanto gaudio inebriaret, ipse abbas spiritu sancto afflatus magno clamore instituit hymnum[s]: 'Te Deum laudamus'. Ex hoc itaque strepitu ecclesiae custodes vicini vel alii populi quam

Matth. 7, 7. Luc. 11, 9.

a) *da* 3. 5 *(sed ex e corr. 5)*: Conradi 2. b) *certe manus correctoris mut.* recte 2; rec. 5. c) Rubertum 3. d) mogacie 2, magincie 5. e) *praecedit* (vestre rei narratio 3. f) Adelbertus 3. g) ambiguus 5. h) *praecedit* (rem de inventione sancti Philippi 3. i) vocatis 3. k) pia *om.* 3. l) sepulta *om.* 3. m) corpusculum 3. n) fodiebant 2 (*fec. eras.* 3). o) *ex e corr.* 5. sarcofagum 2. p) apperuit 2. q) lineum 3. r) prostratus ad terram 3. s) unpnum 2. 5.

imperiali a. 967. Romae facta numerata annum 970 (inter Martium et Decembrem 25.) efficiunt, sed totus ordo in nomine archiepiscopi errorem latere crediderim; aut annus tertius non nisi ad inventionem spectat, cum ante aliquantum temporis Ruoberti archiepiscopi auctoritatem abbas requisiverit. At fortasse *tertio* (III) ex *sexto* (VI) corruptum est. Quod si elegeris, inventionem a. 973, post 7. Mai et ante 25. Dec. factam invenies. 4. De quo cf. 'N. Archiv' X, 344 et infra p. 805; Mirac. Parmani c. 3. 7, SS. XV, 31 sq. (= c. 3. 4. 8, AA. SS. Nov. II, 51 sq.); MG. Dipl. I, 578 (1. Dec. 972). II, 278. 536.

1) Ottonis ducis Karinthiae a. 978—982, 995—1004. 2) Ducis Lotharingiae, generi Ottonis I. imperatoris, qui a. 955, obierat. 3) In loco Zell. 4) Qui sedit a. 970 (conseer. mense Martio) — 975; obiit a. 975. Ian. 13. Hic locus cum anno tertio Ottonis secundi quomodo conveniat, v. supra p. 803, n. 3. 5) Cf. Inv. s. Crucis, ed. A. Holder (Lipsiae 1889) p. 8 (= Acta Iudae Quiriaci ep. Hierosolym. c. 9 sq., AA. SS. Mai. I, 447). 6) Cf. ib. p. 9: *praecinxit se viriliter et coepit fodere.*

plurimi expergefacti coeperunt simul ad ecclesiam concurrere et, quid hoc facti esset, inquirere. Cumque veritatem rei comprehenderent, miro gaudii amore coeperunt noctem illam in Dei laudibus honorifice usque ad diem deducere.

INCIPIUNT MIRACULA[a].

. . . . . .

VITA ADALBERTI ABBATIS HORNBACENSIS.

SEQUITUR[1] DE VITA VEL ACTIBUS ABBATIS.

Beatus autem abbas Adalbertus, qui haec omnia, ut diximus, spiritus sancti instinctu perpetravit, si vis scire, quis aut unde esset, attende[2]. Erat enim de pago Bisensi, nobili prosapia ortus et in monasterio sancti Firminii[3] Dei confessoris atque pontificis enutritus, ubi et init abbas ordinatus. Duxit autem vitam monasticam sub regula sancti Benedicti, nihilum attentus sermonibus Christi. Erat enim geminae dilectionis sine simulatione[b] perfectus amator, edictis nullum, adhaerens bono, indefessa sollicitudine subditos quasi patet filios diligens, in divinis mandatis spiritu fervens, ex toto corde Domino serviens, ob spem futurae vitae gaudens, in presentis vitae tribulationibus patiens, necessitatibus proximo communicans, utpote Christi discipulus, omnibus ecclesiasticis atque catholicis moribus institutus. His etiam cum talis ac tantus esset, a Deo indita tentatio infirmitatis non abest. Nam sicut ignis aurum, ita Deus in camino tribulationis examinat iustum[4]. Et cum in patientia probatus fuerit[c], coronam, quam repromisit[5], ostendit. Hic etiam plurimo annorum spacio laboravit cum podagrico dolore, ita ut ex sua virtute nihil potuisset credere. Sed si certis horis ad ecclesiam venire voluit, illuc iubet servitorum brachia ducebatur aut deportabatur[d]. Verum etiam sanctus Philippus sui amici beneficiorum haud immemor exstitit sibi apud Deum magna intercessione pro adiutor. Nam pedi ejus sacris intervenientibus meritis postea ita sanus effectus est, ut nulla eius pedibus imminere adhaereret pestis podagra. Quid enim aliter beatus Philippus facere debuisset, qui plerumque sibi indebitis medicinam dat sanitatis, abbati debitori suo largus non daret dona salutis? Hi enim hac peracta salute ipse abbas accepit pro sua et aliorum incolumitate usque ad finem dierum stoque Deum per sanctum suum Philippum laudare. Cui nunc et semper honor et gloria per omnia secula seculorum. Amen.

[illegible]

1 Quae sancta acta ad rerum gestarum seriem pertinere videbantur, ea Adalbertum inter et Philippum intercedere, exstat impressa in editione anni 1515, ex qua pauca repetat Falk, N. Archiv XXIII, 559 sq. In ea commemorantur *presentia illa ga dicta Wahchelpha et praeparatio cella pa cantha Nquara* (Wachenheim ad Pfrimmersberg, Rheinhessen bei Worms? Niederhorn, Basenheim? Pfalz BA Kirchheim Bolanden; de tam mendosis huius saeculi scriptis supra p. 790 sq., N. Archiv XXIII, 560.

a–a Hic [illegible] sub eadem forma [illegible] quae supra p. 803 n. 1. b Hebraeis. c 4 Prov. 17, 3. *Sicut ignis probatur argentum et aurum in camino tribulationis examinat iustum.* d Ita Ps. 1, 12. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se.*

anum. Ita verba pedis Domini. Ps. 65, 16. *Ita animam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Eccl. 27, 6. *Vasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulationis.* Sap. 2, 19. *probemus patientiam illius.* Rom. 5, 3. 4 *gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem.* Iac. 1, 3. *Scitote quod probatio fidei vestrae patientiam operatur.* 6. Iac. 1, 12. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se.*

IDONIS PRESBYTERI HISTORIA TRANSLATIONIS SANCTI LIBORII.

EDIDIT F. BAETHGEN.

Idonis presbyteri narratio de translatione sancti Liborii, qua alterius auctor eiusdem translationis historiae in t. IV. Scriptorum iamdudum editae usum se fuisse professus est (l. c. p. 152), deperdita ruga censebatur. At anno 1903. r. cl. Albertus Poncelet ignotam quandam, quam paulo ante inuenerat, relationem in lucem edidit (Analecta Bollandiana XXII [1903], 146 sqq.), quam ab homine, qui translationi interfuisset, conscriptam esse clare apparebat. Atque illorum inconsiderate dubium esse non poterat, quin hoc esset idem illud opusculum, quod posterius translationis historia in t. IV. Scriptorum edita secuta erat, auctorque esset Id- ille clericorum quibus id negotii commendatum est praecipuus. Neque mirum est, quod ille, cum finita c. 13) nomina participum translationis memorat, suum ipsius nomen modestiae causa omittat, ne obstet opinioni nostrae, quod in additione quadam ad Gotalini Personi Cosmidromium una in codice autographo nostro utrum ab auctore ipso an ab alio quodam scriptore addita (c. 11 sexta aetatis ed. Lausen p. 18 sq., cf. p. LV), ubi eidem quos relationis nostrae auctor enumerat translationis participes conuersantur et de traditione quadam in ecclesia s. Vincentii Cenomanensi peracta similia ea narrantur, quae in nostra translationis historia de ea re habentur, haec omnia ex Erchenradi cuiusdam diaconi ecclesiae Cenomannensis narratione hausta esse dicuntur. Nam quamquam certa certius est haec ex eadem nostra, quam Idoni tribuimus, historia translationis assumpta esse, tamen, cum non intelligi possit, cur alius auctor Idonis nomen in enumeratione participum translationis retinuerit, verisimile nobis videtur eum, qui notam Cosmidromio tabulae additam scripsit, aut in denominando auctore libri quo utebatur erraisse, aut, quod magis crederem, quadam ductum ratione meram sibi auctorem confixisse, cui nomen episcopi Parisiensis in historiae nostrae capite 21. memorandis dedit. Nam cum ab auctore nostro (infra c. 14) ubi nos traditio hereditatis Maimulfi atque Aldrici levitarum Christi nec non et advocati Fulcharii in ecclesia s. Vincentii Cenomannensi peracta commemoretur, additio autem, de qua agimus, de vita fundationis monasterii sanctimoniarum Badicensium a Maimulfo archiepiscopo dudum facta fabuletur (cf. Dickamp, Westfälisches Urkundenbuch, Supplement p. 28 nr. 211), nullo additionis fuerit non petierat, quin alium fontem citaret, ex qua haec fabula hausta esset; et ex ea necessitate Erchenradi illius nomen et librum, cuius nulla alia restigia supersunt, nata esse facile potes.

Ido, qui non ante annum 857. opusculum suum complevit[1], in arte scribendi parum fuit exercitus. Multa ex fonte aliena hausit; actus enim episcoporum Cenomannensium, maximeque Gesta Aldrici episcopi expilavit[2], et miracula sancti sua repetitione miraculorum in libris illis narratorum auget atque multiplicat. Ubi vero propriis verbis res enarrari conatur, eidem saepe

1. Aldricus episcopus Cenomannensis quem beatae memoriae episcopum appellat, anno 857 obiit. Erchenradus Parisiensis episcopus, de quo eodem modo loquitur, anno 856 aut 857. mortuus est. 2. In adnotationibus numeri paginarum ad editionem ab R. Charles et L. Froger (1889) paratam referendi sunt.

repetit vel constructionem sententiarum confundit. Quare non miraberis textum in codice Abrincatino nr. 167, *saec. XIII., fol.* 137—141'[1] *servatum multis scatere erroribus, qui ut recte semper emendarentur, contigisse vix crediderim. Capitum numeros, qui in codice desunt, ex Alberti Poncelet editione retinui, mutato solo capitis XI. initio. Codicem socius noster W. Levison in usum nostrum denuo contulit.*

F. Baethgen.

Translatio corporis sancti Liborii episcopi.

1. Temporibus christianorum, videlicet orthodoxorum sanctae Dei ecclesiae[a] filiorum, anno siquidem incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXXXVI., anno quoque regni Ludovici imperatoris glo- Gesta Aldrici, c. 3, p. 15.
riosissimi XXIII. et ordinationis Aldrici Cenomannicae urbis episcopi quarto, tercio scilicet kalendarum Maiarum die, praecipiente gloriosissimo imperatore Ludovico, Baderato Saxoniae 836 Apr. 29.
patriae Patrobrunensis loci[b] nobilissimo episcopo[2] obnixe instinctu divino deprecante, cui Dominus dudum revelare dignatus est, ut ad Cenomannicam dirigeret urbem, ad Aldricum scilicet ipsius provintiae pontificem, missos suos nobiles sive iuste et sancte viventes probabilemque vitam degentes; cum quibus etiam ipse Baderatus[c] indicto ieiunio religiosissime cum ecclesiasticis ornamentis et aliis nobilibus sacerdotibus atque levitis et ceteris Christi ministris letanias peregit, ut[d], divina patrocinante gratia, electione praedicti Aldrici episcopi[3] et aliorum nobilium et sacerdotum sanctorum inveniret aliquem sanctum, quem secum deferre deberent, et in suo monasterio Domino auxiliante collocare mereret[e]. Quod et denuo, sicut in subsequentibus dicitur, apertissime declaratum est.

2. Dumque ab Aldrico praefato urbis episcopo et a David[f] suo coepiscopo et a ceteris compluribus nobilibus et sancte viventibus consacerdotibus et reliquis ministris [benigne suscepti essent][g], sanctificato ieiunio devotissime letanias sive missarum sollempnia revestiti[h] sollempniter cuncti celebrantes cum ceteris[i], quae[k] ad divinum pertinent cultum, nobilibus ornamentis suppliciter peregerunt[l] in suburbio iam dictae Cenomannicae civitatis ultra Actus post Gesta Victurii et Gesta Liborii
fluvium Sartae[4] in ecclesia apostolorum, in qua beatus Victurius praecipuus Christi confessor ac pontifex saepe dictae urbis corpore requievit. In qua etiam et aliorum multorum sanctorum corpora[m] humata atque sepulta iacent, ibidemque corpus sancti Liborii, praefixae urbis quarti episcopi, a beato Martino Turonensi archiepiscopo et venerabilibus discipulis suis collocatum est. Ubi multa signa, veluti in gestis eius scriptum est[n], claruerunt[n] ac Domino amministrante visibiliter populis sunt manifesta.

3. Dum enim iam dictus pontifex et praedicti sacerdotes in supradictam ecclesiam ad praefatum opus revestiti cum psalmis et hymnis et canticis spiritalibus, cum crucibus et evangeliis sive luminaribus atque aliis ecclesiasticis ornamentis[5] convenerunt, tantus odor in eorum resplenduit mentibus et[o] corporibus, quantum nullus medicorum cum omnium generum pigmentis componere nec facere potest. Flagravit[p] vero praedictus odor omnibus, qui ad hoc[p] opus convenere, et, quamdiu ipsa sancta corpora exhumaverunt[q] sive composuerunt, perseverans praedictus odor omnibus perduravit, ita ut omnes dicerent atque veraciter profiterentur, quod talem odorem nullus umquam odoratus esset, et ut plus inibi persistere[q] vellent[r] quam in omnibus diviciis manere saecularibus. Hoc quippe Domino favente primum signum in supradicta die manifestissime cunctis est declaratum.

4. Aliud namque signum in iam dicta [die][s] et in praefixa ecclesia, dum praefati sancti Liborii corpus a[t] iam dicto[u] episcopo Aldrico et a suis sacerdotibus in loculo, in quo deportaturus erat Saxoniam, componebatur et nobiliter ornabatur, visibiliter et manifestissime demonstratum est. Erat autem quaedam femina a multis diebus, mensibus et annis caeca, quae nichil videre valebat; ibique in nomine sancti Liborii, dum haec agebantur, coram omnibus favente Domino illuminata est et pristinum meruit visum recipere. Planctus enim et luctus tantus Gesta Aldrici c. 3, p. 18.

a) sancte Dei eccles*ie* *c. et similiter semper e pro ae.* b) loco *c.* c) Baderato *c.* d) et *c.* e) *sic emendandum puto pro* collocari meruerat *c.* f) Da- *in rasura maiore c.* g) *sic vel similiter supplendum videtur; cf. in posteriore recensione l. c. p.* 152: immunitatesque episcopo causam ... benigne ab eo suscepti. h) *sic emendandum censeo;* revestitis *c.* i) *forsan omissa sunt quaedam ante* ceteris, *sicut* crucibus sive luminaribus atque; *cf. infra l.* 31 *sq. atque c.* 5 *l.* 9 *sq.* k) q[i] *(corr. ex) superscr. c.* l) peregerunt, *m. al. corr.* peregerunt, *c.* m) corpore (corporum), *corr.* corpora, *c.* n) scribtis clar., *corr.* scriptis clar., *c.* o) mentibus *in ras. et superscr.* corp. *c.* p) adhuc, *m. al. corr.* ad hoc, *c.* q) persitere *c.* r) valent, *corr.* vellent, *c.* s) *sic suppl. videtur.* t) a *om. c.* u) inulicto *c.*

1) Cf. descriptionem codicis SS. rer. Merovingicarum VII. p. 10; *Cum silentio* (cf. SS. XV, 910 n. a) *et hymnis* 444 et ibidem p. 551 sq. 2) 815—852. 3) 832— *et canticis sive crucibus et ceteris divinis oraculis* et 857. 4) Hodie Sarthe 5) Cf. Gesta Aldrici c. 1 similiter saepius.

erat tam in praefatis sacerdotibus quam et in vulgis seu in nobilibus hominibus, et vix aliquis prae gaudio et compunctione divinitus inspirata[a] a lacrimis abstinere quibat, sed omnes ploratu et ululatu magno flebant. Videns autem in hiis fletibus praefatus Aldricus episcopus tam clericos quam et laicos diu perdurare et non posse homines a lacrimis et ululatibus cohibere, timens ne aliqua illusione ex callidi hostis insidiis eveniret, coepit excelsa voce hymnos propheticos et evangelicos[1] una cum clero decantare. Cum quibus et silentium fecit et homines ab ululatibus cessare compescuit.

5. Elevantes namque praedicti sancti Liborii corpus praefatus episcopus cum sacerdotibus nobiliter et decenter revestitis humeribus suis eum imposuerunt et ad matrem seniorem[b] ecclesiam saepe dictae civitatis eum deportare cum hymnis et crucibus, multisque cum luminaribus et ceteris ornamentis ecclesiasticis, cum letaniis et canticis divinis[2] excelsa voce decantantes portare coeperunt. Signa itaque multa in praedicti sancti Liborii nomine Domino annuente[c] facta sunt.

Gesta Aldrici, c. 5, p. 286, 6. Quidam autem homo, qui multo tempore dudum a diabolo vexabatur et per ecclesias inambulando ad medicinam quaerendam multo tempore perambulabat multosque terrenos, ut sanarent, medicos quaerebat, cum quibus nullam invenire meruit medicinam, dumque una cum matre sua ecclesiam, in qua sancti Liborii corpus componebatur et ornabatur, perveniret, eius meritis Domino miserante pristinam meruit recipere sanitatem, ita ut numquam diaboli vexationibus tacuisset.

Gesta Aldrici, c. 3, p. 14 sq., c. 15, p. 19 7. Dum autem in praefata ecclesia in civitatem Cenomannicam corpus sancti Liborii a sacerdotibus deportando intraret, et in ecclesiam seniorem[d], quam praefatus Aldricus ipsius urbis episcopus renovavit et immelioravit[e], atque quasi novam restauravit et in honore domini salvatoris nostri Iesu Christi et sanctae eius-

Gesta Aldrici, c. 4, p. 18 dem genitricis, in cuius honore in antio a sancto Iuliano, primo eiusdem urbis episcopo, consecrata fuerat, et sancti Gervasii et Prothasii sed et sancti Stephani martirum Christi honore et nomine reedificavit et conseravit, beati et sancti Liborii corpus deportantibus dulciter et decenter sacerdotibus ingressum est, quidam

Gesta Aldrici, c. 5, p. 19 claudus et a multis annis debilis meritis beati Liborii in praedictae matris ecclesiae sinu restauratus utrisque pedibus est et ita sanatus, multis videntibus, quasi numquam debilis aut claudus fuisset.

8. Sequenti hora ipsius diei quidam mutus, qui multis temporibus mutus erat et loqui non

Gesta Aldrici, c. 5, p. 19 valebat, insigniter et visibiliter pristinam meruit recipere beati Liborii meritis sanitatem et ita loqui, quasi numquam mutus fuisset.

9. Alius quidam claudus, qui et ambobus pedibus debilis ab ortu nativitatis suae erat et numquam rectis

Gesta Aldrici, c. 5, p. 19 pedibus nec rectis genibus ambulare quiverat, in supradicto die et in praefata sancti Salvatoris et sanctae Mariae sive sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii ac sancti Stephani basilica videntibus cunctis rectum recipere meruit gressum et illico ita ambulare, veluti pleniter sani et adolescentes permobiles nobiliter solent et vivaciter deambulare.

Gesta Aldrici, c. 5, p. 19, Apr. 30 10. Sequentis igitur luminis temporibus[f], nocte transacta ac vigilia matutina celebrata laudibus in matutinis, oriente lucifero diem quae dominica dicitur[g] illucescente, ut relatu eiusdem urbis episcopi[h] cognovimus, lux luminis ipsius, qui in iam iugiter dicta civitate caecus[i] fuerat, per[i] beati Liborii insignia[k] merita mirabiliter illuxit, ita ut in eadem frequenter praefata basilica coram cantantibus sacerdotibus ac diaconibus ceterisque clericis[l] atque ibidem laicis fidelibus adstantibus et matutinarum sollempnia cum cordis intentione frequentantibus, beato Liborio intercedente Dominoque miserante, caecus genitus[m], ut iam diximus, ingenitum[n] meruit recipere

Gesta Aldrici, c. 5 visum. Statimque eadem hora alius quidam, qui multa per tempora poenaliter a spiritibus immundis erat vexatus, praeclaris eiusdem sancti Liborii meritis effugatis tenebris in praedicta matre ecclesia a daemonio fuerat liberatus pristinaeque est sanitati redditus.

Maii 1 11. Primo enim kalendarum Maiarum die eunte Aldrico beatae memoriae episcopo in praedictam sancti Salvatoris ecclesiam una cum sacerdotibus ac diaconibus ceterisque nobilibus clericis more solito honorifice ornatis missalibus ornamentis, cum crucibus et vexillis turibulisque cum aromatibus, deportantibus illis preciosissimis vasis in aureis gemmatisque quatuor evangelis Christi plurimorum sanctorum pignora sanctitatis. Prosequebatur autem vero perstrepente populo[o] pedestris utriusque sexus undique per urbem devotissime confluentis[p] tam validus fragor, ut Aldricus sanctae recordationis episcopus vix cum canticis spiritalibus alta voce cantando cum omni clero suo innumerosum sedare quiverat populum.

a) inperata *c.* b) senioris *c.*: *cf. infra c.* 7, *n. d.*: *at vid. Gesta Aldrici, c.* 3.: matris *et* senioris ecclesiae ... In praefata namque ecclesia seniori ... *et ita saepe dixerat.* c) annuante *c.* d) ecclesia seniorum *c.*: *cf. supra c.* 5, *n.* b. e) sic *et in Gestis Aldrici c.* 15, *p.* 49, *aut* mirabiliter ornavit, *ut eodem loco c.* 3, *p.* 14, *emendandum pro* inibi oravit *c. bene coniecit Pencelet.* f) temporibus luminis, *signis appositis corr.* lum. temp., *c.* g) diem quę dominicam, *m. al. corr.* diem quę dominica dr *in ras.*, *c.* h) episcopo *c.* i) ceecus fuerat ceecus *per c.* k) insigna, *m. al. corr.* insignia, *c.* l) celericis, *corr.* clericis, *c.* m) genutus *c.* n) in genitum *c.* o) populi, *m. al. corr.* populo, *c.* p) confluentes *c.*

1) Cf. Gesta Aldrici *c.* 15: *hymnos angelicos et propheticos.* 2) Vide supra p. 807, n. 5.

12. Mitigata vero multitudine populi ac celebrata oratione benedictionis[a] stetit beata memoria ante altare Domini et coram omnibus contestatus est, dicens divinitus eum ammonitum esse commendare semetipsum omnemque congregationem[b] fratrum cum populo sibi commisso in communionem Parati venerabilis episcopi eiusque congregationis sanctae ac tocius populi sibi commissi, similiter et recipere Paratum christicolum antistitem suamque sanctam congregationem populumque[c] sibi commissum in fidissimam communionem sui eiusque sanctae congregationis ac tocius populi sui.

13. Conglutinata vero et concathenata fraternitate caritatis ac celebrata oratione benedictionis factoque paululo intervento, multa munera tam a praedicto episcopo Aldrico quam et a suis sacerdotibus sive clericis et laicis sancto Liborio in eadem ecclesia tam in auro quam et in argento et vestibus atque alode libenter et devote sunt attributa. Tunc vero iubente[d] eadem beata memoria omnem per urbem dulcisona[e] personavere signa. Clangentibus vero signis totam per urbem et ipso antistite praeclara celsitudinis voce cum omni nobilissimo clero suo spiritalia cantica cantando populoque simul concinente[f] gloriam[g] et laudem Deo, elevatum est sanctum beati Liborii corpus, simul et salutifera sanctitas Pavacii necnon et Gundanisoli[h.1] confessorum Christi ab Aldrico saepe dictae civitatis episcopo suoque coepiscopo David, necnon et Gundaldo[i] summo diacono suo, commendatumque fidelibus venerabilibusque missis [a][k] Patrato Patrobrunensis loci episcopo, Mainulfo[l] videlicet archidiacono et Adalberto presbytero necnon Aldrico diacono necnon Drudwino[m] subdiacono et advocato Folodaco[2], ut annuente Domino et intercedente sancto Liborio decertarent rependendo[n] humerisque portando Saxoniam usque perferre, ad Patrobrunense scilicet locum.

14. Carpentibus enim nobis iter obtabile de sancti Salvatoris ecclesia eruntibusque ad sancti Vincentii[3] limina templi dulcissonos per choros prophetica et evangelica cantando carmina, ubi frequens aderat tocius urbis obvia turba; qui prope portam[o] quasi claviger civitatis capite corporis pausat et in caelis cum Christo feliciter regnando caelestis clavem aperiendi tenet regni, quod non solum fulget in opere, sed vocabuli[p] sonat in sermone. In eadem enim sancti Vincentii basilica omni indicatum est populo, quomodo sub temporibus Ludovici christianissimi imperatoris cunctorumque orthodoxorum sanctae Dei ecclesiae filiorum Patrato[q] venerabili Saxoniae patriae atque Patrobunensis loci episcopo Dominus dudum revelare dignatus est, ut iubente praefato christicolo principe ad Cenomannicam dirigeret civitatem ob corpora sanctorum pontificum atque confessorum Christi adducere Saxoniam ad gentem nuper ad fidem venientem; quod obnixe instinctu divino eo deprecante Dei praedestinatione miraque[r] dispensatione, veluti praefati sumus, mirabiliter factum est. Simulque nuntiatum est et hoc, qualiter in nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni praebuit sanctus Liborius caecis visum, claudis gressum, surdis auditum mutisque linguae solvebat vinculum, daemoniacis atque debilibus ceterisque variis langoribus obpressis integre restituit pristinam sanitatem.[2] Ad hunc igitur sermonem nimia non aliud agit unanimis obvia turba, nisi[s], veluti dignum et iustum est[t], Deo gratias agere, qui per infinita regnat in saecula. Post traditionem vero hereditatis Mainulfi atque Aldrici levitarum Christi necnon et advocati Folodaci[u], quae ibidem [in[v]] praefata facta est basilica[4], prostratis[w] vultibus in terram ante altare Domini ad pedes beatae memoriae Aldrici licentiam quaesivimus comeandi.

15. Et a iam dicta beata [memoria][v] accepta benedictione eundi, personantibus signis omnem per urbem, elevantes humeris corpora sanctorum confessorum Christi et praecedentibus sacerdotibus atque levitis ceterisque Dei ministris cum crucibus et vexillis turribulisque fraglantibus aromatibus et quatuor evangeliis Christi ac sanctitatibus plurimorum sanctorum, ut iam diximus, preciosissimis vasis in aureis gemmatisque portantibus, prosequente

a) benedionis, *m. al. corr.* benedictionis, *c.* b) congregationo, *m. al. corr.* congregationem, *c.* c) populum que, *m. al. corr.* populumq\, *c.* d) *ita vel similiter emendandum conicio:* libenter *c.* e) dulcisonat *c.* f) concinante *c.* g) gloria, *m. al. corr.* gloriam, *c.* h) Gumdanisoli *c.* i) Gumdaldo *c.*, *cf. Gesta Aldrici p.* 103 *idem nomen:* Gundoldus. k) *deest c.* l) Mainufo *c.*, *cf. infra c.* 14. m) Druduuno *c.* n) *ita c.; emendandum* repedando? o) portum *c.* p) vocab\uli *in rasura) c.* q) Patrati *c.* r) mira que, *m. al. corr.* miraq\, *c.* s) ne, *m. al. corr.* nisi, *c.* t) esse *c.* u) Foledaci *c., cf. supra c.* 13. v) *supplevit Poncelet.* w) prostratibus, *m. al. corr.* prostratis, *c.*

1) Cf. Actus pont. Cenom. (ed. Busson et Ledru) supra praefationem. 3) St. Vincent, cf. DD. Karol. p. XLVIII sqq., 331, n. 2. 2) Ad hunc locum cf. I, 361. 4) Cf. praefationem.

etiam nimia turba petivimus portam civitatis dulcisonis canticis, nimioque prae gaudio flentes lacrimantesque calcavimus lapideam pedibus stratam, quae ducit ad Pontileuva[1], ubi sanctus Liborius proprio servulo suo in nomine Domini linguae absolvit vinculum, quod ab ortu nativitatis suae sustinebat, auditumque praebebat[a], quem ab utero matris suae non trahebat, illumque ad suos remeare gaudentem atque laetantem permisit in urbem. Confluentibus enim undique de eadem regione devotissimis turbis per turmas suas et admirantibus prae timore[b] et gaudio, cantantes et psallentes hymnum Deo dicebant, quia tam ineffabilia miraculorum signa in honorem sancti Liborii confessoris Christi Celmanenis[2] gerebantur[c] in horis[d].

16. De praefixo enim praedicavimus[e] loco mirificum sancti Medardi oraculum, ubi sanctus Liborius praecipuus Christi confessor inter vias in nomine Salvatoris, de cuius [ecclesia[f]] eodem die adlatus erat, cuiusdam feminae salutem restituit ac nutrimina temporalis vitae sanabiliter sumere concedebat, quae ab ortu nativitatis suae capere non valebat; veluti non solum eius propinqui et noti, sed etiam illi sacerdotes in eadem contestabantur parrochia; et quae libula non erat ac nescia potus fuerat corporalis, coepit esse conscia gratiae[g] spiritalis.

17. Venientibus vero itineris tramite ad[h] ~~sancti Symphoriani~~ basilicam in Conedralio[i,3] vico canonico[4] ibidemque pernoctantibus atque peractis matutinarum vigiliis, erat quaedam Cenomannica femina adducta[k], quae coepit laudibus in matutinis [ululare[l]], mugire, sibilare[m] ceterisque diversis sonare modis. Interim timida[n] pars populi utriusque sexus ad sanctum refugiebat[o] Liborium, aliique comprehendentes tenuerunt illam[p], orantes ut intercessionibus sancti Liborii sanaretur. Quae statim expulso daemone eadem in hora a Domino sanata eum tibus nobis hymnum Deo dicendo prosequebatur cum populo. Ibi quoque et, ut ipsi qui hoc viderunt protestati sunt, in eadem ecclesia et praefato loco LXX animae a daemonis et aliis diversis languoribus meritis sancti Liborii sunt sanati.

18. Tendentibus enim nobis per viam, quae vadit ad sancti[q] Sulpicii domum, ubi quidam adducitur[r] namum[s] miser, qui[t] plurimis diebus, mensibus et annis curvata[u] crura per sanctorum vehebat loca, quia coxis eius cohaerebant curvata, quemque non propria, sed aliena pascebat palma, quia pollices curvati adhaerebant palmae crantque digiti ultra pollices retorti; sed vera comitata fide et sancto Liborio intercedente Dominoque miserante omnia illico per membra surrexit erectus prosiluitque de curru, pergens ad sancti Liborii corpus. Prorsit in terram suppliciter orando erexitque[v] se gratanter, gratias Deo referendo, qui eum sancti Liborii meritis mirabiliter concessit pedibus pergere propris pascereque[w] se propriis manibus, non alienis.

19. Pergentibus autem tramite recto ad ecclesiam, quae fulget honore sancti Petri dicata, illic quidam[x] daemoniacus obnixe sequutus in media cecidit strata coram sequente turba iacuitque quasi mortuus. Circumdantibus[y] enim eum devotis viris[z] et erigentibus ad consedendum, ipse nec vivaciter anelitum traxit nec visum Psalm. 39, 13. aperuit neque ullum movebat membrum; eratque quasi 'vas perditum'. Transferentibus autem illum deprecantibusque pro eo sancti Liborii intercessionibus repropiante divina pietate revivescebat; crastinaque die stetit coram Gesta Aldrici c. 5. eadem obsequente turba sic sanus, quasi a diabolo [numquam[a]] esset vexatus, laudemque Deo resonando simul sequutus erat cum populo.

20. Euntibus autem inde et appropinquantibus Carnotensem[b,5] ad populosam civitatem, ubi veneranda senectus Bernuinus episcopus tunc temporis sinodum celebrabat cum tocius provinciae sacerdotibus, tunc sacer conventus audito nomine beati Liborii cum crucibus reterisque ecclesiasticis officiis et honorificentia cantici[c] spiritalis comitantibus catervis populorum honorifice obviam venit, cum timore divino et gaudio magno suscipientes sanctum Liborium. Duxeruntque nos per viam, quae vadit foris murum civitatis ad abdita templi sancti Carauni[d], qui[e] non[f] procul ab urbe pausat in corpore. Dum autem totam per urbem dulcisona[g] sonuerunt signa ad ingressum sancti Liborii corporis in praefatam basilicam, statimque in honore beati Liborii videntibus cunctis adstantibus tam sacerdotibus quam clericis ceterisque laicis fidelibus insignia[h] claruerunt miracula. Erat enim

a) *emendandum* praebuit? b) ti ‖ timore *in alternatione linearum c.* c) gerobatur c. d) *sic pro* oris c. e) *ita c., emendandum* peditavimus *(cf. infra c. 23) supplendumque* ad? f) *supplevit Poncelet.* g) gratiu, *m. al. corr.* gratie, c. h) tranitem et c. i) Comedralio c. k) adducte, *corr.* adducta, *c.* l) *sic emendandum conicio, prout in posteriore recensione l. c. p. 155:* ululare, mugire, sibilare; lugere, l *et r aut forsan toto verbo expunctis, c.* m) sibillare, *corr.* sibilare, c. n) tumida c., *emendavit Poncelet.* o) refugebat c. p) illum c. q) scñ, *corr.* sci, c. r) adducetur, *corr.* adducitur. c. s) ninūm, *lineola erasa, c.* t) qꝝ i. e. que, *corr.* q, *c.* u) *sic emendandum videtur pro* curva non c. v) erexit que, *m. al. corr.* erexitq, *c.* w) pascere que, *m. al. corr.* pascereq, *c.* x) quidem, *m. al. corr.* quidam, c. 50 y) circond. c. z) viribus c. a) *deest c.* b) Caramtensum *c.* c) canticis, *expuncto s, c.* d) Caurani *c.* e) q; iquia) *c.* f) ut, *corr.* non. *c.* g) ducisona, *corr.* dulcisona, *c.* h) insigna, *m. al. corr.* insignia. *c.*

1) Pontlieue prope Le Mans. 2) i. e. Le Mans, cf. domni Iuliani (ed. Busson et Ledru) p. 36: *Diablentico* MG. Conc. II, 73. 3) Connerré (dép. Sarthe, arr. *vico canonico.* 5) Chartres. Le Mans). 4) Cf. Actus pont. Cenomann., Gesta

quaedam puella, quae isdem in locis miserabiliter curva fuerat nata cruribus eius adhaerentibus coxis coxisque ventri cunctaque per membra poenaliter cruciata et ob hoc ab cunabulis[a] per sanctorum loca erat deportata; sed intercedente praecipuo confessore Christi Liborio[b] divina patrocinante gratia coram nimia turba clericorum sive laicorum surrexit salva stetitque erecta. Citissime vero nuditatem membrorum illius tegere festinarunt fideles clerici et laici inprimis cum eorum facitercula, dein vestibus solitis, evangelica implentes documenta, quae in minimis docent nudum vestiri. Hacc et alia plurima miraculorum signa videntibus cunctis vesperitantibus ibidemque adstantibus necnon etiam in crastinum inde pergentibus mirifice gesta sunt in via. Matth. 25, 36. 43.

21. Nobis autem proximantibus ad fluenta Sequanae recto tramite ad insulam Parisium, quae ob similitudinem insulae maris, vocabulo Ysius, de quodam auctore illius nomen accepit Parisius, Ercanradus etenim bonae memoriae eius loci episcopus, inspector sagacitatis[c] ac intentor exercitationis, amator caritatis operatorque felicitatis, honorabiliter cum clero ecclesiastico officio stipantibus turbis comitando clericorum et laicorum cum canticis spiritalibus occurrit suppliciterque sanctum suscepit Liborium ultra pontem[d] et insulam Sequanae honorifice ferendo in suam perduxit ecclesiam. Sollempniter autem celebrantibus Christi ministris missam die dominica[e] per stipantem[f] populi turbam affuit quaedam femina daemoniaca in medium deducta, quae ibidem in locis surda et muta fuerat progenita. Haec enim coram obviantibus populis coeperat vexari et ob[g] hoc a fidelibus erat deportata, ut deprecarentur pro ea. Quae etiam inter sacra missarum sollemnia coepit nimium[h] sudare[i] et laborare prorumpendo in marmoreum templi pavimentum. Portabatur vero ad mansiunculam eius missa celebrata iterumque[k] ferebatur hora vespertina unaque cum plurimis ibidem pernoctantibus pernoctabat; valdeque diluculo opitulatione divina per sancti Liborii merita daemonio liberata audiendo et loquendo ynnum Deo dicendo, pergentibus nobis cum populo.

22. Euntibus autem nobis prope Montem Martyrum[1] et iter agentibus a dextris monasterii sancti Dionisii[2] occurrit quidam servulus eiusdem martyris praecipui simul cum confluenti populo; quem presbyteri et diaconi ceterique Christi ministri necnon etiam et laici illius loci contestabantur ibidem surdum et mutum esse progenitum. Qui ob interiorem[l] fidei devotionem bonaeve actionis voluntatem nitebatur vestimenta sua iactare ad sanctum Liborii loculum[m], quomodo turbam videbat iactare multa. Quem ilico eadem in hora divina suffragante gratia sancti Liborii intercessio audientem et loquentem comitemque populi fecit esse exultantem.

23. Certantibus enim nobis iter peragendum, antequam Renum transiremus ac Francorum Saxonumque[n] confinia adiremus[o], multa miraculorum signa gesta sunt in via; et quomodo digni salvati, eo etiam modo reprobi sunt repulsi[p], veluti etiam ad villam, quae dicitur Gebalona[3], bis quaternis sancti Liborii loculum[q] portantibus viris, quorum pars prima digna persistere humillima volens, altera pars digna submergere tumida volens, quaternis vero hiis antecedentibus et ob elationem mentis nolentibus recto tramite vada fluminis transire, voluerunt-que pontem quaerere. Sed peditantes et confidentes[q] in pontem submersi sunt in flumine. Deique tamen gratia, licet essent immeriti, per intercessionem sancti Liborii erant liberati. Et sancti Liborii loculum aspicientibus cunctis adstantibus a medio, nullo homine tenente, stetit inflexibile. Citissime vero humiliter in ordinando et orando accipere certavimus rectoque tramite vada fluminis transivimus.

24. Alio etiam modo erat acceptabilis Deo quaedam femina daemoniaca in civitatula, quae vocatur Bavaca[4]. Quindecim igitur annis vexabatur a daemonio, ut cives eiusdem urbis protestati sunt, et nosmet ipsi vidimus a devotis viris in basilicam deportatam; coram sancti Liborii loculo iacebat mortua. Sed vesperizantibus nobis per sancti Liborii merita quasi grandi[r] somno surrexit a daemonio liberata ac divinitus inspirata[s] promisit se in honore Dei et sancto Liborio servire per tempora vitae; propinquos et notos terramque contempsit, ad[t] Saxoniam sanctum sequebatur Liborium. Tanta igitur, quanta visa sunt eius meritis, signa propter prolixitatem sermonis scribere[u] difficillimum est; sed ad ordinem itineris nostri redeamus.

25. Redeundo quam devotissime cum timore et gaudio magno divinitus inspirato[v], ubi properavimus Reno, populi[w] Saxonicae gentis, qui nuper ad fidem venerant, undique per turmas suas confluebant in obviam venientes. Stabat igitur Saxonum[x] multitudo in margine Reni dilatata, quando maxima nobiscum turba Francorum perveneral ad littora. Spectantibus enim invicem populis citra Renum hinc et hinc, isti animo per internum

a) incunabulis, *m. al. corr.* cunabulis, *expuncto* in, *c.* b) Liborio Christi, *corr.* Christi Lib., *c.* c) sagicitatis, *m. al. corr.* sagacitatis, *c.* d) potentem *c.* e) dominici, *m. al. corr.* dominica, *c.* f) *sequitur* -que, *m. al. puncto supp. deletum, c.* g) ab *c.* h) niminm, *m. al. corr.* minum, *c.* i) suadere *c.* k) iterumq, *corr.* iterumqu, *c.* l) interi rem, *corr.* interiorem, *o linea exeunte m. al. suppl., c.* m) locum *c.* n) Saxorumque *(?), corr.* Saxonumque, *c.* o) audiremus *c.* p) *emendavit Poncelet;* reprobi repulsit *c.* q) confitentes *c.* r) grandē, *corr.* grandi, *c.* s) insperata, *m. al. corr.* inspirata, *c.* t) a, *m. al. corr.* ad, *c.* u) scriberet, *m. al. corr.* scribere, *c.* v) insperato *c.* w) populis, *m. al. corr* populi, *c.* x) Saxorum, *al. m. corr.* Saxonum, *c.*

1) Montmartre. 2) St. Denis. 3) Ignotum. 4) Bavay, inter Valenciennes et Maubeuge.

amorem commoti, illi per gaudium magnum divinitus inspiratum, isti proni[1] iacentes in terra docuerunt orando, quomodo[a] illi in faciem campi prostrati[1] honorabiliter suscipere debuerunt suppliciter deprecando. Nobis autem cum sancti[b] Liborii corpore navem intrantibus Renumque transeuntibus isti dimiserunt maerentes, illi quidem acceperunt laetantes; adstiterunt isti[c] per internum amorem in littora lacrimantes, illi vero pergentes et prae gaudio divinitus inspirato flentes cum choris hymnidicis[d] sanctum[e] Liborium[f] Saxoniam erant sequentes.

26. At ubi nobilibus et venerabilibus Dei sacerdotibus honorabiliter humeris portantibus sancti Liborii corpus a Domino feliciter destinatum Saxoniam ingressum[g] est, occurrentibus undique catervis populorum eramus prohibiti prae magnitudine multitudinis migrare. Insuper etiam et missi plurimorum de longe venerunt, obnixe flagitantes ire tardiuscule, ut procul pergentibus licuisset venire. Nos autem ventilavimus animo diem nullo modo omittere statutum, si Domino auxiliante valuissemus venire, quia, quanto magis in populo signa claruerunt, 836, Matt 28. tanto magis ire tardiuscule coegerunt. Sed radiante sancto pentecosten V. kalendarum[h] Iuniarum[i] die desideratum nobis ad optatum, Patrobrunensem scilicet, evenire locum, sollempniter Dei sacerdotibus missam[k] celebrare volentibus prope fluvium nomine Serena[2], qua propter nimiam stipantem turbam, ut et eis, qui voluissent, remeare licuisset[l], et ne per immensam turbam fructus tunc temporis ortus[m] a dextris plateārum et a sinistris laederetur, interim dum ad aquam properavimus[n] praefixam, quae[o] a Patro-praedicto-Brunense tribus distat milibus loco, Domino suffragante bina claruerunt sancti Liborii meritis miracula atque tria inter sacra missarum sollempnia aspicientibus cunctis astantibus erant demonstrata.

27. Eademque in hora praefato, Patrobrunense videlicet, loco in unum convenientibus presbyteris ac diaconibus ceterisque Dei ministris die dominico[p] celebrare volentibus, in obviam nostri occurrentes in magna basilica noviter inchoata maximaque ex parte constructa, quam venerabilis praesul Patratus pio amore ductus a novo opere vario ac decoro validoque construere coepit, certando intus et foris Domino annuente ad opus perfectum egregiumque perducere, ibidemque omnipotenti opitulante sancti Liborii corpus praecipui confessoris Christi ac pontificis una cum ceteris plurimorum sanctorum sanctitatibus honorabiliter condiendo componere. At ubi inter sacra missarum sollempnia quasi praeco praecurrens, dum nos, sicuti praediximus, tribus adhuc distabamus[q] milibus, quidam infans, qui erat surdus et mutus in eadem parrochia progenitus, sancti Liborii meritis audiendo et loquendo in praefixam basilicam sui adventus erat nuntius, et ut praescriptus ternarius[r] miraculorum numerus eodem in die eademque in hora declaratus, ut praefati sumus, in quaternarium cresceret atque quaternarius cum binario iam dicto[s] in senarium surgeret, ut simul esset perfectum[t] opus et numerus.

28. Appropinquantibus autem populis, qui nobiscum venerant[u], et hiis, qui de sede pontificali occurrebant, atque invicem intuentibus et coetibus venerabilium sacerdotum aliorumque Christi ministrorum utraque de parte praecuntibus cum crucibus et vexillis et quatuor evangeliis Christi omnique honorificentia ecclesiastica[v], erant autem in obviam occurrentes, quomodo divinitus ammoniti, quomodo comitantes[w] prius fuerant instituti. Tribus etenim vicibus proruerunt proni in faciem campi[1] orantes et deprecantes manibusque in caelum expansis Deo dignas in omnibus gratias referebant. Simulque et omnium reboabat in ore laus et honor christicolo imperatori Ludovico[x] atque orthodoxae imperatrici Iuditae rumigerae[y] una cum prole et Aldrico Cenomannicae[z] urbis episcopo[3], quippe qui talem patronum apud Deum ad suas consuluerunt[a] transmittere terras.

29. Elevantes autem humeris suis praecipuum confessorem Christi Liborium atque pontificem ibant gaudentes, adportabant tramite recto atque intimo prae gaudio canticis spiritalibus cantando celsitudinis voce prophetica et evangelica cantica[4] dulcissonis similiter personantibus signis, usque dum ad praefixam pontificalem sedem in praefatam basilicam pervenerunt, venerabilime eodem in loco componendo, ubi honorifice pausat in corpore atque Domino auxiliante dignis eius meritis mirifice usque in hodiernum diem sua sancta micant[b] pignora. Caeci videndo, claudi ambulando, surdi audiendo, muti loquendo, ceterique debilas et alii variis langoribus oppressi eo etiam modo adiuti ac salvati atque in integram restituti sunt sanitatem, quo-

Actus Ioan. Acta Liborii Matth. 11, 5 Marc 7, 37

a) quomodi, *m. al. corr.* quomodo, *c.* b) sancto *c.* c) iusti *c.* d) hymniticis, *m. al. corr.* hymnidicis, *c.* e) sanctorum, *corr.* sanctum, *c.* f) Liborium *in rasura c.* g) ingressus *c.* h) kt *c.* i) ianuarium *c.* k) misam, *m. al. corr.* missam, *c.* l) licuissent, *m. al. corr.* licuisset, *c.* m) hortus, *m. al. corr.* ortus, *c.* n) properabimus, *m. al. corr.* properavimus, *c.* o) qq, *corr.* q, *c.* p) *ita c., cf. supra p.* 808, *l.* 34 *et p.* 811, *l.* 13. q) distabimus, *corr.* distabamus, *c.* r) ternarius *linea excunte m. al. in margine supp. c.* s) dicti *c.* t) pfectum, *m. al. corr.* pfectum, *c.* u) nobis con | venerant, *m. al. corr.* nobiscum venerant, *c.* v) ecclesiastici, *m. al. corr.* ecclesiastica, *c.* w) comitates, *m. al. corr.* comitantes, *c.* x) Ludovici *c.* y) rumugire *c.; cf. anonymi epistula ad Carolum Magnum (MG. Epist. IV,* 490, 37): vestris rumigeris moribus. z) Cenomannico *c.* a) consiluerunt *c.* b) *ita vel* corusecant *emendandum pro* miscant *c. bene proposuit Poncelet.* c) in *m. al. superscr. c.*

1) Cf. Num. 20, 6: *Carruerunt proni in terram* atque similiter saepius; Ez. 37, 2: *super faciem campi.* 2) Fluvium sive rivum huius nominis in regione Patherbrunnensi non inveni. 3) Gesta Aldrici p. 17: *pro imperatore . . . Hludowico et coniuge sua Iudith sed et prolibus regalibus . . . atque pro sepedicto Aldrico ipsius urbis episcopo.* 4) Vide supra p. 808 l. 5.

modo in gestis sanctorum confessorum Christi atque pontificum Cenomannicae civitatis in ipso loco in ecclesia duodecim apostolorum honore dicata praeclaris eius meritis insigniter[a] factum esse legitur. In quo ipse venerabiliter a sancto Martino suisque discipulis humatus atque conditus est, quando ipse sanctus Martinus Turonensis[b] archiepiscopus, ut in praefatis scribitur gestis, admonitione divina admonitus est ad pergendum Dominum in eo visitare infirmum, ut ipse Dominus in evangelio: 'Infirmus fui' et cetera. Quod non solum ideo mirabiliter dispositum est, ut ipse bono[c] liberatus in fine susciperet a Domino 'coronam de lapide pretioso', verum etiam ut et ille per eius visitationem in futuro una cum ceteris bonis eius meritis mercedem promissionis evangelicae mereretur accipere; quandoque ipse ab eodem fraterna caritate visitatus et adiutus ac divina consolatione consolatus atque sacrosancto corpore Christi et sanguine confirmatus angelicis cuneis evectus migravit a saeculo, ut in caelis[d] sine fine feliciter viveret cum Christo.

Gesta Liborii. Actus pont. Gesta Victuri.

Matth. 25, 36.

Psalm. 20, 4.

30. In eiusdemque praefatis legitur gestis, qualiter, sicuti praediximus, praefatus sanctus Martinus Turonensis archiepiscopus divino iussu ab urbe Turonensium pergens ad Cenomannicam civitatem sanctum visitaret[e] Liborium; antequam autem in praedictam urbem adveniret ad visitandum et ad animam[f] iam dicti pontificis Domino commendandum sive eum sepeliendum, coepit cogitare sanctus Martinus, quids de futuro fieret episcopo. Sedente vero illo et equitante super asello suo et haec meditante, ostensus est ei divinitus quidam subdiaconus, nomine Victurus, procul ab urbe in psalmodiis orans et laborans in vinea sua, una cum fodesorio[h] suo fodiens eam, capite ac pedibus pulvere sparsus, ac totis viribus vineam suam exercebat et colebat, simulque preces et hymnos Domino psallebat. Quem ut cognovit antedictus beatus Martinus gratia Domini illuminatus futurum fore pontificem, vocavit eum ad se et salutando salutavit, dicens: 'Ave, domne pontifex'. Cuius verba praedictus Victurus benigne suscipiens, et pronus vultu contra eum se humilians sperabat, quod beatus Martinus irrideret eum, qui nullo modo se credebat pontificem[i] unquam fore. Beatus enim Martinus dedit ei baculum suum, quo sustentari solebat, et deduxit eum secum usque ad urbem, ubi sanctus Liborius, eiusdem urbis pontifex, aeger et semivivus iacebat. Cuius etiam[k] animam suis precibus Domino commendans, inter manus eius spiravit in Christo, animaque illius angelicis nutibus ad caelum est transvecta et inter sanctos collocata. Beatus quoque Martinus eum diligenter cum precibus et hymnis honorifice, ut episcopum decet, sepelivit[l]. Post[m] haec autem in civitatem properavit et populo de futuro pontifice alloquutus beatum Victurum praedictum subdiaconum in eadem civitate ordinavit episcopum. Quod[n] nimirum mira dispensatione[o] Dei citissime actum esse noscitur, ne lupi rapaces gregem invaderent, si commissum sibi ovile relinqueret sine pastore, quem ipse beatus Liborius antecessor Victuri pio amore Dei curaque pastorali, ut in gestis eius scribitur, undequinquagintaⁿ procuraverat annos.

Actus pont. Gesta Victuri.

Sulp. Sev., Epist. III de S. Martino.

Actus pont. Gesta Liborii.

31. Praedictus enim Victurus in urbe iam dicta pontificatus ministerium condigne et devote exercens multos suis praedicationibus atque exhortationibus ad Deum convertit atque magnum lucrum in sancta Dei ecclesia fecit, sicuti plenius in eius scribitur vita. Hic autem sedit in praedicta sede annos triginta[p] quatuor, menses septem diesque tredecim[q]; qui et in pace obiit atque honorifice a suis sepultus est discipulis[r], ubi sanctus Liborius, veluti praefati sumus, venerabillime[t] a sancto Martino Turonense archiepiscopo suisque venerabilibus discipulis conditus est, in ecclesia duodecim apostolorum honore dicata, quam sanctus Iulianus ex apostolica sede destinatus per Clementem apostolicum Romanae ecclesiae[1] honorabiliter ultra fluvium Sarte[2] construxit atque dicavit.

Actus pont. Gesta Victuri.

Actus pont. Gesta Liborii.

32. Qui etiam beatus Iulianus primus Cenomannicae civitatis a Domino praedestinatus est episcopus sanctique Liborii antecessor tercius, ut in praefatis sanctorum confessorum Christi atque pontificum scribitur gestis; ubi et plenius lectum est, quam innumerabilia sancti Liborii praecipui confessorum Christi in eadem mirabiliter ecclesia claruerunt miracula, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre in unitate Spiritus sancti vivit et[u] regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

a) insignanter, *m. al. corr.* insigniter, *c.* b) Turonen *c.* c) *ita emendandum pro* boni *c.?* d) celi *c.* e) visitare, *corr.* visitaret, *c.* f) animum, *corr.* animam, *c.* g) qd[s] *c.* h) foditorio *c.* i) *sequitur iterum* se *c.* k) eius *c.* l) sepelire *c.* m) Poc, *corr.* post, *c.* n) Q[t] *fol est* Quia *c.* o) dispensationem, *corr.* dispensatione, *c.* p) ut de quinquaginta *c.* q) *emendandum* viginti *sicut in Gestis Liborii?* r) tredicim *c.* s) discupulis *c.* t) venerabillime *c.* u) et *bis scriptum, sed deletum c.*

1) Cf. Actus pont., Gesta Iuliani p. 28. 2) Cf. p. 807, n. 4.

TRANSLATIONIS SANCTORVM WANDREGISILI ET ANSBERTI QVAE SVPERSVNT.

EDIDIT O. HOLDER-EGGER.

Cum Sermonis de adventu SS. Wandregisili, Ansberti et Vulfranni fragmenta SS. XV, 2, 624sqq. ederem, mihi persuasum habebam ab auctore huius libelli antiquiorem translationis SS. Wandregisili et Ansberti narrationem exscriptam esse. Hoc verum esse iam nunc patet. Nam in codice celeberrimo monasterii S. Wandregisili Fontanellensis[1]*, nunc civitatis Le Hâvre nr. 1, mbr. fol., manu saec. XV. paginis 267—269 antea vacuis relictis inscripta est narratio corporum SS. Wandregisili et Ansberti in monasterium Blandiniense translatorum, quae cum Sermone de adventu, multo longiore quidem, ad verbum plerumque consentit. Sed iam exordio huius relationis cum Sermone collato apparet eam non ex Sermone excerptam, sed ex antiquiore Translationis libello, qui integer fere paucis mutatis inanibusque multis verbis additis*[2] *in Sermone exceptus sit. Hoc enim exordium ex Miraculorum S. Wandregisili libro II*[3] *exscriptum est, quibus cum Sermone comparatis patet hanc relationem ex Miraculorum libro, Sermonis verba (c. 6) ex relatione codicis Fontanellensis descripta esse*[4].

Monachus ille Fontanellensis saec. XV. antiquum libellum Translationis, quem habuit, minime integrum transscripsit, sed cum breviora excerpta in pag. 267—269 exarasset, pluga in pag. 263 et 278 supplevit, ut non integer quidem libellus ille, sed maior eius pars hoc modo nobis servata sit. Indicem reliquiarum Fontanella Blandinium deportatarum, quem monachus Blandi-

1) De quo vide 'N. Archiv' IX, 368 sqq. XVI, 602 sqq.

2) Sed auctor Sermonis praemisit quaedam de SS. Wandrigisilo Ansbertoque et de fundatione atque historia monasterii Blandiniensis, hausta ex Vitis SS. Wandrigisili et Ansberti, Fundatione et Libro traditionum monasterii Blandiniensis, quorum fontium ne gutta quidem in relatione codicis Fontanellensis invenitur. Antiquus igitur Translationis libellus exscriptus est in Sermonis cap. 6. 10 (cuius initium tantum ex eo). 11—21.

3) SS. XV, 1, 407 sq.

4) Quod unum horum monumentorum verbis collatis facile intelliges:

Mirac. II, 2.	God. Fontanell.	Sermo c. 6.
Temporibus igitur, quo gravissima Danorum pyratarum lues Deo permittente . . . oceani litus infestum haberet Galliarumque quaqua versum, maxime adiacentes et contiguas fluvio Sequanae misera cede vastaret provincias, . . . anno . . . regis autem precellentissimi Karoli decimo septimo, sanctissima ossa . . . Wandregisili ac sancti presbiteri Ansberti ob metum et conculcationem horum nefandorum gentilium de Fontanellae monasterio propriis effossa sepulchris etc.	*Temporibus, quo Danica gens circa litus oceani maris piratica crudeliate deseviret ac flammis cuncta vastaret, maxime provinciis flumini Sequane vicinis multum erat infesta. Unde contigit tumulos sanctorum Wandregisili et Ansberti proprio despoliari honore, ut in territorio Bononiensi ab huiuscemodi declinaretur infestatione, anno videlicet dom. inc. octingentesimo sexagesimo. Karolo Calvo, Ludovici Pii filio, sceptra Francorum regente anno decimo septimo.*	*Nam gens barbara circa litus oceani maris ea tempestate debachando magno flumini Sequane vicinis multum erat infesta. Unde contigit tumulos sanctorum proprio despoliari honore, ut in territorio Bononense ab huiuscemodi declinaretur infestatione.*

mensis saec. IX. compositi, Sermo de adventu c. 14 textui magis authentico serviret, cum in relatione codicis Fontanellensis quaedam, quae monachus Blandiniensis scripserat, immutata sint. Et hic p. 276 codicis Fontanellensis manu saec. XV. iteram descriptus est, lectione ubique cum historia translationis eiusdem codicis contra cum Sermonis consentiente. Unde iam antiqui Translationis libelli auctor quaedam in indice reliquiarum mutasse, sed auctor Sermonis genuinum eius textum ex altero codice Blandiniensi exscripsisse videtur.

Antiqua illa Translationis relatio procul dubio a monacho quodam Blandiniensis coenobii composita erat, sed monachus Fontanellensis saec. XV., qui eam exscripsit, quaedam ita mutavit, tamquam si ipse vel alter monachus S. Wandregisili eam conscripsisset, dicens: huius coenobii Fontinelle, de isto coenobio Fontinelle, Geroaldo huius ecclesie abbate, *et unum quidem locum addidisse videtur*[1].

Ut lectores melius de eis, quae in Sermone de adventu relata sunt, iudicare possint: hoc etiam excerpta monachi Fontanellensis eum eis communicare volumus.

O. Holder-Egger (†).

Temporibus[a] quo[a] Danica gens circa litus oceani maris putrida crudelitate desaeviret ac flammis cuncta vastaret, maxime provinciis Rumini Sequane vicinis multum erat infesta. Unde contigit tumulos sanctorum Wandregisili et Ansberti proprio despoliari honore, ut in territorio Bononiensi ab huiuscemodi declinaretur infestatione, anno videlicet dominice incarnationis octingentesimo sexagesimo[3], Karolo Calvo, Ludoviri Pii filio, sceptra Francorum regente anno decimo septimo. Et primo deportata sunt cum maxima multitudine aliarum reliquiarum ad ipsorum sanctorum presbiteri quod dicitur Bladulfi villa. Postea[b] ex supradicta villa in territorium Bononiense delata sunt ad ecclesiam sancti Petri, que vicina est portui Quentavico, que ex dotione prefatorum sanctorum constat, anno dominice incarnationis octingentesimo sexagesimo sexto in vigilia ascensionis[4]. Postea[b] translata sunt ad Carnotenam urbem anno octingentesimo nonagesimo quinto, et primo collocata fuerunt in oratorio sancti Caraunni martiris, in qua eodem martir requiescit. Deinde tribus mensibus elapsis intra muros civitatis in quadam cappella metu gentilium reposita. Ibi quoque divinitus est revelatum, quanta in conspectu Dei preminent virtute, cum circa exanimes exuvias tanta vivens spiritus[c] evigilaverit potencia. Et ut aliqua divinorum operum magnalia perstringam, ibi, ut sic dicam, caecorum ceci visum, surdi auditum, muti lingue officium, claudi gressum, contracti erectionem, paralitici soliditatem et fluxum sanguinis patientes copiosam manancium venarum obturationem, omnes diversis languoribus detenti ex ossibus mortuorum celestem atque vitalem hausere medelam. Quid de expulsione demonum proclamabo? Quicunque antecium aut frequens passi adducebantur, quicunque immundo spiritu vexati atque legione demonum obsessi attrahebantur, absque mora auxilium sentiebant divinum. Interdum quoque solo linteorum attactu curati sunt. Ergo eruditus animus ex hiis medelis corporum et exterioribus perpendat miraculis, quam profluis hii sancti peccatorum animabus obvient beneficiis. Vere enim meritis eorum turbe demonum a cordibus fidelium fugantur, pestes viciorum pelluntur, mors peccatorum perimitur, et vita animarum per Christum suscitatur.

De translatione a Bononiensi civitate sanctorum Wandregisili, Ansberti et aliorum corporum per marchisum Flandrie comitem et Girardum sancti

a) *sic ut codex etiam Mirac. S. Wandreg. II, 2.* b) Postea c. *a. sic cod. Fontanell. Mirac. S. Wandreg.* c) *sic et alii.* d) *sic hoc etiam SS. XV, 2, 626, l. 15, ubi falso episcopus evangelizaverit*

1) Vide infra p. 816, n. 5. Fieri potuit, ut iam in codice Fontanellensi libelli Translationis, quem monachus saec. XV. exscripsit, quaedam mutata essent. 2) Sequentia exscripta sunt in Serm. de adv. SS. Wandreg. etc. c. 6, SS. XV, 2, 626. 3) Falso annus 17. Caroli, quem Mirac. S. Wandreg. habent, aequatus est a. 860. Non recte dixi SS. XV, 1, 408, n. 2 haec a. 858, acta esse. Nam quae sequuntur aliquot annis post facta esse videntur. 4) Cum in Mirac. S. Wandreg. II, 4 vera ham ascensionis hoc anno die Mart. 11, et ib. c. 14 Nov. 6. diem dominicam fuisse relatum sit, haec a. 858 aut 869, non a. 866. facta esse videntur. Cf. quae SS. XV, 1, 408, n. 6 dixi.) Sed in Mirac. S. Wandreg. l. II, c. 19 (21) et 29 (28) Quentavici etiam miracula a. 867. et 868. facta esse referuntur.

Petri iuxta Gandavum abbatem. episcopo et civibus prefate civitatis renitentibus.

Evoluto* tempore aliquanto Arnulphus marchisus comes Flandrie, qui a sancto Arnulpho, avo sanctissimi patris Wandregisili, nomen traxit et genus[1], assumpto secum venerando Girardo abbate monasterii sancti Petri in monte Blandinii iuxta Gandavum cum magno Christi sacerdotum, monachorum atque clericorum collegio, cum instructa quoque fide et spe christianorum exercituum legione ad urbem usque properat Bononiensem; ubi sese cum exercitu predicto humili presentans devotione sanctis, quorum illic[a] gratia advenerat[b], pavimentum terre stratus lacrimis rigabat. Avus namque predicti Arnulphi vocabatur Balduinus, qui ob invincibile[c] animi robur et fortia insignia gestorum cognominabatur Ferreus; hic enim accepit Iudith filiam Karoli Calvi, que peperit ei filium equivocum, cui Elfradis filia regis Anglorum[2] genuit Arnulphum[3]. Ut autem ad ordinem redeamus, vocatus adest civitatis[4] episcopus nomine Wicfredus cum splendido apparatu et nitidis ecclesie officiis; qui cum in exequendo marchisi decreto, licet invitus, et mentem gravi doloris vulnere saucius ingereret, ecce adsunt cum vulgo innumerabili primores loci zelo[d] caritatis armati et nota sedicione Arnulphi voluntati moliebantur resistere. At[5] Christus, pax vera, predictum abbatem Girardum usque Rothomagum[e] pro reedificatione huius cenobii Fontinelle venire presciens et Mainardum illius ecclesie monachum hoc sanctum cenobium reedificare previdens[5] surgentis scandali incendium huiuscemodi oppressit[f] miraculo. Nam quedam matrona nomine Torulla, que velut altera Anna die vel nocte non discedebat[g] de templo, ieiuniis et orationibus serviens Domino, circumstantibus clara edidit voce, qualiter revelacione divina sibi ostensum est, qualiter loculi, quibus preciosa sanctorum continebantur busta, relictis in quibus tenebantur sedibus, quasi super alas ventorum per inane levati abbatis et monachorum insiderent ulnis, et cum hoc adiecit: 'Sciatis per hoc, fratres mei, voluntatis esse altissimi, ut migrent hinc hii sanctissimi viri'. Preterea[h.6] gravis suspicio oritur, gravior[i] sedicio suscitatur; dicebant enim corpus egregii confessoris Vulmari[k] atque abbatis ab ipsis esse sublatum[7]: cuius rei materiem excitabant duo clerici, quorum alter dicebatur Notgerus, alter Hergerus[l], unus eorum sancti Vulmari prepositus alterque edituus. Ubi vehementer motus[m] in eos episcopus sacrilegii eos[n] cepit arguere et ignominioso crimine denotare; predictus vero abbas cum hanc nec satisfactione nec contradictione calumpniam valeret delere, ad hoc res perducta est, ut sigillo rupto et loculo fracto[o] oculata id fide niterentur explorare. Videns autem abbas eos sibi nullo modo adquiescere neque ceptam pertinaciam deponere, id pro omine imminentis sibi leticie presagus accepit, unde et cunctis coram astantibus dixit: 'Vere scio, beate Wandregisile, hic tuam adesse virtutem, pro consociandis tibi college tui Vulmari sacris artubus famulis tuis hunc laborem impendere[p]'. Quod et factum est. Aperto ergo sacrosancto loculo corporis sancti Vulmari bina membrorum pii confessoris occulto Dei iudicio promeruit et unum episcopali benedictione, gratias agens Deo, suscepit. Et satis congrue, ut quod desuper datum est daretur duplum, quod vero deorsum subduplum. Hiis ergo reliquiis

*) *Delctis verbis* Evol. temp. aliq. *scriba postea interposuit:* Anno dominice incarnationis nongentesimo quadragesimo quarto, Martino tertio vices apostolicas agente et Ludoico Francis imperante, primo Ricardo tercio duce Normannorum du . . . . *(pauca verba a bibliopego abscisa sunt). Haec fere omnia sunt ex libelli extrema parte, infra repetita; cf. Serm. de adv. c.* 20. *l. l. p.* 631.

a) illic *Serno c.* 12. b) adierat *c.* c) invincibile *c.* d) zelo car. *deleto c.;* celo insipientiae *Serno c.* 12. e) *superscripto sunt quaedam, quae certe legi nequeunt (ad civitatem normā?).* f) expressit *c.* g) ab oratione *add., sed del. c.* h) *sequentia p.* 266 *a librario suppleta sunt, hoc loco signo posito, quo indicetur hoc loco ea esse inserenda.* i) *sic Serno:* grauior *c.* k) vulmaris *h. l. c.* l) Helgerus *Serno.* m) motus *suppleri ex Serm.;* in *post del. in c.* n) eos *suppleri ex Serm.* o) id fide *iam h. l. add., sed del. c.* p) ipede *c.*

1. Cf. Geneal. domus Caroling. SS. II, 309. Haec exscripta sunt in Serm. de adv. c. 10—12. l. l. p. 627 sq. 2) Alfredi Magni. 3) Cf. Geneal. com. Flandr. Bertin., SS. IX, 305. 4) Bononiae sive Morinensis episcopus; cf. SS. XV, 2, 628. n. 3. 5) Haec *(At Christus — previdens)* monachus Fontanellensis ex Mirac S. Vulfranni c. 2. 3, D'Achery, Spicil. (Parisiis 1587) III, 251—253, inseruisse videtur, quae in Serm. de adv. non leguntur. 6) Sequentia exscripta sunt in Serm. c. 13. Unde apparet haec hoc loco etiam in antiquo Translationis libello exstitisse. 7) Ex ecclesia S. Vulmari Bononiensi.

gratanter[a] susceptis et unctis prefatorum Christi sacerdotum sacris exuviis [feliciter[b] transiit in effectum quod presago abbatis sermone est predictum.]

Ipsis igitur litigantibus in pace reductis monachi precunte abbate ad sancta sanctorum accedunt, et leti iuxta revelacionem divinitus ostensam in ulnis suscipiunt. Et cum prefatis sanctis Wandregisilo et Ansberto aliorum sanctorum corpora cum innumera multitudine reliquiarum assumpserunt[c], que de isto cenobio Fontinelle monachi condam[d] metu gentilium ibidem, ut dictum est, secum deportaverunt, quarum maxima pars olim in aureis atque argenteis capsis fuerunt adornate, sed propter paupertatem monachi in territorium Bononiense metu gentilium degentes auri argentique distracto precio emerunt ex illis victui necessaria[1]. Alia autem pars auro atque argento nobiliter decorafur. Quarum aliqua subscribuntur*: Primo de casula sancti Wandregisili, cappellum capitis eius, una ex caligis eius, subtalares, sporta, pars illius crocie. Tunica sancti Ansberti et pars ipsius casule, marsuppium vero et anaphus seu pixis atque cultelli. Maxima pars dalmatice sancti Vulfranni et cultellus et vagina. [e]De ligno sancte crucis. De spongia unde fuit Dominus aceto potatus. De sepulchro Domini coloris albi atque coloris[f] rubei. De vestimento Domini et de tunica eius inconsutili. De ligamento unde[g] fuit ligatus. De loco ubi crucifixus fuit coloris varii. De monte Calvario et[g] de monte Oliveti. De lapide super quem stabat Dominus[h], quando dixit[i] Petro: 'Tu es Petrus'. De manna Domini. De pulvere in quo salvator noster pedem posuit, quando de Iordanis alveo in naviculam ascendit. De ligno trans Iordanem plantato. De vase in quo benedixit Dominus aquam, quam in vinum mutavit. De quinque panibus. De petra que est in Golgatha. De ligno ubi Zacheus sedit. [k]De vestimentis sancte Marie. [l]De terra oratorii sancti Michaelis. [m]De sancto Iohanne precursore Domini et de spongia ipsius. [n]De pannis innocentium aspersis eorum[o] sanguine. De vestimentis eorum. Reliquie de sancto Petro atque[p] de[q] lecto et de pallio ipsius[r]. Reliquie de sancto Paulo et de pallio ipsius[r]. Reliquie sancti Andree apostoli. Reliquie de sepulcro sancti Iohannis ewangeliste et de vestimento eius. De osse sancti Mathei apostoli et ewangeliste. Reliquie sancti Symonis apostoli. [s]De sancto Clemente. De ossibus sancti prothomartiris Stephani et de eius sanctissimo sanguine et de uno lapide cum quo lapidatus fuit. Reliquie de sancto Dyonisio et de sancto Eleutherio. Reliquie sancti Laurencii martiris. De osse sancti Vincencii diaconi et martiris. Pixides due ex ebore, que fuerunt a sancto Wandregisilo ab urbe Roma delate, e quibus una retinet partem genu sancti Leonis pape[t] cum balsamo sacrato, et[u] in qua est aliqua pars ossium sanctorum Crispini et Chrispiniani, que eciam continet aliorum[v] reliquias sanctorum. Reliquie sanctorum Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocencii. [w]De sancto Victore.

*) *Index reliquiarum p.* 276 *codicis manu saec. XI°, scriptus legitur:* Nomina reliquiarum deportatarum ob metum paganorum de monasterio Fontinellensi in Bononiam civitatem, post in monasterium sancti Petri Gandensium reposita fuerunt anno dominice incarnationis nongentesimo quadragesimo quarto.

Corpus beatissimi patris nostri Wandregisili

Corpus sancti Ansberti archiepiscopi Rothomagensis.

Reliquie de sancto Wandregisilo: De casula sancti Wandregisili, cappellum capitis eius, una ex caligis eius, subtalares, sporta, pars crocie ipsius. De sancto Wandregisilo.

Reliquie de sancto Ansberto: Tunica sancti Ansberti et pars ipsius casule, marsupium et anaphus seu pixis atque cutelli[x]. De sancto Ansberto.

Reliquie de sancto Vulfranno: Maxima pars dalmatice sancti Vulfranni et cutellus[x] cum vagina. De sancto Wilfranno.

De ligno sancte crucis — — — — quorum breves legi non potuerunt. Alie quoque reliquie olim in aureis atque argenteis capis adornate delate [sunt[y]].

a) gratantes *c.* b) *uncis inclusa supplevi ex Serm. c.* 14, *a bibliopego abscisa sunt in cod. p.* 266. c) assumpserunt *c.* d) ede *c.* e) *in marg.* 2: De salvatore nostro Iesu Christo. f) rubei *col.* 2. g) *deest* 2. h) Iesus 2. i) dicit 2. k) Reliquie de matre Christi *add.* 2, *et in marg.*: De beata Maria. l) *in marg.* 2: De sancto Michaele. m) *in marg.* 2: De sancto Iohanne baptista. n) *in marg.* 2: De innocentibus. o) sang. eorum 2. p) et 2. q) *desinente hoc loco p.* 267, *sequentia p.* 269 *exstant, ubi* Rel. de s. P. atque *iterum scripta.* r) eius 2. s) Reliquie de martiribus *add.* 2. t) pappe 2. u) *suppl.* altera *ex Serm.* v) rel. al. 2. w) Reliquie *add.* 2. x) *sic c.* y) sunt *detersum legi nequit.*

1) Haec sumpta sunt ex extremis verbis indicis reliquiarum integri, in Serm. c. 14, l. l. p. 629 descripti, qui mox hoc loco paululo breviatus et leviter paucis locis immutatus legitur.

Reliquiæ sanctorum martirum Geruasii, Saturnini et Simphoriani. Reliquiæ martirum Ypoliti, Vincentii et Prothi. Reliquiæ sanctorum martirum Christofori, Leodegarii et Solatoris. Reliquiæ sanctorum martirum Quirici, Marcelli, Danielis, Siluini, Simeonis. Reliquiæ de septem dormientibus. Articuli manuum sancti Kiliani episcopi et martiris, quæ reliquæ Erkengerus comes et Arnoldus de Germania Bononiensem ciuitatem deportauerunt. De sancto Timotheo martire. De sancto Caroforo martire. De sanctis Lorio, Gemino et Tadasio senatoribus. De sancto Machabeo et sancto Marciano. De sancto Marcello et sancto Mauriciano. De sancto Lamberto, Patterno et Desiderio. De casula sancti Gregorii papæ et alia de eo reliquie, scilicet de cingulo et de cilicio eius. Maxima etiam pars de membris sanctorum Ermelandi et Heremberti[1]. De sanctis confessoribus Martino, Audoeno et Veranco. De casula sancti Siluini episcopi. De barba sancti Audoeni Rothomagensis episcopi. De Augusto unde fuit[2] tacti. De linteamine super quod transiuit et cauisia et nasibus. De sancto Fricano confessore. De pallio sancti Remigii. De sanctis confessoribus Germano, Sulpicio et Saturnino. De sanctis confessoribus Marcello, Bertino et Albino. De sancto Stephano protomartire. De sancto Amatore. De sanctis Frideberto et Eucherio. De capella sancti Bernardi. De sanctis Gerardo et Francisco. De sanctis Benigno, Maximo et Macheto. De sancto Elzeario, Wandone et Ieronimo. Reliquiæ sancte Azalbe[3] uirginis. De pallio sancte Azalbe. De capella sancte Aureæ. De sancto Cecilio et aliorum reliquiis. De pallio sancte Eugenie. De sancta Perpetua. De sanctis Anastasia et Secundo. De capella sancte Radegundis et aliorum reliquiæ. De sancta Balthilde regina, que sancto Wandregisilo multa bona fecit. De sancta Columba. De sancta Margarita. De capella sancte Helenæ cum pepli vestibus. De sancta Fide. De sancta Barbara. Et de aliis multis septem sanctis, quorum breues dezi non potuerunt. Alias reliquias, que extra in altaris atque armariis capsis iacebant adorauit, ut dictum est, deuote.

De quibus omnibus sanctorum reliquiis predictis obviam venerunt[4] clerus et populus Bononiensis, letis[5] pectoribus concrepantes. Quod quidem mihi [illegible] et sanctorum exultantia festiuitate et tunc primum precipue [illegible].

Postea uero, dies octauus ueniendi sanctorum datus peticionis et petitionis exhibendis ad eosdem Bononii letus maturat[6] redditus. *Hic autem* [illegible] *sanctis* [illegible] *sed cum de festi Bartholomei apostoli post missæ celebrationem* [illegible]. Quapropter ante processis sanctorum pignoribus Cassiensem, prelatis nonnullis [illegible] et sparsa lacrimis et uoto nostissimis. Multi etiam de suis deuotam. Quo [illegible] sanctis ordinis sui priuati, ubi eum iam diuina auxit. Et [illegible] sancte [illegible] ciuitatis, ipse subsistere non meruit. Hoc non obstante [illegible] abbatis[7] eum exhortantis, ut a talibus ampliis suis prohiberet, [illegible], tandem Bandani ne deposuerunt. Et in monasterio sancti Petri [illegible] cum pecunia, dulci ac deuota meditatione beate de Septembris [illegible], anno incarnati Verbi nongentesimo quadragesimo quarto, indictione secunda, [illegible] apostolicus sedis, Ludouico Francis imperante. Venerunt autem ecclesie [illegible] monachorum, cleros ecclesiasticos infelis decoratus, presente Transmaro [illegible] episcopo et comitatu eius sub pio patrocinio. De [illegible] Regalis [illegible] comitis, omnis patria deuota honestate et honesta deuotione [illegible] deuote. In quo [illegible] aduentus articule de gloriam eorundem aduenientium [illegible] Bandinensis habuit innumerabiles [illegible] sequitur Vestire.

[illegible]

1 Hec ex capsa [illegible] Sem. de adv. c. 15. — 2 Hec pallet ex Semine de adv. c. 15. — 3 Nouæ Azalbe. — 4 *Hic incipiunt*, que Sem. de adv. c. 17 exc. Bacone de Nouilla. Hec et Sem. de adv. c. 17 exc. sequentia sunt. — 5 Grandi. — 6 Sequitur in Sem. de adv. c. 20, 21 excepta sunt.

arbores quoque eorundem florum varietate candescere, viridescere, purpurascere quoque ceperunt et distinctorum varietate colorum merita declarare sanctorum, in tantum ut eciam pultulancia fructuum primordia in naturales iam species mirareris formata. Et in revolucione eius anni eedem[a] arbores se eodem florum decore per plurimos annos vestiere et hanc Dei gloriam in testimonium tanti miraculi memorie mortalium revocavere[b]. Quorum tactus et odor plures infirmos sanitati restituere. Merito adventum predictorum sanctorum Deus florigero honoravit miraculo, quia cum angelis coram ipso sicut lilia floreut in celo, ipsi eciam viventes in carne illorum[c] sese florum decore decorare studuere, quibus Christi ecclesia huiusmodi blanditur eloquio: 'Florete flore, quasi lilium[d] date odorem'. Horum exemplo ut oliva fructifera in domo Domini crescamus, ut palma Domini floreamus, ut cedrus Libani multiplicemur, immarcessibilium ergo florum suavitate flagremus, fructus honoris atque honestatis producamus et hos supernis odoramentis misceamus, ut cum illis acceptabile Deo sacrificium redoleamus et iuxta illud Apocalipsis 'fialas aureas plenas odoramentorum' in conspectu agni offeramus, qui cum patre et spiritu sancto regnat unus Deus in secula benedictus.

C

Miraculum[e] per [sanctos[f] factum, quando] in monasterium sancti Petri iuxta Gandavum deferebantur venerabilia eorum corpora.

Primum miraculum. Girardus[1] igitur abbas et comites venerandi tantorum sanctorum ditati patrociniis et preciosis exhilarati pigneribus ad montem Blandinii iuxta Gandavum letum maturant reditum. In quorum reditu magna cordis letitia sublatis in celum vocibus Deo gloriam canunt episcopus cum clero[g]: clerus autem et populus prefate Bononie civitatis in magna amaritudine flebilibus modis luctum cordis aperiunt. Cum enim plebs innumerabilis de cunctis finibus ad sanctorum confluerent[h] suffragia et densa per omnes campos sese explicarent examina, tanta impediente multitudine celerem nequibant pedibus gressum imperare. Christi autem milites preciosa gestantes pignera magis ferri quam aliquid estimarent ferre. Et cum a senioribus procedere et laborantem iuberentur plebem respicere, dixere: 'Ne turbemini, patres et domini, sed Christum hic in sanctis operantem admiramini! Honera, que ferimus, nostros accelerant gressus, quibus onerati fatigari non posse miramur, exhonerati vero communi vobiscum labore fatigamur.' Hec autem eo acta sunt loco, ubi mons quem dicunt Womesberch a radicibus aera petit. Ab hoc ergo loco qui de vicinis advenerant civitatibus, sanctorum se patrociniis commendantes ad propria magnis fatigati doloribus sunt reversi.

Secundum. Preterea equis ad ferenda vivifica sanctorum busta deputatis in quandam villam secus mare sitam, Werethan[2] nuncupatam altera die diverterunt; gratulantibus autem eis et de inventa hospitalitate et de prodiua vicinorum humanitate, inopino[i] aeris turbine et procellosa maris concussione omnis letitia merore absorta est. Mare enim funditus eversum ita se mola fluctuum erigebat in altum, acsi divino mox imperio terminos proprios egressurum et superficiem terre occupaturum. Quid agerent, nisi in illo, cui canitur: 'Adiutor in tribulacionibus', spem omnem transferrent? Fusis ergo ad Deum precibus et lacrimis, cum sacrosancta benignissimi Wandregisili patrocinia fluctuantibus opponerent undis, ecce sedato aere omnis ita in se resedit pontus, acsi valida Dei dextera suis inprimeretur sinibus. Renovantur hic antiqua eiusdem patris miracula in Geroaldo huius ecclesie[k] abbate et Grippone prefecto, qui sevientis pelagi vim perpessi baratro mortis pene fuerunt absorpti, nisi eorum votis, lacrimis et precibus succurrisset beatus Wandregisilus[3].

Tertium. Eodem quoque tempore inundacionis flagellum orbem premebat universum, 'aperte calarate[l] celi', vise sunt aque[m] consumere subsidium anni, sed sanctus Wandregisilus

a) *post corr.* idem c. b) reclauere. De quorum c. c) *sic Sermo c. 21; hs c.* d) et *add. Sermo ad Valq.* e) *sequentia p. 278 scripta sunt ab eodem librario, qui precedentia exaravit.* f) *uncis inclusa supplevi, quae a bibliopega abscisa sunt in c.* g) clerus autem *expunct., et superscr.* episc. cum clero c. h) *sic c.; Cum enim populorum . . . confluerent suffragia Sermo.* i) *sic Sermo c. 16; inopinata, sed nata e corr. c.* k) *alio atramento superscripta est vox in c., quae legi nequit.* l) *sic c.* m) aquis *Sermo.*

1) Quae supra (v. p. 818, n. 2) omiserat librarius, hoc loco supplevit; quae ea antiquo Translationis libello in Serm. de adv. c. 15—19 excripta sunt. 2) Frethun. 3) Cf. Mirac. S. Wandreg. I, 7. II, 12. SS. XV, 1, 407 sqq.

Christo cum mirificante inundacioni remedium fecit, nam celi clausi hanc iussi sunt legem pati, ut et imbres nimios suspenderent et aerem iocunditate sereni exhilararent[a]. Quod eciam intelligentes agricole sanctis per omnem viam studuerunt occurrere et tanta mirabilia confitentes devote erant gratias Deo agentes[1].

(Vac. 21) Quartum. Preterea, cum Neumam fluvium transsissent, villam[b] vocabulo Ogiam[2] hospicio delegere, ubi intermixta turmis fidelium ad memoriam sanctorum cum ymnis pernoctantium quedam infirma, membris omnibus dolori capitis compacientibus, Deo miserante mox pristine sanitati est reddita.

Quintum. Deinde ad castrum quod Berga[3] dicitur cum magno fidelium concursu et occursu venerunt, et depositis in ecclesia confessoris Christi Winnoci debito honore sanctis pauper quidam ob insequentem se cum armis hostilem cuneum ad eorum solida fide confugit[c] patrocinium; ubi cum in eorum aspectu thura precum incendit et aurum preciose fidei appendit, mox eiusdem ponderose fidei merito palma ei triumphalis elusis et retroactis hostibus arrisit.

Sextum. Preterea post biduum inde egressi ad alveum sermone rustico cognomine Drivlit venere, quod nos Latine Trinum-fluentum possumus dicere, cui scilicet alveo quia ex more mare exestuans iam inundare cepit, comes sancti itineris, inclitus scilicet marchisus, cum omni exercitu magno equorum et labore et sudore vix transmeabilem habuit, Girardus vero abbas et fratres obsequio sanctorum deputati sola invocacione nominis Christi senserunt mare Dei nutu mire dilacionis moderamine suum coercuisse accessum, ut sanctorum absque difficultate perageretur transitus.

Septimum. Deinde in tercio die Bruzzias[4] sunt delata ac celebri honore in basilica sancti Donaciani deposita, ubi archidiaconus[5] cum ardentis febris estuaret incommodo, ad memoriam sanctorum pro se rogaturus, egra vix trahens vestigia, est presentatus; ubi divinam exoratus clementiam intercessione sanctorum sanitatem recepit. Qui domi reversus atque ob celebratum in se Dei beneficium suis gaudium facturus eiusdem mox febris incommodo occulto quidem, sed iusto Dei est repercussus iudicio. Quo languore invalescente a memoria sanctorum eorum sibi aliquid summopere flagitabat deferri. Deferuntur subtalares sanctissimi Wandregisili et ciphus sancti Ansberti. Subtalares alta reverencia suscepit osculo et oculis admovit, estuantibus quoque membris apposuit, cipho autem pauxillum aque libavit, nec mora relicto doloris lectulo surgit, ad ecclesiam descendit, vota gratiarum devotissime persolvit.

Octavum. Ibidem unus dyaconorum ymnis pernox et laudibus in honore sanctorum detestabilis fürti fraude familiaris rei dampnum perpessus est; unde representans se sanctis inter flebiles querelas preces fudit et lacrimas, ergo exauditus est, non solum dampno restituto, verum eciam lucro dampni adepto. Hiis miraculorum insignibus tota Flandria et Maritima regio[6] nobilior est reddita.

Inde[7] ad montem Blandinii perrexerunt et prefata sanctorum corpora cum reliquiis supra nominatis in ecclesia sancti Petri, ubi corpus ~~beate Almaberge cum aliis sanctorum~~ corporibus requiescit, devote collocaverunt, anno quo supra[d], in quorum adventus articulo totus mons Blandiniensis natura mirante flores cepit producere *etc.*[e]*.

*) *In inferiore p.* 278 *haec exarata sunt:* Miraculum, qualiter in adventu brachii dextri sanctissimi Wandregisili herbe, arbores seu fruges deperire propter siccitatem videbantur in pago Caletensi, sed sic contigit, ut sicut inventus prothomartir Domini Stephanus siccitati remedium fecit, ita beatus Wandregisilus in adventu sui dextri brachii Christo eum mirificante in pago Caletensi siccitati succurrit. Et quandoque pro aliquo negocio devote illud deportamus, pie peticionis effectum semper nos adipisci gaudemus. Require in primo folio: Evoluto tempore aliquanto. *Foliuni primum et pars prior codicis tota periit.*

a) *sic Sermo*; exlplararent *c.* b) ad villam *c.* c) *sic Sermo c.* 18; ufugit *c.* d) quo supra *certe legi nequit.* e) *alia atram. addl. in c.*: Quere ante folio . . . . .

1) Haec tria miracula ante ea in antiquo Translationis libello exstabant, quae supra p. 818, l. 30—32 leguntur (= Serm. de adv. c. 15. 16), sequentia post eadem (= Serm. c. 18. 19). 2) Oge. 3) Bergues. 4) Brügge. 5) Bernaclius vocatus in Serm. c. 19. 6) i. e. Zeeland. 7) In sequentibus partim repetita, partim ex antiquo Translationis libello pleniora descripta sunt, quae supra p. 818 sq. leguntur.

FVNDATIO ECCLESIAE S. NICOLAI LEODIENSIS.

EDIDIT **F. BAETHGEN.**

Miracvli s. Nicolai Leodii facti fundatacque ob id ecclesiae huius sancti historia, quae concordat fere cum Aegidii Aurecrallensis[1] *recentiore eiusdem fundationis narratione, e quattuor codicibus bibliothecae publicae Duacensis, nempe 1) nr. 838 saec. XIII. (cf. 'Analecta Bollandiana' XX (1901), 389 sqq.) fol. 152, 2) nr. 842 saec. XII. (l. c. p. 398 sqq.) fol. 63r—64v, 3) nr. 855 saec. XV. (l. c. p. 409 sqq.) fol. 152—162, 4) nr. 865 saec. XII. (l. c. p. 416 sqq.) fol. 19r—20v primum edita est in Analectis Bollandianis, tomo citato p. 429 sqq. Quam editionem hic repetimus.*

F. Baethgen.

De eo quod sanctus Nicholaus ab urbe Leodicensi temporibus Conradi imperatoris inguinariam pestem reppulerit[a].

Illud miraculum non est silendum, quo in tempore necessitatis et angustiae urbi Leodicensium[b] beatus confessor Christi Nicholaus opem suorum contulit meritorum. Hanc enim sua revelatione visitavit et illi medicus salutis hoc modo patronus advenit. Tempore Conradi imperatoris sub Reginardo[2] Leodicensi[c] episcopo ipsam civitatem et circumpositam regionem adeo inguinaria perculit clades, ut populi non parva multitudo interiret, nullique spes salutis erat et vitae, quem hic divinae animadversionis gladius percussisset in inguine. Tanta enim languoris acerbitate opprimebantur, ut in eis mortis dilatio perparva fieret vel nulla, factamque Dei erga se misericordiam dicerent, qui paene inevitabilem pestilentiam effugissent. Eo tempore quidam clericus ipsius civitatis, vir misericordiae operibus deditus — adiutor quippe et amator dicitur fuisse pauperum — huiusmodi incurrit periculum. Quem iam in extremis positum cum turba pauperum, qui eius cottidiano fovebantur subsidio, plangerent et lamentarentur mortemque illius quasi alteram clamarent imminere sibi[d] cladem, et ipsorum Dominus in eo sanavit contritionem et Nicholai declaravit virtutem. Mulier enim[e], quae una ex eorum videbatur[f] collegio, sed quae a Deo inspirata et missa ei fieret[g] praenuntia salutis, ingrediens et adstans iacenti: 'beatum', inquit, 'Nicholaum magni apud Deum meriti esse noveris. Cui si te tota devotione committas, potens est, ut in praesenti necessitate tibi eius succurrat gratia. Nihil ergo haesitans de misericordia piissimi confessoris iube cereum fieri, qui hac nocte coram sancto altari, in qua volueris ecclesia, in honore ipsius lumen indeficiens ministrare sufficiat.' Quae dicta cum vana praesentibus et ex feminea sedulitate iudicarentur prolata, ille tamen, qui nihil inexpertum vellet relinquere, quod tantis doloribus suis mederi posse addisceret, iussit impleri[h], quod mulier suggesserat. Sed ex consequentia salutiferae visionis et experimento consecutae salutis manifestatum est divinae voluntatis consilium, ut in Leodio ad gloriam Dei memoria et veneratio haberetur sancti Nicholai. Ea siquidem nocte illi per visum senex venerandi habitus apparuit eumque clementer intuitus ait:

'ut sanus vivas, Nicholai gratia praestat'.

a) *ita* 2; Miraculum s. Nicholai antistitis de quodam clerico 4; *superscriptionem om.* 1. b) Leodiensium 2. c) Leodiensi 2. 4. d) *om.* 1. e) quaedam enim mulier 1. f) videbatur ex eorum 1. g) fuerat 1. h) expleri 1.

1) Gesta ep. Leodiensium II c. 73, SS. XXV, 69 sq. Cf. etiam, quae de eadem re tradit Iohannes dictus Ultramosanus, Ly Myreur des histors II (ed. Borgnet-Bormans) t. IV, 223, cf. t. III, 488. 2) 1025—1037 Dec. 5.

Ad haec clericus evigilans iamque sanitatem, quam Nicholai praestabat gratia, infirmo corpori suo sentiens infundi, caelesti congaudebat visioni, et his quae viderat dicta conferens mulieris beatum Nicholaum sibi apparuisse et se illius gratia perfecte sanandum credidit. Quod et factum est. Nam de infirmitate convalnit ceterisque per eum innotuit auctor collatae sibi sanitatis. Tunc multi, quos clades vexabat inguinaria et qui hac contagione infici, quia latius serpebat, vehementer formidabant, concepta spe salutaris remedii beatum Nicholaum multis exorabant precibus multisque apud eum se obligabant votis, ut et pereuntibus subveniret et adhuc illaesos ab imminenti periculo protegeret. Quorum fidem et orationem beatus pontifex creditur Deo commendasse, ut misericors et propitius fieret peccatis eorum, quia et iram suam Dominus avertit eosque[a] misericorditer liberavit. Cessavit enim tempestas illius pestilentiae et mortalitatis, et facta est eis tranquillitas magna vitae et salutis. Ille autem, qui evidenter caelesti visione curatus est, cum devotionem, quam mente erga sanctum confessorem conceperat, mentibus quoque Leodicensium[b] concipi desideraret, in eadem urbe secus ecclesiam sanctae Crucis basilicam in honore ipsius insigniter construxit eamque undecimo kalendas Augusti[1] supradictus episcopus consecravit. Cogitabat enim, quod et postmodum evenit, quod ibi populus adveniens et beati Nicholai addisceret virtutes et illi devotus esse consuesceret. Ad hanc igitur cottidie ecclesiam numerosa multitudo conveniens sancti pontificis memoriam oblationibus multis honorabat et votis et se illi precibus commendabat assiduis. Ex tunc ergo crescente in Leodio devotione fidelium beata commemoratio ipsius et venerabiliter colitur et solemniter honoratur. Ipsos enim Leodicenses[c] tam clarum tamque salubre sidus necdum radiis notitiae et pietatis suae illustraverat.

Ps. 77, 38. Matth. 8, 26. 1030. Iul. 22

a) et pos 1. b) Leodiensium 2. 4. c) Leodienses 2.

1) Eundem diem anni 1030. praebet Aegidius Aureaev. Aug. anni 1037. afferat. (supra p. 821), cum Iohannes dictus Ultramosanus X. kal.

TRANSLATIONIS ET INVENTIONIS SANCTI DIONYSII RATISPONENSIS HISTORIA ANTIQVIOR.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Sanctum Dionysium Areopagitam ab Arnulfo imperatore ex monasterio S. Dionysii Franciae dam ablatum et Ratisponam in S. Emmerammi monasterium translatum esse non ante saeculum XI. fama inter S. Emmerammi monachos orta est, quae initio tenuis paulatim in certitudinem crevit. Cuius translationis historiam fabulosam et ossium quae Dionysii credebantur inventionem a. 1049. *factam eodem anno inter diem circiter* 23. *mensis Octobris*[1] *et diem* 4. *mensis Decembris*[2] *monachus quidam S. Emmerammi, qui interfuit, composuit, quem Othlonem celeberrimum illum scriptorem falsarumque cartarum inventorem fuisse ex indiciis non levis momenti apud omnes fere constat*[3]. *Othloni etiam sequentium de Dionysii translatione et inventione tribuunt, quae in fine mutila inter alia Othlonis scripta ipsius manu exarata in cod. Lat. Monac.* 14490 *fol.* 163′ *extat*[4].

Haec translationis historia antiquior servatur in duobus codicibus saeculi XV., quorum neuter mendis caret, sed Monacensis Gudferbytanum non uno loco mutilum superat:

1) *Codex Latinus Monacensis* 1805 *(Bavar.* 805*), chartaceus, saec. XV., ex* 146 *foliis constans, qui inter cetera f.* 1 *sqq. epistolam cuiusdam presbyteri ad Reginwardum abbatem, sermonem pro defensione Dionysii Areopagitae, translationis Dionysii historiam posteriorem*[5]*, bullam Leonis papae IX. d.* 7. *Oct.* 1052 *(Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont.* ‡4280*; Germ. pontif. cons. A. Brackmann I,* 284 *sq., n.* ‡3*). f.* 133—141 *translationem et inventionem Dionysii antiquiorem continet*[6]. *Quem codicem benigne Berolinum transmissum ipse contuli*[7].

1) C. 9 in., 10 in. 2) C. 10 ex.; cf. etiam c. 11. Perperam F. Timann, 'Otloh von St. Emmeram', Diss. Berlin 1920 (1921), eam a. 1052/56. fictam esse putat. 3) De Othlone libelli nostri de translatione auctore cf. L. de Heinemann, 'N. Archiv' XV, 336 sqq.; E. Dümmler, 'Über den Mönch Otloh von St. Emmeram', 'Sitzungsberichte der Berliner Akademie der Wissenschaften' 1895, II, 1085; Joh. Lechner, 'Zu den falschen Exemtionsprivilegien für St. Emmeram (Regensburg)', 'N. Archiv' XXV, 627 sqq.; R. Budde, 'Die rechtliche Stellung des Klosters St. Emmeram in Regensburg', 'Archiv für Urkundenforschung' V, 180 sqq.; M. T[angl], 'N. Archiv' XXXIII, 235. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' II[6], 67 sq. rem in dubio reliquit. 4) Quam ex Krausii editione ('De translatione corporis s. Dionysii Areopagitae ... dissertatio conscripta a Ioanne Baptista [Kraus]', Ratisbonae 1750, p. 66 sq.) repetiit R. Koepke, MG. SS. XI, 346. Cf. R. Budde, 'Archiv für Urkundenforschung' V, 181, N. 2; U. Chevalier, Repertorium hymnologicum I (1892), n. 1520. 5) Bibl. hag. Lat. n. 2196. Cf. MG. SS. XI, 343 sqq. Initium inventionis mutilum, quod habes SS. XI, 371, l. 32—41, deest in codice, qui f. 36′ versus sequentes subiungit:

Cesaris ex parte precio quesitus et arte
Est huc translatus Dyonisius iste beatus,
Hacque, ceu Bede scripta docent, iacet ede.
Nonus et hic pixis hoc papa probat Leo scriptis.
Sis memor absque nisi nostri sacer o Dyonisi.
Ut velit esse Iesus noster sicut tuus esus,
Corpore qui proprio te pavit carceris fundo.

6) Cf. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' II[6], 518; Catalogus codicum manuscriptorum bibl. reg. Monacensis, ed. alt. (1892) III, 1, 292, ubi complura addenda vel emendanda sunt; AA. SS. Nov. II, 1 (1894), 538; G. Leidinger, 'Andreas von Regensburg, Sämtliche Werke' p. LXXIV sq. ('Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte, N. F.' I, München 1903). 7) Dedicationum Ratisponensium, quas cum 1805 exhibet una, scilicet notitia a. 980 (MG. SS. XV, 1094 sq.), hic afferatur, quippe quae dei nota alibi omissa aucta sit, f. 39′a: *Anno ab incarnatione Domini DCCCCLXXX°, indictione VIII, dedicata est*

2) *Codex Guelferbytanus* 534. 3. *Nov.* 2°, *chartaceus, saec. XV. poster.*[1], *de quo cf. L. de Heinemann, 'N. Archiv' XV.* 333 *sq., cuius descriptionem petente me benignissime supplevit et emendavit b. m. Gustavus Milchsack, bibliothecae Guelferbytanae praefectus. Hic codex fol.* 50—58' *(non* 49—57') *translationem Dionysii antiquiorem exhibet, quam notitia Frutolfi a.* 1052 *(MG. SS. VI.* 196, *l.* 46 *sqq.), bulla Leonis papae IX. d. 7. Oct.* 1052, *diploma Heinrici III. imperatoris spurium d. 7. Oct.* 1052 *('N. Archiv' XV,* 358 *sqq.) sequuntur. Libellum nostrum cum imaginibus lucis ope factis ipse contuli.*

Historiam translationis antiquiorem, 'quam ex monasterii predicti S. Emmerammi cenobitis percepit', Vitus Arnpeck in Chronica Baioariorum a. 1493. *composita l. III c.* 12 *magnam partem compilavit, cuius variam lectionem ex editione Georgii Leidinger enotavimus*[2].

Sed iam multo ante ipso Reginwardo abbate, sub quo inventio a. 1049, *facta est, S. Emmerammi monasterio praesidente (*1048—1064*) a quodam eiusdem monasterii monacho nova translationis historia multo fabulosior et loquacior composita est, quam qui postremus codicibus manuscriptis destitutus edidit R. Koepke SS. XI.* 347 *sq. perperam non ante saeculum XIII. conscriptam esse probare studuit*[3].

Historiam translationis et inventionis antiquiorem primus ex 2 *Lotharius de Heinemann, 'N. Archiv' XV (*1890*),* 340—358 *edidit et commentario doctissimo instruxit, ex quo complura repetivimus aliis additis.*

Berolini, mense Martio a. 1920. **A. Hofmeister.**

1 Joh. 1, 1 Quod audivimus et vidimus, quod oculis nostris perspeximus et manus nostrae, licet indignae, contrectaverunt de corpore preciosissimi Dyonisii[a] martiris et episcopi primi Atheniensium, apostoli autem Gallicarum provinciarum, in quibus etiam apud Parisius urbem martirii gloriosum consummavit[b] triumphum una cum sociis suis Rustico et 1 h. 1, 8 Eleutherio: de huius, inquam, ossibus quod vidimus et audivimus, vobis, o fratres et concives eiusdemque Christi et sanctorum eius veneratores, annunciamus[c], ut et vos de tanti martiris patrocinio nobiscum societatem habeatis tantique patroni beneficia copiosa nobiscum communi voto exquiratis. Hoc[d] est[e] autem, quod vidimus et audivimus vobisque annunciare cupimus, quemadmodum videlicet eiusdem sanctissimi martiris ossa in Galliae procul remotis partibus olim venerabiliter humata in contiguis iam[f] temporibus Ratisponam Bawariae[g] urbem metropolitanam et in sancti Emmerammi martiris ecclesiam intra eiusdem urbis muros sitam sint translata. Verumtamen[h] ea primitus, quae tam ex nostratium quam ex illorum, qui ex Gallia ad nos veniebant, relatione fideli comperimus, deinde vero tamquam veritatis fundamento ac parietibus ex[i] sermone latiori auditae rei suppositis, illa, quae visu exinde comprehendimus, prout ipse, qui totius 1 cf. Ecth. 1, 5. sapientiae fons et fundamentum constat, cordi nostro inmittere dignatur, edificii more pauca verba superponentes, proferre cupimus. Inter haec etiam lectorem petimus, ne forte propter stili vel eloquii nostri rusticitatem[k][4] minus credat minusve libenter attendat materiae tantae sublimitatem.

a Dionysii *hoc loco* 1. b consummavit 1; cōsummauit 2. c *ita h. l.* 1. 2. d) *ita, prima littera* H *maior* 2; Hec 1 *ter.* 1. e) *loh.* 1, 5: Et haec est annuntiatio. f) *segu.* partibus 1. g) Bauarie 1 *semper fere.* h) *prima littera* U *maior* 2, *novus versus incipitur* 1. i) et 1. k) rusticitatem 2.

haec erecta a sanctissimo Wolfgango huius sedis episcopo kal. Octobris, cooperante abbate Raimoldo, et hoc altare sacratum in honore sancti salvatoris et quatuor evangelistarum. Continentur hic reliquie etc.

1) In fine habes: *'Finitum per Leonhardum Pünholz de Opperkofen anno Domini* 1481, *in die sancti Magni confessoris'* (= 6. Sept.). De Leonhardo Panholz de Opperkofen, presbytero dioecesis Ratisponensis, qui Andreae Ratisbonensis Chronicam de principibus terrae Bavarorum continuavit, cf. etiam G. Leidinger, 'Andreas von Regensburg. Sämtliche Werke', p. LXXIII. Tegumenti anterioris paginae interiori allita est imago Nicolai Galli sacerdotis Ratisbonensis († 1570) a. 1566. facta: *'Gedruckt zu Regensburg, . . . Burger'*. 2) 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte. Neue Folge, dritter Band. Veit Arnpeck, Sämtliche Chroniken. Hgb. von Georg Leidinger'. München 1915, p. 109—112. Cf. S. Hirsch, 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich II.' I (1862), 415 sq. 3) De codicibus cf. W. Wattenbach, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XIII, 393—397; A. Brackmann, Germania pontificia I, 284 sq., n. †3. De tempore cf. S. Rietschel, 'N. Archiv' XXIX, 641—651. — De inventione Dionysii a. 1049. historia posterior in fine mutila non refert. 4) Quod vocabulum saepissime apud Othlonem occurrere ostendit E. Dümmler, 'Sitz.-Ber. der Berliner Akad. d. Wiss.' 1895, II, 1085, N. 3.

1.[a] Arnolfo igitur imperatore, filio Karlomanni regis Bawariae, inter[b] reges et imperatores, sicut in chronicis legitur, famosissimo[c,b] regnante, miracula ac signa beati[d] Emmerammi martiris, qui in urbe supradicta[e] Ratispona corporaliter requiescit, adeo ubique et maxime infra circumiacentes[f] provinciae terminos divulgabantur, tantaque[g] veneracione habebantur, ut non solum principes atque optimates Germaniae illius exquirerent patrocinia, verum etiam idem imperator prae omnibus regni sui locis venerabilibus amaret et efflagitaret[b] eiusdem martiris beneficia[1]. Quia[i] enim sibi in Bawariae finibus ex hereditale patris supradicti Karlmanni, qui eiusdem Bawariae rex specialiter vocatus legitur[2] et sepultus in loco quodam Ottinga nominato quievit[3], predia provenerant maxima, atque occasione huiusmodi aliquantum delentus sepissime necnon libentissime in eadem commoratus est provincia[k], idcirco ex parte contigit, ut contignum sancti Emmerammi[k] martiris[l] monasterium orationis causa, ut[m] dictum est, frequentaret[n] patrocinioque eius se in omnibus commendaret. Et quia toto corde precibus eius[n] se[n] commendavit, erat proficiens et succrescens[4] ac, quocumque se verterat, superavit. 887—899. 1. Reg. 14, 47.

2. Factum est autem, ut idem imperator in occidentalia regna[o] Galliae[o] cum exercitu pergeret et superatis omnibus inimicis, contra quos bellum egerat[p], ad urbem Parisius[f] veniret, ibique prope eandem urbem in herbidis locis, quia tempus estivum erat, tentoria figens aliquamdiu resideret[q]. Interea vero, cum ibidem moraretur et de diversis provinciae ipsius rebus atque locis[r] familiarissimos[s] suos alloqueretur, cepit etiam cum eis consilium agere, quomodo alicuius sancti corpus maximeque[t] sancti Dyonisii[u] exinde posset acquirere. Tunc unoquoque pro viribus suis respondente clericus quidam personae et scientiae celebris, nomine Gisilpertus[v], qui regi erat fidissimus[w], quique[x] eadem regione extitit oriundus, huiusmodi verba est locutus: 'Si consilium meum audire et probare, o cesar, dignaris, spero me[y] opitulante Deo tuis satisfacere votis. Publice ergo simula temet nimis offensum erga me, sed clam auri copiam michi trade. Cumque hoc fuerit factum, ego fugiam[z] quasi[z] a te expulsus ad sancti Dyonisii cenobium[a], et[b], quibuscumque modis valebo, vota tua ibi explebo'. Haec igitur simulatio idcirco excogitata, ut rei ipsius suspicio omnis videretur abdata, regi placuit. Dehinc[c] clericus clam accepto auro velut expulsus nimiumque tristis fugit, et offensum sibi regem omnimodo indicans ad cenobii supradicti abbatem venit. A quo benigne susceptus exponit sui causam adventus pariterque[d] supliciter rogat, ut pro Dei amore suaque oblatione, si quam[e] forsitan illo dignam possit presentare, tam ipse quam congregatio sancta[f] sibi subdita pro se dignetur[g] orare: 'Nichil est', inquiens, 'quod, ut credo, denegetur orationibus vestris[h], utpote[i] qui tanto patrocinio, illo equidem sanctissimo Dyonisio, suffulti estis. Quamobrem, quia non vacua manu vobis pro me exorantibus apparebo, apud eundem patronum vestrum[k] pro me affectu sincero et vos, precor, intercedite et michi id ipsum facere locum et tempus hic commorandi prestate'. Haec et his similia clerico proferente, ostendit abbati pondus ingens auri, dicens se promisisse sancto Dyonisio[l] illem aurum offerre. Videns autem abbas tantum auri nimium fetus efficitur et omnia

a) *capita non numerantur* 1. 2; *litterae initiales minio pangendae excepto c.* 1 *perfectae non sunt, spatio vacuo relicto* 2; *hic incipiunt ea quae compilavit Arnp., c.* 1—4 *integra fere transcribens.* b) inter — famosissimo *(l.* 2*) om. Arnp.* c) -o *corr. ex -e aut vice versa* 2. d) S. *(= sancti) Arnp.* e) supradicta *om. Arnp.* f) *ita* 1. 2. *Arnp.; mut. -tis* 2. g) tantaque ven. habebantur *om. Arnp.* b) efflagittaret 1. i) Quā 1; Quia — provincia *(l.* 11*) om. Arnp.* k) Emmerami *h. l.* 1. l) mart. *om.* 2. *Arnp.* m) ut dictum est *om. Arnp.* n) se eius 1. o) Gallie regna 2. p) paratus 1. q) residerel 1. r) locis *om. Arnp.* s) familiarisissimos 1. t) -que *om. Arnp.* u) Dionisii *h. l.* 1. v) *ita* 1. *Arnp.*; Gilipertus *et in margine* gisilbertus 2. w) *ita* 2. *Arnp.*; fidelissimus 1. x) -que *om.* 1. y) *te* 2. z) fugiam quasi *om.* 1. a) monasterium *Arnp.* b) ut 2. c) Deinde *Arnp.* d) -que *om. Arnp.* e) qua 1. f) sancta *om. Arnp.* g) dignaretur *Arnp.* h) pris (= nostris) 1. i) utpote *Arnp.* k) nostrum *Arnp.* l) Dionisio *h. l.* 2.

1) Cf. ex. gr. Arn. de S. Emmer. I, 5. MG. SS. IV, 551. 2) Cf. ex. gr. Reginonis Chron. a. 876, ed. Kurze p. 112. 3) Regino a. 880, p. 116. 4) Cf. Gen. 26, 13: *et ibat proficiens atque succrescens.* 5) Secundum sequentiam Othlonis manu scriptam in cod. lat. Monac. 14490 f. 163', apud [Kraus], 'De translatione corporis s. Dionysii Areopagitae', Ratisb. 1750, p. 66 sq. = MG. SS. XI, 346, quae proxime ad nostrum accedit, a Gallis invitatus: *Ille ergo invitatus confinia petiit occidentalia, commissurus bellum contra quasdam gentes iam Gallica regna prementes, quas incolae non illius provinciae per se valebant superare* etc. Sed hae nugae sunt.

quae petiit clericus, pollicebatur[a]. Mox velut hospes gratissimus suscipitur et cum omni humilitate ibidem per triduum hospitatur, nemine versutiam illius suspicante. Post haec humiliter postulat ostendi sibi locum, in quo ponat aurum, quod soli sancto Dyonisio fuerit[b] promissum. Quam petitionem abbas, quia satis avidus erat auri, libentissime[c] suscipiens[d] eum ad sancti Dyonisii sepulcrum duxit. Ceterum clericus versutia plenus explorandi gratia, an ipsius sancti seu alterius sepulcrum idem[e] foret, diutius perquirens, abbate vero econtra affirmante, aurum tunc demum inposuit[f] et oratione facta una cum abbate discessit. Dein[g] etiam, ut in cunctis aptior existeret, precio dato refectionem[h] sumptuosam monachis exhibens privatim et communiter eorum se orationibus commendavit ipseque simul orationi continuae[i] vacare simulavit, adeo ut etiam in nocte tertia adventus sui, quam furto sacratissimo iam oportunam esse credebat, quasi pro orationis furtivae gratia licentiam peteret una cum custodibus noctu commorandi in ecclesia. Quod dum facile impetraret, utpote qui in nullo suspectus videbatur, potus copiam tamquam caritatis occasione custodibus attulit et exhortans illos satis bibere aliquamdiu cum eis resedit. Custodes vero id, quod petebatur[k], libentissime executi et in ebrietate[l] magna resoluti sopore, ut fieri solet ebriis, gravissimo deprimuntur. Postquam clericus inspectione studiosa hoc[m] persensit, mox[n] vota sua prosperari credens primum quidem ad fanuam, quae claustri parte monachis specialem introitum prebet, properavit eamque cautissime possulo seu vecte clausit. Deinde introducens viros duos totidem peras gestantes in ecclesiam cum eis vadit ad locum sibi satis premonstratum. Tum[o] vero todiendi sumptu aperientes tumulum beatissimi Dyonisii ossa abstulerunt et dexteram[p] quidem in manu, sinistram partem ossium eorundem in alteram peram ponentes citius ab ecclesia exierunt sicque cum eisdem onerati peris ad regem venerunt. At ille pro hac re minium gaudens Deo gratias egit[q] et[q] mox eundem clericum assumpto secum sacratissimo furto ad urbem quandam[r] dicionis suae precepit celeriter proficisci ibique simul prestolari.

3. Cum[s] autem ad matutinas laudes monachi exurgere cepissent et in[t] ecclesiam more insolito obseratam intrare nequivissent, admirantes valde cucurrerunt[u] et ex altera parte monasterii intraverunt. Deinde non invento clerico confestim arbitrantes aliquas ecclesiae res ab eo sublatas scrutati sunt sollicite, quid contingeret deesse. Et perscrutantes omnia invenerunt sanctissimi patroni sui tumulum ablatis ossibus iam apertum. Mox omnis ille locus fletu planctuque[t] repletur, sed et res miranda atque horrenda illic monstrabatur. Nam sicut[v] a quodam venerabili viro, scilicet incluso adhuc superstite et omnimodo huic seculo abrenunciante, qui quondam in Gallia commorabus et profectus ad sancti Dyonisii[w] cenobium ab eiusdem monasterii abbate didicit, comperimus[x], mox ut sanctissimus eiusdem Dyonisii[x] ossa exinde furto supradicto sunt ablata, omne illud monasterium tanta caligine tantisque tenebrosis nebulis per biduum legebatur, ut vix alter alterum videre posset, miserabilisque horror omnes cenobitas invaderet. De[y] cuius videlicet viri Dei narratione plenius postmodum indicaturi[z] nunc interim ad prima revertamur[a].

4. Igitur[b] abbas supradicti monasterii pro certo comperiens, a quo tale furtum patratum sit, venit ad Arnoldum imperatorem et supplicibus verbis compellat[c] eum dicens: 'Redde nobis, cesar benignissime, quae tibi de rebus nostris furtivo allata[d] sunt munere. Miserere nobis, queso[e], clementissime regum, et redde, quem a clerico accepisti[f] nequissimo,

[a] Ebulo[3] supra. Arnp.

a) [illegible] 2. b) bonat 1. c) libentissime 1. d) suspectens *del. et* suscipiens *superscr.* 2. e) ibidem 1. f) corr. 1. *Arnp.* 2. g) Deinque 1; Deinde *Arnp.* h) *supra*, sumpcionem 1. i) continue 1, *Arnp.*; continuo 2. k) petebant 2. l) ebrietate 1. m) eorum 1, et moderata et ebrietate *Arnp.* n) hoc 2. *Arnp.* o) mox 2. p) dexteram 1. q) agens, omisso et, *Arnp.* r) quondam 2. s) Cum 2; Dum *Arnp.* t) ad *Arnp.* u) cucurrunt, corr. cucurrerunt, 2. v) sicut comperimus *cf. 36) am. Arnp.* w) Dionisii *h. l.* 2. x) Dionisii *h. l.* 1. y) De— revertamur *cf. 36) am. Arnp.* z) compulit *Arnp.* a) illata *Arnp.* b) queso *om. Arnp.* c) recepisti *Arnp.*

1 Cf. Isa. 22, 12; Joel 2, 12. — 2 Infra c. 5. 3 Ebulo, Oct. 2, in Aquitania interfectus est. Dümmler, 'Gesch. fratres Ranonidi comites Pictavenses, abbas S. Germani d. Ostfränk. Reichs' III², 261, N. 2, 388, N. 1. Nomen Patricensis inde ab a. 881 et S. Dionysii, qui a. 892. 'Ebulonis' habes infra c. 10.

loci patriaeque nostrae patronum Dyonisium'. Ad haec imperator, quasi permotus de obiecta furti culpa, respondit, dicens nec se faſeri nec[a] negare velle de hiis, pro quibus tam procaciter iniuriaretur. Abbas vero diu eadem repetens verba et eadem a[b] cesare accipiens responsa tandem obsecrare cepit: 'Si hoc', inquiens, 'non mereor[c] impetrare, ut sanctissimi patroni nostri corpus tibi absque dubio allatum minime digneris redonare, hanc saltim gratiam nobiscum facias, ut numquam fama publica innotescat, quia a loco nostro sit raptus et tibi allatus. Nam si publicatum[d] fuerit, locus profecto noster destruetur. Unde tantae compatiens miseriae locum noli[e] nostrum[e] prorsus destruere, sed ita letitiae tuae incrementa contempera[f], ut et nobis aliquam gaudendi spem relinquas'. Haec et hiis similia abbate ad regem flebiliter loquente, tandem imperator precibus multimodis atque querimoniis[g] illius ad misericordiam motus talia fertur verba protulisse: 'Iam quidem non nego michi delatum thesaurum preciosum, quem queritis, sed hoc nimirum, quoniam[h] non reddo, sciatis. Petitionem autem illam, quam pro silenda patroni vestri direptione protulistis, quantumcumque valeo, diebus vitae meae adimplebo cunctis'. Haec audiens abbas, licet non ad integrum, aliquatenus tamen impetrans, pro quibus regem[i] interpellavit, quasi letus a facie eius[k] abscessit et obtinuisse se simulans, pro quo[l] veniebat, peris quibusdam cum honestate magna super equum compositis, tamquam in eis corpus patroni sui ablatum referret, rediebat[m]. Postea vero, ne vulgo veritas patefieret, evacuatum sancti Dyonisii monumentum desuper contexit illudque[n] omnimodo ita, ut prius erat, adornavit. Porro imperator peragratis Galliae partibus, prout voluit, cum triumpho et gloria necnon cum muneribus maximis ad propria rediit secumque minus divulgata, ut promiserat, veneratione sancti Dyonisii ossa usque[o] ad extrema vitae suae detinebat. Cum autem in Ratisponensi[p] urbe, dilectissima videlicet regni sui sede, positus infirmaretur, obtulit et eadem sepe[q] dicti[q] Dyonisii ossa venerando sancto Emmeramo suamque coronam et[r] pene omnia, quae in libris aut ornamentis regalibus habere visus est, sicut et adhuc in eiusdem sancti Emmerami cenobio probari potest, in quo, ut preternittam alios plures libros manu bene[s] docta[s] scriptos aureisque litteris precapitulatos, unum illius plenarium detinetur tale, cui[t] difficile usquam[u] inveniri possit equale[1]. Sed et ipsius ciborium miro ac precioso auri gemmarumque opere constructum adhuc ibidem reservatur[2]. Ad ultimum etiam[v] idem imperator sepulturae suae locum in ecclesia sancti Emmerami disponens corporis et animae suae pignus[w] eidem sancto committit[3]. Inter haec mirandum et pro exemplo mortalibus cunctis predicandum, quod, cum plerique homines sobole propria carentes in heredes alienos predia divitiasque[x] suas potius quam in Deum transmittant[y], hic vero imperator eximius nec filium suum, nomine Ludwicum[z], quem regni[a] successorem reliquit[b], in ornamentis rebusque[c] predictis divinae[d] hereditati pretulit[e]. Talis erat 899.
finis Arnolfi imperatoris[f].

a) neque *Arnp.*; vel 2. b) a *supersc.* 2 c) merui *Arnp.* d) publicet cū 2; *sequ.* hoc *Arnp.* e) nostrum : noli *Arnp.* f) ob tpa 1; cont. *om. Arnp.* g) querimonias 2. h) quē 1. i) regem *om.* 1. k) eius *om. Arnp.* l) quibus *Arnp.*; *sequ.* petebat 1. m) redibat *Arnp.* n) illudque *om.* 2. o) ita *pro* usque *Arnp.* p) *ita Arnp.*; Ratisponen 1; ratisponense 2. q) sancti 2. r) et *om.* 2. s) benedicta *Arnp.* t) an 2. u) usquam *om.* 1. v) etiam *om.* 1. w) pignus *om.* 2. x) -que *om.* 1. y) transmutant *Arnp.* z) ludwicum 2, Ludovicum *Arnp.* a) sui *sequ. Arnp.* b) reliquid 2. c) suis *sequ. Arnp.* d) diuini 2. e) *hic desinit Arnp., paucis tantum exc. c. 8. 10. 14 subunctis.* f) imp. *h. l.* 2.

1) Quod descripsit Arnoldus de S. Emmerammo l. 5, MG. SS. IV, 551, secundum quem Arnolfus rex pro Marahensium victoria *speciali . . sto patrono Emmerammo . . . contulit totum palatii ornatum. In quo erat ciborium quadratum, cuius auro textum tabulatum, fastigium serto gemmarum redimitum . . . Erant etiam in eo evangeliorum libri plenarii auro et gemmis tecti, scripti, picti ac omnimodis ornati. E quibus unus est cubitalis, opere, precio, pondere siquidem talis, ut ei non facile inveniri possit aequalis* etc. Qui codex, hodie Latinus Monacensis n. 14 000 (Cim. 55), a. 870, in monasterio Corbeiensi pro Karolo Calvo rege Francorum occidentalium scriptus esse videtur. Cf. A. Chroust, Monumenta Palaeographica, I. ser., tom. I, fasc. II (1900), tab. 2—5; Dümmler, Gesch. d. Ostfränk. Reiches² III², 478; G. Leidinger, 'Meisterwerke der Buchmalerei' (München 1920) tab. 1 sqq.; id., 'Der Codex Aureus d. bayr. Staatsbibl. in München' tom. I—VI (München 1921—25). 2) V. ann. praecedentem. Hoc ciborium hodie Monachii in capella quae dicitur 'Reiche Kapelle' servari monet F. Janner, 'Geschichte der Bischöfe von Regensburg' I (1883), p. 258. 3) Cf. Arnold. l. 5, MG. SS. IV, 551: *Demum quippe apud S. Emmerammum sibi iussit preparari mausoleum, quo mortuus obtutus cum benignius in caelis haberet patrocinantem* etc. De loco sepulchri Arnulfi cf. Reg. imp. I² nr. 1955 (1903) b; Ottonis Fris. chron. VI, 13, ed. Holmeister p. 274.

5. Haec vero, quae de sancti Dyonisii translatione ab eo facta diximus, partim a nostratum, partim quoque inclusi, de quo superius mentionem fecimus[1], relatione fideli comperimus. Sed quia huius viri, videlicet inclusi, memoria iam denuo a nobis facta est, restat, ut iuxta promissum ea, quae ex ore eius audivimus, plenius disseramus, presertim cum et hoc inprimis polliciti simus[a] prius audita, deinde visa de patroni nostri translatione enarrare[2]. Ergo huiusmodi verba idem inclusus profert: "Cum"[b], inquit[c], "domina mea, nomine Mahthilt, sicut mortalibus multis est notum, ante decennium Gallorum regi ex Francia data esset in matrimonium[3], veni sepius ad illam. Et quoniam[d] utrique, dominae scilicet et regi, satis acceptus fui, sicut ab illis, ita et[f] aliis familiaribus suis amabar, in quibuscunque regni sui locis versabar. Interea quoque accidit, ut ad sancti Dyonisii cenobium urbi Parisio proximum frequenter venirem. Eiusdem vero cenobii abbas, cum[g] de me rege prius sibi referente audiret, tam ob regis et reginae quam propter hospitalitatis amorem meumet benigne suscepit et cum omni caritate atque familiaritate nunc duabus, interdum vero tribus ebdomadibus secum retinuit. Unde factum est, ut sepe solus mecum residens de diversis familiariter interrogaret rebus. Quibus etiam huiusmodi interrogationem aliquando addidit dicens: "Quia igitur, o amice, de te audivi plurima loca tibi esse nota, nunquid, rogo, Germaniam et Bawariam[h] seu urbem quandam[i] nomine Ratisponam agnoscis?" Cui[k] cum responderem: "Etiam, domine", interrogando adiecit dicens: "Nostine et illud sancti Emmerami[l] monasterium in urbe eadem situm?" Et ego ad eum: "Optime". At ille: "Et in quo", inquit, "loco ibi sanctus Dyonisius requiescat?" "Nonne[m]", inquam, "ipse hoc in loco corporaliter requiescit[m]?" Tum vero ex corde infimo ingemiscens satisque lacrimans ait: "Nequaquam proch[n] dolor", inquit, "quoniam[o] olim hinc per furtum ablatus est. Quamvis enim ita ut a te ab aliis quoque falso credatur, apud nos tamen[p], qui in hoc cenobio[q] conversamur, veritas non ignoratur. Utpote quorum patribus miseria contigit tanta. Ceterum nisi te michi familarissimum crederem, talia tibi minime palefacerem. Unde etiam, quomodo idem sanctus noster patronus ablatus fuerit, iam tibi[r] pandere volo." Moxque[s] magis ac magis lacrimatus eodem sermonis ordine, quo supra retulimus[4], loqui cepit[t]: "Fuit", inquiens, "rex quidam in Germania, nomine Arnolfus, qui veniens in provinciam hanc cum exercitu multo, postquam circumquaque positas urbes virtute[u] potenti circuivit, ad haec etiam loca profectus ante proximam civitatem in amenis pratis[v] erat[x] enim estas[x] — castra est metatus". Sicque omnia, pene ut a nobis superius prolata sunt, indicavit sibimet narrasse et hoc, quod nos pretermisimus, in fine sermonis addidisse: "Postquam", inquit, "idem rex hinc discessit, in ipso campi[w] herbidi loco, ubi primitus pene cum ossibus sanctissimis oneratae solebamus deponebantur[x] regique[y] a iure clerico presentabantur[y], miracula tanta coruscare ceperunt, ut monasterium celebre, sicut hodie cernitur, ibidi construeretur, in quo multitudine monachorum congregata laudis divinae indesciit[z] rottidie cura[z]. Nunc igitur, quoniam[a] tibi tanta de patrono nostro secreta ~~reseravi[b], fac pro quantis~~ taxis mercede, quod postulo. Vade ergo ad predictum sancti Emmerammi monasterium et diligenter explorans, ubi illic altare[c] sancti patroni nostri sit, michi renunciato. Nam si ita feceris, premium procul dubio maximum a me consequeris". Cuius petitioni ego quidem, tabor, pollicitus sum libenter parere, sed quia in hanc provinciam et in urbem Ratisponam veniens michil omnino de sancti Dyonisii vel nomine adhuc[d] audivi, quid eidem abbati illo iterum transmigrans renunciarem, nescivi. Idcirco quotiensumque ab

a) *sic* 1. 2, *sunt* Bresslau, *sensus perperam Heumanno.* b) *littera initialis manu picta, nora cersa incipiente* 1; *novum capit incipit* 2. c) inquid 2. d) quo$_{a}$ 1. e) *a e corr.* 2. f) *sepe, ex* 2. g) *cum bis* 1. h) *ita h. l.* 1; Bauariam 2. i) quondam 2. k) *qui* 1. l) Emmeramni *h. l* 2. m) Nonne — requiescit *om.* 2. n) pro 2. o) quo 1. p) tu *i. tantum* 1. q) cenebio 1. r) tibi *om.* 1. s) Moxque — coput *(l. 28) om.* 2. t) virtute potenti *om.* 2. u) pontis *corr.* pratis, 2. v) erat enim estas *om.* 2. w) campo 1. x) deponebat 1. y) regique — presentabantur *om.* 2. z) cottidie indesciit cura 1. a) quo, *o e corr. ut videtur* 1; quia 2. b) reseruaui 1. c) *ipse* — illic sanctissimi patris nostri Dyonisii hinc translati *pro* altare sancti patroni nostri 1. d) adhuc *om.* 2.

1) C. 3. 2) Supra prol. initio, p. 824. 3) Mahthildis, Conradi II. imperatoris filia, Heinrico I. regi Franciae a 1033 desponsata, ante matrimonium consummatum nondum decennis a. 1034, Wormatiae obiit; Wipo G. Chuonr. c. 32; Bresslau, Jahrb. des Deutschen Reichs unter Konrad II.' I, 206, N. 3. II, 77 sq. 101. 4) Supra c. 1 sqq. 5) Num de hoc aliunde constet, nescio.

eo dehinc interrogabar, preces illius me oblitum esse fatebar. Et forsitan divina dispositione facta sunt haec, ut nec adhuc patroni tanti translatio divulgaretur nec per me tam[a] dampnosa[b] exploratio[c] perficeretur'.

6. Huiusmodi itaque inclusus profert dicta. Unde quia et proxime et procul positorum concordat sententia, et nos, qui hucusque dubitavimus, quodammodo compellimur talia credere et memoria litterarum aliis transmittere. Non solum namque alii infra et extra urbem positi de hac translatione dubitaverunt, sed etiam nostrorum quorundam antecessorum in sancti Emmerammi cenobio conversantium dubitatio tanta fuit, ut, quia nulla litterarum auctoritate, sed tantum antiquorum relatione affirmabatur, more beatissimi Thomae apostoli[1] dicerent nullatenus se posse vel debere credere, quod nulla patrum coruscatio posterorum traderet memoriae, nisi forte ipsa reverenda[d] sancti Dyonisii ossa viderent. Hoc autem, quia non tam dubitandi quam investigandi gratia fecerunt, Deo disponente contigit, ut, sicut per apostoli supradicti dubitationem plurimi solidati sunt ad fidem, ita quoque, si tamen de infimis conferendum est supremis[e], dubitatio ista ad multorum utilitatem definiretur.

7. Quidam namque ex congregatione nostra fratres precipui ad hoc electi, ut huius rei veritatem perquirerent, invenerunt omnia eiusdem martiris ossa in loco suo posita. Ad haec etiam miraculum quoddam ibidem[f] accidit, quod indicari oportet. Binisque denique sacculis inventis, in quorum uno caput, in alio vero ossa cetera separatim involuta fuerunt, sacculum minorem, in quo caput erat, ignorantes adhuc, quid intus foret, aliquantisper a loculo procul posuerunt. Cum autem in[g] sacculo maiori ossa universa excepto capite invenientes et nondum minori enodato proculque[h] posito caput penitus deesse estimantes nimio luctu afficerentur, subito ille, in quo caput involutum[i] erat, sacculus per se motus et elevatus a loco ceteris ossibus adiungebatur[k]. Quo enodato Deo gratias egerunt et pro miraculi visione et pro corporis integri inventione. Tum vero caput aliaque ossa in uno sacculo posuerunt.

8. Haec igitur ossium venerabilium sancti Dyonisii investigatio et[l] inventio facta est sub abbatis Richolfi tempore[2]. Sed quoniam[m] sub[n] eodem abbate[o] episcoporum[p] maxi- 1006—1028.
meque primi Gebehardi[3] persecutio super sancti Emmerammi cenobium adeo crassabatur, 994—1023.
ut eiusdem cenobii ornamenta resque variae, hoc[q] est libri, pallia, campanae, missalia, indumenta[q], ab eo auferrentur, abbas monachique[r] plures expellerentur, hii[s], qui in monasterio[t] remanebant vel exeuntes[u] rediebant, propter pressuras[v] rapinasque[v] multiplices suspecti, id quod veri[w] simile erat, ne forte sanctorum reliquiis[x] una cum ecclesiae rebus ablatis monasterium penitus destrueretur, occultari[y] potius quam diffamari aliquid de sancti Dyonisii translatione censebant, dicentes, quia[z], si[z] a devastatibus episcopis audiretur, mox ipsum corpus sanctum[a] prorsus alienaretur. Unde factum est, ut per multos annos non solum translationis suae memoria nulla ageretur, sed nec[b] natalis eius dies aput[b] alia loca festivius[c] quam a nobis festive coleretur[d], quousque ante annos, ut 1041
reor, octo quidam congregationis nostrae frater, tunc quidem cellerarius[e] satis cautus, nunc autem Brûlensis[f] abbas, nomine Wisilius[g 4], hoc ab abbâte illius temporis[5] et a

a) *sequ. exi del.* 2. b) dapnosa 2. c) explaracio 1. d) veneranda 2. e) suppremis 2. f) ibi 2. g) iam 1. h) -que *om.* 2. i) involutum *om.* 2. k) diiungebatur 1. l) et inventio *om.* 2. m) quomo *vel* quomõ 2. n) ab 2. o) ablate 2. p) episcopatum 2. q) hoc est — indumenta *(l. 31) om.* 2. r) monachus, *sed corr.*, 2. s) hs 2. t) manasterio 2. u) exutes 2. v) pressuras *et* -que *om.* 2. w) *ita Bresslau*; rei 1. 2. x) reliquis 2. y) ocultari 2. z) quasi 2. a) sanctum *om.* 2. b) *ita* 1; nec ... quid 2; nec ... qui alio loco *Heinemann*; etiam *pro* nec *aut* qui *ante* aput *addendum Bresslau*. c) *ita Heinemann*; festinus *(vel* festitus) 1; festinus *(vel* festitus) 2. d) celebretur 2. e) celerarius 2. f) Brüllensis 1; Br. — suis *(p. 830, l. 1) linea rubra cincta* 1. g) wisilino 1.

1) Ioh. 20, 24 sqq. — 2) Richoldus abbas S. Emmerami a. 1006—1028; Ann. S. Emmer. min., MG. SS. I, 94 = SS. XIII, 48; Bresslau, Jahrb. Konrads II. II, 237, N. 3. — 3) Gebehardus I. episc. Ratisponensis a. 994—†1023. Mart. 27. — Cf. R. Budde, 'Die rechtliche Stellung des Klosters St. Emmeram in Regensburg zu den öffentlichen und kirchlichen Gewalten vom 9. bis zum 14. Jahrhundert', 'Archiv für Urkundenforschung' V (1914), maxime p. 169 sqq. — 4) Sine dubio *Wisilc abb. Pralensis* (P. Lindner, Monast. metr. Salzb. ant. p. 399; Necr. Teg., MG. Necr. III, 148; *Wisiuil abb. de mra. eq.*, Necr. S. Emm., ib. p. 320 et N. 2; cf. Necr. Weltenb., ib. p. 377), qui d. 49. m. Iul. non ante medium s. XI. obiit et iam s. XVI. perperam primo abbas Weltenburgensis habebatur, immo inter Praelatos inserendus a. 1041/49. abbas factus fortasse iam a. 1050. vel 1051. obiit. — 5) Udalricus I. a. 1037—1042. monasterio S. Emmerami praefuit; Ann. S. Emmer. mon., MG. SS. XIII, 48. Lindner, Mon. metr. Salzb. p. 408.

fratribus suis exegit, ut vel officium plenum de sancto Dyonisio sicut[a] alii cenobitae vicini[a] agerent. Quo impetrato[b] nichil amplius venerationis de eo actum est, donec nuperrime, 1049. anno videlicet ab incarnatione M° quadragesimo nono, sub tertio eiusdem nominis presule Gebehardo[c,1] et abbate Reginwardo[2] dissensio quaedam inter nos suborta est, dicentibus quibusdam maximum loci huius esse periculum, quod tempore tanto sanctissimi patroni[d] nostri Dyonisii[d] festa veneratione debita minime agerentur, dicentibus aliis non oportere sub temporibus istis hoc publicari, quod patres nostri hucusque voluerunt celari[e], multoque[f] melius esse sancti Dyonisii corpus sub silentio utcumque[g] haberi quam per alicuius venerationis aut celebrationis famam publicatum statim ab episcopo vel ab ipso imperatore auferri[f]. 'Nonne', inquiunt, 'locus iste ideo pene est iam destructus, quia in rebus suis constat diffamatus? An non invidia maxima cunctis loci huius persecutoribus[h] potest ex hoc inolescere, quod tanti thesaurum[i] corporis[i] audiunt hic requiescere? Quanti celebres sanctique patres nos in loco hoc precesserunt, qui talia occultare[k] quam manifestare maluerunt! Quid[l], si etiam illius sancti corpus, pro quo tantopere laboratis, per annos iam multos negligenter positum ex causa aliqua est minutum[l]?' Cumque huiusmodi dissensio inter nos aliquantulum esset, abbas aliique fratres nonnulli in consilio superiori consistentes censuerunt primitus quidem cum omni diligentia venerabilium ossium integritatem culturamque debere investigari, quo facto, quid deinde faciendum sit, cito posse diffiniri[m]. Et accedens abbas una cum fratribus paucis, quorum etiam unus ego, qui haec[n] scribo, ut eo veracius[o], quo magis intereram, affirmare possim, cum veneratione debita locum aperuimus et in eo non solum sepedicti[p] martiris Dyonisii[q] ossa omnia in uno, ut olim reposita sunt, sacculo atque singula dexterae[r] partis ossa cum litteris alligatis[s] notata oculis nostris vidimus, manibus nostris, licet indignis, extrahendo[t] et reponendo contrectavimus[t], sed etiam aliorum sanctorum reliquias pariter[u] repperimus[v], inter quas sancti cuiusdam nomine Terengarii[w] brachium inventum est. Ex cuius videlicet sancti[x] nomine[x] nunquam actenus[y] in tot Germaniae provinciis audito partim argumentabamur, quia, sicut postea a quodam de Galliae partibus adveniente accepimus, idem brachium una[z] cum sancti Dyonisii corpore de Galliae partibus constat translatum. Epistola[a] autem non in sacculo, sed postmodum in loco secretissimo reperiebatur, id est prope tumulum[b] sancti Emmerammi, ubi, prout priores nostri testantur, quondam in persecutionis tempore ideo fuerit absconsa, ne forte, si sacratissima auferrentur ossa, nullatenus inveniretur epistola. Hinc itaque abbas supradictus una cum fratribus nimium gavisus cum consilio communi decrevit, ut annuatim patroni nostri Dyonisii annua celeberrime festa celebrarentur. Deinde quoque ad episcopi[5] notitiam referuntur. At ille gaudens ad monasterium pergens, postquam reserato[b] iterum loculo[c] vidit, quod audivit, nec obseratum[d] eundem loculum sigillavit et abbati licentiam petenti, ut in eccle-

a) sicut — vicini *om.* 2. b) imperato 2. c) Gebhardo 2; anno *(l. 3)* — inter nos *(l. 4) linea rubra cincta* 1. d) Dyonisii patroni nostri 1. e) celare 2. f) multoque — auferri (auferri *l), l. 10, in margine inferiore suppl.* 1, *om.* 2. g) *ita scripsi*; utcumque 1. h) persuctoribus 2. i) thauri coris 1. k) ocultare 2. l) Quid — minutum *(l. 16) om.* 2. m) definiri 1. n) hoc 2. o) vera cicius 2. p) supredicte 2. q) Dyonisii *om.* 2. r) dexte 1. s) extrahendo et reponendo *om.* 2. t) contractavimus 2. u) pariter *om.* 2. v) reperimus 2. w) Berengarii *correxit Heinemann.* x) nomine sancti 1. y) hactenus 2. z) una *om.* 2. a) titulum 2. b) reserato *om.* 2. c) loculo *supersc.* oculis 2. d) obsecratum, *sed in marg.* obseratum 2.

1 Gebehardus III. episc. Ratisponensis a. 1036—1060. 2 Qui S. Emmerámi monasterio a. 1048—1064. praefuit. 3) Cf. quae Joh. Bapt. Krauss, De translatione corporis s. Dionysii Areopagitae (1750) p. 53 sq. et spec. I post p. 116 de parva tabula ex corticis particulis cum sapone commixtis confecta disserit, quae eius temporibus in archivo S. Emmerammi servata hodie non iam exstat (cf. H. Grisar 'Zeitschr. f. kath. Theol.' XXXI, 9). Cui tabulae hic titulus impressus erat: *Hic reconditum fuit corpus sanctissimi patroni nostri Dyonisii Ariopagite.* 4) Quam habes in Translatione posteriore c. 25, MG. SS. XI, 366, ubi a Gisilberto in sepulchro sancti Dionysii in monasterio Parisiensi inventa esse dicitur, et in cartula membranacea a., ut videtur, 1052. Leoni papae IX. una cum humero s. Dionysii oblata et in capella Lateranensi quae dicitur 'Sancta Sanctorum' servata, cuius imaginem lucis ope factam praebet H. Grisar, 'Die römische Kapelle Sancta Sanctorum und ihr Schatz', Freiburg i. B. 1908, p. 140, cf. etiam 'Zeitschrift für katholische Theologie' XXXI (1907), 1 sqq.; Phil. Lauer, 'Le Trésor du Sancta Sanctorum', 'Monuments et Mémoires publiés par l'Académie des Inscriptions et Belles-lettres (Fondation Eugène Piot)' XV, Paris 1906 (revera 1907), p. 129 sq. 5) Gebehardi III. Ratisponensis.

siae huius plaga occidentali murus destrueretur[a], et auxilia, ut ibi edificium aliquod patrono 1049.
tanto dignum aptaretur[b], licentiam, sicut petebatur[c], dedit, auxilia[d] promisit.

9. Factum est autem post haec, ut sancti Dyonisii sollempnitas, quae VII.[e] idus oct. 9
Octobris colenda prope imminebat, devotissimo nisu tunc primum a nobis celebrata pluribus vicinis maximeque litteratis[f] occasionem preberet detrahendi et oblatrandi, quoniam videlicet nos undique falsati, quem nulla litterarum auctoritas demonstraret nos habere, illius velut specialis[g] patroni festivitatem videremur celebrare, qui, etiamsi sanctorum aliquem eiusdem nominis, non tamen illum Dyonisium, quem nos habere iactaremus, id[h] est[h] Ariopagitam, haberemus. 'Quomodo', inquiunt, 'fieri potest[k], ut tam precipuus sanctus de tam longinquis Galliae partibus huc afferretur?' Haec et his similia improperia ebulliebant, quasi non ipsi multo nequius dubitarent invidendo, quam nos olim dubitaverimus ignorando et exquirendo de hiis omnibus. Qui enim per ignorantiam dubitat, veritatis rationem audiens libenter inquirit, ut intelligat. Econtra, qui per invidiam dubitat, ipsis qualitiae et invidiae suae tenebris obcecatus veritatis lucidae rationi detrahere studet, antequam audiat. Sed de hoc satis dictum. Nos[l] igitur patroni nostri Dyonisii, illius scilicet Ariopagitae, de quo nos certissimos liber ipsius efficit, festa veneratione promptissima, sicut iam prediximus, celebrantes sperabamus non solum minime in[m] hoc[m] errasse, verum etiam presentis et futurae felicitatis gaudia exinde percepturos esse et hoc, quod litterarum auctoritate necdum[n] fuerat de eiusdem patroni translatione revelatum, per aliquod aptum adhuc revelari posse signum, cui nemo invidorum et detrahentium contradicere prevaleret. Quamobrem Dei omnipotentis clementia, quae omnia pro tempore moderatur quaeque omnibus in se sperantibus plus, quam petant aut intelligant, exhibere dignatur, nos in sanctissimi famuli sui veneratione laborantes et obprobria irrisorum exprobrantiumque ideo sustinentes mirabiliter ab omnimoda suspecti erroris obiectione eripuit.

10. Nam cum mox post natalicium patroni nostri diem omni instantia omnique oct. 9
devotione iuvenes et senes nostri in destruendo et deportando opus murale, ubi, sicut supra dictum est[l], eidem patrono nostro dignius receptaculum construendum foret, unanimiter laborassent duasque ebdomadas in hoc labore complevissent, repente inter lapidum destructorum aggerem magnum, quem rastris iniectis[o] effodere, divellere ac preparare deportantibus certaverunt, quadrangulum lapidem scriptum iam advesperascente die invenerunt. Quo invento astantes illic universi fratres tam pro miraculi curiositate quam legendi[p] studio[p] convenerunt. In quo nimirum lapide, licet aliquantisper a vetustate[q] vel calcis iniectione[q] delelis, apertis tamen adhuc litteris scriptum erat[2]: 'Emmeramus Aquitanus et[r] Dyonisius[s] Ariopagita hic requiescunt[t] sub Arnolfo[u] imperatore et Odone rege'. Hic autem Odo, ut in chronica[v] legitur[3], rex fuit Galliae[w]. Cumque scriptura hac perlecta omnes simul, nisi e celo foret[x] missa, gauderemus ac mane facto Deo gratias et laudes, ut nos est, pro miraculis divinis et ipsi cautu publico agere et matricularii clericis ac sanctimonialibus manifestare censeremus[y], cum, inquam, huiusmodi consilium diffiniretur[y] et ex nobis unus lapidem predictum ferens in urbem mitteretur: interea fratribus quibusdam operi supradicto instantibus inventus est et lapis alius, in quo

a) destruetur 2. b) adaptaretur *Arnp.* c) patebatur *corr.* pet. 2. d) auxilium *Arnp.* e) *ita* 1: septima 2. f) litteratis 2. g) spalis 1. 2; spiritalis *Heinemann.* h) idem 1. i) Quo 2; *nomen versus incipit, sed littera prima non minio picta, precedente tamen supra* Ꝙ *rubea colaris* 1. k) post. *superscr.* pt. 2. l) Bos 2. m) nicht 2. n) diam 2. o) in rectis *ed* in vectis 2. p) studio legendi 1. q) nestitate *et* luccese 2. r) *et om. Kraus.* s) Dionisius *Kraus.* t) REQVESC *Kraus.* u) Arnolfo *Kraus.* v) Cronica 1. w) *ita* 1. *Arnp.*; fuerit 2. x) esset 1. y) diffinetur 2; definretur 1.

1) C. 8 fin. Cf. etiam Franz Schwahl, 'Die vorkarolingische Basilika St. Emmeram in Regensburg und ihre baulichen Änderungen im ersten Halbjahrtausend ihres Bestandes, 740—1200', Regensburg 1919 (ex 'Zeitschrift für Bauwesen' 1919, fasc. 1—9 separatim editum), p. 13. 2) Huius et sequentium duarum inscriptionum tunc temporis in monasterio S. Emmerami ex-tantium specimina praebuit Io. Bapt. Kraus, 'De translatione corporis S. Dionysii Ariopagitae', Ratisb. 1750 ad p. 116 = MG. SS. XI, 344. Ri lapides hodie in sacristia S. Emmerami servantur; H. Grisar, 'Zeitschrift für katholische Theologie' XXXI (1907), 9; cf. etiam Hugo Graf von Walderdorff, 'Regensburg in seiner Vergangenheit und Gegenwart', 4. ed., Ratisbonae 1896, p. 355. 3) Cf. ex. gr. Reginonis Chron. a. 888, ed. Kurze p. 129 sq. et saepius. 4) A. 888—898.

scriptum erat: 'Sub Eubulone[a] abbate[b] monasterii sancti Dyonisii[b] Gisalpertus[c] furatus[d] est[d]'. Tunc etiam et ille lapis sine mora priori additus[e] mittitur clericis demonstrandus. Quibus visis omnes pene alacriter Deo gratias egerunt[f] et congratulari pariter omnimodo ceperunt. Ideo autem dixi 'omnes pene', quia scio, utpote qui hos lapides ad monasteria urbana[g] post inventionem primus presentavi, quibusdam hominibus, non dico ullis in habitu seculari[h] constitutis, sed, quod nequius est, spiritualem[i] vitam professis tantam pertidiae seu[k] invidiae notam tunc inesse, ut non solum Deo gratias vel[l] ullum pro miraculo ostenso congratulandi signum[l] minime exhiberent, sed etiam velut muti efficerentur. Qui scilicet adhuc ita invidiae morbo laborant, ut signum tantum irrideant, dicentes lapides descriptos non ita, ut iam dictum est, inventos, sed a[m] nobis ficte effectos. Sed nos, sancti Emmerammi cenobitae, cum de huiusmodi invidia[n] tenacissima et obiectione falsissima certi simus, tanto maiores promptioresque grates Deo necnon sancto Dyonisio tunc egimus, quanto oportunioris[o] et mirabilioris[p] scripturae gladiis armatos[q] contra omnem tam futurorum quam presentium emulorum detractionem lapideam lapideis eciam litteris pro eiusdem sancti Dyonisii qualitate atque translatione nos munimus. Inter[r] haec quoque non inmerito notandum videtur, quantum gratiarum actio pro beneficiis iam concessis[s] apud[t] Deum obtineat[u], quia, cum pro illius prioris inventione notati lapidis Deo gratias exhibendas necdum actu, sed tantum consilio diffinire-mus, mox dispensatione[v] divina, sicut credimus, inventus est et alius lapis unus eiusdemque rei planior testis. Postea vero, ut ex summae trinitatis deitate beneficia tanta prestari palam daretur intelligendum[2], evolutis duobus aut tribus diebus invenitur etiam lapis tertius, in quo scriptum erat: 'Quinto[w] nonas Iulii[x] furatus est. Huc venit pridie[y] nonas[y] Decembris[y] tempore Tutonis[z] episcopi[3]'. Porro tantae vetustatis erat omnium eorundem lapidum scriptura, ut absque dubio[a] ante annorum multorum curricula, ut adhuc probari potest, videatur facta. Cuius nimirum scripturae brevitati[b] nichil deesse cognoscimus in hiis, quae aut nos aliquando vel alii dubitabant de sancto Dyonisio, quoniam[c], quis fuerit aut unde aut sub quorum regum et episcopi tempore[d] huc translatus fuerit, in ea cernitur. Sed et translationis eius diem, cuius hodie festa recolimus[4], apertissime in eadem aspiciemus[5].

Jul. 4 Dec. 4 894–930

11. Si quis autem curiose inquirit, 'sub quo anno incarnationis Domini haec fuerit facta translatio, hoc modo conicere poterit. Computet ergo ab anno nongentesimo, in quo predictus imperator Arnolfus VI.[1] idus Decembris obiit[5], usque ad instantem patefactae translationis annum, qui est millesimus quadragesimus nonus, et eundem inveniet centesimum quinquagesimum annum esse. Dehinc quia nequaquam credibile videtur, ut idem imperator, priusquam infirmitatis molestia preventus inminere[e] sibi extremum vitae suae diem existimaret, vel sancti Dyonisii ossa vel ceteras donationes suprascriptas prorsus a se alienabas sancto Emmerammo obtulerit, colligat translationis diem in lapide scriptum 899 Dec. 4 'pridie nonas Decembris', qui est quintus dies ante sexta[h] idus Decembris[1], et inveniet procul dubio, quia in uno eodemque anno atque mense et translatio est sancti Dyonisii et obitus cesaris Arnolfi. Cum ergo teneamus translationis huius annum centesimum quinquagesimum, attendamus quoque, quantum Deo donante possimus, quid misterii 1441 salutaris numerus contineat talis. Quia enim, ut scriptum est, 'nichil in terra fit[k] sine

a) ...ciane 2. Eubelione *Arnp.*; Ebalon *Kraus*. b) Dionisii *Kraus*. c) *da* 2. *Arnp., Kraus*; Gisilbertus 1. d) furavit *Kraus*. e) additus 2. f) discrunt 1. g) urbana 2. h) seculary 2. i) spalem 1; specialem 2. k) seu ...ciae *om.* 2. l) vel – signum *om.* 2. m) a *superscr.* 2. n) invidie 2. o) oportunior 1, 2. p) *da* 1; mirabilior 2. q) armatos 2. r) Et 1. s) concessis 2. t) apud 2, *plerumque*. u) opt. 2. v) dispensacione 2. w) *da* 1 *vel cf. supra*. Quinta 2; 5. *Arnp.* x) *da* 1. *sed cf. post erasum.* 2. *Arnp.* Quinto – furatus est *del. et postea in marg. sup. suppl.* 1. Furatus est V. n. Iunii 1; Furatus e. V. M. IVN. *Kraus*. y) ...II. M. Dec. *Kraus*. z) Tutonis *Arnp.* a) *da* 1. *Arnp.* dubio *om.* 2. b) *da* 2. *Arnp.*; breuiati 1. c) aut *sequ. lacuna* d) *da* 1. *Arnp.*; tempore *suo* 2. e) *da* 1; aspiciat *Arnp.*; inspiciens 2. f) VI. 1; sexto, *o corr.* 2. g) inmere *corr.* Inimere 1. h) *da* 5, 6, 7 1. i) decembres 2. k) sit 2.

1 Nomen Eubelonis abbatis S. Dionysii monachi Ratisponenses apud Bezmonem a. 892–893, p. 140 sq., inserunt publicarunt. 2) supra p. 826, n. 3. 3) Ex Greg. M. Dial. II, 9. *ut paulum diuvtius intelligas*; III, 11; infra p. 836, l. 4. 4) Tuto ep. Rat. sponsalis sedit a. 894–930. 4) Unde hanc historiam sermonem in die translationis sancti Dionysii legendum esse recte statuit L. de Heinemann, N. A. XV, 336. 5) De M. Dec. II, 9. *ut patuit diuvtius intelligi*; III, 11; infra die mort. Arnulfi cf. Reg. imp. I² nr. 1955 (1903) b. 55.

causa[1], credi oportet hunc etiam annorum numerum tam perfectum aliquam nobis miseris sancti Emmerammi cenobitis et ex intimorum et extraneorum hostium[a] afflictione per annos multos iam contritis causam[b] salutis exprimere. Intimos autem eos appello, qui nos interius, id est[c] spiritualiter vel intra nos positi seu etiam quicumque eiusdem propositi homines hostilitate aliqua nos impugnant, extraneos[d] vero, qui in aliena, hoc est in seculari[e] vita degentes exterioris hominis subsidia necessaria auferre[f] satagunt. Ideoque[g] centenarius, qui, ut cetera eius sacramenta pretermittam, intimae puritatis ac virginitatis perfectionem designat, ab intimis nos, ut credo, hostibus, quibus hucusque, proch dolor, miserabiliter succubuimus, per sancti Dyonisii patrocinia denunciat eripiendos; quinquagenarius autem, qui, ut in quibusdam scripturae sacrae locis invenitur[2], in rerum corporalium necessitate servili laborantibus requiem libertatemque sub[h] iubilei nomine pollicetur, nichilominus nos ab exteriorum seculariumque devastatione hominum indicat iam redimendos. Et forte numero supradicto intellectus talis non discrepat, ut, quia multo plures interioris quam exterioris hominis inimicos esse scimus, maioris etiam numeri, hoc est centenarii, numerosiores atque minoris significatione pauciores quoque hostes excludendos esse tradamus[g]. Haec autem de presenti sancti Dyonisii translationis[i] anno sunt notata.

12. Quid autem ex hoc possumus sentire, quod lapides prescripti in[k] tam[k] inopinato loco tamque[l] antiquo muro occultati et per tempora tanta minime ex eiusdem muri destructione investigati in anno quoque hoc tam proxime post sancti patroni nostri natalicia studiose celebrata sunt inventi[m]? Quis[n], inquam, mortalium potest hoc approbare, utrum humanitus an divinitus ibi sint positi[o]? Sed michi videtur credibilius nutu dumtaxat divino pro corporis tanti[o] thesauro actenus[p] occultato et sub[q] negligentia posito, nunc autem revelando eosdem lapides subito et factos et prolatos esse. Si enim ex industria humana descripti olim[r] et in muro absconditi dicantur, quomodo convenit, ut homo quilibet fidelis rem tantam, quae[s] divulgatione[t] et veneratione maxima digna[u] foret[v], occultare[w] potius quam monstrare conaretur, presertim cum ille nesciret, si destructo quandoque muro eosdem lapides homo aliquis unquam[x] inveniret, nisi forte spiritu prophetiae plenus hoc, quod[y] futurum[z] erat[z], ipse quoque presciverat. Quod videlicet, si ita est, nichilominus dico nutu factum divino. Quamvis autem iuxta parvitatis[a] meae intellectum dixerim, neutrum tamen horum affirmare[b] presumo[c], sed occulto Dei iudicio relinquens hoc solummodo affirmare queo, quia, sicut legitur in ewangelio[3] discipulis duobus euntibus ad castellum Emaus evenisse, ut, quamvis[d] dominus Iesus corporaliter iret[e] et loqueretur cum eis, tamen, quia de illius resurrectione adhuc diffidebant et laudibus dignis minus recolebant, non est agnitus ab eis, postquam vero eum vel[f] in hospitalitatis devotione utcumque[g] exquirere ceperunt, presentiam ipsius agnoscere citius meruerunt, ita quoque nobis aliquatenus accidisse videtur. Nam cum sancti Dyonisii corpus tam patres[h] nostri quam nos ex antiquorum relatione fidelissima hic esse sciremus et tamen ob negligentiam seu propter obiectionem aliquorum invidentium vel ignorantium venerationem debitam ei impendere dubitaremus, nulla translationis eius scripta, nulla agnitionis litteratoriae signa dubitationi universae opponenda apparuerunt; quasi enim de illo fuit ambigere, nulla[i] eius patrocinia querere[i], nullam ei venerationis certitudinem impendere. Postquam vero omni negligentia remota venerari et exquirere[k] patrocinia ceperamus, confestim ea, quae actenus occultata[l] fuerant, in litteris invenire et[m] agnoscere merueramus. id[n] est[n] quis esset et quando vel per quem huc translatus fuisset.

VIII. De Waltero Cameracensi castellano et Iohanne Atrebatensi advocato.
IX. Quam strenue et prudenter Lietbertus novum castellum custodierit.
X. De morte Gerardi episcopi et electione Lietberti archidiaconi.
XI. Ubi electus cum aliis personis cesarem adiit.
XII. De Guone illius[n] adversario.
XIII. Ubi electio[o] domni Lietberti ab augusto et cunctis principibus confirmatur.

a) tunc 1. b) quia 1. c) eō sumens 2. d) commoniti 2. e) pres. vitae 2. f) cerutant 1. g) suis benef. 2. h) Explicit — versus *om.* 1. 2; versus *alia manu add.* 2. i) ortum 3. k) Explicunt — capitula *om.* 1. 2, *qui habent:* Explicit prologus. Incipit vita domni Lietberti episcopi (Cameracensis 1. l) Incipunt capitula in vita domni Lietberti Cameracensis ecclesiae episcopi *praemittit* 2; *capitulorum conspectum om.* 3. m) et 2. n) eius 2. o) electione, ne *eras.* 3.

1) Hebr. 1, 7: *Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam ignis;* cf. Ps. 103, 4. 2) Hebr. 12, 29: *Etenim Deus noster ignis consumens est;* cf. Deut. 4, 24. 3) Hebr. 1, 7. 4) Matth. 5, 15: *neque accendunt lucernam et ponunt sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* 5) Locus communis, ad quem cf. quae congessi in Ottonis Frisingensis Chronicam VIII, 35 (SS. rer. Germ.), p. 457, n. 4.

XIIII. Ubi Iohannes ecclesiam sanctae Mariae et aulam episcopi invadit et portas urbis contra eum claudit.

XV. Ubi comes Flandriae electum episcopum a castello usque ad urbem secum deducit.

XVI. Ubi a metropolitano et comprovincialibus episcopis electio[a] illius[a] approbatur.

XVII. Ubi ab episcopo Catalaunensi presbyter ordinatur.

Matth. 3, 17. XVIII. Ubi episcopus consecratur et super eum tale pronosticon repperitur: 'Hic est filius meus, in quo mihi complacui'.

XVIIII. Quod in eodem conventu regi Francorum uxor desponsata et coronata fuerit.

XX. Comparatio sponsae regi Francorum coniunctae et ecclesiae presuli Lietberto commissae.

XXI. Ubi Laudunum veniens cum honore suscipitur.

XXII. Ubi ab urbe propria cum leticia et gloria recipitur.

XXIII. Quod eadem die orans in ecclesia omnes ad affectum devotionis commovit.

XXIIII. Quod post orationem verbum fecit ad populum.

XXV. Qualem se in episcopatu verbo et exemplo exhibuerit.

XXVI. Quod in operibus et passionibus Christi meditabatur.

XXVII. Quod his cogitationibus[b] compunctus concepit desiderium pergendi Ierosolimam.

XXVIII. De Hugone puero et custode illius Ansello.

XXVIIII. Ubi cognito episcopi proposito dissuadent plurimi.

XXX. Ubi firmato consilio federantur viae comites.

XXXI. Ubi egrediens a Cameraco Ierosolimam pergit.

XXXII. Ubi a rege Pannoniae reverenter excipitur.

XXXIII. Ubi socios metu barbarorum exterritos hortatur, ne paveant.

XXXIIII. Ubi optat ab eis aut occidi aut captivari pro Christo.

XXXV. Ubi ecclesiam dominici sepulchri a rege Babiloniae obseratam audivit.

XXXVI. Ubi Fulcherum egrotantem Deo et matri eius committens ceptum iter exequitur.

XXXVII. Ubi Fulcherus moriens II[or] demones sibi insistentes vidit.

XXXVIII. Ubi virgo mater cum Andrea apostolo Fulcherum visitans demones increpat et fugat et ipsum a morte liberat et post episcopum pergere imperat.

XXXVIIII. Ubi Fulcherus sospes effectus eadem die sanctum[c] episcopum subsequitur.

XL. Ubi inopinate recepto comite episcopus[d] cum[e] suis[e] navem conscendit.

XLI. Ubi per varia loca ductus[f] et reductus et iam spe videndi sepulchrum Domini frustratus tandem consilio Laodicensis episcopi mestus revertitur.

XLII. Ubi imperator et rex Francorum componendae pacis gratia conveniunt.

XLIII. Ubi dominus[g] Lietbertus[g] primo novum castellum, deinde Cameracum venit.

XLIIII. Ubi Hugonem castellanum multa mala facientem excommunicat.

XLV. Ubi viro Dei pro[h] defunctis[h] silenter oranti animae defunctorum responderunt: 'Amen'.

XLVI. Qua de causa ecclesiola sancti Sepulcri a Gerardo episcopo constructa fuerit.

XLVII. Quod dominus Lietbertus eadem intacta aliam ampliori secunde construxerit[i].

XLVIII. Comparatio Moysi[k] et Lietberti et cooperatorum eorundem.

XLIX.[l] Quod super dedicandam sancti Sepulchri ecclesiam spera lucis de celo tota nocte visa sit pependisse, et quod XX[ti]II[or][m] sanctorum corpora ibi sint[n] allata.

L. Quod cenobium intra urbem muro inclusum et suprascripta ecclesiola in honore sancti Nicholai consecrata fuerit.

LI. Ubi filio regis Francorum coronando adesse postulatur.

LII. Ubi in cena Domini ab archiepiscopo divina misteria celebrare supplicatur.

LIII. Ubi Hugonis municipium apud Porgivallem subvertit.

LIIII. Ubi Hugo absolvi non[o] meretur, nisi prius faciat, quae ab episcopo decernuntur.

a) eius electio 2. b) meditationibus 2. c) sanctum *om.* 2. d) eps *manu posteriore supra lin. suppl.* 2. e) cum suis *om.* 2. f) epc *eadem manu supra lin. add.* 2. g) dn̄s Lietbertus *in loco raso* 3. h) pro def. *in loco raso* 3. i) construxit 2. k) *ida* 2. 3. l) XLIX *nigro atramento postea suppl., numeri sequentes nigro atramento ex uno minore corr.* 2. m) duo *supra lin. suppl.* 2. n) st 2. o) ñ *e corr.* 3.

LV. Ubi Hugo sanctum episcopum apud Buricellum capit et apud Ausiacum in custodia claudit.
LVI. Ubi comes Arnulfus episcopum cum honore ad urbem reduxit et episcopus destructo Ausiaco municipio[a] Hugonem ab omni patria expulit.
LVII. Quae et quanta bona diversis ecclesiis et civitati propriae vir Dei fecerit.
LVIII. Ubi Arnulfo comite apud Cassellum interfecto Robertus comes hanc patriam devastat.
LIX. Ubi bonus pastor Lietbertus egrotans in lecto gestatorio ad tentorium comitis urbem obsidentis se deferri iussit et cum omnemque exercitum eius gladio anathematis percussit et sic eadem die obsidionem solvit.
LX. Ubi commendatur constantia beati pontificis.
LXI. Narratio afflictionum illius.
LXII. Ubi egrotus lecto decubans ad supernam[b] patriam[b] anhelabat et subiectis monita pariter et exempla salutis exhibebat.
LXIII. Ubi de imminenti eius obitu nerentibus multa confidenter ex bona conscientia loquitur, dicens se nolle a calle ad carcerem revocari et cetera.
LXIIII. Ubi percepto viatico corporis et sanguinis Domini spiritum tradidit.
LXV. De quibusdam miraculis in obitu[c] illius[c] ostensis.
LXVI. Quod in ecclesia sancti Sepulchri, quam ipse edificare et dedicare meruit, ante quinquennium sibi sepulchrum effodi fecit, in quo et sepultus requieseit.

Expliciunt capitula[d]. Incipit vita domni Lietberti Cameracensis[e] ecclesiae venerabilis episcopi[e].

I. Romani principatus imperiale solium brachio militari sustentabat Otto iunior regumque veterum potentiam relegens mobilitate juvenilis animi conabatur omnium fieri potentior. Ut autem meditata compleret, admittebat consiliis imperialibus commercatricem Romanorum barbariem[1], donis et beneficiis saturare gestiens illorum ingluviem. Sed palatinis canibus, ut assolet, accedebat ex frequenti assidultate contumax insolentia et ex nimia familiaritate contemptus[2]. Adeo efferbuit factionum vesania, ut pelleretur ab Urbe imperator non sine morte suorum. Dum cogit ad vindicandas iniurias militum castra, dum stipat imperiales copias, defungitur atque cum luctu et merore suorum honore regio in ecclesia Aquisgrani sepelitur. Eo de medio facto Heinricus, Baioariorum ducis Heinrici filius, nutu et providentia Dei ex consilio Lothariensium[f] purpura vestitus regia armis insignitur imperialibus. Qui quam prudenter, quam fortiter, quam pacifice, quam catholice suum rexit imperium, monstrat nominis ipsius[g] intitulatio, per quam non modo augustus et imperator, sed insuper orthodoxus atque pacificus[3] attitulatur. Sedatis sine sanguine hostibus sibi suoque potens vixit imperio, plus paci et pietati studens quam malitiae[h], plus catholicae et apostolicae religioni serviens quam furori Martio.

cf. G. ep. Cam. I, 114.

1002 Jan. 24.

II. Inter haec Herluino[i] Cameracensium pontifice defuncto ipse dominus imperator suorum usus non segni consilio Gerardo suo capellano, Lothariensium[k] atque Karlensium parentibus edito non infimis, assensum[l] prebuit super electione de eo facta Cameracensis episcopi. Qui factus pontifex quam sancte vixerit, quam canonice ecclesiam sibi commissam rexerit, testes sacrae religionis homines nostris adhuc temporibus superstites, testis instauratio et restauratio[j] domorum sanctae matris ecclesiae[5], index est Florinorum[m] nobile cenobium in honore Dei et memoria baptistae Iohannis et indicis Christi sumptibus eius constructum paternisque hereditatibus adhereditatum[6], monstrat Cameracensis sedes ope studioque ipsius nobiliter decorata necnon in capite sedis eiusdem pontificaliter exaltata[7], testatur Atrebatensis ecclesia post conflagrationem caelestis incendii per eundem pontificem melius pulchriusque quam fuerat restaurata[8].

1012. Febr. 3. G. ep. Cam. III, 1. cf. I, 122.

a) muncipio 3. b) requiem supernam 2; *cf. infra in textu*: ad spem aeternae quietis anhelabat. c) eius obitu 2. d) *hoc loco sequ.* Epitaphium *etc., vide infra post Vitam.* 2. e) -sis *ejd in loco raso* 3. f) Lotharientium, *h. supersc.* 1. g) eius 3. h) *ita* 1. 3; militię 2. i) Erluino 2. k) Lotharientium 1. l) restauratio 1. m) *ita* 2. 3; florinarum *radendo corr.* flor. 1; Florenorum *Chron. S. Andr. I*, 10.

1) Ad haec et ea quae sequuntur cf. Gesta ep. Camer. I, c. 114, SS. VII, 451. 2) Cf. quae annotavi ad Chron. Mathiae de Nuwenburg p. 807, n. 4. 3) *magnus et pacificus* audit Heinricus II. in synodo Francofurtensi a. 1007. Nov. 1., DH. II. nr. 143. 4) *donum largitus est episcopii* G. ep. Camer. III, c. 1. 5) G. ep. Camer. III, c. 49. 6) G. ep. Camer. III, c. 18. 7) Cf. G. ep. Camer. III, c. 49, SS. VII, 484; Gesta ep. Camer. abbrev., SS. XIV, 248, l. 45 sq. 8) Cf. G. ep. Camer. III, c. 58 (hoc loco mutilā); Gesta ep. Camer. abbrev., SS. XIV, 248.

Cuius rei ordinem ceterorumque bene gestorum scire volentes ad eius vitae textum dirigimus; nos in sumpto fasci desudabimus.

III. Tripudiabat christianus orbis pacifici regis sustentatus brachio; gaudebat mater ecclesia sanctorum concordi iustitia, de virtute in virtutem[1] gradientibus cunctis sub evi-
Cant. 7, 1. denti caelestis sponsi cantico: 'Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis, filia principis?' In hoc ergo pacis tranquillitatisque solstitio bene sibi consentientibus regno cum sacerdotio, preclui decoris tubar effulsit in Brachatensi provincia, nobilis infans nobili[a] prosapia[2]. Consueto more christianitatis traditur ecclesiasticis sanctionibus postque sanctum baptisma chrismatis unguine delibutus divino presagio nomen accepit Lietbertus, et merito, quippe qui liberaturus erat plebem sibi committendam de hostis rabidi versutis hiatibus. Tantum libertati rei publicae studuit, ut suis imaginibus 'Lietbertus publica libertas' asscribatur. Ablactato puero nullum fit discidium, pari consensu parentis utriusque[3] clementis imprimitur litterarum. Et quamquam generis repugnaret nobilitas militemque magis quam clericum quereret maternarum paternarumque multiformis possessionum hereditas, forti supervenit fortior[4], qui[b] potis est vasa fortis diripere[5] suoque corpori sanctissimo coaduunare. Discit audita puer docibilis,

et docilem[c] puerum vicinia cuncta reclamat[d].

Audiunt parentes et propinqui et congratulantur ei. Ita rumore secundo[6] insinuatur prenominato Gerardo presuli, carnis genere sibi propinquo. Mox ad audita requisitus puer transfertur educandus in aula pontificali, daturus tritici mensuram suo in tempore familiae
Luc. 12, 42; Cant. 4, 2. domini sui[7]. Traditur pedagogis sub scolari magisterio, servaturus pastorali cura 'greges tonsarum quae ascenderunt de lavacro'. Ducitur sitibundo pectore currens ad fontem philosophiae, et saporis tripertiti septem rivos ebibens modo studet logicae, nunc insudat physicae, sic intendens vacat ethicae. Rimantibus magistris penetrat laberintos scripturarum et conferens cum collegis dissoluta colligat et complicata dissecat. Fit magister ex discipulo, et qui docendus venerat, docet doctorum iudicio. A magistris recitatur pontifici de adolescentis industria, de moribus, de scientia, de religione munda.

IIII. Domni episcopi iussu omniumque fidelium suorum assensu preficitur cunctis scolaribus[e] prudenti dispensatione, ut in hoc probaretur, utrum perseveraret in devotis moribus. Suscepit[f] magisterii scolaris dominatum; sed ne solliciti laboris studiosum pondus videretur abicere, contra spem quorundam columbinis oculis[g] gaudet ex numere. Ingreditur imperialis magistri bene pudorata gravitas scolarum palatia, cuius ad adspectum pallentibus[h] labiis cunctorum suspicium obtutus. Expectant intenti, quid velit, quid innuat, quid vel cui iubeat. Fervet studium, preripit sibi[i] quisque[i] locum. Ingeruntur multiplices diversarum lectionum questiones. Omnibus ad omnia prudentissimus doctor responsa
Cant. 7, 1. parat, quippe scientia cuius erat 'crater tornatilis nunquam indigens poculis'. Ita peritissimi cordis multiplicem sensum temperans affabiliter, quos erudiendos susceperat, instruit diligenter. Diligenter, inquam. Introductus[k] in cubiculum regis[10] dormiebat 'tanquam potens
Ps. 77, 65; Ps. 67, 14. crapulatus a vino' inter medios cleros pennae columbae deargentatae, cuius dorsi posteriora in viriditate auri[11], scilicet inter misteria utriusque testamenti. Servans enim gentilium litterarum disciplina rutilantis eloquii preclarum teporem retinebat intra sacrum docti cordis armarium divinarum scripturarum testimonio doctrinae caelestis aureum nitorem. Felix et prudens scientia, quae tunc assuescebat in scolarum studiis, quae post declamatura

a) *cetus add. D'Achéry cum G. Lieb.* b) cui 2. 3. c) docibilem 1. d) *ita* 1. 3. *alio atram. mut.* -at 3.; reclamant 2. e) suscipit 1. f) quisque sibi 1. g) Introducendus 2. h) *corr. ex* pallentes 1. i) *corr. ex* quisque 1. k) Introducendus 2.

1) Ps. 83, 8: *ibunt de virtute in virtutem.* 2) Gesta Lietberti c. 1 = G. ep. Camer. III, 61 (contin. c. 1), SS. VII, 489. 3) Patris, cui aeque Lietberti nomen erat, et matris Oslargis, quorum dies emortuales ex Necrol. S. Mariae Camerac. enotavit Bethmann, SS. VII, 489, n. 67. 4) Luc. 11, 22: *Si autem fortior eo supervenions vicerit eum.* 5) Matth. 12, 29: *Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis et vasa eius diripere*; Marc. 3, 27: *Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere.* 6) Cf. Verg. Aen. VIII, 90: *Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.* 7) Luc. 12, 42: *fidelis dispensator et prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.* 8) G. Lietb. c. 1. 9) Cant. 4, 1: *Oculi tui columbarum, absque eo, quod intrinsecus latet.* 10) Cf. Esth. 2, 16: *Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri,* 11) Ps. 67, 14: *Si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae, et posteriora dorsi eius in pallore auri.*

erat in populis. Quodque[a] dicatur planius, post peractum studii scolaris magisterium commutatus est in honore regio, sublimatus ad summi sacerdotii caeleste ministerium. Intercurrentium nuntiorum relatione iocunda replicatur pontifici, quid noster archiscolus agat, qualiter se habeat. Predicatur inedicibilis scientia, predicabilis doctrina, sollicitudo non pigra, religio munda et immaculata. Miratur pontifex et exultat. Deique collaudans munificentiam votis supplicibus auditis meliora precatur.

V. Sed quoniam tanti senis aetas in dies ad decrepitam vergebat, precavens, quod assolet in ea aetate, scilicet minus provide sua disponere, deliberat prudenti consilio illum, de cuius gloriabatur preconio, suis domesticis preficere. Deliberata complentur, scolis abstrahitur et inter palatinos proceres pontificalis domus procurator exaltatur[1]. Felix regia tanto sustentanda[b] procuratore! sed felicior familia tam prudenti gubernanda provisore! Doctor puerorum fit consul populorum. Quique conculiebat crepantes ferulas inter carmina poetarum, discernit super civiles multiplicium causarum querimonias iudiciorum legum ordinaria iura. 'Benedictio perituri' super eum 'veniebat', et 'cor vidue consolatus' est. Conterebat molas iniqui, et de dentibus eius rapiebat predam. Quodque satis[c] stupeas, ab omni munere manus excutiebat.

VI. 'Tertiam[2] iam aetatem hominum vivebat, nec erat ei verecundum[d], ne vera predicans videretur insolens aut loquax', 'ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio'. 'Ad[3] preclarum enim magnitudinem animi doctrina ulterior accesserat', et 'omnino[3] illud eamorum in voce splendescebat'. Liberalis procuratoris tam liberalem[e] libertatem percipiens sancta mater ecclesia filium, quem nutrierat, sibi subtractum suspirat, vineisque forensibus custodem positum conquesta, ut etiam suam vineam custodiat[4], ordinari sibi deposcit archidiaconum, quo carebat. Senio gravescente[f] defessus iam dudum pontifex veretur invidiam[5] profusisque lacrimis super hac re caelestis oraculi recurrit ad archam. Tandem apparente nube divini consilii suscipit[g] responsum, non absurde sanctam ecclesiam suum reposcere filium. Fit discidium predicabile, fit divortium memorabile. Auferi potentia militari suum retentant prepositum, clerus et populus iure catholico sibi viriliter extorquent archidiaconum. Diu diuque pensatis viri virtutibus, accepto consilio, Dei nutu iudicatur dignus sublimari non solum prepositurae dominio, sed insuper insigniri archidiaconatus officio. Et quia eum divina clementia et sapientia et virtutibus exaltaverat, commodum duxit episcopus eum augmentare, cum [illegible] ferens archidiaconatum cum ministerio prepositurae.

VII. Acceptis honoribus ita utebatur, ut maioribus portendis dignior iudicaretur. Recipit mater ecclesia non prodigum filium porcorum siliquas esurientem, sed Symonem nostrum columbae septemplicis[6] filium post esum serpentium reptiliumque Cesaream introeuntem Cornelique domum, scilicet[h] sanctam ecclesiam, verbi Dei pabulo satiantem[7]. Videres in uno homine Mariam et Martham[8], nunc circa frequens ministerium satagentem, nunc ad pedes Iesu cum lacrimis et attentis orationibus cor pectusque tundendo[i] suppliciter procumbentem[8]. Modo cum Iacob in agro contrariis tempestatibus aëris afficiebatur, nec domum rediens domum laetis coagulos mellisque favos pueris partiebatur. Nunc in navi residens diversarum tempestatum marinis premebatur fluctibus, nunc introductus in cellam vinariam[9], per dilectionem Dei extendens se in amorem proximi, sanctae caritatis exercebat fructus[8]. En noster Salomon, veri David filius, templum Domino sapienter administrat, in cuius structura nec securis nec malleus sonat[10]. En verus Moyses sacris undis eruditus et in domum[j] Pharaonis[m] constitutus[11], gladio spiritus, quod est verbum Dei, precinctus transit de porta in portam, ut destruat et evellat et edificet et plantet.

a) quoque 1. ab *supra lin.* 2. b) sustentata 1. c) magis *manu rec. extrare supra lin. add.* 2; magis, *alia manu eodemque atram, superscr.* satis 3. d) nere *in loco rasu* 3. verecundum *Ca.* e) liberam 1. f) grauescente 2. 3. g) susceput 1. h) sanctam scilicet 3. i) tundend 1. 2. k) fructibus 1. l) dm 1. 3. m) ta 1. 3; Pharaonis *Ditch.*

1) G. Liethb. c. 1. 2) Cic. Cato maior 10, 31, de Nestore: *Iam enim tertiam aet. h. videbat (al. vivebat), nec erat ei verendum, ne v. pr. de se nimis vid. aut ius. aut l. Etenim, ut ait Homerus, ex eius lingua m. d. fl. oratio.* 3) Ib. 11, 35 cubi *paternum* et 9, 28. (ubi *splendescit*). 4) Cf. Cant. 1, 5: *posuerunt me custodem in vineis; vineam meam non custodivi.* 5) Cf. ex. gr. Cic. Catil. III, 2, 8. 6) Id est spiritus sancti. 7) Act. c. 10. 8) Luc. 10, 39. 40. 9) Cant. 2, 4: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem.* 10) 3. Reg. 6, 7: *et malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo, cum aedificaretur.* 11) Exod. 2.

G. L. 2 Temporum labente curriculo Gerardo pontifici vergentibus annis ad occasum 'quarta'[1] supererat[a] senectutis 'causa, quae maxime angere atque sollicitam habere' eam 'aetatem videtur, appropinquatio' scilicet 'mortis, quae certe a senectute non potest longe abesse'. Sed Lietbertus levita magnificus, curiae[b] pontificalis provisor sollicitus, quem honoribus exaltaverat, in omnibus sapienter eum iuvabat.

G. L. 2. VIII. Erat tunc temporis Gualteros Cameracensis castellanus, qui ob nimiam sui fastus superbiam suaeque potentiae inedicibilem insolentiam ab inimicis suis interfectus interiit unicumque filium
1041. cum uxore sua superstites reliquit. Quae quidem uxor, Ermentrudis nomine, ab insania mariti sui non cessabat, sed per peiora quaeque[c] oberrans mariti malitias superexcellebat; et quia, ut desiderabat, id per se adimplere non potuit — filius enim eius puer erat —, tirannum quendam nomine Iohannem advocatum Atrebatensem in coniugium sibi copulavit summque et filii sui tutorem esse constituit. Filius autem ille mox mortem obiit, secundum quod scriptum est[2]:
Ps. 36, 28. 'Generatio impiorum peribit.' Iohannes autem satagebat, quomodocumque poterat, post mortem privigni castellaturam sibi transducere, quod lex nulla permittebat. Obstabat insuper rector sapientissimus, cui subrepere nullus poterat dolus. Unde conflictis causis Iohannes inimicitias ei insimulabat, quin etiam[d] mortem ei collaturum plerisque revelabat. Sed quoniam iustus ut leo confidit[3], parvipendebat signifer matris ecclesiae consilia malignitatis, implere studens opere, quem nomine gestabat[4], tropheum libertatis.

G. L. 2. VIIII. Interea presul infirmabatur[e] et cum etatis decrepitae molestia febris acutae valitudine angebatur, ita ut a domo sua nisi alterius omnibus exportatus exire nequiret[f] neque disponere quid, quod sibi vel rei publicae utile foret. Libertas autem patriae[5] domnus Lietbertus cum eo assiduus esse non poterat, quoniam apud novum castellum[g] eius custodiae deputatum manebat. Ibi miles Christi totius provintiae propter incursantium latronum rapinas oportunas vicinias tutabatur. De cuius defensionis auxilio tam sui quam externi, tam vicini quam longinqui gloriabantur. Si quo modo quilibet hostis incursans ipsius provintiae fines positos intrasset, auditis viri virtutibus et nomine statim retrogradus tanquam viator viso serpente refugit necnon intra securas latebras accelerando sese recepit. Pacis erat subsidium, salus provintiae, pes claudo[6], lumen cecis[6], defensio pauperum[7], spes viduarum[8], protectio pupillorum[8], timor hostis et arma suorum. 'Nec[9] enim excursione nec eminus hastis aut comminus gladiis utebatur, sed consilio, ratione, sententia[h]'. Et quamvis ipsius ad nutum cunctorum penderet arbitrium, preferebat tamen[i] omnibus domni pontificis imperium, quem sepius revisebat, necnon feculentias[k] dolorum et infirmitatum conturbationesque causarum consolationum suarum mellitis refocillationibus[l] dulcorabat. 'Ut[10] enim adolescentibus bona indole preditis sapientes senes delectantur leviorque[m] est[n] eorum senectus, qui a iuventute coluntur et diliguntur, sic adolescentes senum preceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur'.

G. L. 3. X. Superveniente suae vocationis tempore presul Gerardus defungitur, Iohannes tamen in civitate remanet/ castelIatura indonatus. Porro sepulto pontifice cum reverentia, qua decebat, et honore convenit[11] in unum Came-
1051. Mart. 14. racensis ecclesia pari consensu electura domnum Lietbertum provehi ad pontificatus honorem. Hunc itaque clerus et populus totis nisibus expetunt pastorem, quem pium senserant contra hostes protectorem. Sciunt eum rapacibus non cedere lupis[12], quem Iohannis et Gualteri ceterorumque tirannorum non cessisse noverant armis. Igitur pari consensu, simili consilio, consona voce ordinari sibi deposcunt[o] episcopum, quem plenum pietate et misericordia hactenus habuerant archidiaconum. Iustum quippe fuerat, ut, ubi devote militaverat, ibidem promotionis culmen optineat. Sed eo contradicente, simul humanae fragilitatis multimoda discrimina sapienter opponente, capitur, trahitur, pontificali throno sublimis exaltatur, dignus pro meritis ab omnibus acclamatur. Victus liberalis archidia-

a) erat 1. b) curę 2. 3. c) oberrans quoque 1. d) ei *add.* 1. e) infirmatur 1. f) nequibat *eadem manu codemque atram. corr.* -ret 2; equiret *in loco raso* 3. g) castrum 1. *G. L.* h) sente- *e corr.* 3; scientia *D'Ach.* i) tñ 1. k) ferulentias 1. l) refocillationis 2. m) feniorque 2. n) est *om.* 3; fit *Cic.* o) poscunt 1.

1) Cic. Cato 19, 66: *Quarta restat causa, quae maxime angere atque sollicitam habere nostram aetatem videtur, appropinquatio mortis, quae certe a senectute non potest esse longe* (al. *longe abesse*). 2) Ps. 36, 28: *semen impiorum peribit.* 3) Prov. 28, 1: *iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* 4) Supra c. 3. p. 844. 5) Supra c. 3, p. 844. 6) Iob 29, 15: *Oculus fui caeco et pes claudo.* 7) Cf. Iob 29, 16: *Pater eram pauperum.* 8) De viduis et pupillis saepius legitur in Vulg. 9) *Nec — sententia* Cic. Cato 6, 19 (ubi *uteretur*). 10) *Ut — ducuntur* ib. 8, 26. 11) *Henricum regem Lotha-Karlensium adeunt* etc. G. Lieb. c. 3. 12) Cf. ex gr. Matth. 7, 15.

conus modo precibus, modo ratione, non sine lacrimis cessit precantium votis. Fit gaudium celebre pariter consonantibus signis, divini respectus misericordiam laudantibus cunctis. Neque parvipendebant sese adeptos, quod petierant. Merito quippe gratulabantur, qui post Deum boni pastoris electione gloriabantur. Non enim viri virtutes et iustitiam populi noverant fama, sed dicto crebrius suis in necessitatibus senserant experientia. Cum laudibus ymnisonis ad aulam ducitur pontificalem, protensisque manibus omnes ei spondent fidelitatem.

XI. Posthaec Heinricum regem adeunt novus electus, scilicet domnus Lietbertus prepositus et archidiaconus, aliique archidiaconi cum casatis Cameracensis ecclesiae, nuntiantes destitutionis suae casum flebilem et episcopi sui depositionem. Illis quippe diebus apud Agripinensem Coloniam excubans super observationes quadragesimae diem resurrectionis prestolabatur dominicum[1], consulturus ibidem nobile suorum palatinorum consilium. Audiens obitum tanti viri pie ei. eo quod omnibus amabilis erat, condoluit cepitque querere diligenter, quis[2] in loco eius stabiliri[3] potuisset[4]. Sed quoniam reverenda dies superveniebat ea, quae parasceues denominativum accepit, suorum sententiam procerum super hac re domnus imperator consulere distulit. Cui quidem hac in re sollicito suggestum[3] est a Cameracensibus[3], quod Lietbertus eiusdem Cameracae civitatis[b] prepositus, qui suus iam dudum capellanus erat, quem fidelissimum sibi et civitati illi sepe necessarium probaverat, ad regendam Cameracensem[c] ecclesiam electus[4] esset ab omnibus[4]. Id ipsum tamen, ne dominicae passionis sacramenta christianaeque religionis ob suorum recordationem peccatorum dominicorumque venerationem suppliciorum votiva silentia intercidere videretur, interim siluit, donec sacrosanctae resurrectionis dies illucesseret. 'O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius!' O preclaram divinae dispensationis scientiam! O venerandam catholicae fidei gratiam! O quam gaudiosum[d], quam conveniens est, ut eo die regali necnon imperiali liberalitate levita magnificus Lietbertus obtineret pontificalis electionis regalem prerogativam, quo rex regum Christus[5] victor rediens ab inferis[e] triumphato diabolo[5] suum liberavit plasma! O presagium prudens! O diem celebrem, in quo liberator animarum et salvator universorum Lietberto levitae liberalem pontificatus largitus est provectum! Iam sanctum mane fenestras intrabat,

1051. G. L. 3. Mart. 29. Mart. 31. Rom. 11, 33.

Noctifugasque suo[f] radios spargebat in orbe
Propellens tenebras Echates Phebeia lampas[6],

cum rex sopore depulso cubicularios vocat sibique imperialem sessionem parari mandat. Convocatis itaque Cameracensis ecclesiae legatis suae voluntatis sententiam rex eis aperuit, Lietbertum videlicet prepositum se simul cum ipsis eligere[7] Cameracensi ecclesiae episcopum. Audito viri nomine subrectis in caelum luminibus omnes Deum regemque laudaverunt regiaeque voluntati laetantes assensi sunt.

G. L. 4.

XII. Huic imperiali consilio cunctis assentientibus submurmurando cepit obsistere unus legatorum, scilicet archidiaconus Guo, qui sicut aversus vocabulo, sic discors et iudicio. Hoc tamen probatum est eum fecisse duabus ex causis[8], factione Iohannis prenominati, vel quod huic aspirabat honori. Sed quoniam 'probata virtus corripit insipientes', mox a domino requisitus imperatore palam confessus est maioris et sublimioris honoris dignissimum, quem huic submurmurabat non aptum. Nam dum palam privatimque sciscitaretur, quid in viro Dei contradictionis et calumpniae nosset, respondit sub sacramento veritatis et fidei, neque nosse neque novisse, quod ei officere posset. Insuper protestatur diaconum sine reprehensione, pudicum, ornatum moribus[9], bene catholicum, domui Dei provisorem sapientissimum. Confirmabat totum sine macula[10], quem Dei perfuderat gratia. Astruebat magnopere viri

1051. Sap. 1, 2.

a) posset 1. b) civitatis *in loco raso* 1; aecclesiae *hic et infra l.* 16 *G. L.* c) eccl. Cam. 1. *G. L.* d) et *add.* 1. e) infernis 1. f) suos 1.

1) Mart. 31. Cf. Steindorff, 'Jahrb. des Deutschen Reichs unter Heinrich III.' II, 140, n. 2; M. Prou, 'Recueil des Actes de Philippe Ier roi de France', Paris 1908 ('Chartes et Diplômes relatifs à l'hist. de France'), p. XX—XXII. 2) *quem ... subrogare* G. Lietb. c. 3. 3) *occurrit animo* G. Lietb. c. 3. 4) *idoneus enitebat* G. Lietb. c. 3. 5) Cf. hymnus, qui incipit *Vita sanctorum*; Wackernagel, 'Das deutsche Kirchenlied' I, 114, str. 3: *Pascha, quo victor rediens ab imo*; Sacram. Gelas. ed. Mohlberg nr. 97, 539 p. 82: *Haec nox est, in qua destructis vinculis mortis Christus ab inferis victor ascendit;* nr. 99, 557: *inferorum claustra disrumpens ... triumphato diabolo victor indytus eolorum regna conscendit.* 6) Cf. Verg. Aen. IV, 6: *Postera Phoebea lustrabat lampade terras.* 7) *preficere velle* G. Lietb. c. 4. 8) *qui mox convictus est contradixisse invidia potius quam ulla alia ratione* G. Lietb. c. 4. 9) Cf. 1. Tim. 3, 2: *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse ... prudentem, ornatum, pudicum ....* 10) Cf. ex. gr. 1. Mac. 4, 42: *Et elegit sacerdotes sine macula.*

1051. virtutes egregias, animi constantiam, sollicitudinem non pigram, ieiuniorum vigiliarumque assiduitatem, orationum lacrimarumque devotionem. Ad haec dominus imperator paululum substitit regalesque vultus subrigens demum[a] sic ora resolvit[1]:

Plurima sanctorum relegentes gesta virorum
Scimus Martinum virtutum culmine dignum,
Tunc bene laudatum, dum credit eum reprobatum
Presul Defensor[2], non sanus ad omnia censor.
Consimilis facti, similis sententia pacti,
Lex eadem fraudis, si non par gloria laudis.
Unde per has metas, quas presens contulit etas,
Culmine pontifico, testante quod est inimico,
Ni defraudetur, me iudice dignus habetur.

It caelo clamor[3] Dei cuncta gubernantis laudantium gloriam dominique regis confirmantium sententiam.

1051. Mart. 31 XIII. Electus est in die sancto paschae domnus noster Lietbertus ab imperatore
G. L. 4. cunctisque palatinis principibus atque laudatus et testificatus a suis omnibus. Videres omne palatium gaudio et exultatione repletum, ipsum etiam imperatorem incipientem 'Te Deum laudamus', prosequentibus cunctis ad ecclesiam cum huius ymni iubilatione. Sollempnizabat[b] mater ecclesia coronata Christi resurrectione et victoria, plaudebat domni Lietberti celebri electione, presertim ad prerogativam electionis imperatoriae. Actum est Agripini in palatio imperiali, confirmatum in ecclesia principis apostolorum et caelestis clavigeri[4]. Ita annuente Guone cum ceteris omnibus donavit civitatem[c] Cameracum cum suis appenditiis omnibus domno Lietberto imperator Romanorum Heinricus secundus. Sic accepta missione[6] et omnibus competentibus adimpletis properabat ad suam civitatem reverti.

G. L. 5. XIIII. Fama precurrente nuntiatur Iohanni, quod factum fuerat. Qua de causa nimium perterritus diu diuque revolvit, quid facto opus sit. Postea suis in unum coactis animi sui secretum revelat, affirmans domno Lietberto nullum civitatis introitum prebere, nisi sibi castellaturam, quam ambiebat, prius voluerit dare. Tali consilio matrem[e] ecclesiam dominae nostrae sanctae Mariae violenter invasit et electis clericis thesauros ecclesiae, et quodcumque intro repperit, ditioni suae mancipavit militesque suos armatos inibi posuit. Aulam pontificalem superbus intravit, uxorem suam in cameram pontificis introducens, stratum suum in lecto pontificali fecit parari sibique et satellitibus suis de sumptibus episcopii precepit ministrari.'

B. 6. Cum haec agerentur, novus civitati appropinquat dominus, cui Iohannes cum parato occurrens exercitu portas
B. 7. clausit et longe repulit ab introitu. Itaque divertens ad novum castellum cum honore et laetitia recipitur a suis ibique aliquandiu mansit.

G. L. 7. XV. Rediens comes Flandriarum[d] Balduinus a rege Francorum cum ibi invenit et de dominio eius laetus effectus usque ad civitatem Cameracum secum deduxit. Appropinquantibus eis nuntiatur Iohanni, qui mox fuga
G. L. 15. lapsus liberum introitum concessit domino venienti. Exhilaratus igitur princeps patriae mox sacrandus episcopus tunc pro adepta imperatoris gratia, tunc de rabidi Iohannis superata superbia, civitatem Cameracum exaltare omnimodis satagebat[e]. Cives itaque, qui diutinae seditionis oppressione paupertati redacti fuerant, pacis dulcedine vivificati, quasi de baratro mortis resurgebant. Sollicitudine quidem et studio principis novi in civitate Cameracensi et circumquaque in omnibus appenditiis misericordia et veritas sibi obviabant et pacis oscula libabant. Aperta et reserata sunt omnia, nec fur inventus neque predo neque quilibet iniurians, qui damna inferat alicui. Clerici in ecclesiis opulentia referti laudes Deo referebant. Laici cum omni pace victualia sua conqui-
Ps. 143, 15 rebant[7]. 'Beatum dixerunt populum, cui haec sunt', immo beatiorem dominum, per quem tanta pacis subsidia pullularunt. Sic rerum gubernatore Deo domini et patroni nostri principatus primordia disponente, subsidio pacis et religionis exhilarata gaudebat plebs civilis atque suburbana.

XVI. Remensi metropoli Guido presidebat antistes[8], vir sane conspicuus interque suos compatriotas[f] per omnia clarus. Cui, quoniam sui iuris id erat, de prenominata

a) sic demum 2. b) sollempniabat 1. c) scilicet aliarum ecclesiarum *manu multo recentiore in margine add.* 2.
d) Flandiarum 1. e) satagit 1. f) patriotas 1.

1) Cf. Verg. Georg. IV, 452: *sic fatis ora resolvit.* 2) Cf. Severi Sulpicii V. S. Martini c. 9, 4. 3) Verg. Aen. V, 451; XI, 192. 4) Haec ex carta quadam desumpta putat Steindorff, 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich III.' II, 148, n. 7. 5) *episcopatum Cameracensem* G. Lietb. c. 4. 6) *facta fidelitate imperatori* G. Lietb. c. 4. 7) *officia sua exercebant* G. Lietb. c. 15. 8) A. 1083—1055.

per idoneas personas electione suggeritur suaeque corroborationis auctoritas suppliciter imploratur. Episcoporum comprovincialium subiungitur epistolaris assensus, electique pontificis dies consecrationis requiritur ab omnibus. Audita domnus[a] metropolitanus tam religiosa tamque celebri electione consideratisque viri virtutibus Dei munificentiam collaudat[b] et ipse. Deinde constituto die locoque dirigitur epistola, quae paterne commoneat Lietbertum levitam non tantummodo presbiteratus[c] conscendere[c] gradum, quin potius ad regiminis presulatum. Parantur comites et impensae, suscipitur labor itineris, ne vel Dei vel metropolitani videatur iussionibus contraire. Preterlegunt Augustam Viromandorum mansionemque primae noctis metantur apud Laudunum. Suscipit levitam laetabunda Laudunus et iure fovet hospicii, mox processura cum ymnis et laudibus, cultu et religione canonica repatrianti pontifici. 1051.

'Tytoni[d] croceum linquens Aurora cubile'[1]
Noctem pellebat, lucem radiosque ferebat,

cum comitibus experrectis matutinum iter arripitur Remensemque civitatem versus dirigitur. Quo postquam ventum est dominoque metropolitano nuntiatur adesse cum suis Cameracensis archidiaconus, admittuntur quantotius, inclinantur ad genua, eriguntur ad oscula. Cunctis invicem officiosissime resalutatis causae dicuntur adventus, quae mox auctoritate metropolitana corroborantur, ceteris idem prosequentibus. Sed quia non poterat tanta subire[e] negotia solus, agitur inter eos, quis archidiaconum provehat ad honorem presbiteratus.

XVII. Apud Catalaunum[f] familiae Christi dispensabat pabulum vitae presul Rogerus[2], vir vitae venerabilis et morum dote magnificus. Huic transmittitur provehendus[g] ad presbiterii culmen atque docendus offerre sacrosancti corporis et sanguinis Christi vivificum libamen. Die constituto levita provehendus procedit ad ecclesiam sancti prothomartiris et levitae Stephani pignoribus ac[h] nomine sacram. Ingressus, demissis luminibus, omni supplex corpore, Deum toto mentis orat affectu, quatinus digne Deo promoveatur sancti martyris meritis et interventu. Procedit et antistes pontificalibus infulis redimitus, sanctorum comitibus ordinum decenter introductus. More canonico factis scrutiniis ordinandorum personae presentantur et nomina, inter quos et pre quibus domnus Lietbertus levita. Suis locis et competentiis consecrantur ceteri, donec ventum est ad ordinem presbiterii. Cumque ad manus impositionem pontificalis inter ordinandum diceretur novo presbitero: 'Accipe spiritum sanctum, quorum remiseris[i] peccata, remittuntur eis', infremuit habitumque mentis vultus significatione monstravit. Liberalis ipsius facies puritate mentis incanduit, oculi familiaribus lacrimis profluentes insignia sacerdotalium vestimentorum, quibus vestitus erat, beato rore perfundunt. Io. 20, 22. 23.

XVIII. Functus officio presbiterii, quo venerat, iter relegit dominumque repetens archiepiscopum prestolatur postero die summi sacerdotii pontificatum. Vigilias et ieiunium protelat novus presbiter in crastinum.

Postera[3] iam tenebris surgens aurora fugatis
Illustrabat eum, quem Phebus circuit[4] orbem[4],

cum dominus metropolitanus matutinalium ymnorum decursa melodia fieri consessum mandat episcopisque dioceseos accitis de consecratione Cameracensis episcopi tractat. Cunctis id ipsum sentientibus itur ad ecclesiam, citantur editui, exponuntur utensilia. Signis consonantibus fit frequens conventus. Infulis redimitus procedit metropolita, consequuntur pontifices populorum stipante caterva. Dum ventum est ad id divini officii, ut ab incentore diceretur: 'Accedite ad eum et illuminamini', signo dato sacrandus introducitur episcopus. Sistitur Deo, presentatur pontifici, recitatur electio[k], testificatur a cunctis. Fit concursus populorum, fit strepitus gaudiorum. Omnes in caelum manus[l] protendentes precabantur. Erat enim pia commixtae multitudinis et sacrandi sacerdotis in oratione positi expectatio. Et hi quidem omnes, ut haec consecratio confirmaretur, invocabant Do- Ps. 33, 6.

a) Remensis *add. IVAch.* b) laudat 2. c) consendere(!) presb. 1. d) Titoni 1. e) negotia subire 2. f) Cataulanum 1. 2 *(manu recentiore corr.* -launō*)*; catalaunō, -aunō *in loco raso,* 3. g) promovendus 2. h) et 1. i) remiseris *mut.* remiseritis 2. *Vulg.* k) lectio 1. l) prot. manus 2.

1) Verg. Aen. IV, 585. IX, 460; Georg. I, 447. 2) Rogerus II., a. 1043—1065. 3) Cf. Verg. Aen. IV, 6 sq. ubivaria lectio *circuit orbem.* 4) Cf. Lucan. IX, 532.

1051. minum, metropolita vero toto mentis affectu proferebat orationes precum. Huic consecrationi spiritus sancti palam contestatur gratia. Nam dum sanctorum codex aperiretur
Matth. 3, 17. evangeliorum, repertum est, quod ait: 'Hic est filius meus, in quo mihi complacui'. Delibutus oleo laetitiae et exultationis[1] infulatusque pontificalibus indumentis, donatus insuper episcopio Cameracensi, benedictione completa novus episcopus intrat celebrare sacrosancta missarum sollempnia.

XVIIII. Regnum Francorum rex regebat Heinricus, vir armis strenuus et regno, quod tenebat, dignus. Qui iuvenili florens etate[2] nullius adhuc copulae subierat conubium,
1051. sed Rusciorum gentis regis filiam[3] Francorum nobilitas ei parabat. Audiens Cameracensis episcopi consecrationem futuram, quoniam videre virum diu preoptaverat, interfuit, acturus quoque sui negotii causam. Petiit, ut sponsa, quae sibi parabatur, in eodem conventu benediceretur regalique consecratione pariter insigniretur[4]. Huic regiae consecrationi domnus noster Lietbertus Cameracensis episcopus interfuit et prefuit.

XX. Regi Francorum coniungitur carnalis sponsa, domno Lietberto Cameracensium pontifici, regio et sacerdotali cubiculario, sancta committitur ecclesia. Sed haec copula quanto sanctior, tanto melior. Illa sobolem procreat carnalem, ista generat adoptionis
2. Cor. 11, 2. sanctam progeniem. Illa corruptionis, ista virginitatis. Sic enim ait apostolus: 'Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo'. Illa in dolore parit filios[5], ista cantans renasci facit ex aqua et spiritu sancto. Regi Francorum ducitur filia regis terreni, domino nostro presuli Lietberto committitur sponsa regis regum Christi.

XXI. Omnibus peractis, et sua benedictione et regia consecratione, repetit iter, quo venerat, divertens apud Laudunum hospitandi gratia. Precurrentibus nuntiis audiunt venientem, gaudent omnes. Exultat civitas, coronatur ecclesia. More ecclesiastico procedunt omnes obviam, susceptum ducunt ad ecclesiam, perfruuntur eius benedictione, quam preferunt omni auro et lapidi precioso[6] cum summa devotione.

XXII. Fama volans celeri cursu, rumore secundo[7],

nuntiatur Cameracensibus cum gloria benedictionis antistitem suum venire. Exhilarantur omnes iuvenes et virgines, senes cum iunioribus, quantoque potest tripudiat gaudio omnis etas, uterque sexus. Adest ille dies omni die sanctior, in quo Cameracus optinere meruit sibi preesse Lietbertum presulem. Felix ille dies[8], in quo Cameracensis ecclesia suscepit episcopum, qui sese formam iustitiae et veritatis[9] omnibus prebuit et exemplum. Felix, inquam, dies, in quo Lietbertus libertas publica[10] possidet Cameracum, liberaturus plebem sibi commissam de superborum fastu et rabie tirannorum! O felix festum festique diei gaudium, in quo mortua nobilitas reviviscit, captivata libertas ad libertatem redit! Hunc
cf. Lev. 25, 10 sqq. diem annum[a] iubileum[b] dixerim, cum cuique sua[c] iura restituuntur. Tunc possessor magnificus suam intrans civitatem et susceptus cum honore et reverentia vadit ad ecclesiam suarum ovium magna stipante caterva.

XXIII. Quas ibi preces[d], quas fuderit[d] lacrimas, quae cordis puritate traxerit suspiria,
1 Cor. 2, 10. testis 'spiritus', qui 'scrutatur omnia'. Orabat tanta Dei gratia plenus, ut omnium oculos in se converteret atque ad devotionis affectum compunctionisque gratiam corda moveret[e]. Putares publicanum a longe stantem pectusque percutientem nec oculos ad caelum levantem[11]. Diceres Petrum cum Iohanne in porta speciosa claudi gressus erigentem[12] vel in Ioppe Tabitam suscitantem[13].

a) annum *mut.* annuum 2. b) iubeleum 2. 3. c) iura sua 1. d) faderit preces quas 1. e) verteret 1.

1) Ps. 44, 8: *unxit te Deus, deus tuus, oleo laetitiae;* Hebr. 1, 9: *unxit te Deus, deus tuus, oleo exsultationis.* 2) Heinricus rex tunc temporis circiter 48 annorum erat. 3) Annam filiam Iaroslai I. magni principis de Kiew; cf. Th. Ediger, 'Rußlands älteste Beziehungen zu Deutschland, Frankreich und der römischen Kurie', Halle 1911, p. 64 sqq. 4) A. 1051. *Heinricus Francorum rex uxorem duxit Scithicam et Rufam,* Ann. Vindoc., L. Halphen, 'Recueil d'annales angevines et vendômoises' (Paris 1903) p. 62 (= Chron. S. Maxentii Pict. a. 1050, Marchegay et Mabille, 'Chron. des églises d'Anjou', 1869, p. 351 sq.). 5) Gen. 3, 16: *in dolore paries filios.* 6) *Aurum* et *lapis pretiosus* saepius in Biblia vulgata. 7) Cf. Verg. Aen. XI, 139: *Et iam fama volans, tanti praenuntia luctus;* VIII, 90, supra p. 844, n. 6. 8) Cf. Verg. Ciris 27: *Felix illa dies.* 9) Cf. Rom. 2, 20: *habentem formam scientiae et veritatis in lege;* Sacr. Greg. ed. Lietzmann no. 8, 6 p. 8: *totius forma iustitiae.* 10) Cf. supra c. 3. 11) Luc. 18, 13. 12) Act. 3, 2 sqq. 13) Act. 9, 36 sqq.

XXIIII. Completa oratione conversus ad circunstantes pauca pro tempore locutus est: 1051.
'Hortor vos, homines et proximi mei, meque ipsum hortor vobiscum, ut ad id, quo nos Deus per sapientiam hortatur, quanta possumus celeritate curramus. Non diligamus mundum[1], quoniam omnia sunt concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et ambitio 1. Ioh. 2, 16.
seculi[2]. Qui enim magis amant ire quam redire, in longinquiora mittendi sunt, quoniam caro sunt et spiritus ambulans et non rediens[3]. Qui vero bene utitur vel ipsis quinque sensibus corporis ad credenda et predicanda opera Dei et nutriendam caritatem ipsius vel actione vel cognitione ad pacificandam naturam suam et cognoscendum Deum, intrat in[a] gaudium domini sui[4]. Propterea talentum, quod male utenti aufertur, illi datur, qui talentis quinque bene usus est[5], non quia transferri potest acumen intelligentiae, sed ita significatum est posse hoc amittere negligentes et impios[b] ingeniosos et ad eam pervenire diligentes et pios, quamvis ingenio tardiores. Non enim datum est ei, qui duo acceperat — habet enim et hoc, qui iam[c] actione et cognitione bene vivit —, sed ei, qui acceperat quinque. Nondum enim habet ad eterna contemplanda, qui visibilibus tantum, id est temporalibus, credit; sed habere potest, qui horum omnium sensibilium Deum artificem laudat et eum persuadet fide et spectat spe et querit caritate. Qui ergo[d] male utuntur tanto mentis bono, dabuntur eis exteriores tenebrae[6]. Et hoc significare arbitror, quod ligantur eis manus et pedes[7], id est facilitas omnis aufertur operandi. Hoc enim in eis perficietur post hanc vitam, quod in hac vita plus diligunt. Sed si concordamus[e] cum adversario, dum cum[f] illo sumus in via, liberabit nos de corpore mortis huius gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum'. Hac et simili sanctiorique recreatos ammonitione necnon sanctificatos pontificali benedictione dimittit[g] ad propria.

Egregios mores exhinc carnisque labores
Dicemus prompte, Domino vitaque volente.

XXV. Constitutus in sede pontificali qualis quantusque vixerit, scribere quidem non opis est nostrae, sed eius, 'qui dat affluenter et', cum dederit, 'non improperat'. De cuius Iac. 1, 5.
gratuito munere fisi, quantum donaverit, dicemus, quantumque maiorum series[h] perstrinxit in annalibus. Recitabimus, inquam, non ut decet, sed pro posse pontificis opera, partim cum suis familiaribus clam operata, quaedam, ut in odore unguentorum ipsius currant adolescentulae, misericorditer effusa[8]. Turrem[i] pingimus David, 'quae edificata est cum propugnaculis', de qua 'pendent mille clipei, omnis armatura fortium'[9], 'adversus principatus[k] Eph. 6, 12.
et potestates', adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in caelestibus, constituta in Libano, et respicit contra Damascum[10], discernens inter bonum et malum[11], ne se ignorans egrederetur[l] et abiret post vestigia gregum, pascens hedos iuxta tabernacula pastorum[12]. Studiosus[13] divinae legis pontifex exemplumque suis ita[13] vivebat, ut ab immodesto corporis cultu et ornatu, ab inanibus negotiis ludorum, a torpore somni atque pigritiae, ab emulatione, obtrectatione, invidia, ab ipsius etiam laudis immodica cupiditate se abstineret; amorem vero pecuniae totius suae spei certissimum venenum esse credebat. Nichil faciebat enerviter, nichil audacter. In peccatis autem suorum vel pellebat omnino iram vel ita frenabat, ut esset pulsae similis. Magnopere observabat, cum vindicabat, ne nimium; cum ignoscebat, ne parum. Nichil puniebat, quod non valeret

a) in *postea supra lin. suppl.* 2. b) quamvis *add.* 1. c) et *add.* 3. d) uero 2. e) concordemus 2. f) sumus cum illo 2. g) dimittit *postea supra lin. suppl.* 2. h) suis *add.* 2. i) turrim 1. k) principes 1. *Vulg.* l) e- *e corr.* 3.

1) 1. Ioh. 2, 15: *Nolite diligere mundum.* 2) 1. Ioh. 2, 16: *quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et superbia vitae.* 3) Ps. 77, 39: *quia caro sunt, spiritus vadens et non rediens.* 4) Matth. 25, 21. 23: *intra in gaudium domini tui.* 5) Matth. 25, 15 sqq. 6) Matth. 25, 30: *Et inutilem seruum eicite in tenebras exteriores.* 7) Matth. 22, 13: *Ligatis manibus et pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores.* 8) Cant. 1, 2. 3: *Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulae dilexerunt te. Trahe me, post te curremus in odorem unguentorum tuorum.* 9) Cant. 4, 4: *Sicut turris David collum tuum, quae aedificata est cum propugnaculis; mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* 10) Cant. 7, 4: *Nasus tuus sicut turris Libani, quae respicit contra Damascum.* 11) 3. Reg. 3, 9: *Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut populum tuum iudicare possit et discernere inter bonum et malum.* 12) Cant. 1, 7: *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere et abi post vestigia gregum et pasce hoedos tuos iuxta tabernacula pastorum.* 13) Haec et l. 36 — p. 852 l. 10 *(vitam)* ex Aug. De ordine II, 8, 25 (rec. P. Knöll, Vindobonae 1922, p. 164 sq.).

ad melius; nichil indulgebat, quod verteretur in peius. Suos putabat dominos, in quos potestas sibi data fuerat. Quibus ita serviebat, ut eum dominari puderet, ita dominabatur, ut eos servire delectaret. In alienorum peccatis molestus non erat invitis. Inimicitias vitabat cautissime, ferebat equissime, finiebat citissime. In omni contactu atque conversatione cum hominibus diligenter servabat illud vulgare[a] proverbium: 'Nemini facias, quod pati non vis'[1]. In omni loco, tempore[b], amicos aut[c] habebat aut habere studebat. Obsequebatur dignis etiam non hoc expetentibus. Superbos minus curabat, minime erat. Apte congruenterque vivebat, Deum colebat, cogitabat, quaerebat fide, spe, caritate. Hac in virtute animi diligenter positus optabat tranquillitatem atque certum cursum studii sui omniumque conventium et sibi, quibusque poterat, mentem bonam, pacatam vitam. Ita novus homo et interior et caelestis, habens pro portione non annis, sed profectibus distinctas quasdam spirituales etates suas, ad summam et incommutabilem legem passibus rationis innitebatur. Et emicans in virum perfectum atque aptum et idoneum omnibus mundi persecutionibus sustinendis atque frangendis vivebat pacatus in opibus et habundantia ineffabilis sapientiae, mutatus ad oblivionem vitae temporalis et transiens in perfectam formam, quae facta est ad imaginem et similitudinem Dei[2]. His gradibus iustitiae temperanter scandens ad thronum prudentiae fortiter herebat[3] Deo, non ut ab eo aliquid boni extra mereretur, sed cui nichil aliud quam ipsum herere Deo bonum fuerat. Hic vir quandiu fuit in hac vita, utebatur amicis ad rependendam gratiam, utebatur inimicis ad patientiam, utebatur quibus poterat ad beneficentiam, utebatur omnibus ad benivolentiam. Et quamquam temporalia non diligeret, tamen recte utebatur temporalibus et pro eorum sorte consulebat hominibus, si equaliter non poterat omnibus. Quare si aliquem familiarium suorum promptius quam quemlibet alloqueretur, non eum magis diligebat, sed ad eum maiorem habebat fiduciam et apertiorem temporis ianuam. Tractabat enim tempori deditos tanto melius, quanto ipse minus esset obligatus tempori[d]. Postremo in omnibus officiis[e] laboribus futurae quietis certa expectatione non frangebatur. Et quoniam delectabat eum libertas, quam nomine et opere praeferebat[4], ab amore mutabilium rerum liber esse appetebat.

XXVI. Ideoque deponens omne pondus et omne circumstans se peccatum per patientiam currebat propositum sibi certamen, aspiciens in auctorem fidei et consummatorem Iesum[5], qui, 'ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est'. Hebr. 13, 12. Considerabat, quam misericorditer humano[f] generi consultum est, cum ipse Dei filius consubstantialis Patri totum[f] hominem suscipere dignatus est 'et habitavit in nobis'. Ita enim Joh. 1, 14. demonstravit carnalibus et non valentibus intueri mente veritatem corporeisque sensibus deditis, quam excelsum locum inter creaturas habeat humana natura. Quod etiam potuit et in aliquo ethereo corpore ad nostrorum aspectuum tolerantiam temperato, sed hominibus in vero homine apparuit. Ipsa enim natura suscipienda erat, quae et liberanda. Et ne quis sexus a suo creatore se contemptum putaret, virum suscepit natus ex femina. Nichil egit vi, sed omnia suadendo, monendo. Conciliavit nostram fidem Deo miraculis, qui erat homini passione similis. Loquens ad turbas doctrina Deus apparebat, etatibus homo. Populi, satellites voluptatum, divitias appetebant, pauper esse voluit. Honoribus et imperiis inhiabant, rex fieri noluit. Contumelias horrebant, omne genus contumeliarum sustinuit. Iniurias intolerabiles esse arbitrabantur, quae maior iniuria quam iustum innocentemque damnari? Dolores execrabantur corporis, flagellis et spinis cruciatus est. Ignominiosum genus mortis crucem putabant, crucifixus est. Mori metuebant, morte multatus est. Omnia, quae vitare[g] cupiebamus ab studio veritatis deviantes, perpetiendo deiecit. Non enim ullum peccatum committi potest, nisi dum appetuntur ea, quae ille contempsit,

a) indgale 2. 3. b) aut tempare, *litteris* a b *suprascriptis transpos.* temp. aut 1. c) aut *om.* 1. d) tempore 2. 3. e) officiosis *Aug.* f) totum *om.* 2. g) vitari 1.

1) Cf. Tob. 4, 16; F. Seiler, 'Die Entwicklung der deutschen Kultur im Spiegel des deutschen Lehnworts' VI, 185 sq. 2) Gen. 1, 26: *faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* 3) L. 17—28 ex Aug. De vera relig. 47, 90—48, Migne P. L. 34, 163. 4) Cf. supra c. 3. 5) Hebr. 12, 1. 2: *Idcoque et nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Iesum.* 6) L. 32—p. 853 l. 2 ex Aug. De vera relig. 16, 30—32 p. 134 sq.

aut fugiuntur, quae ille sustinuit. Tota itaque vita eius in terris per hominem, quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit.

XXVII. His ceterisque beneficiis bene compunctus Deo dignus pontifex, ut obsequeretur apostolo dicenti: 'Exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes. Non Hebr. 13, 13 sq.
enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus', toto mentis affectu concepit desiderium pergendi Ierosolimam, sed neque gratia videndi lapides turrium vel domorum culmina, sed amplexandi et osculandi vestigia pedibus Iesu calcata. Beatum quippe fore credebat presepis angustias videre, vagientem puerum mente cum pastoribus adorare, in Golgotana[a] ecclesia beatae passionis, crucifixionis et mortis sacramenta celebrare, cum beatis mulieribus ad sepulchrum Christi[b] mortem[b] flere, prorsus intra septa sepulchri suas suorumque noxas fletibus diluere[c], in montem[d] Oliveti super caelos ascendentem Christum cum Maria matre Iesu beatisque apostolis intimo[e] cordis affectu sequi velle. Sed ut prudenter id ageret, meditabatur, qualiter vel civitatem vel[f] ecclesiam sibi commissam tranquillam pacatamque relinqueret totique patriae propugnatorem et defensorem idoneum provideret.

XXVIII. Eo[g] tempore lapso fuga Iohanne Atrebatensium advocato[h], sicut dictum est[1], G. L. 8.
precavens pontifex in futurum et timens, ne vel ipse Iohannes vel quilibet tirannus huic similis in[i] predictam castellaturam, de qua idem Iohannes proiectus fuerat, aut vi aut ingenio intraret et postea iustus[k] heres eam[k] repetens inde turbas faceret, Hugonem Gualteri castellani nepotem, qui proximus erat[l] heres[l], ascivit eique castellaturam concessit. Et quia iste Hugo adhuc puer erat, sed propinquum quendam Ansellum nomine, moribus et armis egregium, habebat, huius custodiae puerum deputat, quem Ansellus ille usque ad prefinitum tempus cum omni castellatura fideliter et optime rexit. Iohannes castellatura privatus nec quicquam mali adversus episcopum proinde ib. 9.
presumens facere — prohibitus enim fuerat a comite Flandrensium Balduino, cuius ligius miles erat — ipsum reliquit et ad imperatorem Heinricum se contulit.

Erant tunc temporis maximae simultationes et inimicitiae inter imperatorem et predictum comitem. Cuius 1054.
rei seriem, quoniam in gestis pontificalibus plenius describitur[2], omittimus et ad exequendum pontificis iter stilum dirigimus.

XXVIIII. Ita Ansello procuratore et propugnatore Cameracensis patriae constituto pontifex de eius fidelitate confidens et diligentia, paulatim sua suorumque in rebus publicis intermittebat negotia totoque mentis conamine concepti itineris procurabat impendia. Interim satagebat magnopere, quatinus id celatum posset[m] esse. Sciebat, quoniam, si resciretur, procul omni dubio contradiceretur. Sed, ut ait Scriptura: 'frequens meditatio Eccl. 12, 12.
carnis est afflictio', submissus aspectus, macilenta facies, assiduitas vigiliarum, frequens solitudo propalabant, quod celare volebat. Tandem conventus familiariter a suis aperit cordis[n] secretum, querit consilium. Mente consternantur omnes, dissuadent plurimi, proponuntur multimoda causarum discrimina, mortis intercessio, patriae desolatio, simul ecclesiae sibi commissae destitutio. Quibus mens senior fuit, altius considerantes pontificale propositum verentur contradicere, metuentes ex hoc Dei vel domini sui animadversionem subire. Domino pontifice protestante: 'Reddam Deo vota mea, quae distinxerunt labia Ps. 65, 13 sq.
mea', non sine fletu pariter omnes assentiunt.

XXX. Consilio confirmato[o] federantur comites, inter quos et pre quibus hi, quorum nomina subtitulamus, domnus Walcherus archidiaconus et prepositus curiae, Hugo capellanus, cuius sanctitatem monstrant claustra canonicorum matris ecclesiae, monstrat cenobium Aquicinense[3], Erleboldus[p] index et procurator civitatis et alter Erleboldus[p] cognomento Rubeus, quem, qualis fuerit, predicat ecclesia Sanctae Crucis[4]. Sed horum duo[q], scilicet

a) Golgatana 2. b) mortem *(in loco raso)* Christi 3. c) debuere 2. 3. d) monte 3. e) -que *add.* 1. f) aut 1.
g) Eodem 2. h) auocato *postea corr.* adu. 2. i) in *om.* 3. k) eam iustus heres 1. l) heres erat 1. *G. L.*
m) esse posset 3. n) secr. cordis 1. o) firmato 3. p) Erlebodus 1. q) duorum 2.

1) C. 15, p. 848, l. 35 sq. 2) Gesta Lietb. c. 10—14, SS. VII, 493 sq. 3) De Hugone postea decano Cameracensi cf. Fund. mon. Aquicinct., SS. XIV, 581 sqq.; Chron. S. Andr. III, c. 4, SS. VII, 540; Sigeb. Auct. Aquicin. a. 1079, SS. VI, 393; qui a. 1093, Nov. 8. obiit-teste titulo sepulcrali, quem habes in Sigeb. Contin. Aquicinctina a. 1181, SS. VI, 419. 4) De Erleboldo Rubeo cf. Gesta Lietb. c. 24, SS. VII, 497, l. 10 sqq. (= infra c. 57).

dominus Walcherus et iudex Erlebaldus, quantae bonitatis fuerint qualesque cooperatores et adiutores domni pontificis, suo loco dicemus[1], si voluerit Deus.

1054. XXXI. Millesimo quinquagesimo quarto dominicae incarnationis anno, missione[a] fam eleri quam populi vix impetrata, libertas patriae[2], decus ecclesiae Deo dignus pontifex Lietbertus egreditur a civitate sua Cameraco, tenens iter herosolimana[b] versus. Prosequitur eum fere ad tria milia non sine lacrimis et immensis gemitibus omnis etas utriusque sexus. Pretergressus civitates et oppida, civitatum regiones et provintias, montium discrimina, silvarum pericula cultu, moribus et lingua barbarum[c], quam colunt Hunni, transmeat patriam[3]. Et ut prolixioris viae lucraretur compendium, transvadato Danubio penetrat Pannoniam Martini sancti beata nativitate preclaram[4].

XXXII. Nuntiatur regi[5] ab exteris partibus habitu peregrino quosdam venisse homines sui regni fines transire volentes. Qui mox accitos sibi iussit presentari. Videns itaque rex pontificem Dei nullo mutata nepte pristina surgit citius a solio necnon officiosissime[d] salutatum invitat in consistorio. Querit causas itineris, miratur auditis, miratur talem ac tantum virum tam difficilis pondus subisse laboris. Sed quoniam illis diebus vix quilibet aut pene nullus hoc iter arripiebat, cogitabat, ne simularet[e] id alterius negotii gratia. Unde clam vocatis suis iubet eos e vestigio diligenter observari, ne moliantur quidlibet sinistri. Explorata per aliquot dies religiosa pontificis sanctitate, simul audita in stipendiis pauperum liberalissima largitate, in vigiliis, orationibus, ieiuniis assiduitate, devotus rex impendit obsequium, quodque petebat sibi suisque pontifex, prestat[f] libens auxilium. Iam quippe sub eius contubernio tanta tamque multiplex copia populi coierat, ut exercitus Domini diceretur. Sic usque in extremos fines regni sui dato duce, Dei procurante misericordia, securum concessit abire.

XXXIII. Pretergressus Pannoniorum fines limitaneos ingreditur solitudines saltuosas, quas deserta Bulgariae nominant quasque latrunculi Scithicae[g] gentis inhabitant. Hi de gentes more ferarum nullis coherentur legibus[h], nullis continentur urbibus. Sub divo manent, quas nox coegerit, sedes habent, pretereuntes obsident, obvios interficiunt, ceteros depredantur. Gregatim vadunt, omnia sua secum portantes cum tota suppellectile, parvulis et uxoribus. Nullius heresis nominata secta, nullius religionis divino cultu tenentur; tamen, sicut ex eorum interfectis vidimus, more Sarracenorum circumcidantur barbari, crudeles, homicidae, sine affectu, sine pietate.

Has[h] morifer as presul ingredients cum illo suo comitatu[7] solitudines, obvius fuit quibusdam refugientibus suique refugii causam flebiliter intimantibus. Quam plures terrentur pariterque retrocedere cum refugientibus meditantur. Narrabant sese latronum cuneos irruisse, suorum plurimos oppetisse, ceteros ad internitionem vulneratos, ut videre erat, vix evasisse. Conturbantur omnes divinique respectus misericordiam flebiliter implorant, quoniam, quid facto opus sit, ignorant. Audita dominus pontifex turbatae multitudinis flebili lamentatione — pedes enim subsequebatur solus, ut attentius vacaret[i] psalmis et orationibus — substitit et, cur lamentarentur, inquirit. Cognito casu signum sibi sanctae crucis imprimit erectaque dextera, qua itinris erat parte, signavit. Post recolligens secum Ps. 27, verba psalmi, quibus orabat, invenit hunc versum: 'Eripe me de operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum salva me'. Sic miles Christi paululum progreditur cunctosque, qui sequebantur, breviter alloquitur: 'Commilitones mei, non vos deterreat adversarius vester diabolus, qui "tanquam leo circuit querens, quem devoret; cui[k] resistite fortes in fide": quoniam 1 Petr. 5, 8. Rom. 8, 31. Ephes. 6, 13. si Deus pro nobis, quis contra nos?" Quapropter "induite vos armaturam Dei, ut possitis stare et in omnibus perfecti" esse, quoniam temptat vos Deus vester, ut sciat, si diligitis

a) permissione A. 88. b) herolimā I. c) barbaratam I. d) officiose I. e) simularet I. f) prestabat I. g) scithe I. h) H *littera manu picta* 3. *nulla distinctio* 1. 2. i) psalmis et orationibus vacaret 3. k) sed I.

1. Infra c. 47. 2. Cf. supra c. 3. 3) Id est Ungariam. 4) Sulp. Sev. V. Martini c. 2. 5) Ungariae, Andreae I. ca. 1047—1061. 6) Cf. Euseb. Hist. eccl. interpr. Rufino I. 2, 19 de primis hominibus: *ferino magis ac belluino ritu oberuntes non urbes ad societatem, non mores ad honestatem, non leges ad vitae iustitiam tenuere . . . . agrestes quidam et vagi per deserta nullis sedibus vagabantur.* 7) Cf. Sulp. Sev. Ep. III, 7: *profectus cum suo illo, ut semper, frequentissimo discipulorum sanctissimoque comitatu.*

cum[1], "Sed faciet cum temptatione etiam proventum, ut possitis sustinere". Properantes uider, quod arripuistis, accelerate, quia "nemo mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei". Ita miles Christi cum suo familiari et domestico comitatu princeps graditur exercitumque Dei, ne paveat, hortatur. Decem[2] et eo amplius diebus peragrant eas solitudines, per quas, ut dictum est, semper Sarracenis sedibus incertis huc illuc[a] que vagantur.

XXXIIII. Cumque iam die septimo crederent evasisse periculum, vident subito sessores equorum camelorumque latrunculos inter condensa silvarum cristatis vitalisque[a] capitibus ac seminudo corpore pallia trahentes et latas caligas. Pendebant ex humeris pharetrae et laxis arcus[3] et hastilia longa ferebant[4]. Quibus visis terrentur celeri, sed dominus populifex fit hilarior, speransque comprehendere brevium, pro quo tanti cursus subierat laborem,

Hoc erat in votis[5], hoc toto mentis amore
Sedulus orabat,

ut ab his interimeretur vel captivus in exteras et barbaras nationes propter nomen Christi distrahendus duceretur. Proponebat sibi devotae mentis affectu, felici commercio pro redemptione generis humani distractum Salvatorem, utique iura mortis destruentem, vivificae crucis subisse passionem. Unde precipuus[b] exsilegs martyrii et calcis Christi particeps et communicare Christi passionibus, ut in revelatione gloriae eius gauderet, dicebat: "In me sunt, Deus, vota tua, quae reddam laudationes tibi". Sed qui regit orbem terrarum in equitate[6], Cameracensis ecclesiae precibus adtendens, quibus ei summi deponebat die noctuque pontificem, in hoc tanto mortis discrimine cum suis omnibus eum conservavit[7] incolumem. Videres in adventu pontificis obgrescere miseros inque suos conatus deficere, quodque magis stupeas, cedendo loco viam transeuntibus quodam modo demonstrare. Hoc modo dignus Deo pontifex cum suis comitibus marbericam regionem latrunculique domicilia pertransiit indempnis.

XXXV. Ingressus Dalmatiam locisque peragratis, in quibus olim Diocletianus termas edificando diversa mortis intulerat supplicia Christi martyribus[8], Syriam flectit Isauriam versus. Quam prelerions devenit Chorinthum[c] illicque audiens Demetrii sancti inter martires precari corpus quiescere sepulcrum eius expetiit totoque mentis affectu meritis ipsius divinum auxilium queriit. Inde progressus ad Laodiciam Syriae pervenit; cumperiens ecclesiam dominici sepulchri christianis ejectis a rege Babiloniorum violenter obseratam viamque pagatorum metu per terram penitus interclusam per tres menses in eadem civitate moras fecit. Sed ceteris de profectione desperantibus ac ubique locorum dispersis ipse cum suo nobili familiaque comitatu persistit et, quia per terram non poterat, mari no itineri sese commisit. Litoribus prospectis navisque magistris diligenter inquisitis preiorum utilitates computabat, victualia convehuntur, ne signo dato quodlibet mora fieret in eundo.

XXXVI. Dum navigandi[d] tempus aptum prestolatur, unus comitum, dominus videlicet Fulcherus[9], decidit in lectum. Cumque languor in dies augmentaretur temporisque navigandi superveniret, dominus pontifex maximis cogitationum quatiebatur fluctibus. Angebatur, utrum navigationem differret, anne comitis et fidelis egrotantis discrimen expectaret. Crescente languore tempus navigationis effluebat[e] et mentem pontificis metus cum desiderio torquebat, metus, ne comes fidelissimus eo absente defungeretur, desiderium, ne cepti

a) vitalisque 1. *praeter* 3. *superat* 2. *secundum* 4. *e cute* 5. b) precibatus 1. c) Laodicenas 2. 3. d) navigandi 1. e) Corinthum 1. f) tempus navig. 2. g) *de Bello*, affluebat 1. 2.

1) Deut. 13, 3. *quia tentat vos dominus deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum an non.* 2) Cf. Verg. Aen. XI, 874. *lacus referant umeris languentibus urnas*; V, 557 sq.: *Cornea bina ferunt praefixa hastilia ferro. Pars levis umero pharetras.* 3) Horat. Serm. II, 6, 1. 4) Cf. Ps. 9, 9: *iudicabit orbem terrae in aequitate.* 5) Cf. Sulp. Sev. V. Mart. 12, 3: *videres miseros primum relut saxa riguisse.* 6) De palatio Salonitano auctor cogitasse videtur. 7) Haec admodum turbata, cum Isaura regio sit Asiae minoris sanctusque Demetrius Thessalonicae, non Corinthi, que vert; cf. AA. SS. Boll. Oct. 8, 4. IV, 77. 8) Quem *archicapellanum et Attrebatensis ecclesiae coenobiarcham* Chron. S. Andr. Castri Cameracesii II, 22, SS. VII, 535, nominat; cf. infra c. 43. Epistola a Sudendorf. Registrum III, 12 sq. vulgata non Fulcheri, sed Wilhelmi cuiusdam est; quam ficticiam esse iusta causa non suadente putavit Riant, Archives de l'Orient Latin I, 55.

1054/55. itineris tempus intercluderetur. In hoc mentis angore posito pontifice egrotantis salus a medicis desperatur tactuque venarum per indiculum pulsus diutinae passionis futura mors denuntiatur. Tempus aderat, navisque magister navigationis armamenta parabat profectionisque tempus et horam prenuntiabat. Singuli citabantur, preripientium sibi destinatas stationes magnus erat tumultus. Quid ageret miles Christi? Desereretne comitem, an differret navigationem? Non tulit ulterius Omnipotens eum perturbari, quem sibi videbat devote famulari. Indidit consilium, qui Petro mergenti porrexit manum[1]. Reddidit[a] ipsius memoriae responsum, quod quondam dedit volenti sepelire patrem suum: 'Relinque mortuos sepelire mortuos suos'[2]. Hac voce Salvatoris corroboratus vicit dilectione Dei necessitatem carnis. Revisit egrotum et velut in mortuo corpore ultimum quodam modo trahentem spiritum. Quem modo voce, modo nutibus compellans, quomodocunque poterat, missionem petebat. Sed eger, quamvis iam seculo traderetur alteri, voces atque singultus recognoscens pontificis resumpto spiritu oculos aperuit. Tumque cum gravi difficultate verba loquentis intelligens similiter petit et ipse missionem, tanquam qui recederet a seculo. Quem venerabilis pontifex cum maximis lamentis totoque mentis affectu Deo commendans sancto commisit Andreae apostolo atque gloriosae reginae Mariae genitricis Dei meritis et precibus. Nec mirum, quod eum, quem diligebat, illis familiarius deposuerit, quos pre ceteris omnibus attentius excolebat. Post haec velut ultimum vale dicentes[3] et osculum pacis dantes invicem, domnus episcopus ire perrexit, egro remanente ibidem. Qui quamquam desperatus a medicis, a comitibus derelictus iam crederetur defungi, tamen benedictione recreatus pontificis, refocillatus lacrimis quantulumcumque respiravit mentisque vigore, quomodocunque poterat, vocis aërem traxit. Dehinc apud se recolligens verba, quibus eum pontifex sancto commiserat Andreae apostolo[b], quibusque imploraverat sanctam Dei genitricem, pro se intima cordis trahens suspiria lacrimis obortis[4] ait, ut ipse postmodum testatus est: 'O sancte Andrea, cuius me tutelae dominus meus Lietbertus episcopus commisit, cuiusque memoriam in cenobio, quod est apud novum castellum situm[4], excolit, si tu vere es ille Andreas decorus, virilis, apostolus Christi, amicus Dei, quem Dominus dilexit in odorem suavitatis[5], succurre, festina, miserere, digitumque tuum intingens[6] in oleo misericordiae genitricis Dei dominae nostrae sanctae Mariae precibus tuis animam deficientem sustenta, laborantem adiuva. Succurre, amice Dei, per secretum[c] Christi[d] magistri tui. Iam morior. Et, quod per me non possum, matrem posce pietatis, quatinus mihi subsidietur, non meis meritis, quibus pena mortis debetur, sed eius, qui me vobis commisit, lacrimis[e] et precibus'. Noctem illam pontifex duxit insomnem[7], se suosque Deo commendans gemitibus solitis, votisque supplicibus morientis amici protelabat vitam.

XXXVII. Iamque propinquabat[8] noctis quarta vigilia, cum ceteris, qui in domo erant, in qua decumbebat languidus, soporatis visus est sibimet quasi semivigilans obdormisse et ecce videt binos demonum spiritus coram se stare ferream tridentem flammivomamque velut de fornace ignis erutam ferentes, quam, sicut idem retulit, mortis aculeum nominabant. Dicebant enim se ad hoc delulisse, ut eam cordi eius affigerent et sic animam eicerent. Quis timor ille, Deus? quis dolor? quae angustiae? Laborabat eger, laborabat et deficiebat. Aspiciebat ictus ferire minantium penitusque dissolvebatur. Singultiens dissolvebatur et inter singultus tantum sonabat: 'Sancta virgo virginum mater Iesu, sancte Andrea'.

XXXVIII. In hoc tanto tamque terribili tribulationis articulo, inter caligines et umbras mortis caditus effulgurans irradiat locum sua sanctissima presentia stella maris[9], mater

a) dicens l. b) apostolo *om.* l. *Chron. S Andr. II, 26; alia manu supra lin. suppl.* 2. c) sacramentum *ex coniectura AA. SS.* d) crucis l. e) precibus et lacrimis l.

1) Matth. 14, 29 sq. 2) Matth. 8, 22: *dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* 3) Verg. Aen. III, 492. IV, 30. VI, 867. XI, 41. 4) De monasterio S. Andreae a Gerardo I episcopo Cameracensi fundato cf. Gesta episc. Camer. III, 49; Chron. S. Andr. f, 19; carta Gerardi episcopi d. a. 1046, Le Glay, 'Glossaire topographique de l'ancien Cambrésis', Cambrai 1849, p. 5 sqq. Cf. infra c. 43. 5) Eph. 5, 2: *sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.* 6) Cf. Luc. 16, 24. 7) Cf. Verg. Aen. IX, 166 sq.: *noctem custodia ducit | Insomnem ludo.* 8) Cf. ib. V, 159. IX, 371: *Iamque propinquabant.* 9) Cf. ex. gr. hymnos apud Wackernagel, 'Das deutsche Kirchenlied' I, nr. 85. 126.

pietatis et, si dici fas est, pietas pietatis, cuius precatu pietas Dei parcit peccantium[a] culpis. Adest, inquam, spes miserorum, salus debilium, gaudium christicolarum, demonum forte lamentum, ferens dextera, qua Christum pannis involvens reclinavit in presepio, vivificae crucis signum, sinistrorsum aclinis super sanctum Andream apostolum, et: 'Quis', inquit, 'nequissimi spiritus tantus terror vestri furoris? Quo ruitis?[1] Quae tanta superbia vobis? 1054-56.

"Tantane vos generis tenuit fiducia vestri", Verg. Aen. I, 132

ut eos, qui nobis commissi sunt, vendicare[b] velitis? Quid vobis et egro, quem illius meus reddit sospitati huius sancti Andreae precibus? Abite hinc, quantotius abite.' Cuius ad imperium dicto citius[2] evanescunt illi demonum spiritus. Tunc mater pietatis egrum respexit vultu serenitatis, vultu, quo plorantem deducebat filium, vultu, quo inter convivantes suggerebat deficere vinum[3], illo, inquam, vultu, quo dolentem respexit Theophilum[4], vultu dulcedinis et gratiae: eo, inquam, vultu languidum iam pene mortuum demonum manibus erutum respexit et, ut surgeret pontificemque suum sequeretur, imperando significavit sicque recessit.

XXXVIIII. Recedente visione, qui sibi dormire videbatur, eger oculos aperuit et ita se sanum sospitemque repperit, ac si nil mali pertulisset. Mox clamato puero, qui sibi ad hoc remanserat, si moreretur, ne insepultus maneret, precepit, ut quantotius vestimenta sibi deferret viaeque pontificem secuturae necessaria cuncta pararet. Illo eum amentem putante protinus surrexit ipse, dominum domus vocavit, quantum pro impendiis sibi collatis debeatur, quesivit. Computatis et redditis equos suos quam celeriter parari iubet puerumque suppellectilis suae nichil oblivisci monet. Quem non solum paterfamilias in cuius hospicio manserat, miratur incolumem, sed et[c] omnis vicinia gaudet sospitem. Gaudet cuncta civitas et applaudit, quoniam, quem precepto evangelico[5] statuerant morientem sero sepelire, cernebant mane velocibus equum suum passibus emittere[d]. Ipse vero cunctis querentibus laetus referebat, quanta sibi per suam gloriosam' genitricem sanctumque Andream apostolum fecisset Dominus. Inde gradu citissimo suo comitatus cliente festinat consequi pontificem, quem pietas et providentia Dei delinebat in litore. Sol exorieus[6] oculis nautarum crinitos infuderat radios, quibus visis magistri puppis futuram prenotabant tempestatem. Consilio[f] communi prestolabantur, donec hora diei media captarent, quid solis splendor portenderet. Inter haec hora diei tertia, dum pontifex in litore deambulando pensaret miserias vitae presentis secumque ploraret casum derelicti fidelis, nuntiatur ei a prospicientibus dominum venire Fulcherum. Primo stupefactus, debito mentem recolligens inquirit, qualiter id scirent. Illis referentibus equos, quos equitare solebat, sed et vestimenta eius se veraciter vidisse suspirans respondisse fertur: 'Potest esse, non est Fulcherus, sed fortassis puer ipsius, qui sepulto domino nos prosequitur. Nam Fulcherum nisi sola Dei clementia iam non spero videre. Attamen non diffido de Christi misericordia, quae sororibus reddidit Lazarum[7], viduae unicum filium[8], quippe credulus, quibus eum fideiussoribus deposuerat[g]. Dum haec secum loquerentur et intenti venientes illos prospicerent[h], adest Fulcherus. O quam fuerit gaudiosum gaudium, quam laeta laetitia, noverit mens humana. Quid qualiterve sibi contigisset, non erat referre licitum, tantus erat tumultus atque tanta frequentia sese complexibus eius ingerentium.

XL. Recepto[i] comite iussu nautarum dominus pontifex navem conscendit 'cum suis. Nautae remis insurgunt[9] viribus totis[10].

'Prosequitur surgens a puppi[k] ventus euntes'. Verg. Aen. III, 130.

a) peantium 1. 2; precantium 3; peccantum *D'Ach.* b) vobis vindicare *Chron. S. Andr.* c) et *om.* 1. *Chron. S. Andr., supra lin. suppl.* 2; *minio* 3. d) *ita Chron. S. Andr.*; amittere 1—3; anteire *proposuit D'Achéry.* e) genitricem gloriosam 1. f) Communi consilio 3. g) *sic* 1—3; deposueram *D'Ach.* h) aspicerent 1. i) Aecepto *corr.* Recepto 2. k) pupi 1. 2 *(etiam l.* 29 pupis 2).

147; A. Salzer, 'Die Sinnbilder und Beiworte Mariens in der deutschen Literatur und lateinischen Hymnenpoesie', Seitenstetten 1893, p. 400 sq.

1) Cf. Verg. Aen. XII, 313. 2) Verg. Aen. I, 142; Hor. Serm. II, 2, 80. 3) Ioh. 2, 3. 4) Cf. AA. SS. Boll. 4. Febr. I, 483 sqq. (3. ed. 489 sqq.); R. Petsch, 'Theophilus', Heidelberg 1908 ('Germanistische Bibliothek' II, 2). 5) Cf. Matth. 27, 57 sqq.; Marc. 15, 42 sqq. 6) Cf. Verg. Georg. I, 438 sqq. 7) Ioh. 11, 1 sqq. 8) Luc. 7, 12 sqq. 9) Cf. Verg. Aen. III, 207: *remis insurgimus*; III, 560. V, 189; infra p. 858 l. 18. 10) Cf. Verg. Aen. XII, 528: *totis in volnera viribus itur.*

Verg. Aen. III, 124. 127. Linquunt Laodiciae portus pelagoque volant[1] et[a] crebris legunt freta concita terris[2]. Vela
ib. 191—199. pandunt et cava trabe vastum curritur[b] equor[3]. Postquam[4] altum tenuit navis nec iam amplius ullae apparent terrae[c]. 'ceruleus supra caput astitit imber,

Noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris'.
Continuo involvunt venti mare, nigraque surgunt
Aequora.

pericli tantes iactantur gurgite vasto[5].

'Involvere diem nimbi, et nox humida celum
Abstulit, ingeminant abruptis imbribus[6] ignes'.

ib. 200 sqq. Excutiuntur cursu et cecis errant in undis[7]. Ipsi peritissimi nautae quodam modo marinorum fluctuum domestici diem noctemque negant in unda[8]. Tres adeo incertos soles[9] errant
ib. 205—208. 'pelago, totidem sine sidere noctes[10]. Quarto terra die primum se attollere' visa est et 'aperire procul montes ac volvere fumum. Vela cadunt, remis' insurgunt quantotius nautae et

'Admixi torquent spumas et cerula verrunt'[11].

XLI. Dominum pontificem servatum ex undis[12] litora Cypri cum suis omnibus excipiunt[d.12]. Quem princeps illius insulae, quem katapant[e], hoc est secundum dominum, vocant,
1056 Iob. 4, Iul. 31 timens, ne in manus paganorum incideret, a pridie nonarum Iunii usque ad pridie kalendarum Augusti, detinuit, donec ipsa die multo auro exitu vix impetrato, dum rursum marino itinere Ierosolimam se crederet proficisci, fraude nautarum declinantium insidias paganorum Laodiciam relatus est. Quo loco dum rursus moras inecteret[13] nec spes ulla perficiendi vota superesset, remeantibus cum Lauduuensi episcopo Elinando[14], quoniam et ipse illis diebus ieral Ierosolimam, quam pluribus itinerisque difficultatem[f] referentibus tandem consilio Laodicensis episcopi redeundi iter mestus arripuit.

1056 (c. Iun.). XLII. In regnis Lotharicnsium necnon Francorum simultationibus[g] exortis quam pluribus imperator Heinricus et rex Francorum Evosii ad colloquium, ut eas sedarent, convenerunt[h], sed infecta pace discesserunt. Nec multo post Heinricus imperator presente papa Victore, qui pro causis papatus per Romanos male tractatis[i] apud ipsum conque-
1056 (Oct. 5.). sturus venerat, diem clausit extremum. Post cuius mortem cum filio eius Heinrico[k] et regina[15] domno papa arbitro, sed et iudicibus episcopis et principibus regni pro simultatibus, quas contra patrem habuerant, reconciliati sunt uterque comes Balduinus, pater[16] scilicet et filius[17]. Huic placito[18] interfuit domnus pontifex Lietbertus intonsus adhuc, sicut a peregrinatione rediens ad civitatem[l] suam nondum venerat, quoniam familiariter ipsum comitem ab exordio sui pontificatus dilexerat[19].
(Dec.)

XLIII. Erat in eius animo fixum[20] non prius intrare Cameracum, quam reviseret novum castellum, sui principatus fidele municipium, quod ob sancti Andreae memoriam diligentius excolebat. Quo perveniens domno comitatus Fulchero cumque[m] ceteris suae familiae comitibus officiosissime suscipitur ab omnibus susceptusque in templo sancti Andreae ducitur ad orationem. Prostratus solo non quesivit in oratione lacrimas, quas semper familiarissimas habebat. Deinde surgens dedit benedictionem. Quos in tempore potuit exosculatis[n] processit palam cunctisque refert, quantos[o] viae[p] pertulerit casus. Tunc domnus Fulcherus eo presente procedit ad altare, narrans, quae quantave per suam gloriosam genitricem sibi fecisset Dominus[q] sancti Andreae meritis[r] et precibus. Post capitis deditione videntibus cunctis sese sancto tradidit[s] Andreae, offerens super sanctum eius

a) et *om.* 1; crebrisque *Chron. S. Andr.* b) curvit 2. c) caelum undique et undique pontus illis *add. Chron. S. Andr. ex Verg. Aen. III*, 193 *(ubi* illis *deest)*. d) *ita* 1. *Verg.*; accipiunt 2. 3. e) *ita* 2. 3; Ratapant 1. f) difficultate 1. g) simultationis 2. h) conveniunt 1. i) tractatus *corr.* -tis 2. k) Heinrico *om.* 1. l) suam civitatem suam 1. m) -que *om.* 1 *VAch.* n) exosculatus 3. o) quos 1. p) vite 1. q) Deus 1. r) precibus et meritis 1. s) Andreae tradidit 1.

1) Verg. Aen. III, 124: *Linquimus Ortygiae portus pelagoque volamus.* 2) Ib. 127: *et c. legimus f. c. t.* 3) Ib. 191: *Vela damus vastumque cava trabe currimus aequor*; cf. ib. III, 520: *velorum pandimus alas.* 4) Ea quae sequuntur ad Verg. Aen. III, 192—199 ad verbum fere formata sunt. 5) Ib. 196 sq.: *Continuo v. volvunt m. magnaque s. | Aequora, dispersi iactamur gurgite vasto.* 6) *nubibus* ib. 199. 7) Ib. 200: *Excutimur cursu et cecis erramus in undis.* 8) Ib. 201 sq.: *Ipse diem noctemque negat discernere caelo | Nec meminisse viae media Palinurus in unda.* 9) Ib. 203. 10) Ib. 204: *Erramus pelago* etc. 11) Ib. 208. 12) Ib. 209 sq.: *Servatum ex undis Strophadum me litora primum | Excipiunt.* 13) Cf. ib. IV, 51: *causasque inecte morandi.* 14) Qui sedit a. 1052—1098. 15) Agnete. 16) Balduinus V. comes Flandriae. 17) Balduinus VI. 18) Coloniae habito mense Decembri ineunte. 19) Cf. supra c. 15. 20) Cf. Verg. Aen. IV, 15.

altare duas uncias auri purissimi. Utque in eodem loco ad honorem Dei et memoriam 1056.
sancti Andreae pro se perpes servitus esset, filium suum suo de nomine nominatum Fulconem tradidit ibidem. Quo monacho facto victualibus fratrum magna donaria contulit, quae privilegiorum iure pontificis auctoritate firmavit[1]. Omnibus rite peractis venit dominus pontifex Cameracum. Gaudiis, quibus oportuit, a suis excipitur.

XLIIII. Interea Hugo Walteri castellani nepos, quem prenotavimus[a. 2] castellaturam donatum, pro- G. L. 16.
ficiebat aetate, tempusque proximum instabat, quo Ansellus regimine eius carere et ipse bonum suum recipere debebat[b]. Porro Ansello videbatur, quia ad regendam castellaturam iuvenis ille ~~nondum~~[c] esset idoneus, ideoque protelare[d] volebat suae custodiae officium[d], si sibi permitteret episcopus. Sed quamvis pontifex de imperfectione Hugonis id ipsum sentiret cum Ansello, nolebat[e] tamen ipsum fraudari a prefiniti temporis spatio, putans iuvenem per disciplinam suam ad veritatis viam posse revocari, si caecitatis suae ignorantia a recto deviaret. Sic sic Ansellus nullatenus impetrare valuit prece vel precio, quin Hugo castellaturam suam non reciperet in die suo. Adepto itaque Hugo honoris sui gubernaculo pulam continuo fecit omnibus, quod claudebat in animo. Antea enim quomodo eum cognosceres, cum prohiberent simul aetas et magister? Modo vero suae potestatis compos, totius magistérii et disciplinae contemptor, fasque nefasque confundens, post pravitates cordis sui et illicitas voluptates[f] graditur sine respectu aliquo. Potestne respectum iustitiae tenere, qui in civitate domini sui cives meliores et ditiores contumelia[g] et[h] iniuriis afficiebat, alios indempnatos et in- G. L. 18.
iudicatos in cippo vilissimo concludebat? Villicum et cubicularium eius comprehensum alligavit catenis, predam G. L. 17.
eius ceterorumque civium contradicente domino suo[i] violenter abduxit. Pro his et aliis huiusmodi sepe G. L. 18.
correptus ab episcopo et emendari nolens, sed in peius corruens excommunicatus est ab eo. At ille et hoc etiam contempsit nullamque misericordiam quereus ad comitem de Sancto Quintino abiit ibique aliquandiu[i] versatus, quicquid mali potuit, adversus episcopum et ecclesiam eius fecit.

XLV. Erat domino pontifici consuetudo nocturnis horis civitatis ecclesias cum suis familiaribus clericis nudis pedibus circuire, Dei clementiam pro se suisque suppliciter exorare. Contigit nocte quadam, quae precedebat sanctam diem parasceues, solitas excubias agere, ecclesias quoque et oratoria circuire. Lustratis aliis dum venisset ad oratoriolum quoddam infra civitatem constructum intransque cimiterium Deo commendaret animas ibi quiescentium et omnium fidelium defunctorum, licet silenter, licet secum, sicut ea nox habebat, id diceret, — mira res — spiritus ibi sepultorum clara voce cunctis qui aderant audientibus super eius benedictione responderunt: 'Amen'. Stupentibus cunctis et rei novitate perterritis silentio tegi pontifex petiit, quod pleniter impetrare non valuit.

XLVI. Illud oratoriolum qua de causa constructum sit, plenius exequamur. Tempo- Carta Lieth.
ribus[4] domni Gerardi sanctae memoriae episcopi, huius domni Lietberti praedecessoris[k], exorta fames Cameraci, sed et in regionibus circumquaque adiacentibus adeo invaluit, ut morientium corpora capere non valerent cimiteria Cameracensis urbis. Incidit igitur ipsi domno Gerardo rationabile consilium, ut extra muros civitatis fodere faceret poliandrum, quod receptui foret tot corporibus condendorum pauperum. Iuxta quem locum ecclesiam postea in honore dominici Sepulchri constructam consecravit, ut propter reverentiam tanti nominis sepultura ibi esset pauperibus et peregrinis. Quam temporum labente curriculo[6] dum meliorare disponeret, diurno fessus senio defunctus est[k]. 1051.
(Mart. 14.).

XLVII. Ipse vero domnus Lietbertus[7] predecessoris et magistri tanto ac tali animatus exemplo devotas Carta Lieth.
ipsius primitias laboraturus intravit. Et quoniam parva erat ecclesia, intactam reliquit et iuxta eam
meliori et ampliori scemate monasterium, sicut in presentiarum cernitur, aedificavit. Huic tanto operi 1064.
exequendo cooperatores et ministros constituit domnus pontifex eos, quos in peregrinatione Ierosolimitani itineris adnotavimus[l. 8] fuisse socios, domnum Walcherum archidiaconum[9] videlicet et Erleboldum iudicem civitatis et ministrum.

a) prenominavimus 1. b) *ita D'Ach., G. L.*; debeat 1—3. c) nundum 1. d) volebat sue custodie officium protelare 1. e) nolebat 3. f) voluptates *om.* 2. 3. g) contumeliis 2. h) et *om.* 3. i) aliquantulum 3. k) 14. Martii 1048 *add. D'Ach.* l) adnominavimus 1.

1) Cf. Chron. S. Andr. II, 31, SS. VII, 537, quae pergit: *altare scilicet de Lelycis, et in emendo allodio de Maretz ipse domnus episcopus decem uncias auri dedit. Alium quoque filium Fulcherus Attrebati monachum effecit, quem postea venerabilem Hunocurti abbatem vidimus.* 2) Supra c. 28. 3) Cf. Gesta Lietb. c. 16, SS. VII, 495, l. 5. 4) Haec ex carta Lietberti d. a. 1064 desumpta sunt, Wauters, 'Table chronologique des chartes et diplomes imprimés concernant l'histoire de la Belgique' I, 515; Miraeus-Foppens, Opera diplom. I, 155 sq.; Gallia Christ. nova III, col. 118 sq. 5) Qui sedit a. 1013—1051. 6) Cf. infra p. 861, n. 2. 7) Hic eadem carta Lietberti exscripta est. Cf. infra c. 49. 50. 8) Supra c. 30. 9) Qui cartae episcopi superius allatae subscripsit.

XLVIII. O Moysen sanctum! o Moysen super omnes homines, qui habitant in terra, virum mitissimum[1]! o Moysen constitutum in foramine petrae[2], per quod descendit spon-
Cant. 5, 1. sus 'in hortum[a] suum', ut 'comedat fructum pomorum suorum'! o Moysen fidelissimum in tota domo domini sui[3], non qui componat tabernaculum, quod circumferatur, sed qui aedificet domum supra petram[4], quae nullo turbine moveatur. Vocavit Dominus ad Moysen Besceleel et Ooliab[b] eruditos in omni fabrorum et textricum scientia[5]; dedit domno Lietberto Walcherum et Erleboldum plenos fide[6] et iustitia. Vocati sunt illi, qui componant tabernaculum arcae foederis et[c] tabulis lapideis; dati sunt isti, qui aedificent templum Christo et eius genitrici. Illi sculpebant subulis et acutis lapides onichinos; isti componebant elemosinarum largitate lapides vivos[7]. Ibi detrahebantur pelles hircorum aut[d] vitulorum; hic deponuntur lacrimis et compunctione cordis sordes peccatorum. Ibi adolebantur calidi panes oleagini; hic apostolorum et martyrum redolet sanguis. Ibi remanentes carnes voratarum pecudum tradebantur igni; hic inscrutabilia iudicia Dei reservantur sancto spiritui[e]. Ibi manna servabatur in testimonium perfidiae Iudeorum; hic sacrosanctum corpus Christi sumitur in salutem animae et remissionem peccatorum. Cumque dominus pontifex ascivisset sibi viros predictos cooperatores et consiliarios operis insumpti, tradidit eis non solum, quae habebat in domo et in civitate, sed in omni possessione sua, ad faciendum opus. Isti, quoniam dominus eorum magnis pontificii causis erat implicitus, cotidie instabant operi, donec ipsorum sollicitudine compleretur, Deo, qui verus est opifex, concedente.

XLVIIII. Quod congregatis totius diocesis suae sanctorum[f] corporibus martyrum, confessorum ac virginum in honore et nomine domini nostri Iesu Christi et memoria sancti sepulchri eius et beatae et gloriosae semperque virginis genitricis eiusdem Domini nostri Mariae et omnium sanctorum Dei conseravit[g], edificatoque in claustro cum ceteris officinis, quasi mulieres ad sepulchrum excitantes, abbatem et monachos eidem loco assignavit[h], non tamen mortuo, sed regnanti in caelis Christo mistica orationum unguenta exhibituros. Huic sanctae consecrationi ut se caelestis potentia in virtute sanctificationis palam cunctis liquesceret affuisse, visibiliter demonstravit. Per totum noctis spacium, quae sanctae benedictionis precedebat diem, super ipsum monasterium spera lucis in modum coronae caelitus emissa pependit, profecto iam significante Deo pro hoc laboris impendio Lietbertum pontificem misericordiae coronam accepturum. Hoc incredibile videbitur eis, qui non credunt omnia possibilia credentibus[9]. Sed ne cui ad incredulitatem scrupulum moveat, testium veracium viva[h] relatione defendor.
Ioh. 12, 26. Ipsa quoque veritas[10] suis[i] fidelibus promittit dicens: 'Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus'. Unde credimus ibi non defuisse Patris honorem, ubi tot sanctorum corpora convecta fuerant. Viginti et duo dicuntur affuisse. Quorum nomina*, ne prolixitas fastidium gigneret[11], omittimus scribere[12]. Ceterum scire volentes a se ipsis
1064. possunt colligere. Actum est et consecratum anno dominicae incarnationis M°LX°IIII^to^ k, indictione II^a^[13], anno quoque pontificatus domni et patroni nostri Lietberti quarto decimo. Romae presidente papa Alexandro.

1071. L. Et ne monasterium remaneret extra civitatis ambitum, studuerunt ampliare menia, circundantes omne illud monasterii aedificium vallo et fossa cum civitate tota. Quod

*) quorum nomina infra in VI^to^ folio sequenti habentur[12] *manu posteriore in margine add.* 2.

a) *id est* hortum; *o e corr.* 3. b) hooliab 2; *praecedit una littera erasa* 3. c) *ita* 1—3; *ex D'Ach.* d) et 3. e) spui 2. f) corporibus sanctorum 1. g) XXV. Octobris MLXIV *add. D'Ach.* h) viva *om.* 3. i) promittit suis fidelibus 1. k) MLXXIIII^to^, *radendo corr.* MLXIIII^to^, 2.

1) Num. 12, 3: *Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* 2) Exod. 33, 22: *ponam te in foramine petrae.* 3) Num. 12, 7: *Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est;* Hebr. 3, 5: *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius.* 4) Matth. 7, 24 sq.: *viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram*, etc.; Luc. 6, 48. 5) Exod. 31, 2. 6. 35, 30 sqq. 36 sqq. 6) Cf. Act. 6, 5: *Stephanum virum plenum fide et spiritu sancto.* 7) Cf. 1. Petr. 2, 5: *lapides viri.* 8) Haec ex carta Lietberti supra p. 859, n. 4 allata. 9) Marc. 9, 22: *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* 10) Ioh. 14, 6. 11) Cf. Sulpic. Sev. V. Martini c. 19 fin.: *satisque sit nos . . . in multis vitare fastidium.* 12) Cf. infra p. 867 sq. 13) Annum incarnationis 1063, indictionem 1 habent Notae S Sepulchri Camer., supra p. 781.

duabus ex causis eos fecisse constat, ut civitas amplioribus aedificiis et plurimis habitatoribus nobilitaretur et circummanentes ipsi loco civitatis firmitate munirentur. Ecclesiolam vero, quam diximus mansisse intactam[1], postea multorum labente[a] temporum cursu[2] Walterus abbas eiusdem loci[3], quoniam minia vetustate decidebat, ampliare meliorando studuit additisque sanctorum pigneribus[b] memoriam sanctissimi Nicholai ibidem constituit[4].

LI. Remis Philippus, Heinrici regis Francorum filius, presente patre consilio principum regni fuerat in regem benedicendus[c]. Hanc benedictionem iure suo Gervasius procurabat archiepiscopus[d], vir omni bonitate conspicuus. Hic, ut sui officii celebrius commendaretur auctoritas, tam regalibus quam suis quoque nuntiis dominum pontificem studuit invitare. Qui licet alias maximis causis occupatus teneretur, et maxime pro werrarum tumultibus, quas previdebat insurgere, libenti tamen satis[e] animo se[f] sese[f] petentibus exhibuit[g] regiaeque benedictioni, sicut decebat, interfuit[5]. Ipse[h] profecto predictus[i] archiepiscopus omnimodis eum diligebat et super omnes metropolis suae episcopos venerabatur et colebat. 1059. Mai. 23.

LII. Accidit in una quinta feria maioris ebdomadae, quae sanctum pascha precedit, infulatus pontificalibus insigniis archiepiscopus dum procederet sacrosancta missarum solemnia celebrare, prospiciens videt astantem dominum nostrum Lietbertum pontificem. Quo viso substitit, retrorsumque rediens quibus erat infulatus insigniis exuitur, et quod celebraturus erat sacramentum suppliciter dominum Lietbertum rogat celebrare; quod vix impetrare valuit. Quae res cunctis, qui aderant, in eum magnae venerationis causa fuit.

LIII. Hoc temporum curriculo[2] predictus Hugo in Cameracensi pago non longius a civitate quam decem milibus apud quendam locum Porgivallem dictum municipium firmavit, in quod introiens cum satellitibus suis rec[illegible] vicinas devastabat episcopi. Hoc episcopus diu ferre non potuit, sed collectos equites et pedites illuc direxit. Municipium assultu oppramitur et igne succensum ad terram prosternitur; sicque locus ille a satellitibus emundatur. Hugo siquidem spelunca latronum[6] perdita alibi divertit predasque et mala plurima in episcopum repetivit. His et aliis quam[k] pluribus infortuniis non frangebatur miles Christi, sed sapienter cuncta ferens meditabatur, qualiter ipsius insolentiam contunderet[7], quod et fecit. G. L. 18.

LIIII. Post haec Hugo quandam puellam Adam nomine, neptem videlicet Richeldis comitissae Montensis[8], G. L. 20.
cepit amare eamque in coniugium sibi velle copulare. Sed quia excommunicatus erat, quomodo quaque ratione id perficeret, nesciebat. Quid faceret? Absolutionem non curabat magnopere, querit tamen eam ab episcopo per internuntios desiderio cupitae puellae. Porro episcopus fatigatus multis iniuriis eius absolvere eum nolebat, nisi prius[m] dimissionem manu propria, quod et vulgo werpire dicitur, faceret ex omni beneficio, quod infra ambitum Cameracae civitatis habebat. Hugo vero desiderio invenculae inflammatus fecit episcopo secundum optionem eius. Werpivit palam omnibus, presente domino suo episcopo suisque militibus, presente comitissa Richelde suisque principibus, quicquid habebat beneficii infra civitatem ipsam[n] Cameraci, sicque absolutus fidelitatem episcopo fecit de reliquis castellaturae bonis et inde obsides dedit. Haec autem fidelitas non diu est ab ipso Hugone observata, quia iureiurando promissam in natali G. L. 21.
sancti Andreae infregit eam secunda feria post palmas. In hac enim feria maioris ebdomadae factam predam super Cameracenses reddere noluit, sed in ipso absolutionis die, qui est ante parasceuen, diffidentiam domino suo mandavit: Postea Cameracum derelinquens malum, quod potuit, sicut primitus facere instituit. Commonitus crebro sub nomine terrae et in fidelitate quam iuraverat presentibus comparibus suis ante conspectum domini sui tandem venit, sed de quibuscunque interpellatus est, rectum facere nolens iniustior, quam venisset, recessit. Unde compares eius et alii quam plurimi nobiles, qui communi utriusque causa placito interfuere, reum iudicantes eum terram, quam de episcopo tenebat, ei abiudicavere.

LV. Hugo autem ad municipium, quod apud Ausiacum sibi paraverat, rediit et malum adversus episcopum G. L. 22.
facere non cessavit. Episcopus tamen patienter ferens haec omnia abiecto timore parrochiam suam circuibat, et cercle

a) temporum labente 1. b) pignoribus *mut.* pignor. 2. c) benedict[vnd] 1. d) Remensis XLIII *add. D'Ach.* e) satis *om.* 3. f) *ita* 1—3. g) ipso die Pentecostes XXIII. Maii MLIX *add. D'Ach.* h) *a c corr.* 2. i) predictus *om.* 3. k) quam pluribus *om.* 1. l) contenderet 1. m) dimissionem prius 1. n) ipsam *alia manu suppl.* 1. o) natale 1. 2, *cod.* 7 *G. L. (Hafn. Thott* 520)

1) Supra c. 47. 2) Cf. ex. gr. Sulp. Sev. Dial. I, 19, 4: *Tertio demum succedentium temporum labente curriculo,* qui locus etiam supra c. 7 p. 846 l. 1, c. 46 p. 859 l. 36 conferri potest. 3) Walterus primus S. Sepulchri abbas, qui a. 1091, aut 1095, obiisse dicitur. 4) Ecclesia S. Nicolai a. 1791. vendita et destructa est. 5) Cf. Bouquet, 'Recueil des histor. de la France' XI, 32; Prou, 'Recueil des actes de Philippe I^er^' ('Chartes et diplômes rel. à l'hist. de France') p. XXIII sq. 6) Cf. Ierem. 7, 11; Matth. 21, 13; Marc. 11, 17; Luc. 19, 46. 7) Cf. ex. gr. Seneca De benef. III, 29, 1: *ad contundendam insolentiam hominum ex fortuna pendentium* etc. 8) Uxoris Balduini VI. comitis Flandriae.

suas, quae sacramenta erant, benedicens et cetera ministerii sui opera perficiens. Accidit, ut, cum huius laboris exercitio ad quandam villam Barielthim nomine deveniret ecclesiamque villae consecrandam benediceret, et post consecrationem in crismatibus[1] turbis fatigatus ibidem pernoctaret. Prefatum Hugonem fama[a] huius rei non latuit, qui acceptis secum[b] complicibus suis ad domum illam pervenit, in qua iam lecto receptus episcopus lassata membra commendabat quieti. Fractis domus ostiis et quibusdam resistentibus interfectis pervenit ad cameram, in qua pontifex cubitabat cum Wiboldo preposito suo et capellanis suis. Sentiens Wiboldus tumultum et violentiam ostio camerae quasi pro obice esse opposuit. Sed unus pluribus resistere non valens fracto ostio ab ipso Hugone interemptus occubuit. Denique episcopum sicut in lecto iacebat cum camisia tantum ille insanus homicida[c] non timuit accipere et ad municipium suum ita nudum asportare clausumque in custodia retinere.

LVI. Hac igitur fama Arnulfus comes Flandrensis[2] et mater eius Richeldis excitati sumptis militibus suis continuo ambo ad Ausincum venerunt et requirentes episcopum[d] cum summa diligentia repertum[d] reduxerunt Cameracum cum grandi gloria et honore. Donaverunt insuper palliis et muneribus ecclesiam sanctae Dei genitricis Mariae ubique monasteria civitatis Cameracae. His itaque[e] digne et laudabiliter perfectis Flandrensium comes cum matre sua laetus in patria sua redit. Episcopus vero totis animi viribus Hugonem insecutus non contraxit manum[3], quodusque destructo Ausciari municipio procul eum pelleret a Cameracensium finibus. Expulsus taliter [f] sibi adversus episcopum de omni clamore in vita ipsius, terra quoque requievit a facie malignitatis[f] eius.

LVII. Superveniente senio cepit episcopus corpore lassescere, sed de aeterna vita sollicitus in animo convalescere, hereditatemque preclaram, quam ab antecessoribus possidebat ad mundi huius gloriam, transferre studuit ad mansiones eternae vitae patriam. Tantum de hereditatibus et sui iuris redditibus ad ecclesiam sanctae Dei genitricis Mariae Cameracensis sedis per cartarum instrumenta contulit, ut inde refectionem cibi et potus habeant canonici per omnes dominicas totius anni, ita tamen ut in omnibus secundis feriis a congregatione generaliter missa celebretur pro anima eius et pro cunctis fidelibus defunctis. In ecclesia sancti Autberti clericos regulares constituit, abbatem eis prefecit[h], electis prius quibusdam clericis ibidem negligenter nimis et inordinate servientibus[4]. Altaria valde bona et possessiones preclaras superaddidit, prebendas magnifice de suo proprio restauravit. Erleboldum, qui ecclesiam sanctae Crucis aedificavit, et rebus et consilio multum iuvit et in eligendis et ponendis canonicis numerum et electionem adhibuit. Ecclesiam sancti Veasti, quam restauravit, idem Erleboldus, fecit consilio et auxilio eius. Monasterio sancti patris nostri Gaugerici Matherac[k] huius civitatis decimam dedit et rebus aliis valde bonis locum ditare studuit. Novum castrum et abbatiam sancti Andreae apostoli et cenobium sancti Humberti semper fovit, semper meliorare studuit, semper exaltare non cessavit. Congregationi sanctae Mariae Atrebatensi ecclesiam de Beltrem tradidit. In monasterio sancti Vindiciani apud montem sancti Eligii clericos regulares constituit, et electis illis, qui negligenter ibidem serviebant, multa de suis bonis ibi Deo servientibus superaddidit. Civitatem, quam episcopus fractus pro werrarum seditione desertam invenit, populosam et opulentam fecit. Nulli suorum civium nocuit, cum omnibus prodesse studuerit. Clericos suos et omnem ordinem ecclesiasticum diligebat, sicut gallina, quae congregans pullos suos fovet eos sub alas suas.

1070 LVIII. Ea tempestate audiens Robertus[m] mortem fratris sui Balduini comitis[5], qui apud Hasnoniam ecclesiam reaedificavit[n], factione maioris Flandrensium partis super Arnulfum comitem et matrem eius[6] Flandrias irrupit. Ad cuius violentiam refragandam predicta Richeldis comitissa cum filio Arnulfo, cum quo, sicut dictum est[o], dominum nostrum Lietbertum de captione Hugonis extraxerat, regem Franciae Philippum evocavit[p] eiusque auxilio apud Cassellum bellare paravit. Sed Flandrensibus, quorum dolo Robertus[q] ille in Flandrias intraverat, dolose pugnantibus et terga vertentibus, ipse puer Arnulfus occiditur.

c) homicida *alia manu in marg. suppl.* 1. d) *ea quae sequuntur usque ad c. 59: qui venerant armati, infra p. 863, l. 34, duobus foliis perditis desunt in* 1. e) ita 2. f) malitie et trannidis 3. g) *ita etiam cod.* 7 *G. L. (Haps. Thott 520).* h) quarta Maii MLXVI *add. D'Ach.* i) nostri *supra lin. suppl.* 2. k) *ita* 2 (matherc *vel* niathe. 3 (matherc); matheue *G. L., ubi Bethmann conecit* in Athene. l) Debelre 2; de beltel, *e in loco rasu, el ex suppl.* 3. m) Rotbertus 2. n) aivocavit 3. o) Rotbertus 2.

1) *confer mundis* G. Lietb. 2) Qui Balduino VI. patri a. 1070. Iul. 17. defuncto succedens a. 1071. Febr. 22. interfectus est. 3) Iosue 8, 26: *Iosue vero non contraxit manum.* 4) Cf. carta Lietberti, data a. 1066, Miraeus-Foppens, Opera diplom. I, 157; Wauters, 'Table chronologique des chartes et diplomes imprimes concernant l'histoire de la Belgique' I, 519; Stumpf nr. 2692. Meyer von Knonau, 'Jahrb. des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V.' I, 498, n. 16; Le Glay, 'Glossaire topographique de l'ancien Cambrésis' p. 10 sq. et p. 150 sq. 5) Qui obierat a. 1070. Iul. 17. 6) Ubi sepultus est; cf. Meyer von Knonau, 'Jahrb. des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V.' II, 37. Hasnoniensem ecclesiam ipse Lietbertus dedicavit a. 1070. Iun. 3.; Sigeb. Auct. Hasnon., SS. VI, 441; Tomelli Hist. mon. Hasn., SS. XIV, 157. 7) Richeldem. 8) Supra c. 56.

Quo mortuo fugataque matre totus marchionatus cessit Roberto[a 1]. Hoc eventu belli nimis efferatus in tantam prorupit insaniam, ut dominatum Cameracae civitatis imperio preripere vellet imperiali et[b] suae[b] subiungere ditioni[2]. Unde collecto frequenter exercitu villas civitati proximas depopulans per cunctam viciniam bachabatur[c]. Quod dum non semel, sed bis annuatim faceret totamque Cameracensem patriam penitus in solitudinem redigeret, domnus pontifex per internuntios eum sepe conveniebat et, ut ab incepto desisteret, nunc prece[3], nunc precio sepius orabat. Sed ne quidem audire volens, fastu superbiae secularis inflatus, minabatur non modo a devastatione regionis non[d] cessare, sed ipsam quoque civitatem, nisi sibi eam redderet episcopus, ad nichilum redigere. 1071.

LVIIII. Inter hos laboriosos vitae mortalis sudores, inter prescripta sanctorum operum[e] exercitia Deo dignus pontifex fatigatus in infirmitate decidit, quam per tres continuos annos mira patientia sustinuit. Quem tirannus[4] ille audiens egrotare, tanquam de pastoris absentia gratulabundus rursus infremuit, rursus in caulas dominici gregis[5] insanit. Collecto maximo exercitu velut ex improviso ad civitatem advolat, tanquam expugnaturus eam. Quod factum domnus pontifex gravissime tulit et, ultra quam dici potest, indoluit. Precepit quantotius, ut in lecto gestatorio levaretur et per medias acies bellatorum usque ad tentorium ipsius tiranni portaretur. Tantis siquidem podagrae doloribus angebatur, ut nullo modo in pedes subsistere posset. Delatus ex sententia usque ad tentorium comitis, postquam vidit eum, graviter infremuit et cum magna[f] severitate scelestos ausus presumptionis ipsius increpavit, utque de terra dominae suae sanctae Mariae discederet, auctoritate pontificali commonuit. Suus enim parrochianus erat, in quantum comitatus Atrebatensium sibi cedebat, quoniam Cameracensis et Atrebatensis ecclesia tunc temporis uni pontifici parebat[6]. Illo non curante, sed mente superba pontificis obiurgationes quasi quaedam ludicra subsannante pontifex manibus sese sustentans resumptis viribus in lecto resedit et, ut sibi virga pastoralis cum stola sacerdotali porrigeretur, imperavit. Quibus acceptis inpresentiarum protinus ipsum comitem cum omni exercitu eius usque ad satisfactionem excommunicavit. Videns comes in viro Dei tantam mentis et iustitiae constantiam, reveritus aetatem, reveritus pontificis auctoritatem, quodque verius est, terrore divino perculsus, cum esset hora diei nona, movit castra et, licet infrendens, licet minas ingeminans, quantum dies concessit, extra terram, quae sibi contradicebatur, secessit. Ceteri, quorum mens sanior fuit, prinsquam recederent, prostrati solo coram pontifice veniam petunt et, quod deinceps hoc malum super Cameracensem ecclesiam non iterarent, tactis sanctorum reliquiis inraverunt. Componentes itaque singuli dampnum, quod patriam depopulantes intulerant, absolutione suscepta laeti redeunt, quoniam, qui venerant armati furore[g] bellico, recedebant gratificati timore divino. Ita liberata civitas ab obsidionis terrore studio sui pontificis laudes refert Deo suaeque gloriosae genitrici. 1073—1076.

LX. O gloriosum pontificem non armis, sed fide pugnantem! 'Mercennarius, et qui non est pastor, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit. Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis'. Ecce libertatis presidium[7], ecce pontificis officium. Lietbertus ab hostilis invasionis oppressione liberat patriam, pontifex post redargutionem scelerum confitentibus implorat veniam. Libertate nobilis animi sese viriliter ingessit hostibus, auctoritate pontificali redarguit tirannorum rabiem, ne tam crudeliter ad animarum suarum periculum grassarentur in populorum depredationibus. Ascendit ex adverso[h], opponens se murum[i] pro domo Israel, hoc est[k] ecclesia sibi commissa, ut posset stare in prelio in die Domini[8]. Ex adverso[l] ascendere, est quibuslibet potestatibus prave agentibus rationis Ioh. 10, 12. 11. Ezech. 13, 5.

a) Rotberto 2. b) suaeque 3. c) debachabatur 3. d) non *om.* 2. 3; *suppl. D'Ach.* e) operum *in loco raso* 2; operta *add. D'Ach.* f) maxima 3. g) *hic rursus incipit* 1. h) averso 2 (*corr. adv.*). i) murum *manu posteriore in marg. suppl.* 3. k) pro *add.* 1? *D'Ach.* l) averso 1 2 (*corr. adv. 2*).

1) Cf. Meyer von Knonau l. c. p. 57 sqq. 2) Cf. L. Vanderkindere, La formation territoriale des principautés belges au moyen âge 1. sec. ed. (Brüssel 1902), p. 140. 3) Cf. ex. gr. Verg. Aen. X, 368: *Nunc prece, nunc dictis.* 4) Robertus I. comes Flandriae. 5) Cf. ex. gr. Aug. c. Pelag. l. 1, 2 (Corp. script. eccl. Lat. Vind. LX, 424): *fremere ad dominici gregis caulas.* 6) A. 1094. Mart. 23. Urbanus papa II. Atrebatensem ecclesiam a Cameracensi separavit, Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. nr. 5512. Cf. Meyer von Knonau, Jahrb. des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V. IV, 408 sq. 7) Cf. supra c. 3, p. 844. 8) Ezech. 13, 5: *Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini.*

libera voce contraire, et in die Domini pro domo Israel in predio stare ac murum opponere, fideles innocentes contra perversorum iniustitiam ex institiae auctoritate vindicare. Sed stare in predio[a] non potest, qui in eo, quod preest, non oves diligit, sed lucrum[b] terrenum querit. Animae pereunt, et ipse de terrenis commodis[c] lactatur. Sed noster pastor per Dei[d] gratiam bonus et libertas patriae[e] opponere se contra periculum non trepidavit, ne hoc, quod diligebat, amitteret. Nec timuit cuneos[2] intrare bellatorum, ne
Prov. 28, 1 gregis sibi commissi sustineat detrimentum. 'Iustus ut leo confidit'[3]. Vere confidit, qui comitis Flandriarum faciem non erubuit; qui inter gladios militum superbiam malignitatis eius non siluit, postremo minas tirannidis eius non timuit. Vere confidit, qui comitem Flandriarum pontificaliter increpavit et, quia obaudire[e] nolebat, presentem excommunicavit. Perpetrata victoria, fugatis hostibus libertas patriae[f] lecto, quo advectus erat, reportatur ad domum necnon intra pontificale relocatur cubiculum.

LXI. Deficientibus corporis viribus augmentabatur infirmitas, et de die in diem multis incommodis molestabatur senilis aetas. Et quoniam diutino langore iacuerat, etsi putrescente carne pene membris omnibus defluret livor, nunquam[i] tamen cilicium, quo a diebus ordinationis suae semper usus est[4], mutare voluit neque lecti duritiem a proposito religionis
Ps. 6, 7 rigore molliri permisit. Laborabat in gemitu suo, lavabat per singulas noctes lectum suum, lacrimis stratum suum rigabat[5]. Quo advixit, panis ordeaceus victus eius assiduus fuit, nec eum nisi dies solempnis levabat; quem sic sollicite, sic honeste anteponi mandaverat inter epulas pontificales, ut a nullo convivantium percipi posset. Epulae quidem carnium sufficienter apponebantur, sed panis et aqua disciplinabiliter sumebantur. Inter convivantes iejunus, inter iocundos sobrius erat. Mensis ipsius pauperes[k] nunquam deerant, quibus diurnam annonam sicut ceteris domesticis suis constituerat. Inter quos si leprosus venisset, sciphus ei pontificalis proferebatur et tanquam calix Domini preclarus iterum pontifici presentabatur. Psalmos penitentiales diebus suae infirmitatis intuebatur et legebat et ubertim ac ingiter flebat. Et ne intentio eius a quoquam impediretur, religiosis et ecclesiasticis viris utebatur, quorum consolatione passiones carnis et animae relevabat.

LXII. O irrecusabilis necessitas mortis! O inevitabilis conditio, quae nulli parcit[6]! Noster siquidem pontifex tam senectute quam morbo confectus[7] diem suae vocationis ultimum expectabat, et sicut cervus sitiens ad fontes aquarum[8], ad spem aeternae[l] quietis anhelabat. Qui nimirum in lecto decubans, licet fractis viribus deliquescens, morbos tamen et annos mentis fortitudine vincens, monitis sanctis ad hereditatem caelestis patriae cunctos
Act. 1, 1 invitabat. Imitator quippe fiebat magistri sui, de quo dicitur: 'Cepit Iesus facere et docere'. Insinuabat mansuetudinem et misericordiam, largitatem in pauperes Christi, quam semper exercuerat, docens, quantam apud Deum confidentiam pro hac, qui exercent[m], consequentur, ut vos in die illo perichitantes in aeternum suum recipiant tabernaculum[9]. CompleMatth. 19, 21 verat et ipse mandatum evangelicum, quod dicit: 'Vende, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum[n] in caelo'. Vendidit sua, sed Deo, quoniam de cunctis, quae sui[o] iuris erant, sponsam Christi domum[p] sui, sanctam videlicet ecclesiam, subarraverat pluribusque locis, sicut supra tetigimus[10], Christi pauperes alebat. Et exoptans toto mentis affectu proficere de virtute in virtutem[q] cunctos sibi commissos hortabatur, ut poterat, presentes[r] postponere presentis seculi desideria et amare caelestia.

LXIII. Cunaque de immineuti eius exitu conquerentes alterutrum lamentarentur, dicebat: 'Nolite arbitrari, mei karissimi filii, me velle[s] quasi decurso spacio ad carceres a calle[t] revocari.

a) *abs.* L. *Vulg.*: periculum 2, 3. b) terrenum lucrum L. c) lucris L. d) gr. Dei L. e) obedire L. f) *ita* L. *Vulg.*: hostibus libertas patriae 2, 3. g) semper *add.* L. h) nunquam pauperes Le. i) forche *e corr.* 3; porrigebatur L. k) pauci 2. l) aeterna *add. Le.* m) exercentur 2. n) *ita* L. *Vulg.*; thesaurus 2, 3. o) iuris sui 2. p) domum L. q) *ita* L—3; calce *Ge.*

1) Supra c. 3, p. 844 l. 11. 2) Cf. ex. gr. Sulp. Sev. V. Mart. 4, 5: *hostium cuneos penetrabo securus.* 3) Prov. 28, 1: *iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* 4) Ps. 6, 7: *Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo.* 5) Cf. ex. gr. Aug. De civ. dei V, 11, 32: *conficit homines senectute*; ib. c. 57. 6) Ps. 83, 8. supra p. 844, n. 1. 7) Cf. ex. gr. Sulp. V. 19, 52: *confecti senectute*; De off. III, 27, 130: *senium confectum senectute.* 8) Ps. 41, 2: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* 9) Luc. 16, 9: *facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* 10) Supra c. 3, p. 844 l. 11. 11) Ea 55

Quid enim habet vita humana[1] iocundius[2]? Quid non potius laboris? Non libet enim michi deplorare vitam, cf. Cato quomodo multi et indocti[2] faciunt, neque me vixisse penitet, quoniam ita vixi, ut non frustra me natum existimem, et ex vita discedo ita, tamquam ex hospitio, non tamquam e domo. Commorandi naturae[3] auctor Deus[3] diversorium[3] nobis, non habitandi, dedit. Moriendum[4] certe est, et id incertum an eo ipso die[4]. Omnia[5] vero, quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis. Quid est autem tam secundum naturam quam senibus emori?[5] Horae[6] quidem cedunt et dies et menses et anni, nec preteritum tempus umquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest; quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus[6]. Tantum[7] remanet, quod recte factis et virtute consecutus sis[7]. Sed[8] vivendi finis est optimus, cum integra mente certisque sensibus opus ipse[9] suum, qui[8] coagmentavit[b], Deus[9] dissolvit. Ut aedificium idem facillime destruit[c], qui construxit, sic hominem eodem[10] optime, qui[10] conglutinavit, Deus[10] dissolvit[c]. Mortem[11] igitur omnibus horis impendentem[11] meditemur. Nam[12], dum sumus inclusi[d] in his compagibus corporis, quodam necessitatis et gravi opere perfungimur[12]. Sed ipse Deus auctor immortalitatis, ut finem poneret necessitati, terminum vitae carnali dedit, volens nos venire ad ipsum munus immortalitatis. Unde nec censeo lugendam mortem, quam immortalitas consequitur[13]. "Si 1. Thessal. enim credimus, quod Iesus mortuus est et resurrexit, ita et Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo."

LXIIII. Inter haec flante austro lilium sensim[e] in pallorem[f] migrabat, quia videlicet 'omnis caro fenum et omnis gloria eius tamquam flos feni'. Quod animadvertentes, qui Isai. 40, 6. aderant, sacrosancti evangelii deferunt[g] codicem, quatinus recedenti de seculo dominicae passionis supplicia, quae pro nostra redemptione sustinuit, recitarentur et demonum spiritus tantae lectionis ventilabro repellerentur. Cumque a circumstantibus interrogaretur, an intenderet his, quae legebantur, respondit recitari passionem Christi secundum evangelium Iohannis. Postquam ventum est ad id: 'Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Con- Ioh. 19, 30. summatum est', percipiens et ipse viaticum corporis et sanguinis Christi inter manus plangentium Deo, cui omnia vivunt[13] et cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, suum tradidit spiritum. Vicesimo sexto ordinationis suae anno felix episcopus, senex emeritus, vetus hospes, plenus dierum[14], dans pacem filiis et vale dicens cf. G. L. ultimum, vinculis carnis absolutus feliciter X kalendas Iulii[15] decedente sole migravit ad 1076 Iun. 22. Christum.

LXV. Testati sunt, qui interfuerunt, post emissum spiritum capillorum ipsius albedinem in pristinum iuventutis redisse colorem. Testatur etiam religiosorum virorum contubernalis veritas, quod per decennium, priusquam vita decederet, a tactu genitalium membrorum penitus abstinuerit. Sed si necessitas naturalis vel in equitando[h] vel in procinctu quolibet alio tangere compulit, pallio vel camisia manus obvolvit. Dum vero corpus eius mortuum mundaretur ad lavandum, ut monstraret Deus pudorem castitatis, quem servaverat, ea membra cancellatis manibus[17] sibi texit, sicque, donec reinduerentur, iacuit. Lotus aqua vinoque perfusus, postquam est feminalibus reindutus, complosas manus dissolvit[i], sicque quasi rursus[k] mortuae reciderunt. Qui aderant videntes glorificaverunt Deum, qui facit mirabiles res[18], et funeris exequias explentes levaverunt corpus feretro. Quod deportantes locaverunt in ecclesia sanctae Dei genitricis et perpetuae virginis Mariae vigiliasque noctis illius ibidem cum psalmis et orationibus in luctu et merore maximo peregerunt[l].

a) -us *expunct.* 2. b) *ita* 1; coaugmentavit 2. 3. c) dextruit 1. d) inclusi *om.* 1? *D'Ach.* e) sensim *om.* 1. f) *ita* 1; pallore 2. 3. g) codicem deferunt 3. h) equitando *mut.* quietando 3; quietando 1. 2. i) solvit 1. k) rursus *om.* 1. l) peieerunt 1.

quae sequantur ex Ciceronis Catone maiore 23, 83 sq. (rec. C. Simbeck, Lipsiae 1912) compilata sunt: *nec vero velim quasi decursa spatia* etc.

1) *Quid habet enim vita commodi* Cic. Cato 23, 84. 2) *et docti* (*et ii docti* Klotzii editio Teubn.) *saepe fecerunt* ib. 3) *natura deversorium dedit* ib. 4) *Moriendum — die* ib. 20, 74 (*id* habet Klotz). 5) *Omnia — emori* ib. 19, 71. 6) *Horae — contentus* ib. 19, 69. 7) *Tantum — consecutus sis* ib. 8) *Sed — dissolvit* ib. 20, 72. 9) *ipse* X. *eadem quae . . natura* Cic. 10) *eadem . . quae . . natura* Cic. 11) *Mortem — impendentem timens qui potest animo consistere* ib. 20, 74. 12) *Nam — perfungimur* ib. 21, 77. 13) Ib. 20, 73: (Ennius) *non censet lugendam esse mortem, quam immortalitas consequatur.* 14) Cf. ex. gr. Luc. 20, 38: *omnes enim vivunt ei.* 15) Cf. ex. gr. Gen. 35, 29: *senex et plenus dierum.* 16) Aliter *in. regulis sancti Iohannis baptistae* (= Iun. 23) G. L. c. 24 fin., SS. VII, 497. Cf. SS. VII, 497 n. 14 et infra p. 867 l. 3 et n. 1. 17) Ad elocutionem cf. Solin. 1, 75: *et manibus cancellatis et bracchiis.* 18) Cf. ex. gr. Ps. 85, 9 sq.: *glorificabunt nomen tuum, Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia.*

LXVI[a]. Mane facto detulerunt illud ad monasterium sancti Sepulchri, quod ipse[b] a fundo sicut est aedificaverat et ordinato abbate et monachis locum possessionibus et rebus
1071 commodis, sicut hactenus cernitur, honoraverat[1]. Ibi[c] quoque ante quinquennium, quam vita decederet, effodi sepulchrum sibi fecit. Quod certis diebus revisens et primo quidem desuper incumbens lacrimis et gemitibus fossam perfundebat, deinde pane vel carne vel aliis cibariis inplebat, quae pauperibus mox erogari faciebat. Sepultus est autem cum gloria et honore pontificali anno pontificatus sui vigesimo-sexto, nono kalendas Iulii, dominicae incarnationis MLXX[c] sexto, temporibus Gregorii septimi papae, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Explicit vita domni Lietberti episcopi edita a quodam monacho nomine Rodulfo*.

APPENDIX.

EPITAPHIVM[d] DOMNI LIETBERTI EPISCOPI.

Clauderis hoc tumulo lapidum, Lietberte[e] sacerdos,
Spes et amor patriae, laus, decus ecclesiae.
Hancque domum Christi spe felix instituisti,
Rursus ut octava luce fruaris ea.
Clauditur incessu Caneri solisque recessu
Orbi sexta dies: quae tibi sit[f] requies**.

NOTITIA DE MORTE ET TRANSLATIONE LIETBERTI EPISCOPI CAMERACENSIS.

Ea quae sequuntur codex 2 *post Vitam Lietberti p.* 32 *absolutam manu posteriore scripta habet p.* 33, *in codice* 1 *f.* 78' *Vitae Lietberti manu Francisci de Bar saec. XVI. immediate subiuncta sunt sine dubio e codice* 2 *desumpta, cum haec praemissa sint:* In MSS. codicis S. Sepulchri sub finibus vite domni Lietberti scriptum legi: Nono kal. Iulii *etc. Quae habes apud*

* *Ita* 1: Explicit vita domni Lietberti Cameracensis ecclesiae episcopi 2; Expl. v. d. L. Cameracensis episcopi ecclesiae, dominici Sepulchri in eadem urbe fundatoris, edita a domno Radulfo eiusdem cenobii monacho 3[g].

** *In* 1 *sequitur:* Epythaphium domni Alvisi episcopi Athrebatensis[g. 3].

Sub cruce, sub sporta, sub virga pontificali
Me crucio, macero, sed in hoc certamine vinco.
Dum loca sancta peto, petit et mea Marta Mariam.
Martha iacet fessa, non fessa Maria ministrat.
In finem populi finit mea Martha ministrans,
Incipit illa soror nescia fine premi.

a) *valde capitum distinctio* 2, *ubi manu multo posteriore in marg. suppl.:* capi; LXVI. b) ipse *om.* 1? *Dach.* c) Ubi 3; d) *sic* Epit. d. L. ep. 3, *ubi hi versus Vitam Lietberti p.* 33 *sequuntur; hoc epitaphium in fronte libri p.* 2 *inter capitulorum conspectum et prologum manu saec. XII. vel XIII in., quae totam Vitam scripsit, habet ita inscriptum:* Epitaphium domni Lietberti Cameracensis episcopi, ecclesiae dominici Sepulchri fundatoris, 2, *ubi p.* 37 *manu saec. XV. ex codice* 3, *ut videtur, repetitur vc.* Tumulo, *supra p.* 839 *n.* 9); Epit. d. L. episcopi *om.* 1, *qui codex f.* 82 *hos versus atque sc.* 3 *Vitae Lietberti subiungit, ubi manu saec. XVI. superscr.* Epitaphium S. Lietberti. — *Epitaphium Lietberti typis impressum est apud D'Achery p.* 734; *AA. SS. Boll. 23. Iun. V. 3. edit.), 515 (ed. a.* 1743. *IV, 605); Migne Patr. Lat. CXLVI,* 1484. e) Lathberte 1. 3. f) sit 2. g) *manu Francisci de Bar saec. XVI. add.* 1; Hic fuit VI[us] abbas Aquicinctensis, antequam fuerit episcopus Attrebatensis.

1 Cf. supra c. 46—49. De sepultura Lietberti cf. Gesta Liethb. c. 24 fin. 2; Cf. supra p. 838 et n. 2. Notitiam Necrol. S. Sepulchri Camer. plenius edidit L. Bethmann SS. VII, 398 n. 47 (ex cod. Camerac. bibl. civ. nr 734 saec. XII) in hunc modum: 2. *Non. Iulii obiit Radulfus noster monachus et sacerdos, qui domni et patroni nostri Lietberti Cameracensis uxoris pontificis vitam, sudores, quos pro eadem sudavit ecclesia, et finem vitae praesentis in uno volumine luculento sermone descripsit.* In Necrologio hic prologus Vitae Lietberti, supra p. 841 l. 13—15, exscriptus est. 3) Qui sedit a. 1131—1147; obiit in itinere crucis, Sept. 6., Philippopoli; cf. Odonis de Deogilo Lib. de via S. Sep., SS. XXVI, 61. 64; epist. Ludowici VII. regis ad Sugerium, 'Recueil des hist. des Gaules et de la France' XV, 488.

D'Achéry p. 733; AA. SS. Boll. 23. Iun. V (3. ed.). 499 (ed. a. 1743. IV, 586); Migne Patr. Lat. CXLVI. 1484.

IX[ca] kal. Iulii obiit dominus Lietbertus Cameracensis atque Attrebatensis episcopus tricesimus primus, dominice incarnationis M[o] septuagesimo sexto; IIII.[o] kal. Octob. translatio eius, dominice incarnationis M°CC° undecimo. Ab obitu usque[b] ad translationem eius CXXXV. A translatione[c] prima usque ad secundam LXI; VIII[vo][d] idus Iunii translatio secunda. 1076 Iun. 23. Sept. 28. 1211. 1272 Iun. 6.

DE SANCTIS ECCLESIAE CAMERACENSIS RELATIO AVCTORE MONACHO VALCELLENSI.

Codex Havniensis bibl. regiae Thott. 4[to]. nr. 520 (= 3) absoluta Vita Lietberti f. 33 sq. eadem manu saec. XII. panca de Lietberto et ecclesia S. Sepulcri Cameracensi et catalogum sanctorum, quorum reliquiae in dedicatione ecclesiae S. Sepulcri a. 1064. facta praesentes erant. subiungit, quae in monasterio Valcellensi (Vaucelles, dép. Nord, arr. Cambrai) ord. Cisterciensis a. 1131. condita conscripta sunt[2]. Eadem exstant in codice Cameracensi nr. 862 (766) (= 2). p. 37 sq. inter excerpta ex Gestis episcoporum Cameracensium manu saec. XV. compilata, quae sicut etiam catalogus sanctorum ex codice Havniensi descripta esse videntur vcf. supra p. 839). Codicis Cameracensis variam lectionem perpaucis exceptis neglexi. Ha[c] edita sunt AA. SS. Boll. 23. Iun., t. V (edit. 3), 515 sq. (ed. a. 1743. IV, 606), ex MS. coenobii Valcrensis', alia ex verbis infra p. 868 l. 15 coniecisse videntur, sed re vera ex apographo ipsius codicis Cameracensis nr. 862 (766).

Similem catalogum reliquiarum in dedicatione Hasnoniensis coenobii a. 1070. a Lietberto episcopo facta allatarum habes in Tomelli Historia Hasnon., SS. XIV. 157.

Hic venerandus antistes[3] XXX[mo]I[no] a beato Vedasto Cameracensem atque Atrebatensem pariter gubernavit ecclesiam.

In diebus quoque ipsius apud Altum Montem inventum est corpus beati Marcelli papae et martyris, quod tempore Dagoberti regis Francorum et beati Vincentii cognomento Madelgarii[4] eiusdem coenobii monachi et fundatoris largiente beato papa Martino illuc delatum fuerat[5]. 1064—1070

Qui[c] videlicet episcopus sanctae memoriae Lietbertus inter alia donaria, quae diversis contulit Noy. S. Mariae Cam. ecclesiis, etiam beatae Mariae Cameracensi ecclesiae dedit altare de Aquerbech[d] cum appendiciis suis 1075 et tertiam partem in Lietcinis[e] et dimidiam villam Ogii[b]. Cameraci vero decimam monetae et Matheram[c], et in spe de Paschiertrat[h] cambam unam, et in Bobengnal[i] furnum unum, et in Foro gravalum unum.

Item notandum, quia, dum basilicam in honore dominici Sepulchri edificasset, sepulchrum quoque Domino in medio eiusdem basilice construxit rotundo scemate, in modum scilicet sepulchri, quod est Iherosolimis. Unde et marmor superpositum sepulchro Cameracensi habet longitudinem VII pedum, quoniam et locus, ubi positum fuit corpus Domini, eiusdem longitudinis existit. Hoc autem sepulchrum columpnae marmoreae exterius valde decorabant, intus vero ita erat propiciabile, ut quivis duro corde[k] adveniens ad affectum devotionis facillime moveretur. Porro sepulchrum istud quidam abbas eiusdem coenobii nomine Fulbertus everit[7], aliud vero in dextera parte eiusdeta basilicae, sicut impresentiarum cernitur, edificavit.

a. IX *fortasse e corr.* 2; Nonis I. Decimo *D'Ach.* — b. usque ad translationem *om.* I. — c. translatione 2. — d. quarto octavo idus Iunii, *om.* transl. sec. *D'Ach.* — e. *ed. e corr.* 3. — f. Andrebeth *Necr. Cam.* — g. hescinis 2. — h. Ogeti *Necr. Cam.* — i. Paschiertrat 2 *Necr. Cam.* — k. Bobengnal 2 *Necr. Cam.* — l. bobengnia *sunt* bongnia 3.

1. Cf. G. Lobb. c. 24 (ap. SS. VII, 497 *Sed* X, V. Lietb. 64, *supra* p. 865). — 2. Infra p. 868 l. 15. Cf. etiam 38 sq. de Fulberto abbate S. Sepulcri. — 3. Lietbertus. — 4. Cf. Miracula S. Marcelli, quae Urso ab. Altimontis ad Lietbertum episcopum scripsit, SS. XV, 790 sqq. — 5. Haec ex Necrol. S. Mariae Camerac., SS. VII, 497 n. 14. Cf. carta Lietberti, Wauters, Table chronol. I, 547, Le Glay, Glossaire topographique de l'ancien Cambresis, Cambrai 1849, p. 12 sq. M. Bruchet, Les tombeaux des moines de St Sépulcre et de St Aubert de Cambrai, Mémoires de la commission historique du département du Nord XXX (1914), cf. N. Archiv XLV, 454, n. 498, nihil huc pertinet. Cf. etiam A. Molinier, Les obituaires français au moyen âge, Paris 1890, p. 208. — 6. Cf. ex. gr. Is. 46, 12: *Audite me duro corde*. — 7. Quem, cum esset monasterii dilapidator, a. 1128 depositum esse tradit Gallia Christiana nova, III, col. 120 — Le Glay, Cameracum Christianum, Lille 1849, p. 171.

Quia vero descriptor gestorum huius sancti pontificis asserit ad dedicandam dominici Sepulchri basilicam XXII corpora sanctorum diocesis Cameracensis fuisse allata nec tamen ea, propter tedium scripto designasse, sed scire volenti per se colligere posse asseverat[1], nos quidem, quinam fuerint illi sancti[a], quorum corpora sunt advecta, ex parte scientes et ex parte nescientes, iccirco hic annotare libet nomina sanctorum non solum XXII[orum], sed etiam aliorum, quos scilicet in episcopatu Cameracensi vel esse vel fuisse sive legendo sive audiendo didicimus.

Sanctus Marcellus papa et martyr a cenobio[b] Altimontis. I.
Sanctus Lifardus archiepiscopus et martyr a cenobio Hunocurtensi[c]. II.
Sanctus Salvius episcopus et martyr a cenobio Valentianensi[d]. III.
Sanctus Sulpicius discipulus eius et martyr ab eodem cenobio. IIII.
Sanctus Foillanus episcopus et martyr a cenobio Fossensi. V.
Sanctus Hermes martyr a villa Rognas. VI.
Sanctus Adrianus martyr a cenobio Geraldimontis. VII.

De isto martyre narravit nobis dominus Willelmus olim huius cenobii Valcellensis[2] prior, quia ipse interfuit, quando incolae loci hesitantes, utrum ossa eiusdem martyris essent, accenderunt ignem, ut in eo missa probarentur. Et ecce gratia Christi, cuius nimirum amore preciosus martyr fuerat passus, supra ossa illius apparuit circulus aureus, habens in medio sui signum sanctae crucis. Quod videntes, qui aderant, gavisi sunt et laudaverunt Deum ossaque martyris in ecclesiam[e] beati Petri apostoli cum honore et gaudio portaverunt.

Sanctus Gaugericus episcopus et confessor ab urbe Cameracensi. VIII.
Sanctus Autbertus episcopus et confessor ab eadem urbe. IX.
Sanctus Aicadrus[f] abbas et confessor a cenobio Hasprehiensi[g]. X.
Sanctus Hugo ab eodem cenobio. XI.
Sanctus Sarius confessor a cenobio Castellensi. XII.
Sanctus Humbertus confessor a cenobio Maricolensi. XIII.
Sanctus Gislenus confessor a cenobio Cellensi. XIIII.
Sanctus Landelinus confessor a cenobio[h] Crispinensi. XV.
Sanctus Ello confessor a [villa[i] Dompierre[k]]. XVI.
Sanctus Winarus et sanctus Erminus confessor a cenobio Laubiensi. XVII. XVIII.
Sanctus Vincentius confessor a vico Sonegias. XVIIII.
Sancta Maxelendis virgo et martyr a cenobio Castellensi. XX.
Sanctae Aldegundis, Aldedrudis et Maldeberta virgines a cenobio Malbodiensi. XXI. XXII. XXIII.
Sancta Gudila virgo a villa Brusselle[k]. XXIIII.
Sancta Hiltrudis virgo a cenobio Letiensi. XXV.
Sanctae Pharahildis et Reineldis[l] sorores[3] et virgines a diversis locis. XXVI. XXVII.
Sancta Waldetrudis uxor beati Vincentii confessoris a cenobio Montium. XXVIII.

Horum liberi fuerunt sanctus Landricus Metensis episcopus et Dentlinus, Aldedrudis quoque et Madelberta virgines suprascriptae[m] 4.

a) sci *in loco raso* 3. b) cenobii 3. c) hunocurten. *primum -o- e corr.*, 2. d) Valenchianensi 2. e) ecclesia 3 *retram* 2) f) *ita* 3; Aicardus 2. g) hasphiensi 3; haspsiensi 2. h) *super* cenobio *locus rasus* 3; territorio, *supersc.* vel cenobio, 2. i) *pro* v. D. *locus rasus* 3; villa Dopierre *eadem manu postea in spatio inito vacuo relicto suppl.* 2 k) Bruxelle 2. l) *vel* Remeldis 2, 3. m) *numeros* XXIX. XXX *perperam add.* 3; *omnes numeros om.* 2.

1) V. Lietb. c. 49. supra p. 860. 2) Ord. Cisterc. nihil inveni. 3) Quod negatur AA. SS. Boll. 16. Iul. IV (1748), 174 sq. 4) Cf. ex. gr. Vita Vincentii seu Madelgarii c. 12—15. Anal. Boll. XII (1893), 429 sqq.
ab Hugone de Oisaco castellano Cameracensi a. 1131. conditi, de cuius fundatione cf. imprimis Cont. Valcell. a. 1131. et 1132. SS. VI. 459. De Wilhelmo priore

VITA BENNONIS II. EPISCOPI OSNABRVGENSIS AVCTORE NORTBERTO ABBATE IBVRGENSI.

EDIDIT **H. BRESSLAU.**

Vitam Bennonis secundi, qui ab anno 1068. *usque ad annum* 1088. *episcopus dioecesi Osnabrugensi praefuit, inter monumenta biographica saeculi undecimi praecipuum locum obtinere viri docti inde a Iusti Moeser temporibus omnes consentiunt. Sermone enim simplici sed non ineleganti scripta, insignis copia rerum et argumenti, non minus insignis cultu et amore veritatis plerisque aliis eius aevi scriptis praecellit, quo propter partium et sectarum saevissimas inimicitias et auctores aut blandiendo et adulando aut obiurgando et increpando fidem historicam violare conati sunt.*

Vita Bennonis in monasterio Iburgensi ab episcopo fundato scripta est inter annum 1090. *et* 1100, *cum Ekbertus marchio Misnensis interfectus*[1], *Wibertus antipapa, qui Clemens III. vocabatur, nondum mortuus esset*[2]. *Auctor nomen suum retinet; sed ex verbis, quibus cap.* 24. *Northerti, tertii Iburgensis monasterii abbatis, mentionem facit, viri docti iam dudum collegerunt, eum de se ipso locutum esse; neque est, cur hac de re dubitemus. Northertus oriundus ex pago Brabantino, Coloniae apud ecclesiam maiorem S. Petri a cognato qui scholas regebat educatus, postea canonicus Babenbergensis, deinde monachus factus in coenobio Sigebergensi, a Reginhardo abbate anno* 1085. *Iburgum missus et a Bennone episcopo abbas huius monasterii ordinatus est, cui plus quam triginta annos fideliter praefuit. Mortuus est* 4. *d. m. Decembris a.* 1117[3].

Saeculo 12. *auctor Annalium Iburgensium, quorum exigua tantum fragmenta supersunt*[4], *saeculo* 15. *Erhrinus Ertmann, qui inde ab anno* 1481. *chronicon episcoporum Osnabrugensium scripsit*[4], *saeculo* 16. *Bernardus Witte monachus Liesbornensis, qui historiam Westphaliae usque ad annum* 1520. *composuit*[5], *et Gerhardus Kleinsorgen, auctor historiae ecclesiasticae Westphaliae, quae res usque ad annum* 1577. *gestas enarrat*[6]. *Vita Bennonis usi sunt.*

1) Cap. 20. Mortuus est 3. d. m. Iulii a. 1090. 2) Cap. 18. Obiit 8. d. m. Septembris a. 1100. 3) Epitaphium praebent Annales Mauri Rost ('Osnabrücker Geschichtsquellen' III, 18). Quo docemur Northertum 4. d. m. Decembris mortuum esse, cum abbas annorum prope triginta trium fuisset. Ex Vitae cap. 24. intellegimus eum pene per quadriennium ante mortem episcopi († 1088 d. 27. m. Iul.) abbatem creatum esse. Quae facile inter se conciliari possunt, si Northertus initio anni 1085. abbas factus et sub finem anni 1117. mortuus est. Hugo, Northerti successor, nominatur primum in charta ('Osnabrücker Urkundenbuch' I, 195 n. 230), cuius verba haec sunt: *Actum est hoc . . . anno dominicae incarnationis mill. CXVIII* (ita 'Osnabr. Urkundenbuch'; *M. C. XVII.* Möser, 'Osnabrück. Geschichte' ed. Abeken IV, 72, sed in superscriptione chartae et ipse 1118), *iam per Dei gratiam ordinato abbate fratre Hugone, secunda die ordinationis eius, quae facta est VI. sabbati in festo sancti Nikolai.* Qua ex charta facile concludas Northertum anno demum 1118. mortuum esse; nam quod Maurus Rost (l. c. p. 18) scribit, sedem abbatis per annum vacasse, plane incredibile est. Sed notas chronologicas huius chartae unico codice saeculi 14. servatae et verborum usu (*VI. sabbati*; in chartis Osnabrugensibus huius temporis diem mensis ita notari prorsus insuitatum est) et rerum fide (a. 1118. festum S. Nicolai non die sabbati, sed die Veneris erat) corruptas esse docemur; itaque contra testimonium epitaphii facientibus fidem nego. 4) Ed. Forst, 'Osnabrück. Geschichtsquellen' vol. I. 5) Ed. Monasterii 1778. Cf. de eo Nordhoff in 'Zeitschrift des Vereins für Geschichte Westfalens' XXVI, 177 sqq. 6) Ed. Monasterii 1779. Cf. de eo v. Steinen, 'Die Quellen der Westphälischen Historie' p. 79 sqq., et Seibertz, 'Westfälische Beiträge zur Deutschen Geschichte' I, 343 sqq.

Eodem fere tempore codex antiquus a. 1581. *incendio monasterii Iburgensis periit et a. demum* 1587. *monachi a custode vici Dinklagensis, Iohanne Klinkhamer, eius apographon nacti sunt*[1]. *Apographon hoc, ita enim mihi videtur, a.* 1651. *vel* 1652. *Aegidius Gelenius, qui tum vice archiepiscopi Coloniensis episcopatum Osnabrugensem visitabat, sibi describendum curavit et apographon quarto decimo farraginum suarum volumini, quod hodie in archivo civitatis Coloniensis asservatur, inscrit*[2].

Latebat iam apographon Gelenianum in schedis viri de historia provinciae Coloniensis optime meriti, cum Maurus Rost, cuius pater Carolo I. rege ex Magna Britannia sive fugerat sive expulsus erat, natus d. 9. *m. Nov. a.* 1633. *inde ab a.* 1653. *monachus Iburgensis,* 10. *d. m. April. a.* 1666. *abbas monasterii a Bennone fundati electus est. Qui vir, quamvis doctus, pius, prudens, tamen perverso animi consilio cedens, cum demonstrare studeret montem Iburgensem totum quondam abbatiae fuisse neque quidquam aut iuris aut proprietatis ibi episcopis Osnabrugensibus post fundatum monasterium fuisse, castellum autem episcopale multo post summa cum monachorum iniuria Iburgi constructum esse, Vitam Bennonis ad hoc propositum aptare atque accommodare coepit. Omissis igitur eis capitibus, quae suo consilio repugnare videbantur, additis aliis, quae ad id probandum idonea putabat, insertis chartis, quas ad illustrandam historiam Bennonis et primordiorum monasterii ex archivo Iburgensi elegerat, plurimis locis res et verba Northerti commutans, opus egregium, quod praedecessor successoribus suis abbatibus et monachis Iburgensibus ad aeternam Bennonis memoriam reliquerat, crudeliter et stolide deformavit atque depravavit. Genuinae Vitae codice celato ac demum suppresso, adulteratae ac vitiatae apographa tria sive plura scribi iussit atque hac fraude posteritatem per plus quam duo saecula infeliciter fefellit. Cum enim vera Northerti Vita in archivo Coloniensi incognita lateret, spuria primum anno* 1723. *ab Eccardo in secundo voluminе Corporis historici medii aevi p.* 2161—2194. *deinde anno* 1856. *a Rogero Wilmans in Scriptorum nostrorum voluminе duodecimo p.* 58—84 *edita est*[3]; *neque quisquam ante v. cl. Fridericum Philippi de operis incorrupta integritate dubitavit. Qui cum historiae episcopatus Osnabrugensis assidue operam navando acute et sagaciter perspexisset ea, quae in Vita tapis culpata de fundatione monasterii narrabantur, non vera ideoque non a Northerto scripta esse, haec quidem et alia pauca recte, nonnulla autem falso insaspicionem vocavit, et cum de ratione tractaret, quae inter Vitam nostram et excerpta Annalium Iburgensium, Erhardi, Wittii intercederet, plane in magno errore versatus est*[4]. *Qua re adversarium strenuum, Paulum Scheffer-Boichorst, quondam sodalem nostrum, iniqua fato nuper litteris ereptum, provocavit, qui negavit, quo illi scriptores inter se cohaerent, luculenter exposito, chartas quidem Vitae insertas, de quibus Philippus non egerat, interpolatas et paucis locis textum corruptum esse concessit, sed cum reliquas Vitae partes prorsus genuinas esse contenderet, erravit et ipse et rationem interpolationum a Philippo acuta coniectura repertam parum intellexit*[5].

Quae cum ita essent eamque de hac controversia viri docti alii aliter iudicarent, feliciter mihi contigit, ut in archivo Coloniensi farraginas Geleniianas perlustrans in apographon Osnabrugense Vitae Bennonis hac usque ineognitum inciderem. Quo lecto atque, cum codex benignitate praefecti archivi Coloniensis v. cl. I. Hansen Argentoratum missus esset, iterum iterumque relecto, genuinam Vitae textum, ab interpolationibus Rostianis immunem et tapis culpato uberiorem, nobis a Gelenio servatum esse magno cum gaudio intelleri, neque dubito, quin nova, quam propono, editio monumenti pretiosissimi omnibus, quamvis paucis, qui historiae medii aevi studium adhuc foveat, grata et accepta admodum eveniat.

Ad quam parandam praeter codicem Geleninum (G)[6], *de quo supra paucis, uberius in 'Neues Archiv' XXVIII, 82s, egi, ad errores scribae Geleniani corrigendos tres codices Vitae interpolatae adhibui, quos ex eodem apographo Klinkhameriano, quo G. derivatos esse credo. Sunt autem hi:*

1) Ex hoc apographo Iacobus Thorwarth abbas Iburgensis multo saeculo 17. pauca de Bennone episcopo et de fundatione monasterii cum Gabriele Bucelino communicavit, quae ille Germaniae sacrae (ed. 1662) inserui. 2) Cf. ad haec et sequentia quae disserui 'Neues Archiv' XXVIII, 81 sqq. 3) Germanicam versionem a. 1866. M. Hartmann in 'Mittheilungen des historischen Vereins zu Osnabrück' VIII, 211 sqq. edidit. 4) 'Neues Archiv' XXV, 767 sqq. Cf. quae dixit Bloch ibidem p. 835 sq. 5) 'Sitzungsberichte der königlich preußischen Akademie der Wissenschaften' 1901 n. VII. Cf. quae de hac dissertatione scripsi 'Neues Archiv' XXVI, 774 sq. Utilissima est diligens et acuta commentatio de lege rhythmi a Nortberto observata, quam v. cl. v. Winterfeld dissertationi Schefferianae addidit. 6) Contulit praeter me ipsum H. Wibel.

S = codex quondam Iburgensis hodie latens, cura Mauri Rost a. 1680. *scriptus, cuius lectionem variam a viro quondam clarissimo Carolo Stüve annotatam R. Wilmans in editione sua numero* 1 *notavit;*

N = codex bibliothecae comitum Esterhazy (quondam comitum Plettenberg) in oppido Novaekirchen servatae, exaratus fere eodem tempore a scriba Mauri Rost[1];

I = codex archivi parochialis Iburgensis, scriptus anno 1682. *vel* 1683. *ab eodem scriba Rostiano, ad cuius apographum editio Eccardiana (E) facta est*[2].

Qui codices, qua affinitate inter se et cum apographo Geleniano coniungantur, hoc stemmate exprimitur:

Cod. antiquus Vitae Northertianae

Ertmann *Witte* *apographum Klinkhamerianum anni* 1587.

G *Archetypus Vitae interpolatae*

S *X*

N *I*

E.

Norum editionem ita institui, ut codicem Geleninanum ubique fere sequerer; ubi ab eo recessi, eius lectiones orthographicas primo quoque loco, reliquas omnes annotavi. Codicum interpolatorum lectiones eis tantum locis, ubi ad crisin aliquius momenti esse mihi videbantur, annotavi, ceteras omnino omisi. Ad capita aliquot lectiones excerptorum Wittii (‘Neues Archiv’ XXV, 787 sq.) et Ertmanni annotavi, quae litteris W et Ertm. signatae sunt.

Datum Argentorati kal. Iuliis a. MCMII.

H. Bresslau.

Cum in magna et principali Scriptorum nostrorum serie, in quam ante multos annos Vita Bennonis interpolata a Mauro Rost abbate recepta fuit, geminum Northerti opusculum frustra quaeri non deceat, editionem, quam tempore meliori in Alsatia nostra paravi, hoc loco repetere volui, textu fere non mutato, sed adnotationibus nonnullis additis, quarum paucae ex optima versione Germanica collegae quondam nostri M. Tangl (‘Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit. Zweite Gesamtausgabe,’ vol. 91) petitae sunt.

Heidelbergae kal. Maiis a. MCMXXV.

H. Br.

INCIPIT PRAEFATIO IN VITAM BENNONIS EPISCOPI OSNABRUGENSIS. FUNDATORIS NOSTRI MONASTERII.

Multorum saepe negligentia accidisse videmus, ut res suo tempore gestas et certe memoria dignas ita silentio praeteriisse passi sint[a], ut eorum, qui res praeclare[b] gesserunt, nulla sit posteris transmissa memoria. Quod nos, qui auctore Deo in hoc Iburgensi monasterio Christo militamus, de venerabili patrono nostro Osnabrugensi episcopo Bennone secundo omnino vitare cupientes ita cum successoribus nostris, qui divino mancipati servitio hunc forte locum sunt habitaturi, intimare satagimus, ut de vita, moribus gestisque eius pauca perstringentes et multiloquio pro penuria scientiae sermonisque vilitate

a. ita *SNIE*, sunt *G*. b. ita *G*, praeclare *SNIE*.

1. Cuius codicis cf. ‘Archiv’ VI, 38. Oswaldus Holder-Egger comiter me admonuit: ut Argentoratum mitteretur, benignitas v. cl. Philippi effecit. Contulimus ego et Wibel.

2) Primum, sed non ubique recte, de eo egit L. Thyen ‘Benno II. Bischof von Osnabrück’ (Osnabrück 1869) p. 2 sq. 216 sqq. Ut mihi mitteretur, effecit amicitia Georgii Winter quondam praefecti archivi Osnabrugensis. Contulimus ego et Wibel. — De omnibus his codicibus cf. quae ‘Neues Archiv’ XXVIII, 83 sqq. uberius disserui. Quartum codicem Vitae, quem Wilmans, Scriptores XII, 941 Iburgi asservari et anno 1671. scriptum esse dicit, invenire non potui; omnes lectiones, quas ex eo praebet, in codice *N* reperiuntur.

parentes id maxime intendisse cernamur, qualenus ipse fundator noster et structor tantum assidue in loco hoc invetur orando, ut se spei suae solatio iniuste destitui Deo conqueri iuste non possit. Ut enim ipse nobiscum saepe familiarius loquens adicere[a] iocando solebat, omni die de nostrae servitutis impensa vita defunctus prandium sibi expectare debebit, oratione videlicet[b] animam pasci; et quod ipse, utpote immuneris secularium tumultuum, quos hoc in tempore debachari[c] videmus, negotiis praepeditus, in Dei opere minus implevit, totum id sibi Deo hic per se congregatos iustissime recompensare sperabat. Quamvis enim more eorum, qui agones martyrum seu vitas scripsere sanctorum, miraculorum signa et virtutum insignia de eo referre non possimus, pleraque tamen bene vivere studentibus imitanda eius facta dicemus, quae suo ordine et loco, prout memoriae occurrerint, plenius inserenda ponentur. Sed, ut iam nos praemisisse recolimus, non eo huius opusculi spectat intentio, ut vita eius exteris gentibus nostrae narrationis ambitu descripta clarescat; sed intra monasterium hoc communentium lectione contenti id unice eos obtestamur et petimus, ut, si per nos utique peccatores ei apud districtum iudicem minus efficaciter, quam, dum viveret, speravit et eget forlasse, succurritur, tanto obnixius pro eius salute divinae pietatis aures ipsi pulsare non desinant, quanto se eius industria solummodo et studio in hoc loco congregatos habere cognoverint et temporale subsidium et, si religioni studuerint, certe spirituale instrumentum[d]. Unde et nos quasi rei impietatis[e] inveniri timuimus, si de eo omnino silere et non qualicunque sermunculo aliis eum commendare vellemus. De quo si nobis suppeteret materia alia nulla scribendi, profecto tot in nos collatorum beneficiorum eius et caritatis[f] immensae benignissimaeque voluntatis et studii magnitudo, quibus omnibus quasi nutrix fovit[g] filios suos[1], non minimam scribendi portionem scribere scientibus ministrare sufficeret. Sed his quasi praefatiuncula quadam praelibatis, eius prosapiae quale sit exordium, sicut accepimus ipso referente, videamus.

1. In Sueviae partibus loco, qui Luninge[h 2] dicitur, est vicinus, ubi eius parentes non nobiles quidem, sed tamen plebeam conditionem transgressi, manentes clari apud suos vitae integritate et amore religionis sunt habiti. Sed cum a prima maritali iunctione divina infecunditate[i] tristati circiter quinquennium aut eo amplius sine prole mansissent seque pro hac necessitate divinis arctius solito mancipassent obsequiis, si forte eis divina bonitas pro esurientium cibo algentiumque vestitu seu aliis misericordiae operibus gaudia sobolis largiri dignaretur optatae, seque votis adhuc frustrari diutius[k] coelibatu quererentur ingrato, tandem pene desperatione[l] suborta, qui forte in vicinia[m] erant, religiosorum cognitioni et amicorum res ista est perlata consilio. Qui omnes concordi sententia id a divina clementia amplius poscendum instantiusque exigendum fore suadebant. Itaque re domestica amicorum arbitratu disposita et, quae in itinere essent necessaria, sufficienter assumptis Romam petere, apostolorum limina invisere devotissima mente tractabant. Sed ne in conspectu Dei, quem sibi fore propitium rogaturi erant, vacui apparerent, exteriorque devotio interioris facillimum commendaret affectum, fieri iubent unius similitudinem pueruli ex argento purissimo eamque pro modulo suo parvulae quantitatis imaginem artificis ingenio diligenter efficiam secum deferentes Christoque et apostolis eius sui desiderium corde signo loeuturi, si voce minus proficerent, profecti sunt Romam. Ubi per aliquot dies commorantes et loca sancta ex fidelium consuetudine perlustrantes inter caetera necessitatis incommoda id vel maxime flagitare coeperunt, qualenus eos superna gratia apostolorum sanctorum exorata suffragiis pro tanto laboris impendio filiorum dignaretur

a) *addere omnes, et similiter saepius* b) *minutum addi. SNIE* c) debacchari *G.* d) *da G; incrementum SNIE, cf. supra p. 892, l. 31, ubi pendet N omnes codices lectionem* spirituale instrumentum *praebent, cf. etiam p. 887, l. 1* spirituale exercitii instrumenta. e) impietatis *G.* f) charitatis *omnes, et similiter semper.* g) et fovet *add. SNIE, quo verba patrissare gemino esse possunt, cf. Neues Archiv XXVIII, 115.* h) *da SNIE;* Cuninge *G.* i) infecunditate *G, et da saepius ut pro u scribe ae.* k) *da G;* diutius *SNIE.* l) desperatione pene, *numeris suppeditantibus corr. ut pene desperatione G;* desperatione *SNIE* m) vicinio *G.*

1 Cf. 1 Thess. 2, 7. 2 Aut Löhningen in pago Scafhusano, aut Löhningen et Badensi praefectura Bonndorf situm. Saec. 12. et 13. ministeriales de Loningen occurrunt, ex quorum genere Bennonem ortum esse verisimile est. Cf. Fürstenbergisches Urkundenbuch V, 34 nr. 59 et quae disserunt Aloysius Schulte in Schriften für die Geschichte und Naturgeschichte der Baar V (1885), 142 sqq.

susceptione ditare, qui[1] eos aliis rebus pro suo statu satis et dignitate videretur auxisse, conditione insuper huiusmodi[a] super hac re sponte oblata, ut, si haec Deus pro sua pietate vota compleret, qui primus eis nasceretur ex filiis, sacris eum litteris et officio deberent mancipare divino. Hac igitur piae[b] intentionis sponsione devincti, in patriam remeantes non multo post tempore filium genuerunt, cui ex cognationis denominatione Bemo vocabulum esse voluerunt. Hoc autem modo susceptum infantulum tanto diligentiori cura ac studio alacriori nutrire coeperunt, quanto eum suis precibus pietatis auctorem dedisse credebant.

2. Sed et inter ipsa tenerae rudimenta infantiae incredibile forte est dictu, quanta in ipsius facie puerili futurae gratiae quodammodo dignitas elucere coepisset, ut vultus alacritas quiddam videretur spondere praesagii, se gratia videlicet, qua fuerat parentibus datus, ad altiora quandoque eadem vocante scansurum, si quid autem, ut ab id aetatis puero, iussu parentum fortasse fuisset agendum, prudentiae et ingenii praeclarum specimen in eius posset quivis verbis et actione mirari. Quod cum votum parentum multo laetiori spe aluisset, divinae propensius bonitati gratias agere coeperunt, quae non solum re praesenti eorum desiderio satisfecisset, sed et de futuro spei quiddam altioris videretur annuere.

3. Cum autem, quod voverant parentes de puero, implere posceret temporis aetatis, in Argentina civitate, quae alio nomine Strasburg[c] appellatur, cuidam eum magistro litterali[d] imbuendum scientia tradiderunt. Ubi quantum per divinam gratiam quotidie profecerit quantaque coaetaneos suos et consolares[e] velocitate discendi praecesserit ingenioque et scientia momentis pene singulis supergressus transcenderit, facile advertunt, qui eius postea industriam aliquanto simul conversandi experimento noverunt. Iam vero adolescens Hermannum quendam contractum, qui liberalium eo tempore studiorum eximius ferebatur, cuius etiam nunc quaedam egregia extant opuscula, expedere studuit, apud quem, ut ipse quoque fatebatur, valde proficiens multa de illo praeclara narrare solebat. Hoc itaque discendi ordine et per alia quoque loca studentium more aliquanto tempore vagatus, in iuventutis provectus aetatem multis eiusdem regionis summis et nobilibus viris innotescere coepit, maximeque illius civitatis episcopo[2], cum quo etiam postea illum Hierosolymam petisse multaque in itinere illo pro Christo pericula scimus fuisse perpessum.

4. Eo vero tempore, quo urbs Spira in Rheni littore posita pauperula et vetustate collapsa pene iam episcopium esse desierat, imperatorum, qui nunc ibi condili iacent, studio et religione, ut nunc ibi cernitur, reformata convaluit. Hoc enim eisdem piis imperatoribus videbatur inesse laudabile votum, ut, quia in regno fundare episcopatum ex suis civitatis occasionem non habebant, hunc, qui iam pene nullus erat, facultatibus suis restaurare suaeque memoriae dedicare deberent. Cumque plurima eodem tempore de toto regno illuc undique clericorum turba concurreret, eo quod circumquaque flagrans imperiale studium studium etiam litterarum inibi ardentissimum florere fecisset[f], contigit et dominum Bennonem, qui se semper[g] miscere consueverat, regia munificentia ac ilium eidem interesse palestrae. Ibi quoque inter consolares agonistas quantum se praebuerit quantoque labore et probitate cunctis innotuerit, reliqua eius vita facillimis demonstrabit indiciis. Cumque in eodem loco aliquanto tempore manens non solum litteris, sed et per eas acquisitis divitiis abundare coepisset, eo usque res sua processisse non dubitatur, ut, si eidem loco perpetuum se mansorem stabilire maluisset, ad eius ibi honoris cacumen

a) ut *G*; huiuscemodi *SNIE*. b) piae devotionis et intentionis *SNIE*. c) *sic N*; Strassburg *GIE*; Strasburch *S*. d) litterali *G, et similiter nonnunquam*. e) consobrinos *G, et semper*. f) coepisset *G*, praepasset *(8?) NIE*, *emendavit Hohlbr-Egger*. g) aliquid dersa *codices*; discentium communem *suppleti e Wattenbachii coniectura*; optimis *proponit M. Tangl*.

1 - st. Deus vel superna gratia *W*. 2 De Werenfrido episcopo, qui anno 1027. a Conrado II. imperatore Constantinopolim missus, teste Wipone cap. 22, Hierosolymam proficisci voluit, sed priusquam iter aggredi potuit, anno 1028. Constantinopoli mortuus est, propter temporum rationem cogitari non potest. Nam ante annum 1027. Bennō discipulus Heimanni Augiensis anno 1013 nati esse non potuit. At nihil impedit, quominus credamus, Werneri successorem Wilhelmum episcopum (1029—1047) Bennone comite Hierosolymam profectum esse, cf. Wentzcke, Regesten der Bischöfe von Straßburg I, 276 nr. 274, qui inter annos 1042. et 1044. id factum esse putat.

tacillime crederetur pertingere potuisse, quem[a] apud nos maiore postea rerum exercitatus experientia habuisse cognoscitur. Sed vir prudentioris ingenii in ocio torpidus esse contemnens ad laborandumque salubriter sese semper extendens Deoque spes suas et se omni semper intentione commendans noluit honoris alicuius aut regiminis perniciosus sibi unquam esse praesumptor, sed exercitio animi corporisque labore semper discenda addiscere, ne, si eum suae supernus arbiter quandoque domui dispensatorem praeesse disponeret, improvidus non haberet, unde familiam Domini sui spirituali alimonia saciare deberet.

5. Itaque Henricum imperatorem deinde in Saxoniam secutus[b] [1], cum villam Goslariam ille operosis impensis et regio fastu amplificare coepisset, solito se[c] ibi studio morumque probitate demonstrans opfimatibus terrae illius in brevi est cognitus et honestissima contentione decertatus, cuius potissimum dominio subesse deberet. Praevaluit autem in eo certamine venerabilis eiusdem loci Ezelinus episcopus[2] magnisque promissionibus secum abductum in ecclesia sua Hildesheim scolarium constituit esse magistrum. Satis autem abundeque provisa sibi necessariorum copia, ut liberum in studendo animum securus et vacans habere potuisset, iuxta quod ad tales per poetam canitur[3]:

Pectora nostra duas non admittentia curas[d],

multo tempore omni exteriori occupatione reddidit expeditum. Cum igitur eatenus ecclesiae illius clerici rusticano quodam more educati pene sine litteris ac idiotae fuissent, tantum sunt huius diligentia et continuo[e] labore consecuti studendi amorem, ut penitus illa regione nil simile reperiretur in studiis. Egregius enim exinde ibi clerus adolescere coepit cum claustralis honestate disciplinae, tum[f] litterarum scientiam ardore discendi. Primus itaque loci illius illustrator et velut novus ecclesiastici ordinis auctor iure est habitus.

6. Hunc ergo tantae industriae virum non diutius passus est episcopus ille, vir et ipse totius prudentiae et virtutis, suae longius remotum esse praesentiae[g], sed nunc eo a consiliis uti, nunc interesse colloquiis, nunc legationum officiis fungi, aliquando etiam 1063 publicis negotiis concionatorem praeesse decrevit. Denique expeditione imperiali contra Hunnorum impetus totius regni viribus congregata[4], qua Henricus fortissimus imperator eorum superbiam subiugare et fidei christianae firmius innectere contumaciam statuit, saepe dicti et dicendi viri episcopus suus non ignorans solertiam secum eum in haec pericula et summam laboris assumpsit; ubi quantae sibi utilitati, quanto honori, quanto denique vitae tutamini et praesidio fuerit, populares etiam nunc adhuc notae fabulae attestari solent et cantilenae vulgares. Cum enim hostes tantae[h] tamque forti multitudini[i] metuentes congredi rebus desperatis terga dedissent, tanto studio aliaque arte vincendi demoliti sunt totius alimenta terrae, aut foveis occultando videlicet aut ignibus immergendo et fluviis vel in fuga secum ablata portando, ut inaestimabili miserrimoque famis periculo totus omnino laboraret exercitus. Tum vero assidui experientia laboris et incredibili arte quaerendi dominus Benno episcopo suo eiusque comitibus in tam crudeli morte succurrit, ut eis quotidie sua industria quaesitus panis sufficeret, qui ipsi imperatori, cum in reliquis esset omnibus perspicue victor[k], valde exiguus aut omnino nullus existeret. Reversus igitur ad suam sedem incolumis episcopus cum sociis tantis eum honoribus, ubicumque sibi oportunum et possibile reperisset, ampliavit et donis, ut merito praecipuus apud omnes haberetur et clarus. Adeo enim ex illo tempore res suae prosperari et felices esse coeperunt, ut in eadem ecclesia postea constitutus praepositus[5] totius etiam episco-

a) *ita GS*; quod *NIE*. b) sequitus *G*. c) se *G*. d) canit *omnes; eundem ego; cf. infra p. 888, l. 30.* e) *ita G*; continuato *SNIE*. f) *ita SNIE*; cum *G*. g) prudentiae *G*; a sua l. r. e. praesentia *SNIE*. h) *ita G*; tanta *SNIE*. i) multitudine *omnes*. k) *ita SNIE*; victus *G*.

1) Id anno 1043. factum esse putavit M. Tangl; sed potius anno 1047, quo anno Heinricus III. m. Iunio Spirae fuit et deinde in Saxoniam profectus est, hoc ascribendum est: cf. p. 873, n. 2. 2) Rexit ecclesiam Hildesheimensem annis 1044–1054. 3) Iuvenal. Sat. VII, 65: *pectora vestra duas non admittentia curas.* 4) Anno 1051. cf. Steindorff, Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich III. II, 155 sqq. 5) Benno praepositus subscripsit chartae episcopi Hezilonis, quae notis chronologicis caret, Urkundenbuch des Hochstifts Hildesheim I, 98 nr. 92; cf. Chron. epp. Hildesheimensium, Mon. Germ. SS. VII, 848.

patus curam administrare cogeretur et esse dispositor. Huius itaque dispensationis non minus strenuus quam fidelis executor et in villa Goslaria in archipresbyteratus ordine synodalis negotii non segnis exactor tanta se modestiae districtionisque et aequitatis arce locaverat, ut regiae quoque domus administrationi videretur esse idoneus[1].

7. Inerat enim huic vis magni[a] ingenii et excellens animi constantia viro sermoque promptus et facilis et suos, ad quae vellet, auditores efficax inclinare, persuasibilis et fortis, semper blanditiis in terrore respersus, ut peccantibus nequaquam sub odium arguendo affligeret, sed emendandi amorem. Porro in consiliis sive colloquiis privatis, ubi saepe de perfidis et periuris hostibus seu quolibet regni[b] negotio callide intendi et diligenter oportet cuncta tractari, tantae perspicatiae et providentiae fuit, ut mox in ipso exordio rei agendae de excelsa speculi ingenii, quo cuiusque vergeret sermonis intentio, et totius negotii prospectaret eventum. In fidei autem constantia seu cuilibet hominum amicitiae observatione promissae omnibus pene incomparabilis fuit, quam nullorum unquam pollicitationibus munerum maiorisve emolumenti respectu aut immutare aut quolibet modo unquam est violare compulsus. In erogandis denique donativis munerum in suos quidem parcior, erga extraneos vero erat largitate praecipuus; quod quare in moribus habere consueverit, nos ignorare fatentes id unum de eo certo affirmare audemus, eum nunquam aliquid, quod quibusdam fortassis reprehensibile videri potuisset, in consuetudine habere solitum fuisse, quod non esset prudentiae profunda arte conditum. Circa pauperes et egenos seu qualibet tribulatione afflictos omnimode illi erant viscera pietatis[2] et immensa compassio, ita ut captivis et infirmis, esurientibus et nudis, peregrinis et orphanis, viduis et advenis qualibet semper[c] pro viribus miserationis ope succurreret[d]. Maledicos autem, adulteros et periuros, sacrilegos sacrorumque violatores dierum cunctosque[e] ecclesiasticae sanctionis reos, qui synodali deberent severitate puniri, tanta terroris invectione coercuit, ut nulli unquam in eius praesentia accusato reique obiectae convicto quolibet in crimine licuerit impune peccasse. Non enim more quorundam perversorum numeribus acceptis peccantibus indulsit, sed quocunque purgationis genere pro modo criminis poenitentia indicta solertissime cavere solebat alieni sceleris reus inveniri; si qua autem tali in re accipi licere ecclesiarum consuetudo permittit, pauperibus eroganda omnimodo oblata non remuit. Qui vero suppliciis mundalium legum praevaricatione fuerant addicti seu morte damnati, utrisque suo modo subvenire consuevit, hoc videlicet erga iudices et huius negotii praefectos omni sedulitate laborans, pecunia etiam plerumque[f] paciscens, qualenus his poenas deberent levioribus mitigare tormentis, ne omnino impunita pertransiens facinorum admissio alia perpetranda et fortasse maiora audere suaderet, illis vero, quibus[g] poenam mors ipsa debebat tormenta irrogare, maiora, ut vitae reservatis poenitere liceret; si vero id impetrare non posset, per semel ipsum plerumque aut alio misso, presbytero confessionem eos facere et in ipsa morte aliquando dominici corporis viatico dato seram licet poenitentiam agere coepit hortari. Verum haec, quae hic per anticipationem et strictim de moribus eius referre incepimus, plenissime omnia ~~postea in episcopatu degens~~ exercuit; quasi enim haec primitus in palestra[h] ludens inveniliter addidicit, postmodum in agone positus viriliter decertans fortius monstravit. Sicut[i] . . . . . hoc, quod frequenter ieiunare, frequenter carnibus abstinere solitus erat. Si quando autem, ut secularibus nos est, ab aliquo rogaretur, ut pro missa ieiunium solveret, se quoque esse presbyterum quasi alludendo professus missae precium sibimet dari praecepit et oblato denario aiebat se nolle pro illo missam cantare, et si forte quereretur, quantum exigeret, duos solidos aut tres aut eo plures, prout facultatem rogantis attendit, exegit. Cumque plurimos aut ipsa verecundia seu caritas sive episcopalis reverentia, quantum ipse vellet, dare com-

a) *sta GSNI*: magna *forsitan recte emendavit E.* b) *sta SNIE*, regno *G.* c) veliet *add. SNIE.* d) succurri *omnes, cf. 'Neues Archiv' XXVIII*, 116. —e, violatae *add. SNIE.* f) oblata *add. SNIE.* g) in *add. supra lineam N, in tertia IE, cf. 'Neues Archiv' XXVIII*, 117: *fortasse emendandum* quibus poena, mors ipsa, debebat. h) palaestra *G(S?)NI.* i) *Indicatur in G hic aliquid desse, quod supplere divinando non possumus. Verba, quae SNIE praebent:* Mortificationi carnis deditus frequenter ieiunare *cet. certe a vita genuina aliena erant.*

1 Ad Bennonem, praepositum, vicedominum et regis vicedominum, data est epistola Meginhardi, apud Sudendorf, 'Registrum' III, 15 nr. 9. — 2 Cf. Coloss. 3, 12: *Viscera misericordiae.*

pelleret, totum uni pauperi dedit, ut vestibus comparatis ille pro manducante oraret. Quod factum ipse praesentibus taliter itidem iocando commendare solebat, Deo videlicet gratius esse, pauperem fuisse vestitum, quam se per totum diem vacuum ventrem portasse[1], atque eo pacto et satisfecisse domesticis et pauperibus consuluisse, sed nec solitae devotioni multum subtraxisse mediante caritate curaverat. Sed inter haec tamen irae aliquando minus imperare et iracundiam temperare valebat, ita ut plerumque etiam sine ratione videretur irasci; verumtamen[a] eo modo, quo de se ipso quidam aiebat:

Irasci facilis, tamen ut placabilis esset[2].

Quae sive[b] consulte sive quadam cum passione effecerit animi, plurimum sibi nimirum a subditis reverentiae et timoris extorsit.

(10) 8. Praeter eos autem, quos enumerare longum est, in eo sitos experientiae usus summarum utique rerum administratione dignissimos erat ei et leviorum miranda peritia. Villicandi enim scientia adeo super omnes pollebat, quae videlicet in aedificiis construendis, inmanis et pecoribus educandis, agris serendis aliarumve rerum rusticarum constare videtur quacumque cultura, quam tamen non usu constat eum didicisse, sed arte, ut pene haec eo nemo curaret solertius nec his felicius abundaret. Porro in solutione reddituum, quos anima deposcit exactio, manifestum est illum fuisse acerrimum, ita ut plerumque verberibus affectos debitum suum rusticos persolvere compulisset; quod ei profecto facile indulserit et gravi summa necessitate fuisse[c] concesserit, quicumque huius terrae homines norit, eorum durissimam infidelitatis et versutiae cogitur tolerare nequitiam. Si qua vero de eius moribus referimus, quae quibusdam fortasse videantur in reprehensione ponenda, in sugillationem eius nihil nos narrare confidimus; sed rei veritatem prout novimus exequentes eo intendimus, ut, quo ipse perfectionis minus habuisse dinoscitur, a legentibus haec pro eo studiosius oretur. Nec enim initanda hic videtur quorundam magis temeraria quam religiosa assentatio, qui in eorum, quos describunt, tantummodo laude versantur et non tam, quod egerint, attendere videntur, quam quid egisse debuerint, quasi non sacra scriptura summos viros et Deo carissimos nonnulla reprehensibilia commisisse demonstraret. Itaque non enim verbis sanctificare contendimus, quod utinam actibus ipse fecisset, sed eius vitam sine fuco propter supra dictam causam absque exceptione deprominus. Si enim actuum suorum omni prorsus imperfectione caruisset, nequaquam ei profecto a quoquam flagitare deberemus orationis suffragium, sed commune cum aliis sanctis debitae venerationis[e] obsequium; nec enim aliis, ut pro ipso orarent, esset commendandus, sed potius ipse, ut pro aliis oraret, exorandus. Hac igitur de eo breviter oratione inserta, ad quod coepimus, redeamus.

(11) 9. Fuit itaque apud Henricum adhuc puerum quartum huius nominis regem vehementer acceptus, eiusque pene arbitrio infra palacium cuncta gerebantur, sed et popularibus turbis non minoris est habitus, dum sibi ab illo quivis speraret vel in culpa indulgentiam vel in necessitate subsidium. Denique villae Goslariae duplici potestate praelatus, una, qua ecclesiastica auctoritate synodalia examinabat, altera, qua regia maiestate publicis negotiis praesidebat, multoties in culpa una et ab eadem persona duplici debuit satisfactione placari, dum quae Dei erant illi reddebant, idemque ipse quae caesaris erant[3] pro commissa cura dispensare debebat[4]. Praeterea autem architectus praecipuus, cementarii operis solertissimus erat dispositor, qua etiam ex re regi supra dicto inseparabili semper fuit familiaritate devinctus. Iam tum enim Saxonici belli, quod adhuc iam tanto tempore mundum demoliri ingeminus, exordia pullulare[f] coeperunt. Quod rex ille non ignorans totam Saxoniam castellis novis et firmis coepit munire[g] defectionemque perfidorum anticipare tentabat munitione terrarum; cui rei maturandae et diligenter exequendae

a) *verumtamen G; et ita semper.* b) *sive eum* consulte *G.* c) *ita G;* fecisse *SNIE.* d) *ita GNI;* eorumque *(8?) E; fortasse* quicunque *ante* eorum *supplendum.* e) impendere *add. SNIE.* f) pallurare *G.* g) *ita SNIE;* munire coepit *G, quod ob legem rhythmi recipiendum est.*

1. Cf. Isai. 58, 6. 7: *Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? . . . cum videris nudum, operi eum.* 2: Horat. Epp. I, 20, 25: *Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.* 3) Cf. Matth. 22, 21. 4) Ad haec et quae sequuntur cf. Ilse Hindenberg, 'Benno II. von Osnabrück als Architekt' ('Studien zur deutschen Kunstgeschichte' fascic. 215, Straßburg 1921) p. 20sqq., 73sqq.

dominum Bennonem praecesse constituit, sciens se huius rei non habere fideliorem nec ad hoc munus exequendum magis industrium. Poterat enim eius in hac re summa peritia ex Hildesheimensi, ubi tunc praepositus fuit, structura dinosci, cuius ibi magisterio a piae memoriae Hecelone[1], eius loci episcopo, tot egregia aedificia constat esse constructa. Hac itaque caeterisque, quas in eo diximus sitas, virtute conspicuus exteris quoque potentibus et dominis fama vulgante coepit esse expetibilis; prudenti quippe consilio cuncta exteriora, exigua licet et frivola, dispensare callebat, ita ut plerumque etiam pauperculis rebus ab amicis adhibitis multorum divitias eleganti industria fretus aequaret.

10. Fuit eodem tempore apud Coloniam Agrippinam Anno episcopus, vir admirandae (12) sanctitatis nostrisque temporibus stupendae virtutis, qui divinae gratiae speciali munere plenus tanto in loco tantisque divitiis et gloria animo semper caelestibus inhaerens terrena cuncta mundique furentis cadica despexit, structor monasteriorum, ecclesiarum reparator et pauperum servus. Sed tantarum rerum mole tardatus minus efficaciter ire poterat, quo totis viribus et omni virtute tendebat. Verumtamen non horum aestimans, si mi- versa mundalia, quae ad se pertinebant, incurata relinqueret — quae licet sibi in via Dei obstare videbantur, curare tamen gravis culpa non fuit —, virum sibi ad haec idoneum undecunque quaesivit. Sibi quippe subditos omnes bene et prudenter cognoscens, aliorum fatuitate, aliorum vero infidelitate, denique vel inepta largitate vel nimia parcitate offensus hunc, de quo agimus, patrem nostrum Bennonem diu sibi ante fama et facie ipsarumque saepissime rerum experientia notissimum ab episcopo suo, Hecelone videlicet, impetratum regiaque ad horam permissione dimissum accersiri curavit[2]. Cui aliquamdiu secum detento, ut rerum gerendarum hominumque et locorum gnarum magnarumque promissionum[a] certitudine benevolum efficeret, sua omnia exteriora penitus commisit[b]; utque sibi in Dei opere expeditius vacare liceret, totius episcopatus vicedominum fecit, qua in re ita se extulit tantumque pro magnitudine rerum et loci exhibuit, ut merito ibi suo tempore vigor disciplinae reflorere sit visus. Totum igitur episcopatum suo arbitratu suaeque voluntatis imperio non parvo tempore regens sanctum episcopum illum in eius consilio et fidelitate, in eius prudentia et strenuitate omnino confisum tanto ad ea, quae Dei sunt, exequenda liberiorem reddidit, quanto ab eis, quae mundi sunt, facere potuit minus sollicitum. Verumtamen tanti laboris et curarum non sustinens molestias clericorumque illorum invidiam non ferens, qui sese reprobatis illum indignabantur adductum, cedendum putavit acceptaque ab episcopo multum renitente licentia in Saxoniam sese ad praeposituram suam Hildesheim contulit. Sed nec rex illum aequo animo patiebatur absentem, qui eum etiam alias saepissime in episcopatu collocare potuisset, si illo in Saxonia, ubi tunc assiduo fere manebat, carere voluisset; eius etenim saepe virtutes expertus in his eum regionibus, si quoquo modo fieri posset, episcopum instituere decreverat, ubi sibi ad quae vellet semper posset esse contiguus.

11. Contigit autem eodem defungi tempore[3] venerabilem virum Bennonem, qui et (13) 1068. Beringarius[c] dicebatur, Osnabrugensem episcopum. Rex autem, etsi de eius morte non parum[d] contristatus erat, eo tamen se putabat hunc, quem de mortuo acceperat, consolari posse moerorem, si in locum eius surrogaret parem eius nomine[e] et virtute Bennonem. Adunatis igitur in villa[f] Goslaria[4], qui ad episcopum constituendum adesse deberent,

a) *ita SN*; magnarumque promissione *G*; magnarumque, *corr.* magnorumque promissorum, *I*; magnorumque promissorum *E*. b) comm. pen., *corr.* pen. comm., *G*. c) *ita G*; Berengarius *SNIE*. d) modice *W*. e) nominis *W*. f) *deest W*.

1) Hecilo, praepositus ecclesiae sanctorum Simonis et Iudae Goslariensis, episcopatum Hildesheimensem adeptus anno 1054, rexit usque ad annum 1079. De ecclesia cathedrali aliisque aedificiis ecclesiasticis eius tempore in civitate Hildesheimensi et apud eam constructis cf. Use Hindenberg l. l. p. 86 sqq., 48 sqq., 54 sqq. librosque, qui ibi ab ea laudati sunt. 2) Hoc annis circiter 1066—1068, factum esse videtur. 3) Benno I. episcopus Osnabrugensis mortuus est die 19. sive 20. sive 21. mensis Septembris anni 1068, cf. Ann. Osnabrugenses (Osnabrück, Geschichtsquellen' I, 2, quos secutus est Ertmann ib. I, 49), Witte p. 268 (qui Ann. Iburgenses deperditos sequitur), Necrologium Osnabrugense (Mittheil. des histor. Vereins zu Osnabrück IV, 156 sq.). Lampertus Hersfeldensis (ed. Holder-Egger p. 104) mortem Bennonis I. ad annum 1067. narrat, cui Meyer v. Knonau (Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich IV. und Heinrich V.' I, 576 n. 54) fidem habuit; sed eum errasse nostra demonstrat Vita. 4) Heinricus rex d. 28. m. Octobris a. 1068. in vico Rochlitz

1068. eorumque super domino[a] Bennone requisita[b] sententia omnes unanimiter, tot eius auditis[c] virtutibus, voce et manibus, consensu et animis sibi illum praeesse episcopum devotissime acclamando laudabant. Verum ille, ut sapiens, propriae infirmitatis conscius oblatum honorem ea coepit excusatione renuere, quod[d] mundialibus negotiis semper[e] occupatus minus sese[f] studiis exercuisset internis, indignum esse vociferans[g] eum in episcopum eligi, qui saeculi actibus magis quam ecclesiae Dei praeesse iam tanto tempore didicisset. Sed cum rex populi alacritate[h] perspecta a sua sententia flecti non posset, in divina clementia confisus humiliter annuit omnino[i] et fieri episcopus spe veteris gratiae adhortante consensit. Forte autem hoc[k] actitari contigit in beati Clementis Romani pontificis et[l]
Nov. 23. martyris egregii die solemni[1], cui se ea die intentissimis precibus et omnimoda devotione commisit. Specialem namque patronum[m] prae caeteris sanctis sibi in omne vitae suae reliquum tempus elegit atque humillimum famulum semper se illius vovit[n] fore clementiae, tali conditione suae devotionis promissa confirmans, ut, si huius suffragantibus sancti[o] meritis Dei gratia ea die sibi dignaretur adesse clementius, in eius[p] commemorationis honore in episcopatu degens altare construere et consecrare deberet; id[q] ab eo solum intime flagitans et exposcens[q], ut, si eum Dominus ad provectum populi sui suaeque salutem animae et non[r] damnationem[s] communem[s] ecclesiae suae praeesse disponeret, eius in eo fieret voluntas[2]: si autem aliquod periculum loco vel sibi propriis exigentibus meritis ex sua promotione imminere deberet, divina pietas per merita martyris[t] occasionem ab eo dignaretur auferre, per quam sibi vel aliis via panderetur posse perire.
Quid plura? statim eadem[u] die a regia maiestate designatus in praesulem et per legatos idoneos protinus missus ad locum[v] maxima profecto cleri et populi est ibidem alacritate susceptus. Modicum vero ibi temporis ordinandis rebus indulgens dominicique natalis devotissime celebratione peracta consecrandus Coloniam digno est comitatu profectus.
1069. Verum ibi quoque a piae memoriae Annone archiepiscopo, prout villicationis suae tempore optime meruerat, digna susceptione honoratus anno dominicae incarnationis millesimo
Febr. 1. LXVIIII. kal. Februar.[3] ab eodem vero[w] archiepiscopo[x] Osnabrugensi[y] ecclesiae omni devotione ordinatur episcopus, dignis etiam in id cooperatoribus[z], Frederico videlicet venerabili viro, Monasteriensi episcopo, sed[a] et Eilberto[b] aeque ad opus Dei viro probato, Mindensi[c] episcopo, debitae[d] benedictionis impendentibus[e] officium et probatae electionis assensum.
Febr. 2. Celebrata[f] igitur ibidem quae instabat beatae Dei genitricis purificatione maximo gaudio plenaque laetitia ad propriam sedem est reversus. Ubi magna solertia triennio ante Saxonicum bellum loci sibi[g] commissi cuncta curavit verbique Dei semina populo spargens, moribus subditorum excolendis insudans, dominici agri zizania ab inimico seminata extirpans[4], universa suae dispensationis officia districtionis et indulgentiae moderatione administrans prorsus se sibi et omnibus utilem et profecto non minus honorabilem praebuit.

(14) 12. Uno tempore etiam, cum sanctimoniales feminas de loco, qui Hertzebrock[a.5] dicitur, minus regulariter vivere comperisset, in ipsa Osnabrugge[b] eis monasterium statuit, reputans sibi propiores continentius victuras et difficiliorem fore ad vitia commeandi prohibitione licentiam. Sed cum nullo modo a sua solitudine erui possent nec ulla blandiendi aut minandi ratione locum mutare acquiescerent, ecclesiam ipsam iam ab ipso in beatae Gertrudis[6] honore dedicatam et cum omnibus claustralibus officinis diligenter extructam

a) *deest W.* b) perquisita *W.* c) audita *W.* d) *ita SNIEW;* quo *G.* e) semper negotiis *W.* f) se *W.* g) vociferans *G.* h) al. pop. *W.* i) omnino conf. hum. am. *W.* k) *ita SNIEW;* haec *G.* l) ac *W.* m) specialemque sibi illum pat. *W.* n) fovit *G;* fore vovit *W.* o) sancti suffr. *W.* p) eo *W.* q) id — exposcens *deest G.* r) ad *add. W.* s) eorum *add. W.* t) sui *add. W.* u) ea *W.* v) Osnaburgensem *add. W.* w) *deest W; fortasse in codice antiquo scriptum erat* vēn *(scil.* venerabili*) (H.-E.).* x) beato *add. G.* y) Osnaburgensi *W.* z) cooperantibus *W.* a) apt *G; deest W.* b) Eylberto *W.* c) Myndensi *W.* d) *ita SNIW;* devotae *G, deest E.* e) celebrato *W.* f) *deest W.* g) *ita G;* Hertzebroick *SNIE, et ita scribit M. Rost.* h) Osnabrugo *G;* prope Osnabrugum *SNIE, cf. infra p. 880, n. g et p. 889, n. f.*

diploma dedit (Stumpf, 'Reg.' 2720), diem natalem Domini Goslariae celebravit (Lampert., Compil. Sanblas. 1069). Regem iam mense Novembri Goslariam profectum esse Northerti narratio probat.

1) Die 23. m. Novembris. 2) Cf. Matth. 6, 10. 3) *IIII. non. Februar. in festo Ipopanti,* ait Witte p. 268 ex ann. Iburgensibus. Vitae nostrae dies, quippe qui a. 1069. dominicus fuerit, probabilior est. 4) Cf. Matth. 13, 24. 25. 5) Herzebrock in praefectura Wiedenbrück. 6) Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 92.

suam vel successorum suorum competentiorem forsasse occasionem expectare dimisit, si quoquo modo eam aliquando Deus per aliqem fidelium suorum plena[a] sui servitii exhibitione dignetur. Tunc etiam per quasdam invias paludes, quarum in his regionibus plerae- 15
que sunt, siccas et aequatas itinerantibus vias fecisse dinoscitur; quod cum in multis, tum evidentius in loco qui Wittenvelt[1] appellatur apparet, ubi vix in aestate prius transire volentibus[b] iter esse potuit. Sed ipse ibi collecta populi ingenti multitudine multo tempore sedens[c] ita permeabilem duabus altrinsecus contra se fossis eiectis eundem reddidit locum, ut etiam hiberno[d] ibi tempore omnibus transire sit facile.

13. Sed iam tempus postulare videtur, ut de loco hoc et nostrae congregationis 16
initio aliquid et breviter referre debeamus. Montem igitur istum antiquis temporibus munitissime fuisse constructum et egregiis sedibus adornatum pluruma indicia manifestum esse declarant. Licet enim ipse adhuc valle triplici circumdatus[e] multis subterraneis aedificiis, quae quotidie pene eruuntur, de se huius rei certum testimonium dare sufficiat[f], possunt tamen et hoc attestari litteris comprehensa gesta multorum, quae inter plurima huius regionis, quae huc usque destructa videmus, castella antiquorum haec tria praecipua et eminentiora fuisse concordi relatione contendunt: Heresburg[g 2] videlicet in Saxoniae Hessonumque situm confinio, Sigeburg[h 3] quoque super Ruram[i] fluvium positum et hoc nostrum Iburg[k], quod ex iocundo situ terrarum egregium fuisse nemo[l] qui dubitet. Eo autem tempore, quo Carolus inclitus[m] et magnus imperator huius terrae homines paganismi erroribus eruere et suo dominio subiugare diutino certamine et magnis bellorum apparationibus laborasse describitur, Widikindus rex Saxonum, vir animi, ut dicitur, et corporis viribus pene homines excedens, plurima cum Francis ex hac urbe, cuius tunc dominus fuit, praefia commisisse refertur. Sed rege hoc devicto totaque Saxonia in fidem christianam et deditionem[n] Francorum redacta, cum imperatori supra dicto regnique primatibus communi placuissel consilio, ut universa gens Teutonica aequali conditione sub[o] uno semper rege parili subiectione consisteret[4], exindeque per omnes regni terminos pacis communione transfusa ecclesias construere, castella diruere, armis temperare, bella deponere firmiter statuisset imperiale decretum, inter caeteros, qui tunc longe lateque sunt diruti, etiam hunc nostrum montem constat in solitudinem fuisse redactum. Verum cum haec ipsa terrula, in qua mons iste consistit, quae scilicet inter tres rivulos et ex aquilone monte maximo concluditur, ad Disnam[5] pertineret curiam episcopalem, horreo constructo, ubi nunc noster est hortus, redditus inde per singulos annos exacti sunt pro quantitate agrorum, quod per annos plurimos ita durasse et ad venerabilis viri Bennonis, huius sanctae Osnabrugensis ecclesiae episcopi[6], tempora usque venisse profecto hic consistentium pene nullus ignorat. Qualiter autem ab eo mons iste reaedificari sit coeptus, plurimi, qui adhuc in carne supersunt, hoc nobis ordine solent attestando narrare.

14. Plurimo itaque tempore exacto, cum iam bellis undique sopitis pacis diutinae 17
prolixitas insolentiam peperisset, non solum potentes et nobiles quietem rumpere et seditionibus dissidere persuasit, sed et vulgus ignobile et rusticum[p] conditionem in maiores armavit et novarum rerum suo more cupidam fecit. Cum igitur anno quodam temporum proventus regionem istam cum caeteris rebus, tum etiam glandium ubertate replessel, et

a) plenam *GSNI*; plena *emendavit E.* b) prius *post* volentibus *repetit G.* c) laboribus invigilans *add. SNIE.* d) hyberno *G.* e) circundatus *G.* f) sufficiunt *omnes, emendari ego; in codicibus interpolatis praecedentia verba prorsus immutata sunt.* g) *ita GN*: Heresburgh *IE.* h) *ita GN*: Sigeburgh *IE.* i) Riuam *omnes, corr.* Ruram. *NI.* k) *ita GNE*: Iburgh *I.* l) *ita G et Ertm.*; est *add. SNIE.* m) inclytus *G.* n) *ita G*; ditionem *SNIE.* o) *ita SNIE*, sed *G.* p) rusticum *W.*

1) Situs inter vicos Engter et Vörden in praefectura Berseubrück; cf. 'Osnabrücker Urkundenbuch' II, 291 n. 2. 2) Hodie Stadtberge ad fluvium Diemel sive Niedermarsberg in praefectura Brilon. 3) Hodie Syburg (Hohensyburg) in praefectura Tremoniensi. 4) Cf. Poeta Saxo ad a. 803, v. 21 sqq. (MG. Poetae Latini IV, 48): *Hoc sunt postremo sociati foedere Francis, Ut gens et populus fieret concorditer unus Ac semper regi parens aequaliter uni.* 5) Dissen in praefectura Iburg. 6) Hic est Benno I. (Beringarius), episcopus Osnabrugensis ab a. 1052. usque ad a. 1068, cf. supra p. 877, l. 38 sq.; fundator Iburgensis monasterii, 'noster Benno', qui aedificationem a praedecessore suo inchoatam perfecit, initio capitis 15. clare ab eo distinguitur. Neque Wittius, qui Vitam nostram excerpsit, neque falsarius, qui eam depravavit, hanc distinctionem animadverterunt, itaque factum est, ut duos Bennones confunderent.

iam mons iste ex antiquissimo situ similis[a] fuisset circumstantibus densitate silvarum[b], circummanentes rustici, quos hic[c] commarchiones appellant, porcos suos huc[d] immittere glandesque saccis asportare et rem episcopi propriam[e] communi usui mancipare coeperunt. Sed cum villicus, qui hic forte[f] horreo praesidebat, machinationi eorum obsistere et rem commissam etiam armis defendere vellet, illi non acquiescentes magnis eum affectum iniuriis Osnabrugge[g] usque fugere compulerunt. Cumque id milites, quorum tunc ibi cum episcopo copia erat, suo more festinato impetu vindicare parassent, prudens episcopus suis se armis hanc iniuriam ulcisci velle respondit acceptaque stola continuo eos in ecclesia ut rerum ecclesiasticarum invasores banno ligavit, se excommunicaturum illos minatus, nisi infra praescriptum terminum synodali iure[h] satisfacere vellent. Rusticos autem iustitiam suam iuramento defendere velle professos communi regionis huius consuetudine devicit, dicens se potius rem tanto tempore sine contradictione[i] possessam iuramento advocati sui retinere debere, quam illos praesumptione periurii violenter[k] possessiones abstrahere alienas. Itaque super hac re die[l] constituta, advocatum suum nomine Meginbaldum[l], qui adhuc in extrema senectute apud Disnam est advocatus, homo probus et nobilis, secum adduxit, qui illico[l] equo ascenso secumque quibusdam loci huius[m] peritis assumptis, maxima populi multitudine cum episcopo congregata praesente, ipse praecedens montem circuivit[n], totumque spacium, quod hoc ambitu designaverat, ipse propria iurans manu episcopo praesenti suisque successoribus aeterna possessione[o] firmavit, et quod hic vulgo[p] sunder[q] appellatur, eo quod seorsum privato alicuius usui separatum a communi hominum utilitate secernit, aeternaliter[r] vocari et esse constituit. Episcopus autem montis amoenitate veterumque murorum ex fundamentis firmitate perspecta, et qui[s] adhuc[t] nomen pristinum celebriter ab antiquitate servasset, succisis silvis et arbustis erutis habitabilem fecit, parvoque tugurio prae festinatione extructo[u] saepius in hoc manere disposuit, ubi et secretius ad quae vellet vacare posset et quandoque etiam turbam declinaret infestam.

15. Igitur huic nostro[v] Bennoni postea[v] in[v] episcopatu[v] degenti[v] locus iste omni[w] oportunitate complacuit acceptaque occasione, cum iam undique videret bella consurgere, huc se omnimoda cordis et corporis intentione contulit, a praedecessore suo iam aliquanta inchoata parte murorum, omnis generis aedificandi commodissime[x] reperta materia. Cum autem iam detecta in apertas inimicitias erumpens fuisset Saxonum diu latens simulata subiectio, totumque regnum vario ubique novarum factionum quateretur impulsu, expulsoque de Saxonia rege[2] fautores sui post se relicti innumeris quotidie periculis urgerentur, illustris vir et prudens Benno episcopus sciens se super hoc voce dominica[3] praemonitum, quia oportet haec fieri, sed nondum statim finis, etsi huius negotii iam ante non esset ignarus, tunc tamen propiore stimulatus periculo omni intentione omnique labore, denique omni impensa et studio montem firmare et munire curavit, suis et sibi totique episcopio certum praeparando praesidium universaeque regioni certe commune refugium. Quod et postea vidimus, cum haec urbs omnibus fuisset profecto hominibus et iumentis, frugibus et vestibus, pecudibus et vasis omnique omnium suppellectili fidissimae absconsionis receptio in tota tam diutina tamque horrenda tempestate bellorum. Quotiens enim Saxones cum suis regibus, quos sibi expulso rege Henrico creaverant, hanc terram generali expeditione vastabant, haec urbs sola eis fortissime restitit et omnes confugientes ad se tutissima protectione defendit. Verum inter haec episcopus noster suae promissionis non immemor, quidquid sancto Clementi in die exaltationis suae devoverat, iugi in animo meditatione pertractans, ubi potius altare, quod voverat, consecrari oporteret, diu cogitasse perhibetur; sed tandem, quia locum istum[y] ad cuncta, quae voluerat, competentem videbat,

1073.

a) singulis *W.* b) sylvarum *G. et similiter saepius.* c) ibi commarchiones *W.* d) illuc *W.* e) *deest W.* f) ibi sorte *W.* g) Osnabrugge fugere *W;* Osnabrugum *GSNIE.* h) iuri *W.* i) violentes *G.* k) diu *G.* l) illiquo *G.* m) *ita SNIEW;* huius loci *G.* n) circuit *W.* o) *ita GSNIE;* sempiternam possessionem *W.* p) vulgo ibidem *W.* q) Snüden *W.* r) et etern. *W.* s) *ita GSNIE.* quod *W.* t) adue eciam *W; cf. infra p.* 884, *l.* 28. u) extento *W.* v) *deest W.* w) omnium *W.* x) commodisse *G.* y) loca ista *G.*

1) Meinbold vir nobilis inter testes duarum chartarum Osnabrugensium nominatur, quarum altera a. 1074, altera inter a. 1074 et a. 1088. data est, 'Osnabrücker Urkundenbuch' I, 145 sq. nr. 170. 171. 2) Rex a castello Harzburgensi a rebellibus Saxonibus obsesso fugit 9. sive 10. d. m. Augusti a. 1073. 3) Cf. Matth. 24, 6.

ut se hic corporis praesidio gaudebat esse securum, ita etiam se hic spirituali lucro animae suae saluti prospicere saluberrima definitione decrevit. Itaque lignea capellula, ubi nunc beatae Dei genitricis oratorium cernitur, festinanter extructa altare ibi in beati Clementis honore dedicavit, id quoque piae devotioni adiciens, ut, si Deus pace reddita villicationis suae tempora prosperari annueret, monasterio constructo praediisque acquisitis abbatiolam qualicunque facultate inchoare deberet, eius autem perficere esset, a quo bona cuncta procedunt, et ipse perficiet, confirmabit solidabitque[1].

16. Sed iam ingravescente magis peste bellica, cum sibi quotidie etiam ab amicis captivitatem aut mortem imminere conspiceret, suorum etiam maxime infidelitate perterritus iterum pro tempore cedendum putavit[2] et episcopio, prout tunc potuit, disposito urbeque[3] commissa his, de quorum fide minime dubitabat, cum aliis, qui plurimi pro arctiore fidelitate in regem de hac regione expulsi sunt, parvissimo suorum comitatu ad regem profectus est. A quo admodum gratanter susceptus, aliquanto cum eo tempore conversatus, iam tempus advenisse conspiciens, quo decimationis suae iam tanto tempore violenter ablatae commodius posset causa tractari[4], ne spacium ingratissimi ocii in palatio degens prorsus inutile duceret, propriis primitus amicis, deinde regis familiaribus tantae controversiae querimoniam[a] insinuando detexit. Qui omnes pari animo eademque caritate promptissime ei voluntarie auxilium pollicentes brevi persuadere potuerunt, ut regis familiaribus causa commissa pro se eos loqui deposceret et regiam sibi in hac duntaxat[b] re benevolentiam, quacunque possent arte, compararent. Erat[c] enim ea tempestate post ablatae decimationis tempora eiusdem decimationis rehabendae commodissima ratio: inprimis videlicet omnium ecclesiarum vel episcoporum sua omnia potestative possidere et disponere debere libera facultas et consuetudo communis: tum etiam quod ipse episcopus pro regis fidelitate omnibus et amplissimis divitiis dimissis ad eum nudus et profugus venisset, quam utique rege digna munificentia remunerari oporteret: deinde alios regi fideliores futuros, si huius devotioni digna fuisset praemiorum recompensatio largitione: eiusque voluntaria paupertas, cui nunc rex tantis necessitatibus praepeditus pleniter subvenire non potuit, spe aliqua futurae abundantiae recreari expectaret. Deinde, qui eam haberent, iam etiam essent hostes publici et omnimoda a rege pro suae perfidiae meritis calumnia et clade plectendi, et quicquid ex eadem decimatione emolumenti vel utilitatis acciperent, regiae esset procul dubio maiestatis minutio hostiumque pervicatiae et turpissimae desertionis munitio: si itaque regiis impensis essent hostes armandi, non sufficere utique regi donativa, unde suos in hostes armaret. Postremo quia iam rex pro peccatis suis a Deo in tantis miseriis derelictus esse videretur, omnibus eum[c] iam viribus niti oporteret, ut iuste iudicando reconciliari posset supernae iustitiae, quam plurimis iniquitatibus et secularium maxime iustitiarum neglectu omni pene vitae suae tempore offendisset[6]. His[7] itaque aliisque perplurimis et idoneis assertionibus regi tandem constat esse

a) querremoniam *G*. b) duntaxt *G*. c) enim *G(S?)N1*; eum *emendavit E*.

1) I. Petr. 5, 10. 2) Cf. supra p. 877, l. 31 sq.: *cedendum putavit*, et quae de hoc loco hucusque non recte intellecto disserui 'Neues Archiv' XXVIII, 125 sq. Verisimile est Bennonem circiter medio anno 1076. ex Saxonia ad curiam regis Heinrici fugisse. 3) Scil. novo castello in monte Iburgensi aedificato. 4) De lite ob decimas Osnabrugenses diu protracta et ab Heinrico IV. composita cf. Wilmans, 'Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' I, 319 sqq.; Philippi, 'Osnabrücker Urkundenbuch' I, p. IX sqq. et in 'Mitteilungen des hist. Vereins zu Osnabrück' XXVII, 245 sqq.; K. Brandi in 'Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst' XIX, 142 sqq.; M. Tangl in 'Archiv für Urkundenforschung' II, 186 sqq. 218 sqq.; F. Rörig in 'Histor. Vierteljahrschrift' 1921 p. 385 sqq. Diplomatum spuriorum, quae ad hanc litem in favorem ecclesiae Osnabrugensis terminandam fabricata sunt, auctorem Bennonem nostrum fuisse iam certo constare mihi videtur. 5) Ante hoc enunciatum in Vita interpolata quaedam de Cobbone comite et Goswino episcopo Osnabrugensi inserta sunt, quae ex diplomate spurio Ludovici Germanici ('Mühlbacher 'Reg.'[2] 1389) desumpta esse possunt. Quae re cum v. cl. M. Tangl ('Neues Archiv' XXXIII, 80 n. 1) Northerto et Vitae genuinae attribuas, valde caveas, aperte enim verba et dicendi genus Mauri Rost abbatis sunt. 6) Cf. diploma Heinrici, Jostes, 'Die Kaiser- und Königsurkunden des Osnabrücker Landes' nr. 21, quod Northertus cognovit (infra p. 882, n. 4), ubi narratur: *Osnabruggensis episcopus ... Benno ... serenitatis nostrę clementium adiit ... inventutem nostram non parum incusando.* 7) Quae de sequentibus sodalis quondam noster b. m. M. Tangl, 'Neues Archiv' XXXIII, 75 sqq. disserit, demonstrare conatus Bennonem a rege postulasse, ut iuri quod dicitur regalium

persuasum, ut rem episcoporum aliorumque Christi fidelium iudicio permitteret, eorumque[a] se diffinitivae[b] sententiae probando assensurum, cui tamen, si vellet, se dicebat refragari honestissime posse, et quod tanto tempore sub tot imperatoribus et famosis regibus mansisset immobile, sibi quoque eadem violatione iustitiae non mutari[c] debere. Primitus enim et hic rex videbatur antecessorum suorum avaritiam velle aemulari, qui ab utraque ecclesia hinc inde aliquo episcopo vel abbate defuncto maxima solebant lucra sectari, et si iam uni ecclesiae sempiterna essent stabilitate firmata, iam se amplius hoc commodo carituram posterisque regibus non minima detrimenta relicturum. Verumtamen omni demum cavillatione postposita, rex sive apertae rationi seu rationabili suorum suggestioni cedens totius cardinem litis, cum adessent etiam quam plurimi, qui pro abbate[1] loquerentur, ecclesiastica examinatione synodalique iustitia permisit evolvi. Itaque huius rei gratia loco dieque statuta synodus est congregata[2], in qua episcoporum multitudo caeteriique ecclesiasticarum dignitatum ordines, laicis etiam universis pariter omnino consentientibus, pari iudicio communique sententia Osnabrugensem affirmabant ecclesiam iniuste tanto tempore fuisse spoliatam regemque praesentem oportere liquidissimam recognoscere institiam, ecclesiamque illam tali mutilatione deformem[3] communi consuetudine et iure ecclesiarum non uti esse impium et perversum, regem quoque suae magis saluti animae et honestati quam successorum suorum divitiis debere consulere. Actum est hoc apud Radisponam Bavariae urbem anno dominicae incarnationis MLXXV[4]. Igitur rex Henricus decimationem suam Osnabrugensi ecclesiae suoque episcopo Bennoni praesenti omnium, qui aderant, consilio, iudicio et consensu recognovit et reddidit et in aeternum omnis conditionis exceptione seposita immobiliter semper et fixe possidere donavit; nec iam abbati Corbiensi vel Herfordiensi[d] abbatissae ullam deinceps querimoniam super hac re fore residuam, sed utraque monasteria illa sua se facultate sustentarent et praediis, Osnabrugensis autem ecclesia decimationem suam caeterarum iure et consuetudine ecclesiarum liberrima semper possessione teneret. Quod ut firmius et ab omni posset semper permanere inpiorum praesumptione stabilius, rex huius rei seriem continentem[e] aureis litteris — ipse tamen manu propria signum infigens — chartulam iussit conscribi regio insignitam sigillo[5], in huius videlicet negotii testimonium perpes et memoriam sempiternam. Quod chirographum in Osnabrugensi ecclesia cura tanto diligentiore servatur, quantum contra omnes irruptiones et tentationes[f] inconvulsus semper et firmissimae munitionis murus habetur.

(21) 17. Verumtamen episcopus noster omni semper prudentiae circumspectione contectus uno permoveri scrupulo videbatur, quod videlicet nondum congruenter papae esset auctoritate firmatum. Et quamvis eo tempore graves[g] inter regem et apostolicum Hildebrandum, qui alio nomine Gregorius dicebatur, inimicitiae ferebantur, accepta tamen a rege licentia

a) *ita G*; eorum *SNIE*. b) *ita SNIE*; deffinitae *G*. c) mutare *G*. d) Herffordiensi *G*. e) *ita Ertm.*; continenter *GSNIE*. f) irruptionum et tentationum *GSNI*; *emendavit E; fortasse autem lectio codicum retinenda et verbum aliquod (praesumptiones ipsi ponit Holder-Egger) supplendum est.* g) gravis *G(S?)IE*; gravis, corr. graves, *N*.

et spoliorum renunciaret, ea a v. cl. B. Krusch in 'Mitteilungen des hist. Vereins zu Osnabrück' XXXII, 343 sqq. omnino recte refutata sunt. Cui quidem Tangl, qui in opinione sua perstitit, se uberius responsurum esse pluries promisit ('Archiv für Urkundenforsch.' II, 226, n. 2. 326, n. 1 et in versione Germanica Vitae nostrae p. 32, n. 1), sed hoc numquam fecit. Krusch verba Nortberti (supra l. 4 sqq.) ita interpretatus est: reges eo usque, cum et episcopatui Osnabrugensi et monasteriis Corbeiensi atque Herifordensi privilegia de decimis confirmarent, et a novo quoque episcopo et a novis quibusque monasteriorum praelatis ampla dona accepisset; si autem iam uni ecclesiae, episcopatui scilicet, sempiterna decimarum possessio confirmaretur, successores suos ab altera parte nihil accepturos et propterea detrimentum magnum capturos esse.

1) Corbeiensi Wernhero, qui adversariis Heinrici regis adhaerebat. 2) Wormatiae hanc synodum congregatam esse, chartae Heinrici regis docent. 3) Cf. diploma spurium Ludovici Germanici (Mühlbacher 'Reg.'[2] 1389): *episcopatum suum . . . . huc usque non sine nostra culpa indecens et informe quasi pecus multum permansisse.* Nortbertus hoc diploma cognovisse videtur. 4) Ratisbonae iudicium synodi Wormatiensis confirmatum est diplomate Heinrici regis, Jostes, 'Die Kaiser- und Königsurkunden des Osnabrücker Landes' nr. 21. Quod diploma anno $1077\frac{1}{2}$, non 1075. datum est, de falso Nortberti numero cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 120, n. 1; Tangl, 'Archiv für Urkundenforschung' II, 228, n. 1. 5) Charta Heinrici aureis litteris scripta et aureo sigillo munita data est d. 30. m. Martii a. 1079; Jostes l. l. nr. 28.

Romam profectus[1] papam illum adiit, et quicquid super decimationis illius recognitione statuerat, apostolici illius assensus et auctoritas Romana firmabat[2]. Tanto enim se toto illo turbine bellorum prudentiae veritatis et fidei utrobique moderatione librabat, ut in utraque semper ei parte sine suspicione et timore conversari liceret; nec rex unquam, quamvis inter hostes suos eum manere videret, de eius fidelitate ambigeret, nec hi, quamvis regi fidelissimum esse non dubitarent, insidias unquam de eius fraude timerent. Porro nos, qui haec strictim super decimatione Osnabrugensi retulimus, plurima causa brevitatis praetergressi sumus, id solum in hoc opusculo sufficere arbitrantes, quia — quod tanto temporis spatio, quippe, ut fertur, ab imperio pii imperatoris Ludowici, episcopatum istum incomparabili damno et gravissima semper iniquitate vexabat, omnesque huius sedis praesules acerrimo studio iugique labore suae quisque successionis serie repetisse sciuntur, dum gravibus quoque saepissime iniuriis affecti ab incepto tamen deterreri non possent — solus iste virtute inaestimabili incessabilique labore ad finem usque feliciter perduxit, et sponsam suam proprio privilegio dotis tanto despoliatam tempore debito honore pristini decoris ornavit, apud quam absque dubio nomen eius perpetua erit in laude et memoriale eius in benedictionibus sempiternis. Si enim hisce inserere cupimus, quantos per triennium pauper et exul labores pertulerit, quotiens iniuriose repulsus non desperaverit, quotiens induciis positis ad locum constitutum frustra perrexerit, quotiens Romam ierit omnesque, de quorum adiutorio praesumebat, offensos invenerit[a], qualiter barba crescente vultus notitiam dissimulando celaverit, quotiens iamiam, ut ipse putabat, omni negotio peracto domum reverti cogitans ausus redire non fuerit, qualiter etiam regis curiam miserabili labore turpique egestate pertesus apud amicos, si quos in exteris regionibus invenire potuit, quasi hospitandi gratia latuerit — si denique haec singula et multa similia, quae eo tempore gessit, referimus, profecto non tam utili haec poterunt quam longo sermone narrari. Quod manifestius his literis, quas tunc Sigewino[b] Coloniensi episcopo[3] misit, 1079.
apparet:

'Depositus apposito, electus electo salutem, nec iam episcopus Benno domino archiepiscopo utriusque hominis semper felices successus in Domino. Quia rupto regni foedere usque ad naufragium periclitatur navis ecclesiae, vel vos, qui Deum timetis, quid regni statum deceat, solerter consulite, ne usque ad internetionem in nos hostilis mucro deseviat[4], qui undique gladiis circumfundimur, et non est qui eripiat[5]. Sane propter apostolicae sedis obedientiam volentes patimur tantam persecutionis angustiam in tribulationibus, quae nos invenerunt[6] non deficientes: malluimus enim fugientes in manibus Egiptiae dominae relinquere pallium[7], quam emancipati eidem turpiter servire usque ad animae interitum. Prosperum faciat iter vestrum Deus salutarium nostrorum'[8].

Sed his ita finitis ad reliqua pergamus.

18. Igitur postquam inter regem et apostolicum semel exorta discordia nullo potuit (22)
hominum consilio vel ratione sedari, Deo profecto tot hominum offenso sceleribus deserente terras, abundante iniquitate et refrigescente caritate multorum[9], nullusque ab alterutra parte modus fieret, inde scilicet maledictionum vel excommunicationum, hinc vero bello-

a) *ita SNIE*; invenuret *G*. b) Sigenuius *G*; *nomen omisit interpolator*.

1) Bennonem ab Heinrico initio a. 1078. et vere a. 1079. Romam missum esse scimus, cf. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher Heinrichs IV.' III, 98. 209. Sed verba Northerti infra l. 18 insinuant, eum pluries etiam hoc exilii tempore Romam ivisse. 2) Privilegium Gregorii, cuius etiam Annales Iburgenses 1083 mentionem faciunt, nobis servatum non est et certe eo tempore, de quo Northertus hoc loco agit, datum esse non potest, cum litem, quae etiam in curia Romana de decimis contracta erat, a. 1081. nondum terminatam fuisse ex epistula Gregorii hoc anno ad legatum suum Altmannum episcopum Pataviensem scripta (Registr. Gregorii VII. IX, 10, ed. Caspar p. 587) appareat. Si privilegium Gregorii omnino datum est, quod O. Löffler, 'Historisches Jahrbuch' XXIV, 302 sqq. et M. Tangl factum esse non credunt, id solum anno 1083. fieri potuit, quo Benno a rege denuo in Italiam vocatus *'pene quotidie inter regem et papam internuncius currens'* (infra c. 22) de pace inter eos facienda tractavit. 3) Sigewinus archiepiscopus creatus est ultimis a. 1078. sive primis a. 1079. diebus, cf. Meyer v. Knonau l. c. III, 155; itaque Bennonis epistulam a. 1079. datam esse verisimile est. 4) Cf. 2. Reg. 2, 26. 5) Cf. Psal. 70, 11. 49, 22. 6) Cf. Psal. 45, 2. 118, 143. 7) Cf. Gen. 39, 12. 8) Cf. Psal. 67, 20. 9) Cf. Matth. 24, 12.

rum caedium et rapinarum, eo processum est odii et invidiae, ut, nisi rex deponeretur aut papa, tantae irae et inimicitiarum fomites penitus extingui non possent. Congregata
1080. igitur apud Ticinum[a] Italiae civitatem episcoporum multitudine, qui regiae parti favebant et papae eo ferebantur infensi, quia indiscretus nimium dicebatur ab eis, cum de eorum nequitia saepe vera loqueretur, cum eorum consilio et instinctu rex alium papam in sede apostolica sublimare disponeret, interfuit etiam conventui illi episcopus Benno, quamvis invitus, sed eo tamen prudentiae oculo, quem secum semper portare solebat. Videns enim in utraque parte plurima magis odio quam ratione tractari et regi semper fidelis, nunquam autem papae inobediens esse desiderans, sed et, quem tanta res finem habitura esset, ignorans diligentissime intendere coepit, quonam rationis exitu fieri posset, ut salva honestatis pristinae integritate neutra in parte posset iure culpari. Forte autem in ecclesia, ubi ista gerebantur, erat altare[b], quod retro concavum foramen, quo quis intrare vix posset, panno praependente obtexerat, — ad cuius etiam similitudinem hoc nostrum altare postea ipse quasi insensibili materiae gratias reddens iussit extrui[2] — iuxta quod cum solito more psalmodiae vacans solus sederet, propius accedens aptissimum latibulo locum esse perpendit, et si intro ire valeret, paulatim nullo vidente tentavit. Os itaque foraminis quamvis difficile ingressus antrum ipsum interius reperit ad sui receptionem corpusculi sufficienter extentum. Magnas itaque divinae dispensationi gratias agens, panno, qui praependebat, diligentius oppanso foramini, totum diei spatium ibi taliter latitando nemine prorsus conscio exegit, tanto intentius orationi insistens, quanto se et ipsius loci oportunitate propinquiorem Deo esse cognovit, et tempus, quo totius ecclesiae status quatiebatur, aegre perspexit. Hora, inquam, qua eunctis adunatis coepta esset causa tractari, deprehensum est Osnabrugensem episcopum non adesse Bennonem. Missis itaque a rege et circumquaque discurrentibus et domo, in qua hospitium habebat, quaerentium incursu iam pene confracta, cum nusquam reperiretur locorum, alii fuga elapsum, alii infirmitate detentum, aliqui etiam speciali quadam infidelitate commune colloquium vitasse dicebant. Sed iam die declinata in vesperum, cum papam abdicassent eiusque in locum substituissent Ravennatem episcopum, qui etiam adhuc Clemens nomine Romanae praesidet ecclesiae[3]; plurimaque alia statuissent, quibus episcopus iste, si praesens esset, minime praeberet assensum[4], egressus suo, nemine itidem rem considerante, latibulo, iuxta altare, ubi prius sederat, subito residere conspicitur. Stupentibus igitur non minúsque mirantibus eunctis et, ubi fuisset, studiose querentibus se de loco illo per totum diei spatium non recessisse velle iurare per conscios sanctos spondebat; ad regem quoque statim adductus plenissime se de omni infidelitate purgavit, qui illum tamen in fide pristina firmiter stare lenitate verborum hortari maluit quam terrore constringere. Exinde igitur praeclara felicique prosperitate vel animi prudentia utrinsque papae, quod profecto perpaucis ea tempestate possibile fuit, amicitia usus regiam quoque nusquam incurrebat offensam, efficaciter apostolum audiens: 'Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes'[5].

(25. 19. Per idem tempus victis a rege Saxonibus interfectoque, quem sibi regem posue-
1080. runt, duce Rodolpho[6], cum tota Saxonia coeptam ferociam graviter humiliata deponeret et profugis ex se reditum invita concederet, episcopus noster iam se liberum posse domum redire conspiciens, quid ante egressum Deo devoverit, diligenter intendere coepit. Itaque reliquiis sanctorum undecunque potuit acquisitis, libris quoque, vasculis ac palliis et quicquid ad[c] congregationem incipiendam necessarium idoneumque esse cognovit, cum redeundo Moguntiam devenisset, in beati Albani monasterio abbatem[7] aggreditur, et quia eius notitiam prius habuerat, quid animo gereret, competenter exponens cum consilio pariter ab

a) Ticinum, *corr. alia manu* Ticinum, *G.* b) altari *G.* c) ac *G.*

1) Error Northerti; loquitur de synodo Brixinensi, quae d. 25. m. Iunii a. 1080. habita est. 2) Cf. chartam anni 1110 ('Osnabrücker Urkundenbuch' I, 192 n. 225), in qua Iburgensis altaris sancti Clementis *quod retro concavum est* mentio fit. 3) Mortuus est d. 8. m. Septembris a. 1100, cf. Köhncke, 'Wibert von Ravenna' p. 98 sq. 4) Benno decreto synodi Brixinensis (MG. Constitutiones I, 118 nr. 70) non subscripsit. 5) Roman. 12, 18. 6) D. 15. m. Octobris a. 1080. 7) Monasterio S. Albani Moguntiensi praesidebat annis 1074—1085, abbas Godescalcus.

eo exposcit auxilium; qui illico[a] cum eo in opus Dei duodecim monachos misit, ut res incepta per eos digna fieri posset postea per plures augeri. Quos in itinere parumper praecedens Osnabrugge[b] perrexit, ubi ipse nudis pedibus et multis lacrimis[c] ab omnibus honorifice gratissimeque receptus chirographum super decimatione, quod secum detulerat, publice in ecclesia recitari populo audiente Deoque super hoc gratias agente praecepit. Sed ibi ordinandis rebus iam tanto tempore miserrime disturbatis aliquandiu moratus, quod congregationem in monte facere vellet, fidelioribus suis insinuare[d] curavit. Quorum ad hoc[e] alacrem devotionem attendens totum se in hunc vigilantissimum laborem contulit studiumque collegit, recogitans et dolens se iam nimium diu per innumeras rugas inaniter errasse dispersum. Tanta enim festinatione opus coeptum aggreditur, ut quadam etiam absurditate argui videretur. Necdum videlicet officinas vel domicilia ulla construxerat, ubi fratres, quos secum duxerat, congruenter possent recipi aut ulla monasticae disciplinae exercere vestigia; parvissimo itaque iuxta capellam eos tugurio inclusit, donec monasterio constructo officinae monachis pararentur idoneae. Sed cum iam mons iste, ut supra retulimus, cum omnibus pertinentiis suis ad Disnam pertineret, alio praedio dato, quod a Cuniza[1] nobili vidua per precariam acquisierat[f], nomine Bonwide[2], concambium fecit, monteque diviso occidentalem eius partem sibi successorumque suorum habitationi reservans partem orientalem cum omni eius circumquaque iacente planitie monasterii loco usuique fratrum in varias mancipavit officinas et exercendos cultus agrorum. Exinde[3] igitur monasterii statuendi fundamenta iacturus, cum locus ipse esset medio quoque asperrimo eminente dorso utrimque[g] praeruptus, difficillimum incipiendi operis experiebatur exordium. Sed ipse huius negotii valde peritus, altiora diruens, profundiora terra iniecta sustollens planiciem, quae pro capacitate loci in monasterii officinarumque eius amplitudinem sufficere posset, ut nunc cernitur, explanasse dinoscitur. Cumque totis viribus ecclesiae parietibus erigendis instaret nec aliud quicquam taliter occupatus valeret extruere, monachos prae angustia loci valde compressos minus regulariter conversari et vivere contentiose persensit; unde eis abbatem de monasterio beati Pantaleonis[4] illius abbatis auctoritate praefecit, reputans sub capite constitutos deinceps concordius esse victuros. Sed ex duobus monasteriis congregati cum non solum se invicem eadem angustia loci, verum etiam varietate consuetudinum et sui utriusque ordinis defensione turbarent, vehementer contristatus universos ad loca sua remittendos putavit, donec opere perfecto regulariter conversari valerent, quoscunque adduceret. Itaque de Mindensi monasterio[5] paucis fratribus, quos similiter asciverat[h], solummodo retentis locum permisit, ut divino operi interim privatim insisterent, ne diurnum sacratis locis deesset officium. Ipse autem coeptae aedificationi perseveranter insistens vigilantissimum prudentiae suae oculum ubique circumtulit, supernum iugiter elemosinis[i] et precibus implorans auxilium, per quod sibi talis deberet locus ostendi, unde quat fratres adducere, in quorum caritatis unione secure confidere posset eos iam deinceps morum fore unitate concordes nullaque manendi instabilitate suspectos.

20. Sed hoc iterum nova Saxonum tumultuatione differtur; nam quendam sibi Her- (25)
mannum principem praeponentes[6] cum ingenti exercitu has iterum partes invadunt, urbem 1081.
hanc[7] undique studiosa obsidione vallantes[8]. Hic equidem breviter referendum videtur, 1082.
quantum ingeniosi viri facundia valuit. Erant in exercitu illo Hildesheimensis[k] episcopus Udo et Ekbertus[l] marchio, summi viri virtute et divitiis pene omnes praeeminentes caeteros. Qui cum illum antiqua amicitia et privata quadam familiaritate, quamvis hostes viderentur,

a) ilico *G.* b) Osnabruggam *G;* Osnabrugam *SNIE.* c) lacrymis *G. et similiter saepius.* d) *ita G;* insinuari *SNIE.* e) valde *add. SNIE.* f) acquiserat *G.* g) utrinque *G.* h) *ita G;* asciverat *SNIE.* i) *ita SN;* elemosynis *I;* elecmosynis *GE.* k) Hildesimensis *hic omnes.* l) Ebbertus *omnes.*

1) Cf. chartam Gisilberti et Cunizae, 'Osnabrücker Urkundenbuch' I, 188 n. 157. 2) Bohmte in praefectura Wittlage. 3) Ecclesiae hodiernae s. Clementis in monte Iburgensi perpaucas partes ad Bennonis aetatem redire exponit Ilse Hindenberg l. l. p. 66 sq. 4) Coloniensis; abbas erat Humbertus mortuus a. 1082. De monasterio cf. Lampert. a. 1071. 1074, ed. Holder-Egger p. 132. 190. 5) De monasterio S. Mauricii a. 1042. a Brunone episcopo Mindensi fundato cogitandum est. 6) Hermannus rex creatus est initio m. Augusti a. 1081. 7) Iburgense castrum. 8) Cf. Ann. Patherbrunnenses (ed. Scheffer-Boichorst p. 98), quibus docemur expeditionem Saxonum contra Westfalos ante quadragesimam a. 1082. factam esse (caput ieiunii hoc anno erat 9. d. m. Martii). Haec in ann. Iburgensibus ('Osnabrücker Geschichtsquellen' I, 182) excripta atque ex Vita nostra ducta sunt.

1082. intime venerarentur et diligerent, eius petiere colloquium, regi suo pro certo spondentes se illum ad deditionis assensum facillima persuasione flexuros. Gratanter itaque ab eo recepti, dum secretius cum illo multa conferrent, tandem res in contrarium cedit, et[a] qui eo venerant, ut ad regem suum[b] illum converterent, illius potius regi sese fidelitatem velle iurare eius sunt oratione perducti[1]. Cumque reliquiae sanctorum, super quas sacramenta iacerent, a populo viderentur afferri, illum eis consensisse urbemque Saxonibus cum iuramento velle tradere arbitrantes, pene eis iam vim inferentes illum infidelem et periurum clamitare coeperunt, quos ille artificiose compescuit, ut interim pavore deposito rei exitum praestolarentur, exhortans. Peracto autem sacramento supra dicti viri reversi ad suos omnia prospera pollicentes urbem celeriter obsidione liberant, cum omnibus revertentes in patriam, graviter tamen ab eis prius hac omni regione vastata. Porro in hac fidelitate, quam audo iuraverant, diu ante interfectionem suam[2] marchione deficiente, episcopum[c] illum firmiter usque hodie permanere videmus[3]; unde etiam locum illum infinitis calamitatibus constat esse oppressum. Quod venerabilis viri Adeloldi eiusdem loci praepositi epistola huic delata testatur, quam hic inserere non piguit, cum sit etiam ipsa quaedam huius viri poftio meritorum:

26. 'Vivo exemplari iustitiae domino suo venerabili episcopo Bennoni Adeloldus fidelis suus quicquid utriusque hominis devotissima valet servitus. Parva munuscula, quae tuae paternitati mitto, ut dignanter accipias rogo, et quae parva manu offero, pleno corde offert tibi fidelis tui devotio. Certus autem de te domino et patre, quia congaudere et compati[d] loco sanctae Mariae, cui tu quondam praefuisti et servisti praepositus, animo praescripsisti, adversa et prospera nostrae congregationis, quae intra paucos dies iusto Dei iudicio nos passos esse cognoscimus, in hac brevitate epistolae tibi transmittere necessarium duxi. Civitas nostra circumdata est ab inimicis; praedia sanctae Mariae rapina continua consumpsit et ignis; magna haec essent et intolerabilia, nisi quod minora cognoscimus, quam iniquitatis nostrae exigant iustitiae. Positi autem in adversis ad orationem confugimus sanctorum; et quantae essent in ecclesia nostra reliquiae, diligenter investigavimus. Providentia divina novum nobis et notandum ostendit miraculum: nam cum ad corpus sancti Epiphanii veniunt, sanguinem de siccis ossibus eius exire vidimus. Ego, qui vidi et in manu mea tenui, cum aliis canonicis nostrae ecclesiae testimonium perhibeo'.

Sed nos, dum in huius patris nostri amore fallimur, singula de eo referre cupientes modum brevitatis excessimus, hoc solummodo, si possemus, cavere debentes, ne aut ineptae brevitatis compendio nostrae devotionis in eo aliquatenus minuatur obsequium, aut[d] legentibus pariat arrogans longitudo fastidium[4]; praesertim dum totus huius sermunculi contextus nulla per nostram imperitiam allevetur lepida compositione verborum, aut lingua eum politior coloribus suae facultatis exornet. Rogamus autem, ut, si qui forte haec legere dignantur, nostrum potius affectum quam verba considerent. Quem enim, si conditio quisque mortalitatis concederet, cuperemus semper habere viventem, de eo saltem modico nos verbosos esse non sit onerosum et inde irremediabili dolori solamina quaerere, unde non magna sustinet lector ociosus seriorum dispendia. Sed iam properemus ad alia, quae motu bellico interrupta distulimus.

27. 21. Erat igitur archilectoriae artis, ut iam supra[e] meminimus, valde peritus. Quod si quis in his nostris aedificiis tantopere non apparere notaverit, sciat haec per eius absentiam maxima ex parte fuisse constructa, in quibus tanti extitit studii, ut ne expulsus quidem et longinquis regionibus morans per alios, quibus hoc iniunxerat, ab aedificando cessaverit. Unde regis imperio in Spirensem urbem adductus ecclesiam illam amplissime sublimatam et prae magnitudine operis minus cauto in Rheni fluminis littus extentam maximo ingenio difficilique paratu egregii operis novitate perfecit et immensas saxorum moles, ne fluminis illisione subverteretur, obstruxit[5]. Cum itaque hac occasione saepius illuc

a) et *omnes: emendare ego.* b) Hermannum *add. SNIE.* c) Udonem episcopum *SNIE.* d) aut — fastidium. *quod vv. SNIE. domus, deest G.*

1) Cf. Meyer von Knonau l. l. III, 463. 2) Ecbertus marchio Misnensis interfectus est 3. d. m. Iulii a. 1090. Meyer von Knonau l. c. I, 580, n. 63 et Ilse Hindenberg l. l. p. 67 sqq.
3) Mortuus est demum a. 1114. 4) Cap. 9. 5) Cf.

iter haberet, Sigebergense[a] coenobium[1], quod eo tempore religionis aestimatione eximium ferebatur, hospitandi gratia divertere solitus erat. Ubi dum semper cum pro sui merito, tum etiam pro reverentia domini Annonis, cui nec defuncto[2] quidem fidelis esse destitit, maximo debitae caritatis susciperetur officio, venerabili viro illius loci abbati Reginhardo, quid in Iburgensi castro inceperit, inter sermocinandum innotuit, gravi dolore conquestus, quod fratrum, quos primitus adduxerat, valde esset instabilitate deterritus. Cumque abbas ille intime eum moneret, ne ideo coepto desisteret, sed eo studiosius insisteret, quo difficilius inchoata succederent, diaboli firmans affirmansque fraudibus talia evenire solere, cui nihil magis adversum nihilque odiosius esset, quam divinae aliquem obsequi voluntati spiritalisque exercitii instrumenta animabus parare salvandis: statim oportunitate talis exhortationis oblata omni supplicationis genere suggerere coepit abbati, ut in suae paternitatis regimen locum susciperet[b] fratresque dirigeret irrigationi tam novellae plantationis idoneos, omni se eis studio pollicens corporum necessaria collaturum, pro suis scilicet seminatis carnalibus metere cupiens spiritualia eorum[3]. Sed abbas[c], vir prudentis ingenii, quamvis per se cunctos proficere suisque institutis cuperet salvari quam plurimos, non facile eius precibus acquiescere voluit, prius locum istum[d] visere tractans: valde enim, quae adhuc acquisierat, praedia erant exigua et tot necessaria[e], ne, si suos in incertum fratres dirigeret, simile quid eis accideret, quod et aliis accidisse compererat. Atque ita rectae voluntati annuens episcopum praecedentem brevi post sequitur[4]. In huius autem consideratione loci cum aliqua displicerent et pleraque laudasset, maxime ei fertur displicuisse paupertas reputanti in hoc tempore talis negotii nil stabile futurum, quod rerum mundanarum abundantia nulla firmassel, et valde paucos aut nullos cum indigentia corporali monasticum rigorem aequanimiter esse laturos, cum in locupletissimis quoque coenobiis districtio sola multos turbare consuesset.

22. Et sic omnibus rite dispositis iterum regio iussu dominus episcopus in Italiam (G[28]
est profectus[4], ubi anno integro et tribus mensibus in Romanae civitatis obsidione est 1082-83.
detentus; nilque aliud tanto temporis spacio ibi perhibetur egisse, nisi si forte Dei opitulante clementia cum aliis, quorum Deus tetigerat corda, pacem inter eos et concordiam facere posset. Pene enim quotidie inter regem et papam internuncius currens plus pene laborasse dicitur in pace facienda, quam in aliqua facere consuevisset expeditione bellorum. Sed cum nullatenus posset obstinatio tanta molliri, tandem civitate tradita proditione civium[5] papa Hildebrandus fuga elapsus non multo post apud Salernum diem 1084.
clausit extremum[6]. Exinde iam spe quadam securitatis accepta dominus episcopus ad 1085.
sedem reversus reliquum iam tempus aetatis omnino disposuit semotum agere ab omni exteriori occupatione et prorsus a regni negotiis alienum. Et quia iam eius penitus desperabatur reversio, praesertim dum senio iam gravaretur et morbis, aliqui maligni in huius loci destructionem inhiabant, putantes se locupletes futuros, si Dei servis expulsis bona sibi ecclesiae liceret diripere. Unde abbatem in maxima tribulatione et labore reperiens multosque hoc timore perterritos recessisse ex fratribus his litterulis iterum Reginhardi abbatis flagitabat auxilium:

'R.[g] abbati, viro religiosissimo paternitatis beatitudine sublimato et filiorum circumseptione glorioso, Bennо humilis Dei providentia Osnabrugensis episcopus benedictionem a Domino et misericordiam a Deo salutari suo[7]'. Quibus te laudibus efferam, nescio, sed quem non latet desiderium meum, tota[h] mentis intentione et sincera devotione committo. Cognisti certe me beare spe filiorum, unde siti meae fervorem auxisti divinum, et nunc, pater sancte, quaeso, ne te gravet crebra mea petitio. Direxisti quippe sponsum idoneum filiae

a) Sygebergense *G.* b) et religiosum virum Adelhardum abbatem instituoret *add. SNIE.* c) Siburgensis *add. SNIE.* d) *ita G.*; illum *SNIE.* e) necessariorum *omnes; emendavit Wilmans.* f) visu probaturus, quod auditu perceperat *add. SNIE; quae verba fortasse etiam in vita genuina scripta erant.* g) Beverendo *omnes, quod ex falsa interpretatione abbreviaturae* R. *(scil.* Reginhardo*) ortum esse pro certo habeo.* h) *ita SNIE*; tanta *G.*

1) Ecclesia monasterii in oppido Siegburg (ad Sigam fluvium sito) ab Annone fundati a. 1066, dedicata est, cf. Meyer von Knonau l. l. I, 528. 2) Obiit 4. d. mens. Decembris a. 1075. 3) Cf. 1. Cor. 9, 11. 4) Initio a. 1083, sive sub finem a. 1082, cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 124. 5) Die 21. m. Martii a. 1084. 6) Die 25. m. Maii a. 1085. 7) Psal. 23, 5.

nostrae, si submiseris supplementum aliquod sponsioni eius: recesserunt etenim a nobis, qui non erant ex nobis; quapropter, domine, condole paucitati nostrae et succurre plantacioni novellae. Vale diu, vale nostri memor, pater sancte'.

Iterum ergo fratribus missis omni studio recuperare tantarum morarum dispendia statuit, pleraque eo tempore ex nimia festinatione perpessus impedimenta; sed ipse constantia animi, qua cunctis praestabat, quicquid adversi acciderat, in bonum accipiebat, raro solitus in aliqua rerum adversitate esse delectus aut nulla unquam prosperitate securus. Est[a] autem tale, quod dicimus[a].

23. Forte, cum paries meridianus fieret, et iam proxima die beatorum martyrum Crispini et Crispiniani instaret festivitas[1] certatimque festinaretur ab omnibus, quatenus a praescripto eis operis termino citius liceret absolvi, subito inter operantium manus[b] a fundamento corruit murus et vix caeteris evadentibus unum ex omni numero in mediis ruinis oppressit. Quod cum vehementer universos, maxime tamen praecipueque turbaret episcopum, levisque iam iactura parietis aut potius nulla in comparatione putaretur oppressi, cum summa festinatione iam novo inchoato labore quaeri iubetur, qui putabatur extinctus, si forte saltem inter disiectas moles reperiri possent fragmenta membrorum. Sed iam tantis saxorum aggeribus vix maxima difficultate dimotis repente inter ferientium ictus clamare coepit et, prout potuit, manu protenta quasi timendo deposcere, ut pro Dei amore capiti suo caveretur ab ictibus, atque ita cunctis qui aderant non minus laetitia quam vehementi stupore perculsis non solum vivus et validus, sed pene eo casu nil laesionis perpessus eruitur.

Simile quid, licet eventu contrario, et in fratre hic quodam accidit, qui infra matutinas in necessario fratrum, dum per tabulas nondum in ordine congrue dispositas incautus incederet, subito in praeceps decidit. Sola misericordia Dei sustentante asperrimis saxis et spinis susceptus est. Ubi cum diutius omnino sciente iaceret nec interim tamen a psalmodia[c] cessaret, tandem fratribus e choro reversis strepitu[d] quodam et gemitu, ne saltem in tanta re nocturnum silentium rumperet, se cecidisse testatus omnes maximo horrore commovit, sed a famulis citissime requisitus et repertus incolumis mox reductus est[e], et quos commoverat, laetissima iterum omnes admiratione implevit, ita ut de eo quoque secundum litteram videatur impletum, quod de iusto per psalmistam canitur[2]: Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam'. Sed hoc ideo simile superiori et contrarium diximus, quia illum, super quem tantae moles ceciderunt, constat esse non contritum, hunc autem, qui in tanti praecipitii profunditatem cecidit, constat non esse confractum.

Item de puero, qui in puteum cecidit, tale quid accidisse refertur. Cum enim immitterent, qui mortuum extraherent, et nil minus quam vivere putaretur, confestim a tanta fractus voragine, incolumitatem corporis nil eo casu molestiae pertulisse monstravit. Sed et alia quaedam asseri solent hic hunc accidisse miranda, quae ne frivola aut ficta putentur, memorare omisimus, quae tamen episcopus partim martyrum meritis, partim servorum Dei, quos adduxerat, religioni attribuit; et eo coepto operi attentius institit, quo gratius credidit dignationi esse divinae, cum saepius in adversis et diabolicis fortasse insidiis supernum non defuisset auxilium, humiles in omnibus divinae dispensationi gratias agens, per cuius se lotiens misericordiam indebite sentiret consolari, qui se pro variis delictis non ignoraret merito debuisse tristari.

24. Interea autem illum et aliud multo molestius urgere coepit incommodum. Abbatem enim, quem in divino opere adiutorem[a] acceperat, corporis debilitas maximeque oculorum caligo tanto labori et monasticae curae minus habilem imparemque reddebat.

a) est — dicimus *deest SNIE; fortasse emendandum* dicemus; *cf. ultima verba cap.* 24. b) *ita NIE*; i. operandum, magnus *G*; *cf. infra l.* 17. inter ferientium ictus, *p.* 889 *l.* 44. inter orantium manus. c) vacaret seu *add. NIE (non S).* d) stepitu *G.* e) *deest in omnibus codd., supplevi ego.*

1) Dies 25. m. Octobris; de cultu SS. Crispi et Crispiniani in ecclesia Osnabrugensi cf. M. Tangl, 'Archiv für Urkundenforschung' II, 264 sq. 2) Psal. 36, 24. 3) Adalhardum, qui secundum ann. Iburgenses d. 29. m. Septembris a. 1082. abbas ordinatus fuerat.

Qua necessitate compulsus cum maxima tristitia eum Sigebergen[a] remisit, alium in eius locum successorem efflagitans, atque ita unum ex fratribus Northertum nomine pro eo 1085.
recipiens ordinavit abbatem[1]. De quo, quia adhuc per Dei gratiam vivit et superest, non multa, sed haec tantum referimus, quod[b] Brabandia[c] oriundus patria et apud Coloniam in ecclesia beati Petri a cognato suo, qui scolas regebat, educatus a puero, postea autem in Babenbergensi ecclesia canonicus factus, cognato suo, quem plurimum dilexerat, Coloniae defuncto superstes in seculo esse contemnens, in Sigebergensi[d] coenobio monachum professus renunciavit seculo, ac sic loci huius curam suscipiens pene per quadriennium ante mortem episcopi cunctis, quibus debuit, prout potuit, diligenter intendit. Et quia de eius morte iam se mentio intulit, iam deinceps breviter de ea aliquid referendum videtur. Quod nimirum si nostri esset arbitrii, ut tempore, ita quoque adhuc et narratione differre vellemus. Fuit autem talis eius de hac vita discessio.

25. Multo igitur hic tempore solummodo manens, competentius, ut credidit, cum (36)
servis Dei insistens servitio Dei[e] raro usque exire solitus erat, nisi forte gravi compellente causa, et dominicis diebus Osnabrugge[f] docere populum et missarum celebrare solemnia. Quod cum aliquando ex more fecisset et iam sumpto cibo huc extra oppidum reverteretur 1088.
egressus, respexisse fertur et dixisse silenter se locum illum credere[g] non visurum ulterius; et paulo post febre correptus frigus ex pluvia[h], quae eo[i] forte extitit die, inter equitandum collegisse se[g] credidit, atque ita medicamentis adhibitis solito se more speravit declinare posse infirmitatis molestiam. Sed abbas, quia[k] de eius morte per iuniorem fratrem iam, qui eam per visionem quandam imminere praenoverat, diu ante aliquatenus praemonitus fuerat, ingressus ad aegrum inter visitationis et consolationis officia de singulis monere coepit, quae morituro cuique consideranda putavit. Atque ille ad singula acquiescens locum quidem sepulturae in abbatis electione permittens in posterum diem, quo[m] erat beati Iacobi celebranda festivitas[2], distulit unctionem. Primo itaque surgentis fol. 25
aurorae diluculo abbate accersito cum fratribus tam sibi quam omnibus, qui aderant, publice peccatorum confessionem faciens, statim ab ipso sacerdotalibus indutus[n] dominici corporis viaticum accepit ac sic pene triduum supervixisse dinoscitur.

26. Erat autem eo tempore hac in urbe[3] manens vidua quaedam nomine Acela[4] non (38)
minus religiosa quam nobilis, quae huic monasterio multa ex suis opibus[o] contulit et locum plurima devotione dilexit. Quae per nuncium licentiam petens, ut admitti et visitare sibi liceret aegrotum, tale dicitur ab eo accepisse responsum: eam se videlicet malle in futuro videre seculo, ubi[p] secure et iocundius mutuo fruerentur aspectu, quicunque se hic invicem in Christo puritate castae caritatis amassent; ubi nullus genitus cordis aut corporis dolor et mortis formido videntium sese posset turbare amorem; hanc autem[q] etsi conciliaret humanitas et dominico esset sancita praecepto, plenissimam tamen esse doloribus, nec tam praesenti carorum cruciatu maestissimam quam de propriae quoque mortis quandoque recordatione horridissimam; itaque secundum apostolum, dum tempus haberet, bonum operari studeret ad omnes[5]; felices esse, qui tali intentioni, dum liceret, operam darent, infelicissimos autem, qui talia in horam mortis usque differrent. Qua exhortatione suscepta egregia illa mulier valde proficiens ita reliquam egit aetatem, ac si antea boni operis nihil egisset. Ipse autem linguae paulatim destitutus officio, cum iam vitae immineret occasus, abbate item cum fratribus exitum eius Deo commendante litaniis et psalmis in tapetio deponitur et circa diei horam nonam inter orantium manus spiritum Deo red-

a) Sigebergem *G*; Sigeburgum *SNIE*. b) *ita SNIE*; qui *G*. c) *ita G*: Brabantia *SNIE*. d) Sigenbergensi *GSI*: Sigeni rgensi *N*; Sigebergensi *emendavit E*. e) et labori advigilans *add. SNIE, cf. supra p.* 879, *n. c.* f) *ita Ertm., qui cum plerumque* Osnaburgis, Osnaburga *sive similiter scripserit, hic certe codicem antiquum Vitae nostrae secutus est:* Osnabrugae *G*; Osnabrugi *SNIE*. g) *deest Ertm.* h) pluia *G*. i) ea *Ertm.* k) qui de eius iam morte *Ertm.* l) *ita SNIE et Ertm.*; fratrum *G*. m) *ita SNIE*; quae *G*. n) *ita recte tres Ertmanni codices*; induto *GSNIE*. o) apibus *G*. p) sincere *add. NIE (non S)*. q) *scil.* vitam, *quod fortasse supplendum.*

1) Initio anni 1085. 2) Die 25. m. Iulii. 3) Iburg. 4) Azela 'nobilis femina' consentiente filio Dietmaro donavit Bennoni ad ecclesiam sancti Clementis in Yburg curtem in Hittesbusen (Hitzhausen), 'Osnabrücker Urkundenbuch' I, 143 nr. 163. Eadem 'nobilis vidua' post mortem Bennonis Nortberto abbati consensu eiusdem unici filii 'forwerc Thacmade' (Dakmar) tradidit, ibidem I, 176 n. 204. 5) Cf. Gal. 6, 10.

1088. Iul. 27 didit anno dominicae incarnationis millesimo octogesimo octavo, VI. kalend. Augusti, indictione XI.

(39) **27.** Corporis autem exequias tanto diligentius fratres curare studuerunt, quanto ab omnibus, quos vivus dilexerat, viderunt derelictum miserius. His enim circa corpus lavandum caeteraque funeri congrua occupatis officia illi sua, non quae Iesu Christi, quaerentes[1] in varias suppellectilis eius rapinas et furta discurrunt, in tantam tandem rapiendi licentiam ducti, ut corpus istud ipsum exanime Osnabrugge[a] deferre et sepelire pararent, ac sic[b] eis liberius loci huius universae facultates in omnimodam possidendi licentiam cederent et miserum episcopum tota tanti laboris sui mercede privarent. Quod cum iam non secrete inter se, sed aperte forte[c] clamare coeperunt, abbas in varias curas exestuans singulos primum aggreditur, de quorum praesumebat fidelitate confidentius, pristinae eos fidei in dominum suum totque collatorum eis ab eo beneficiorum tunc memores esse deposcens, utque hominum in tali negotio minime curarent offensas, dum se cum Deo agere et plurimum utilitatibus[d] suis apud futurum dominum prospicere non dubitarent. Sed cum vix unum ex omni numero in sua parte fidelem attenderet, instantius fratres per noctis vigilias orationi insistere iubet, multis persuasionibus instigatur a suis, ut, si sepeliendi hic corporis licentiam precario obtinere non posset, vi illud tueretur[e] et ianuis clausis, cum nihil monachos in tali certamine dedeceret[f] audacia, ubi iustitia et fides pro
Iul. 28. eis pugnaret et pietas. Et iam mane erumpente in lucem, pontificali arrepto baculo locum sepulchri, ubi nunc cernitur, populo aspiciente signavit; quo facto videntium animos non parum in sui favorem erexit, ut eius rei iam quodammodo eos reddidit certos, cuius ipse adhuc penitus erat incertus. Adunatis autem optimatibus et clero[g], qui ad sepeliendum episcopum partim accersiti, partim sponte convenerant, intimo supplicavit affectu, ut tantam perfidorum obstinatiam frangerent, ne homines nequissimi in loci destructionem praevalerent, dicens se ipsa die absque dubio recessurum cum omnibus, si locus structoris sui mansione caferet; et hoc tunc utique sponte honestius facere posset, quod tamen postea esset invitos necessitas coactura. Nemine autem eorum contradicente, sed et aliquibus etiam studiose annuentibus voluntati abbatis unus eorum Liudolphus[h.2] nomine, dignitate praeminens caeteros et pietate devotior, convocatis universis prae immanitate flagitii infremuit et iustitia causae iracundiam instigante praefatur in hunc
(40) modum et: 'Quid', inquit, 'agitis, o infideles et impii, in patrem spiritualem dominumque tantam crudelitatem committentes et fraudem, et quia viventi non licuit, mortuo iam infandae conspirationis manus inicitis! Certe ob varias perfidiae vestrae nequitias[1] saepius obiurgati ab illo nunc vicem rependitis, nunc et nequissimi servi paternae correptionis iniurias vindicatis, et quales erga vivum fueritis, de toto perversitatis vestrae fonte[k] aperitis. At plures vestrum profecto, qui antea genere et opibus miserrimi fuistis, ipse provexit, ipse inclitos fecit, ipse ditavit, cuius nunc beneficiis tam egregie respondetis, ut sepulturam negetis et de loco, quem, ut inditiis datum intelligo, Deo monstrante[l] elegit, tanto pellatis scelestius, quanto durius ipse propriis manibus construxit et a saevientis turbine mundi fidissimum senectuti praeparavit asylum. Quippe aetatem in palatio educatam et amplissimis prius honoribus usam, pontificali etiam nunc dignitate pollentem, annis invalidam confectamque morbis et debilem hic confregit, hic trivit, plaustra videlicet minando et asinos, caementa conficiendo et comportando lapides, denique vilissimi vicem gerendo mancipii, ut miseram senectutem tantis laboribus pro divina retributione fatigans tanto gloriosius regno Dei in renovationem sui redderet dignam, quanto deformius eam nunc servire compelleret. Sed vos episcopum vestrum, quasi et non noster fuerit, sedi suae restituere et bono loco sepelire conamini, quod et nos vobiscum agere oporteret, si recte saperemus.

a) Osnabrugam *G*; Osnabrugum *SNIE*. b) *ita (S?)IE*; si *GN*. c) *ita SN*; fore *G*; *deest IE*. d) *ita SNIE*; utilitatis *G*. e) *ita GNI*; obtineretur *S*; teneretur *E*. f) *ita SNIE*; deceret *G*. g) *ita G*, clericis *SNIE*, *cf. infra p.* 891 *l.* 17, *p.* 892 *l.* 4. h) Lindolphus *omnes*. i) nequetias *G*. k) *ita GNIE*; fronte *S*. l) *ita G*; demonstrante *SNIE*.

1) Cf. Philipp. 2, 21. 2) Liudolfus advocatus episcopi Bennonis nominatur in charta Osnabrücker Urkundenbuch' I, 142 nr. 162 (idem forte in chartis nr. 163. 188); veri similiter idem est frater advocati Everhardi in chartis annorum 1090. 1091, ibidem p. 177 sq. nr. 205 sq.

Bona quidem haec vestra vox, sed sacrilega intentio, et dum vitatis infamiam et pietati 1088.
consulitis, quae nulla fuit, scelus incurritis, rapinas et dolos honesti nominis colore fucantes. Sed esto, deferte, quo vultis, sane ut condigno praedecessoribus suis honore condatis, quorum nimirum, quae urticas et vepres et porcorum pascua evadere potuerunt, paucissima nobis sunt monimenta[a] comperta, quorum autem in aperto sunt, veneramur. Numquid[b] cultu et decore suo successores alliciunt episcopos, ut sine eis sortiri sepulturas non appetant? Non ita; quippe quae tanto iam tempore foedo situ neglecta sordescunt et horrido quodam vetustatis squalore potius, ut fugiantur, clamant[c]; et quale animabus, quae videri non possunt, piae recordationis impendatur officium, sepulchra, quae apparent et possent sumptu reparari levissimo, neglectus sui foeditate testantur. Multos autem novimus pontifices extra sedis suae locum non solum, verum etiam extra dioceseos[d] suae terminos esse sepultos. Quid igitur, hominum impurissimi, vestro hunc locum invidetis antistiti, ubi suae procul dubio animae intercessores praeparavit optimos et ossium suorum fidissimos praevidit cinerumque custodes? Nec ecclesiae suae, ut vestra falsissime cavillatur versutia, se subtrahendo statum minuisse dinoscitur; sed eius potius cum in multis, tum etiam novam faciendo congregationem tantillulum[e] prius non parum ampliavit honorem. Sed quid vos astantes et haec audientes, optimi clerus et populus, qui horum iuste dedignamini sceleri praebere assensum, me solum tot canibus oblatrare patimini, tot morsuum patere[f] livoribus, et quasi tacendo notamini scelératis consentire calumniis? Reclamate igitur et resistite, repercutite impios et revincite et in suis eos sceleribus in sempiternum vestrae fidelitatis memoriale confundite. Quoniam autem nos maiores his sumus et plures, tantae impudentiae et stolidissimae praesumptioni contraire et obviare facillimum erit, si non postea ignorantibus haec questuri[g] essent se armis potius, quam ratione devictos. Verum quid differre credimus, quo pacto revincantur, qui tam perversa moliuntur? atqui possit agi lenius cum his, si solum corpus exanime et non locum ipsum niterentur auferre. Quis vero haec, o insanissimae mentis belluae, vestrae concessit potestati, vestro permisit arbitrio? O extremae perversitatis vesaniam! O inauditae machinationis audaciam! O spurcissimam servorum temeritatem! quae ex tali sibi rapina somniat divitias, ex Dei iniuria solatur inopiam nec funereis[h] quidem abstinens spoliis, dum consulat praedae et nefariae cupidinis expleat appetitum. Sed quid ego progredior? quid verbis auscultantes detineo, plura replicando quam competit? Eninvero indignitas rei et facinoris magnitudo, quae haec profecto me loquente componunt, digne a nullo hominum explicari poterunt aut facultate ingenii aut prolixitate verborum. At vos, abominabiles Deo, factis opus tentatis et manibus, cui lingua omnis ponderis immanitate succumbit. Sed nil agit haec vestra perversitas nullumque tanti sceleris obtinebit effectum! Nos futuro domino incolumes servabimus tumulum et monachos; eius certe potestatis erit custodire et venerari, si malus non erit, aut dissipare et perdere, si vestrae pravitati consortem se fecerit. Iam vero me plura loquentem prae luctu verba destituunt et in talem tandem exclamationis finem impingunt: o infelicissimum praesulem! o in aliquo humanae fragilitatis excessu divinam offendentem clementiam! cui nec in morte licet praedam non esse nec in cadavere sine seditione putrescere!'

28. Haec[i] viro supra memorato vultus acredine et concitissimo mentis impetu pro- (41)
sequente gravissimae[k] rigor indignationis molliri coepit iam in lacrimas et animos vulgi ignobiles paulatim ad misericordiam flexit, quos timere plurimum asperrimae invectionis nimietate coegerat. Unde tali elogio non minus vero quam minarum et iracundiae pleno minimeque pro loquentis auctoritate spernendo universis[l] statim concidit fragor audatiae, conceptaeque vecordiae consilium[m] inane disparuit. Sicque paulatim redditis animis, quos avaritiae furor abstulerat, sanum miseri sapere gestiunt inhibitique sceleris iam congratulantur auctori, atque eius rei, quam tanto antea bachatu[n] acerrime impugnaverant, devotos imposterum se spondent praebere fautores. In unam itaque cunctis redactis sententiam

a) *ita (S?)IE;* monumenta *G;* monim., *corr.* monum., *N.* b) nunquid *G.* c) conclamant *emendat v. Winterfeld ad restituendum rhythmum.* d) dioeccesebs *G;* dioecesios *(S?)NI;* diaecesios *E.* e) *ita G;* tantillum *SNIE.* f) petere *G.* g) questura *(S?)N;* quaestura *GIE; emendavit Holder-Egger.* h) *ita G;* funeris *SNIE.* i) *ita SNIE;* hac *G.* k) gravissime *G(S?)NI, et haec fortasse codicis antiquioris lectio erat, ubi -e pro -ae scriptum fuisse potest.* l) *ita G;* universus *SNIE; quae lectio rectane sit, dubito.* m) disperiit et *add. SNIE.* n) bacchatu *omnes.*

1088. sepulturae festinantius instare decernunt, quia diutius corpus servari nimietas non permisit aestatis[a]. Sed cum super hac re Mindensis expectaretur episcopus[1] et iam minime futurus statutum crederetur ad tempus, eius abbati iniungitur officium, quod tertio de-
Vol. 39. functionis eius die cum fratribus et clero universoque populo tristissima quidem, sed devotissima exhibitione complevit. Post haec autem abbas stabilitati loci atque utilitati consulere volens totius multitudinem cleri convocavit seorsum, fraternitatis cum eis et spiritualia societatis foedera concelebrans, ut iam Osnabrugensis ecclesia huic nostrae non tam potestate quam caritate mater esset et domina, ac sic[b] utriusque filii per omne deinceps temporis spatium unanimiter consilio, adiutorio, benevolentia, orationis communione sibi semper invicem sociarentur in pace. Illis autem in sua reversis abbas item circa animae salutem sollicitus[c] infra triginta dierum spacium continuatim fratribus sibi per vices succedentibus ad sepulchrum psalmodiae orationem esse constituit. Et quia nondum[d] tecti perfectione constante interdum turbarentur pluviae infestatione psallentes, tuguriolum ex lignis iuxta composuit, ut in eius absconsione orationis instantia non interrumperetur a turbine et a pluvia. Postea autem procedente tempore mausoleum[e] ibi, quia metallis non potuit, extructo lapidibus, breve epitaphium sepulti memoriam absolute indicans his inscripsit versiculis:

Quis sim, lecturi, quod sum, quandoque futuri,
Dicite: Praesul have[f], Benno perhenne[g] vale.
Quem mea spes struxit, locus hic mea funera luxit,
Te, Iuli, novies tres peragente dies.

29. Ac sic deinceps divina opitulante clementia consummatis ex parte, quae moriens ille imperfecta reliquerat, reparatis tectis et picturis adhibitis, ornamentis etiam pro facultate adauctis et praediis acquisitis non modicis, etsi non continua, frequens tamen et qualiscunque sibi hic non deest oratio. Quoniam successoribus nostris speciali hoc opusculum intentione edidimus, repetere nunc obtestationis nostrae admonitiunculam, quam in prima eius fronte posuimus et saepius inculcare non piget, ut[2], si ei per nos utique peccatores apud districtum iudicem minus efficaciter, quam, dum viveret, speravit et eget[h] fortasse, succurritur, tanto obnixius pro eius salute divinae pietatis aures pulsare ipsi non desinant, quanto se eius industria solummodo et studio in hoc loco congregatos habere cognoverint et temporale subsidium et, si religioni studuerint, certe spirituale instrumentum[i]. Quod nimirum eius exhortatione studiosius agent, quam sibi, cum per sermonem loqueretur ad populum et pro se eos orare deposceret, consuetudinariam[k] feceral et specialem: qui pro alio scilicet orat, se ipsum absolvit. Si igitur pro eo orantes nosmet arbitramur absolvi, absurdum est ei subtrahere, quod[l] nobis ipsis non dubitamus impendi atque manere. In commune igitur ex nunc et tunc pro eo ab omnibus semper ad Deum levetur oratio, ut, si in poenis est, citius liberetur, et si nondum audire meruit[3]: 'Serve fidelis, intra in gaudium Domini tui', saltem inter eos inveniatur a dextris, quibus est in fine dicendum[4]: 'Venite, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum', per eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui cum eodem Deo patre in unitate Spiritus sancti vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

EXPLICIT VITA BENNONIS EPISCOPI OSNABRUGENSIS.
FUNDATORIS NOSTRI MONASTERII.

a) aetatis *G.* b) *ita G;* si *SNIE.* c) solicitus *G.* d) totius templi *add. SNIE.* e) *ita G;* mausolaeum *SNIE.* f) habe *omnes.* g) *ita S;* perenne *GNIE.* h) egit *omnes; emendari ego; cf. supra p.* 872, *l.* 15. i) *ita G(S?)IE;* incrementum *N. cf. supra p.* 872, *n.* d. k) consuetudinarium *G.* l) quo *G.*

1) Folcmarus. 2) Quae sequuntur, repetita sunt ex praefatione supra p. 872, l. 14 sqq. 4) Matth. 25, 34. 3) Matth. 25, 21.

HECELINI MONACHI TRANSLATIO ET MIRACVLA SANCTI CLEMENTIS.

EDIDIT I. R. DIETERICH.

Vita, Translatio, Miracula sancti Clementis, primi ut ferunt ecclesiae Mettensis apostoli, foliis 198 *sq. usque ad f.* 213 *codicis pretiosissimi formaque insignis maxima olim monasterii sancti Vincentii Mettensis, nunc vero bibliothecae regiae Berolinensis (Lat. nr.* 123, *Phill. nr.* 1839*) continentur. Cuius codicis saeculo ni fallor XIII. exeunte diligenter satis atque eleganter exarati et descriptione et digestione, cum v. cl. Valentinus Rose in libro, qui inscribitur 'Verzeichnis der lateinischen Handschriften der Kgl. Bibliothek zu Berlin' I (*1893*) uberrimos codicum Phillips. indices*[1] *dederit, hic supersedendum esse sumus arbitrati,*

Et Vita[2] *quidem, quae librorum codicis nostri, qui sunt de gestis sancti Clementis, primum ordinis locum tenet, ab exemplis illis, quorum unum idque vetustissimum Pauli Diaconi Gestis episcoporum Mettensium*[3] *postea insertum et a D. Busqueto*[4] *primum separatim editum est, alterum erat in codicibus bibliothecarum Mettensis nr.* 494 *saeculi XI. et Trevirensis nr.* 1160 *saeculi XII. a v. cl. h. m. Heinrico Volperto Sauerland nuper exscriptis*[5]*, longe discrepat et relationem cum ampliorem, tum mendaciorem rerum a sancto Clemente gestarum exhibet. Quam relationem mea quidem sententia circa finem saeculi XI. ab inquilino quodam ut videtur monasterii sancti Clementis Mettensis confectam patres reverendissimi Bollandistae in Catalogo codicum hagiograph. bibliothecae Bruxellensis*[6] *ex codice Bruxellensi per dominum Phillips numero* 4638 *signato primi luci et litteris reddiderunt, quam nos*[7] *vero hoc loco omittendam esse duximus, cum nullius, quod ad patriae historiam attineret, pretii esse videretur.*

Miracula autem Vitae in foliis 204–206 *codicis Berolinensis annis eadem fere qua illa tempore et, ut terminum accuratius circumscribamus*[8]*, paulo ante secundam sancti Clementis translationem anno* 1090, *ab Hermanno episcopo factam in eodem monasterio sancti Clementis et ab eodem fortasse monacho conscripta sunt. Utraque et Miracula et Vita eodem sermone simplici, duro, agresti parumque limato languescunt. Qua de re Hecelinum nostrum, de quo maxime agimus et quem eruditiorem fuisse probabimus, ea confecisse, id quod facile concesseris, minime esse concedendum putamus*[9]*. Miraculorum autem ultima, cum res quasdam ad historiam ecclesiae episcopatusque Mettensis spectantes, quamvis levioris ponderis sint, memoriae tradant et primam sancti episcopi translationem breviter attingant, hoc loco minoribus formis expressa interserimus.*

1) Nostri p. 259 sq.; cf. 'Neues Archiv' XXII, 585. 2) f. 198 b—204 b. 3) SS. II, 260 sq. 4) Ecclesiae Gallicanae hist. II (1636), 19 sq. Operis huius, quod hodie videtur esse rarissimum, exemplar nec patres Bollandistae neque nos in bibliothecis publicis potuimus investigare. 5) Sancti Clementis primi Mettensis episcopi vita, translatio ac miracula, Treviri 1896. 6) II, 487 sq. De diversis vitae sancti Clementis et versionibus et recensionibus deque tempore, quo fabula nostra nata sit,' fusius agit E. Paulus in 'Jahrbuch der Gesellschaft f. lothr. Gesch. u. Altertumskunde' VII (1895), 30 sq., cf. Sauerland l. c. p. 5 et 17, 5 sagacemque dissertationem D. Calmet, 'Hist. eccl. et civ. de Lorraine', t. I. dissert. XIV sq. 7) Sigebertus Gemblacensis in Vita Theoderici I. episcopi (SS. IV, 466) c. annum 1070 scripta nullam translationis primae mentionem fecit. 8) Aliam de hac re H. V. Sauerland sententiam profert l. c. p. II.

De archidiacono.

983. Per idem tempus, quo vir vite venerabilis beatus Kadroe ad has partes devenit[1], qui primus in ecclesia sancti Clementis fratres sub norma regulari Deo servituros aggregavit, clericalis inibi ordo deserviebat Deo, quibus prefuerit quidam archidiaconus sancti Stephani. Quo ab hac vita sublato corpus exanime in ecclesia sancte Marie[2] monasterio sancti Stephani contigua[a] defertur, et[b] ibi a clericis, uti moris est, synaxis et vigilie celebrantur. Posito ergo corpore in medium maximaque noctis iam parte emensa contigit omnes qui aderant obdormire, excepto quodam seniori viro[3]. Qui dum psalmos cantaret intente, audivit voces conflictantium in aere. Diabolus enim cum angelo de anima ipsius altercando mala gesta ipsius referebat; sed cum pauca bona, que contra obiceret, angelus ignoraret, respondit, beato Clementi a Deo donatum, nullius sibi servientis animam perditum iri posse[4]. Dyabolus, ut se victum agnovit, in contumeliosa verba adversus beatum Clementem magnis vocibus insurrexit: 'O pessimum virum Clementem, o iniustum virum Clementem animas mei iuris iniuste rapientem! Sed si in anima vindicare non valeo, vindicabo vel in eius corpore'. Qui statim advolans predicto sene aspiciente, remotis pannis, quibus cadaver exanime tegebatur, titione ardente mediam faciem defuncti percussit, que continuo accensa nimio fetore totam domum Dei replevit. Quo viso senex ille expavit nimioque terrore attonitus pene exanimis in terram corruit. Expergefacti igitur, qui prius obdormierant, fetorem intolerabilem odorantes, senem in terra iacentem dormire existimantes exciture temptant, eisque eum diu pulsantibus, tandem vigore resumpto surrexit reique ordinem referens[5] vulnus, quod dyabolus in facie ipsius inflixerat, ostendit. Qui valde ammirantes consilio reperto salubri ad monasterium beati Clementis protectoris sui deferre deliberant, dumque ecclesie appropinquarent, statim, ut signa ipsius ceperunt pulsari, incendium illud diabolicum cum fetore cessavit. Metuentes autem, ne atrocitas hostis deinceps in eum atrotius deseviret, quanto vicinius corpori beatissimi Clementis possunt, ante ostium ipsius cripte, in qua ipse tumulatus adhuc iacebat, eum sepeliunt. Talique modo Clemens confessor Domini venerandus omnium in se confidentium subinde probatus est defensor atque patronus.

De visione beati Kadroe.

Aliam quoque visionem beati Kadroe ad laudem patroni nostri, scilicet sancti Clementis, huic inserere curavimus lectioni. Is namque ovilis sibi commissi saluti nocte dieque invigilans, dum nocte quadam post expletum vigiliarum officium solus orationi vacans in choro sederet, post expletum[c] psalmodie sue officium ei talis cogitatio in mente devenit. Quoniam enim tunc temporis tanta frequentia populi cottidianis diebus ad ecclesiam beati Clementis conveniebat, ut pene omnis civitas Metensis ad implorandum pietatem divinam per ipsius orationes confluret et corpora defunctorum suorum diutius inibi sepeliret, cepit vir sanctus cogitare, quid apei viventes quidve refrigerii defuncti in eo loco, quem tam assidue frequentabant, haberent, cum subito ante se videt quasi umbram hominis astantem. Cum beatus
cf. 1. 1 cr. 11. 25 Kadroe turbaretur ex tali visione, scilicet se umbram sine corpore videre, umbra illa taliter inquit ad illum: 'Ne turberis, vir Deo dilecte, quia ante Deum ascenderunt preces tue, et qui occulta cordium respicit Deus, cognovit, quid cogites. Unde et pietatis eius permissu huc veni ad te, ut orationibus tuis indulgenciam merear accipere. De quibus autem cogitabas, pater sanctissime, te volo certum reddere. Noveris in veritate omnes beato Clementi fideliter famulantes eiusque patrocinium querentes atque in eius cimyterio post finem vite quiescentes meritis ipsius veniam peccatorum percipere, hoc etiam esse sibi donatum a Deo eternaliter. Ego enim sub anathemate eram positus, quando ab hac luce sum subtractus[d] et ab[e] iudicio Dei eternalibus penis addictus. Sed quia de misericordia beati Clementis confidens in eius cimiterio me feci sepeliri ipsiusque interventu veniam a Domino merui, ad penitenciam tamen purgatorio sum traditus igni, a quo continuo eripiar, si fuero tuis adiutus orationibus sanctis.' Cui cum beatus Kadroe diceret se Dominum non interpellare audere pro huiusmodi damnato crimine, tantum addidit: 'Si divine placitum est pietati, dignetur anime tue subvenire per merita et intercessionem beatissimi Clementis.' Post que verba, qui secum loquebatur, evanuit. Beato igitur Kadroe non post multos dies orationi, ut sibi mos erat, post vigilias matutinas incumbenti supradicta umbra iterum apparuit gratiasque non minimas referens orationibus eius se tormentis absolutum et eterne quieti iam donatum asseruit statimque abscedens postea a beato viro videri non potuit.

De eo, quod voluit episcopus Theodericus corpus sancti Clementis ad urbem transferre.

981. Vir vite venerabilis domnus Theodericus de Hamalan Metensis episcopus[6], dum sanctissima beati Clementis pignora ad ecclesiam, cui prius prefuerat, deferri et ab omni populo ibidem venerari decrevisset[7], ad id peragendum cum maxima

a) contigue c. b) ut c. c) ex | expl. c. d) substractus c. e) ob c.

1) Cf. Chron. sancti Clementis, SS. XXIV, 498, ad annum 983. De sancto Kadroe agitur 'Neues Arch.' V, 434 sqq., Acta SS. Mart. I, 469 sq. 2) S. Mariae Rotundae, H. S. 3) Sc. Kadroe, cf. caput seq. 4) Similiter sanctus Clemens, ut testantur Gesta episc. Mett. SS. X, 543, de anima Herimanni episcopi dum diabolo fertur pugnasse. 5) Cf. Verg. Aen. III, 119. 6) 964—984. 7) Cf. Chron. sancti Clementis, l. c. p. 499.

cleri plebisque multitudine ad monasterium, in quo preciosus recondebatur thesaurus, venit extractumque de crypta, in qua diu tumulatus iacuerat, cum ymnis, cruciibus et cereis magnoque populi tripudio ad urbem deportandum instituit. Cumque letantes pervenissent ad ecclesiam dicatam in honore sancti Laurentii, ita sacri vectores corporis solo fixi immobiles sunt redditi, ut neque ceptum iter peragere neque retro possent reverti. Igitur omnibus, qui aderant, ultra quam credi potest stupentibus et vota multaque donaria sancto Clementi, si se ad urbem deportari permitteret, devoventibus, sed nichil promoventibus, ecce subito duo iuvenes ineffabilis pulchritudinis ab omnibus astantibus incogniti seriminu, quod preciosissimum continebat margaritum, propriis humeris imponunt et cunctis mirabilia Dei cementibus cum maxima celeritate ad monasterium referunt statimque nusquam comparuerunt. Tunc episcopus suo frustratus proposito in superiori monasterio iuxta altare fecit eum recondi, in quo loco tam diu iacuit, quousque Wigericus primicerius monasterio prolongato eum in loco, ubi adhuc quiescit, reposuit.

Restat ut de pretiosissimo omnium qui sunt de gestis sancti Clementis eiusque reliquiarum miraculis librorum, scilicet de Translatione sancti Clementis deque Miraculorum serie secunda ab Heccelino monacho monasterii sancti Clementis conscriptis, pauca disseramus.

Naras quidem res perpaucas easque viles afferunt, eruditionis autem disciplinaeque, qua monachi et clerici praecipue Lotharingicensis illis temporibus instructi erant, specimen quasi in speculum proponunt. Quae cum ita sint, Heccelini opusculum non modo lecta esse iucundum, sed etiam ad res cognoscendas utilissimum censemus.

Exeunte igitur saeculo XI. sive ineunte XII. Mettensem civitatem optimis frequentissimisque scholis et praeceptoribus illustrissimis floruisse inter omnes constat. Et ut aliorum nomina omittamus, Sigebertus monachus Gemblacensis inter annalium chronicarumque suae aetatis scriptores et inter scholarum quas dicimus rectores illarum partium tunc celeberrimus a Fulcuino abbate monasterii sancti Vincentii vocatus per aliquot annos in schola regenda maximas omnium laudes meritus est[1]. Circa annum 1070. Sigebertus Gemblacum reversus est. Heccelinum autem nostrum circa finem saeculi XI. librum infra edendum scripsisse opinamur, quem nos sine spei probabilitatis suspicione ex Sigeberti disciplina profectum esse.

Nam fusdem fere, quos ille quaque coluit, rectores auctores[2] laudavit atque aut imitatus est aut ad verbum transscripsit. Accedit, quod libri secundi elegantia quadam et oratione tam pura quam emendata excellens optimi eum magistri disciplina usum esse demonstrat. Itaque nisi inter Sigeberti Gemblacensis discipulos Heccelinum censere volueris, quem in schola ab illo restaurata vel saltem ad eius normam instituta primo litterarum elementis imbutus, postea trivia quod dicunt et quadrivia in artibus eruditus sit, non dubitabis.

De libri secundi elegantia et florido et pro tempore et viribus admodum emendato tam quasi in transitu mentionem fecimus. Vitia si qua sunt aequus lector facile, ut opinor, scriptori saeculi XI. condonabit mendorumque partem maximam monacho illi sancti Vincentii tribuet qui codicem nostrum Berolinensem stilo exaravit.

Ceterum optimis noster auctorum veterum exemplis usus est. Ad hoc librum suum interdum poetarum Horatii, Ovidii, Boethii, Sedulii imprimisque Vergilii, Lucani, Prudentii verbis et locutionibus vel locis tam lucribus tum longioribus exornavit. Vergilio, Lucano, Prudentii carminibus praeter morem illius aetatis, qua scriptores in elegendis tantum, ut opinamur, poetarum locis ad usum quasi paratis acquiescebant, tota atque integra novit, legit, excerpsit. Praeterea carmen recentioris temporis, quod est de rebus animalium[3], carmina de Phalaride[4], quod hodie in Anthologia Latina habemus simillimum, legit et more suo immutavit.

Etenim carmina veterum non solum ad verbum exscribit, verum etiam aliquis quasi locis aptaritus versus suos miscet, ut ita dicamus, plerumque claudicantes et quod ad pedem attinet haud facile laudandos et flosculis et locutionibus ex illis collectis sparsit et ornat. Verborum

ad annum 981, et litteras Hermanni episcopi coenobio S. Clementis a. 1090 datas, apud Calmet l. c. l. preuves p. 393/94. Meurisse, Hist. des Evesques de Metz p. 377 sq. et Migne, Patrolog. Lat. CL, p. 1180 sq. et ea, quae de prima translatione disseruimus in praefationis p. 893. Ad hanc translationem v. cl. Sauerland l. c. p. 43 notitiam necrologii sancti Clementis (Francois et Tabouillot, Hist. générale de Metz' 4. 229: *V. non. Mai ad basilicas dedicatio cryptae in ecclesia beati Clementis in honore sancti Petri et aliorum pharmacorum* refert.

1. Sancti Stephani Mettensis † 1092; de quo cf. Sigeberti Vitam Denderici, SS. IV 476. 2) G. W. Wattenbach, DGQ ⁶ II, 155 sq. et testimonia ibi allata. 3 Vetus Vergilium, Horatium, Lucanum, Boethium. 4) Ed Baehrens, Poetae Latini minores V, 368; cf. C. Weyman, Histor. Jahrbuch XVIII (1897), 360. 5 Ed A. Riese, Anthol. lat. I, 2, 226.

autem sonis in fine sententiarum repetitis versibusque quos dicimus Leoninos minus noster quam aequales indulget. Solutae orationi sanctae scripturae locos plurimos immiscuit. Praeter Dialogi de consolatione philosophiae metra[1] *tractatum quoque Anicii Boethii qui inscribitur De institutione arithmetica*[2] *lectitavit. Denique Hecelinum commentarium Theodosii Macrobii ex Cicerone in somnium Scipionis confectum*[3]*, Martiani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii disputationem*[4]*, incerti auctoris de ratione dicendi ad C. Herennium inquisitiones*[5]*, libros medii aevi tironibus et notas et usitatos, diligenter et evolvisse et excerpsisse non miraberis.*

Ceterum de vita et eruditione Hecelini monachi praeter pauca illa, quae iam allegavimus quaeque ipse in extremo capite quarto libri secundi de se posteritati tradidit, nihil certi compertum habemus. In indice monachorum coenobii sancti Clementis, quem in privilegio ab Hermanno episcopo die translationis secundae anno **1090** *monasterio concesso*[6] *habemus, Hecelini nomen non occurrit. Ex qua cum post secundam sancti Clementis translationem totum monachicum in monasterio eidem Clementi dedicato professum fuisse colligere licebit.*

Translationem et Miracula, quae iam ante triginta fere annos ex codice Berolinensi evolveramus, et ad futuram editionem et prooemio et adnotationibus instruxeramus, interim h. m. Henricus Valpertus Saarlandt[7] *ex eodem exemplo depromptam gratissimisque et emendationibus et explicationibus*[8] *aucta pro sua sobrietate curavit Vitaeque priori ex codicibus Mettensi et Trevirensi supra laudatis adiecit. Cuius editionis principis et correctiones et observationes, quas quidem nostra refutaverit, litteris initialibus H. S. signamus. Locos autem veterum auctorum in scriptis Hecelini allegatos c. cl. Carolus Wegman*[9] *primi editoris vestigia secutus summa cum diligentia investigavit et collegit magnopere nobis eius dissertationem in edendis Translatione et Miraculis usui fuisse non infitiamur.*

I. R. Dieterich.

INCIPIT PROLOGUS IN TRANSLATIONE BEATI CLEMENTIS.

Dei omnipotentis providencia eternalis, que veridicos rectores ad honorem muniminisque sancte ecclesie futuros ante tempora secularia prescivit et predestinavit mundoque in maligno posito et nebulis peccaminum obtuscato mysterium incarnationis sue, passionis et resurrectionis in fine seculorum aperire et manifestare per predicationem eorum disposuit, ut 'qui aliquando' erant 'tenebre', fierent 'lux in Domino', et 'qui' erant 'longe', fierent 'prope in sanguine Christi', hec ipsa Lothariensi regno, immo omni populo 'sub potenti manu' Dei sese humilianti et in protectione alarum eius speranti per beatum pontificem merito et nomine Clementem, Metensi civitati a Deo predestinatum pastorem primum et preceptorem, huis periculosis temporibus gratissima visitatione portum salutis providit. Qui, ut ex libro gestorum eius[9] accepimus, Romanorum consul, inter claros clarius, inter nobiles nobilius[4] floretus et pro sanctitatis sue merito et fidei ardore constantissimo a beato apostolo Petro civitati prefate apostolus institutorque directus post viginti quinque annos iusticie tramitem premonstrando virtutum magnalia in fide et nomine Christi gentilium oculis exhibendo, pectora eorum in agnitionem amoremque Christi transfundendo strenuissima assiduitate invigilaverat et plebem Domini sui educaverat, illustraverat, in fide Christi confirmaverat, cum multiplici laborum fructu bona, que sunt in superna Ierusalem, percepturus glorioso transitu in pace quievit. Cuius corpus per quinquaginta pontificum successiones[10] in basilica beati Petri apostoli tumulatum non, ut decebat, inhonorum mansit. EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT TRANSLATIO SANCTI CLEMENTIS PRIMI METENSIS EPISCOPI.

Igitur Heinrico quarto augusto in regno presidente, Herimanno Metensium pontifice[11] collibuit divinitati, ut sanctum suum, quem in vita mirificaverat et post celestis regni

1) Ed. Rudolfus Peiper, Lipsiae 1871. 2) Ed. Godofredus Friedlein, Lipsiae 1867. 3) Ed. Io. Car. Zeunius, Lipsiae 1774. 4) Ed. Franciscus Eyssenhardt, ibid. 1866. 5) Ed. Fridericus Marx, ibid. 1894. 6) Cf. litteras Hermanni apud Calmet l. c. l. preuves col. 393 sq. 7) V. supra p. 893, 5. 8) Histor. Jahrbuch, l. c. p. 357 sq. 9) Id est ex Vita Clementis Hecelini translatione praemissa. 10) Usque ad Hermannum episcopum (1073—1090). 11) Hoc loco Hecelino litteras Herimanni (*Anno incarnati Verbi MXC . . regnante domino nostro Iesu Christi, imperante Henrico III. caesare Romanorum*) apud Calmet l. c. p. 394 praeoculis fuisse videntur. Ceteri, qui de hac secunda sancti Clementis translatione egerunt, auctores relationem aut

amplitudine honorarat, in conspectu omnium hominum ad salutem credentium exaltaret et miraculis glorificando dilataret. Dum cuiusdam 'noctis intempeste silencio' quidam ad multam noctem pervigilaret et ad breve accommodatum somno corpus concessisset, liberalis summeque egregia viri forma sibi apparuit et hec mandata dedit: 'Vade', inquiens, 'dic Herimanno Metensi episcopo, que tanta eum cunctosque suos socordia[a] invaserit, quod grave pondus terrene cogitationis immerserit, ut apostolici viri a Deo sibi concessi memoria apud se minus celebris habeatur meique glebam corporis inhonesta deformitatis facie humo tegi patiantur. Nam ecce maledictum cum mendacio, homicidium cum furto, adulterium cum periurio inundaverunt et sanguis sanguinem tetigit et ante Dei oculos multiplici iniquitate Dei anime cruciantur, unde, ut furor ipsius dignam factis vindictam retribuat, incitatur. Ergo ut lantis subveniendo occurrant, meum de pulvere lypsanum exaltent, exaltatum frequentent, frequentando honorent. Suppressionis[b] enim nominis mei per multa tempora a memoria generis humani pene elapsi tedet me'. Ille vero visa et audita non taciturnitati nec oblivioni tradens nec fantastico errore deceptum se credens mane, cum[c] in presentia solis urgente noctis umbra abscessit, episcopum adiit. Secrete cum episcopo sermone collato sancti viri collata mandata ex ordine prosequitur. Episcopus reminiscens scriptum, quia 'multos fecerunt somnia errare', auditis allegationibus sancti obaudire[d] neglexit.

Verum ubi zodiacea peragratione[1] sol annum post supradictam visionem emensus fuerat, sanctus Domini sacerdos visori suo secundo dignatus est apparere, cui mandata superioribus similia iniunxit. Ille obediens episcopo retulit, sed ille nichilominus oblivioni, que audierat, tradens parere distulit.

Tercio in nocte, quam dominica cena sollempnem christiana religio colit et veneratur, sanctus adest, virum iterato aggreditur, ut episcopum adeat, ammoneat, adhortatur. Ad hec ille, ut posse loqui cepit: 'Pater' inquit, 'sanctissime, presentie episcopali iussionem tuam suggessi et bis mandata exequendo peroravi, sed ille vanitati minus obsequendo deputavit. Vereor autem, ne, si apparitione commonitionis tue denuo per me ammoneatur, arguat me nota falsitatis et, quemadmodum bis exclusus sum a conspectu eius, sic tercio excludar'. Sic ille, et illum sanctus hoc modo convenit: 'Quisnam est, qui lectuli gratissima decubitione una tecum participatur'? Et ille: 'Uxorem meam, domine, haut dubio esse credas'. Cui sanctus: 'An aliquo', inquit, 'modo incommoditatis aut peste egritudinis eam vexari persensisti'? Ille contra: 'Neque morbo torqueri neque corporali molestia sollicitari eam in hac hora, mi domine, cognovi'. Ad hec sanctus: 'Quia episcopus suique verbis tuis, immo nec iussioni credere noluerunt, credent saltem verbo signi sequentis. Nam nocte, quam dies crastinus precedet, hanc ipsam, quam dicis coniugem tuam, noveris hominem exuturam; et cuius nunc contubernio presentialiter letaris, eius intempestiva separatione tu et proximi tui luctuosa sorte afficiemini'. Sic sanctus finierat et opere adimpletur, quod predixerat. Sancti viri auditor merore et tremore pulsatus post trisfem uxoris humationem episcopo mandata et signum et casum comparis sue flebiliter narravit.

Sed is alias intentus pro parvo ducendum putavit.

Idem vir beati Clementis quarto sibi apparentis auctoritate confirmatus pontifici verbis eius non credenti talia minitando intulit: 'Domini nostri viri apostolici Clementis te verbis alloquor: "Quia mihi obedire distulisti, agnoscas te deinceps requiem in episcopio non habiturum". Quod verax rei probavit eventus. Nam si voluerimus profectionem illius in Ytaliam morasque temporum inibi longe ductas, circuitiones Germanie, reversionem quoque in Gallias, consilia cum regibus primoribus occidentis habita[2] retexere, longe a proposito digrediemur. Ille, que didicerat a sancto, peroraverat; sed episcopus neque comminanti neque suadenti aurem placidam voluit applicare.

et 2 Tim. 4, 18.

3. Reg. 3, 20.

cf. Os. 4, 2

Eccle. 31, 3.

a) se cordis *c.* b) suppressio *c.* c) *addubit eadem manus in margine.* d) obaudire *c.*

breviorem velut Gesta episc. Mett., SS. X, 583 et Chron. sancti Clementis Mettensis, SS. XXIV, 500, aut longe a nostra discrepantem dederunt, velut Hugonis Flaviniacensis Chron., SS. VIII, 472. 478.

1) Cf. Mart. Cap. VIII, 879. 2) Herimannus episcopus bis (a. 1074 et a. 1079) Romam adit. Inde ab anno 1085 usque ad annum 1089 in Italia exulavit. Consiliis Heurici IV. aemulorumque eius, Rudolfi et Herimanni regum, creber interfuit itaque magnam partem Germaniae et Galliae circumiit.

Quinta apparitione sanctus adest homini dicens: 'Vade, die episcopo: non amplius me videbis, quia communi casu morte rapiar. Et de te noveris, quoniam, postquam sanctum corpus levaveris, tercia die post morieris'. Ad hec episcopus infremuit multumque comminatus hominem a se abiecit.

Huiusmodi allocutiones sancti cum homine, hominis cum episcopo solari spera septenas referente estates adimplentur. Hiis ita transactis idem ipse homo corporali molestia
1060. pulsatus ad meliora migravit. Qui aliquanto post obitum suum curriculo exhausto dierum,
Matt. 6 instante quadragesimalis ieiunii devotione, sacerdoti vocabulo Hazoni, provisori oratorii sancte Crucis in ipsa urbe siti[1], non ad plenum dormienti cum volucre nivei candoris dextere eius adherenti astitit. Quem blanda allocutione amicabiliter conveniens, ut pontifici ex persona sui diceret, adhortatur: 'Harduinus' – hoc enim nomen fuit viri –, 'quo infirmantio sancti mandata Clementis sepenumero accepisti, mandatis persuadet, ne corporis sacri translationem differendo litubes adimplere. Mortis enim vicinia dies tuos celerius, quam non speras, occupabit'. Ad hec sacerdoti

frigidus horror
Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.[2]

Ei[a] ipsum, cuius funeri exequiarum officio corporis humani deservierat, sibi astare, se alloqui denuntiatur. Verumtamen fiducia aliquando concepta, quid comitatui eius inherens avis candidior sibi vellet, sciscitatur. Ille, ubi a divina dignatione Clementis gloriosi meritis angelum in sui tuitione destinatum propalavit, disparuit. Sacerdos

Talibus attonitus[b] visis ac voce[a] loquentis,

siquidem nec illud erat sopor corripiens 'corpus e stratis'[4], certius cogniturus, verene viveret, ad locum humili concito gradu contendit. Sed cum errore sublato sibi redditus, quia defuncti spiritum viderit, animadvertisset, ampliore percussus horrore noctis residuum pernoctavit matutinaque sinaxi completa, sole rebus colorem reddente[5] super visis et auditis legationem defert 'remque ex ordine pandit[e]'.

Pontifex tandem divino, ut credimus, instinctu mansuefactus, quasi de supernis accepto oraculo, fidem dedit adhibere veritati. Deinde dixisse fertur: 'Iussioni divine, fratres, est parendum, voluntati conditoris postposita omni dubietate obsequendum. Posteriora prioribus videntur dignanter consonare. Qui mihi prius apparitiones dulcissimi patroni
Rom. 1, 21. nostri Clementis vivus sepissime intonuit, ipse idem 'de corpore mortis huius' absolutus, quid perficiendum est, novissime per presentem presbiterum astruit. Non est igitur differendum, quod, ne differretur, creberrimis visionum argumentis est inculcatum'.

Vix ea fatus[f] erat, et 'ecce loquentem
Dolor invasit, dolorem egritudo secuta est.

Acciti ergo primorum suorum cleri vel abbatum catervis[c] confert in[d] medio, unde ageretur. Sancti allegationes revolvuntur, quid ad hoc facto opus sit, consulitur. Communi itaque sententia decernitur, ut die, qua sol[e] primum gradum lauri annuali giratione attingens mundum illustraret, [ab[f]] abbate et fratribus ipsius cenobii omnibus, que convenirent, diligenter provisis, in subsequenti tempore nocturnali sanctissimi corporis gleba perquiratur et inventa episcopo festinanter intimetur. Quod et factum est. Siquidem terra effossa est inventumque, quod querebatur, et ubi 'nox' mortales 'somnusque reliquit[g]', pontifici an-
Acts 16. nuntiatur. Qui licet languoris difficultate anxiaretur, perrexit, vidit, Deo gracias egit. Et quia dominica cena recolebatur, non tantum finitimos, sed etiam longe positos sacra dies ad urbem contraxerat. Domino nostro Iesu Christo regnante et beate memorie Herimanno pontifice ecclesiam Metensem gubernante[9] translatio reliquiarum beatissimi Clementis die,
Acts 20. que kalendas Maias precederet, futura omnibus denuntiatur.

a) in c. b) aton. c. c) *in loco raso eadem manu, sed alio atramento.* d) conf. in *in marg. eadem manu et eodem atramento.* e) *suprascripsit eadem manus, sed alio atram.* f) *deest c., suppleri.*

1) Dicatae s. Crucis ecclesiae memoriam adhuc servat locus publicus, cui est nomen Place sainte Croix, Heiligkreuzplatz. H. S. 2) Verg. Aen. III, 29[30]. 3) Verg. Aen. XII, 650. 4) Verg. Aen. VIII, 67. 9) Cf. Aen. III, 172. 4) Ibid. III, 176. 5) Cf. Prud., p. 896, n. 11. Cathem. VII, 8: *rebusque iam color redit vultu nitentis sideris.* Weyman. 6) Verg. Aen. III, 179. 7) Verg.

Expectata dies aderat 1090.

'Famaque' diversos simul et reverentia sancti
'Excierat, leto complebant menia cetu'[1].

desiderantes sanctorum pignorum votiva perfrui benedictione. Dum pontifex prestolatur, ut acceleraret[a], diversi proclamatur, tristi nuntio plebs suspensa deturbatur, quod adeo incommodi necessitate constringeretur, ut nec a lecto possit assurgere nec, que deliberaverat, adimplere. Nunc vero clamoribus desisterent nec sibi adversarentur; sequenti enim die satis eorum votis ageret aut humeris baiulorum aut equi vectamine illuc deportatus. Quo dicto inquietudo populi est repressa. Diem optatam letius iubar extulerat[2], et quod Mal. 1
credendum est merito Clementis beatissimi, Iesu domini operante gracia, pontifex corporis melioratione aliquatenus recuperata affuit elevataque de sacrophago sancti ossa, quanta potuit veneracionis decentia feretro imponit et ad sedem, cui olim praefuerat, immo sancte ac iuste[b] vivendo profuerat, monachorum turmis, cleri, sanctimonialium, plebe diverse conditionis et etatis armonicis persultantibus, 'bene' secundum psalmistam Deo 'in vociferatione Ps. 32, 3.
psallentibus', in ecclesia sancti Stephani defertur, ubi noctis umbra irruente officiis excubiarum utriusque sexus digne honoratur. Mane episcopo adveniante, postquam precum Mal. 2.
vota effudit, terrenarum rerum portionem usui fratrum sancto servientium delegavit et larga manu benigne impertivit[3]. Hinc urbis cives animis gaudentibus omnes apostolum primumque pastorem suum vocibus attollunt, cunctisque: 'Gloria in excelsis Deo' consone
20 symizantibus in monasterio suo decenter restituitur.

Sed in eo itinere quid divinitus acciderit, non est silentio pretereundum, presertim quod non sine multa admiratione palam omnibus fuit. Cerei omnes, quos devotio multorum ad honorem beati antistitis ardentes ferebat, qui, ut ita dicam, ipsam noctem, si adesset, poterant flammis vincere, vapore ignis deficiente extinguuntur. Verum dominus
25 virtutum et rex glorie, qui in evangelio fidelibus suis loquitur: 'Dum lucem habetis, credite Ioh. 12, 36.
in lucem, ne filii lucis sitis', ipse Clementem filium lucis esse gloriosis manifestavit indiciis et quam speciosissime affluentia meritorum ipsius fulgeret in celis. Nam dum sacri latores pignoris et qui inserviebant turbati compperirentur duarum ferme horarum spacio lumen ignis abesse, ecce, quod est mirabile dictu[4], sub oculis omnium, qui aderant, flamma
30 divinitus allata cerei extincti reaccenduntur. Ad hec multitudo, que divini magnitudinem miraculi intuebatur, laudes in celum cum iubilo extollit, Iesum, 'cuius opera magna sunt Ps. 110, 2.
exquisita in omnes voluntates eius', pie magnificans.

Hiis primis signorum insignibus sanctum, postquam translatus est, glorificatum fuisse cognovimus, ubi tot credendus est virtutibus claruisse, quot ignes reaccensis luminaribus
35 clarnere.

1. De eo, qui sacras reliquias furatus fuerat.

Die, qua sacri corporis [pulvis[c]] cum archa lignea, qua conditus fuerat, ab humo elevabatur, quidam multitudini interfuit, qui iniecta manu particulam ligni ipsius arche et sacri pulveris presumit et rapit et in nummorum loculo recondens domum repedavit. Nocte ergo sequenti cum sopori indulgeret, quadam reverendi vultus maiestate senili
40 comitate insignita [eum[d]] aggreditur et hoc modo increpitatur: 'Qua, homo, persuasus temeritate ligni preciosique pulveris reliquias violasti? Cur indecorose tractasti? Cur in loco minus decenti collocasti? Ausus eris post hanc irreverentiam sancti quicquam ab ipso petere, ausus eris veniam pro commissis deprecari? Quid est quod possit te excusare, quid quod tibi pro facto retribui putes oportere? Tute[d] igitur tibi ut consulas, expedit, et [quod[e]] presumptor subripuisti, loco suo ut restituas, mihi persuadenti obsecundato!' Qui videbatur, disparuit. Homo somno solutus[f] est, sed
45 ut[f] obediret, animum nequaquam applicuit. Altera autem nocte itidem dormiens ab eadem persona ammonetur, terretur: terrori comminatio, comminationi verbera apponuntur, et in tantum colliditur, ut lecto surgens vix[g] pedum officio fungeretur. Tandem finitimorum amminiculo sustentatus et adiutus ad sancti monasterium pervenit, ubi, que rapuerat, restituens altari imposuit, veniam petiit, qua optata compos sanitatis factus, Deum laudans ad propria remeavit, loculusque non iam nummorum, non avaricie, sed virtutis, sed reliquiarum inibi suspensus ad memoriam permansit.

a) rare *in loco raso* *M, his script., ultim. minio del. c.* c) *deest* c., *suppleri.* d) Tu te *c.* e) *supplevit H. N.*
50 f) *seq.* homo *c.* g) vix surgens *c.*

1) Verg. Aen. V, 105 sq. 2) Cf. Prud. Cathem. 4) Cf. Verg. Aen. VIII, 252. 5) Cf. Verg. Aen. III, 77. 3) Cf. Herimanni litteras l. c. p. 394. 395. IX, 236.

2. De pulvere sacri corporis.

Alius quidam conspecta multiplicitate signorum cum gratia sanitatum a custodibus ecclesie sacri pulveris benedictionem et devote petivit et adeptus est, qui ad semet ipsum abiens de eodem pulvere in potu dato periodicas accessiones plurimorum mirifice propulsavit. Siquidem ea tempestate in regione illa humorum materies exuberans in corporibus humanis inequalitate sua atrociter dominabatur, quibus huiusmodi medicinalis potus beati viri presidio fuit. Hinc liquido colligi potest, quam ineffabilis sit meriti illic, ubi cum Christo vivit, qui in tot miraculis vivit hic, ubi mortuus est. Convicanei et maxime, qui periculum incommodi evaserant, que fiebant, fideliter animadvertentes, sapienti consilio usi ab eis, qui eas servabant, sanctas reliquias salutiferi pulveris expetunt et acceptas sacro in loco, videlicet in altaribus, per manus sacerdotum decenter imponunt ad salutem presentium et munimen futurorum, ubi hactenus honorifice venerantur.

3. De eodem pulvere furtive ablato.

Item alio quodam sepedictum sacri corporis pulverem furtim rapiente, dum secum in pallio ligatum domi tulisset, per nocturnum soporem exhortatur, ut, que male arripuerat et archa incluserat, ad ecclesiam extra muros civitatis sitam vocabulo ad Macerias[1] deferret. Qui cum in crastino parere distulisset, subsequenti nocte, postquam sommo resolutus erat, ecce acies[a] dire multitudinis demonum ei astare visa est imitantium iras leonum, ursorum sevitiam, grunnitus porcorum, ululatus luporum, sibilatus draconum aliarumque species ferarum.

Protinus ancipiti mentem formidine pressus,
Obstupuit steteruntque come, et vox faucibus hesit[2].

et donec Lucifer duceret diem[3], mane sui potens vigil permansit.

Officio Phebi fuerat pars acta[b] diei[4],

nec homo quicquam, ut obediret, promovebatur. Igitur in platea cum vicinis [loquentem[c]] demonium invasit et agitare cepit, quod indicio fecit color et vultus in diversa mutati et vani sermones non bene sensata mente prolati. Extimplo laborantis periculo concussis animis eorum, qui aderant, sacerdotem suum accersiunt, cui festinato advenienti causam edicunt. De cetero, si qua posset ope, ut miserando subveniat, exposcunt. Ille pacientem conveniens de suis excessibus suscitatur. Qui necessitate adductus[d], postquam ad se redierat, rapinam et quecque alia superius comprehensa confitetur. Sacerdos itaque desiderans sacri benedictione pulveris potiri ad ecclesiam sancti dicatam meritis Martini[5], cui preerat, ipsum iubet transferri. Quod cum ab eodem, qui rapuerat, fieret et ecclesie foribus cum multa curiositate sequentium propinquaret, is, cuius pulvis portabatur, crimen rapine et inobediencie, qua severitatis ultione fuerat persequendum, volut demonstrare. Denique nervi brachiorum portantis contrahuntur, manuum articuli obrigescunt, quo stupentes horrore miraculi, qui comitabantur, vocibus invalescentes adhortabantur, ut ad ecclesiam et locum ad Macerias transiret.

Tramite veloci, quo iussus erat, properanti[6],
Limen ecclesie sacrum iam calce terenti[7],
Celestis virtus sibi reddit[f] corporis usus.

Deinde quod defecerat[e], cum reverencia timoris altari imponens de reliquo securus permansit. Continuo vinculum, cuius nodo artabatur pallium, quo pulvis sacer claudebatur, angelico quod credimus famulatu longe disiliit et, quod in se continebat, omnibus apparuit. Ad hec plebis multitudo in faciem suam cadens virtutem terribiliumᵍ Dei adorat et magnificat (cf. Ps. 144, 6) eius corde et ore protitetur. Isque pulvis in eadem ecclesia hactenus reservatur, immo se pie venerantes conservantur per merita sancti Clementis.

4. De vexato quodam.

Unus qui vexari inimici infestatione consueverat, cum plurima sanctorum suffragia circumquaque perlustrans quesisset nec meruisset curari, ad sui liberationem et invasoris expugnationem beatissimo Clemente opus fuit. Amici itaque et vicini miserum ducentes, immo potius trahentes, merita eius ut expeterent, deliberarunt[h] iamque iter emensi templum templique introitum videbant, quod Domini sacerdos virtutibus et corpore potenter illustrat. At sinister spiritus sue sectioni timens, ne monasterium intraret, multa reluctatione conixius repugnabat. Verum manu trahentium invalescente ante altare statuitur, et ut ad auxilium sibi sancti Clementis nomen invocaret, a circumstantibus compellebatur.

a) facies *c.* b) nacta *c.* c) *suppl. H.S.* d) addictus *c.* e) fecerat *c., correxit Weyman.* f) reddidit *c.* g) terribilorum *r.* h) deliberarent *c.*

1) Intellegitur ea regio suburbii, quae medio aevo Maizelles dicebatur quaeque nomen antiquum hodiernis significationibus Rue Mazelle, Porte Mazelle retinuit. 2) Verg. Aen. III, 47. 48. 3) Cf. Luc. Phars. X, 484: *Lucifer . . . diem misit.* 4) Verg. Aen. IX, 156. 5) Haud dubie ecclesia S. Martini dicta 'en Curtis' in loco publico Place saint Martin sita. 6) Cf. Verg. Aen. IX, 809 sq. 7) Ibid. V, 364.

Quod interdum differens, tandem aliquando coactus prima sillaba nominis sepius contemptive repetita post longas moras ultimam annectebat[a]. Deinde sancti feretro applicatus et exinde reductus ad monumentum eius, quod in medio ecclesie est cum arcba lignea, de qua sacrum corpus elevatum fuerat, ut ipsam oscularetur, nolens compellebatur. Quod cum facere adversaretur, vi caput eius ipsi arche illisum est. Et cum malignus demon fugere de obsesso corpore penis et cruciatibus cogeretur nec tamen exire ei per os liceret, feda parte corporis ipse fedissimus amator immundicie egestus est. Quo facto fetor horribilis exalans locum implevit, ita ut multi abscederent. Post hec eductum de monasterio abluunt, ablutum introducunt arbitrati de cetero fore securum[1]. Verum res[b] aliter, ac rati erant, evenit. Nam terribili voce emissa ex abrupto[c] clamare cepit: 'Certe adhuc plures sunt'. Qui autem astabant et audiebant, arbitrati cum adhuc multitudine demonum teneri dixerunt: 'Certe quotquot fuerunt, per merita sancti Clementis extrudentur'. Denuo dum ad altare duceretur et in medio chori advenisset, iam liber petebat, ut nexu vinculorum, quo astrictus erat, solveretur. Quod cum aliqua dubietatis scrupulositate adimpletur, ne fuga elaberetur, quod semel eum iam fecisse testabantur. Igitur postquam resolutus erat, in se reversus demirans inquirebat, quo[d] loco haberetur. Responsum est, in presentia Clementis, preciosi liberatoris sui, eum astare. Ille hoc audito curvatur toto corpore,

Ferens voce grates et ab imo pectore laudes.

'Ago', inquit, 'et habeo et persolvo persolvensque tibi ingentes[e] debeo gratias, clementissime Clemens, adiutor et liberator meus!'

Ista peroravit, quo venerat et repedavit.
Isdem non talis, fuerat nuperime qualis.

5. De muliere curata.

Mulier quaterno typo, quam longevam egritudinem dicunt, unius anni curriculo fatigata, rumore[f] excitata virtutum, cupiens et credens liberari ad monasterium venit et facta oratione ad locum, quo sanctus iacuerat, accessit. In quo votis supplicibus effusis pie et fideliter furata de ipsa terra recessit, domum deportavit. Itaque cum sole ruente dies clauderetur solitaque recursio huntentem noctis umbram reduceret[g], dum optatam lectuli peteret quietem, memor et anxia periculi se discrutiantis, furtum capiti suo subposuit; ubi postquam obdormivit, expergefacta meliorationem totius corporis se obtinuisse persensit. Ergo letabunda misericordiam omnipotentis Dei se subsecutam benedixit et in filia sua, que eadem necessitate incommodi agebatur, ut idem experiretur, cogitavit. Denique non feminea temeritate, sed fideli intentione euntis filie cubitum capitali supponit. Que postquam somnum cepit et surrexit, percepta ad plenum sospitate, leticia tripudiare cepit, qua matrem impertire studuit. Utraque autem, mater videlicet cum filia, pro bonis sibi gratuito collatis gratias conditure cum exultatione advenientes queque in se facta fratribus monasterii evocatis retexunt. Fidelis et medicabilis rapina terre suo loco restituitur, in commune ab omnibus sancti merita predicantur.

Sanctorum virtus verborum discutit ictus,
Erigit elisos, solidat membris resolutos.
Unde Deo laudes promat devotio supplex,
Cuius ab imperio stat mundi cursus et ordo,
Arida cum liquidis concordant, frigora flammis,
Nec liquidus siccum nec corrumpit frigor estum[1].

Fuit eo tempore plurimum remedium[a] saluti diversorum sacri cespitis sive benedictio sive medicina. Nam quicumque morbo vexatus de ipso acceperat, sanitatem indeptus suo loco restituebat.

6. De paralitica curata.

Quedam paralisis immanitate pessumdata, ita ut nec lingue officio nec manuum pedumve amminiculo perfrueretur, in presentia sancti deportatur. Igitur nocte superveniente, postquam signum ad matitunarum sinaxim celebrandam insonuit, 'magnificavit Dominus' misericordiam 'facere cum illa'. Ad hec omni debilitate fugata sana surrexit, ad feretrum sancti gressu diu insueto perrexit[b], gratias egit, ad sua rediit et sepenumero ad monasterium, ut sancto vota solveret, venit. Ps. 125, 2.

a) annectabat *c.* b) *seq.* se *c.* c) abruto *c.* d) quid *c., corr. H. S.* e) ingente *c.* f) rumor *c.* g) *add. rad. man. in margine.* h) surrexit *c.*

1) Simillimum miraculum invenitur in Mirac. s. Liutwini, SS. XV, 1262. H. S. 2) Cf. Verg. Aen. IV, 7. 3) Cf. Boeth. Philos. consol. IV. carm. VI, 19 sq.: *Haec concordia temperat aequis Elementa modis, ut pugnantia Vicibus cedant umida siccis Iungantque fidem frigora flammis;* et ibidem IV, carm. IX, 9: *Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis, Arida conveniant liquidis.*

7. De duobus surdis et mutis.

Cum 'grave sydus cancri' ardoribus Phebi inestuaret[1] et gemmata leticia apostolici festi, dies[a] videlicet gloriose
Iun. 29. passionis beatorum Petri et Pauli, illuxisset, multi apud sanctum Clementem de diversis partibus confluxerant, inter quos
Ps. 105, 2. duo affuerunt, quorum alter surdus et mutus, alter itidemque erat et mutus. 'Quis loquetur potentias Domini'?

Noctu votivas populus dum solveret odas,
Implorat sanctus, et adest uranica virtus,
Usum nature que plene reddit utrisque.

8. De muta curata.

Quedam mulier cum filia muta ad monasterium venerat. Cui continuo, ut venit, miseratio celestis manum porrexit et linguam ad loquendum impeditam suos ad usus informavit. Mater de recuperatione filie exultans nulli dixit intimandum, sed ad propria abitum paravit et recessit. Emenso itaque iam parte ex plurima itinere demoni concessa arripitur, cadit, officium lingue, quod receperat, amittit. Qui autem preteribant, infortunio misere condolentes sciscitabantur causas passionis, quando et quomodo evenerint. Ad hec mater in 'medio interfata dolore'[2], que facta fuerant, per ordinem edocet. Illi econtra: 'Si nostris, inquiunt, obaudieris preceptis et persuasioni credideris et[b] maturato reditu ad sanctum redeas et pedam omnibus, que facta sunt, innotescas, tibi et periclitanti filie profecto subvenietur'. Illa credula verbis[3] bona persuadentium redire non distulit, omnia, que facta fuerant, narravit, cum filia sanitate ad plenum recepta ad propria remeavit.

9. De equo perdito et recuperato.

Quidam mercator de remotis partibus ad civitatem Metensem venerat cum equis suis. A latrocinantibus circumventus, equus ei[c] furatus est. Qui dampnum et amissionem per aliquot dies plangens beati Clementis virtutibus ammonitus, que creberrime per ora multorum versabantur, in hec votiva verba prorupit: 'O beate Clemens, si equum, quem amisi, restitueris, quatuor nummi[d] a me tibi deferentur'. Vix verba finierat, cum ecce equus in domo vicina, cuius latebra celabatur, hinniendo insonuit. Ille spe recuperationis animatus, quo hinnitus advocabat, secutus domum intravit, quod suum erat invenit, inventum abduxit[e] et nullo calumpniante de reliquo, ut de sua re agere libuit, egit. Deinde Clementi beatissimo vota sua, ne voti reus teneretur, in conspectu populoris frequentie, que confluxerat, persolvit.

INCIPIT LIBER SECUNDUS MIRACULORUM SANCTI CLEMENTIS.

Carissimi[f] fratres, meam tarditatem, meam exiguitatem, me scientia et sermone impeditum, me, inquam, qui silere decreveram, convenitis, conveniendo instatis et, ut ita dicam, verba ex ore muti elicitis, ut magnifica domini Salvatoris opera, que merito et sanctitate gloriosi sacerdotis dignatus est operari, prosequar, adhortamini. Sed queso, quis satis possit de eo idoneam laudem dicere, quis digne possit scribere, qui sepenumero cives, urbem, patriam ab hostibus visibilibus et invisibilibus liberavit? Que iubilatio cum hoc beneficio comparari, quod huic facto dignum preconium potest inveniri? Nequeo, fratres, verbis explicare elegantias singulares et dignitatem operum Dei uti summus philosophus[g] et rethor dissertus et grammaticus summis rationibus artis exercitatus et cui natura tantum tribuerit sollercie, acuminis vel memorie, ut potuerit[h] septem disciplinarum penitus habere noticiam. Sed auxilio meritorum beati viri et vestris orationibus communitus, ad id peragendum, prout potero, accingar.

1. De tempestate sedata.

Ut[i] in principio huius operis prelibavimus, pignora sacrosancta eiusdem patris dum sarcophago elevarentur et
Ps. 2, 11. loculo decenter nobilitato et preparato conderentur, abbas ipsius loci Hagano[4], vir serviens 'Domino in timore' et exultans 'ei cum tremore', et fratres os sancti brachii quodam scriniolo reposuerunt, ut, si quando necessitas incomberet, humanis incommodis eo occurreretur, occurrendo medicaretur. Die igitur quadam, dum omnis civitas Metensium et omnis sexus operi diurno incomberet, subito celum insonuit, rabies ventorum supervenit ac tenebris impallnit aer[k] et toto congesta pericula mundo soli prefate civitati et finitime regioni irruerunt, inimica vis demonum occurrit, procellas opponit, diem

a) *bis scripd., ultim. minio deletum.* b) ut c. c) eq. ei *cod. manu suprascr. c.* d) *seq.* nato *minio postea del. c.* e) adduxit *c., corr. H. S.* f) Cñi *c.* g) pholos. *c.* h) potuerim *c.* i) Et *c.* k) *suppl. Weyman.*

1) Boeth. Philos. consol. I, carm. VI, 112: *Cum Phoebi radiis gravi Cancri sidus inaestuat* etc. 2) Verg. Aen. I, 386. 3) Cf. Gen. 39, 19: *et nimium credulus verbis conjugis.* 4) Obiit VI. kal. Maii a. d. 1098; memoratur in litteris Hermanni, Calmet l. c. p. 395. 5) Cf. Verg. Aen. III, 195: *inhorruit unda tenebris.*

subducit, tenebrarum caliginem inducit. Ad hec civitas turbata, omni spe evadendi subtracta, suffragia sanctorum inclamat imminensque 'malum miratur[1].

Cultus matrona decoros[2]
Deposuit, mesteque replebant templa[3] caterve
Et[4] lacrimis sparsere thoros et[5] pectora duro
Affixere solo lacerasque in limine sacro
Attonite fudere comas votisque vocari
Suetas sanctorum[6] feriunt singultibus[7] aures.

Namque ea vera vite presidia bene sperabant, quibus et iniqua tempestas fortune et omnium periculorum naufragia evacuari poterant. Interea infortunio desseviente et tempestate in auras avidum caput altius efferente[8], fratres cum abbate rebus afflictis cum sancti Clementis auxilio adesse et succurrere gestiebant. Itaque scriniolum, cui sacrum pignus inerat, os videlicet brachii gloriosi sacerdotis, arripiunt, portas monasterii exeunt, ipsum insanienti procelle opposituri. Sed tunc frater forte deerat, cuius in tutela clavis scrinii habebatur. Mira res! Dum queritur, dum inclamatur, qui aderat, subito angelico ministerio prefatum scriniolum aperitur, os sanctum aeri et sancto reseratur, tempestati obicitur.

Tunc[9] subitum dictuque oritur mirabile[10] factum[11].

Namque ante ora astantium et Deum invocantium ecce columba omnem sua albedine vincens nivem e monasterio visa est egredi et trina circuitione totam cingere civitatem et, quod credi potest, in monasterium, quo exierat, repedavit. Quo facto hyems emissa discutitur, tumida aëra placantur, collecte nubes fugantur, igneus sol[12] reducitur[13]. Sic animi timentium sunt instaurati, auxilio levati, desperatis salus est recuperata. Igitur ex periculo liberati cives, ut beato viro gratias agant, maturato accurrunt, monasterium implent, altare muneribus onerant: 'Deus', super omnia qui est 'mirabilis Ps. 67, 36. in sanctis suis', benedicitur, glorificatur.

2. De sanata demoniosa.

Maiores tum sapienter tum etiam subtiliter astronomica disputatione annotarunt, duplici equidio veris et autumni annualem cursum dividi et signari. Solaris igitur spera cum ad augmenta dierum et lucis festinans vernale transierit et luna autumnale[a] plenilunio suo decurrerit, festivitas festivitatum, videlicet dies dominice resurrectionis, a sancta et universali ecclesia percolitur et gloriosius omni christianissima devotione celebratur. Decursa igitur huius preclara celebritate septies septeni [dies[a]] defluxerant et quinquagesima, quam sacratissimum diem pentecosten vocamus, illucescebat. Hanc ex legali traditione antiqui patres sollempnem et insignissimam habuerunt, hanc etiam maiori frequentia domini Salvatoris gratia rutilante, rebus in melius relatis ecclesia totius orbis terrarum ex adventu paracliti Spiritus super apostolos, cf. Act. Ap. 2, 1 sq. cum ex ydiotis summos hominum principes, populorum magna verbi tonitrua effecit, predicabili devotione concelebrat, excolit, veneratur. Ergo dum fratres pro celebritate tante sollempnitatis persultarent divinumque melos multifida suavitate[14] hymnizarent, hora diei tertia instabat. Verum precentor cum illud Ambrosianum: 'Nunc sancte nobis spiritus'[15] armonica dulcedine imponeret et omnis chorus canoris vocibus et sapienti modulatu subsequeretur, magnam multitudinem dulcedinis sue, qua erga homines pietas Salvatoris teneretur sanctitate et iustitia beati Clementis, pandere dignatus est. Illo namque die inter multiplices properantes ab undique plebes infelix mulier irruperat omnis idonee rei egens, cuius corpus et mentem nequam spiritus invaserat et invadendo possidebat. 'Demens ferens aliena colla buchabatur, feroces oculos torquet[16],

Nunc vultu pavido, nunc torva minacitate[17]
Stat nunquam facies, rubor igneus inficit ora[b]
Liventesque genas, nec qui solet esse timenti,
Terribilis[c] sed pallor inest nec fessa quiescunt
Corda.'

Statim igitur, ut prefati Ambrosiani versiculi initium insonuit, gratia Spiritus sancti invocantibus affuit. Huius presentiam immundicia[d] maligni spiritus exhorrens infremuit et fremitu et ululatu omnibus, qui aderant, inaudito temerarius invasor possessam desernit et, quia sui iuris non esset[18], fugiendo patefecit. Protinus mulier miserarum miserrima iam libera, iam sibi reddita cum his, qui aderant, in laudibus erupit, gratiam Salvatoris, cuius 'opera' sunt 'in fide' et cuius Ps. 32, 4

a) *deest c., suppleri.* b) horra c. c) terribili c. d) imund. c.

1) Luc. Phars. II, 28 sq. 2) *priores* Luc. 3) tenent 14) Cf. Mart. Cap. II, 117: *multifidae suavitates. delubra* Luc. 4) *Hae* Luc. 5) *deos hae* Luc. 15) Hymn. IV. ad horam tertiam; cf. Dreves, Auret. 6) *Adsuetas crebris* Luc. 7) *ululatibus* Luc. 8) Cf. Ambrosius p. 131. 16) Luc. Phars. V, 211 sq. Verg. Georg. III, 553. 9) *Nunc* Verg. 10) Verg. 17) *minaci* Luc. 18) Cf. Sedul. Pasch. carmen Aen. II, 680. 11) *monstrum* Verg. 12) Cf. Verg. III, 307 sq.: *tunc praedo furens ac noxius hostis, cui* Aen. VIII, 97. 13) Ibid. 1, 142 sq.: *tumida aequora possessa diu est alieni fabrica iuris*, etc.; Weyman, *placat collectusque fugat nubes solemque reducit.* l. c. p. 600.

misericordia plena est terra', celo cum vociferatione efferunt, sanctum virum, cuius merita invaluerant, venerantur et bene
Luc. 1, 16. dicunt. At cohors[a] fratrum inter letabunda spectacula canora modulatione et musico impulsu unanum Deo persolvit et, quia 'Deus visitaverat plebem suam', rithmica et diligenti repetitione concinuit,

Nunc super octavis sociato limmate bombis,
Nunc epytrita sonis, nunc iungens sescupla duplis.

3. De insano sanitati restituto.

Pagus in vicinia Metensium civitatis habetur, cuius nomen, quia a memoria excessit, siletur. Hunc itaque duo fratres inter suos notissimi incolebant. Quadam denique die, ubi ex opera diurna ambo defessi famis necessitate bellum stomacho indictum[1] 'pastis[b] visceribus sumptoque cibo'[2] pacificaverant, unus lectuli contubernio se contulere, qua cadentia 'sydera' iam 'suadebant somnos'[3]. Verum ubi plurima parte noctis obdormierant et iam

Parrasis obliquos elice converteret axes[4],

alter horum videtur sibi audire cuiusdam

Grunitusque[c] suis et rauce murmura mule,
Quod bos mugitu lingit blateatque[e] camelus,
Quodque lupis ululat vel quod vulpecula gannit,
Quod pardus follit, quod rapeat[f] pessima tigris,
Quod glatit catulus, quod miccit[g] setiger hircus[h],

serpentium quoque sibilos et cetera, que diabolico commento sensus humani poterant abhorrere. Igitur attonitus et dementatus fratrem clamoribus impetit ceterosque, quos 'gratissima quies'[5] tenebat, vocibus et ululatu inquietat. Ergo vicini descrere domos, ultro accurrunt, 'formale malum'[6] stupent, demonum fuisse astutias docent et, ut saluture signum sancte crucis imprimat, adhortantur et suadent. At ille

Sanguineam intorquens aciem torvumque repente[7]

clamans ruit: 'Io cives, audite, furentes'[8]. Tandem aliquando repetita commonitione victus et cruce vivifica munitus, aliquantulum destitit debacchare. Vix abscesserant vicini, qui accurrerant, cum 'infelix ingentibus excitus monstris'[9], surgit.

Discurrit totamque furit lymphata mente per[i] edem:
Denuo 'fama volat'[10], tremulis clamoribus[k] aucta.

qui abscesserant redeunt, insanum non iam verbis, sed nodis vinculorum cohibent, astringunt et astrictum usque ad ortum[l] diei servant. Et iam dies aderat et rebus retectis solis inbare[11] plures compassi miseria lymphatici furoris assunt, fratrem furentis allocuntur, inter se consultant, quid in tam dubiis rebus facto opus esset. Tandem subiit sententia, consilium placuit, et nichil immorandum censent, quin memoriam et tumulum beatissimi Clementis adeant, sibi cum supplicabili devotione et decenti munerum oblatione concilient. Nam Clemens gloriosus humanis necessitatibus compatitur. Clementis gloriosi virtutes ubique cum laude et gloria sunt vulgate; Clementi glorioso, sanitas ut succedat, obtemperant, et ut invalitudo recedat[m]: Clementem gloriosum demones maxime metuunt, morbosi, ut curentur, petunt[k]: Clemente[l] glorioso imperante omnia vivificantur nec pereunt. Ergo non longa consultatione habita, immo omni deliberatione remota, omni anxietatis scrupulo submoto, iter invadunt, civitati se conferunt, monasterium sancti inquirunt. Quo emenso viam succedunt, vesanum hominem sancti sacerdotis quamvis renitentem, quamvis reclamantem ceterosque, qui aderant, inquietantem ammovent[n]. At avide pro salute eius recuperanda solliciti, voce doloris multoque gemitu usi[12], vota vovent, et que quotannis solverent, repromittunt. Nec longa mora fuit, et somni gratissima quies serpit[13] laboranti, cum quo amentia amentem deserit, et meritis beati viri saluti condonatur. Quo facto non modica tripudiantes leticia, qui advenerant, ad semet cum gratiarum actione redierunt.

4. De contracto erecto.

Vita brevi tenemur, tempore veloci delituimus. Igitur ne determinatio molesta, mors videlicet, subsequatur nos, 'bonum Ps. 91, 2. est confiteri Domino et in meritis sanctorum psallere nomini' eius 'altissime'. Reni fluenta a septemtrione disterminant

a) chobors *c.* b) pas stis *c.* c) sonos *c.* d) grinn. *c.* e) balt. *c.* f) raucat *c.* g) mittit *c.* h) *deest in c., suppl. Waitz.* i) succed. *c.* k) metuunt *c., corr. H. S.* l) ammonent *c.*

1) Horat. sat. I, 5, 7. 2) Prud. Cathem. IV, 1, ibid. 400. 10) Cf. ibid. 376. 11) Ibid. 377. 3) Verg. Aen. II, 9. 4) Luc. Phars. II, 237. 5) Bälrens, Poetae Latini min. V, 368; cf. Poet. Carol. III, 128; A. Riese, Anthol. Lat. I, 2. 6) Cf. Verg. Aen. II, 268. 7) Ibid. VII, 375. 8) Ibid. 399. 9) Cf. 269. 12) Ibid. 892. 13) Cf. ibid. 895. 14) Cf. ibid. IX, 461. 15) Hezelinus in hac verborum compositione vocabulum Clemens in casus declinavit. 16) Cf. Luc. Phars. V, 494. 17) Cf. Verg. Aen. II, 268.

Gallica rura a Germanis colonis[1], cuius undis Colonia metropolis civitas abluitur. Archiepiscopus itaque[2] eiusdem domos bene actionales ad refectionem egrotorum et debilium multa et sapienti cura providebat et sollicite eorum necessitatibus incombebat. Inter frequentias autem eorum, quos ecclesiastice et cultu paterne sustentabat, quidam non solum rebus inops verum contractione membrorum artatus iacebat vocabulo Bochardus. Illa tempestate non vana fama accesserat et 'animos' plurimorum irrumpens, signa virtutum beati Clementis 'intulerat'

Et velox nantia rerum[3].
Solvebat[4] innumeras vera[5] in preconia[6] linguas.

Hec inter populos inter Renum[a] altamque Alpem incentes frequens erat et non solum Lotharium, sed et 'fines Arctos implebat'. Hac ille ecmonitus et corporea necessitate adductus[c], fultus quorumdam solatio, et quia spe recuperande salutis animus vehementer ardebat, viam vehiculo temptat et cum suis progreditur[d]. Cumque nec nox nec dies in vota et in preces vacaret, beati Clementis Deo miserante ei suffragia adhere. Nam defectu membrorum mira et insolita celeritate in melius recuperato super pedum bases attollitur et leticia exultans incessum suum stipat et ammiratur. Psalmista testatur dicens: 'Mirabilis Deus in sanctis suis'. Si ergo sancti invocantur et virtutes fiunt[e], eas Deus operatur. Ps. 67, 36. At revera virtutes fiunt, si sancti invocantur. Ergo 'Deus mirabilis in sanctis suis' predicandus est, qui secundum apostolum 'operatur omnia in omnibus'. 1 Cor. 12, 6.

Sed ad propositum revertamur. Is ipse, in quo egregie beati viri virtus emicuerat, nefarium ratus et indignum, nisi restauratori suo gratias agat et abeat, iter quod ceperat haut differendum putavit. Eo festinante quidam, suus patriota forte ad diversorium, [ad][f] quod idem diverterat, applicuit. Qui ex incredibili eius salute letabundus ut cognito sibi et convicaneo blande salutationis pignora impertivit, deinceps in oscula ruit. Et una duo participati convivio alter alterum de recuperata salute et quo tenderet, sciscitatur. At ille de bene gestis erga se rebus Dei predicare gratiam, benivolenciam et sedulitatem meritorum Clementis beatissimi laudabili conscientia animi intacibili ore repetere et docere adorsus est. Addidit etiam requirens de suorum causa fratrum et notorum, quomodo se agerent, quo pacto viverent, si prospera fortuna uterentur. Ad hec convicaneus: 'Noveris', inquit, 'eos gaudere, bene valere, bene rem gerere. Qua de re suadeo, ut propositum iter desertas, eos visites, quos suspitate tua indicibiliter scias exhilarandos'. Ille talibus verbis atque consiliis 'retritus', dum retro gradus verteret, animo inmutatus vota parvipendens' negligentie sue penas incurrit. Nam enervatis et contractis membrorum, que sancti viri auxilio evanuerant, denuo miserum invadunt. Ergo homotenus sternitur, gressu a natura destituitur. Hic igitur sinaul ac sanitas dilapsa est, consuetudo incedendi devolavit, ingemit et omnem vicinitatem miserandis questibus implet. Fluctuabat miser, quid ageret, quo se verteret, quibus rationibus impetus in se grassantis[g] fortune superaret. Quidam humanissime occurrunt, ipsum suscipiunt, rationabiliter castigant, docent errasse, detestantur votum, quod promiserat, non persolvisse. Ille miseri rerum suarum conversione instigatur, recteque consilio animatus per omnipotentiam Salvatoris obtestatur et commonet, ut se perrecta manu misericordie sustentent, rebus iuvent et [ad][h] civitatem, qua corpus sancti sacerdotis habebatur, qua in vicino erat, vehiculo ductitent. Illi compassi ruinis eius apparatissime petita executiuntur. Igitur bainlorum obsequiis deportatus in xenodochio Metensis suburbii deponitur. Fundus autem, supra quod ipsum xenodochium situm est, iuris constat esse monasterii Clementis beatissimi. Inde ad presentiam corporis sacri elevatus sanitati quam celerrime condonatur. Hanc ego ipse Hecelinus precator et omnium bonorum indignus vestigiis, cum himiodia eiusdem ammirabilis sancti anniversalitere recoleretur et interessem, incolumem et prandentem vidi et omnipotentem Deam, cuius magnificentia et virtus est in nubibus, laudavi pluque gratia gubernatus in meritis omnium sanctorum, quamdiu ero, laudabo.

a) *inter Reni* populos altamque A. inc. c. c) addictus c. d) progreg. *corr.* progred c. e) fiant c. f) *suppl. H. S.* g) crass c. h) *suppl. H. S.*

1) Cf. Luc. Phars. I. 216. 2) Annonem, ut videtur, Hermanni episcopi Mettensis praeceptorem, Hezelinus hic memorasse videtur. 3) Cf. Luc. Phars. I, 469sq. 4) *belli* Luc. 5) *innumeras solvit* Luc. 6) *falsa* Luc. 7) Cf. Luc. I, 482: *Hunc inter Rhenum populos Alpesque iacentes, Finibus Arctois . . revulsos Pone sequa.* 8) Auct. ad C. Herennium IV, 26, 36.

5. De duabus mulieribus curatis.

Quamdam secularis auctoris non improbanda sentencia est, que dicit: 'Virtutis comes invidia, que tamen sequeris, plerumque adeo insectaris'. Celsitudo itaque tot ac tantarum virtutum glebe sanctissimi corporis aliquando invidiam pertulit, invidentem incurrit, sed haut impune, ut modo liquebit. Due mulieres, nescio qua de causa, una convenerunt, unius quarum manus morbo acuto inpetebatur, adeo ut nulli officio idonea sive apta videretur. Igitur cum anxia sententia unius penderet, que adiumento molestia propulsaretur, beati Clementis memoria occurrit, cuius clementia necessitudini hominum frequens erat ad succurrendum. Tunc conversa ad eam, que sibi adherebat: 'Quoniam', inquit, 'dolore manus mee non modo nullis remediis blandiuntur, verum morbis irruentibus pregravantur, domini mei et honorandi

Clementis lipsanum expetere non desinam et ceream manum illi offerens, ut nec molestie miserentur, orans pernoctabo. Cui illa sive stultitia sive malicia sive utroque inducta ait: 'Huiusmodi ceree similitudines, quarum tibi unam fingendam esse asseris, plerique apud sanctam Mariam quam penes sanctum Clementem adesse probantur.' Hec sanctum Dei eodem invidiose astruebat, non ut genitrici sancte Dei obsequeretur. Est autem in prefata urbe infra ecclesiam protomartiris Stephani oratorium sancte Dei genitricis, memoria honorabile, cultu celebre, spectans,

'Qua medius dies flagrantibus estuat horis'[1].

In hac visitatione sua et gloriosa benedictione ipsa Dei genitrix piissima saluti hominum invocata adest manuque propitia medetur, quapropter a pluribus decenter frequentatur. Verum illud est sapientis, quod confitetur non esse maliciam super maliciam mulieris illudque Tullianum eloquium cum in viros tum maxime inter cetera in mulieres veraciter invectum: 'Viros', inquit, 'ad unumquodque maleficium singule cupiditates impellunt, mulieres ad omnia maleficia cupiditas una ducit'. 'O infelix mulier, o virosa lingua, omni ignominia te dignam putamus. Sed continemus nos, ne si te ingnaris dicamus, nos indignum quippiam dixisse videamur. Necdum prophane vocis verba murmuraverat et murmurando contumeliose egesserat, et ex improviso audientium manuum querelosam aridítatem sibi supervenisse lacrimabiliter ingemuit, quam nec ypocrificum[a] iter[b] resolveret[b] nec malactica mollificarent nec termantica calefaciendo relaxarent. Illius ad clamores quidam compatiendo adfuerant, causam doloris inquirunt. Illa eventum gravis infortunii profitetur, quem incurrerat, et ea, que invidiose in sanctum oblatraverat. Et cum dicto manus ostentans ambas: 'Ecce', inquit, 'signa mei reatus, en indicia mee temeritatis et procacis dicti'. Consilio ergo eorum factis duabus cereis manibus cum socia ad memoriam sancti festinavit. 'Dolor enim addidit alas'[2] — et confessa reatum coram multis, qui aderant[c], utraque Deum laudans cum letitia sua discessit. Igitur fama volans[d] civium corda alacritate et iubilo extulerat, et sexus uterque persultabat: 'Clemens sustulit morbos, Clemens allisos erexit, Clemens demones fugavit, Clemens civitatem servavit. Isond tibi, Christe, attribuendum est, tibi gratia est habenda, tibi cythara confitendum, tibi in decem cordarum psalterio psallendum!'

6. De bobus furto ablatis.

Sequitur[e] miraculum par superiori, quia in eodem muliebri sexu celebriter actitatum, verum dispar, quia nulla invectione iniuriosa in deferi huius patris nostri columna obtuscatum. Igitur quedam mulier substancia et rebus aliquantisper ditiata pollebat, quibus sibi unsque annumiculabatur et necessaria vite providebat[e]. Maligni ergo, quibus intentio pessima et usus fuerat aliena diripere et clepere et rapto latrocinanter vivere, prefate mulieri insidiantes, intempeste noctis silentio irruerunt, tantas domus intregerunt; boves abstulerunt, loco familiaris sibi ad nequiciam reconditorum. Ad hec mulier cum familiola sua evigilans re, que sibi non prospere cesserat, turbatur, mente anxiatur, et quia humanum auxilium in presenti aberat, celerru-cule divinum ut imploret, accenditur. Mox flebili voce, mox corde vigilanti Deum invocat, beato Clementi insistit, crebro invocat, infestando nomen eius ingeminat, et ut amissa sibi restituantur, cum effusione lacrimarum inclamat. Nec defuit divina propitiatio invocanti. Namque facto mane, cum anxia sollicitudine domus efferret, in ipso exitu suo[f] in presenti adesse miratur boves. Luctus in gaudia[g] commutantur. Ergo et gratias agat, humana sancti expetit et omnibus per meritā gloriosi Clementis in se factam misericordiam Salvatoris explanat, letanter docet et asserit. Qua auctoritate libri Geneseos[3] inter reptilia et cetera animalia boves iussu Dei sexto die ex terra productos esse accepimus, visum est nobis sexto in loco repetiti operis, secundi libri videlicet, mirabilium et restitutionem horum inseruisse, quod nulli frivolum, obsecro, videatur.

7. De campana per se pulsata.

Septenarium[h] heptas[h] sequitur. Quo numero unum mundana generata esse veridicorum argumentis physicorum amicabili et non serosa prosecutione approbatur. 'Constat' autem 'ex uno et sex vel ex duobus et quinque vel ex tribus et quatuor. Quibus compaginibus sapienter atque ratione arimetica[i] investigatis fatetur 'nullus alius numerus tam varia esse maiestate fecundus'. Hoc numero ordo septem vagantium sperarum providencia artificis et fabricatoris Dei ineffabiliter dispensatur. 'Unam' autem ipsarum 'septenam numerus septenarius movet[k] cursumque eius' ipse deducit. Nam 'viginti octo stellae zodiaci ambitum conficit' et septem fere horis et ab unitate usque ad septem viginti octo numerantur[l]. Hunc

a) ita c. b) resolvent c. c) aderat c. d) Ceq. c. e) providebat c. f) suas c. g) gaudio c. h) eptas c. i) ita c. k) monet c. l) ita c.

1) Luc. Phars. I, 16. 2) Anct. ad Herenn. IV, 16, 23. 3) Cf. Helmreich p. 41 sq.), Theodori Prisciani Euporist. II, 46. 52 sq. et passim (ed. Val. Rose p. 146. 153 et alibi). 4) De hoc loco cf. quae v. cl. Weyman l. c. p. 361 disputavit. De medicamentis ab Hezelino allatis cf. Isid. Hisp. Etym. I. IV, 9 (ed. Arevalo III, 184; Serilon. Largi Compos. 97 sq. (ed. C. Zeumius p. 29 sq. 5) Cf. Verg. Aen. VIII, 224. 6) Cf. ibid. VII, 392. 7) I, 24. 25. 8) Cf. Macrob. In somn. Scip. c. VI, ed. 9) Ibid. p. 38. 10) Ibid. p. 39.

gratia sancti Spiritus decorat, cuius septem dona esse nemo fidelium non agnoscit et in cuius honore mater ecclesia septies Deo in die laudes dicit[1]. Hoc ergo miraculum, quod dictori sunus in septimo loco, hunc locum habeat. Cf. Galat. 5, 22.

Mos erat universe civitati, quandocumque dominicus dies illucescebat, ad devotionem sancti inhiare et inhiando festinare et missarum solempnitatem et ea, que Dei sunt, libenter audire et post hec in sua cum gaudio remeare. Quadam igitur die, cum adessent et fratres adhuc quieti matutine indulgerent et populus suspensus prestolaretur, maius aliquantum divina virtute cepit impelli et sine humano auxilio pulsari. Tanto tinnitu fratres somno excussi accurrerunt, campanum miratur, deitatem venerantur et adorant et adimpletis missarum sollempniis populum dimittunt letantes annuntiantem et testificantem, que visu et auditu experti fuerant.

8. De homine infortunio[a] contracto.

Cum miraculis efficientia stupendorum deitatis operum beatissimum sacerdotem Clementem longe lateque gloriosa laude celebraret, non solum affines, immo remoti affluebant, ut, que fama compererant, visu et utilitate approbarent. Igitur multi diverse etatis affluxerant, non tantum chorum psallentium fratrum farcientes, verum totius oratorii ambitum seu multiplicitate densantes. Lapides itaque capacitatis magne duo vicinie maioris altaris assistebant, quorum unum improvisi[b] mentis homines ascenderunt, ne ab urgenti multitudine premerentur et oppressione artarentur. Ergo dum [illegible] gnoratur, dum incaute diversi a compluribus impellerentur, ruit atque ruina sui hominem prope assidentem magna attritione allisit, et ipse lapis in diversas partes communitus discessit. Igitur qui super astabant, non modice saltu animo tacto impulsi premantur fuerant alius, nisi revera angelica sedulitate tuerentur. Astantes attritum et semineem stridunt et vanno, quia[c] aliter eberri non poterat, imponunt. Dumque portas monasterii exeunt, eger resumpto spiritu clamoribus, quibus poterat, sanctum invocat et, quod sui advenerat causa, confitetur et ut in tam gravi infortunio sibi adesse dignetur, expetit et implorat. Nec mora ergo longa interfuit, et divina virtute attactus erigitur et teste omni populi frequentia hec gratia[d] retulit sanctoque Clementi devotus se obligavit.

9. De homine a diabolo vexato.

Quodam modo ville, quam Buxum[e] dicunt, patre et fratre potitus Dei iudicio, quod non latet, immisa vexatione non modice torquebatur. Igitur a patre et fratre vix captus et compedibus manicisque ligatus, ubi graviter artari cepit et deficere, simulatorie suus allegato, quod sanitatem indeptus[f] erat, ideoque vociferando, ut solveretur, flagitabat. Quod audientes, qui aderant, consilio non bene sano eo assenserunt et solutum velut liberum abire permittunt. Ergo aliquantisper se nequam spiritus continuit. Verum ubi aliquid vie peregerunt, qua ferebantur, miser captivus comites affligit et circumquaque clementia et furia invectus exsultabat. Quem pater cum fratre cursu insequentes aliquos viderunt sibi obviam venire, quos per Deum obtestati sunt, ut ad[g] artandum vesanum sibi auxilio essent. Ab illis autem retractus invehitur in patrem, cuius barbam cum magna parte cutis evulsit, genas et oculos ungulis desecavit. Itaque demum virtutis artissime ad presentiam gloriosissimi Clementis dedicitur. Cumque eius nimietas dementie omnibus onerosa haberetur, in scala quadam alligatur, ut vel sic immanitas eius infirmaretur. Tandem iniqua pestis exorcismo et letanias et meritis beati viri debilitatur et, ut solvatur is, qui ligatus fuerat, exclamat. Parentes igitur non ut primo credendum [illegible] estimaverunt, donec longarum interstitio morarum hora cursusque alia hora ad terciam decurreret. Ultimo vero ipsius clamoribus fatigati ad credendum persuasi liberum et de reliquo beati viri meritis munitum abire permittunt.

10. Item de quodam homine a demonio vexato.

Spherica[h] vel cubica species numeri appellatur, que, ut arithmetica ratione probatur, non solum a senario verum etiam a quinario proficiscitur. Sed de senario nunc, quia ratio exigit, in hoc presentiarum loco silendum merito putatur, et de quinario breviter aliquid prosequamur. Horus igitur quinarii multiplicationes[i] a se ipso progredientes in eadem se mutantur. 'Nam quinquies quinque, qui fit viginti' quinque a quinque progressus in eosdem[k] desinit quinque. Et si hos cursum quinquies ducas, in eosdem quinque eorum terminos venies. Quinquies enim viginti quinque sunt centum viginti quinque. Et si hos centum viginti quinque cursum quinquies ducas, in quinarium numerum extremitas terminabitur, atque hoc usque in infinitum, id est semper evenies[l]. Huius igitur quinarii duplicatio decadem absolvit, et idem ipse decas ubica arimeticorum duplicatione, videlicet decies dem, decies mille perficit, qui solidus et perfectus numerus diffinitur

a *add* c. b) improvise c. c) et qui c. d) vote *corr.* de vote c. e) indep. c. f) *supplevi H. S.* g) *superscr.* c. h) multiplitationes c. i) unguli c. k) eodem c. l) terminalatur c.

1 Solvet septem quotidie brevarii horas recitando. Boeth. De instit. arithmet. II, 30. Macrob. l. c. p. 32 secundum Ps. 118, 164. H. S. 2) Ilschy vicus in Mart. Cap. VII, 735/736. 4) Boeth. De inst. arithm. provincia Mettensi et in pago Verny situs. 3) Cf. II, 30; Cf. Mart. Cap. l. c. 5) Macrob. l. c. p. 44

Hic itaque denarius multis de rebus, verum et decalogi auctoritate quia perfectus habetur, decimi perpetratione miraculi et perpetrationis descriptione hoc opus, ne fastidio cuiquam adsit, claudatur.

Quidam vocabulo Hagano prophanis secularium armis inserviens et insane cum suis desceviendo commilitonibus barbarico ritu plurima nefaria prosequens nec aliquid boni ac iusti pensi habens depredationibus pauperum et incendiis ecclesiarum grassabatur[a]. Igitur ubi duas Dei casas male depopulando tetris flammarum globis exusserat[b], quia impune sibi hoc cedere viderat, terciani meritis et honore Laurentii martiris gloriosissimi dicatam aggressus primo spoliaverat et spoliando dehonestaverat, deinde horribili conflagratione subegerat et in pulverem redegerat. Sed non in longum hac feritate letatus, ferocissimo demoni domandus traditur, a quo 'lupino capta rictu' eius 'precordia devorantur' et ipsa mens strangulatur atque illius terribiliter sensibus permiscetur. Tunc tam immanissimo plenus hoste, furens miser lipsano gloriosi Clementis 'sistitur

Spumeasque efflans salivas, cruda torquens lumina,

suorum confessione criminum conscissus et dilaceratus. Igitur flebiles ciulatus audiebantur, nec tortor astabat; miserabile corpus per flagra scindebatur, nec flagellum cerni poterat[1]. Fama igitur indice ab omni civitate et compitis circumquaque positis[2] festinatur, visuri miserebundum et, ut compatiantur affectu ac, si possibile sit, precum suffragiis apud Deum adiuventur. Verum cum letaniis fratres instarent et instando crebra repetitione nomina sanctorum reiterarent, nequam spiritus non iam murmure vocis, sed frequentia clamoris quoque tirannorum nomina insanissime personabat. Verbi gratia, cum diceretur: 'Sancte Petre, sancte Paule, sancte Clemens, ora pro nobis!' patiens e diverso infremebat: 'Alberte de Briaco[3], Widrice de Waleicurte[4], ora pro nobis!' et plures alios sue impietatis comministros repetebat. At ubi multa defremuerat bacchando[d], malignus predo meritorum affluencia beati viri vexatus relictis se medullis exuit. Linquens itaque illesam rapinam, dico autem: plasma Dei, ab imo ungue ad capillum salva dimittens omnia, diffugit, confitens se ardere; nam incola gehenne[e] habebatur. Ereptus igitur et omni homo libertate donatus, omnibus annuntians bonum salvatoris indubibili merito beati viri sibi prestitum[f] ad propria remeavit.

Hec de multiplici segete virtutum sepefati domini nostri et preclari tutoris non solummodo suorum, quinimmo[f] omnium se invocantium pauca grana veridica veridicorum fratrum affirmatione comperta, ieiuno sermone conscripta et collecta memorie posterorum transmittere curavimus. Veniam a te, o lector, exposco primum, quod soloecismis et metacismis[h] et vilitate dictionum aures tuas vulnero et inconsulte tibi obstrepo, deinde quod inercia[i] et peccati tenebris obnubilatus oro polluto hec sacra et mirandas virtutes ausus fuerim enuntiare. Vellem ut sinister et ut sum futurus eminus dinoscerer inter greges hedorum, atque sacerdote glorioso orante iudex omnium sanctis angelis ediceret: 'Clemens, preciosus nostri contubernalis regni, orat et precatur. Transferte hunc hedum[k] mihi, sit agnus dexter, vellere candidato vestiatur', felici vita perhenniter exultans potiatur.' Quod prestet gratia eiusdem clementissimi redemptoris et iudicis, qui cum patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

a) crass. c. b) exuxerat c. c) honore c. d) bach. c. e) hoc c. f) quinimno c. g) soloecismis c. h) meot. c. i) inhercia c. k) eduo c.

1) Cf. Prud. Peristeph. V, 97 sq.: *Cerne quam palam frenes hic dementur daemones. Qui lupino capta rictu devorant praecordia, Strangulant mentes et ipsas saepe miscent sensibus. Tunc suo iam plenus hoste sistitur furens homo, Spumeas efflans salivas, cruda torquens lumina. Expandus quaestione non suorum criminum. Audias, nec tortor adstat, heiulatus flebiles. Scinditur per flagra corpus, nec flagellum cernitur.* 2) Cf. Verg. Georg. II, 383. 384: *pagos et compita circum ... ponere.* 3) Frater Richeri decani Mettensis, postea (1088—1107) episcopi Virdunensis et Rizelini Iohannisque de Theodonis-villa, fidelium Heinrici quarti et Heinrici quinti imperatorum asseclarum; cf. Gall. Christ. XIII, 1191. Hagano quoque imperatorum, Henricus vero pontificum Hermannique episcopi partibus favisse videntur. De Alberto de Briaco cf. 'Histoire de Metz' III, 'preuves' p. 101 ad annum 1095; Calmet, l. c. I, 'preuves' p. 518 ad annum 1105; Iohannes de Theodonis-villa, frater Alberti de Briaco, fundationi monasterii sancti Petri in monte anno 1096 (cf. Calmet, l. c. p. 506) et monasterii Bosonis-villae a. 1123 (cf. SS. XV, 979) interfuit. Fundatum est monasterium sancti Petri in monte Mathildae marchionissae Tusciae: *in ricino castro dicto Briaco commorantis assensione simul et Alberti eiusdem castri advocati voluntate ac suggestione*; cf. relationem apud Meurisse, l. c. p. 377. 4) Wigericus de Walecourt anno 1107 fundationi monasterii Springirsbach (cf. 'Mittelrhein. Urkundenbuch' I, 477) et anno 1123 cum Iohanne, fratre Alberti de Briaco, fundationi monasterii Bosonis-villae a. 1123 interfuit. De familia illorum de Walecourt (h. Vancourt, prov. Meurthe et Moselle) cf. ea, quae b. m. H. Beyer 'Mittelrhein. Urkundenbuch' II, LXXXV disputavit. 5) Cf. Prud. l. c. v. 108 sq.: *Praedo vexatus relictis se medullis exuit. Linquit illaesam rapinam, faucibus siccis fugit, Unque ab imo usque ad capillum salva reddit omnia, Confitens ardere sese; nam gehennae est incola.* 6) Cf. ibid. v. 115: *Hoc bonum Salvator ipse, quo fruamur, praestitit.* 7) Cf. Isid. Hisp. Etymol. I, 31. 32 (ed. Arevalo III, 51. 52) et ea quae de hoc loco disseruit v. cl. C. Weyman l. c. p. 363. 8) Cf. Prud. l. c. X, 1136 sq.: *Vellem sinister inter haedorum gregis, Ut sum futurus eminus dinoscerer. Atque hoc precante diceret rex optimus: 'Romanus orat, transfer hunc haedum mihi, Sit dexter agnus, induatur vellere'.*

SIGEBOTONIS VITA PAVLINAE.

EDIDIT **I. R. DIETERICH.**

Codex unicus qui exstat Vitae beatae Paulinae, fundatricis monasterii sanctae Mariae Paulinaecellensis — 'Paulinzelle' hodie nuncupatur — in provincia Thuringia siti, tam diu desideratus in tabulario Vimariensi a Paulo Mitzschke ante hos XXXVII annos repertus est. Cuius codicis magnae eaeque gravissimae partes cum in Vita beatae Paulinae vernacula lingua scripta[1] Chronicaque ecclesiastica Nicolai de Siegen[2] et illustrium virorum Pauli Iovii[3] Iohannisque Trithemii[4] scriptis summatim, tum in Vita Wernheri episcopi Merseburgensis[5] ad verbum prelo datae omnibusque iam pridem notae erant. Quas partes v. cl. Ernestus Anemüller[6] paulo antequam codex inventus est, egregia cum diligentia atque sagacitate indagatas collegit. Attamen qui universam materiam uberioribus annotationibus auctam primus in lucem protulit v. cl. Paulus Mitzschke[7], cum, id quod alio loco fusius explicari[8], multa reliquerit emendanda, Vitam, qua historia ultimorum stirpis Salicae imperatorum et provinciae Thuringorum nonnihil illustretur, denuo tractare nobis proposuimus.

Codex[9] *autem nuper repertus, chartaceus in quarto, hodie Vimariensis Q 49, olim Erfurtensis vocatus, id quod intellegitur ex huc secundi folii nota:* liber beatorum Petri et Pauli in Erffordia. E secundi alphabeti *foliis suis* 362 *nuperrime numeratis varios libellos res sacras et profanas tractantes saeculis XV° et XVI a diversis conscriptos, deinde in unum volumen congestos amplectitur. In quo, ut cetera quae sunt nullius momenti omittamus, Vitas beatae Paulinae (f. 90—117), sancti Wilhelmi abbatis Hirsaugiensis*[10] *(f. 208—220), sancti Ermenoldi abbatis Prufeningensis*[11] *(f. 220—230), Translationem sancti Viti*[12] *(f. 269—279) invenimus. Sed cum Vitae abbatum Hirsaugiensis et Prufeningensis easdem fere lectiones atque codices ad editiones nostras adhibiti praebeant, Translationis sancti Viti Vitaeque Paulinae, ut iam supra dicimus, codex noster unicus optimusque est.*

Ac theologicos quidem tractatus, qui primam ultimamque voluminis partes efficiant, saeculis XV. exeunte sive XVI. ineunte confectos esse mihi persuasum est. Media vero pars praeter Vitas, quas commemoravimus, dialogum revelationum beatae Teutae virginis (f. 163 sq.), libellum de astrologia (f. 238 sq.) comprehendens eadem manu medio fere saeculo XV. satis eleganter, sed non sine mendis descripta esse videtur. Quae quidem menda non tam neglegentiae quam insciae librarii tribuimus, quippe qui, ut exemplis utamur, litteras o et z archetypi litteris d et h *permutaverit atque* Dedalricus, Deda, Ehelo, Porhemi *pro* Odalricus, Oda, Ezelo, Porzemi *legerit. Quod quidem aeque ac litteres* ff *in initio verborum geminatas (*ffactus, ffuerat*) singulatim annotare praetermisimus, rationem scribendi eius saeculi, quo Sigebotonem vixisse constat, XII. scilicet, secuti* ae *pro* e *et* ti *pro* ci *restituimus vetustis integris iis vocibus, in quibus iam tunc* e *vel* ci *scribebatur. Ceterequin praeter codicem Vimariensem Vitam Wernheri episcopi Merseburgensis*[13]

1) Ed. L. Hesse, 'Geschichte des Klosters Paulinzelle' p. 14 sq. 2) Ed. F. X. Wegele, 'Thüringische Geschichtsquellen' II, 271 sq. 3) In Chronico Schwarzburgico apud Schöttgen et Kreyssig Diplom. et Script. I, 137. 4) Ann. Hirsaug. I, 342 sq. 5) SS. XII, 244 sq.; cf. E. Willrich, Das Chron. episc. Merseburg. (Göttingen 1899) p. 4 sq. 6) 'Neues Archiv' X, 9 sq. 7) Sigebotos Vita Paulinae ('Thüringisch-sächsische Geschichtsbibliothek' I, Gotha 1889). 8) 'Neues Archiv' XVIII, 447 sq. 9) Cf. descriptionem ampliorem, quam P. Mitzschke dedit l. c. p. 118 sq. 10) SS. XII, 209 sq. 11) Ibidem p. 480 sq. 12) SS. II, 556 sq. 13) SS. XII, 244 sq.

et Vita Paulinae ad verbum depromptam. Nicolaum de Siegen, Vitam vernacula lingua scriptam ad hanc editionem parare adhibuimus. Sed cum codicis huius varias lectiones ubique annotaverimus, vetera subsidia ita tantum locis allegavimus, quibus meliorem textum conservasse videbantur.

Atque de codice et de ratione edendi satis diximus. Videamus iam, quo tempore et a quo Vita illa beatae Paulinae litteris mandata sit. Nomen quidem Sigebotonis, cui liber ascribitur, in Vita Wernheri solum[1] et in annotatione quadam recentiore, quam e cl. L. Hesse in Petri Albani collectaneis Merseburg. invenit[2], servatur neque est, cur de testimoniorum illorum auctoritate dubitemus. Erat autem monachus procul dubio Paulinocellensis pro tempore et pro re admodum litteratus, quippe qui oratione etsi nonnunquam mendosa, verbis tamen laudatis interdumque in fine consonantibus, sententiarum floribus veterum poetarum velut Lucani, Vergilii versibus, bibliae sacrae proverbiis conspersa exornataque utatur[3].

At revera et a fundatrice et ab abbatibus primis Gerungo et Udalrico gestarum peritissimus erat, etsi cum ipsa Paulina nulla ei amicitia fuit. Quare P. Mitzschke virorum clarissimorum L. Hesse[4], E. Anemüller[5] opinionem, qua Sigebotonem monachum illum Suevum, quem una cum Eberwino beatam Paulinam in prima monasterii fundatione diligenter adiuvisse constaret, Vitam etiam fautricis suae composuisse vaticinati sunt, optimo iure refutavit[6]. Sed cum Sigebotonem anno circiter 1119 cum Udalrico monacho Hirsaugiensi, postea abbate cellae Paulinae, ex Suevia in Thuringiam venisse monachumque prius Hirsaugiensem fuisse nobis propanat[7], verisimile erat. Nam id solum constat, Sigebotonem post obitum Paulinae cellam intrasse vitaeque et virginis eius fratris sui, qui eam ea degissent, gravissimos auctores habuisse. Res vera gestas, quas in posteriore libri parte digerit, ipse procul dubio praesens vidit. Nonnullis etiam locis cartas ab imperatoribus pontificibusque monasterio datas adhibuit[8]. De Wernhero autem episcopo Merseburgensi presbyteros, qui ei in ministerio coelestium sacramentorum semper aderant, testes secutus est[9]. Denique quod in cellas Hirsaugiensibus scriptor bene versatus erat, non mirabitis, si magnam monachorum multitudinem Paulinocellensium Hirsaugia illuc venisse audieritis.

Quo autem tempore Sigboto scripserit, accuratius ex ipsa Vita colligi non potest. Nam prima editoris opinione, qua eum anno 1133 librum suum ante quasi tenuis compositisse asseverat, minime assentimur. Etenim argumenta, quibus coniecturam suam comprobavit, nulla usui esse potuit. Inno Sigebotonem, cum in capitulo 53. consecrationem ecclesiae Paulinocellensis c. annum 1130 proxime paulloque ante capitulo 51. Udalricum abbatem, quem c. annum 1160 obiisse scimus, quasi etiamtum vivendem commemorat, medio fere saeculo XII. scripsisse satis habeas[10].

I. R. Dieterich.

INCIPIT PREFATIO IN VITAM BEATAE PAULINAE NOBILIS FEMINAE PROPE ERFFORDIAM[a].

Humanae naturae Deus amator et conditor eiusdemque mirabili gratia reformator in hac seculorum homo propter hominem fieri voluit, quem in ortu seculorum sicut ratiocinabilem, sic aeternae sapientiae capacem creavit, ut ex hoc dignitatem humanae ostenderet conditionis, dum suae divinitati, quod pie creaverat, gratis uniret. Factus itaque Deus homo venit querere, quod amiserat, salvare, quod perierat, colligere vel sanare, quod hostis allriverat. Venit, ut predestinatos ad vitam vocaret, vocatos iustificaret, sola gratia iustificatos glorificaret in diversa unius spiritus gratia distinctos gradus et ordines per membra sua sic uniformans et moderans, ut alter suae altero nec proficeret nec subsisteret nec oblivisceretur inferioris membri sui in premuis, qui potestate vel honore cumulavit eodem membri superioris. Equidem alliarum locum in corpore caput quam pedes obtinet,

1. l. c. p. 245. — 2. A. Fr. Hesse, Anzeiger zur Gesch. deutscher Klöster und Burgen p. 28. — 3. Cf. Mitzschke l. c. p. 148. — 4. Anzeiger p. 28. — 5. l. c. p. 13. — 6. l. c. p. 150 sq. — 7. l. c. p. 153 sq. Iuvenis quarto Vitae capitulo *meo pie in eo sanguine* ipsam de vita sua egisse opinatus est, siquidem fratris ipsius de vita sua egisse opinatus est, siquidem fratris eo ipso loco de [illegible] sanguine asserimus l. c. p. 178 sq.

et singula membra unius licet naturae diversificantur suo ordine vel positione. Sic in ecclesia maior est dignitas sacerdotalis quam ordo coniugalis, sic virgo quam vidua. Quos tamen nexus indivisae fidei vel caritatis in unum colligit, eorum[a] meritum et premium labor et profectus in singulis gradibus discernit. Amat Christus doctores, amat coniugatos, amat continentes; in hiis fructum sapientiae, in illis de sobole matris ecclesiae fedus coniugale, in illis gratiam continentiae, virginale meritum, coniugale consortium, viduale votum et meritum sic remunerans, ut in omnibus non gradum vel sexum, sed vitae sanctitatem mercede compenset. Multa quidem laude vel premio digna castitas virginalis, digna quoque mercede continentia vidualis. Iudith et Anna laudis preconio in scriptura divina celebratae sunt, quarum altera libidinosum quidem hostem prostravit, altera ieiuniis et obsecrationibus vacans dignum[b] divinis obtutibus exhibuit famulatum. Christum etiam predicantem quedam maritatae vel viduae mira devotione prosecutae sunt et de substantia sua Domino ministrarunt. Post cuius ascensionem viduae quoque Pauli ceterorumque apostolorum vestigiis adheserunt, quae probati testimonii, quod non poterant nec debebant verbis, de facultatibus suis apostolis administrantes perfecerunt exemplum. De quibus Paulus ait ad Thimotheum: 'Viduas honora, quae vere viduae sunt. Quae enim vere vidua est, sperat in Dominum et instat obsecrationibus die ac nocte, in operibus bonis testimonium habens, filios suos fideliter educans, hospitio recipiens, sanctorum pedes lavans, tribulationem patientibus subministrans, omne bonum subsecuta'. Inter quas beatam Paulinam, vere magni Pauli fide et moribus filiam, in laudem Domini nostri [tam'] conscribere, quam honorare secundum apostoli preceptum dignum duximus, quae vidualis continentiae legem in exemplo precedentium matrum custodiens et Christi mandatis indefessa coherens nostris temporibus quasi rosa florens emicuit et odore[d] sanctae vitae domum ecclesiae undique respersit virtutumque suspensa processibus petendo meruit, quod petiit, accipere, querendo invenire, pulsando adepta est introitum celestis gloriae.

cf. Iudith 13, 9. cf. Luc. 2, 37. cf. Luc. 8, 1 sq.

1. Tim. 5, 3. 5. 10.

cf. Eccl. 50, 5.

cf. 1 Cor. 15, 14.

EXPLICIT PREFATIO IN VITAM BEATAE PAVLINAE NOBILIS MATRONAE.

Sequitur capitulum primum de linea nobilitatis eius[1].

Hec igitur ex illustrissimis orta natalibus gentis Thuringorum, quicquid ex parentibus vel retro maiorum generosa linea ad se deducta suscepit, nec moribus nec actibus perversis obscuravit, sed omni generi precedentis vel subsequentis prosapiae suae, sicut meritorum eius probavit effectus, quendam, ut ita dixerim, radium suae virtutis et probitatis adiecit. Pater eius Morcho nomine primum quidem in curia Ekkehardi marchionis[2], dein in primevo pubertatis flore in curia Heinrici[c] quarti imperatoris enutritus, multam fiduciam, multam familiaritatis gratiam, utpote liber et splendidae administrationis homo, apud imperatorem obtinuit et ab ipso plurima beneficia exequendo[3], quae insta sunt, accepit. Erat enim optimis moribus, iusticiae tenax, consilio providus, auxilio fidus, liberalis admodum et integerrimae famae, civilis in moribus, florentis adhuc familiae decus, regalis mensae dapifer et cunctis ministerialibus acceptissimus. Cuius frater Werenherus nomine Marsinopoli pontifex[4], suo tempore quasi sidus celeste totam illustravit ecclesiam, vir excellentis in Deum meriti et sui vigilantissimus executor officii, de cuius meritis suo loco aliqua inserenda[f] sunt. Itaque Morcho regis hortatu et regalis munificentiae promisso duxit uxorem Odam nomine, in qua dignitas nobilitatis cum morum disciplina, divitiarum gloria cum forma concordabant speciosa, cuius etiam genus et etas libertasque cum marito fere conveniebant. Ambo igitur matrimoniali fide, coniugali societate coniuncti, quae cesaris erant cesari, et quae Dei Deo reddebant, sic rotatum instabilem percurrentes temporalium, ut memoriae non excideret, quod haberent in exspectatione futurorum.

Matth. 22, 21.

a) *ita Mfitzschke*, quorum *c.* b) *ius scr. c.* c) *deest c.* d) honore *c.*: *in marg.* vel odore. e) H. *c.* f) inf. *c. corr. M.*

1) Cf. V Wernheri episc. Merseburg. SS. XII, 245. 2) E. II. marchionis Misnensis (1032—1046). 3) Cf. cartam donationis XXIV mansorum regiorum in vico Gevanstidi Thuringorum sitorum; Anemüller, Urkundenbuch des Klosters Paulinzelle (Ienae 1889) p. 1. 4) 1063—1098.

Capitulum IIm. De visione, qua matri meritum nasciturae filiae revelatum est.

Igitur beatae Paulinae meritum ab ipsa materna radice colligamus et, quomodo presagio quodam in matris utero consecrata et celestibus donis initiata fuerit, stilo prosequamur. Mater itaque eius, licet nexu coniugali vel domesticis constricta curis videretur, Christum tamen in membris suis suscipiendo, Christum in interiori homine abscondendo, officium
cf. Luc. 10, 38. Marthae indefessa gerebat nec propter maritalis thori custodiam vel causas temporalium negotiorum oblita est interioris sponsi sui vel gratiae bonorum eternorum. Quae dum nocte quadam se sopori dedisset et corpus quiete relevaret, vocem cuiusdam secum loquentis et, an dormiret, sciscitantis audire sibi visa est. Porro illa dum se indubitanter vigilare responderet, ille subiunxit: 'Filiam, inquam, in utero concepisti, cuius nomen Paula erit, quae fidei merito atque gloriae excellentia, quicquid de retro maioribus tuis fulsit in gloria generis, ipsa superabit, ipsa omnem illustris prosapiae generationem virtutum processibus exornabit et quasi flos quidam de stirpe nobilis parentelae prorumpens fructum salutis et gratiae ad proventum multorum germinabit'. Evigilans itaque devota Deo famula et, licet inpregnata, conceptus tamen sui prorsus nescia in laude Dei visioni congratulatur et quodam divini timoris et amoris stimulo ad cursum bonorum operum excitata rebus et anima sanctis meritis invigilabat activaeque vitae studia impigre exequens, quod divinitus acceperat in promissione, ut effectum mereretur, ardentissima depoposcit oratione. Custos ergo vitae suae, custos morum suorum cum marito suo quoddam sanctitatis testimonium nasciturae filiae prebuit et divinae culturae artius infixa, quae in somnis acceperit, ferventiore divinae religionis gradu monstravit.

Capitulum tertium. De nativitate beatae Paulinae.

Natam itaque filiam parentes eius fonte sacri baptismatis ecclesiae consignarunt. Paulinae vero nomen, non Paulae[a], suadente abbatissa, ipsius virginis amita, imposuerunt. Porro filiam suam disciplinis etati adhuc tenerae congruis educaverunt et, quantum in ipsis erat, dilectae soboli morum ornatum, pietatis studium, animo condecentem corporis gestum verbis et exemplis persuaserunt. Virgo autem puellares annos ingressa et iam intelligibilis etatis gradum attingens lineam suae nobilitatis virtutum excoluit studiis, nichil lasciviae admisit contemptibilis, nichil vitii primevo flore commiscuit puerilis. Huic decori decus hoc accessit, quod ipsa virgo elegantissimae formae pudibundique decoris extitit, ita modesti vultus et habitus, sic temperata moribus, ut nec singularitate presumptivae gloriae communentibus odibilis vel communitate fluxa et intemperata despicabilis haberetur, sed parentum innixa vestigiis et monitis gratiosam se commendabat et dilectam cognatis, notis et amicis. Habet enim hoc proprium generosa libertas singulis se personis et officiis, locis et temporibus, dignitatis suae gloria immobili manente, coaptare vel conformari. At contra degener animus usurpativo semper fastu procedens nec dignationi consentaneus detrimentum obscurae admodum ignobilitatis palliare nititur somnio[b] de se alienae estimationis: fructu enim adulterini germinis mentitur gloriam rusticanae radicis. Virgo igitur nobilitati suae morum respondens elegantia nativis et propriis se depinxit coloribus, flori florem adiciens, et, si voluntati parentum posset vel deberet contraire voto sanctae virginitatis, illicitum fecisset, quod copulae maritali ad tempus licere videbatur. Precurrente igitur divina providentia, quae fructum ventris eius ad ministerium suae gloriae preordinavit, pomposissima iuxta seculi huius dignitatem nuptiali gloria virgo viro[1] est tradita. Nec tamen meriti virginalis amisit libram, quae, quod pro Deo voluit, parentibus reclamantibus impedire non potuit.

Capitulum IVm. Quod aliquantulum abuti cepit divinis muneribus et per visum correpta est.

Sed quia, ut fieri solet, rerum abundantia semper adolescentiae nectit retia et abusionem divinorum munerum persuadere contendit, primo quidem donis divinitus acceptis

a) Paula *c, corr. M.* b) somno *c, corr. M.*

1 Cuius nomen ignoramus

abuti aliquantulum cepit. Erat enim vix sedecim annorum et ambitiosissimo vestium cultu modum excessit preceptisque apostolicis pomposis suis ornatibus obviatis, ubi dictum est: 'non in veste preciosa', pie a Domino corripi meruit. Cum enim nocte quadam in molliori 1. Tim. 2, 9.
stratu suo quiesceret et sopori membra dedisset, visa est camisia sua mira laxitudine follicata et seculari vanitate brisiata[1] ad siccandum[a] in sole expansa. Et ecce ante oculos suos quasi nigerrimae formae Aethyops apparuit, ad vestem expansam accessit, ubinam posset intrare nudus et deformis hospes exploravit et quasi legittimum locum introeundi ignorans circa manicas et capitium diutius oberravit. Tremefacta Paulina et ex ipso tremore expergefacta horrorem suum, quo concussa est, visionis huius accepit interpretem, et unde vel quis et quare missus sit, a summo patre omnium, qui ad vitam predestinatos corripit, correptos emendat et dirigit, stupefacta cognovit. Igitur sive propriae conditionis consideratione seu divinae increpationis correptione compuncta, solitae superfluitati modum posuit et temerarium fluxae libertatis excursum frenis coniugalis disciplinae cohibuit. Denique marito suo non post multos annos per incendium humanis rebus exempto, cum omnimodis thalamis coniugalibus votivae viduitatis amatrix abstinere amodo satageret, et hoc propositum eius viva[b] affinitumque suorum instantia modis omnibus improbaret, rursus vinculis maritalibus astringitur et viro clarissimo eademque[c] vitae honestate prestantissimo, Odalrico nomine, legittimo copulatur connubio. Quod si non faceret, verbis apostolicis contraire[t], quibus ait: 'Obedite parentibus'. Et alibi: 'Volo iuniores viduas nubere, filios procreare, matresfamilias esse, domum suam regere' etc. cf. Prov. 3, 1. Ephes. 6, 1. Col. 3, 20. 1. Tim. 5, 14.

Capitulum quintum. Quod nuptias nolens iteravit et eterna temporalibus preposuit.

Huius igitur thalamo, licet reluctanti animo, sociata mente sponsum non deseruit, cuius sponsalia ornamenta sacri fontis et fidei gratia prius in nova regeneratione suscepit[2], sic intendens domesticae familiae, sic curis serviens maritalibus, ut instantia pietatis et misericordiae debitum evangelicae indictionis, prout potuit, exsolveret et ordine coniugalis officii temporalia disponendo mansuris bonis mente cohereret.

Capitulum VI^m^. Qualiter pretiosissima sua quasi secundo vivens Deo obtulit.

Huius rei, licet maxima morum et actuum eius nobis occurrat experientia, de his tamen precipue haec documenta habemus, quae gessit eo decoris sui tempore, quando pompis secularibus tota videbatur incumbere. Cum enim tam parentum quam mariti vigilanti industria ornatissimo cultu floribundi corporis habitum procuraret et auro vel argento et gemmis preciosissimis monilia matronali decore collo dependentia specie tenus demonstraret, occasione accepta sive de mariti absentia seu de alia causa, vocato prudenti aurifice, illa in materialem dominicae crucis effigiem expendit, capsulas quoque et scrinia, in quibus sanctorum reliquiae servabantur, eodem ornatu suo vestivit et ornavit, ut patenter ostenderet, quanti[d] haec pomposi habitus insignia ponderaret, quae per hoc[e], quod ad ornatum sui susceperat, non propriae, sed Christi gloriae ministraret. Quid enim in ornatu muliebri monilibus gemmis et auro pulchra varietate distinctis pretiosius, quid venustius, ubi splendidae artis diligentia intuitum oculorum allicit, et artifex arrogantia pretiosi lapidis et metalli hominem, quod non est, de se ipso estimare compellit? Magnus igitur feminae animus nobilis magna contempsit, quia novit Deo magis placere bonum animum, quam oculis mariti prodesse pulerum habitum. In nocte temporalis gloriae suae luce fidei ardebat in creatore, in divitiis et in rerum opulentia paupercula, in veste splendida ceterisque muliebribus ornamentis multimodis sibi despecta, in corporalibus deliciis cibi indiga, magis interioribus disciplinis quam exterioribus curis innixa.

a) sutandum c. b) mea c. c) eodemque c. d) qi c. e) hec c., corr. M.

1) i. e. fracta: cf. Du Cange Glossarium s. v. brisare. 2) Scilicet desum Christum.

Capitulum septimum. Qualiter in ipsis deliciis suis Christo per abstinentiam servierit.

Videres matronam nobilem ad mensam cum marito recumbere et appositis epulis esculentioribus, obsequentium circumstante familia cibos quidem tractare manibus, cultro carnes frustratim minuere nec gustare, predulce poculum ad os porrigere nec libare, sed pane subcinericio sub manica occultato et modice sumpto intuentis mariti conscientiam sancta simulatione deludere finitaque discumbentium refectione publica aquae modicum degustare. Compara nunc solitariorum refectiones aridas sobriae mensae delicatioris feminae, quorum licentiosa securitas edere potuit, quod voluit, quantum voluit. Haec vero nec fame stimulata nec escis attractioribus illecta nec offensione consedentis mariti territa nec astantium multitudine verecundata parsimoniae studiis in abundantia Domino ministravit et ex eo, quod corpori subtraxit, secreto conscientiae[a] divinis obtutibus sacrificium in
cf. Ephes. 5, 2. odorem suavitatis obtulit. Quoddam enim martirii genus est sine sanguinis effusione abstinentia in abundantia, id est tunc gulae et crapulae fortiter obniti, cum ex rerum opulentia multis desideriis videris illici. Querebat ergo sobria matrona certaminis occasionem in securitate, ut postmodum potiri valeret in adversitate triumpho victoriae. Sciebat cum
cf. Phil. 4, 12. apostolo abundare et penuriam pati, in superfluis quidem mentem non pregravans, in necessariis autem indigentiam temperans, utrobique disciplinis moralibus virtutum actus discretiva diligentia sic moderans, ut domum suam quasi materfamilias virili probitate procurando gloriam suae nobilitatis non obscuraret et proventum fructus specialis in his curis non negligeret. Studiis sex operum misericordiae, id est infirmorum cura, incarceratorum visitatione, hospitalitatis gratia et ceteris activae vitae exercitiis, tam sollerti invigilabat cura, ut si in his habuit aliquos sibi pares, non multos coniugalis ordinis videretur[b] habere superiores.

Capitulum octavum. Quod Romam orationis gratia cum marito petiit.

Denique fide et devotione et pernoxime veniae consequendae respectu Romam una cum marito petiit, limina apostolorum supplex adiit, pastori apostolico caput et mentem inclinavit, [in][c] redemptionem animae suae vota Deo precesque obtulit, plurimas et sanctorum memorias devota Deo femina frequentando plurimaque donaria pro posse suo ecclesiis
Rom. 12, 12. conferendo cum omni comitatu suo spe gaudendo repedavit. Sed ne laborem peregrinationis huius citius terminasse[d] videretur, dimisso patre et matre eorumque comitatu, cum marito versus Hispaniam ad sanctum Iacobum iter cum paucis arripuit et gratiam, quam Romae, etiam hic apostolica interventione quesivit. Quod autem omnipotens Deus erga famulam[e] suam in ipso itinere monstrare dignatus est, silentio pretereundum non est.

Capitulum IX[m]. Qualiter flumen Gerundam transiens gratia Dei salvata sit cum aliis multis.

Contigit eam in ipso itinere venire ad fluvium quendam Gerundam Hispaniae[f] citerioris[1]. Quem cum navigio transmeare properaret, et navis onusta gravi multitudine promiscui sexus, remis impulsa in medium fluminis fere iam processisset, infirmioris tabulae suae navis fracturam ictibus tremefacta pertulit et intrante per scissurae huius hiatum abysso cunctis, qui aderant, materiam mortis et presentiam ostendit. Tremefacti omnes, qui in navi erant, cum nauclero navis armamenta desperatis rebus proiciunt, manus et mentes et voces ad sidera tollunt et, quod ultimum desperatae vitae est, se suaque omnium creatori communi confusoque clamore commiserunt. Ebulliens venis abyssus infausta cunctos[g] exitiali unda stridente sine morte morientes reddidit fluentes et tantum se discrimen evasuros rationis virtute credente prorsus desperantes. Paulina vero intrepida

a) conscientiae c. b) videbatur c., *corr. M.* c) *deest* c. d) terterminasse c. e) familiam c., *corr. M.* f) Hispane c., *corr. M.* g) cunus c.

1) Geruldam fluvium in Hispania citeriore nequaquam inquires. De Garumna (fl. 'Garonne') flumine Aquitaniae Gerundam (fl. 'Gerona') civitatem cum flumine eam praeterfluentem commutasse verisimile est.
b. m. P. Mitzschke cogitavit. Mihi quidem Sigebotonem

fide et constantia in Deum directa, licet parum de morte sollicita, quippe cui per acceptam indulgentiam iam celestis patuit introitus clave, quam Romae quesierat, veste, qua erat induta, in unum ex parte collecta et convoluta os ebullientis putei flexis genibus obturavit et super ingesta sedendo intrans pelagus virili repressit fiducia. Denique socios iam fedo pallore notabiles inertis diffidentiae coarguens sentinam exhaurire cohortatur et, ut arte virtuteque navem defluentem ad portum impellant, incitat et precatur. Exemplo itaque fortis feminae viri virtutis fractos mortis pavore animos recolligunt, vires exerunt, certatim flumen eiciunt vectoremque suum egrum et dissolutum procedere collecto robore cogunt et Salvatore omnium corremigante omnes ad portum incolumes perveniunt. Unanimi igitur gratulatione cuncti, qui aderant, Dominum benedixerunt, per quem talem comitem saluti omnium hoc terrore laborantium profuturam se perrepisse cognoverunt. Ipsa vero providentia superni protectoris exhilarata in amorem divinitatis altius exarsit et sanctae fidei fructu procedens pio merito meritum adiecit.

Capitulum X^m. Qualiter duas filias suas Deo obtulerit.

Sed quia Deo vacare non potuit, ut voluit, quippe quam regula legitimi thori domesticis negotiis deservire coëgit, in augmentum divinae servitutis duas spectatae indolis filias suas celestibus disciplinis imbuendas in loco, qui Gerinrode dicitur, ad titulum sancti Cyriaci Deo obtulit, sacro velamine celesti sponso intromissas consignavit et, ut digniis imbuerentur studiis, primum matri ipsius monasterii[1], dein omni congregationi commendavit. Porro de prediis suis ipsis filiabus suis infantium concessit, ut, si quid eis de prebenda publica et regulari supplendae privatae indigentiae ad votum non responderet, supplementum rei familiaris ex propriis matrimoniis haberent. Cum igitur ambae in diebus suis processissent et maturioris intelligentiae iam annos intrassent, altera earum Engilsint nomine capatioris ingenii literatoriis efloruit studiis, studiosa discendi discenda et celeris communicare, quae didicerat, scolari disciplina, prompta etiam surrepticias negligentias suas genuebundis expiare suspiriis et expetere tempus et locum fructuosae penitentiae perfectioris- que vitae. Quod et factum est. Nam cum spiritu Dei cor eius stimulante locum, in quo nunc pausat in Domino, frequentaret et ex memoria maternae pietatis et futurae retributionis maior in ea fides et devotio cresceret, patris etiam ipsius loci vel totius congregationis, precipue tamen sororis suae admirandae[a] in Deum gratiae, beatae memoriae Bertradis, dilectio et exhortatio cunctantem adhuc attraheret, artioris vitae semitam pre- Matth. currente in omnibus Christi gratia aggrediendam suscepit, remotoque inferioris professionis proposito, iuxta maternas reliquias locum, habitum, animumque mutavit. Altera vero, Gyzela videlicet, altiori proposito sororem[b] sequendam proponens, dum matris sanctae intentiones[c] de die in diem protrahit, insperata morte preventa, quod voluit, efficere non potuit. Expleto autem felici cursu in eodem monasterio dompnae Paulinae diem extremum vitae suae beato fine predicta soror eius Engilsint clausit et in Domino sancta pace quievit[2].

Capitulum XI^m. De filia eius vivente marito conversa.

Quid autem de III^a earum sorore Bertrad dicemus, quae, sicut precessit sorores ad regularem vitam tempore, sic rigore monasticae vitae, sic omnes communentes soroges pietatis actione, vere maternae disciplinae vel profectus in virtutum processibus heres et assecla, cuius manus in labore fuit ex equo semper extenta? Abdicata siquidem in Christi amore caducae felicitatis materia, marito scilicet, domo, cognatione et familia, Christo domino nostro indivisa se coniunxit mente et in templo serviens die ac nocte, quos fures Matth. non effodiunt nec tinea demolitur, thesauros in celos thesaurisavit[d]. Erat autem sapiens matrona et timorata, magnae gravitatis et circumspectae vigilantiae, mirae devotionis et

a) admirantis c., corr. M. b) sorore c., corr. M. c) intencionis c. d) thezauros i. e. thezaurisavit c.

1) Quis nomen ignoramus. 2) Coenobium monachorum a beata Paulina monachorum claustro coniunctum usque ad medium saeculum decimum quartum exstitisse constat. De coenobiis monacharum claustris monachorum coniunctis cf. A. Hofmeyer in Zeitschrift für thüring. Geschichte T. XXIII, 73 sq. De nonnullis Cellae Paulinae monialibus, inter quas etiam filias Paulinae nominare, v. cl. Mitzschke opinatur, cf. necrol. Michelsberg. apud Schannat, Vindemiae lit. II, 47 sq. et Schwedzer, Bericht des hist. Ver. zu Bamberg VII, 1844 p. 253 sq.

compunctionis, audiendi divini verbi avida, in colloquio humilis et suavissima, nunquam feriatum habens animum, in opere vel in oratione tota, in obedientia strennua, celestibus disciplinis attenuata, de minimis negligentiis anxia et de preteritis malis et futuris semper sollicita. In facie eius purae mentis insigne tralucebat, ut tam ex vultu, quam ex habitu possessorem eius Spiritum sanctum agnosceres; semper servire parata, impensae vero sibi servitutis etsi non ingrata, sepius tamen offensa. Et ut cursum eius paucis concludam, plus semper boni voluit, quam potuit, nec unquam pio cordi defuit sanctae affectus voluntatis, quamvis piam voluntatem non semper possibilitatis sequeretur effectus. Igitur in his floribundi meriti studiis beata femina usque ad extremum vitae perducta, a Domino omnium bonorum retributore sublata coronata est. Et de filiabus eius ista sufficiant.

Capitulum XII[m]. Quanta custodia meritum auxerit, non minuerit a Roma regressa.

Roma itaque, ut supra dictum est, beata Paulina regressa domumque reversa solito more familiaris rei negotiis instat, familiam curat. Verumtamen ne tanti itineris pelagus emensum frustra videretur, custos sui cauta procurat, bono, cuius causa exierat, meritum addidit, non minuit profectum profectu custodiens et, quod foris acceperat, domi sera divini timoris includens. Estuabat magis magisque in dies vinculis absolvi coniugalibus et eternorum desideriis attracta necessariis curis obluctari cogebatur. Nec tamen hoc eius desiderium mariti de hoc mundo transitum eam optare coëgit, sed, quomodo ad serviendum Deo se expediret, cogitare. Tandem propitiante omnium patre Deo, apud quem omne desiderium nostrum est, maritus eius fide integra katholicus christianae religionis ope subnixus rebus suis rato testamento dispositis et ordinatis viam universae ingreditur carnis, et ancilla Christi diu desiderata libertate donatur. Corpus itaque dilecti mariti cum multa promiscui sexus convenientium amicorum caterva Marsinopolim in urbem[a], quae Merßeburgk dicitur, honorifice delatum dignis et tantae matronae competentibus exequiarum officiis terrae commendavit et multis in elemosinas pauperum expensis illa obitum et sepulturam mariti dedicavit. Porro capellam monasterio ad plagam meridianam coherentem venustissimi decoris ibidem sumptibus propriis fabricari fecit et ornamentis vel utensilibus ecclesiasticis apprime decoratam in honore sancti Iohannis evangelistae consecrari petiit[1].
cf. Rom. 12,13. Sed et hospitalitatis gratiam iuxta preceptum apostolicum secuta, in susceptionem peregrinorum domum elemosinarum in eadem urbe sumptibus magnis et edificiis adauxit, ad cuius consummationem[b] annuos prediorum suorum redditus adeo expendit, ut se et filias suas ornamentis matronalibus spoliaret et ex omni familia sua undecunque, quod poterat salva fide et honestate, contraheret, ut opus, quod inceperat in Christi laude et pauperum utilitate, perficeret.

Capitulum XIII[m]. Qualiter defuncto marito sacro velamine velata est.

Quod enim per multos annos animo gerebat accepta libertate, ad effectum perducere gestiebat mutatoque habitu iam viduata marito sacro velamine eterno consignata sponso tota in amore inflammatur divino, quae tam avida libertatis et absolutionis a maritalibus nexibus per multos extiterat annos, ut de obitu mariti licet admodum dilecti nullam admitteret tristitiam, immo se in Christo viduatam gauderet, ut maius ei gaudium cresceret de accepto rursum novo sponso, quam merore tabesceret de amisso carnalis thori marito. Debitum gemebundi animi dolorem de discessu recompensavit mariti gaudium acceptae libertatis liberius summa requirendi, quia vinculi coniugalis solutio facta est ei in amore
1. Cor 7, 39. 40. Christi absoluta sancti profectus occasio. Unde apostolus: 'Mulier alligata est, quamdiu vir eius vivit; quodsi mortuus fuerit vir eius, liberata est, cui vult nubat in Domino; beatior autem est, si sic permanserit'. Viduata ergo Christi ancilla, quod sibi licuit, illicitum fecit, quia

a) Marsinopoli orbem *c., corr. M.* b) consumacionem *hic et passim c.*

1) Cf. Chron. episc. Merseb. SS. X, 186; Otte, Burkhardt, Küstermann, 'Bau- und Kunstdenkmäler des Kreises Merseburg' (Halle 1888) p. 122; Küstermann in 'Neue Mitteilungen des thüring.-sächs. Vereins' XVI, 423 sq. M.

dum licuit, quod potuit et libuit, etiam matrimonio astricta noluit. Deo itaque continentiam vovit et in voti sanctitate permansit et consenuit, irreprehensibili fide cursum consummavit, vidualem continentiam in voti libertate sic amplectens, sicut prius iuncta est connubialis pudicitiae iura non resolvens.

Capitulum XIV^m. Quod post mariti obitum secundo Romam adierit.

Omni igitur substantia sua sive in usus pauperum, sive in ornamenta ecclesiarum, seu in structuram hospitalium edificiorum expensa rursus orandi gratia apostolicae sedis kathedram supplex adiit, ab apostolico[1] de statu vitae suae preteritae, presentis et futurae consilium cepit, indulgentiam petiit et meruit, memorias martyrum solito more circueundo oblationibus vota sua munivit et omnibus modis legem vidualis propositi ardentissimis obsecrationibus dedicavit. Dum haec sollicita ageret et de reditu suo suorumque minime cura moveretur, conviatores eius ab urbe discedunt ipsamque in comitatu esse suspicantes post se relinquunt. Singulariter enim mirae devotionis affectu dicata Christo femina huc illucque vagabatur et quasi in conventu sanctorum posita spiritualibus vescebatur deliciis. Denique comitum suorum delusa festinantia, quippe quos magis retraxit decrementum viatici et marsupii, quam retineret mora et causa in sanctis locis augendi meriti pii, e vestigio subsequi precedentes existimans, urbe egressa deviavit et ignara recti itineris, quorsum tendere posset, in ambiguum duxit. Quem enim locus viae incognitus in invia transponit, eo tardius redit, ut vulgo dicitur, quo magis procedit, sicque mensura longi itineris fructum tollit gradienti totius laboris.

Capitulum XV^ma. Qualiter aquila prevolante in via errans rectum iter recognovit.

Cum ergo mente fluctuaret, nescia prorsus, quid ageret, ecce volatu celerrimo advolans aquila in viae medium, qua transitura Dei ancilla fuerat, quasi transituram impeditura se proiecit mirantemque matronam non levi stupore concussit. Rursum alis se erigit et quasi errantem ad socios dirigens volatum eo tendit, quo conviatores eius precessisse cognovit. Cum igitur Dei famula aquilae quasi auguriatrici minus intenderet et ceptum iter velociter ageret, rursus avis affuit, itineranti se obiecit et eodem motu, quo prius, devianti matronae vestigia comitum precedentium augurizavit. Animadvertens igitur sapienti coniectura Christi ancilla presago aquilae motu providentiam divinam fidei[b] suae comitatricem aquilam prevolantem per avia subsequitur campestria et dicto citius conviatoribus suis hac ductrice coniungitur. Quia enim Christi famula, licet maritata, pudicitiae tamen semper emula Iohannem admiranti reverentia prae ceteris diligebat apostolis, aquilam etiam, quae in eius laude propter altitudinem spiritualis intelligentiae volatus[c] depingitur, pre ceteris avibus amabat, gressus sui ductorem habere meruit, cuius verbis et meritis peccati errorem digna fidei cultura declinavit. Venit autem in eodem itinere cum apostolicis litteris ad cellam sancti Blasii in Nigra Silva, quae est in Suevia, sed abbatem quidem mortuum[2] reperit et voto suo, quod gerebat mente, satisfieri non posse Deo aliud disponente admodum indoluit et accepta pro caritate a fratribus mula sua in pace revisit.

Capitulum XVI^m. Quod matre defuncta pater Hirsaugiae monachus factus quievit in pace.

Postquam igitur emenso cum magno labore longi itineris spatio ad propria reversa est, matrem quidem suam defunctam et a marito suo in ecclesiola Dubercsan[d,3] tumulatam reperit, mentem vero patris in eo esse, ubi vel quomodo reliquum vitae spatium, quod etati grandevae supererat, divino servitio manciparet et excessum mundanae levitatis ob-

a) XVII^m, *correx.* XV^m *c.* b) *in marg.:* vel vie *c.* c) volatum *c.* d) dcs Bercsan *c.*, Duprethan *V. Paul. vernacula lingua scripta apud Hesse, 'Geach. des Kl. Paulinzelle', p. 14. Recte mihi Mitzschke (p. 172) coniecisse videtur, cum codicis nostri scriban,* dcs Bercsan *pro* Dubercsan *legisse censeret.*

1) Paschale II. (1099—1118). 2) Udonem, qui die XVIII, 470 sqq. 24. m. Sept. a. 1105. mortuus est. Cf. 'N. Arch.' 3) Döbritschen villa prope Ienam oppidum?

tegeret. Deinde pater eius Morcho facto inter filios et filias suas de rebus suis testamento in cenobio Hirsaugiensi iugum Domini gratanter suscepit et consummato sub regulari disciplina felici cursu patribus suis additus in pace quievit.

Capitulum XVII^m. Qualiter matris sepulcrum visitat et facto divinitus miraculo discedit.

et. Ps. 67, 6. Beata itaque femina patre et matre maritoque iam orbata ad patrem orphanorum et ducem viduarum integra mente convertitur et immortalis sponsi solatium, quae iusta sunt, exequendo prestolatur. Denique materni amoris pietate confecta cineris eius visitandi gratia die quadam ad locum, ubi sepulta fuerat, devenit, precum hostiâs pro matris redemptione tota lacrimis perfusa obtulit et, quod mater eius eternitatis obtinuerit lumen, facto divinitus miraculo recognovit. Nam postquam ab oratione cessavit, surgens candelam ad caput matris positam celitus accensam reperit. Quo viso miraculo divinae clementiae persensit evidentiam et ex hoc beatae matris requiem notavit permansuram. Liquet profecto, quod lux utriusque meriti, matris videlicet et viduae filiae, concordabat et quod invisibiliter gerebatur, oculis intuentium visibiliter ostendebatur.

Capitulum XVIII^m. Quomodo vel quando in locum, ubi nunc pausat in Domino, venerit.

Sed quia penitus exhausta suppellectili rei familiaris copia defecerat, quippe quae omnia vere, quae habebat, in necessitates indigentium, ut predictum est, expenderat, et quia prediorum suorum liberos suos materna pietate heredes effecerat nec de redditibus vel nulla vel modica remanserant, quae etiam causa supplendae necessitatis suae quaedam invadiaverat, tandem soli Deo perfectius placere desiderans solitudinis secreta petiit, remotioris vitae studiis tota intendit et in Thuringiae pago, qui Lengvicz[1] dicitur, mansiunculam optatae paupertati competentem sibi construi fecit seque totam divinae servituti amodo Deo militaturam commisit[a]. Capellam etiam in eodem loco sanctae Mariae Magdalenae memoriam pretendentem primo vilibus lignis, deinde lapidibus fabricari fecit eamque a venerabili Ezelone[b], episcopo Partinopolitano[c,2], consecratam in honore sanctae Mariae Magdalenae dedicavit[3].

Capitulum XIX^m. Qualiter diabolus bis evertit capellam etc.

Verum dignum memoria videtur inserere, quantis viribus veteranus hostis[4] virus nequiciae suae quasi in prima fronte versus ancillam Dei vel locum fuderit et ad impediendum, quod intenderet iam ex parte, conatum suum monstruosum ostenderit. Eandem capellam, de qua nobis sermo est, vix ancilla Christi perfecerat et dedicationi preparaverat, cum repente quasi turbo furens noctis medio totum edificium tectis et tabulatis compactum dissolvit, deiecit, dissipavit longiusque proiecit. Rursusque fragmina recollecta et fixiori compactione sibi constabilita eadem nocte, quae diem dedicationis precesserat, vehementior turbo confregit et cuncta muro coherentia et parietem ipsum dispersit. Paulina vero adversus hostem armata fide et constantia et in Deum animata devotione et fiducia, quasi casses araneae[5] hostilem despexit incursum nec tardavit ceptum non inpari, quo prius, studio exequi propositum. Versipellis enim artifex, quia spirituali quadam subtilitate latibulum suum divina cultura mutandum previderat, venabula suae malitiae exacuens totis viribus et dolis sequentis gratiae principium infestare curabat. Dedicata vero ecclesia, Christi ancilla in eodem loco mansit immobilis et pro mundi deliciis septa silvarum domum effecit orationis.

a) *addidit Nic. de Siegen (ed. Weyde) p. 272:* dicens: 'Hic requies mea in sancto Spiritu, hic habitabo et diem iudicii expectabo'. b) Ebelone *c.*, Heselon *V. Paul. vernacula lingua scripta.* c) Partinopoli *c.*

1) Pagus Thuringiae meridionalis inter Westergowe (1102—1107). et Husitin pagum et limitem, qui hodie 'Rennstieg' nuncupatur, situs. 2) Heinricus, archiep. Magdeburg. 3) Anno 1106. 4) Cf. Liv. 21, 16. 5) Cf. Verg. Georg. 4, 247. Mart. 3, 93. Arnob. 6, 16.

Capitulum XX^m. Quanta in eodem loco districtione vixerit.

In quo loco quanta districtione corpus mactaverit[a], quanta cilicii asperitate membra ieiuniis, vigiliis, obsecrationibus attenuata attriverit et domuerit, quomodo ferreis cathenis artus vix ossibus coherentes dampnaverit, quis stilus exponat, cum toto mentis annisu proventibus exterioris hominis bellum indixerit et rebelles corporis motus residuos plus suspectos ferro ferventis disciplinae trucidaverit? Vivens ergo pro Christo mortem carnis elegit, ne mors vitae succederet, cum vita morte impellente recederet. 'Quid', inquit, 'corporalium deliciarum fomenta contulerunt michi, quarum exitus vermis et cinis, casibus obnoxia infinitis et sanctae, qua Deus queritur, semper religioni contraria? Saluti internae subtractum est, quod carni lautius adiectum, et non magis obfuerunt corpori quaeque rerum superflua quam animae subtracta solius necessitatis debita. Amarescant animo dulcia, dulcescant amara; profectum spiritus carnis ostendat defectus et totum creatori serviat, quicquid in creatorum ambitione creatorem offenderat. Uno fine cuncta claduntur, quae diversis emergunt principiis, et quod versibilis rerum rota volvit et revolvit, debitus occidui cursus terminus omne resolvit.' Moritur igitur Christi ancilla mundo, ut viveret Christo, dicens cum apostolo: 'Vivo autem; iam non ego, vivit vero in me Christus', Gal. 2, 19. et toto animae suae desiderio dilectum suum quesivit in lectulo suo, quo nunc gaudet eternaliter invento.

Capitulum XXI^m. Qualiter opere manuum propriae necessitati satisfecerit et predium comparaverit.

Igitur perfecto animo pompis renuntians secularibus habitaculum suum inter bestias silvae intimae quietis gratia statuit et perfidi mundi retia virtutum pede transiliit. Proinde memor illius apostolici precepti: 'Qui non laborat nec manducet' et quod Salomon: 'Vade', inquit, 'o piger, ad formicam et disce sapientiam, quae congregat in estate, quibus fruatur hiberno tempore' et quod in vita patrum[1] legitur, 'Quod laborantem monachum demon unus, vacantem vero otio hostis in milibus inpugnat', in labore manuum noctem diei coniunxit, sine intermissione oravit et orando laboravit[2]. Et quia artificiosissimae peritiae in aurifrigiis vel stolis texendis seu in qualibet auri et argenti vel serici textura nullam superiorem, vix aliquam[b] equalem in provincia, qua degebat, habere potuit[3], opere manuum eo processit, ut in estimatione vel pretio ipsius operis suae sibique commanentium necessitati satisfaceret et predia quaedam ipsi loco, quo tunc temporis degebat, adiacentia, id est Nuisaza[4], Hengilbach[5] et quaedam in Lyeberga[6] et Nabewinden[7] compararet. Verum cum in hunc modum multa acquireret, multa vel plurima etiam amitteret, utpote XXX[a] marcarum sive in auro seu in argento vel aliis rebus pretium, quod de ecclesia noctu furtim sublatum vix unius horae spatio Christi ancillam aliquantisper sauciavit, quia hostilem manum subtraxisse cognovit, quo6d ad opus divini ministerii multo sudore preparavit, a dextris et a sinistris Christum semper intuens, sicut ex his, quae acceperat, non poterat erigi, sic nec de illis, quae amiserat, deici. Verum nichil fit in terra sine causa, et nulla ex parte compendet iniustitiae, quod iustus iudex permittit iusta, licet occulta, ratione. Credimus ergo hoc divino factum iudicio, ut postea meritum fidei eius in opere, quod intenderat, recompensaret, quod metallo vano sui iuris perficiendum estimaret. Nulla ergo beata Paulina diffidentia a Domino declinans, sed presagae mentis prescientia dignum[c] monasticae religionis in eodem loco famulatum futurum coniectans, ore manuque, quod intenderat, vigilanter omnium dispensatori Deo consummandum commendavit.

Thess. 5, 10. Prov. 6, 6.

cf. 2. Cor. 6, 7.

a) mactaverat c., *corr. M.* b) aliquem c. c) dignam c., *corr. M.*

1) IV. 89. ed. Migne, Patrol. lat. LXXIII, 889. Cf. Ioh. Cassiani, De institutione coenobiorum 10, 23. M. 2) Cf. proverbium 'ora et labora'. M. 3) V. Paul. vernac. ling. scr. (Hesse l. l.) per errorem hanc 'peritiam in aurifrigiis vel stolis texendis' Ezeloni archiep. Magdeb. ascripsit: *daselbst hat Paulina .. erbauen lassen eine Capelle, welche Heselon der Bischoff zu Magdeburg eingeweihet hat und solche gewidmet zu würken und Chorröcke darein zu machen, wie er denn darauf ein sonderlicher Meister war.* 4) Hodie Neusitz. 5) Hengelbach. 6) Liebringen. 7) Nahewinden.

Capitulum XXII^m. De profunda eius humilitate.

Ipsa enim iam altior in Christi amore retro [positis[a]] maiorum titulis et honore ad institutionem monasticae vitae inchoandam illi soli innitebatur, cuius possibilitati nulla rerum mutatio refragatur. Studebat autem omnibus modis eius placere oculis, cuius donum erat, quod gerebat ipsa intentione; maxime tamen testimonium Spiritus sancti pretendens humilitatem in cultu vel habitu despicabili nec inter cognatos vel amicos mediocritatem abiectae paupertatis erubuit, cuius animum spes eternitatis Christi vestigiis fortiter affixit. Nam cum eam interdum Saxoniam intrare vel aliorsum ire causa cuiuspiam gravis negotii coëgisset, licet omni festinantia reditum acceleraret, iumento, quod vilius inveniri [non[a]] poterat, vehebatur, quod etiam sella asinaria rusticanis intexta funiculis sternebatur, mundo
Gal. 6, 14. inmundo obtrita reluctans fronte et in Christi cruce cum Paulo glorians et de linea nobilis prosapiae ad se deducta in habitu cultiori sub sacro velamine nichil usurpans. Sacculos etiam vel sarcinulas sellae retro coherentes secum portare solebat, ut congerram manticariam seu tabernariam crederes, non matronam, uno tantum comite et eodem pedite, non equite, contentam.

Capitulum XXIII^m. De conversione filii eius.

Contigit autem eam iter istud pro instanti negotio de Thuringia in Saxoniam frequentius iterare et per locum, qui Gatersteden[1] dicitur, ubi tunc temporis filius eius[2] morabatur, transitum habere, nec tamen ad eum divertere, quia procaci animo maternis monitis aliquantulum videbatur obniti, presertim qui tirociniis militaribus et bellicis rebus ultra modum notabatur inniti. Erat enim vir militaris summae audaciae, corporis elegantia decorus, statura procerus, iocundus, alacer, liberalis nec avarus nec prodigus, fidus amicis, formidolosus hostibus suis, spiritualium amator nec sectator, bellicis rebus strennuus, nulli fere in eodem studio secundus, quippe qui inter alia preclarae virtutis, quantum ad seculum, insignia singulari certamine coram imperatore et optimatibus suis civitate Marsinopoli stricto ferro obiectus[b] pugnabat et in hoste suo, qui sui fratris[3] interemptor fuerat, victor extitit. Sed cur ista in laude viri prosequimur, nisi ut ex seculari prestantia metiatur eius humilitas in Christi gratia gloriam mundanam secutura et quomodo postea in moribus
Ioh. 3, 8. eius claruerit, non quod in mundo fuerit, sed evidentia, ad quod natus sit? 'Spiritus' enim, 'ubi vult, spirat et quando vult aspirat', qui sicut ponit tempus miserendi, quibus vult, sic etiam, quibus miseretur, tempus disponit et ordinat proficiendi. Cum enim predictus Werenherus temporalibus videretur incumbere, et beatae matri nulla spes esset de conversione filii, accidit, ut regalis curiae conventus Goslariae[4] fieret, et principes de statu regni collaturi convenirent, inter quos et aderat ipse Werenherus curialibus disciplinis et splendida quadam claritudine mentem adeo informans, ut inter aulicos et viros mundana gloria prefulgidos nichil rusticanae simplicitatis admitteret omnibusque gloriosus appareret. Nec enim magis[c] visus est ei vivere mundus quam ipse mundo, quod alter flore spopondit, alter pro fructu florentis vitae suscepit. Sed res tunc in contrarium versa est. Qui enim
cf. Matth. 9, 9. Matheo radios splendidi metalli despectu ebetavit, qui Sauli mentem falso zelo estuantem
cf. Acta 26, 13 sq. perdomuit, precurrente materna oratione mentem rinocerotis huius victrice[d] gratia adeo inclinavit, ut immutatione repente mirabili recusso[e] animo amor in odium, odium in amorem verteretur, et intelligenti animae spiritualis gratia infusa totum infunderet, quod floribundus honor mundani decoris eius obtutibus obtulisset. Aulica mundani decoris sabbata piis studiis, publica privatis loca serus[f] postponit et invento divinitus thesauro[g] seram parare versa vice disponit. Mirati omnes, quibus viri notitia probata mutationem
cf. Ps. 76, 11. istam in stuporem converterat, et quenam hec repentina mutatio dexterae excelsi in aulico viro, studiosi perquirebant. Ille mente mutata regalis curiae fastigia pomposa floccipendit,

a) *deest c., suppleri.* b) obiecta *c.* c) magna *c.* d) visitrice *c.* e) recurso *c.* f) sexus *c.* g) thezauro *c.*

1) Hodie Gatterstedt, vicus prope Quervordiam oppidum situs. 2) Werenherus. 3) Friderici? Cf. Calendar. Merseburg. apud Hesse, 'Ähnlese z. Gesch. teutscher Klöster und Burgen' (1836) p. 23: *XVII. Kal. Oct. Fridericus, filius beate Paulinae laicus obiit;* Necrol. Pegav. apud Mencken, SS. II, 143: *Fridericus laicus occisus, VI. marcas.* M. 4) anno 1105?

nulli conceptum mentis aperuit, sed secreto[a] conscientiae dissimulato ad propria cum omni festinatione repedavit. Multa in mente volutat, multa deliberatione, quomodo Christum heredem bonorum suorum faciat, recogitat. Pensat hinc beati meriti fructum, attendit[b] illinc florentis mundi statum incertum, et solus hic et singularis huius negotii in corde eius cardo versabatur, quomodo fugitivus et profuga Domino suo redderetur et in se carnalis adhuc vivens homo spirituali machina mactaretur. Nec fuit certe[c] consilium structuram fidei iam conceptae arenoso fundamini commendare, sed petrae immobili, quicquid ad vitae fabricam collegerat, affigere. cf. Matth. 7, 24 sq.

Capitulum XXIV[m]. Qualiter matri secretum suum aperuit et eam sequens arma deposuit.

Huius rei pia mater nescia et, quid in filio suo gratia operaretur divina, penitus ignara solito more Saxoniam actitandi negotii sui causa petiit et per locum, ubi filius eius mansitabat, transitum habuit. Vocata ergo per nuntium a filio semel et iterum venire dissimulavit. Tertio devota filii supplicatione devicta sequenti die filio ad colloquium occurrit. Consedentibus eis multa de diversis utriusque negotiis conferuntur, multa ab invicem disseruntur et mater nichilominus tecto bonae conscientiae filii archano de ipsius connubio maiorum lineae competenti et de eius herede causatur futuro. Quid multa? Servus Christi, quae animo gerebat, matri incunctanter aperuit, quod in re[d] erat, diffinivit, animum in Christo confirmavit et acerrimus suae carnalitatis hostis effectus castrum suum, ne mali cuiuspiam recidivi materia fieret, incendio consumpsit. Hinc matrem precedentem alacriter subsequens arma deposuit, testamento spei et fidei suae Christum bonorum suorum coram testibus heredem effecit[1] et voto perfectissimae conversionis se suaque omnia patri omnium Deo leta mente dicavit. Non tamen adhuc accepta tonsura regulae monasticae disciplinae subiugatur, sed gratia rerum suarum liberius ad utilitatem monasterii, ad quod intenderat, disponendarum mutato solum seculari habitu extrinsecus inter fratres barbatos aliquantulum immoratur[2].

Capitulum XXV[m]. Qui monachi locum ipsum primitus ceperunt incolari.

Erant tunc temporis in eodem loco monachi duo de Suevia, Eberno et Sigeboto, Christi ancillae devicti precibus, ut apud eam manerent et ceptis animo intenderent, quorum alteri, id est Ebernoni, summa negotiorum tunc instantium, alteri vero, grave pondus exteriorum curarum caute primum recusanti, cura cuiuslibet profectus sui et aliorum commissa est. Sed non multum res in manibus eius processit, quia ipse Eberno in rebus ecclesiasticis disponendis minus erat idoneus et onus impositum paribus non equans viribus discessit et administrationem istam alteri reliquit. Sic et alii plures diversi ordinis, cum eundem locum Christi ancilla primum incolari venisset, ad eam venerunt et sive horrore solitudinis offensi seu, quod credibilius est, instabilitate sua seducti ea levitate, qua venere, discesserunt. Sed quando venerunt quasi cum ipsa permansuri, Christi ancilla semper eis locum in suis dedit mansiunculis carisque cedens fratribus sibi[e] non domunculas, sed quasi pastorum casas in loco aliquantulum remotiore fieri iussit nec a valle dilecta recessit. Sed hiis peregrinis personis tamen instabili rotatu alternantibus, communicato cum filio suo et predicto monacho Sigebotone[f], viro ad omnem claustri dispositionem admodum industrio, qui et in eodem loco diem clausit extremum, salubri consilio loci sui provisorem[g] lucrandis animabus idoneum, iuris[h] gentium, semitae maiorum non ignarum, de probato antiqua maiorum institutione monasterio decernit requirendum. Sed interim, dum res in manum

a) secrete *c., corr. M.* b) accedit *c.* c) contra *c.* d) iue *c., corr. M.* e) sibique *c., corr. M.* f) Sigeboto *c., corr. M.* g) pervisorem *c., corr. M.* h) vir² *c.*

1) Cf. cartam Heinrici V. dat. Goslarie IV. non. Iul. 1108, apud Anemüller l. c. p. 6. 2) Cf. de fratribus barbatis v. Wilhelmi, SS. XXI, 219 sq. Sed fratribus barbatis coenobii Hirsaugiensis rerum suarum dispositio prorsus interdicta erat. M. De fratribus barbatis fusius egerunt vv. ccl. P. Weber in 'Zeitschr. f. thüring. Gesch.' XX, 628 sq. et A. Holtmeyer l. c. XXIII, 96 sq.

filii sui aliorumque, qui tunc aderant, aliquantulum procedere videretur, ipse tamen status loci magis esset in spe quam in re, beata femina sexus sui aliarumque sibi commanentium non ignara loco cessit, remotiorem angulum mansionemque elegit, ingens exemplum posteritati relinquens, ut timor maiorum cautela sit minorum, quia rite Deum querentibus non multum prodest, immo plurimum obest cohabitatio feminarum.

Capitulum XXVI[m]. De discessu eius a monachis.

Cum ergo multi causarentur de discessu eius a filio — nam, ut dictum est, iam conversus erat — et ab aliis, quos par professio coniunxerat, ipsa respondit: 'Si filius meus me solam matrem habet, omnes commanentes michi feminas matres non habet. Si matris vocabulum filio tollit suspicionem, eis, qui matres mecum non habent, coniunctus sexus etsi non iure, etiam falsa nocebit suspicione'. Rectissime omnino. Nam ubi promiscuum sexum, virorum scilicet et mulierum, sanctitati licet assignatum, diversus ordo distincte concludit, quamvis sanctitas utriusque miraculorum fulmine montes feriat, fide et precum maiestate montes moveat, tamen nisi timor et amor Dei intercesserint et pastorum diligentia divini verbi pariete sexum utrumque distinxerit[a], adversariorum calumpniae commanentia patebit. Recessit igitur, ut dictum est ab eis corpore, non corde, hoc corde revolvens, hoc lingua proponens, in hoc studia et consilia diutina terens, qualiter locus digno pastore erigeretur, inceptum perficeretur, ipse locus apostolicae kathedrae privilegii sanctione subderetur ac per hoc libertati donaretur.

cf. 1. Cor. 13, 2.

Capitulum XXVII. Quod Romam tertio adiit et locum sancto Petro consignavit.

Invocato igitur altissimo, qui voluntatem timentium se facit et deprecationem eorum exaudit, pro causis monasterii construendi iam III° Romam petiit, stolam apostolicae paraturae competentem ad altare sancti Petri apostoli obtulit, Pascali summo pontifícum, quid de monasterio sumptibus suis edificando disponeret, aperuit et accepto apostolicae auctoritatis in munimentum rerum suarum et legitimae traditionis privilegio possessiones suas et, quicquid fratres[b] sui Ödalricus et Poppo sororque eius Bertrad et filius eius Werenherus de suis rebus, quas hereditario iure possederant, contulerunt Deo et sanctae Mariae, in usus Deo in prefato loco servientium profuturas obtulit. Ad munimentum vero loci ipsius cenobii, quod statu publicae libertatis beato Petro et sanctae Romanae ecclesiae commendavit et obtulit, constituit autem ipse papa Pascalis, ut singulis annis aureus nummus ad altare sancti Petri ab abbate predictae cellae persolveretur, eo videlicet pacto, ut libertatis et traditionis istius statuta inconvulsa et ab omni dominatione terrenae potestatis libera amodo munirentur et cenobium sub Romanae ecclesiae defensione securum semper stabiliretur[1]. De his igitur, quae cum magna devotione Christi ancilla obtulerat, accepta testamentoria conscriptione a domino apostolico benedictionem petiit, rediit et, ne merito ipsius ampliando locus ullus vacaret, cum tanto thesauro, quem de Romana kathedra acceperat, divinitus meruit flagellari.

Capitulum XXVIII. De flagello divinitus accepto.

Nam dum iter istud ageret, contigit eam ruinam gravissimam de caballo, quo° sederat, incurrere, ita ut os brachii unius in duas dissiliret partes adeo, ut divaricatum tam gravi lapsu nulla medicinae valentia amodo coalescere posset. Nullus tamen[d] in sancta femina dolori dolor accessit, quae virtutis perfectionem in infirmitate constare rebus et verbis a Paulo didicit et a Iohanne: 'Quem Deus diligit, castigat et arguit', et quod Iacob accepta ab angelo benedictione claudicando sua revisit. Porro traditio ista vel de loco libertatis confirmatio Romae facta est anno dominicae incarnationis M°C°VI° regnante Heinrico[e] quinto imperatore augusto de cella fidelis domnae Paulinae in Thuringia, in episcopatu

2 Cor. 12, 7 sq. Apoc. 3, 19. cf. Gen. 32, 31.

a) distinxerint *c., corr. M.* b) fratris *c., corr. M.* c) quam *c.* d) tũ *c.* e) H. *c.*

1) Magnam huius capituli partem Sigeboto ex privilegio Paschalis II., quod non iam extat, sumpsisse videtur. M. Cf. privilegium Heinrici V. dat. VII. Kal. Sept. 1114 apud Anemüller l. c. p. 7 sq.

Maguntinensi, presidente eidem kathedrae Adelberto[a.1], in pago Lancwiczi[b.2], in comitatu tunc temporis Ziczonis[3], ubi duo confluunt rivuli Berbach[4] et Rotenbech[c.5], in liberam omnibus, qui loco eidem presunt vita et moribus, dispositionem, remota omnium sive advocati seu subadvocati proterva dominatione vel aliqua usurpativa potestate.

Capitulum XXIX[m]. Ubi pro pastore novo beata sollicitat Paulina.

Iam vero beata Paulina in magna spe rei consummandae, quam inceperat, erecta, ubinam vel quem pastorem loco dignum eligat, multa deliberatione recogitat et retractat. Et multorum quidem cenobiorum vel ordinum notitiam habuerat et fama et experientia, maxime tamen in Suevia. Sed de quo primum cenobio ardentissimae intentionis voto satisfaceret, incerta herebat. Non erat tunc temporis in toto Romano orbe fundus tam vasta solitudine horribilis, ubi tantus virorum et mulierum Deo servientium proventus surgeret spiritualis[d], sicut in Suevia, ubi in silvarum nigredine[e] et locorum horrore tot orti florerent deliciarum, tot in monastica institutione provenirent roseta virtutum. Videres in hac solitudine terribili similitudinem quandam tabernaculorum antiqui Dei populi, ubi per turmas suas duces monachorum et principes distinctis ordinibus procedebant et quiescebant, ubi latibulum bestiarum mutatum[e] est in frequentiam populorum et in choros sanctorum, ubi valles nemorosae prata virentia, fontes aquae vivae exuberantissima scaturigine profluentes, ubi prerupta montium, profunda silvarum, concava vallium tumultus arcent et avertunt secularium negotiorum, ubi verus Israël, submerso Pharaone et curribus suis de sua gloriatur liberatione et terram hereditatis promissae inflexibili tramite monasticis institutis quasi legalibus aggreditur disciplinis. Sicut enim in nigro vel deformi capite et obscuro corpore oculi grandes et splendidi nativae feditatis totius corporis nubila tollunt et prima membra in capite corporis extrema defendunt, sic in umbrosa sede silvarum radians ubique cenobialis disciplina luminaribus suae institutionis totam Sueviam, immo Suevia totum mundum irradiavit, novas semper precedentium patrum[f] adiciens disciplinis disciplinas et antiquas inolitasque Suevorum lucis gratia removens umbras. Inter quae luminaria Hirsaugiense cenobium quasi lucifer et stella matutina venturae diei prenuntia temporibus illis claruit et cunctis veritatem querentibus futurae vitae et gloriae vestigia quaedam in se et imaginem expressit[7]. Fundata enim supra petram mundi fluctibus, portis inferi, regis tyrannidi suisque complicibus eo usque sanctae virtutis constantia prevaluit, ut eo tempore, quo eum apostolica sententia ab ecclesiae corpore prescidit et rebellem apostolicae kathedrae cum suis fautoribus ferro ecclesiasticae censurae predampnavit[g], cuiuscumque ordinis personis sive episcopis sive abbatibus, doctis et indoctis venenum regii erroris[g] respuentibus asylum quoddam inexpugnabile pateret et mundanae potestati vel dignitati multae malitiae sagittas intentanti nulla cederet ratione. Quod ergo communis omnium hostis contra eam dolo et arte non poterat, donis et pugna temptabat et prius inpugnantis[h] defecerunt vires quam confidentia rebellantis. Fremebat igitur diversis machinationibus rex in eam, quam suo proposito ecclesiastica communione vidit contrariam, nunc se locum cunctis incendio consumptis desolaturum minitans, nunc missis directisque adversus locum aulicis canibus minas rebus probans. Sed ipsa quasi petra inter furentes

cf. Exod. 15, 14.

cf. Exod. 14, 15.

cf. Matth. 7, 25.

cf. Matth. 16, 18.

a) *Idem nomen Nicolai de Siegen MS praebet, sed correxit manus posterior rectissime:* Ruthardo. b) *Vita Paul. vernac. ling. scripta:* im Dorf Langwici an dem Orte, so Rottenbach heißt, im Walde, so die Liba genennet wird. *Cf. cartam Heinrici V. dat. VII. kal. Sept.* 1114 (*Anemüller, l. l., p. 8*): in provincia sc., quę dicitur Duringia, in episcopatu Mogontiensi, in pago Lancwisi, in comitatu Sizonis, in silva, quę dicitur Lovba, confluentibus duobus rivulis Berbach et Rodenbuch .. c) Botenwech *c., corr. M.* d) spāl.' *c., corr. M.* e) mutata *c., corr. M.* f) prīm *c.* g) regis erroribus *c., corr. cod. man.* erroris. h) ipūgnātis *c., corr. M.*

1) Immo Ruthardo (1088—1109). Albertus archiep. ei successit anno 1110. rexitque usque ad annum 1137. 2) V. supra p. 918, 1. 3) Sizzo II (?), comes de Schwarzburg (c. 1050—c. 1115). Cf. 'Neues Arch.' XVIII, 480. 4) Hodie Baerenbach. 5) Rottenbach. 6) Hoc verbo Sigeboto 'Silvam Nigram' significasse videtur. M. 7) Tempore Heinrici IV. Wilhelmus, abbas Hirsaugiae Cluniacensium regulam secutus novum monasticae vitae ordinem instauravit. Quo in munere Gerungus monachus, qui postea Paulinocellensis abbas primus factus est, summopere eum adiuvit et, ut eum de Cluniacensium consuetudinibus certiorem faceret, teste capitulo XXXVII[c], bis Cluniacum profectus est. Cf. V. Wilhelmi abbat. Hirs. SS. XII, 209 sq. 8) Heinricum videlicet regem, qui anno 1076. a Gregorio VII. papa excommunicatus est.

immobilis procellas fluctus illisos respuit et in communione sanctae ecclesiae inconcussa permansit. Quid dicam, quod adversus eam armatam direxit multitudinem, in qua, quasi signifer et dux aliorum, Argentinensis ecclesiae presul Werenherus ceteros Hirsaugienses debellaturos antecedebat, qui ad opidum, quod Porzemi[a,1] dicitur, veniens pro infulis pontificalibus loricam primus induit et, mutato prepostero ordine, mente et habitu, id est ex clerico factus tyrannus, in ipsa lorica dicto citius exspiravit. Sicque totius impietatis 1077. Nov. 10. conatus confusus conquievit et recessit. Erat enim ipsa Hirsaugia totius cenobialis disciplinae speculum quoddam et materia et rubiginis peccatorum fornax, examinatrix ignita, totius Germaniae cenobiis non inferior rigore, multis monasticae vitae altior, fama celebrior et quasi fons quidam probatae institutionis spiritualis vitae, unde rivi quidam celestium disciplinarum profluerent et mentes Christi gloriam sitientes irrigarent.

Capitulum XXX^m. Quomodo pro abbate beata Paulina cum filio Hirsaugiam tendens in via defecit.

Igitur ancilla Domini communicato, ut iam dictum est, una cum filio et maturioris intelligentiae viris consilio unanimi deliberatione pastorem Hirsaugiae querendum consuluerunt, et ipsa maxime profectionem istam urgente cum ceteris iter versus Hirsaugiam arripuit, votis omnibus Domino negotium committit et perfecto[b] aliquanto itineris spatio infirmitatis incurrit molestiam, qua et mortua est. Comites vero eius ex difficultate itineris, quod iam mensi fuerant, ad reditum tardiores et impediti, sed mente et corpore ad cepta perficienda magis expediti ad cellam Swarcza[3], per quam transitum cum ipsa Christi ancilla habituri erant, divertunt et piae comitis necessitates pastori[4] ipsius loci artius commendantes cepta peregerunt. Susceptae itaque matri Paulinae abbas cum fratribus suis in omnibus obsequens tum pro sanctitate et dignitate famosae matronae, tum pro hospitalitatis gratia et commendato pignore, cubiculum claustro contiguum, prout honori vel[c] eius infirmitati noverat expedire, providit eiusque necessitatibus officiosissima caritate satisfacere cepit. Rennuit autem plena sanctae religionis et devotionis frequentiam istorum obsequiorum beata Paulina et suae mansioni tam dignum habitaculum ut[d] vere Christi paupercula in elemosinaria communentia[5] elegit pauperum inferiorum. Non enim oblita prorsus [voti][e] sui in sancta professione nec voluntarii contemptus in abiectis divitiis et generis nobilitate humilitatis signa pretendebat ubique mentis et corporis habitudine. Igitur filius eius Werenherus et alii, qui cum eo venerant, ut dictum est, via votisque expediti ceptum iter perficiunt, Hirsaugiam venerunt, prece instantissima legationis causam coram aperiunt effectumque sacri voti, licet cum aliqua difficultate, potiti cum novo pastore et aliis sex monachis secum destinatis ad ancillam Christi letabundi venerunt. Illa resumpto spiritu — nam quasi iam migratura defecerat — viribusque, qua poterat, virtute collectis tota divinae providentiae laudes immolatura venientibus assurgit, missum pastorem mira alacritate et gratiarum actione suscepit, quod votum[f] et desiderium suum meruerit effectum, ad Christum letabunda suspirans gratias in alta retulit et, ut corpus suum secum deferant, iam obitura precepit.

Capitulum XXXI^m. De felici obitu beatae Paulinae viduae.

Ingravescente autem morbo Christi ancilla unctione olei ab abbate suo, qui nuper venerat, Christo consignata, celestibus etiam sacramentis premunita plena fide et spe ad excelsa suspensa Domino, cui corde et animo, mente et spiritu magna devotione servivit, erectisque oculis et manibus in celum spiritum reddidit et felicibus floribunda meritis, eterni regis ingressura thalamum cunctis, qui aderant, flentibus diem leta clausit extremum. Sed pridie, quam ab hac vita decederet, abbati, apud quem egrotabat, adventum novi pastoris et aliorum, qui secum venerant, predixerat, et cathena, qua cingebatur, bis

a) Porhemi *c.* b) profugato *c.* c) *seq. rasura minio oblita.* d) et *c.* e) *deest c.* f) votum est et d. *c.*

1) Hodie Pforzheim. 2) De Wernheri episcopi morte Münsterschwarzach in dioec. Herbipolensi, anno 1096—1113. 4) Altcf. Wentzcke, 'Regesten der Bischöfe von Straßburg' I, 287 sq. nr. 331 et fontes ibi allatos. 3) Hodie 5) i. e. domus vel mansio eleemosynaria; cf. Du Cange, Gloss. s. v. communentia.

divino nutu ipsa nesciente resoluta et ab aliis inventa est. Obiit autem beata Paulina anno dominicae incarnationis M°.CVII°. II. idus Martii[1]. Celebratis igitur communiter a conventu monachorum, ubi egrotabat, missarum solempniis spiritum eius, ad quem revertebatur, summo iudici vivorum et mortuorum commendaverunt et felicem eius obitum ymnis hinc inde resultantibus dedicaverunt. Porro ipse Gerungus abbas una cum filio eius Wernhero et ceteris, qui venerant, fratribus sanctum corpus eius vasculo inclusum ad cellam ab ipsa prius fundatam reportaverunt et exequiis ordine et honore digno concelebratis ante altare sanctae crucis terrae commendaverunt vigilantibusque super eos vitalibus eius meritis operi, cuius perfectio magis erat, ut dictum est, in spe quam in re, indefesso labore vel amore certatim institerunt. 1107. Mart. 14. cf. Rom. 14, 9.

Capitulum XXXII^m. De patruo ipsius.

Sed omissa[2] repetamus et de patruo eius, piae memoriae Werenhero sanctae Merßburgensis ecclesiae episcopo, rerum gesta ponamus. Erat[a] enim idem Christi sacerdos vir magnae sanctitatis et prudentiae, 'civitas in monte posita, quae non potest abscondi, et lucerna in candelabro', unde domum ecclesiae oportuit illustrari, vere apostolorum assecla kathedram episcopalem possidens, moribus et vita vere summi sacerdotis vicem gerens in terris, Christum sanctae mercedis suae testamentum ratum prefigens in cellis, Christo nichil preponens, quia non quae sua, sed quae Christi per omnia querens. Quem tantus divini verbi seminandi fervor accenderat, ut studio predicationis episcopalia plerumque negotia postponeret et lucrandis animabus omni virtute tamquam providus pastor intenderet. Verum quia Sclavonicae linguae admodum ignarus erat, et eum cura pastoralis Sclavorum genti, quorum multitudinem copiosam error adhuc idolatriae detinebat, verbum salutis credere[4] cogebat, Latine[a] libros Sclavonicae linguae sibi[a] fieri[a] iussit[a], ut[a] Latinae[a] linguae[a] caractere[b] ideomata[c] linguae[d] Sclavorum exprimeret et, quod non intelligebat[5], verbis stridentibus intelligendum aliis infunderet. Erat autem potens in sermone, quia doctrina eius concordabat in opere. Id est: fecit, quod docuit, et studens omni munditiae aliorum conscientias inmundas exemplo vel dogmate lavit. Ovium sibi commissarum non ut avarus pastor aut mercenarius lac vel lanam unquam expetiit, sed magis sua tribuendo curam dominico gregi, quam debebat, hilaris impendit. Matth. 5, 14. 15. cf. Ezech. 34, 2. 3.

Capitulum XXXIII^m. De persecutione suis temporibus illata[e] ecclesiae.

Eo igitur tempore, quo Heinricum quartum imperatorem, ut predictum est, apostolicae sententiae censura ecclesiastico iudicio dampnaverat, validissima per totum orbem, maxime tamen in finibus Galliae vel Germaniae heresium vel scismatum ecclesiae naviculam perturbabat [procella[f]], aliis quidem ab unitate divisis et quasi regis iniuriae condolentibus nec iustitiae locum fore apud apostolicam kathedram clamantibus et preiudicium causae regis quasi innocentiam eius defendendo omnibus modis detestantibus, aliis vero altioris consilii et cautelae communionem universae ecclesiae fixa, non ficta pace retinentibus et ecclesiastica iudicia dominum apostolicum aequi ponderis statera librare iuxta scita canonum approbantibus. Itaque partium dissidentia Christi scinduntur vestimenta, pacis rumpitur gratia, membrorum uniformium compago dissolvitur et grata omnibus seculis ecclesiasticae unitatis societas perturbatur. Multi igitur pastorum spiritualium sede sua edictis perturbantur imperialibus. Oves Christi lupinis dentibus lacerandae a palatinis canibus exponuntur. Quicquid favet iniustitiae, regali gratia confovetur spiritumque[g] 'paliurum in' suis 'munitionibus' defensorem sentire probatur. Quod vero katholicae regulae privilegio quasi forma et splendore quodam veritatis insignitur, quod tenaci anchora inter procellas 1076. Eccli. 42, 4. cf. Is. 34, 13.

a) *deest c., addidi ex V. Wernh.* b) caracter *V. Wernh.* 1. c) *addit V. Wernh.* 1 intelligebat. d) lingua *c., V. Wernh.* 1. e) *deest c., addidi ex V. Wernh.* 2. f) *deest c.* g) spiritumque — probatur *desunt V. Wernh.* 1. 2.

1) Cf. Hesse, 'Ährenlese', p. 25; Necrol. Michelsb. *Paulina conversa.* M. 2) Cf. c. 1. 3) V. Wernh. (Schweitzer l. c. p. 134, Schannat l. c. p. 50): *II. idus* SS. XII, 246 sq. 4) i. e. tradere. 5) Verba 'quod *Martii. Paulina conversa:* Necrol. S. Mariae Chemnitz. n. i.' sane idem efficiunt atque 'quod lingua Latina ex- (Cod. dipl. Sax. reg. II, 6, p. 474): *II. idus Marcii obiit* primere non poterat'.

diversa sentientium apostolicae kathedrae nexu indivisae caritatis affligitur, persecutionum vento furente ventilatur et frequens Christi hostia scismaticorum et ecclesiastica communione privatorum calcibus abicitur. Hac igitur de causa quadam vice a regis ministerialibus prefatus comprehensus episcopus multis illatis iniuriis incarceratur et, ut excommunicatis communicare non differat, terroribus[a] acriter pulsantibus perurgetur. Verum pontifex, sui non[b] immemor cursus et officii, hostilis malitiae minas[c] exsufflavit, eligens in unitate katholicae regulae fortiter mori quam communione precisorum ab ecclesia contaminari. Igitur aulici canes tam constantia antistitis quam terrore summi iudicis devicti, quem ceperant, illesum dimittunt. Quos enim furor vel calliditas tyranni gratia vel beneficiis flectere non potuit, potentia vincere contendit. 'Leo factus est' contrariae parti tyrannide, quam inficere venenum draconis non poterat insanabile. Denique copiis undecumque contractis Saxoniam furibundus invasor ingreditur, cuncta suis obviantia conatibus cede et incendio vastando, in sacerdotes Domini firmissima auctoritate vesano errori obviantes armatur, primum in eos rebellionis suae quasi materiam expedit[d], quos fautores iustitiae, quos vicarios Romanae kathedrae intellexit[e]. Porro supradictus Christi pontifex Werenherus, licet extrema pati pro Christi nomine paratus esset, non immemor tamen evangelicae doctrinae, ubi dicitur: 'Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam', ad tempus sedem mutavit et locum adversariae parti nullo territus incursu dare non distulit: ratus, quod in re[f] erat, nubeculam istam serenitatis radio citius esse tollendam et pacem ecclesiae sublato persecutore quantocius esse reddendam. Profectus igitur cum suis oves suae custodiae pastorali iure mancipatas summo omnium pastori commendat et sedem non mentem pro tempore mutat. Iam vix unius diei vel bidui mensus[g] iter loco cesserat, cum Saxones gravi multitudine collecta finibus suis hostilem manum disturbant[h] et pacis conditionem ferro potius quam deditione componere curant[i]. Hanc igitur subitam mutationem[i] divina revelatione edoctus antistes comitatum suum stare coegit, profectioni metam ponit et mirantibus cunctis, qui aderant, susceptae longioris viae subito lora reflexit. Nam sero quidem crepusculo ante revelationem istam suis comitibus summo diluculo profectionem indixit[k] et mane, cum vellent proficisci, sententiam suam presul mutavit. Sublato igitur, immo fuga vix lapso veritatis inpugnatore ad sedem suam rediit episcopus, ubique sive sedendo[l] sive manendo divina clementia comitatus. Verum reliquum tempus vitae suae in ecclesiasticis disciplinis providus divinorum talentorum dispensator exegit semper ad altiora virtutum incrementa mentem intentans, officii vocabulum rebus probans, quippe qui adeo sui contemptu et infirmae carnis cruciatu ultra se processit et quendam, ut ita dicam, florentibus meritis suis superlativum[m] adiecit, ut de eo humana diceretur estimatione, se magis Deum offendisse in virtutum profectibus ultra vires suas procedendo[n], quam placasse, nec ullum ei criminis nevum ante summum iudicem, meritorum ponderatorem, officere, si se constituerit[o] divinum iudicium ex nimia corporis afflictione posse evadere. Dignum prorsus sancti viri preconium, cuius sanctitas sanctitatem precedere quodam modo videbatur, quia Christi ductus amore, quia Christi ungentorum currens in odore supra homines affectuosissimo Christi ferebatur cultu. Sicut autem attestantur et, qui ei in ministerio celestium sacramentorum semper aderant, nunquam misteria sacrosanctae oblationis sine lacrimarum gratia celebravit, ut eo divinis obtutibus eius sacrificium acceptabile fieret, quo se hostiam vivam in cordis contritione mactasset.

Ezech 19, 3. cf. Deut. 28, 53.

Matth. 10, 23.

Capitulum XXXIV[m]. De miraculo ex sanguine Domini consecrato[p].

Contigit aliquando regem Marsipolim venire et festum aliquod edicto regalis curiae celebrare. Habebat enim eodem tempore communionem et pacem ecclesiae. Porro ipso die sancto solito more Werenherus antistes infulatus processit, missarum solemnia celebravit

a) *ita V. Wernh.*, erroribus c. b) *ita V. Wernh., deest c.* c) *ita V. Wernh.*, in manus c. d) expetit c. e) *V. Wernh. 1 additit:* etc. Ubi ad tempus hostibus cedit, sed divina revelatione edoctus rediit. f) iure *V. Wernh. 1.* g) biduani m. c.; mensis *V. Wernh. 1*; moestus 2. h) manum perturbantem expellunt *V. Wernh. 1. 2.* i) rerum mut. *V. Wernh. 1. 2.* k) *ita V. Wernh. 1. 2*; induit c. l) *ita V. Wernh. 1. 2*; sedendo c. m) sup. gradum *V. Wernh. 1. 2.* n) procedens c., *corr. M.* o) constiterit c.

1) De pugnis anno 1080 inter imperatorem et Rudolfum ducem Sueviae commissis auctor disserit. 2) Cf. Bruno, De bello Sax. SS. V, 343.

et in presentia regis tantae congruens sollemnitati officium omne pontificali ritu consummavit. Quo peracto ministri altaris calicem susceperunt eumque negligentius ablutum vino, ut fieri solet, in secretario reposuerunt[a]. Erat autem calix idem artificiori diligentia fabrefactus et ideo regi ipso iubente allatus est. Quo interius perspecto, quia repositus erat illotus, ut dictum est, cruor ita recens in eo apparuit, ac si hora eadem a latere Christi calici videretur infusus. Stupefactus rex et omnes, qui aderant, maxime tamen episcopus mox lintheo quodam[b] candidissimo sanguinem, qui apparuit, cum magno detersit tremore eumque in crucem, quae[c] pro reliquiis sacris modicum quid Dominici sanguinis retinebat, inmisit, dicens hunc sanguinem, qui in calice remanserat, nichil distare ab illo, qui effusus est, dum pendebat in cruce, nisi quod illum manus sacrilega[d] non credentis fundebat[e] et istum in sacramento ecclesiastico dextera et credentis et amantis consecrabat[f]. Itaque iste ministrantium excessus maioris fidei patebat occasio et tam presentibus quam futuris diligentiam et sollicitudinem[g] vigilantiorem in administratione celestium indixit[h] sacramentorum.

Capitulum XXXV[m]. De obitu clarissimi principis.

Cum igitur recto[i] fidei tramite ea, quae sunt Iesu, totus quereret, totus aeternis deliciis fundens suspiria intenderet, preventus infirmitatis molestia spiritum quidem celo reddidit, corpus vero in monasterio, quod Altenburgk dicitur[1], tumulari, antequam migraret, precepit. Erat autem idem locus, id est Altenburgk, longe ante eius tempora canonicis institutis[k] et mansionibus attributus et per multa tempora regularis vitae norma floribundus, sed iam crebris, quae provinciam vexabant[l], pressuris desolatus, vix rarum habitatorem admiserat, quia predia[m], unde incolae victitare debuerant, diverso modo diversus[n] hostis et predo distraxerat[o]. Quem locum prefatus antistes magnis sumptibus in aedificiis vetustate dilapsis reparavit[p], magno labore predia annuum censum vel redditum solventia collegit et institutis cenobialis disciplinae ordine mutato[2] rursus insignivit, quia suae requiei locum eundem futurum prescivit[q]. Obiit autem idem Christi pontifex II. idus Ianuarii[4] tam felix in accepto premio quam studiosus propter Deum in labore peracto[r]. Quia ergo stilus noster non potest par esse eius meritis, ordinem exsequamur omissum. 1093. Ian. 12.

Capitulum XXXVI[m]. Quomodo novus pastor conmissis intenderit.

Igitur novus agricola Domini Gerungus abbas, qui venerat a[s] Suevia in Thuringiam vocatus et missus[5], fiducialibus in Deum novellae agriculturae instat conatibus, spinis excolibilis silvae erutis germina studiosus excolit novae plantacionis, vitiis de subditorum cordibus sapientiae ferro precisis florem et fructum divini plantat amoris. Cepit instanter cum Ieremia disperdere, destruere, dissipare et rursus aedificare et plantare possessores celestium. Malignos vitae verbo disperdidit, fabricas incultorum morum destruxit, acervos inpolitorum de pessima consuetudine vitiorum in hiis maxime, qui tempore eius a seculi vanitate convertebantur, iustitiae machina dissipavit, rursus instrumenta virtutum arte vel disciplina composuit vineaeque divinae cultor studiosus superflua quaeque prescidit, necessaria plantando conseruit. Iactis ergo, priusquam intraret, templi fundamentis, quod deerat supplere contendit in augmento divinae servitutis[t]. Verum de natura vel moribus huius novi cultoris summatim aliquid prelibandum est. cf. Ier. 1, 10. cf. Ephes. 5, 26. cf. Matth. 20.

a) posuerunt *V. Werth.* 1. b) quidem *V. Werth.* 1. c) quem *c.* d) sacrilegam 1. e) fundebat insania 2. f) consecrarat 2. g) solitudinem 1. h) *ita* 1. 2; induit *c.* i) rectae 2. k) institutus 1. l) vexabat 1. 2. m) *ita* 1. 2; pridie *c.* n) diversis 1. 2. o) distraxorant 1. p) quia — prescivit *desunt* 1. q) cui sit laus et gloria per inmortalia secula seculorum. Amen. *addiderunt* 1. 2. *Hactenus V. Wernheri.* r) *ita c.*

1) S. Petri monasterium, ord. S. Bened., in loco, qui Altenburg dicitur, prope Marsinopolim urbem sito. Cf. de hac re Chron. episc. Merseb. SS. X, 184. 2) C. annum 1091. Chr. ep. Mers. l. c. M. 3) l. e. ordine canonico cum S. Benedicti regula mutato. 4) A. 1093. Cf. Calend. Merseburg. apud Förstemann ('Neue Mitteilungen des thür.-sächs. Vereins' II, 234) et Bernoldi chron. SS. V, 455 *(III. id. Ianuarii)*. M. 5) Cf. Cod. Hirsaug. ('Württemb. Geschichtsquellen' I, 20): *Gerungus abbas ad cellam domne Pauline. Udalricus abbas ad eandem cellam.* 6) De structura novi monasterii et ecclesiae Paulinocellensis fusius nuper egerunt vv. cll. P. Weber 'Hirsau-Paulinzelle-Bürgel' in 'Zeitschrift für thüringische Geschichte und Altertumskunde' XX, 620 sq.; Röhner, 'Das Vorbild der Paulinzeller Klosterkirche', ibid. XIX, 540 sq.; A. Holtmeyer, 'Beiträge zur Baugeschichte der Paulinzeller Klosterkirche', ibid. XXIII, 71 sq.

Capitulum XXXVII^m. De moribus eius.

Erat enim natione Saxo non multum obscurus nec admodum splendidae ingenuitatis ortus natalibus Buchaugiensis, familiae, litteratoriis studiis Augustae primum imbutus, Hirsaugiensis vero in primo adolescentiae gradu factus monachus sub abbate felicis memoriae Wilhelmo[a.1], totius monasticae disciplinae vel regularis observantiae aut primus aut inter primos promptissimus executor numeratus. Optimus etiam erat cantor, quem non magis laudabilem crederes vocis sonoritate quam ipsius habitus in cantando modestia vel temperantia. Decet enim, ut cantorem non tam clangor tubae sonorae quam corporis
cf. Gen. 41, 4. commendet habitudo. Unde et cantoris officio annos aliquot in ipso loco, dein perfecto novo monasterio in minori prioratus officio functus est adeo paternae traditionis in claustralibus disciplinis emulator, ut ab abbate Wilhelmo bis Cluniacum[2] mitteretur, quo illic regularis vitae institutis subtilius imbueretur, ut quasi novae rei mercator avidus, rarae vel secretae mercis indagator novi aliquid reportaret et meliora solitis adiceret. Erat autem maturae gravitatis, severus in censura monastici rigoris metam proprii ordinis excedentibus, secutura commiscens solatia doloribus precedentibus et subsequentibus, ita medius et aequalis, ut ex profectu preeuntis vitam non sperneret tardioris, aequalis etiam staturae, temperatae scientiae, ut non multum ei superesset nec necessitati deesset, carus fratribus suis, affabilis universis, sciens moribus verbo et habitu singulis tam secularibus quam spiritualibus se coaptare personis; in conficiendis libris omni tempore vitae suae studiosissimus, quippe scriptor et ipse optimus et, ut ad summam virtutum eius veniam, tam studio divinae servitutis quam in claustralibus disciplinis fere nulli secundus.

Capitulum XXXVIII^m. Quod quidam rerum difficultate turbati locum alium pertinaciter expetunt.

Urgebat igitur arte, verbo et exemplo structuram et corporalem et spiritualem machinae hinc lapidum compositionem, illinc morum ordinationem intendens sicque, quod longa sanctae conversationis experientia didicerat, ad virtutum incitamenta et aliis profundere curat. Dum ergo opus Domini in manibus suis et aliorum procedere videretur et iactis fundamentis
cf. Esdra 4, 1 sqq. parietes ordinarentur, idem spiritus, qui antiquo Dei populo de captivitate cum Esdra proprias sedes repetenti et iussu Domini templum reedificanti fuit impedimento, distortis conatibus obluctari cepit et huic operi incepto omnibus modis exacti iam laboris opus annichilans et extensae mensurae funiculos strictim involvens. Causantur quidam ex eis, qui venerant, quos horribilis adhuc solitudo terrebat, ultra vires servientium esse nec discretionis ulla regula constare de Saxonia in Thuringiam victualia et cetera monachis necessaria apportare, cum dispositio cellae ipsius melius et competentius illic ordinaretur, ubi ipsa predia ad opus Dei servorum consignata et tradita monasterio contermina et adiacentia[3] haberentur, ubi iuxta regulae preceptum non opus sit monachis multum vagari[4], cum in alio loco cuncta humana indigentia in promptu possit haberi. 'Mutari', inquiunt, 'sedem istam oportet, ubi annosae silvae vastitas inexcolibilis, area ipsa brevis et monasterio adiacens palustris, infecunda, lutuosa nec arabilis, ubi antiqua sedes venatorum spiritualis gratiae proventum non recipit et vallis angusta celestibus disciplinis illic ordinandis spem non promittit. Quid enim? Deest locus salutis Christum querentibus, nisi silvis[b] et montibus, ne videantur ab hominibus, circumsepiantur? Et illis solis competit inhabitatio planicies et latitudo camporum, quos excludit a sanctis vita reproba et detestabilis sectio morum? Quantos monachorum greges murorum ambitus urbis populosae concludit, quantos campestris apertio sedibus monasticis latiorem sinum expandens silvestres angulos vitare compellit! Restat igitur illuc citius commigrare, qua sedes specialis fuisse probatur sanctae matronae nostrae iam humanis rebus exemptae, ubi divinum famulatum ordinaturi, si omnia non respondent ad votum, ex sacri corporis presentia vel pristinae cohabitationis eius memoria coacervant[c] studiosis solatium. Huc accedit, quod affines

a) Wilhelmi *c., corr. M.* b) silici[s] *c.* c) coacervat *c.*

1) a. 1069—1091. 2) V. supra p. 928, 7. 3) In confinio scilicet Quervordiae urbis. M. 4) Cf. reg. Benedict. c. 66.

ipsius beatae memoriae Paulinae, si ad eos accesserimus, incepti operis fautores, consummandi vero cunctos comprovinciales habebimus adiutores.'

Capitulum XXXIX[m]. Qualiter prudentiores infirmioribus restiterint.

Sed fratres maturioris providentiae et sensus altioris, quamvis numero pauciores, primo quidem conatibus ineptis veritatis argumentis obluctantur, figere mentem instabilem cohortantur, animum in diversa mutare vel agitare motu puerili spiritualibus non convenire personis proclamant et dura rerum principia mitiorem exitum ex patientia sufferentium semper habitura confirmant. Porro Gerungus abbas ex dissidentium partium discrimine non mediocriter motus, ad eos tamen, quos difficultas rerum inferendarum perturbabat, magis inclinatus rationis studio sive magisterii auctoritate controversiam partium compescuit, dicens rem huiuscemodi non precipitanter agendam nec pertinaci cursu laqueis errorum involvendam, sed tale negotium 'canos multi temporis' spectare, sapientium consilio sana quidem deliberatione communis utilitatis causam committere[a], a Deo vero, cuius providentiae pondus istud incumbit, gratiam et auxilium postulare[a.1]. Placuit omnibus digni pastoris sui sententia, 'mens omnibus una', exceptis admodum paucis rem altiori prudentium consilio pertractandam et auxilio divino, sine cuius nutu nec animanti cuilibet vita est, citius terminandam[b]. Queritur igitur super hoc negotio Hirsaugiensis pastoris[2], inde Maguntinensis[3] et licentia et responsum, dein Halberstatensis presulis[4], postremo et aliorum, quorum vitae maturitas mentis sapientiam pretendebat, consilium, ut intentionem eorum consilium sapiens precurreret, ne post factum sine consilio facti sero frustra peniteret. Nec aliud consilium personae maiores dare poterant, nisi quod placere vel expedire querentibus consilium putabant, quippe quibus tanta[c] loci importunitas ab istis suggerebatur, ut nephas putarent aliud eis persuadere, quam quod videbant fratres coartatos e duobus malle eligere.

Sap. 9, 10.

Verg. Georg. 1, 412.

cf. Philip. 1, 23.

Capitulum XL[m]. Qualiter licentia accepta recedunt.

Accepta itaque occasione fratres et ex maiorum persuasione ad ea, quae animo gerebant, exequenda[d] stimulo quodam ad cursum concitati sedem mutare disponunt, congesta supellectile[e] Saxoniam petunt et quasi in expeditionem precincti hiis omissis, quae inceperant, nova moenia in locis suae necessitati congruentioribus constructuri et, ut eis visum est, non inconsulte contendunt. Secretiore vero consilio beatae Paulinae sacrum corpus effodiunt, lineo pallio involutum occulte clitellis includunt, secum convehunt[f] quasi amplius minime reversuri. Sic igitur predictum[5] monachum cum paucis servulis post terga relinquunt. Videres novum Iacob cum paucis animabus, cum gregibus et armentis, cum plaustris onustis in terram Iacob[g] properare, ubi non vocati a Ioseph Pharaonem quidem invenerunt, Ioseph vero retro dimiserunt. Intrantes igitur, ut dictum est, Saxoniam et fundum[6] apprehendentes, quo meubus novis fundamenta se iacturos somniabant, vota sursum immolant, tentoria pendula figunt et excubiis operum ex aequo partitis negotiis instantibus unanimiter intendunt. Alii ligna et saxa convehunt, alii convecta componunt, quidam aediculas erigunt, alii pro aqua viva terram eviscerant et fossoriis evertunt, suis officiis pro viribus singuli singulis certatim intendunt. Sed manus Domini contra eos extenta conatum intentum adeo reflexit, ut nichil stabilitatis vel certitudinis mansioni monachorum situs promitteret locorum et intentionem effectus non solidaret. Ex altera parte lignorum penuria, ex altera defectus aquarum incepta perturbat. Mansionem monasticam in ipsa villa figere, ubi puteos habere poterant, commanentia secularium prohibebat, quia tumultus silentio officeret et quietis propositum indisciplinatus secularium excursus eis semper

a) *ita c.* b) terminanda *c., corr. M.* c) tanti *c., corr. M.* d) exequendo *c., corr. M.* e) suppell. *c.* f) convehunt et quasi *c.* g) *immo* Gosen *M.*

1) Auctor hic graviorem anacoluthiam commisit. 2) Brunonis a. 1105—1120. 3) V. supra p. 928, 1. 4) Reginhardi (1106—1128). 5) Quem? In praecedente libri parte non memoratur. Sed cf. capituli 39 initium. 6) Rotenschirmbach; cf. H. Größler, 'Die Beziehungen von Rotenschirmbach bei Eisleben zu Paulinzelle in Thüringen' in 'Mansfelder Blätter' XIV, 160 sq.; Kaiser, 'Thüringer Monatsblätter' 1898 nr. 8.

instrepens emolliret. Quid agerent, quo se verterent, in incerto librabant; stare diu in loco eodem nichil emolumenti conferret, redire vero confusioni, ut sibi videbatur, pateret.

Capitulum XLI[m]. De verbis ipsius pastoris reditum suadentis.

Denique pastor ipse, ut erat vir naturali preditus solertia, previdens cenobiali disciplinae nichil ita obesse sicut assiduam locorum mutationem et mentium instabilitatem convocatis fratribus sic eos affatur: 'In humanis rebus, fratres, nichil omne negotium agendum sic impedit, quomodo mens ad suum propositum exequendum inconstabilita, quae mutata loco vel tempore, quod vult, ubi vult, quomodo vel quando vult, non valet explere. Quod divortium vos constat incidisse, quos spes quedam seductoria melius proficiendi coëgit a certis amoveri et incertis exponi. Ecce, quid locorum mutatio vobis contulerit, presto est iudex experientia tediosa, quae sicut iam dolet excessum, sic compellit ad reditum. Inexperta enim mentem magis ad rerum probationem excitant, probatio vero subiacet iudiciis, ut quae placent eligantur, quae displicent reprobentur. Quia igitur qualitatem loci utriusque cognovimus etsi cum labore, locus nobis eligendus et incolendus est competentior monasticae vitae, ubi ipsa solitudo quietis quoddam refrigerium cenobialibus instrumentis accomodat[a] et locus sui singularitate monasticae professioni concordat.' Placuit sermo quibus sanior intellectus bonum facile persuaderi sinebat, sed pertinax
cf. Exod. 1, 14. quorumdam animus ad lateres conficiendos luto et paleis in campestribus Egypti affligi malebat[b] quam desertum, a quo exierant, repetere, ubi pauci numero vel viribus sine humano auxilio pondus infiniti laboris non possunt exequare, cum ipsi mallent in labores aliorum introire, quam posteritati subsecuturae nova consumptis viribus exstruere. Prevalente igitur abbatis consilio sive precepto, ut Thuringiam, unde exierant, repeterent, illi contraria sentientes nec verbis eius ad votum obsequentes, immo confusionem suam non ferentes Hirsaugiam suam procaciter exposcunt et, ut remittantur, insistunt. Malebant enim in ipso loco Scirimbich[c.1], etiam cum dampno sui propositi, commanentiam secularium eligere quam salubri et fraterno consilio quasi victi cedere.

Capitulum XLII[m]. Quod diversis modis urgebantur redire.

Sed profectionem istam, qua solitudinem suam ipse pastor Gerungus cum grege suo repetunt, triplex urgebat occasio: sive locorum, ut dictum est, inportunitas sive ad quendam beatae Paulinae familiarem manifesta visio seu comitis Sizonis[d], eorum tunc advocati, ipsis formidanda legatio. Cum enim Saxoniam primum introissent et sacri corporis advecti nullum de extraneis consortem vel conscium facerent, beata Paulina per visum cuidam suo familiari Suarzo nomine apparuit et quasi gemebunda de sede sua mutata: 'Vides', inquit, 'quomodo nuper a fratribus nostris requie, quam elegeram in seculum seculi, effossa sim et in hunc locum deportata et, si ossibus inhumanitas potest ostendi, quodam martirio confecta. Locum illum, ubi[e] pausaveram, divinae servituti dicaram et illic novissimam tubam exspectare prestante summo iudice votis omnibus elegeram. Patienter oportuit fratres nostros primum agere, saniori consilio credere et misericordiam Dei cum silentio prestolari. Inpatientia nullum unquam pietatis ostendit fructum. Si in prima fronte labori non cessissent nec sedem mutassent, summus arbiter, suorum cooperator, quicquid in incepto durum videbatur, adeo temperasset, ut pro voto responderent omnia nec sectari cogerentur incerta vel inexperta. Dura principia blandos persepe sortiuntur exitus et totum crescit ad meriti cumulum, quod amor Christi cogit in conflictu laborum. Velint, nolint, sedem pristinam repetent et ossa mea reponent, quia Deus non mutatur ut homo, qui locum illum, unde electa quodammodo sum, suo presignavit ministerio'. Evigilans itaque homo et non habens in conscientia, quid de sacro corpore eius egissent monachi, accessit ad filium eius Werenherum barbatis, id est conversis adhuc fratribus annumeratum, visionem per ordinem pandit et, quod in sompnis didicit, experimento pro-

a) accomodant *c., corr. M.* b) malebant *c., corr. M.* c) *Hic et passim* Stirimbich *pro* Scirmbich *legitur.* d) *sequitur* et, *sed quia de una solummodo legatione agitur (cf. capituli finem) particulam* et *delendam censui; cf. 'N. Archiv' 18, 479.* e) ibi *c.*

1) Rotenschirmbach; cf. supra p. 929, 6.

bavit. Nec multum temporis processit, cum advocati sui plena terroribus et blandimentis fratribus legatio proponitur cunctis, in qua sub interminatione gratiae suae proprietas vel utilitas rerum suarum in Thuringia eis penitus interdicitur, ut omnes eorum non solum sibi adiacentes possessiunculae verum etiam longius positae, nisi redierint, intercludantur et, quantum manu extenta potuerit, omnis conatus eorum, ubicunque resederint, impediatur. Quodsi monitis saluberrimis cesserint, paternum affectum in eo experturos et omnium bonorum suorum defensorem se habituros. Fedus quoddam cum rudi et novello grege nuntia ista paciscuntur, ubi terrores stimulant, prommissa trahunt, visio erudit, locorum situs repellit, ubi totum obviat pio proposito, quicquid aliunde queritur priore loco mutato. Porro legatio ista eius monachis rogatu et hortatu facta et dictata[a] est, quem post se, ut dictum est, quasi vilem aeditiuum reliquerant et reliquiis terrae conservandis et disponendis alterum Godoliam prefecerant. Verum magis iste solus interim profecit in deserto latebroso, quam illi omnes in campestribus Iericho, quippe qui altioris providentiae communi semper utilitati studuit et fratribus sedem suam mutantibus infructuosum exilium multoties reclamando predixit. cf. 2. Reg. 25, 23. cf. Deut. 34, 5.

Capitulum XLIII^m^. Qua arte se de Scirimbich removerint.

Postquam igitur unanimi deliberatione reditum suum abbas et sui disposuerunt, propter comprovincialium dolorem leniendum, qui miro affectu piis applaudebant inceptis et manus operantium consilio, auxilio, rebus, defensione iuverant, tecte quidem et callide profectionem suam ordinant et, quasi duo monasteria sub uno regimine in diversis locis debebant erigi, gregibus, armentis et alia suppellectile ex equo partitis, assumptis partim et dimissis proficiscuntur. Cineres etiam beatae matronae suae religiosissima satisfactione reportaverunt et in loco, quo prius, debita commendatione tumulaverunt. Redeuntibus ergo fratribus officiosissima caritate et omnium necessariarum[b] rerum affluentia vallis habitator occurrit et cura vel itinere fatigatos et confectos verbis, rebus et affectu reficit et recolligit. Inde thesauros modicae substantiae multiplicatos aperit, promissis Cresi opibus[1] fluctuantia pectora mulcet[2] acceptisque[c] ab abbate omnium obedientiarum clavibus[3] reipublicae solus dispensator[4] efficitur.

'Omnia Cesar erat, privatae curia vocis'[5].

Denique fratres predicti sanioribus consiliis admodum rebelles Hirsaugiam remissi sunt, et occurrit eis gladius, quem fugerant. Nam postea pertinaciae penituit et eos. Amor ipsius loci, quem proterve reliquerant, et stimulus 'post terga monentis', quod prius oderant, in appetitum vertit et retraxit. Is. 30, 21.

Capitulum XLIV^m^. Quantis studiis ad locum evigilaverint remotis rebus dublis.

Igitur dubiis rebus submotis et mentibus[d] rerum experientia iam edoctis et erectis magna libertate levandis aedificiis pariter insistunt, templi parietes erigunt, officinas exstruunt, quicquid excursus sine fructu neglexerat, 'labor improbus'[6] recompensat. Maximus vero studiorum istorum incentor sepe dictus frater Werenherus et hereditariae dignitatis emulator extiterat, quippe qui ewangelica perfectione voluntaria sui abiectione probatus et consummatus adeo mentem inclinavit, ut vice pastoris gregem pasceret et omni vilitate vel extremitate contentus constanter crucifixo constaret. Equidem generosus animus est, qui ex generis sui linea nobilitatem quidem suam audit nec sentit. Omnis enim mundanae propaginis nobilitas magis vetusto homini quam novo, magis carnaliter nato quam spiritualiter regenerato ascribitur. Ex quo conicitur maximae nobilitatis claritudinem intra, non extra nos esse. Magis igitur vera nobilitas in animo quam in parentum gloria metienda

a) dicta *c., correxit ead. man. in marg.* dictata. b) necessariorum *c., corr. M.* c) acceptoque *c., corr. M.* d) mentis *c., corr. M.*

1) Cf. Hieron. Ep. LX, 11. 2) Cf. Verg. Aen. I, 201: *dictis moerentia pectora mulcet.* 3) De clavibus cellerarius; cf. bullam Victoris IV. 1162 non. April. Erphoni abbati S. Petri Neovillarensi datam apud J.-L. 14460. obedientiarum cf. Decreta ord. S. Benedict. c. 2. 4) l. c. 5) Luc. Phars. III, 106. 6) Verg. Georg. I, 145.

est. Meruit itaque gradum ascendere altiorem et abbatis iussu monachilem habitum sumere. In quo quantum profecit, vitae consummatio probavit. Tactus enim et tractus aeternorum memoria tanto fervore cenobialis disciplinae aggressus est instituta, ut probabilis eius conversio, immo conversatio in via Domini pigrioribus multa virtutum afferret incitamenta. Huiusmodi profectibus homo succrescens et regularis vitae constantissimus executor magis magisque proficiens ad subtiliora claustralis disciplinae, ordinis consuetudinis rudimenta capienda Hirsaugiam ab abbate suo dirigitur, ut fructus cumuletur fructibus et informet alios ab aliis informatus. Directus autem in viam admonetur, ut aliquod Hirsaugitae plantationis germen reportet, quod a stirpe vel a radice sua non
cf. Is. 5, 2. degeneret, quod transplantatum Thuringorum arva fructificando nobilitet nec ex eo labrusca procedat, ubi uva speratur. Admonetur diligenter, ut fratres aliquos, si possit, adducat, quorum maturitas rigorem monasticae disciplinae non sinat lentescere, et emulatio paternae traditionis nichil instabilitatis patiatur in opere, ex quorum patientia pigrioribus robur accedat, quorum instantia mentes figat instabiles, confirmatio cunctis reddat amabiles. Inter ceteros vero, qui vocantur, unus designatur, cognatus ipsius abbatis Ödalricus, qui postea defuncto successit in regimine, quem post prima, ut ita dicam, crepundia mater suscepit Hirsaugia, scolaribus disciplinis lactavit, incrementis spiritualibus educavit et fovendo in exemplum aliis exposuit. Erat autem tunc temporis inter floribunda coaequalium tyrunculorum exercitia adeo vigilantis intelligentiae, adeo vivacis memoriae, ut in divinis scripturis suo modulo satis proficeret et inferioribus aliquantisper rudimentorum disciplina praesset.

Capitulum XLV[m]. Qualiter frater deinde abbas intravit Hirsaugiam[a].

Ingressus igitur predictus frater[1] Hirsaugiense[b] cenobium nichil aliud ostendere potuit, nisi quod a magistro didicit, nichil aliud querere, quam ad quod querendum intraverat, in quo quidem diversarum virtutum spiritualis structura facile processit, quia omnium cenobialium disciplinarum in se ipso fundamentum sanctae humilitatis insigne prefixit. Enim ad celestis vitae normam instruitur, cuius cor sancti spiritus unctione perungitur. Nec multum eget alienae vitae magisterio vel exemplo, qui summo omnium virtutum fruitur interiore magistro. Eo tempore ipsius loci provisor Gerungus abbas miro modo pro adducenda persona superius nominata, id est cognato suo domno[c] Ödalrico, afficiebatur, ratus videlicet, quod in re erat, ex familiaritate vel consanguinitate viri fascem, quo in prelatione vel rerum dispositione premebatur, eius adiutorio alleviandum et eius studio vel disciplina quod meteret posteritas seminandum. Mentis igitur [propositum[d]] actu exequens et presagio quodam futurorum instimulatus, quem diligebat, non pigro affectu expetens ovem, quam premiserat, pastor subsequitur, Hirsaugiam ingreditur et accepta vel data, ut in tali negotio solet fieri, fraternitate[2] totus sancto insistit conventui, ut personam, pro qua venerat, ad fructum et honorem utriusque claustri mereatur. Quia vero
Prov. 21, 30. 'non erat sapientia nec consilium contra Dominum', a quo hec omnia disponebantur et ordinabantur, precibus abbatis conventus annuit et fratrem in omni claustrali disciplina vel fide probatum licet quibusdam reluctantibus dimisit. Regressus igitur pastor cum thesauro optato et in posterum multis profuturo communi gaudio ab omnibus suscipitur, summo patri omnium gratiarum actio refertur, cuius nutu Suevia, quae inceptae iam structurae monasticae videbatur fundamenta iecisse, non cessavit dignis cementis et cementariis superedificare. Et primum quidem monitu abbatis regendis scolis novus hospes intendit, litteratoriis rudimentis iuventutem floridam informat et acuit tales in ea ferulis exercendo fundans et ordinans mores, ut eosdem, quos nutrivit, mereretur habere in via Domini fidelissimos postea cooperatores. Dein brevi gratus cunctis et acceptus gradu
Sap. 4, 9. 10 sacerdotii, licet aetas admodum iuvenilis prohiberet, insignitur, 'cani enim sunt sensus hominis et aetas senectutis', vita immaculata religioni et morum gravitati adeo studens, ut, unde missus fuerit, disciplina clamaret et eius infantiae pedagogum[e] gestus corporis et

a) Hirsau c., *corr. M.* b) Hirsaugense c., *corr. M.* c) dono c., *corr. M.* d) *deest c., suppl. M.* e) pedagogus c., *corr. M.*

1) Werenherus. 2) De Hirsaugiae monasterii confraternitatibus cf. A. Helmsdörfer, 'Forschungen zur Gesch. des Abtes Wilhelm von Hirschau' 1874, p. 100 sq.

mentis humilitas non celaret. Transacto autem brevi temporis spatio suffraganeo Gerungi abbatis amoto prioratus officio in locum eius ipse succedit et curam non solum interiorum, sed etiam exteriorum suscepit. Equidem pastoris Gerungi caput sparsum canitie et longi[a] temporis in monastico cursu famulatus debilitatem iam vieti[b] corporis adduxit et ex multis curis et negotiis gravioribus quasi iam emeritae militiae virum excusavit. Totum igitur pondus diei et aestus, cuncta disponendarum rerum negotia suffraganeo eius incubuerunt et respectu sui laboris, quo causa proventus spiritualis desudavit, antecessorum eius aut brevis aut modicus labor apparuit. Quia enim Dei et proximi dilectione non ficta ferebatur, affectuosum aeque studium et auxilium ad se cunctorum merebatur. Stultum est enim, ut homo querat vel velit diligi, qui se nullius coaptat dilectioni, et hoc ab aliis extorquere, quod in se ipso, unde aliis communicare posset, novit non latere. Quia igitur in omnibus studebat magis prodesse quam preesse[1], magis ut amaretur quam ut timeretur, soli a subditis reddebatur amori, quod ingrato debebatur timori sine fructu.

cf. Matth. 20, 12. cf. Luc. 10, 27. cf. Sap. 15, 4.

Capitulum XLVI[m]. Qualiter pro reliquiis dirigitur et offenditur.

Mittitur interea iussu abbatis per silvam[a] pro reliquiis sancti Iohannis baptistae, in cuius honore sanctique Iohannis evangelistae ecclesiam et sanctae Mariae dedicare proposuit, quae iam suae consummationi instantissimis operum studiis et artibus appropinquavit. Sed voti sui[c] compos suscepto reliquiarum incomparabili thesauro remissius homo[c] cepit quam deberet agere nec sicarios versutae nequitiae precavere et, quasi aliud quid ageret, dignam reverentiam non exhibere. Offendit ergo et, quanto honore et cautela celeste munus custodire debuerit, quod portabat, paterna disciplina correptus in ipso itinere est expertus. Nam hostiles insidiae non deerant, qui in capsula, qua reliquiae portabantur, Rufinum et Albinum[a] latere indubitanter aestimarunt ideoque nacti occasionem beatae mercis gerulum apprehendunt, horrificis[d] contumeliis supra pedes suos statuunt et spe vana delusi cum ingrato sibi thesauro abire permittunt. Sed Deus, qui iusto iudicio probationem istam intulit, digna gratia illatae temptationi occurrit, confusis hostibus ablata restituit et postea nivis profunditate famulum suum in ipso reditu fere prefocatum eripuit et magna prosperitate revocavit. Magna igitur reliquiae reverentia ab omni conventu laudibus ymnidicis, signis concrepantibus populorumque concentibus susceptae et in capsula argentea sunt inclusae. Sunt quidam, qui in natalitio vel decollatione eiusdem beati Iohannis prodigia quedam et miracula se frequenter in cella postea vidisse testantur. Sed ea silentio preterimus, quia de hiis testes idoneos non habemus.

Capitulum XLVII[m]. De obitu Werenheri.

Porro evoluto vix duorum annorum spatio Werenherus monachus, de quo mentionem fecimus, beatae Paulinae filius, postquam bonum certamen certavit, fidem servavit, cursum consummavit, celesti gloria remunerandus hac vita decessit et corona iustitiae, quae divinis promissa est cultoribus, in aeternum victurus accepit. Corpus vero eius in medio ecclesiae humatum est, cuius decorem[e] sicut vivens dilexerat, sic corporis sui sedem et mansionem in ea moriens meruerat. Erat autem probatae humilitatis, submissae devotionis, profusae caritatis, materni studii vel meriti, quantum in ipso erat, per omnia similis, ipsi priori Odalrico in tanta dilectione constrictus et versa vice alter alteri, ut esset eis cor unum et anima una, ut putares esse David et[f] Ionathan[f], si Saul persecutor esset in medio. Obiit autem IX. kalendas Ianuarii.

cf. 2. Tim. 4, 7. cf. 2. Tim. 4, 8. cf. Act. 4, 32. cf. 1. Sam. 19.

Capitulum XLVIII[m]. De obitu primi pastoris.

Sed ad litteram redeamus et quomodo vel in quantum locus idem sub eodem, de quo nobis sermo est, processerit vel profecerit paucis ostendamus. Itaque dominus abbas

a) longo *c., corr. M.* b) vigeti *c.* c) suo *c., corr. M.* d) honorif. *c.* e) decore *c., corr. M.* f) *dest c., addidit M.*

1) *Cf.* reg. Benedict. c. 64: *ordinatus abbas ... sciat ... sibi oportere prodesse magis quam praeesse.*

2) Sc. Loubam.

3) I. e. aurum argentumque; cf. versus auctoribus medii aevi notissimos: *Martiris Albini seu martiris ossa Rufini, Romae siquis habet, vertere cuncta potest.*

Gen. 18, 11. Gerungus iam provectae aetatis lenta[a] quidem, sed diutina aegrotatione laborabat. Erat enim herniosus[b] et, quia dormitationis suae diem appropinquare sentiebat, magis ac magis in Deum proficiebat, quia memoria iam emensae per retroacta vitae tempora ad observantiam artioris custodiae in mandatis divinis mentem eius per singulos dies urgebat. Verum inter ceteras claustralis disciplinae virtutes hoc erat eius consuetudinis, ut semper nocturnas vigilias preveniret et custodes excitaret; quam consuetudinem, sicut multas alias[c], ita in naturam verterat, ut in eo negligentia non magnum locum inveniret, quia mater negligentiae 1120. Dec. 9/10. oblivio ex morum eius vigilantia defecerat. Tertia igitur nocte, quae festivitatem sancti Nicolai subsecuta est, solito more custodes et signa matutina prevenit excitando, deinde dormitorium ascendit[d] ibique ruptis intestinis defectum corporis incurrit, quo et mortuus est. Levatus itaque a fratribus reportatus[e] est et tribus diebus ea, quae patri migraturo necessaria videbantur, certatim a filiis suis impendebantur sicque[f] sacramento vivificae Dec. 18. Act. 7, 53. communionis premunitus obdormivit[1] in Domino et appositus ad patres suos in ipsa cf. Dan. 12, 05. ecclesia ante altare sancti Nicolai versus meridiem sepultus est. Prefuit autem eidem loco primus abbas annis XIII[dcm].

Capitulum XLIX[m]. De electione II[i] pastoris.

Igitur pastore suo fratres orbati, quem loco eius substituant, vigilantissima deliberatione inter se consilia terunt suoque ordini vel moribus personam competentem unanimi diligentia querunt, ne, si protractius vel remissius haec electio procederet, censura claustralis observantiae lentesceret, substantia monasterii magno labore contracta sine pastore collapsa vel dispersa deficeret, quodque permaximum est, ne ipse locus alicuius usurpativae potentiae subiugandus pateret.

Capitulum L[m]. Quantis modis locus tunc inpugnabatur.

cf. Matth. 7, 25. Eo enim tempore [et[g]] postea per annos aliquot ventus et flumina in domum Christi non parum impegerunt, fluctus et procellae diversarum undecunque perturbationum in petram nostram illiserunt. Sed quia fide figebatur et spe, matronae nostrae Paulinae meritis defensabatur. Quassari domus nostra poterat, cadere non poterat. Erant quidam in Saxonia, qui se sine iure, sine ratione hereditaria dignitate privatos loci nostri causa causarentur et bonis vel prediis, quae sibi propinquitate generis obvenerant, exheredatos quererentur, cum domna Paulina nec filius eius ullam traditionem prediorum suorum absque coheredum consensu facere vel possent vel debuerint, eorum videlicet prediorum, quae etiam ita in coheredes testamento transfusa sint[h], ut ab eis ad alienos nulla ratione vel sine iurisdictione transire potuerint. Cuius causae princeps videbatur Lambertus quidam consanguinitate domnae Paulinae propinquus, qui, postquam per se nichil in hoc inepto negotio profecit, ad obtinendum, quod intenderat, complices sibi multos promissis aureis montibus[g] conscivit, ut falsis inniteretur fautionibus, qui deficeret argumentis veracibus. Festinabat autem ante consecrationem ecclesiae quod intenderat perficere, ne vinculi banni ecclesiastici obnoxius teneretur, si post dedicatam cum suis appendiciis ecclesiam aliquid ab ipsa quasi iure proprietatis usurpare videretur. Igitur imperialem iustitiam in hac controversia[i] appellant, monasticam quietem tribunalibus iudiciis ventilant et ad multa placita ipsum abbatem evocando quietem eius sepe perturbant ipsique nichil minus speranti magna vitae discrimina per dolos et insidias intentant. Verum licet nostri summum iudicem haberent defensorem, illi dolosae machinationis suae inverecundam libertatem, tamen nostra pars nobiliores quasque personas iustitiae fautores habere videbatur, quo- cf. Ez. 14, 5. cf. Ier. 48, 17. rum iudiciaria sententia baculis impiorum confractis[k] est extensa malitiae retia penitus dissoluta. Inter quos primos Thuringorum erat Ludewicus[4] noster advocatus, qui tunc

a) lente *c.* b) berniosius *c.* c) laudabiles. *add. N. de S.* d) reasc. *N. de S.* e) in infirmitorium deport. *N. de S.* f) sic quod *c., corr. M.* g) *addidit M.* h) sit *c., corr. M.* i) contrav. *c.* k) confracta *c.*

1) Cf. Necrol. Michelsberg. l. c. p. 310: *XIX. kalendas Ianuarii. Gerungus abbas Paulinè.* 2) Nic. de Siegen l. c. p. 299 Werenherum Lamberti patruum fuisse affirmat, sed nescio quo iure. 3) Cf. Ter. Ph. I, 2, 18; Pers. III, 65. 4) Saltator, comes Thuringiae, † 1123.

et in posterum nostrae parti patrocinabatur, loci libertatem, statum et honorem omnibus modis amplectens. Predictus vero Lambertus videns conatus sui impetum iure gentium Deique iustitia labefactari, omissis ineptiarum suarum inceptis facti penituit, fratribus de errore suo satisfecit et tandem sapienter ab abbatis ratione vel consilio incantatus se suaque Deo obtulit et accepta pro Christo tonsura in eodem loco seculo renuntiavit, quem ad tempus inpugnavit.

Premebat eo tempore totam[a] regionem fames validissima[1]. Sed licet hinc inde adversariorum quassaretur adhuc locus noster incommodis, magis et magis succrevit[b] abundantia rerum, multiplicatione fidelium se suaque Deo offerentium, structura aedificiorum. Itaque fratres, ut prefati sumus, privatim et publice communicatis secundum Dei timorem consiliis iuxta vitae meritum et sapientiae doctrinam pastorem eligere festinant. Nec huic electioni studia partium officere, quae aut rara aut contempnenda fuere. Aderat huic negotio maturae gravitatis et sapientiae Waltherus abbas Salfeldensis ecclesiae[2], ad quem sic omnium fere spectabat sententia, sicut eius voluntas saniori[c] omnium consilio[3] vel sententiae concordabat. Ac per hoc intentionis eorum cardo iste versabatur, ut pastori humanis rebus exempto potissimum ille succederet, qui viventis cooperator negotia monasticae dispensationis prius ipse solus quodammodo peregisset. Porro prior Odalricus, suae mediocritatis non ignarus modis omnibus huic pio fratrum proposito obluctatur[4], vires suas huic sarcinae inpares reclamando causatur, postremo honoris, immo oneris imponendi quasi excusatoriam causam ponit, quod sub iugo obedientiae[5] monachum positum talis dignitatis officium sine consensu vel iussu sive permissu abbatis sui suscipere prorsus sit illicitum. Coartatus autem e duobus mordebatur vehementer interius, ex altero loci desolationem, si fratribus non obediret, ex altero Hirsaugiensium offensionem, si acquiesceret, timens. Confortato tandem animo et fide constans in Deo suo pro honore vel statu loci maluit ad tempus fratribus obediendo periclitari, quam sancta sanctorum, ut ita dicam, ab ignotis conculcari et ipsius loci libertatem in servitutem aliorum redigi vel iniusta dominatione opprimi. Rogatus igitur a fratribus, immo ardentissimae supplicationis vehementia coactus iugum Domini suscepit et electioni concordantissimae licet divini amoris intuitu magno tamen consensit tremore. Refertur ad episcopum Maguntinum[6] huiusmodi electio, quae quidem sicut clementer suscipitur, sic clementius perficitur. Ipso enim abbate adhuc multum, si persistere deberet, hesitante et vinculum professionis suae fraternis et piis conatibus obtendente[d] Maguntinus cum ceteris coëpiscopis suis, qui aderant[7], episcopali autoritate precepit, paterna clementia premonuit, ut locum regendum susciperet, quem tam sui maturitas quam fraternus amor obtulisset. Constrictus itaque minis, precibus et preceptis abbas copiam reluctandi ultra non habuit, immo, si divinae ordinationi repugnare videretur, periculum officii sui se incursurum pertimuit. Quapropter suscepta pastorali cura obedivit. Porro metropolitanus annuentibus ei fratribus subditis, episcopis et abbatibus electum consecravit et data benedictione consecratum benigne remisit. 1120/21.

Capitulum LI[m]. Commotio Hirsaugiensium.

Quibus auditis Hirsaugienses non necessitatem coactivam, sed excessum presumptivum in fratre suo metuentes introitum istum non aequo animo acceperunt et nullius personae potentia sui ordinis vel rigoris obliti litteris missis fratrem suum revocaverunt. Quo veniente piam eius intentionem quidem probant, sed quod sine licentia vel consensu conventus et abbatis introire presumpserit, improbant, utrobique fautores iustitiae, ceteris videlicet, ne idem forte presumant, exemplum cautelae prefigendo et post humilitatis satisfactionem fratrem suum legitime honorando. Ordinis supplemento victa[e] caritatis gratia,

cf. Phil. 1, 23

a) tota *c., corr. M.* b) succrevit et ab. *c.* c) seniori *c., corr. M.* d) obtendere *c.* e) vitta *c.*

1) Cf. Annal. Hildesh. (ed. Waitz) p. 56. 2) Qui abbas in bulla Honorii II. VI. kal. 1126 data memoratur. M. 3) Reg. Benedicti c. 54: *in abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur, quem sibi omnis concors congregatio . . . saniori consilio elegerit.* 4) Cf. constitutiones Wilhelmi abbatis Hirsaug. II, 15. M. 5) Hirsaugiensi abbati ab Ulrico, qui ad id tempus monachus Hirsaug. erat, praestandae. M. 6) Albertum (1110—1137). 7) Frequenter eo tempore (a. 1121) Albertum archiepiscopum in Saxonia synodos egisse Frutolfus monachus (SS. IV, 236) affirmat.

quam invitus et nolens incurrerat, offensione, remittitur ad susceptam sedem cum omnium fratrum suorum consensu et dilectione. Quia enim amore Christi ductus statum et honorem cellae beatae Paulinae attendendo modicum impegit, Christo propitiante offensacula cuncta suscepto honori obviantia vincere meruit. Proinde iam prescriptis abbas absolutus nexibus, quantum sui ordinis cursu vel fructu profecerit, quo studio, quo fervore
cf. Ps. 131, 8. decoremi domus Dei, quam impigre dilexerit, statum et profectum claustri sui prosecutus sit, loqui supersedendum putamus propter hoc, quod scriptum est: 'Lauda post vitam, magnifica post consummationem' et: 'Omnis laus in fine canitur, finis equidem libra quaedam meriti est'. Ex fine enim viae preteritae cursus et ordo metitur et ex hoc perfecte
cf. Ioh. 4, 11 examinatur, quod de profectu cuiuslibet loqui concedatur, ubi dextrae vel sinistrae dinoscentia quaedam insinuatur. Verum idem abbas, dum prefuit, quomodo temporibus suis vel in quantum locus ipse prediis dilatatus vel ditatus sit, quid reges, quid principes vel ad eundem locum conversi quique sua traditione sanctae Mariae obtulerint[a], quanta ipse abbas suorum et aliorum consilio vel auxilio prope vel remote posita ad honorem Dei comparaverit, quae etiam concambio rationabiliter conventus consensu mutaverit, scribere alterius temporis et operis est. Nunc vero finem suscepti operis videamus.

Capitulum LII[m]. Translatio corporis beatae Paulinae.

Peracto autem multo tempore, postquam loco predictus abbas prefectus est, visum est ei ceterisque senioribus suis, ut corpus beatae matronae eorum Paulinae transferretur et loco altiore vel sanctiore locaretur, quatenus maternae sanctitati vel merito filiorum devotio conveniret et, quae fuit causa susceptae structurae, quietem sui corporis susciperet
1122 in ea loco digniore. Igitur anno dormitionis suae XVI° finitis matutinalibus solemniis ipse abbas et ceteri eius ad huiusmodi officium ministri albis induti cum candelis, cruce, thuribulo subsequente conventu ad sepulchrum eius procedunt[b], tumulum aperiunt et cuncti, qui aderant, beatae Paulinae sanctitatis et meriti testimonium manifeste viderunt. Nam ablata tumba et ossibus sacris denudatis in fronte capitis eius quasi prefulgidum crucis insigne tralucebat et mentes intuentium in stuporem aliquantulum convertebat[c]. Oculis quidem videntium de profunda terrae fossura splendor ille crucis apparuit, nullus tamen alteri, quid videret, ad presens insinuavit. Levatis ergo cum magna reverentia sacris reliquiis cum psalmis et ymnis commemorationem eius animae fecerunt et sic eas inter altare principale et sancti Benedicti[1] honorifice collocaverunt. Porro missarum sollemniis rite pro anima ipsius concelebratis retulit alter alteri, quod in sepulchro viderat, et conventa per se cunctorum testimonio experientia visi splendoris confirmabat, quod ex
Gal. 6, 14 cruce Christi, quam olim in verecunda fronte gerebat, gloriam aeternitatis adepta est, dicens olim cum Paulo: 'Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi'. Et
2. Tim. 2, 12. idem: 'Si compatimur, et corregnabimus'.

Capitulum LIII[m]. De dedicatione ipsius ecclesiae.

Denique tempus iam instabat ecclesiae dedicandae, ad cuius dedicationem episcopi vocantur Maguntinensis[2], Halberstatensis[3], Zciczensis[4], preterea abbates V et de principibus primis Thuringorum, inter quos Ludewicus[5] maximus eorum, Wilhelmus comes palatinus[6], Sizo comes[7] multique curiales de comprovincialibus, multitudo copiosa utriusque sexus, quatenus probabilium personarum presentia vel auctoritate roboraretur, quod in rudi et novella adhuc ecclesia votorum primitiis et ecclesiasticis sanctionibus Christo dicaretur, et in posterum accresceret ad ipsius ecclesiae stabilitatem, augmentum et munimentum, quod ex multitudine idoneorum testium votivae dedicationis quoddam prefigeret ratum testamentum. Providerat autem abbatis, suorum et coadiutorum industria, ut quibusque

a) obtulerunt *c.* b) procedit *c., corr. M.* c) converterat *c., corr. M.*

1) Quo loco anno 1804 facta inquisitione arca lapidea cum hominis parvae staturae ossibus, reliquiis fortasse beatae Paulinae, reperta denuoque humata est. Cf. Hesse, 'Gesch. des Kl. Paulinzelle' p. 32. M. 2) Adalbertus I.' (1110—1137). 3) Otto (1123—1135). 4) Udo (1125—1148). 5) I. comes Thuringiae (1123—1140). 6) 1129—1140. 7) de Schwarzburg (1115—1160).

eminentioribus personis, sicut episcopis et aliis, singulae mansiunculae pararentur, ex quibus omnia corporali indigentiae necessaria officiosissima administratione susceptis in Christo hospitibus preberentur. Peracta igitur legittima templi consecratione et cunctis ad monasterium pertinentibus et ad utilitatem Deo servientium sive presentium sive futurorum[1] inibi provisis episcopali banno munitis omnes redierunt in sua, gratias in commune Christo referentes, qui sanctis meritis sanctissimae Paulinae locum suo ministerio dedicatum suae gratiae evidentia adeo insignivit, ut pompis seculi renuntiantes refugium illic inveniant, peccatis naufragi portum indulgentiae reperiant et, quotquot aeternae salutis intuitu locum illum fide et devotione frequentaverint, beatae matronae interventu divinae gratiae presentiam expurgatae conscientiae experimento sentiant. Eius enim merito locus ipse magis promotus est quam censu; magis promovit eum ex hoc mundo migrando, quam in hoc mundo manendo, quia, dum in hoc corpore mansit, pro statu loci dedit quidem quod habuit, mutatione vero vitae eum, ad quem perrexit, Iesum Christum defensorem et advocatum loci ipsius sancti meriti penso conduxit. Equidem milibus argenti iustitia prefertur, quae, sicut suadet mentes rationales a mutabilibus erigi, sic erectas gratia figit inmutabili, in altero Dei imaginem vel similitudinem virtutum lima reformans, in altero reformatam incommutabili luci creatoris coadunans. Vere mirabilis ordo divinae sapientiae, qui principes aeternalis curiae fecit in celis, qui in hoc mundo videntur obprobrium et despectio superbis, ut in eis tunc humilitatis fructus ad aeternitatis gloriam proveniat, cum gloria temporalis superbis solam ruinam et penam iustitiae censura conducit, quos fallebat. cf. Matth. 19, 30.

Capitulum LIV^m^. Qualiter ab aeterna morte quidam sanctae Paulinae fratruelis sanctis eius meritis liberatus sit.

Quia superius paucis prelibatum est, quid erga famulam suam beatam Paulinam divina bonitas effecerit, qualiter in hoc corpore degentem virtutum incrementis auxerit, restat nunc ostendere, quomodo vivax in Christo eius meritum post obitum claruerit. Quid enim in superna patria, ad quam indefectivo fervore suspirabat, possideat, meritorum eius splendor, qui nostris effulsit temporibus, satis declarat. Ex quo, quia multos ad devotionis gratiam contigit excitari, intuitu divinae laudis necessarium est pretaxatis alligari. Equidem gloriae Christi crescit ad cumulum, quicquid aedificationis et utilitatis confertur in proximum. Quidam beatae Paulinae fratruelis Heinricus nomine semper ab adolescentia divinis obvius legibus, cursum christianae disciplinae neglexit seque divinae religioni moribus contrarium et iam iura naturae[a] vitiis excedendo monstravit. Vitiorum enim barbarie distractus, indisciplinato excursu preceps ferebatur et laxatis adolescentiae frenis in diversa crimina nullo retrahente raptabatur. Fornicator et homicida moribus perversis silvas gentium intraverat et bestiales animos quosdam occidendo, alios vel pedibus abscisis vel oculis effossis obtruncando, diverso modo suis obversis conatibus vel vexando vel perimendo in se intriverat. Quid multa? Tandem legis prevaricatorem[b] gravi morbo correptum ultio divina prosternit et intercluso vitali spiraculo ad vitae extremum usque perducit. Ex inmanitate igitur preteritorum excessuum homo penis obnoxius urgetur ad exitum, nichil aliud rebus desperatis exspectans quam dignum turbatae conscientiae mortis iudicium. Assunt hic principatus et potestates tenebrarum harum, chorus infaustus spiritualium nequitiarum, exercitus videlicet demonum, exactione tremenda requirens depositum, quo reum reatu sibi convinxerant, velut inextricabili nexu vitiorum. Denique licet anima reluctante de corpore rapitur, Dei iudicio hostibus ad tempus traditur et vallatur, depressusque ultra, quam credi potest, angustiis locis penalibus destinatur. Hic simul omnia, quae a primeva aetate mente, lingua vel actu gesserat in corpore, sub oculis captivi coacervantur: homicidia, adulteria, fornicationes, obtruncationes hominum, virus odiorum ceteraque fidei contraria teterrimis hostibus accusantibus replicantur et furibunda victoria tormentorum futurorum flunt tandem horridi testes, qui prius blandi fuerant criminum incentores. cf. Eph. 6, 12.

a) natura *c., corr. M.* b) prevaritatorem *c., corr. M.*

1) Haec verba necnon antecedentium fortasse et sequentium partem Sigeboto ex ipso consecrationis instrumento vel ex bulla Paschalis II. papae hodie deperditis hausisse videtur.

Sed Christi ancilla Paulina miserandi iacturam miserata captivati cognati Mariam, matrem unicam Domini, precibus pulsat, vitam iam pereuntis impetrat, districti iudicis frameam avertit a dampnato fretaque Christi presidio hostium milibus occurrit, gradum properantium figit et quasi mente commota: 'Quis', inquiens, 'o hostes nequitiarum, ministri tam nobilis predae[a], id est imaginis Dei sacra insigniti cruce, vobis hoc ius obtulit, ut vestro ausu temerario usurpetis et aliena vestro iuri lege perversa mancipetis? Quis, inquam, Christi fonte celesti regno consignatum in sortem vestram cedere permisit, quem etiam crux sancta redemit, cuius crucis victoria regni vestri terminos per totum mundum prius dilatati adeo coartavit, ut nec vobis potestas in eo manendi ulla supersit? Qua presumptione putatis consortem vestrae penae fieri, qui, licet servus esset peccati, sanctae virginis Mariae, matris Dei, obtentu servus factus est domini nostri Iesu Christi? Nec compar erit vobis in suppliciis aeternis, qui fidei signaculo veniaeque precatu et obtentu vobis erit dissimilis. Camino piceae flammae vos constat deputatos, quia vos arbiter aequus perpetuo novit induratos et gratiam exclusit a vobis indulgentiae [ulturus[b]] in humanum genus odium semper furentis malitiae vestrae.' Hiis acceptis gravi strepitu corona malignantium concrepuit asserens iusti iudicis examen salute[c] tanti peccatoris infirmari, si constiterit ulla ratione sententiam debitae mortis clementia permutari vel ad momentum relaxari reum ad summa, qui semper lubrica morum vertigine ferebatur ad ima. 'Quia', inquiunt, 'deposito mortis sontem nobis colligavimus; par pena concludat, quos rebellionis non inpar culpa divinae frameae[d] oblatos puniendos accusat. Aeternis ignibus nobiscum cruciabitur, qui nulla reatus sui penitentia purgatus invenitur.' Ad hec Christi famula: 'Non', inquit, 'ut vos estimatis ad eripiendum istum, quem tenetis, sola processi, sed auxilio Dei genitricis adiuta et missa veni predam excutere, cuius penae magis incumbitis instinctu malitiae quam ratione iustitiae.' Hiis dictis globo furentis malitiae signum sanctae crucis intentat et cognato erepto hostium infinitam multitudinem proturbat exsufflando. Itaque preda sublata tanto strepitu et tumultu impietatis chorus ex sui confusione visus est concitari, ut celum et terram suo loco moveri, elementa cuncta concuti, immo omnem creaturam in profundum ruere crederes vel permutari. Materna igitur exhortatione ad emendationem morum liberatus homo provocatus ad superos redit, coram positis, quod viderat, digerit et resumpta corporis valentia Cicensem episcopum[1] petit eique modum et ordinem visionis, molestae captivitatis testimonia, tortorum instanter accusantium recensita mala diversorum errorum presidium sacrae amitae occurrentis et restitutionem iam fere pereuntis iuxta omnia, quae viderat, exponit. Presul, ut audivit talia, visioni quidem tantae in laude Domini congratulatur et, ut locum devote frequentet, unde salus ei tanta provenisse cognoscitur, exhortatur. Et adiecit: 'Ecce', inquit, 'sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat, ne fiant novissima tua peiora prioribus.' Qui ad cellam nostram veniens tanto gemitu, lacrimis et suspiriis quod viderat protestatur, ut, si lingua taceret, gestae rei fidem darent. Commissa igitur confitetur, veniam precatur, emendationem vitae morumque promittit, spem recuperandae salutis a patribus accepit et tandem suscepta benedictione letus ad propria rediit. Nullus igitur sanctae Mariae professus de meritis sanctae matronae suae diffidat, nullus de patrociniis beatae Paulinae desperet, quia, si eius obtentu mater Domini Maria respexit alienos, quanto magis abdicantes se, sua et suos sibique servientes et filio eius, qui in trinitate perfecta vivit etc.

Act. 2, 7.

cf. Ioh. 5, 14.

cf. 2. Petri 2, 20

EXPLICIT VITA BEATAE PAULINAE, VIDUAE PROPE ERFFORDIAM, IN CELLA, QUAM CONSTRUXERAT, SEPULTAE.

a) pride c. b) *dest c., suppl.* c) saluti *c., corr. M.* d) framea et obl. *c., corr. M.*

1) Udonem? v. supra p. 986, 4.

FVNDATIO ECCLESIAE HILDENSEMENSIS.

EDIDIT A. HOFMEISTER.

Libellus pretiosissimus de variis ecclesiae maioris Hildesheimensis fatis saec. XI. exeunte paulo post mortem Hezilonis episcopi († 1079. Aug. 5) a quodam ecclesiae principalis canonico compositus esse videtur, qui tempora Hezilonis[1] *et, ni fallor, iam Thietmari*[2] *(a. 1038—1044) episcoporum ipse vidit; postea brevis continuatio de Udone, Bartholdo, Bernhardo episcopis (a. 1079—1153), addita est, quae, si superstite Bernhardo, paulo post a. 1133. exarata est (quod fieri potuisse negari non potest), certe uno loco post a. 1259. interpolata est*[3]*. Ne ea quidem, quae de initiis episcopatus hic traduntur, ideo spernenda esse videntur, quod mira quaedam verae rerum narrationi intermixta sunt, sed rectam rerum notitiam his inesse ex diligentissima fontium historicorum omnis generis inquisitione a viris doctis nostris temporibus instituta in dies melius enitescit. Cf. imprimis E. Müller, 'Das Königsurkunden-Verzeichnis des Bistums Hildesheim', 'Archiv für Urkundenforschung' II, 491 sqq.; Rettberg, 'Kirchengesch. Deutschlands' I, 465 ff. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II, 413, n. 2 et p. 675, n. 5 (ed. 3. p. 696, n. 3) fundationem nostram neglexit, sed de primis episcopis rectum iudicium tulit.*

Libellus noster saeculo XII. et ab Annalista Saxone qui dicitur et in Annalibus Palidensibus adhibitus est. Et Palidenses quidem nihil nisi duas breves de Karolo Magno et Ludowico Pio notitias, quae ad initia episcopatus Hildesheimensis respiciunt, ad a. 814. et 817. desumpserunt[4]*; Annalista Saxo plurima deinceps verbotenus expilavit*[5]*, unde, quae maxime scitu digna essent, viris litteratis iam diu praesto fuerunt:*

ad a. 815. Ut autem ad superiora parumper redeam, Karolus Magnus inperator, postquam diu infrenem et Christiani nominis tunc inmunem Saxoniam — cis Leinam positarum. Sacellum autem Hildinisheimense — tercio Ebbone, prius Remense archiepiscopo, post Hildinisheimensi episcopo *(infra p. 941, l. 11 — p. 942, l. 20; p. 943, l. 5 — l. 12—13);*

ad a. 847. Eppone, primum Remensi archiepiscopo deinde Hildinisheimense episcopo, defuncto, Altfridus quartus ordinatur episcopus. Qui instructus sacerdotem et eclesiam — clericorum, si qui digni videbantur, consecrationes *(infra p. 943, l. 12 — l. 26);*

ad a. 852. Idem eclesiasticus presul — firmi sed arti edificii construxit *(infra p. 943, l. 26 — p. 944, l. 11);*

a. 1044. Hactenus Hildenesheimensis clerus tam districta religione — Sed nondum finito opere auctor operis decessit *(infra p. 944, l. 23 — p. 945, l. 24);*

a. 1079. Hetilo Hildinisheimensis episcopus, perpolitis apud *(sic)* tribus suis monasteriis . . . . *(cf. infra p. 946, l. 13).*

Libellus ipse a solis Hildesheimensis patriae auctoribus inde a saeculo XVI. saepius transcriptus vel adhibitus est; a. demum 1837. *H. A. Lüntzel pauca de ecclesiis Aulicensi archidiaconatui addictis publici iuris fecit (infra p. 942, l. 17 — p. 943, l. 4, ubi variam lectionem sub signo 'L.' enotavimus)*[6]*, codicem miscellaneum, ubi plura de monasterio S. Godehardi*

1) Infra p. 946, l. 9 sq. 2) Infra p. 943, l. 13 sq. 'Die ältere Diözese Hildesheim', Hildesh. 1837, p. 343 sq., 3) Infra p. 946, l. 18 sq. 4) SS. XVI, 58. 5) SS. cf. p. 186, n. 27 et eiusdem 'Geschichte der Diözese u. VI, 570 sq. 575. 576. 686 sq. 717. 6) H. A. Lüntzel, Stadt Hildesheim' I, Hildesh. 1858, p. 411.

saeculo XVII. collecta erant, secutus, qui titulum praemisit: Sequitur fundatio eccl. Hildensem. ex membranaceo codice bibliothecae S. Godehardi per D. Doctorem Conradum Iordanum ex eodem *(in editione anni* 1858. *pro* ex eodem *legitur* sec. XVII.*)* descripta *(= L)*.

Integrum libellum a. 1897. *A. Bertram locupletissimo commentario et versione Germanica adiectis ex codicibus subnotatis edidit*[1]*, quos codice autographo vel si quae erant vetustioribus exemplaribus deperditis nos quoque, qui eos ipsi Berolinum benigne transmissos denuo contulimus, sequi oportuit.*

Codices qui innotuerunt sunt hi:

1*) Codex Hannoveranus bibl. regiae XXI.* 1254 *(apud Bertram signatus 'D'), chartaceus, saec. XVII. exeunte (post a.* 1684*) scriptus, de quo cf. Bodemann, 'Die Hss. der k. öff. Bibl. zu Hannover'* 1867, *p.* 259*sq. Continentur inter alia p.* 1—449: Beschreibung der Uhralten Stadt Hildesheimb an- und Herkommen ex Msc. in scriniis D. Conrad Iordani reperto *(—*1684*), p.* 497*: Catalogus Abbatum S. Godhardi (*1136—1565*), p.* 505—514*:* Sequitur fundatio Ecclesiae Hildensemensis ex membranaceo Codice Bibliothecae S. Godehardi, *ubi in margine superiore quaedam ex parte evanida adspersa sunt:* Hoc diploma inveni in Mscriptis D. Iordani, ibidem pro fundatione Hild. dioeceseos venditum. Tantum vero abest, ut hoc credam, ut potius .....

2*) Codex Hildesheimensis bibl. Beverin.* 141*a (apud Bertram signatus 'A'), chartaceus in* 4°*, paginarum* 276*, qui inscribitur (minio):* Chronica des Stiffts Hildesheim samt vielen denckwürdigen Geschichten gantz ordentlich zusammen gesucht von D. A. B.[2] Im Jahr 1662. Geschrieben und abcopijret von mir I. B. Steding anno 1716. mense Iunio. *P.* 1*:* Prolegomena in Chronica Hildesheimensia. *P.* 15 *(minio):* Sequitur Fundatio Ecclesiae Hildesiensis ex membranario codice Bibliothecae S. Godehardi, *quae p.* 16—22 *occupat. P.* 22 *(minio):* Vorrede über die Beschreibung der Bischöffe Leben des Stiffts Hildeßheim, *quae Chronica usque ad p.* 218 *et a.* 1665. *perducta est. P.* 219—230 *med. alia manu scriptae esse videntur.*

3*) Codex Hildesheimensis bibl. Beverin.* 122*, chartaceus in fol., saec. XVIII., ut Bertram (qui codicem 'C' signavit) asserit ab Engelhardo Hoff pastore in Ruthe, scriptus. Fol.* 1—10 *exscissa moderna manu saec. XIX. restituta sunt. F.* 94*:* Aucthor huius operis obiit Anno 1574. d. 9. Ianu. aetatis 81[3]. Sequitur fundatio Ecclesiae Hildesemensis ex membraneo codice Bibliothecae. *Fundatio in f.* 96*v ex. in verbis* imperfectam reliquit *(infra p.* 946*, l.* 14*) desinit. F.* 97*:* Ex his praecedentibus et subsequentibus facillime colliget lector, quam inique et impie infestet religio et haeresis Lutherana et Calviniana huic piissimae intentioni et fundationi, ut non destiterit, necdum desistat, nec desistet structuram hujus et Ecclesiae Hildesim. imo nec totam dioecesem[4] funditus evertere et suae potestati subjicere.

3*a) Codex Hildesheimensis bibl. Beverin.* 163*, chartaceus in fol., saec. XVIII. (non ante a.* 1738*) scriptus, paginarum* 296*, quarum p.* 259—296 *vacuae sunt, in dorso tegumenti inscriptus* Annales Hildens. ab anno 1501 *(a Bertram signatus 'B'). P.* 96*:* Auctor huius operis obiit Anno 1574. d. 9. Ianuarii aetatis 81. *P.* 97*:* Sequitur Fundatio Ecclesiae Hildesemensis ex Membraneo Codice Bibliothecae *(minio). Fundatio finit p.* 99 *in verbis* imperfectam reliquit *(infra p.* 946*, l.* 14*), in qua multa erasa et alio atramento correcta sunt. Codex* 3*a ex* 3 *transscriptus est, correctus plerumque arbitrarie, nisi quod interdum alius codex adhibitus esse videtur (=* 3*a*[4]*).*

4*) Codex Hildesheimensis bibl. Beverin. 'Abt. C' nr.* 40*, apographum saec. XVIIII., quod Bertram a v. d. Kratz*[5] *scriptum esse dicit, foliorum* 7 *(a Bertram signatus 'E'). In tegumento:* Fundatio Ecclesiae Hildesiensis ex membraneo cod. Bibliothecae S. Godehardi. *F.* 1*:* No. I. Sequitur fundatio Ecclesiae Hildesiensis ex membranaceo codice Bibliothecae S. Godhardi. Nach einer im siebenzehnten Jahrhundert von dem Original-Documente entnommenen Abschrift, welche in der früheren Klosterbibliothek zu St. Michael aufbewahrt wurde.

1) A. Bertram, 'Hildesheims Domgruft u. die Fundatio Ecclesie Hildensemensis', Hildesh. 1898. Cf. eiusdem 'Gesch. des Bistums Hildesheim' I, Hildesh. 1899; A. Zeller, 'Die roman. Baudenkmäler v. Hildesheim', Berlin 1907; idem, 'Kunstdenkm. d. Prov. Hannover' II, 4 (1911) p. 1sqq. 30sqq. 2) Additur: *Andreas Behrens Medicus Hild. est auctor hujus libri* etc. 3) Additur moderna manu: *Iohannes Oldekop Decanus S. Crucis Hildesii.* 4) Corr. eadem manu ex *totius dioeceseos.* 5) Qui librum 'Der Dom zu Hildesheim', Hildesh. 1840, composuit.

Codices 1—4 *ad eundem veterem monasterii S. Godehardi codicem redire patet. Qui cum litteris et compendiis saec. XI/XII. usitatis scriptus esset, quae a librariis non bene intellegebantur, textus non semel pessime adeo corruptus est, ut, quid potissimum eligas, dubius haereas. Et sunt, quae, ut codices* 1—4 *omnes non ex ipso vetere codice sed ex uno eodemque recentioris aevi exemplari descriptos statuamus, suadere possint, neque tamen id pro certo affirmaverim. Sed utut res se habet, cum Annalistae Saxoni (= AS.) textum minus corruptum praesto fuisse iam eluceat, ex eo hic illic vera auctoris verba restitui possunt, quamquam, ne nimis huic indulgeamus, cavendum est, quia Annalista interdum pro libitu voces mutavit*[1] *vel mutare potuit.*

Capita in codicibus non numerantur neque ubique pariter distinguuntur.

A. Hofmeister.

1. Imperator Karolus illius nominis secundus, primi Karoli nepos, secundi[a] autem Pipini filius, agnomine quidem Magnus, postquam diu[b] infrenem[c] et christiani nominis tunc immunem Saxoniam, longo tandem mollitam[d] bello, fidei catholicae impressit sigillo, inter cetera Saxoniae loca, quae episcopalibus sublimanda sedibus decrevit, villam Aulicam ab insigniente eundem locum regis aula appellatam[e] et, ubi Sala, parvus fluvius, sed piscosus, nobiliorum[f] matri esocum Lainae[g] influit, sitam sede episcopatus iudicavit dignam, tum propter delicatam ipsius[h] loci amenitatem, tum propter confluam negotiandi commoditatem, quippe cum naves Fresiae[i] de Wisera per Haleram, dehinc per Lainam[k] ascendentes[l] locum eundem locupletare, publicus etiam[l] usitatissimusque[m] viarum transitus celeberrimum possent reddere. Quo decreto Karolus Aulicensis ecclesiae primam fundamenti petram ipse ponens eandem ecclesiam quasi primitias Saxoniae et[n] desudati[n] Christo[n] triumphi[n] titulum fundato[o] supra petram[p], qui[q] Christus[r] est[3], celi clavigero[4] dedicavit. Et subsequenter morato ibidem pio imperatore ad primam usque cementarii[s] staturam murus eiusdem surrexit ecclesiae. Karolo autem, quo advixit, a[t] promovenda ordinandaque in episcopatus[u] tam hac quam et aliis quibusdam, quas construxit, Saxoniae ecclesiis impedito, et ex negotiis[v] bellorum et penuria prediorum, Aulicensis ecclesia[w] per directos prefectosque sibi a[x] suo constructore sacerdotes, qui[y] Saxoniam tunc solidioris minime cibi capacem lacte ecclesiastico nutrierant[x 5], per hos[x'], inquam, gubernata adiacenti provinciae erat et ecclesiasticae legis magistra[z] et christianae religionis evidens forma, loco, quem nunc Hildensemensis[b] illustrat ecclesia, informem adhuc situm passo, domesticis paludibus obducto, silvis horrido, venatui tantum apto. Karolo autem eundem[c] regni[d], 814.
quem[e] et vitae, finem sortito Lodwicus[f] tam paternae religionis, quam potestatis[g] heres, cum totus esset in promovendo Aulicensem ecclesiam[h] in caput et arcem[i] episcopatus, et[k] cum haec[l] disponendi gratia eundem locum frequentius incoleret[m], contigit eum[n] transita[o] Laina[p] venandi affectu[q] in loco, quem[r] nunc Hildensemensis[s] occupat ecclesia[t],

a) secundi — filius *(l. 10—11) om.* 3; secundus a Pipino filius 4. b) diu *om.* 3. c) impenem 1. d) molitam 3. e) appellatum 3; *corr.* -tam 3a[1]. f) nobiliorum matri esocum *om.* 3. *AS.* g) *ita* 1. 2; Laynae 4; Leinae 3. *AS.* h) loci ipsius 3. i) Frisiae 3. 4. k) *ita* 1. 2; Laynam 4; Leinam 3. *AS;* per Haleram dehinc *om. AS.* l) *ita AS.*; et 1—4, *corr.* etiam 3a[1]. m) *ita* 1. *AS.*; -que *om.* 2—4, *suppl.* 3a[1]. n) *ita* 4. *AS.*; q̄. desudanti Epō triumphi et desudati x' triumphi 1; et desudati episcopo triumphi 2; et desudati triumphi. Christi 3. o) fundatꝰ 1; fundatam 4. p) petram *bis* 1. q) qui *mut.* quae 3a[1]; quae 4. *AS.* r) Xste 2. s) cemtarii 1; coemeterii 2. t) ad 1—4. *AS (ubi sequuntur* promovendas ordinandasque in ep. et banc et alias quas constr. eclesias*), corr.* a 3a[1]. u) Episcopatum 1. v) negotio 3. w) ecclesiae 3; *praeced.* interim *AS.* x) a *om.* 1—4; a suo conditore *AS.* y) *ita AS.*; qui aut 1; aut qui 2. 4; aut 3, *corr.* qui 3a[1]. z) *ita* 2. 3; imbuerant 1 *(supersc.* nutrierant*).* 4. *AS.* x') hoc 1. a) minat., *supersc.* magistra 1. b) Hildensem 1—4, *corr.* -mensis 3a[1]; Hildinisheimensis *AS.* c) tandem 4. d) regni — heres *(l. 31—32) om.* 1. e) quam 3, *delet.* 3a[1]. f) Loduuicus 4; Ludovicus 2; Ludowicus 3; Lodowicus *AS.* g) *ita AS., A. Pal.*; pietatis 2—4 *(cf. n. d).* h) Eccē 1. i) *ita* 4. *AS.*; in capite et area (arie 1) 1—8, *corr.* in caput et arcem 3a[1]. k) *ita* 4. *AS.*; q̄ 1; qui 2; q *(incertum utrum* et *an* qui*)* 3; intentus et *e corr. in loco raso et supra lin.* 3a[1]. l) *ita* 4. *AS.*; hoc potestatis 1; horum 2; hor. 3, *corr.* hoc 3a[1]. m) incolerēt 1. n) cum 1; *distingui non potest* 3. o) transito 2. p) *ita* 2; Layna 1. 4; Leina 3. *AS.* q) affectum 1 *(corr.* -tu*). AS.* r) *ita* 4. *AS.*; qui 1—3 *(corr.* quem 3a[1]*).* s) Hyldn 1; Hil 2; Hildesim *(?),* -m*(?) e corr.* 3; Hildesimensis, -mensis *in loco raso et infra lin. corr.* 3a[1]; Hildinisheimensis *AS.* t) ecclesiam 3, *corr.* -sia 3a[1].

1) Cf. ex. gr. infra p. 945, l. 12 (et n. h) et SS. VI, 686, l. 27 sqq. Quae semper fere omisimus. 2) Cf. H. Wilckens, 'Hans. Geschichtsblätter' 1908, p. 321 sq., H. A. Poelman, 'Geschied. van den handel van Noord-Nederland gedur. het Meroving. en Karoling. tijdperk', 's Gravenhage 1908, p. 78 sq., qui hunc locum ex Annalista Saxone laudaverunt; 'Hist. Zeitschr.' 120, p. 118. 3) 1. Cor. 10, 4; cf. Matth. 7, 24 sq. 4) Petro apostolo. 5) Cf. Hebr. 5, 12: *et facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.*

tentorium fixisse ibique allatis regiae capellae reliquiis missas audivisse. Erant autem ex Dei providentia eaedem[a] reliquiae sanctae[b] Dei genitricis Mariae[1]. Imperatore dehinc Aulicam regresso, ibidem[c] iterum missarum solempnia audituro capellarius[d] reliquiarum[e] patrocinia[e] altari impositurus demum recoluit se oblitum ea[f] dimisisse[g], ubi missa celebrata est[h] pridie. Revertitur sollicitudinis stimulo concitatus invenitque eas, ubi et[i] suspenderat, in ramo scilicet arboris purissimum fontem obumbrantis. Approperat hilaris, et, o stupenda Dei magnalia[2]! o divinae dispensationis[k] abyssus multa[l-3]! quas[m] levi manu suspenderat, nullo conamine auferre poterat. Revertitur imperatori mira dicturus. Ille avidus audita experiri, festinus[n] multis stipatus venit, reliquias cui semel inheserant arbori[o] nolle moveri sensit[p 4]. Instructus[q] igitur hoc[r] nutus esse[s] divini, sacellum ibidem Dei[t] acceleravit[u] genitrici, altari eundem locum obtinente, quem et suspensae reliquiae ostenderant. Locum igitur hunc novitate miraculi illustratum, hunc[v] tantopere Dei genitrici placuisse probatum, imperator toto affectu anticeps promovere aggressus principalem episcopii[w] cathedram, quam prius apud Aulicensem ecclesiam a patre suo fundatam et a se tantopere[x] celebratam principis apostolorum honori attribuere decrevit, sacello Dei
815? genitricis concessit eique[y] probatae religionis Guntharium[z] primum episcopum prefecit[5].

2. Sic Hildensemensi[a] ecclesia episcopalem principatum obtinente, sic principe apostolorum Dei genitrici[b] conditoris[c] locum dante obtinuit Aulicensis ecclesia, ut esset mater et filia, filia videlicet episcopalis[d] ecclesiae, mater vero quarundam ecclesiarum ultra, omnium autem secum cis Lainam[e.6] positarum. Habuitque id iuris in omnes ecclesias cis Lainam[f] positas, quod[g] matri[h] et baptismali ecclesiae decreta canonum concedunt in subiectas scilicet capellas[7]. Sed postquam illiterati[i] homines spiritualia gratis[k] dona vendere et versutiam diaboli ceperunt sibi in lucrum vertere, et quae ille[l] seminaverat, ipsi metendo[m] aggregare, tunc demum filiae se ab unitate materni corporis separaverant[n], tunc sibi maternum ius usurparant[o], tunc Aulicensis ecclesiae sacerdotibus in die belli pro domo Israel [murum][p] non opponentibus[8] et factioni[q] adversariorum male cedentibus, ecclesiae Eildagensis, Aldendorpensis[r], Walenhusensis matres vocari presumpserant[s] et ius baptismalium ecclesiarum, quod prius ex Aulicensis ecclesiae affectu et gratia eis[t] pro tempore attributum est, insolenti presumptione quasi proprium rapuerant[u]. Habuit autem[v] usque ad[w] Thiemarum[x] quintum decimum nostrae ecclesiae episcopum[9] Malerthen, et Högersen[y 10], in eadem villa; sed ille[z] sine omni concambio, quod lex canonum pro-

a) eced. 1. b) *ita AS.;* sanctae *om.* 1—4. c) ibique tunc *(pro* ibidem iterum*) AS.* d) Capellanus 4. e) reliquias, *superscr.* rum *et suppl.* patrocinia 1; reliquias *AS.* f) eas 4. *AS.;* ea *mut.* eas 3a¹. g) demisisse 3. h) et 2. i) *ita* 1. 2. *AS.;* et *om.* 3. 4. k) dispensationis *mut.* dispositionis 3a¹; dispositionis *AS.* l) multa *om.* 2. m) *praeced.* et 1—4; et *eras.* 3a¹, *om. AS.* n) festinans 2; acceleratissime *AS.* o) arbori *om.* 1. 2. *AS. (*de loco cui semel inhes. *AS.).* p) sentit 3. q) *ita AS.;* instinctus 1—4, *corr.* instructus 3a¹. r) *ita AS.;* h. l. 2; hi et 3. 4, *corr.* hoc esse 3a¹. s) esse *om.* 3. 4. t) Dei *om.* 3. u) accelerant 4. v) hunc *om.* 2. 4. w) episcopi 3. x) *ita* 2. *AS.;* tanto opere 1. 3. 4. y) atque 3, *corr.* eique 3a¹. z) Guntarium 4. *AS.* a) *ita* 1; Hildensemense 4; Hildesheimensi 2; Hildesemensi 3; Hildinisheimensi *AS.* b) genetrici 1. 2; Genitricis 3. c) redemptorisque sui *add. AS.* d) principalis, *eadem manu eodemque atramento superscr.* Episcopalis 1. e) *ita* 2; Laynam 1. 4; Leinam 3. *AS.;* Leynam *L.* f) *ita* 2; Laynam 1. 4; Leinam 3. g) qd' 1; qd 3; qmdm 2. h) *ita* 4; mater 1—3, *corr.* ri 3a¹; mater *(matri) L., ubi* Habuitque — positas *desunt.* i) illi maleferati, *primo corr.* maleferiati, *quo deleta superscr.* terati 2. k) dona gratis 3. *L.* l) alius *vel* alii *proponit Bertram.* m) metend 1. n) *ita* 1—3 *(seper.* 1*);* separaverunt 4. *L., e corr.* 3a¹. o) *ita* 2; usurpaverant 1; usurparunt 3. 4. *L.* p) murum *om.* 1—4. *L.* q) fcom 1. 2; fcōni 3, *corr.* factioni 3a¹. r) Aldorpensis 2. s) praesumpserunt 4, *e corr.* 3a¹. t) ei 1—3. *L., corr.* eis 3a¹. u) rapuerunt 4. *L., e corr.* 3a¹. v) autem *om.* 2. 4; id 3. w) ad *om. L.* x) Thietmarum 4. y) *ita* 2, 4; Högersem 3. *L., mut.* Höyersem 3a¹; Hogersfem 1. — et decimam *suppl. Bertram.* z) *ita Bertram;* illae 1—4. *L.*

1) Cf. St. Beissel, 'Geschichte der Verehrung Marias in Deutschland während des Mittelalters', Freiburg i. B. 1909, p. 36 sq.; Bertram, 'Gesch. d. Bisthums Hildesheim' I, 30 sq. 2) Cf. Act. 2, 11 sq.: *audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Stupebant autem omnes et mirabantur.* 3) Cf. Ps. 35, 7: *iudicia tua abyssus multa.* 4) Similia de monasterio S. Michaelis Virdunensi (SS. IV, 80) et de monasterio Ebronio (Evron, dép. Mayenne, arr. Laval) tradi (Gallia Christ. nova XIV, col. 483) post alios E. Bernheim, 'N. A.' XX, 74 animadvertit. 5) Guntharius *primum preceptum securitatis et libertatis . . . ab Lodowico imperatore filio Karoli Magni acquisivit* a. fortasse 815; cf. E. Müller, 'Archiv für Urkundenforschung' II, 491 sqq.; Hauck, 'KGD.' II³, 696, n. 3. 6) Hinc, ut libellus noster in occidentali Leinae ripa (non in civitate Hildesheimensi) scriptus sit, effici non posse recte Bertram contra Pertzium (SS. VI, 571, n. 7) monuit. 7) Cf. Burch. Wormat. Decr. III, 22 (ex conc. Aquisgr. c. 5; = Decr. Grat. c. 54 C. 16 q. 1 'in Tolletano concilio'). 8) Ezech. 13, 5: *Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini.* 9) A. 1038—1044. 10) Quae ecclesia a. 1151. ad capitulum S. Mauricii pertinebat; cf.

hibet[1], matrem ecclesiam possesso ab hominum memoria termino prevaluit, cum canonum dicat autoritas, 'ut ecclesiae antiquitus constitutae nec[a] decimis nec[a] ulla possessione priventur, ita ut' eadem possessio 'novis oratoriis tribuatur'[2], quas[b] a tempore Themari[c] episcopi usque in presentem diem obtinuit et obtinet illa nobilissima Kertzstadensis[d] ecclesia.

3. Sacellum autem Hildensemense[e] a Lodwico[f] Karoli filio constructum et sanctae Mariae dicatum perduravit in sibi digno religionis cultu, non adiuncto sibi alio opere[g] usque ad Altfridum[h] quartum episcopum[3]. Guntharius[i] enim[k] primus ibi episcopus episcopalem ecclesiam, in qua principalis Deo[l] fratrum clerus serviret, cum duabus altissimis turribus remotius a dicto sacello in meridiano eius latere construxit et principaliter in honorem sanctae Ceciliae dedicavit. Sed hanc ecclesiam fratrum[m] celebritas et canonicalis religio non[n] incoluere[o] nisi presidentibus[p] tribus[q] episcopis, primo scilicet[r] Guntharioˢ, secundo Reimberto[t-*-4], tertio Ebone[u] prius Reimense[v] archiepiscopo, postea Hildensemense[w] episcopo[5]. Ruina autem[x] et lapsa congeries eiusdem ecclesiae a Gunthario[y] constructae monstrabatur usque ad tempora Thetmari[z] quindecimi. Tribus autem, quos[A] dixi, presidentibus[b] 1038—44.
episcopis[c] et canonicis in constructa a Gunthario[d] ecclesia omnipotenti[e] famulantibus sacellum illud primitivum per se celeberrimae[f] venerationi[g] habitum est. Altfridus autem quartus tam de[h] vivis aeterni quam de materialibus presentis aedificii lapidibus[i] cogitans in principio suae promotionis factas[l] ab antecessore suo quascunque ecclesiasticorum sacramentorum administrationes, post amissum priorem episcopatum ad alterum promoto, utpote ecclesiarum consecrationes, ordinationes clericorum et his similia, adnullavit[l], instructus eum[k] post amissam[l], quam prius habuit, ecclesiam Remensem non ex lege canonica possedisse Hildensimensem[m], cum constet ecclesiam et[n] sacerdotem[n] tali pacto et[o] tali vinculo federari[p], quo[q] virum et uxorem[s]. Igitur secundum[r] spiritualis matrimonii sanctissimam legem Altfridus administrata ab antecessore Ebone[s] ecclesiastica sacramenta cassavit, annullavit, iterando et ecclesiarum consecrationes et clericorum, si qui digni videbantur, ordinationes. Inter haec[t] ecclesiasticus[u] presul cum religiosissimo clero[v] triduanum egit ieiunium, celos[w] pulsante precum instantia, Dominum[x] exorans sibi locum demonstrari,

*) qui per XX annos illi ecclesie prefuerunt *add. AS.*

a) *ita* 4. *Reg.*; ñ. 1, in 2, non 3. *L, pro priore* nec; *alterum* nec *om.* 1—3. *L.* b) quae *e corr.* 4. c) Thietmari 4. d) *ita* 1; Kerzstanensis 2; Kerstanensis 3. *L.*; Krestanensis 4, *ubi adnotatur*: '*Eine andere Lesart hat* Kerstanensis ecclesia'; *intellegendum est* Sarstedt. e) Hildesimense 3; Hildinisheimense *AS.* f) Loduuico 4; Lodovico 1; Ludovico 2; Ludowico 3; Lodowico *AS.* g) tempore, *eadem manu eodemque atramento superscr.* opere 1. h) Alefridum 1. i) Guntarius 4. *AS.* k) nempe 4. l) do 1—3, *mut.* xto 3a[1]. m) *ita AS.*; firma 2—4; frm celebratis, Ecc̄ firm. celebritas *etc. ut supra* 1. n) n. 1; ñ 2. o) incolere 1; incolunt 2. p) praesentibus 3, *corr.* praesidentibus 3a[1]. q) tribus *om.* 4. r) ei 1; S. 4; scilicet *om.* 2. 3; primo scil. *et* secundo *om. AS., ubi* G. et R. *etc., ut supra l.* 28, *n.* *. s) Guntario 4. *AS.* — prius *(qui prius* 3*)* Rheimense *(*Reimense 3, *mut.* -is 3a[1]*)* episcopo *(mut.* -us 3a[1]*)* postea Hildensimense *(*Hildesimense 3, *mut.* -is 3a[1]*)* episcopo *(mut.* -us 3a[1]*) hoc loco add., infra (l.* 12*sq.) om.*, 2. 3. t) Remberto 3; Reinberno *AS.* u) *signum* ꝙ *add.* 3. v) Remense *e corr. AS.*; *cf. supra n.* s. w) *ita* 1. 4; Hildinisheimensi *AS.* x) et 3. y) Guntario 4. z) Thietmari 4. a) quod 1. b) praesentibus 3, *corr.* praesidentibus 3a[1]. c) episcopo 3, *corr.* -is 3a[1]. d) Guntario 4. e) omnipotnꝰ 1; omni potnꝰ 2. f) celeberrimum 4. g) veneratione 1. h) divinis *corr.* de vivis 3. i) foetas 3. k) eum 1—3, *corr.* eum 3a[1]. l) amissum *corr.* -am 1, *ubi sequitur* priorem Episcopatum ad alterum promoto, utpote Ecclesiarum consecrationes *continuo deletum.* m) *ita* 2; Hildenheimeusem 1; Hildesimensem 3; Hildenesemensem 4. n) sacerdotalem 3. o) et *om.* 4; tali pacto et *om. AS.* p) foedari 3. q) quō 3; quo *mut.* quali 3a[1]. r) sum 1. s) *ita Bertram*; ô bone 1; Ô bona 2; O bona 3, *corr.* Ebone 3a[1]; omnia 4; suo *AS.* t) h 1. 2; has 3, *corr.* haec 3a[1]; Idem *pro* Inter haec *AS.* u) ecclesiasticus *vel* -as 3; Ecclesiasticus, -u- *in loco raso* 3a[1]. v) suo *alia manu alioque atramento add.* 3a[1]; sui clero *AS.* w) *ita* 2. *AS.*; calos 1; coelum 3. 4. x) Ðm 1; Deum 4. *AS.*

'UB. d. Hochstifts Hildesheim' I, nr. 275; Lüntzel, 'Die ältere Diöcese Hildesheim' p. 220. 225.

1) Burch. Wormat. Decr. III, 24 (ex conc. Lugd. c. 5). 2) Regino, De eccl. disc. I, 80 (29); Burch. Wormat. Decr. III, 9 (ex Conc. Mogunt. a. 813, c. 41, MG. LL. Concil. II, 271; = Decr. Grat. c. 48 C. 16 q. 1). 3) Qui sedit iam a. 852, obiit a. 874, Aug. 15. 4) Qui in libro confraternitatis Augiensis occurrit, MG. Libri confraternitatum p. 159, col. 22, 24; cf. Hauck, 'KGD.' II[3], 696, n. 3. 808. 5) Qui inter m. April. a. 845. et m. Oct. a. 847. episcopatum Hildensemensem accepit et d. 20. m. Martii, non post a. 852, obiit. 6) Cf. 1. Petr. 2, 5: *Et ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini.* 7) Cf. Chron. Hild. c. 4, SS. VII, 851: *Qui aecclesiam regulariter regendo, quicquid antecessor suus de sacris ordinibus temere usurpavit, decreto canonum rationabiliter annullavit.* 8) Cf. Conc. Nic. c. 15; Decret. Pseudo-Isidor., ep. Calixti c. 14, ed. Hinschius p. 139 (Decr. Grat. c. 19—39 C. 7 q. 1). De causa Ebonis cf. Hrabani Mauri ad Heribaldum episc. Autissiod. epist. c. 34, MG. Epist. V, 514.

quem[a] mediator Dei et hominum[b.1] dignaretur[c] ecclesia[d] in sui[e] suaeque genitricis honorem[f] construenda[g]. Peracto ad votum ieiunio[h], cum quartus illucesceret[i] dies, quasi ad invocantis vocem[k] visi[l] sunt designati et, quasi[m] ipse, qui vocabatur, responderet[n]: 'Ecce adsum[o]!' ad fodiendum ecclesiae fundamentum artificioso metientes[p] rectangulo[q], limites, descripti instar vernalis[r] pruinae, directi quidem a primitivo[s] sanctae Mariae sacello versus occidentem[t], lati quippe et longi inter seque distantes, prout muri[u] spissitudo[v] et ecclesiae longitudo[w] et capacitas poscebant. Revelatum est[x] divinitus[y] preter hoc presuli[z] eadem[a] qua ieiunium finierat nocte, quia in crypta, quam predicto adiuncturus erat sacello, duo deberet altaria dedicare, baptistae videlicet[b] Iohanni Stephanoque protomartyri. Mox illustris presul suae intentioni[c] divinam aspirare dignationem[d] letificatus, posito, ut sibi revelatum est, fundamento, ecclesiam tam honesti quam firmi[e] artificii construxit et primitivo ita coniunxit sacello, ut sanctuario illius, quam[f] construxit, ecclesiae superimposito altare nominati illius[f.2] sacelli inferius situm esset[h] in cryptae[i] orientali supremo[k]. Hanc
872. Nov 1. igitur ecclesiam ipse eius constructor Altfridus dedicavit[g] eique claustrum canonico usui et regulari vitae commodissimum adiecit. Haec[i] Altfridi[m] ecclesia cum sui[n] claustro duravit[o] presidentibus[p] episcopis Marwardo[q.3] successore[r] Altfridi[s], et Wicperto[t.4], qui erat VI., Walperto[5], qui VII., Sehardo[6], qui VIII., Diethardo[7], qui IX.[u], Othwino[v] Augensi monacho[8], qui X., Osdago[9], qui XI., Gerdago[w.10], qui XII., Bernwardo[x.11], qui XIII. — hic monasterium beatiſ Michaelis archangeli in septentrionali parte civitatis Hildenesheimensis[a] in loco quodam squalido, feris
1015—1022. quoque seu[a] brutis animalibus coaptato[b], tota devotione et apparatu decenti instituit, quod prediis sufficientibus dotatum cenobitis Deo famulantibus ibi collectis delegavit[c.12] —, beato quoque Godehardo[d.13] Aldahensi prius[14] abbate[e], qui XIV., Thetmaro[f.15], qui XV.

4. His igitur presidentibus et in hac constructa ab Altfrido ecclesia Hildensemensis[a] clerus[b] tam districta religione et religiosa districtione[i] Dei[k] obsequio se mancipaverat, ut in professione canonica districtione gauderet monachica. Nam — ut taceatur, quam[l] severe animadvertebatur, si quis choro, mensae[m], dormitorio, non[n] dico deesset[o], sed vel tardius[p] advenisset[q], nisi aut[r] gravi necessitate irretitus aut licentia munitus[s] hoc facere presumpsisset[t] — scholaris[u] disciplinae iugo[v] absoluti[w] strictiori[x] habena[y] in claustro servabantur[z] et cottidianam scripturam[a] decano presentare, evangelium cum lectione, cantum quoque, ipsos[b] etiam[c] psalmos[d] reddere cogebantur[e], ita[f] ut[g] timidius in claustro quam

a) quam 4. b) hominem 1. c) assumere pro *alia manu alioque atramento add.* 3a[1]. d) ecclesiae 4. e) suis 2. f) memoriam et honorem 2. 4; honore *AS.* g) construendae 4. h) ieunio 1. i) allucesceret 2; illuscesseret 3. k) vocem *supra lin.* 4. l) nisi 1—3, *corr.* visi 3a[1]. m) q̃i: --- 3; q̃ ---- *corr.* quasi 3a[1]. n) respondet 4. o) Assum 1. 4. p) metientis *AS.*; metientes *alio atramento mut.* -is 3a[1]. q) *ita* 2; orthogonio 1. 4. *AS* (orthig.); orthogonico rectangulo 3. r) vernaculis 3, *corr.* vernalis 3a[2]. s) *ita AS., cf. infra l.* 11 *sq.*; primaevo 1—4. t) *ita* 1; occidentem versus *AS.*; occidentalem 2—4. u) muro 1. v) dissipitudo *supersc.* spissitudo 1. w) latitudo *supersc.* longitudo 1. x) et 1. 2. y) *ita Bertram*; divino 1—4. *corr.* divinitus 3a[1]; *om. AS.* z) eidem pr. *AS.* a) eadam 1. b) vi 1: scilicet 2. c) intentione 1. d) *ita* 1. *AS.*; dignitatem 2—4. e) sed arti *add. AS.* f) quam — illius *(l. 13) om.* 3, *in margine suppl.* 3a[1]. g) illi 1. h) est facto 3, *mut.* sit factum 3a[1]. i) Crypta 3. 4. k) suprema 4; supremum, -um *alio atramento in loco raso* 3a[1]. l) *ita* 4; Hic 1—3, *corr.* Haec 3a[1]; Haec *vel* Huius *legendum esse videtur.* m) Haltfridi 1; Haltfridi 2. n) suo 3. o) durante *supersc.* vit 1. p) -de- *e corr.* 4. q) Ma- *e corr.* 3; Marcwardo 4. r) successori 1. 2. 4, *corr.* -e 4. s) Altfridi *om.* 3, *ubi sequitur* :: NB. hic inquire in Serie Episcoporum n. t) Wicberto 2. u) etc. *add.* 3, *omissis* Othwino — XII. *(l. 18).* v) Ottiwino 4. w) Herdago 1. 2. 4. x) Berwardo 3. y) S. 3. z) Hild. 3; Hildensemensis 4. a) seu *om.* 3. b) coeptato 3, *corr.* coptato 3a[1]. c) denegavit 1. 2. d) Godhardo 4. e) abbati 1—4, *corr.* -e 3a[1]. f) Thietmaro 1. 3, *mut.* Detmaro 3a[1]. g) Hildesemensis 2; Hildesimensis 3; Hildenesheimensis *AS.* h) clero 1. i) distributione 3, *corr.* districtione 3a[1]. k) in Dei 1. 3. l) quam quod 1. m) *ita* 4. *AS.*; mensa 1—3. n) non dico *om.* 3. o) desiet 2; deesse *AS.* p) *ita* 3. *AS (ubi* vel *om.)*; tardus 1. 2. 4. q) advectisset *corr.* advenisset 3; adesse *AS.* r) aut *om.* 3. s) animatus *supersc.* munitus 1; animatus *AS.* t) presumpserat *(om.* hoc facere*) AS.*; erat *add.* 1; qs. *add.* 2; quasi *add.* 3. 4. u) scolaris *mut.* -es 4. v) premebantur *add.* 1—4 *(punctantur 1).* w) absoluti *om.* 3. 4; et *add.* 1—4. x) arctiori *supersc.* strictiori 1; artiori *AS.* y) habenae 3a. z) frenabantur *AS.* a) scriptarū 2. b) ipsi 2. c) *ita AS.*; et 1. 2. 4; *om.* 3. d) post 1. e) exigebantur *AS.* f) et 2; ita *om. AS.* g) et *add., sed delet.* 1.

1) 1. Tim. 2, 5: *mediator Dei et hominum homo Christus Iesus.* 2) Cf. Ann. Hild., Quedl. 872, SS. III, 48; Chron. Hild. c. 4. 3) A. 875—880. Ante quem Ludolfus electus, sed non consecratus decessit a. 875. 4) A. 880—908. 5) A. 908—919. 6) A. 919—928. 7) A. 928—954. 8) A. 954—984. Cf. Transl. S. Epiphanii c. 6, SS. IV, 250. 9) A. 985—989. 10) A. 990—992. 11) A. 993—1022. 12) Hoc ex Thangm. V. Bernwardi c. 46, SS. IV, 778, postea in margine autographi additum esse videtur; cf. etiam ib. c. 47. 49. 51; Chron. Hild. c. 13. 13) A. 1022—1038. Qui a. 1131. in concilio Remensi inter sanctos relatus est. 14) A. 996—1022. 15) A. 1038—1044.

in scholis ferulae subicerentur[a]. Delicatioris[b] etiam[c] vestitus tam nulla illis erat cura[d], ut[e-1] gulas[f], quibus[f] nunc[g] clerus ardet[h], nescirent, linguas[i] pelliciales[k] ac manicas[l] non pallio, sed[m] nigrato[n] panno ornarent[o], linguas autem claustralium superpelliceorum non minus quam tunicarum[p] equestrium[p] fibularent[q]. Sic ergo rusticalem stultitiam[r] curiali facetiae pretulerant[s], sic fortunam adnullando nec altiora, quam de claustro administrabantur[t], affectando[u], ut tam interius quam exterius claustrali restrictione[v] clausi[w] renunciato nondum seculo seculum nescirent. Hunc[x] ergo[y] statum claustri Heinrico[z] imperatori, Bavenbergensis[a] ecclesiae constructori, ibidem nato[a] et a parentibus in canonicatus regulam eidem[b] ecclesiae promisso[a] et ob id ibi saepius morato, referunt in tantum placuisse, ut ab exterioris eorum hominis compositissimo[c] habitu interioris religionem sibi experto[d] credendam protestatus suae Bavenbergensi[e] ecclesiae cum studio Leodicensi[f] optaret etiam rigorem Hildensemensis[g] claustri.

5. Haec censura claustri permansit usque ad tempora Azelini[h] episcopi XVI[4]. Eo enim[i] presidente irrepsit[k] ambitiosa curialitas, quae dum in vestitu mollior, in victu lautior, in omni cultu accuratior[l] amari[m] quam timeri maluit, disciplinae mollito rigore claustri claustra relaxavit[n-5]. Accessit ad haec, quod exorto a principalium fratrum pirali incendio et principale monasterium et alterum in meridiano principalis latere[o] a sancto Godehardo construc- 1044–54.
tum[g] utrumque cum sui[p] claustro[q] igne est consumptum[7]. Quorum muris preter[r] solum 1046.
principalis ecclesiae sanctuarium presul Azelinus deiectis[s-8] soloque aequatis matris ecclesiae aedificationem longe priori[t] capaciorem, respiciente[u] occidentem[v] eius sanctuario, incepit[8] et quantum ad[w] exteriores eius muros pene perfecit; obtinente eius orientali pariete locum, quem habuit prioris[x] occidentale[y], sed muro eius nunc[z] alicubi cadente, nunc[a] casum minante, nunc[b] columnarum aliqua[c] orthogonalem sui erectionem denormante[d], data operi opera teritur nec ad perfectionem aspirat opus, cuius[e] semper casus[f] reparatur[g], et sic nondum finito opere[h] vitam finivit auctor operis. 1054.

6. Sed postquam magis[i] ab homine quamvis per hominem prodesse quam preesse[k] volens Hezilo[i-10], non tam presul quam pater, ante et retro oculatus[11], Hildensemensem[m] suscepit

a) *ita* 1—4; manum ferule subducere viderentur *AS., cf. Iuvenal. I,* 15: Et nos ergo manum ferulae subduximus. b) Delic etiam vestitus *om.* 1. c) *ita* 4. *AS.*; ni 2; autem 3. d) ita etiam *add.* 1. 3. e) ut *om.* 3. f) gulae cuius ardore 3. g) etiam *AS.* h) ardere *add.* 1; ut *supra lin. add.* 3a¹. i) lingulas 3. k) pelliceales 2; pelliceas 3. l) ma 2; manicas *om.* 3, *supra lin. suppl.* 3a¹. m) sc. 2; se 3, *corr.* sed 3a¹. n) ingrati 1; ingrato 2. 3, *corr.* nigrante 3a¹. o) nigrabant *add.* 1—3, *delet.* 3a¹. p) tunicas 2—4; equestrium *om.* 2—4; equestres *supra lin. suppl.* 3a¹. q) *ita* 1. *AS.*; fibulabant 2—4, *corr.* -rent 3a¹. r) iusticiam *AS.* s) praetulerunt 3. t) administrabant 2. 3. u) affectantes 2—4. v) *ita* 3; districtione *eadem manu eodemque atramento corr.* re- 1; districtione 2. 4. *AS.* w) reclusi 1. x) Hujus *supersc.* nc 1; Huius *AS.* y) ergo *eadem manu eodemque atramento supra lin. suppl.* 1; *om. AS. (ubi* claustri statum*).* z) Heinrico 2. 3. a) Bambergensi 3, *corr.* -is 3a¹. b) eiusdem 4. c) composito *supersc.* issimo 1. d) *ita AS.*: experto *supersc.* parte 1; experti 3; ex parte 2. 4; *cf. ex. gr. Verg. Aen. XI,* 283: experto credite. e) Bambergensi 3; Babenbergensi *hoc loco AS.* f) Leodiensi *AS.* g) Hildesimensis 3; Hildinsheimensis *AS.* h) Acelini 4; usque ad huius Azelini 16ti presulis tempora permansit *AS.* i) u. 1. 2; nempe 4; *om. AS.* k) recessit *supersc.* irrepsit 1. l) apparatior, *tertium* -a- *in loco raso* 3; apparatior *corr.* accuratior *AS.* m) amari, *utrumque* a e *corr.* 3. n) relaxit 2; laxavit *AS.* o) littam 1; lateri 2. p) suo 4. *AS.* q) claustro *om.* 4. r) pt 1; partem 2. 3 *(delet. et supersc. eadem manu eodemque atramento* praeter 2*), corr.* praeter 3a¹. s) derectis 1. t) propi 1. u) *ita* 4. *AS.*; respicientem 1—3, *corr.* -te 3a¹. v) ad occ. 4. w) do *supersc.* ad 1. x) prius *supersc.* oris 1. y) occidentale *mut.* -lis 3a¹. z) nunc *supersc.* ec 1; nec 2. 3, *corr.* nunc 3a¹. a) nunc *delet. et supersc.* nec 1; nec 2. 3, *corr.* nunc 3a¹. b) ne 1. 2; nec 3, *corr.* nunc 3a¹. — casum *add.* 1. c) *ita AS.*; aliquam 1—4, *corr.* -a 3a¹. d) denominante 3, *corr.* denormante 3a¹. e) cij 2. f) casus *om.* 1. g) reparat 1; reparatur *om.* 3, *supra lin. suppl.* 3a¹. h) finito *iterum add., sed delet.* 1. i) magis — volens *om.* 1. k) obesse 2. l) Hectilo 2; Hettilo 4. m) Hildesimensis 3, *corr.* -em 3a¹.

1) De sequentibus pluribus egit Bertram p. 13. 2) Quod nescio num recte reiecerit S. Hirsch, Jahrb. d. Deutschen Reichs unter Heinrich II.' I, 90, qui cum hoc loco contulit DH. II. 256a (1018): *tum quia nos nostrosque parentes in gremio eiusdem aecclesiae oriundos et huc usque filio Dei operante sublimatos esse fatemur.* 3) Certe ibidem *a puero enutritus et litteras edoctus fuit,* Adalberti V. Heinr. II., c. 3, SS. IV, 792; V. Meinwerci c. 3, ed. F. Tenckhoff, SS. rer. Germ. (1921) p. 6. 4) A. 1044—1054. 5) Haec de Hezilone habet Chr. Hild. c. 17, SS. VII, 854. 6) Ecclesia sc. a. 1026. Aug. 16. *in honore passionis, resurrectionis et ascensionis Domini* dedicata, Wolfh. V. Godehardi prior c. 37, SS. XI, 194; Ann. Hild. 1023. 1026; cf. Chr. Hild. c. 14, SS. VII, 853. 7) Cf. Wolfh. V. Godehardi post. c. 33, SS. XI, 215; Ann. Altah. mai. 1046. 8) Cf. Chr. Hild. c. 16: *monasterium nostrum igne consumptum inconsulte deiecit.* 9) Ad quam rudera cryptae sub palatio episcopali (hodie 'Landgerichtsgebäude') pertinent; cf. H. W. H. Mithoff, 'Kunstdenkmale und Alterthümer im Hannoverschen' III (1875), p. 98; Bertram, 'Gesch. d. Bisthums Hildesheim' I, 102; Zeller, 'Roman. Baudenkm.' p. 38 sqq. et 'Kdkm. d. Pr. Hannover' II, 4, p. 7. 31. 10) A. 1054—1079. Cf. ad sequentia Vita Bennonis auctore Norberto c. 9, supra p. 877 et quae ibi n. 1 adnotata sunt. 11) Cf. Apoc. 4, 6: *in circuitu sedis quattuor animalia plena oculis ante et retro.*

ecclesiam, mox postposito[a] extremam[b] desperante[c] manum[d] antecessoris sui opere, ab eisdem dirutae prioris[e] ecclesiae fundamentis Altfrido olim divinitus prescriptis aedificare cepit, muro[f] etiam[g] sanctuarii, quem nondum omnino delectum diximus, novum superimposuit et sic tam felici successu quam devoto affectu ecclesiam et composite[h] modestam[h] et
1061. Maii 5. modeste[i] compositam[i] sexto anno perfecit, cupro operuit, dedicavit[1], exteriori tamen[k] ambitu cryptae, quae prius duplex erat et cui in sui[l] orientali extremo altare illud primitivi sacelli adherebat, hoc[m] inquam cryptae ambitu cum eodem primitivo altari excluso et extra[n] sanctuarium, extra cryptam propter situm loci negligenter dimisso[o]. Cuius[p] sub
1077. divo[q] positi[r] ruina[r] monstrabatur usque ad annum dominicae incarnationis MLXXVII, in quo sub ipso iam autumno idem benedicendae in seculum memoriae[2] Hezilo[s] ex eiusdem sacelli lapidibus rotundam in eodem loco capellam incepit et murum ad primam tantum cementarii[t] staturam perfecit, sed in ea quae secuta est aestate[u] anno suae ordinationis
1079. Aug. 5 XXVI, incarnationis MLXXVIIII[v], ipse praepolitis[w] exoptatissime monasteriis tribus suis[x] apud Hildensem[y] monasterium[z] de corpore obitu sancto solutus hanc imperfectam dimisit[a].

Hucusque[b] chartae illae.

7. Huic[c] Heziloni[d] successit Udo[e] XVIII. Hildensheimensis[f] ecclesiae episcopus[3], post quem Bartholdus[g] XVIIII[h] episcopus[4], qui cellam canonicorum regularium prope[i] villam
1125 Bacconis[k] nobiliter fundavit[5], quae[l] modo Bessingerode[6] dicitur atque a monachis Cisterciensibus[m] illic[n] translatis Novale sanctae Mariae[7] vocatur[o]; deinde Bernhardus XX[q].
1132. Maii 1. episcopus[8]: hic ordinationis suae anno[r] [secundo] corpus beati Godehardi[s] episcopi Hildens-
1133. 34. heimensis[t] transtulit[9], qui etiam abbatiam in honore ipsius in orientali parte eiusdem civitatis satis magnifice instituit[10].

Hucusque[u] continuatio.

a) posito 1. b) extremum 3. c) desperante *mut.* -is 3a[1]. d) manum *erasum* 3a[1]. e) prioris *om.* 3. f) murum 1. g) *ita* 4; et 1—3, *erasum* 3a[1]. h) modeste compositam 1; compositi *(corr.* -e 3a[2]) modestam 3. i) compositae modestam 1. k) tm 1; tum 2. l) suo 1; sui in *pro* in sui 3. m) h. l. 3; hi[2] 3, *corr.* hoc 3a[1]; huius 4. n) extruxit 4. o) dimissum 4. p) Cuius sub *om.* 3, *in margine suppl.* 3a[1]. q) Diw 3, *corr.* divo 3a[1]. r) ruina positi ruina 1. 2; ruina positi 3. s) *ita* 3; Hectilo 1. 2; Hettilo 4. t) *ita* 1. 4; cementarii 3; coementerii 2. u) aetate 2—4, *corr.* aestate 3a[1]. v) 1076 3, *corr.* 1079 3a[1]. w) *ita* 2. 3 *(prae- e corr.)*; perpolitis *supersc.* prae 1; perpolitis *AS.* x) fuit 1. y) *ita* 2. 4; Hydnhem 1; Hildesem 3. z) monasteriis 1; monris 2; montis 3; mortuus 4; in monasterio montis *Bertram.* a) reliquit 3, *qui hoc loco finit, sequentibus omissis.* b) Hucusque chartae illae *om.* 4. c) Hinc 1. d) *ita Bertram*; Hettiloni 1. 4; Heliconi 2. e) *ita* 4; V. de 1; Vde 2. f) *ita* 1; Hildesheimensis 2; Hildenesheimensis 4. g) Bartoldus 1. h) *ita* 4; XVIII 1. 2. i) *ita* 4; q. l; q 2. k) baconis 4. l) q 1; q 2 mi Cisterciensi. 1. m) *ita* 1. 2. 4; illuc *Bertram.* n) *ita* 4; translatum 1. 2. o) nominatur 1. q) *ita* 4; XXIX 1. 2. r) vero *add.* 1; *sequitur parvum spatium vacuum* 4; secundo *supplevi.* s) Godhardi 2. t) *ita* 1; Hildesheimensis 2; Hildesiensis 4. u) Hucusque cont. *om.* 4.

1) A. 1061. Maii 5., Leibniz, SS. rerum Brunsv. I, 771 (= supra p. 764). 2) Cf. 1. Mach. 3, 7: *et in saeculum memoria eius in benedictione.* 3) A. 1079—1114. 4) A. 1119—1130. Ante quem Bruningus a. 1115. investitus, a. 1119. episcopatum resignavit. 5) A. 1125, Maii 22., UB. des Hochstifts Hildesheim' I, nr. 183. 6) Hodie Backenrode. 7) Marienrode. A. 1259. Mart. 24. Iohannes I. episc. Hild. ordini Cisterciensi locum Backenrode tradidit, UB. des hist. Ver. für Niedersachsen' I, 36, nr. 32. 8) A. 1130—1153. 9) Transl. Godeh. c. 1, SS. XII, 642 sq.; Chr. Hild. c. 20; Cat. ep. Hild., SS. XIII, 748. 10) *quarto presulatus sui anno* UB. des Hochstifts Hildesheim' I, nr. 239 (1146. Mart. 11), cf. nr. 220.

VITA LAMBERTI PRAEPOSITI MONASTERII NOVI OPERIS PROPE HALLAM SAXONICAM.

EDIDIT **H. BRESSLAU.**

Monasterium[1] *Novi Operis ('Neuwerk') prope Hallam Saxonicam Adelgotus archiepiscopus Magdeburgensis anno* **1116.** *ex voto paulo ante facto construere coepit, quod duobus fere annis post canonicis regulam S. Augustini observantibus tradidit. Qui canonici eodem anno* **1116.** *propter vexationem, quam a fautoribus et assectatoribus imperatoris Heinrici V. patiebantur, ex monasterio Reichenspergensi consentiente Conrado archiepiscopo Salzburgensi in Saxoniam fugerant, quo etiam Conradus archiepiscopus eodem tempore ob eandem causam se contulerat. Benigne recepti fuerunt ab archiepiscopo Adelgoto, qui eos in arce Gibichenstein prope Hallam sita omnibus, quae ad vitam necessaria erant, satis providit. Ubi cum fere per biennium vixissent, Berevicus, qui etiam Berwinus vocatur, praepositus eorum mortuus est, cui Lambertus, vir nobili genere ortus, frater Bernhardi episcopi Hildesheimensis successit, qui ab Adelgoto archiepiscopo canonicis in monasterium Novi Operis transductis anno* **1118.** *curam monasterii recepit, quam* **26** *annis fideliter gessit, mortuus die* **9.** *m. Februarii anno* **1144.**

Vitam Lamberti post annum **1166/1167.** *et ante annum* **1188.**, *fortasse iam ante annum* **1175.** *canonicus quidam monasterii Novi Operis plano sermone narravit et miracula modeste relata quaedam addidit, libris scriptis non usus, sed ea repetens, quae sermone fratrum in monasterio memoriae tradita erant. Quae memoria cum Vita scriberetur iam obscurata erat: credebant enim canonicos Reichenspergenses, quibus Adelgotus archiepiscopus monasterium Novi Operis tradiderat, ex celeberrimo ordinis S. Augustini monasterio Rottenbuch, quod medio aevo Raitenbuch, in Vita nostra Redenboch vocatur, in Saxoniam fugisse; neque minus errabant, cum crederent eos a Conrado archiepiscopo Salzburgensi tum demum in Saxoniam missos esse, cum ille anno* **1121.** *duobus fere annis post mortem Adelgoti archiepiscopi elapsis in Bavariam reversus esset. His erroribus exceptis ceterum, quae in Vita nostra narrantur, omnino fide digna esse videntur.*

Codex unicus Vitae Lamberti de quo scimus in monasterio Novi Operis servatus, eo suppresso anno **1530.** *cum aliis bonis monasterii in ecclesiam S. Mauritii et S. Mariae Magdalenae ab Alberto archiepiscopo Magdeburgensi et Moguntiensi fundatam perlatus, decennio fere post, cum reformatio ecclesiastica in archiepiscopatu Magdeburgensi praevaluisset, Moguntiam in bibliothecam capituli archiepiscopalis transportatus, sed hodie deperditus est neque a nobis quamvis multa data opera reperiri potuit. Anno* **1661.** *Iohannes Gamans societatis Iesu Vitam Lamberti, quam publici iuris facere sibi proposuerat, ex codice unico descripserat, sed liber, cui illam inscripsit, nobis servatus non est. Anno* **1724.** *Iohannes Fridericus Schannat Vitam ex eodem codice descriptam in Vindemiis suis litterariis Collect. II,* **68** *sqq. primus in lucem edidit. Hanc editionem Iohannes Christophorus a Dreyhaupt in libro suo: 'Pagus Neletici et Nudzici oder ausführliche*

1) Quae hic breviter exponuntur, uberius explicata et demonstrata sunt in dissertatione nostra 'Die Vita des Propstes Lambert von Neuwerk bei Halle' in 'Neues Archiv' XLI, 579 sqq.

diplomatisch historische Beschreibung des zum Herzogthum Magdeburg gehörigen Saal-Creyses' (Hallae 1755) p. 717 sqq. repetivit, et nos quoque aliis subsidiis destituti eam aliquot locis emendatam, orthographia secundum morem saeculi XII. mutata, hoc loco repetamus oportet.

H. Bresslau.

1.[a] Scripturus[1] vitam beati Lamberti, confessoris Christi, doctorem omnium bonorum Spiritum sanctum invoco, ut, qui ei contulit gratiam bene vivendi, mihi quoque gratiam largiatur ad aedificationem multorum, qualiter vixerit, describendi. Fulsit igitur homo Dei splendore natalium, sed terrenam nobilitatem parum pendens coelestem nobilitatem, quae meritis bonorum operum comparatur, toto mentis affectu appetebat. Poterat enim dicere cum apostolo[2]: 'nostra conversatio in coelis est'. Sed ne nos parentelam eius praeterisse videamur, dicamus breviter, quod eius frater fuit Bernhardus Hildensemensis episcopus[3] a Deo trium donorum praerogativa decoratus, scientia scilicet litterarum, qua per totum imperium Romanum et regnum Franciae florebat, formae gratia, qua multos mortalium praecellebat, religionis excellentia, qua soli Deo placere studebat. Fuerunt ei praeterea laici fratres Swidhardus, Opertus[4], Everardus, viri tam divitiis quam saeculari gratia pollentes. His praemissis transeamus ad reliqua.

2. In flore primaevae iuventutis fuit canonicus in ecclesia sancti Petri apud Coloniam, quae archiepiscopali sede praefulgens mater est multarum ecclesiarum. In littore Reni posita ad decus et gloriam imperii gloriose caput erigit. In qua scilicet ecclesia tam devote Deo servivit, ut etiam apud eos, qui foris erant, bonam haberet famam, quae[b] est illaesae dignitatis status. Tandem animi fervorem circa divina plenius ostendens iter peregrinationis ad sepulchrum Domini arripuit et uno servo comitatus civitatem Bavariae Pataviam[c] pedester intravit ad exemplum apostolorum relictis omnibus, quae habebat, ubi a quodam laico converso de ecclesia quae vocatur Redenboch[5], cui nomen Razo[6], visus et cognitus est. A quo etiam requisitus, cur tantae nobilitatis vir, cuius obsequio tam militaris gratia quam famulorum turba magis quam comitatus unius servi competeret, sic humiliter incederet, respondit ille beatus sic esse in beneplacito Dei. Verum Razo, ut credimus, divinitus inspiratus considerato eius hospitio episcopum Patauiensem[7], qui tunc nutu Dei in civitate praesens erat, festinanter adiit eiusque pedibus provolutus est. Episcopus pavore perculsus causam quaesivit tam subitaneae provolutionis. 'Domine', inquit Razo, 'dominum Lambertum Coloniensem canonicum in hac civitate cum uno servo vidi humiliter incedentem et se Hierosolimam[d] velle proficisci dicentem; quem si ecclesiae nostrae possetis associare, gloria et honore nos omnes coronassetis[8]'. Episcopus gavisus gaudio magno valde fecit sibi servum Dei quantocius praesentari. Razo plus desiderio currens quam pedibus eius praesentiam episcopum desiderare beato viro nuntiavit. At ille, qui vere humilis erat, occultari maluit quam publicari; considerans tamen reverentiam episcopo se debere ad eius praesentiam venit. Episcopus secretum colloquium cum eo habuit, 'domine' inquiens 'Lamberte, audivi vos Hierosolimam[d] velle proficisci; sed si meis consiliis acquiescitis, inutiles vagationes postponetis et in aliqua ecclesia religiosorum virorum stabiliter Deo servietis. Ut autem breviter consilium meum vobis aperiam: habemus in vicinia[e] ecclesiam Redenboch nomine, in qua religiosi viri sub regula beati

a) *Capitum numeros addidi.* b) qui *Sch.* c) P[illegible]inam *Sch.* d) Iherosolimam *Sch.* e) vicinio *Sch.*

1) Scriptor noster sanctum Hieronymum (ut prologum Vitae s. Hilarionis (Migne, Patr. latina XXIII, 29) ita incipit: *Scripturus vitam Hilarionis habitatorem eius invoco, Spiritum, ut, qui illi virtutes largitus est, mihi eo servandae eas sermonem tribuat, ut facta dictis exaequentur.* 2) Philipp. 3, 20. 3) Sedit annis 1180—1158. 4) De Operti filia Eveza vide infra cap. 10. 5) Hoc nomine monasterium Raitenbuch (hodie Rottenbuch in praefectura Bavarica Schongau) intelligendum est. Sed auctorem nostrum, ubi de loco sive monasterio Redenboch agit, errasse et omnia, quae de illo narrat, ad monasterium Reichersbergense in dioecesi Patauiensi situm (hodie Reichersberg in praefectura Austriaca Obernberg) pertinere demonstravi in 'Neues Archiv' XLI, 588 sqq. 6) Razo postea cum Lamberto in Saxoniam migrasse videtur, siquidem is Razo conversus est, cuius mors ad diem 14. mensis Ianuarii in Necrologio monasterii Novi Operis (ed. Bodemann, 'Geschichtsblätter für Stadt und Land Magdeburg' II, 158 annotatur. 7) Udalricum, qui annis 1092—1121 ecclesiae Patauiensi praefuit. 8) Psalm. 8, 6: *Gloria et honore coronasti eum.*

Augustini serviunt. In hac sunt amici vestri, Everhelmus scilicet, quondam vester concanonicus in ecclesia beati Petri[1], Wichmannus, vir, ut scitis, nobilis de Frekense[a,2], et quidam canonicus in ecclesia beati Gereonis Coloniae[3] cum aliis reverendis viris, qui profectum animae vestrae desiderant, cupientes vos esse in visceribus Christi Iesu[4]. Suadeo igitur vobis, ut ad eos transeatis et consiliis eorum acquiescatis. Si placet vobis eorum cohabitatio, dona mea, scilicet equos duos, quos vobis et servo vestro assignabo, ecclesiae resignate; si non, cum Dei benedictione ac eisdem donis abite'. Audiens haec homo humilis et simpliciter prudens gratias egit episcopo veniensque ad praenominatos reverendos viros vice angeli Dei ab eis susceptus est[5]. Sentiens itaque Spiritum sanctum in eis loqui consiliis eorum in tantum obedivit, ita ut eadem die, qua venerat[b], habitum, rasuram et tonsuram secundum morem regularium canonicorum acciperet. In hac itaque, sicut et in priori ecclesia sic vixit, ut tam Deo quam hominibus placeret[6]; congruum quippe fuit, ut, quem Deus profuderat gratia, ab hominibus quoque amaretur.

3. Eodem fere tempore sanctae Magdeburgensis ecclesiae venerabilis archiepiscopus Christi Adelgotus[7], tam Deo quam hominibus acceptabilis, in proposito habuit aedificare ecclesiam de regula beati Augustini infra dioecesis suae ambitum. Cumque haesitans sollicitaretur, unde viros ad hoc opus idoneos congregare posset, nutu Dei venerabilis Conradus 1116.
Salseburgensis archiepiscopus[8] advenit[9]. Fugerat, ut dicunt, iste archiepiscopus hannum, quo imperator Heinricus quintus propter multiplices excessus ab apostolica sede fuerat innodatus. Comprovinciales enim episcopi, scilicet Bavari, qui erant tunc temporis, fovebant imperatori ideoque[c] simili sententiae[d] subiacebant. Susceptus itaque, ut decuit, honorifice a Magdeburgensi archiepiscopo aliquanto tempore caritative ab eo detentus est. Cumque dulcia inter se volverent colloquia, Magdeburgensis Salseburgensi[e] voluntatem suam de aedificando praedicto monasterio aperuit, sed se nimium sollicitari dixit, unde viros ad ambulandum in via Dei[10] aptos possit colligere. Dominus Salseburgensis devotionem religiosi viri approbans, 'domine' inquit, 'vestrum est bonum opus incipere, Dei autem perficere, qui bonam vestram voluntatem magis pensat quam operis quantitatem. Cum sit utrumque necessarium, cooperatores quoque vestri erimus in labore, quatinus consortes fieri mereamur in retributione. Viros enim tales vobis transmittemus, qui assiduitate tam orationum quam bonorum operum et semet ipsos et alios sciant aedificare.' Archiepiscopus noster ad haec verba exhilaratus est valde eoque magis intendit operi praedicto insistere, quo se tantum ac talem cooperatorem sciret[f] habere. Hinc digressionem faciemus et, quid miraculi Deus ante initium nostrae ecclesiae ostenderit, breviter aperiemus.

4. Quodam tempore cum venerandus praesul Adelgotus in castro Gevekenstein esset, quidam Hallensis civis Hazecho nomine, vir dives et prudens, ad eum venit et de instan-

a) Defrekense *Sch.* b) venerant *Sch.* c) adeoque *Sch.* d) sententia *Sch.* e) Salzburgensi *hic Sch.* f) se sciret *Sch.*

1) Scilicet Coloniensi. Infra cap. 5. Everhelmus decanus nominatur; mortem eius ad diem 29. m. Martii notat Necrologium mon. Novi Operis l. l. p. 162. 2) Hoc nomen, quod infra cap. 5. Frenkense sonat, interpretari nequeo. 3) In Chronico Sereni Montis SS. XXIII, 144 legimus Meinherum, qui anno 1137. praepositus monasterii illius electus est, primum in ecclesia sancti Gereonis Coloniensis, deinde mutato habitu in monasterio Hallensi, scilicet Novi Operis, conversum fuisse. Si idem est atque ille canonicus sancti Gereonis, de quo nostra Vita agit, non in Hallensi, sed iam prius in monasterio Reichersbergensi habitum mutasse videtur. Meinheri frater erat Wicmannus, teste chronico Sereni Montis '*eiusdem ecclesie cuius et ipse (Meinherus) canonicus, ad conversionem*' illum secutus. Nescio, an is idem atque Wichmannus de Frekense aestimandus sit; certe distinguendus est a Wicmanno Novi Operis canonico et parrochiano ecclesiae sanctae Gertrudis Hallensis, cuius in chronico Sereni Montis ad ann. 1224, SS. XXIII, 212 mentio fit. Ceterum Wichmannum de Frekense fere sex annos ante Lambertum, anno igitur 1137 sive 1138, mortuum esse infra cap. 8. docemur; diem mortis illius, qui quamdiu vixit subdiaconus remansit nec ad ordines maiores promoveri voluit, scilicet 28. d. mensis Novembris, praebet Necrologium Novi Operis l. l. p. 176. Anno 1135. simul cum praeposito et alio quodam canonico Novi Operis testis nominatur in charta, qua Conradus archiepiscopus Magdeburgensis possessiones ecclesiae Novi Operis confirmavit, cf. v. Mülverstedt, Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis I, 424 n. 1090. 4) Philipp. 1, 8: *Cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.* 5) Galat. 4, 14: *Sicut angelum Dei excepistis me.* 6) 1. Reg. 2, 26: *Et placebat tam Domino quam hominibus.* 7) Sedit annis 1107—1119. 8) Sedit annis 1106—1147. 9) De tempore, quo Conradus in Saxoniam venit, confer Meyer von Knonau, 'Jahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich IV. und Heinrich V.' vol. VI, 364, n. 19. 10) *Non ambulavit in via Domini* 4. Reg. 21, 22 et similiter saepius in Vulgata.

tibus causis usque in vesperam cum eo tractavit. In crepusculo vero cum rediret ad civitatem, vidit mirabile prodigium inter[a] castrum et civitatem, instrumentum scilicet rusticorum, quo frumentum seminatum terra obruitur, quod secundum Virgilium, ut habetur in Georgicis[1], dentale vocatur, in specie ignis de coelo paulatim descendere et in locum, ubi nunc principale altare beatae Mariae consecratum est, deponi. Unde Hazecho pavefactus accessit ad locum et eo diligentius considerato cirothecas pro signo posuit, ut, si forte dentale eo absente evanesceret, locum per hoc designatum haberet. Inde quantocius ad castrum pedem reflexit et foribus vehementissime pulsatis cum pavore archiepiscopi intromissus est et, 'domine', inquit, 'si signum insolitum videre vultis, equum meum quantocius ascendite in urbemque descendite'. Archiepiscopo causam inquirente, 'non est hic modo, domine, verborum circuitus necessarius; ipse namque oculis vestris videbitis miraculum, quod ostendet vobis Dominus'. Praesul Deo dignus considerans virum prudentem nec falli leviter nec fallere ascenso eius equo cum quibusdam secutus est eum, et cum penes locum venisset, praedictum instrumentum sublevatum a terra ea, qua venerat, via rediit in coelum. 'Heu, heu', inquit archiepiscopus, 'o Hazecho, quia locum amisimus'. 'Non', ait, 'o dilecte domine, quia cirothecis meis ipsum locum designatum habeo'. Hinc venerabilis dominus non modice laetatus accessit ad locum Deoque gratias praecordialiter agens, 'hic', inquit, 'fundamenta novellae plantationis iacientur, hic Deo et beatae virgini die[b] noctuque grates persolventur'. Deinde ad castrum redeunt saepe oculis ad desideratum locum cum gaudio reflexis. Accesserunt tunc preces Hallensium, quatenus in eodem loco dilectum opus inchoatum consummaretur, cum archiepiscopus prius ambigerat, quonam in loco operis fundamenta poneret; nam quandoque in loco qui vocatur Glinde[2], quandoque in monte sancti Georgii prope Hallam, quandoque in loco, ubi nunc situm est, inchoare proponebat. Sed hunc ultimum locum Domino placuisse et praedictum instrumentum et preces Hallensium ostenderunt, quorum devotionem propterea interposuimus, quia studio eorum et expensa ecclesia nostra multum est augmentata.

5. Interpositis his redeamus ad ordinem. Dominus Salzeburgensis in patriam reversus, sicut promiserat, transmisit[3] archipraesuli Adelgoto viros valde religiosos, praepositum scilicet Berewigum de Redenboch, Everhelmum decanum eiusdem ecclesiae, Wichmannum de Frenkense cum aliis aeque catholicis viris tam clericis quam laicis, cum quibus et memorabilem illum nostrae congregationis futurum patrem, dominum Lambertum, virum cum omni reverentia nominandum. Fugerant hi viri Dei, sicut et eorum archiepiscopus, communionem[c], quam comprovinciales ipsorum cum imperatore habebant. Non solum praedicta fecit venerandus praesul Conradus, sed et ipse corde tenus compunctus regularem habitum devotissime suscepit, id vicissim Salseburgensibus canonicis, quibus praeerat, facere suadens, quod tandem Deo dante, sicut hodie cernitur, ad laudem et gloriam ordinis nostri perfecit, licet quibusdam eorum primo fortissime, quod non erat necessarium, resistentibus. Honorifice igitur praedicti viri, ut decuit, ab archipraesule Adelgoto[d] suscepti aliquanto tempore in castro Gevekenstein manserunt. Brevi autem intervallo temporis praepositus Berevicus, vir plenus bonorum operum, migravit ad Dominum[4]. Cui communi electione, licet renitens, dominus Lambertus substitutus est, qui ideo primus nostrae congregationis praepositus fuit, quia beatus praedecessor eius interventu mortis curam ab archiepiscopo non susceperat.

1116. 6. Anno igitur ab incarnatione Domini nostri MCXVI. inchoata sunt fundamenta nostrae ecclesiae ad honorem Domini ac salvatoris nostri et beatae Mariae perpetuae virginis per manus venerabilis Adelgoti archiepiscopi, aliis Christi fidelibus subsequentibus et consummantibus. Prosperabatur etiam opus exterius, quia vigebat religio fratrum interius. Venerabilis enim Lambertus ita temperate rexit gregem Christi, ut in severitate patris non

a) intus *Sch.* b) diu *Sch.* c) *sequitur* eorum *Sch.* d) Aldelgoto *Sch.*

1) Vergil. Georg. I, 172; conf. Thesaurus ling. lat. V, 548.
2) Vicus in praefectura Calbe situs.
3) Conradum Salzburgensem archiepiscopum non, ut hic narratur, postquam in patriam anno 1121. rediit, sed iam anno 1116. Berewinum (...icum) aliosque fratres Reichersbergenses, qui et ipsi in Saxoniam fugerant, ad archiepiscopum Adelgotum direxisse demonstravi 'N. Archiv' XLI, 586 sqq.
4) Die 23. seu 25. m. Maii anni 1118. cf. 'N. Archiv' XLI, 586. 592.

obliviscerétur pietatem matris. Creber fuit in vigiliis, creber in orationibus, creber in lacrimis, quarum tantam gratiam consecutus fuit a Domino, ut inter missarum sollempnia casulas uberrime infunderet; cumque inde a fratribus corriperetur, submovit se parumper ab altari, quando gratiam sensit adesse, et tantum lacrimarum excussit in pavimentum, ut ex concretione earum et pulveris pavimenti cumulus non modicus excresceret. Praeterea singulares consuetudines inter fratres esse noluit, volens omnes unum sentire, unum tenere. Si quem extra chorum aliis psallentibus in privatis orationibus reperit, brevibus verbis eum emendavit, publicas orationes privatis praeferens. Circa infirmos erat piissimus, providens eis talem, qui et in horis dicendis et in alimentis administrandis erga eos esset sollicitus. Nisi abstraheretur per hospites, semper voluit esse in conventu fratrum, prius ipse benefaciens et postea benefacere docens secundum illud 'coepit Iesus facere et docere', Act. ap 1, 1. et quia iste beatus vir servivit Domino in timore et exultavit cum tremore[1] secundum illud 'laetetur cor meum, ut timeat nomen tuum', hanc gratiam consecutus fuit a Domino, Psal. 85, 11 ut a fratribus cum timore diligeretur et cum dilectione timeretur. Haec est enim reverentia secundum illud[2]

'Mixtus amore timor poterit reverentia dici'.

Tali enim modo eum fratres habebant, ut vix eius possent tolerare praesentiam, vix etiam eius possent ferre absentiam.

7. Tandem per XXVI annos circa salutem animarum vigilans corporali molestia pulsatus lecto decubuit. Sentiensque terminum, quem nemo transgredi potest[3], adesse quadam die in capitolium fratrum se deferri fecit ibique facta publica confessione pauca locutus est de ordinis observantia; monuit quoque fratres concordes esse in electione sui successoris, sciens vir prudens, quod secundum cuiusdam sapientis huius saeculi[4] dictum 'concordia parvae res crescunt, discordia vero maximae dilabuntur'. Deinde cum magno luctu fratrum reportatus de die in diem destituebatur viribus tandemque a venerabili archiepiscopo Friderico sacro perunctus oleo in capite ieiunii, quod erat V. idus Februarii, 1144. Febr. 9 post mediam diem migravit ad Dominum complevitque spirituale triduum de Aegypto ad terram promissionis profectus, primo scilicet in hac vita malum dimittens, secundo gratiam lucis, qua aliis de bonis operibus luceret, possidens, tertio ad gloriam vitae transiens. Et quia in hac vita exultationes Dei erant in gutture eius[5], ideo perpetuo ibi exultabit[6], ubi exultabunt[6] sancti in gloria[6], ibi laetabitur, ubi laetabuntur in cubilibus, hoc est in suis mansionibus.

8. Quid igitur miraculi Dominus in fine ipsius ostenderit, dicemus. Fuit tempore[b], dum haec scribimus, superstes adhuc venerabilis dominus Ekkehardus regens ecclesiam beati Petri in Sereno Monte', qui cum situ[c] terrae plurimum emineat, moribus tamen et honesta conversatione inhabitantium plus eminet. Hic venerabilis sacerdos a beato viro in omni disciplina educatus tunc temporis forensem ecclesiam beatae Mariae in Hallo regebat. Hic de obitu venerandi patris nostri talem vidit visionem. Wichmannus de Frekense, cuius mentionem superius fecimus, qui fere[d] ante annos sex mortuus fuerat[8], vir valde religiosus, venit quaerens praepositum ingressusque domum, ubi iacebat, apprehendens manum, 'domine, ibitis', inquit. At ille surgens secutus est eum, in ipso autem domus exitu graviter pedem laesit quodam offendiculo, et cum exclamasset prae dolore, 'consolamini', inquit Wichmannus, 'domine, quia post istam aliam non sentietis poenam'. Sicque istis abeuntibus visio disparuit.

9. Idem venerabilis praepositus Ekkehardus, qui praedictam vidit visionem, nunc temporis, cum haec scribimus, habet in ecclesia sua religiosum sacerdotem Ebbekonem[9], qui tunc temporis rexit ecclesiam sancti Mauritii in Hallo sitam. Hic habuit matrem senio ac infirmi-

a) exalt. *Sch.* b) tempus *Sch.* c) situm *Sch.* d) ferme *Sch.*

1) Psal. 2, 11: *Servite Domino in timore et exultate ei cum tremore.* 2) Unde auctor hunc versum sumpserit, invenire non potui. 3) Psal. 103, 9: *Terminum posuisti, quem non transgredientur.* 4) Sallust. Iug. 10, 6. 5) Psal. 149, 6: *Exultationes Dei in gutture eorum.* 6) Psal. 149, 5: *Exultabunt sancti in gloria; laetabuntur in cubilibus suis.* 7) Praepositus monasterii Sereni Montis creatus est anno 1151., mortuus die 26. m. Ian. a. 1198. 8) Conf. supra p. 949, n. 2. 3. 9) Cf. de eo Chron. Sereni Montis ad a. 1128, SS. XXIII, 142.

tate gravissime confectam, quae statim post obitum beati viri filium vocavit ex nomine. 'Ebezzo', inquiens, 'veni'. Quo quaerente, quid vellet, 'dominus', inquit, 'praepositus noster mortuus est'. Sacerdos obstupefactus 'unde', ait, 'haec nosti'? 'Ibi', inquit, 'eram vidique duos Dei nuntios venerabilem virum a lecto aegritudinis per medium monasterium usque ad sanctuarium Dei ducentes, cumque illuc venissent, aperto sanctuario felicem animam desuper ad coelum duxerunt. Praeterea vidi totum sanctuarium foris niveis volucribus repletum, quae omnes Dei electum cum dulci cantu sequebantur. Postremo vidi, mirabile dictu, quasi totum monasterium velut se inclinando post eum moveri, tamquam ei valediceret aut de bona provisione gratias ageret.' Hae[a] duae[a] visiones et omnia, quae deinceps dicturus sum, vivis testibus probari possunt.

10. Comes Henricus de Bodenburch[1], vir nobilis et unus de maioribus terrae, qui filiam domini Operti, fratris beati Lamberti, Evezam nomine in matrimonium duxerat, coram imperatore Friderico accusatus est tamquam reus de morte comitis Hermanni de Wynseburch[2]. Cumque inde coram imperatore se duello expurgaret, victus est et graviter vulneratus. Ideoque in saeculo nolens manere ad ecclesiam nostram transiit ibique habitu suscepto hospitali pauperum praelatus est. Hic ictu gladii parvulum ossiculum in pede contractum habuit, quod ex negligentia forte medici pede sanato et cute superducta extractum non fuerat. Unde praefatus vir frequenter gravi affectus molestia ad memoriam beati viri veniens eius auxilium suppliciter expetiit. Inde dormitum vadens circa finem somni pruritum passus est in pede manuque fricans locum cicatricis cutem rupit, cumque ossiculum locum vulneris parumper exilisset, manu illud apprehendens leviter extraxit et ulterius molestiam non sensit.

11. Quodam tempore cum sancti viri anniversarius esset, scolares nostri per licentiam magistrorum refrigerandi gratia proximam insulam navigio intrare voluerunt. Cumque non parum in aqua processissent, quidam eorum alios terrere volentes per lasciviam navem moverunt, eamque vertentes omnes in profundum descenderunt. Stabant in littore dominus Werno Hildenseimensis praepositus, Haholdus eiusdem ecclesiae canonicus cum quibusdam aliis[3]. Qui nimium obstupefacti beatum virum inclamabant, quatenus apud Deum eis adesset. Cumque quidam eorum diu sub aqua luctati fuissent, Deo dante tandem omnes ad terram salvi evaserunt. Quod meritis beati viri factum credimus, qui in anniversario suo familiam suam contristari noluit.

12. Quidam miles de Halverstat Caesarius nomine[4] urgebatur febribus. Qui cum oblationem ad memoriam beati viri vovisset diemque designasset, qua se ipsum praesentaret, statim sanatus est. Superveniente designato die dominus suus episcopus eum, ne votum impleret, detinuit, erat enim illi necessarius. Continuo iterum febre pulsatus est. Qui praesciens, unde ei hoc acciderat, duplicata oblatione virum Dei se placare promisit. Quam cum coram multis persolvisset, erat enim ea die in ecclesia nostra colloquium principum, sensit adesse beneficium.

13. Werno congregationis nostrae canonicus et sacerdos febri pulsatus ad memoriam beati viri venit, quaerens intercessionis eius auxilium per haec verba: 'domine', inquit, 'tu vivus docuisti nos communibus debere esse contentos, non propriis; ideoque nil proprii possidens pro oblatione offero tibi precum devotionem. Rogo igitur, quatenus, sicut aliis, ita et mei miserearis.' Quo dicto quinquies in terram prosternitur, toties dominicam orationem proferens; sicque meritis sancti viri efficientibus ulterius molestiam non sensit. Ad eandem memoriam frater noster Elbertus dicta missa pro defunctis per commemorationem sancti viri a simili passione liberatus est.

a) has duas *Sch.*

1) Nominatur in chartis Hildesheimensibus inde ab a. 1143. usque ad a. 1150, cf. Janicke, 'Urkundenbuch des Hochstifts Hildesheim' I, 210. 289; 'N. Archiv' XLI, 583 n. 4. 2) Hermannus comes de Winzenburg a. 1152. a vassallis suis et ministerialibus ecclesiae Hildesheimensis interfectus est, cf. Bernhardi, 'Konrad III.' vol. II, 921. 3) De Wernone, qui inde ab anno 1166. vel 1167. usque ad annum 1174. praepositus ecclesiae maioris Hildesheimensis fuit et de Haholdo subdiacono, eiusdem ecclesiae canonico, cf. quae attuli, 'N. Archiv' XLI, 582 sq. 4) Cf. 'N. Archiv' XLI, 583, n. 4.

14. Hadewich comitissa de Brenen[1], femina excellentissimi generis, quippe cuius maternus avus fuit Adelbertus marchio, diutina febre laborabat. Quae cum oblationem beato[a] viro[a] vovisset, mox sanata est. Recuperata sanitate non immemor beneficii ad tumbam beati viri venit, Deo et sancto confessori gratias agens. Quaedam nobilis matrona Sophia nomine laborabat eadem molestia. Quae cum ad sepulturam beati viri venisset, sanata illico abscessit, Deo et sancto viro gratias agens.

Haec de miraculis beati Lamberti dicta sufficiant. Quodsi, ut debui, dixi, domine Deus approba; si non, ignosce. In fine autem huius operis obsecramus te, sancte pater, ut, sicut te habuimus eruditorem in terris, sic intercessorem habere mereamur[b] in coelis. Amen.

a) beati viri *Sch.* b) memoriam *Sch.*

1) Uxor Friderici comitis de Brena, filii Conradi Magni marchionis Misnensis, filia Diepoldi ducis Bohemici (de Iamnitz), filii Wladislai I. ducis Bohemiae, cf. Genealogiam Wettinensem, SS. XXIII, 230. Matrem Hedwigis filiam Adalberti marchionis Brandenburgici fuisse nisi ex vita nostra non scimus, cf. O. v. Heinemann, 'Albrecht der Bär' p. 233. 413.

TRANSLATIO SANCTI ALEXANDRI IN MONASTERIVM HALLENSE NOVI OPERIS.

EDIDIT H. BRESSLAU.

Historia translationis reliquiarum sancti Alexandri in monasterium Novi Operis prope Hallam situm annō **1146.** *sive paulo post a quodam canonico eius monasterii, cuius nomen ignoramus, scripta ex duabus partibus composita est. Pars posterior breviter narrat reliquias sancti ab Ottone I. imperatore ecclesiae Magdeburgensi datas anno* **1124.** *ab archiepiscopo Ruotgero monasterio Novi Operis, cuius fundationem ab antecessore Adelgoto coeptam ipse perfecerat, donatas et anno* **1146.** *in sarcophago 'arte inclusoria mirifice fabricato' reconditas esse. Priorem vero partem, quae multo maioris momenti est, quippe qua discimus, quando, a quo et quomodo Otto imperator reliquias illas acquisierat, ad fontem Ottoni coaevum redire cum iam v. cl. b. m. E. Dümmler vidisset*[1]*, socius noster K. Hampe certo certius demonstravit*[2]*. Invenit enim in codice quodam Bonnensi aliud fragmentum ex eodem fonte haustum, quod cum excerpto in historiam translationis S. Alexandri recepto re et verbis proxima affinitate coniunctum est, quare illud post historiam Hallensem hoc loco denuo edimus. Fontem illum, cuius inscriptio 'Denotatio reliquiarum, quas primus Otto imperator augustus de Italia Magdeborch transmisit et convexit'*[3] *in excerpto Bonnensi repetitur, a Dodone capellano imperatoris, qui reliquias Magdeburgum transtulit, scriptum esse v. cl. Hampe coniecit neque veri dissimile est, eumque non integrum nobis servatum esse valde dolendum est, cum nonnihil ad historiam secundae expeditionis Italicae Ottonis I. illustrandam faciat.*

Historia translationis in monasterio Hallensi saeculo XII. scripta ex eodem codice, qui Vitam Lamberti praepositi continebat[4]*, primus edidit I. F. Schannat, Vindemiae litterariae Collect. II.* 73 *sqq. Cuius editionem repetiverunt I. C. a Dreyhaupt, Pagus Neletici et Nudzici I,* 720 *sq. et Bollandistae in Actis Sanctorum m. Iulii VII,* 875 *sq., eandemque nos paucis locis emendatam repetere e codice deperdito coacti sumus. Excerptum codicis bibliothecae universitatis Bonnensis S* 367 *saec. XV. f.* 13′ *K. Hampe, 'Neues Archiv' XXV,* 672 *sqq. edidit et docto commentario instruxit; codicem p.* 679 *sq. accurate descripsit, quem Argentoratum missum nos iterum diligenter contulimus.*

H. Bresslau.

962. Anno incarnationis dominicae DCCCLXII. accersitus a Iohanne[a] sanctae Romanae sedis antistite Otto augustus pro divinis restaurandis negotiis Romam venit ibique coronam

a) Iohanne *Sch.*

1) 'Kaiser Otto der Große' p. 357, n. 5. 2) 'Neues Archiv' XXV, 672 sqq. 3) Similem notitiam de reliquiis S. Mauritii Ratisbonam et inde Magdeburgum translatis excerpserunt Thietmar II, 17 (11) et Annales Nienburgenses (Annalista Saxo, Annales Magdeburgenses) 961; conf. P. Simson, 'Neues Archiv' XIX, 347. 353. Brevior est notitia de reliquiis a Dodone capellano Herimanno duci Saxoniae allatis, A. C. Wedekind, 'Noten zu einigen Geschichtschreibern des deutschen Mittelalters' III, 115, quam non a Dodone sed in monasterio Lunaburgensi, cui reliquiae illae traditae erant, scriptam esse credo (aliter Wedekind l. l. et Hampe, 'Neues Archiv' 25, 679). 4) Supra p. 947.

imperialem de altari sancti Petri apostolorum principis accipere meruit et exinde more suorum praedecessorum rem publicam, quam variis foedatam erroribus repperit, misericorditer restauravit, habitoque colloquio in monte sancti Leonis viduis et orphanis omnibusque ad se venientibus iniuste oppressis legem dedit. Quibus omnibus rite peractis ad Saxoniam repedare statuit. Peragratis igitur locis quam plurimis tandem Pennam, ad quam multa sanctorum translata extiterant corpora, applicuit, ibique episcopus[1] et comes de Marsi sibi occurrerunt et obsides de illa provincia imperatori adduxerunt. Quos advenientes imperator cum misericordia recepit; omnia enim ad votum potita de hoste rei publicae victoria successerant. Sedentibus autem illis et de multis rebus sermones texentibus interrogavit imperator episcopum, si aliqua sanctorum corpora in sua requiescerent ecclesia. Respondit episcopus: 'Quare interrogatis, domine'? Respondit imperator: 'Quia desiderium habeo alicuius sancti corpus obtentum mecum transferre'. Respondit episcopus: 'Multos sanctos in episcopio nostro scimus, sed de quo desiderium habeatis; ignoramus. Si placuerit dignitati vestrae, veniat aliquis mecum ex vestris fidelibus, et si invenerit[a], quod maiestas vestra desiderat, cum gratia Dei accipiat.' Statimque imperator misit Dodonem presbyterum capellanum[2] regium cum episcopo. Dodo venerabilis presbiter illic diligenter perscrutatis sanctorum reliquiis invenit sanctam Felicitatem martyrem cum suis septem filiis iacentem. Qua visa agnovit sibi deesse brachium, quod imperatori antea Romae fuerat datum. Quod quidem brachium qualiter obtinuerit, breviter restat referendum. Cum enim Otto imperator recepta imperiali corona per diversas[b] Romanae urbis ecclesias causa devotionis pergeret, secundum temporis revolutionem aderat festivitas sancti martyris Clementis[3]. Unde et imperator ad audiendum missarum sollempnia ad ipsius ecclesiam perrexit ibique papam obvium sibi habuit. Divinis autem peractis officiis papa imperatori brachium sanctae Felicitatis dedit, quod de eadem ecclesia Adeldagus venerabilis Hamaborgensis episcopus receptum imperatori usque ad sanctum Petrum perductum praesentavit. Redeundo autem ad narrationis nostrae seriem dictus Dodo presbiter agnitis sanctissimorum martyrum, sanctae Felicitatis filiorumque eius reliquiis magno repletus gaudio eam de sepulchro una cum corporibus sanctorum Alexandri et Felicis filiorum eius levatam Pennam adduxit. Has reliquias cum quam pluribus aliis idem piissimus Otto Magdeburgh[c] sollempniter adduxit[4] atque cum eisdem ecclesiam metropolitanam ibidem V. kal. Martii[5] enceniavit. 963. Septemb. 964. 962.

Transcursis autem non paucis annorum curriculis Adelgotus sanctae Magdeburgensis ecclesiae praesul devotissimus divinum ampliare disponens famulatum Hallense monasterium ad Novum Opus vocitatum fundare coepit, sed immatura morte praeoccupatus successori suo Ruodgero consimilis devotionis fervore accenso id ipsum perficiendum reliquit. Eo igitur tempore, anno videlicet dominicae incarnationis MCXXIIII., indictione II., decimo sexto kal. Ianuarii[6] translata sunt ossa sancti Alexandri martyris filii sanctae Felicitatis et brachium sancti Sergii martyris cum multis aliis reliquiis per dictum Ruodgerum 1124. Dec. 17.

a) invenierit *Sch.* b) diversos *Sch.* c) *ita Sch.*

1) Iohannes. Conf. de eo G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' p. 238. 2) De Dodone capellano vide Thietmar. II, 16 (10) (cf. Ann. Magdeburg. 972. 973); Contin. Reginonis 964 (ubi Duodo vocatus) et notitiam de reliquiis supra p. 954, n. 3 laudatam. 3) Festum s. Clementis ubique in ecclesia die 23. m. Novembris celebrabatur. At anno 962. Otto imperator eo die Romae non erat, anno vero 963, de quo cogitavit Dümmler 'Kaiser Otto der Große' p. 354, n. 6, Iohannes XII. papa qui Roma fugerat inimicus imperatoris, Leo VIII. autem nondum creatus erat; cf. Böhmer-Ottenthal, Regesta imperii II, 150, n. 309c. Itaque nihil restat, nisi ut cum v. cl. Hampe, 'N. Archiv' XXV, 677 coniciamus aut auctorem denotationis reliquiarum, ex qua haec hausta sunt, hoc loco erravisse aut Romae saeculo X. praeter diem 23. m. Novembris etiam alium diem s. Clementis memoriae sacratum fuisse. 4) Cf. Thietmar. II, 16 (10): *Multa sanctorum corpora ad Magadaburg per Dodonem capellanum suimet transmisit* (Otto I.). Chartis infra n. 7 citatis addita est in dorso nota haec: *Anno dom. incarn. DCCCCLXXIIII nonas Mai obiit . . . Otto magnus imperator, qui has sacrosanctas reliquias ad Magdeburgensem transtulit ecclesiam.* 5) Hic est dies adventus reliquiarum sancti Mauritii, quas Heinricus II. anno 1004. ecclesiae Magdeburgensi donavit; cf. diploma Heinrici nr. 63 (Mon. Germ. DD. III, 77) et quae ibi notantur. Cf. etiam Uhlirz, 'Geschichte des Erzbistums Magdeburg' p. 120 sq. 6) In Necrologio monasterii Novi Operis ('Geschichtsblätter für Stadt und Land Magdeburg' II, 176) ad eundem diem adventus reliquiarum notatur.

antistitem ad dictum Hallense monasterium[1]. Reconditaeque sunt huiusmodi reliquiae beati Alexandri pariter cum costa matris eius, sanctae videlicet Felicitatis, in sarcophago arte inclusoria mirifice fabricato, quod in ecclesia Novi Operis inpraesentiarum cernitur. Acta sunt haec anno incarnationis dominicae MCXLVI. temporibus Celestini papae II. et Lucii II., qui ecclesiae Romanae praesulatum diebus et mensibus paucis gubernaverant[2]. Quibus successit Eugenius III., discipulus sancti Bernardi abbatis Claraevallensis, qui una cum apostolicis Celestino et Lucio ecclesiae Novi Operis larga spiritualium donorum munia largitus est, regnante victoriosissimo Romanorum rege Conrado, aurigante currum Magdeburgensis ecclesiae Friderico archiepiscopo, cuius tempore ossa maiora exceptis minoribus beatissimi Alexandri recondita sunt: caput integrum duobus dentibus adhaerentibus excepto meato, pectus, brachia, scapulae, spina dorsi adhaerentibus costis, femora, crura. Quae inpraesentiarum venerantur in monasterio Novi Operis fideli populi christiani frequentia ad laudem, gloriam et honorem sanctae et individuae Trinitatis. Amen.

EX TRACTATV, QVI INTITVLATVR 'DENOTATIO RELIQVIARVM, QVAS PRIMVS OTTO IMPERATOR AVGVSTVS DE ITALIA MAGDEBORCH TRANSMISIT ET CONVEXIT[3]'.


Regnante sancta et individua Trinitate, anno dominice incarnationis nongentesimo sexagesimo[b] secundo[b], adiuvante domino nostro Iesu [Christo[c]], Otto pius rex invitatus a summo sancte Romane sedis antistite[d] . . . . . Post hec pius imperator Romam intravit. Cum enim per diversas Romane urbis [ecclesias[c]] perrexisset causa orationis, quadam die ad palacium Lateranense pervenit, ibique eum summus pontifex cum magno gaudio suscepit sibique sandalia domini nostri Iesu Christi ostendit et caput sancti Sebastiani martyris. Erat caput argento purissimo circum amictum. Quibus visis summus pontifex nimium flagitatus dedit imperatori caput sancti Sebastiani. Eadem[e] hora Okerus episcopus[3] in ipso Lateranensi palacio accepit caput sicque ad sanctum Petrum, ubi cesar fuit, secum transvexit. Iamque aderat festivitas sancti Clementis martyris, et imperator ad audienda missarum sollemnia ad ipsius ecclesiam perrexit ibique sibi papam habebat obvium. Peractisque divinis officiis dedit papa imperatori brachium sancte Felicitatis martyris, quod de eadem ecclesia episcopus [Hamaborgensis Adeldagus recepit[c]] et coram imperatore ad sanctum Petrum duxit. Inde imperator Pennam venit ibique episcopus [et comes[c]] de Marsi [sibi[c]] occurrerunt et obsides de illa provincia ad imperatorem duxerunt. Quos venientes[f] accepit imperator cum misericordia, quia omnia sua secundum voluntatem suam bene erant conversa. Sedentibus autem illis[g] et de[h] multis [rebus[i]] sermocinantibus interrogavit imperator episcopum, si aliqua sanctorum corpora requiescerent in sua ecclesia. Dixit episcopus: 'Quare interrogatis, domine'? Respondit imperator: 'Quia desidero aliquem de sanctis acquirere'. Respondit episcopus: 'Multos sanctos in nostro episcopio[k] esse scio, sed quorum desiderium habeatis, ignoro. Si placeat dignitati vestre, veniat aliquis mecum ex vestris fidelibus, et [si[c]] inveniat, quod maiestas vestra desiderat, cum gracia Dei accipiat'. Statimque imperator misit Dodonem presbiterum cum episcopo. Ipse vero cum eo veniens diligenterque perscrutatis sanctorum reliquiis invenit sanctam Felici-

a) °vicit *cod., emend. Hampe.* b) septuagesimo *filio cod.* c) *deest cod.; suppl. H.* d) an *cod.; sequitur* et cetera in *cod.* e) eodem, *corr.* eadem, *cod.?* f) veniens *cod.* g) ill' *cod.* h) ex *cod.* i) *deest cod.; suppl. ego.* k) biscopio *cod.*

1) Chartae Sigfridi praepositi et Wichmanni archiepiscopi Magdeburgensis anno 1166 datae (Rein, Thuringia sacra I, 49, n. 7. 51 n. 8) nos docent, quasdam partes reliquiarum S. Felicitatis et filiorum eius Alexandri et Felicis eo anno monasterio Ichtershausensi donatas esse (cf. de his chartis Bierbach, 'Das Urkundenwesen der älteren Magdeburger Erzbischöfe'. Diss. Hall. 1913, p. 70 sqq.; Hoppe in 'Geschichtsblätter für Stadt und Land Magdeburg' XLIII, 191). Itaque non omnes horum sanctorum reliquiae, quas imperator Magdeburgum misit, in monasterium Novi Operis pervenerunt. 2) De privilegio Caelestini II. monasterio Novi Operis dato nihil scimus. Privilegium Lucii II. datum anno 1144., sed hodie deperditum notatur in catalogo chartarum monasterii, apud Dreyhaupt I, 706. 3) Spirensis.

tatem martyrem[a] cum septem filiis suis iacentem. Qua visa agnovit sibi deesse brachium, quod imperatori antea Rome a papa fuit datum. At ille magno repletus gaudio levavit eam de sepulchro simulque cum ea sanctum Alexandrum et sanctum Felicem, filios sancte predicte Felicitatis, et simul tria corpora Pennam[b] adduxit; deditque illi sanctam Felicitatem et sanctum Felicem de parte episcopi, sanctum[c] vero Alexandrum dedit de sua parte. Passa est autem sancta Felicitas cum septem filiis suis nono[d] kalend. Decembris tempore Anthonini principis sub prefecto urbis Publio . . .[e]

a) matrem *cod.*; *emend. H.* b) penuā *cod.* c) secund' *cod.*; *emend. H.* d) nona *cod.* e) *sequitur* etc. *cod.*



CHRONICA MONASTERII SANCTI MICHAELIS CLVSINI.

EDIDERVNT GERHARDVS SCHWARTZ B. M.
ET ELISABETHA ABEGG.

Si etiam in tomis nostris typis describendam curamus Chronicam S. Michaelis Clusini, quam primus in lucem edidit v. cl. L. Provana in Monumentis Historiae Patriae V, SS. III (1848), 245 *sqq., nos textum pleniorem et magis emendatum daturos esse speramus. Duorum enim qui exstant codicum, quibus Provana usus est, i. e. et (1) Vaticani Christinae reg.* 173, *olim Petaviani, ex quo fragmenta Baluzii, quae Mabillon luci dedit in Ann. O. S. B. III (Lucae* 1739), 660 *nr.* 58[1], *hausta esse videntur, et (2) Taurinensis ('Abbazie', S. Michele della Chiusa, Mazzo I nr.* 1'), *novas collationes, quarum unam (codicis* 1) *v. cl. Oswaldo Holder-Egger b. m. et Adolfo Hofmeister, alteram (codicis* 2) *Adolfo Hofmeister debemus, adhibere potuimus. His nisus recensendi initium fecit Gerhardus Schwartz, maximae spei ille iuvenis, qui sanctum suum amorem patriae non solum inserviendo literis sed in defendendis montis Vosegi iugis pro patria moriens confirmavit. Cum perficiendum opus curae meae traderetur, nihil fere mihi relinquebatur, nisi ut adnotationes eius colligerem et, quae iam argumenta attulerat, recognoscerem.*

De situ coenobii S. Michaelis Clusini atque auctoritate, qua colebatur, v. cl. Bethmann (SS. XII, 196 *sqq.) scripsit. De quibus aliisque ad rem pertinentibus plura dicta sunt in dissertatione nostra 'Das Kloster San Michele della Chiusa und seine Geschichtschreibung' ('Neues Archiv' tom. XLV,* 1924, 235 *sqq.) ubi de auctore immo potius de auctoribus chronicae uberius egimus. Chronicam enim, quam ab uno auctore, scilicet Willelmo monacho Clusino, scriptam esse viri docti adhuc putabant, ex duabus partibus compositam esse et primam quidem (c.* 1—18) *a monacho Clusino anonymo inter annos* 1058 *et* 1061, *alteram vero, c.* 19—22, *a Willelmo monacho, auctore Vitae Benedicti II. abbatis Clusini, quadraginta fere annis post scriptam esse demonstravimus. Eodem loco tempus coenobii instituti, de quo adhuc auctores inter se discordabant, inter annos* 983. *et* 987. *statuendum variis argumentis comprobare studuimus.*

Codicis Vaticani (1) in hac parte saec. XII. scripti descriptio, quam Bethmann SS. XII, 196 *dedit, nobis petentibus a viro reverendissimo Iohanne Mercati, praefecto bibliothecae Vaticanae, benevole confirmata est.*

Alterum codicem in archivo regio Taurinensi (2) servatum, chart. in fol. s. XV. vel paulo ante exaratum, sed non ex Vaticano exscriptum esse constat, cum nonnullis locis textum accuratiorem et integriorem praebeat.

In scribendi ratione semper 'ae' pro 'e' in declinatione prima omnibusque vocibus, in quibus 'ae' nunc scribere solemus, et 'tio' pro 'cio' posuimus. In verbis cum praepositione compositis literas duplicatas ('ann' pro 'adn' et similiter) scripsimus.

Elisabetha Abegg.

1) Repetita apud G. Avogadro di Valdengo, 'Storia della abbazia di S. Michele della Chiusa' (Novara 1837), App. p. 3 sq.; Migne, Patr. Lat. 150, p. 1449 sqq. 2) Cf. 'N. Archiv' XLV, 241, n. 2.

INCIPIT PROLOGUS IN LEGENDA CONSECRATIONIS BASILICAE BEATI MICHAELIS ARCHANGELI DE CLUSA.

I.[a] Ad laudem et honorem regis aeterni mirificam beati Michaelis archangeli revelationem in monte Pirchiriana[1] habitam, prout scriptis et virorum fidelium veridica attestatione edoceri potui, scripto commendare decrevi[b], in praefato[c] videlicet monte qualiter virtus eius et magnificentia mortalibus primum illuxerit, quove ordine ipsius movente et disponente providentia constructa prius ibidem basilica processu temporis magnifica coenobii susceperit incrementa. Et quoniam ad hoc opus nullo ingenii fultus praesidio acquisita lepori urbanitate verborumque faderis utendum minime censeo, tuum michi, o alme Spiritus, adventum humiliter efflagito, ut, qui es veritatis magister, veram huius relationis indaginem insinues cordi meo tuaque de omnibus huius rei gestis me doceat[d] unctio pulso penitus a mentis aditu fuco ac fastu rethorico, qui merito contempnitur ac reprobatur sapientium[e] exagio. Tu quoque magnalia tua cupienti depromere non dedigneris factor et adiutor michi tuo servo humillimo adesse, Michael archangele, mi princeps gloriose, cui proprium et quasi singulare est superbis, actu nudis, more tui Domini resistere[2], sicut tuo inclito proditur nomine[3], impetra michi, quaeso, tuis egregiis meritis spiritum intellectus ab illo, cui ab aevo cum tuis beatis astas concivibus, fontem aeternae sapientiae, qui hunc locum tibi in sedem providisti pia ac clementi dignatione. Quod etiam demonstrasti eximia et multiplici miraculorum exibitione.

Item prologus super eodem.

II. Multis sacrae scripturae didicimus documentis, beatum Michaelem non solum possidere nutu deitatis primatum in caelis inter choros militiae caelestis, verum etiam principatum quendam gerere in terris et curam humanae salutis. Cum enim in apocalipsin[f] Iohannis[4] dicatur expressius atque nominatim proeliari cum suis angelis antiqui draconis proelium, liquet profecto illis esse praelatum, quibus adnitentibus et subditis noscitur cothidie de hoste antiquo reportare trophaeum. Quod autem in nostra principetur republica fideliumque salvandorum sit illi cura praecipua, manifeste et enodius declaratur
Dan. 10, 21. in Danielis prophetia, cui sic dicitur voce angelica: 'Et nemo est adiutor meus in omnibus
Dan. 12, 1. his, nisi Michael archangelus princeps vester[g]'. Et[h] item: 'In tempore illo consurget Michael archangelus princeps vester[h], qui stat pro filiis populi tui'. Vides ergo hunc beatissimum spiritum quodammodo, ut ita dixerim, humanum et ad illius ludaici populi, qui id temporis fidelis erat, favorem et tutelam promtissimum. At vero post illius populi diram saevitiam et infidelitatis nimiam obstinationem, qua per crucem in auctorem omnium crassatus est, cum post eiusdem Domini nostri ascensionem auditae essent voces angelorum in templo: 'Transeamus ab his sedibus'[5], voluit idem archangelus, quemadmodum et sancti apostoli, desertis Iudeae finibus, suae dilectionis ac benivolentiae extendere sinus et humani generis pius provisor sui gloriosi nominis notitiam cunctis manifestare[i] gentibus, maxime in horis occidentalibus. Et sicut Roma, urbium maxima, summorum apostolorum Petri et Pauli purpurea decoratur victoria, ut quae erat tunc orbis domina et totius caput superstitionis, fieret etiam clarissima apice religionis, sic respectu divinae pietatis meruit sublimari prae omnibus Romana dignitas solatiante ipso primate angelicae virtutis. In occiduis namque finibus orbis tria sibi archangelus[k] Domini peculiaria[l] loca delegit quam maxime, quae

a) *numeri desunt* 1. 2; *primo folio pene deleto plurima usque ad verba* enodius declaratur *lin.* 27 *desunt* 1. b) potui, *corr.* decrevi, 2. c) imprefato 2. d) *sic* 1; decreat 2. e) *sic* 1; sapientum 2. f) apocalisin, *corr.* apocalipsin, 1; apocalipsi 2. g) noster 2. h) Et item — princeps vester *desunt* 2. i) manis festare 1. k) ch *e corr.* 2. l) peceuliaria 2.

1) Monte Pirchiriano supra vicum, qui dicitur S. Ambrogio et flumen q. d. Dora Riparia inter Taurinos et oppidum Segusiam hodie Susa vocatum situs. 2) Iac. 4, 6: *Propter quod dicit: Deus superbis resistit;* 1. Petr. 5, 5: *Quia Deus superbis resistit.* 3) Cf. Isidor, Etymol. VII, 5, 12: *Michael interpretatur: quis ut Deus? Quando enim aliquid in mundo mirae virtutis fit, hic archangelus mittitur. Et ex ipso opere nomen est eius, quia nemo valet facere, quod praevalet facere Deus.* 4) Apoc. 12, 7 sq.: *Et factum est proelium magnum in caelo, Michahel et angeli eius proeliabantur cum draconc.* 5) Cf. Eusebii Hist. eccl. interpr. Rufino III, 8, 6; Apparitio s. Michaelis in monte Tumba c. 2; vide quae de hoc loco disseruimus in 'Neues Archiv' vol. XLV, 243 sq.

sua suorumque luciflua inviseret illustratione: primum quidem montem illum[a] Garganum[1] toto iam orbi notissimum; secundum circa oceanum, qui dicitur Ad maris periculum[2]; tertium in horum medio[b] iustissima meta positum, montem videlicet Pyrchirianum[c]. Merito quippe in terris, ceu[d] humana vitans contagia, celsis in montium gaudet cacuminibus, qui summo pastore quaerente perditam ovem[3] in convallibus cum ceteris beatis angelorum agminibus desertus scribitur[e] fuisse in montibus, unde divinam maiestatem[f] contemplatur vicinius. Sed iam omissis ceteris ad illud, quod proposuimus, stilum vertamus[g].

III. In Italiae[h] finibus mons quidam extat insignis XII milibus passuum distans ab Alpibus, qui vulgari nomine, sed non vulgari errore aut casu[i] Pyrchiriana[k] seu Pyrchariana[l], id est ignis Domini[4] vel ignea civitas, vocatus est ab incolis propter angelorum, ut reor, ibi futuram frequentiam et dilectam Domino sedem, qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem[5]. Is undique tractu satis arduo sublime caput[m] in aera exerit ipsasque nubes suo vertice tangit[6] parvique collis discrimine a ceteris seiunctus una admodum arta via potest adiri, ut facile intelligas illum quodam divino privilegio[n] donari. Amoenus[o] quippe puris et suo murmure dilabentibus e[p] vicino fontium rivulis, redimitus quoque frondosis[q] ac pomiferis arboribus et silvis, ubi garrula[r] voce aves immurmurant[s] diversi generis, solo nudato supremo[t] cacumine beati Michaelis gestat aecclesiam, non tam metallorum fulgore et[u] humano opificio[v] rutilam seu politam quam crebra signorum experienti evidentia conspicuam. Quae tantam ac talem aspicientibus divinae contemplationis suo quodam[w] secreto infundit dulcedinem, ut illius domicilio illecti[x] ac contubernio clament medulitus prae desiderio: 'Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo', et Ps. 67, 17.
'sicut ros Hermon, qui descendit in montem Syon, quoniam illic mandavit Dominus bene- Ps. 132, 3.
dictionem et vitam usque in saeculum'. Aecclesiam ergo illam hoc ordine inibi constructam primitus verissima antiquitatis relatione accepimus[y].

IV. Erat quidam Ravennas nomine Iohannes cognomento Vincentius[7], vir mirae simplicitatis ac spiritualis intelligentiae gratia adprime ornatus, qui in genitali quidem solo episcopali fertur functus dignitate[z], sed solitariae vitae ardore flammatus multis provintiis perlustratis in montem, qui Caprasius[9] dicitur, praedicto monti a parte septentrionali oppositum sese conduxerat, ut Domino, cui inter turbas positus, quarum fuerat offensus obsequiis, sitiebat inseparabiliter adhaerere, nullo deinceps humano consortio retrahente facilius uniretur. Qui locus tunc adeo remotus erat, ut heremi secreta haud[z] desideraret. Ubi multo tempore ille famulus Dei delitescens tanta intentione[a] divinae theoriae hominum devitabat aspectus, ut angelorum cotidiano consortio delectari ac perfrui non immerito crederetur[b].

a) illum *deest* 2. b) media 2. c) pichirianum 2. d) *ita Schwartz; seu* 1. 2. e) scribatur 2. f) si dici fas est *add.* 2. g) Incipit legenda *add.* 2. h) ytalie 2, *ita semper.* i) ca/su, *una littera erasa,* 1. k) Pirchirriana 2. l) Pyrchiriana, *corr.* Pyrchariana, 1; Pirchirriana 2. m) caſi in aera 1; in aera capud 2. n) previlegio 2. o) amenis 2. p) et 2. q) frondesis 1. r) guarrula 2. s) murmurant 2. t) subpino 2. u) aut 2. v) edificio 2, *ubi* rutilam *deest.* w) sevo quo*d* *(sive* quid*)* 2. x) illeti 2. y) leccio prima *inserit* 2. z) haut *corr.* haud 1; aut 2. a) intemptacione 2. b) Tu autem Domine miserere nostri. Leccio secunda *inserit* 2.

1) Monte S. Angelo, prov. di Foggia, Apulia. 2) Mont S. Michel, dép. Manche, arr. Avranches; locus prope litus maris situs. 3) Luc. 15, 4 sq.: *Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto et vadit ad illam quae perierat, donec inveniat illam? Et cum invenerit illam, imponit in humeros suos gaudens et veniens domum convocat amicos et vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quae perierat.* 4) πῦρ κυρίου. 5) Ps. 103, 4: *Qui facis angelos tuos spiritus et ministros tuos ignem urentem.* 6) Cf. Tibull I, 7, 15 sq.: *aetherio contingens vertice nubes . . . Taurus.* 7) Cf. Chron. S. Maxentii Pictavensis ('Chroniques des églises d'Anjou p. p. Marchegay et Mabille, Société de l'histoire de France', Paris 1869, p. 377) ad an. 937 (sic): *Eo tempore 937. inceptum erat aliud monasterium de S. Michaele de Clusa a sancto Iohanne episcopo et eremita, ubi primus abba fuit Arveus.* 8) Scilicet in quodam episcopatu provinciae Ravennatensis; Ravennae enim nullum hoc tempore nisi Iohannem (XII.), postea papam Iohannem X. (914—928), et Iohannem (XIII.), qui rexit ab an. 982. vel 983. usque ad an. 997. vel 998., invenires, quorum neuter Iohannes ille Vincentius fuisse potest. Cf. quae Muratorius, Rer. It. SS. I, II, 564 in nr. 43 disseruit ad vitam S. Iohannis archiep. Ravennatis, quae ex nostro libello hausta nullius pretii sunt. Vide etiam, quae de ea re scripserunt viri cl. Provana ('Memorie della Reale Accademia di Torino' II, II, 101 sq. Turin 1840); Savio, 'Sulle Origini della Abazia di S. Michele della Chiusa' (1888) p. 15; G. Schwartz, 'Neues Archiv' XL, 1915, p. 215 sqq. 9) Mons Caprasius vallem Segusinam descendenti ad sinistram surgit, ad dextram Pirchirianus.

V. Huic per visionem sanctus Domini archangelus Michael apparens sic eum familiariter alloquitur: 'Quid agis, o Iohannes? Cur contemplationis studium non sedulo adiuvas opere manuum? Nescis theoreticae[a] propositum practicae[b] egere subsidio?' Ad[c] quem Iohannes: 'Quis', inquit, 'tu es, mi domine?' 'Ego sum', ait, 'Michael archangelus, qui in conspectu Domini semper assisto[d]. Propera[e] et ad opus accingere et vel lignario sumptu basilicam mihi construe.' Cumque sanctus anachoreta se huius artis ignarum nec ab ineunte[f] aetate hoc opificio exercitatum simpliciter fateretur, adiecit: 'Noli trepidare, quoniam ego[g] tuus[h] ero adiutor, meaque praesentia corpore quamvis[g] viribus exausto[i] invalidus robustior semper assurges.' Mane ergo facto coepit vir sanctus post matutinos ymnos angelicae admonitionis hortamenta animo revolvere et de Dei certus adminiculo proximam silvam totis viribus occupat diemque illum alacriter in opere consumit[k].

VI. Sequenti vero die, membris nocturna quiete ad laborem innovatis, veniens ad locum, ubi pridie[l] operatus fuerat, sed nil eorum repperiens, quae paraverat, haesit et, quae necessitas in tam denso nemore nocturnum[m] furem compulisset, vehementer admiratus laborem tamen resumit. Dumque omni[n] humano destitutus[o] solatio piis dat operam studiis, ecce videt columbas[p] innumeras facto grege advolare ipsasque ligni dolaturas certatim rostris insumere et ad montem Pyrchirianam[q] saepe deferre; sed nesciens, quid hoc miraculum portenderet, minime cessat a coepto opere. Viderat quoque iam dudum noctu[r] vigiliis inserviens a praefato monte globum igneum frequenter usque ad coelum longo tractu porrigi[s].

VII. Jam vero tertia die ad opus suum[t] sicut prius exiens, cum nichil caesorum[u] lignorum, quae paraverat, invenisset, diriguit et quasi desperatus residens haec secum: 'Quid est', ait, 'domine Deus meus? Quis tam malignus homo labori meo tantopere insidiatur, ut, quod ego mihi per diem facio, ipse nocturna fraude surripiat? Quid est, archangele Christi, cur me servum tuum sic pateris deludi? Ubi est consilii tui pollicitatio? Non apparent certe nunc tua promissa. Nunc fefellit[v] me tua species imperiosa? An forte quod iussisti[w] alio pacto vis compleri? Respice, quaeso, beate, famulum tuum et, quid ipse mavis[x], edoce!' Et haec dicens interdum ab incepto quiescere deliberavit. Nox astra detexerat vixque somnus viri Dei ocellis[y] irrepserat, et iam adest archangelus quiescenti et ait: 'Cur segnis es? Et quare iussa[z] non imples? Quamobrem opus tuum imperfectum sic interposuisti? Surge diluculo et montis illius cacumen[a], unde globum igneum ad coelum tendere crebro notasti, quo etiam columbas lignorum minutias ferendo convolare non ignoras, conscende intrepidus et, cum omnia, quae tibi furto ablata verebaris, ibi collata inveneris, opus, quod imperaveram, in eodem loco perficere ne[b] cuncteris[b]! Locum namque[c] illum michi in sedem elegi multum equidem profuturum, hic habitabo, quoniam elegi eam[d 1)].

VIII. Expergefactus itaque vir Dei et certificatus angelico affamine oppositi montis celsam rupem, quamvis[e] diverso fatigatus anfractu, subiit, et cum aliquantisper solotenus prostratus obortis[2] orasset lacrimis[2], respiciens vidit totam lignorum materiam, quam perisse putaverat, et satis super se gavisus grates Deo suaeque sedis ministro immensas persolvit; sicque novus ille incola animatus cuin gaudio ligna concinat, ecclesiam in brevi consumat[f].

IX. Altare quoque de eadem rupe nativa in honore angelorum principis Michaelis miro opere, sed humanae artis industria non satis polito incidit. Tandem in eminenti scopulo quibus potuit impensis perfecto aedificio Taurinensem episcopum Amizonem[3] nomine

a) theoretice 1; theorice 2. b) pratice 2. c) at 1. d) asisto, *corr.* assisto, 1. e) propterea 2. f) ineunti 2. g) ego — quamvis *desunt* 2. h) tuis 1. i) *ita* 2; exausto, *corr.* exhausto, 1. k) consumat in opere 2; Leccio tercia *inserit* 2. l) predie 2. m) nocturnum 2. n) omnino 2. o) destitus 2. p) colubas 1. q) Pirchirrianam 2. r) noctis 2. s) Leccio quarta *inserit* 2. t) suum *deest* 2. u) cessorum, *corr.* cesorum, 1. v) mè fefellit 2. w) iupsisti, *antea in fine lineae del.* mfistu(*?*) 2. x) mai' 1. y) ocelis 2. z) iupsa 2. a) cacumen ascende 2. b) nonecureris, no *del.*, 2. c) *sequentia usque ad* verba rarus incola *(p. 963 l. 17) desunt folio exciso* 1. d) Leccio quinta *inserit* 2. e) *ita Schwartz*; quam vix 2. f) Leccio sexta *inserit* 2.

1) Ps. 131, 13sq.: *Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi. Haec requies mea in saeculum saeculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.* 2) Cf. Verg. Aen. III, 492. IV, 30. VI, 867. XI, 41. 3) Sedit ante annum 983. usque post annum 998, cf. G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' p. 130.

adiit et, qualiter per visionem angelicam in saepe dicto loco ecclesiam aedificaverit, ordine pandit illiusque consecrationem humili prece deposcit. At ille sanctus pontifex audiens beatum Michaelem in loco, qui suae erat diocesis, voluisse revelari suis temporibus, in laudes prorupit creatoris et plenus lacrimis, quas profundebat suavis amor archangeli, contra montem illico genua flexit et expansis manibus et intentis in caelum oculis sic fatur: 'Grates agimus gratiae tuae, summe pater, rex saeculorum, qui nullum tempus absque bonitatis tuae testimonio nobis transire permittis[a]. Ecce enim indignos nos famulos tuos populumque tuum per summum maiestatis tuae ministrum visitare non dedignaris, quem nostris bonis votis rebusque tutandis non[b] dubitamus fore patronum'.

X.[a] Dixerat et famulum Domini Iohannem advocat, de nomine, patria simul et religione sciscitatur, quibus ortus maioribus; quave occasione et quo tempore advenerit, quaerit et audit. Unde etiam quamplurimum in Domino gavisus[1] ad illius postulata libenter assensum praebuit diemque dedicationis illi praestituit omnique clero et populo, ut illuc sollemniter conveniant, indicit. Confluit hominum multitudo innumerabilis ex[c] diversis urbibus, opidis et villis tantae rei fama admonita, sicut mos est, ac studio novitatis; et ante diem consecrationis totam fere occupavit planiciem ab ipsa Taurinensi civitate vacantem amplis territorii spatiis, ubi eatenus rarus incola morabatur[d], donec pro[e] angelica revelatione coepit honori et amori haberi ipsa regio, quae antea inculta et vilis habebatur[f].

XI. Venerabilis quoque praesul Amizo ad locum appropinquans[g] in castro hospitatur Avilliano[h 2]. Ecce autem circa noctis medium, dictu mirabile, immensus ignis instar magnae columpnae videtur e[i] caelo supra montem descendere suisque flammis[k] coruscis aere sereno totum circumlambere. Cuius novitate miraculi populi stratis exciti[l] supplices ad caelum manus tendere, pectora pugnis tundere[m]. Vociferantur cuncti Pyrchirianam[n] penitus exuri. Tollitur clamor ad sydera[3]. Episcopus ipse tanto rumore attonitus surrexit partemque rutilae[o] lucis iam iamque residentis contemplatus[p] sic ait suis: 'O quam metuendus est locus iste![4] A Domino vere factum est istud, et est mirabile in oculis nostris[5]. Hic est ille ardens rubus, in quo Moysi quondam apparuit Dominus; hic est mons alter Exod. 3, 2 sqq. Syna, igneam legem per dispositionem angelorum accepturus'. In crastinum igitur, cum Exod. 19 sq. ad locum ventum fuisset et honorabilis pontifex cum venerando coetu foribus humilis basilicae astitisset[q], aspexit ab alto tamquam olei liquorem effluere et effigiem crucis humore crasso per aecclesiolae quosdam scopulos[r] eminentes apparere. At ille obstupefactus[s] et cum omni populo terrore perculsus humilis ingreditur et humi prostratus archangelo mediante a dominatore caeli et[t] terrae perfectum finem tantae virtuti[u] obnixius imprecatur[v]. Oratione autem finita cum oculos lacrimis suffusos[w.6] levasset, videt titulum mirae pulchritudinis erectum, procul dubio manibus angelicis coaptatum, et balsamo[x] atque oleo per circuitum supraque affluenter resudare[y] in tantum, ut ad terram usque videretur effluere. Quod cernens accepto festinus linteo oleum[z] reverenter[a] extersit et sic operto titulo missarum ibi sollempnia devotissime celebravit. A linteo vero, quo sacra extersa est ara, quanta processerit virtus, non est nostrae facultatis evolvere, quia non inbecillis[b], non a daemone possessus, non qualibet infirmitate detentus aliquis inde tactus est, quem inexpertem divinae pietatis mox sanitate recepta virtus archangeli permiserit existere. Tantis pius antistes miraculis motus anachoretae precibus et ab honestis nobilium personis, qui affuerant, exoratus cum interminatione sempiterni anathematis constituit, ut a suo successorumque suorum saeculari dominatu vel inpedimento liber esset per saecula

a) Leccio septima *inserit lin.* 7 *et norum caput lin.* 7 Ecce, *non infra lin.* 10, *incipit* 2. b) *ita ed.; fortasse* aio 2. c) *ita ed.;* et 2. d) *a verbo* morabatur *pergit* 1. e) p 1. f) Leccio octava *inserit* 2. g) appropincans 1. h) auillanio 2. i) e *e corr.* 1. k) flamis 1. l) ecxiti 2. m) tudere 2. n) pirchirrianam 2. o) Rutili 2. p) residentis contemplatur, *eadem m. corr.* -tus, 1; recedentis *Mabillon.* q) astitiset 1. r) copulos 1. s) stupefactus 2. t) et *om.* 2. u) virtutis 2. v) precatur 2. w) suffosos 2. x) balsamum 1. y) ¡sudare, *una syllaba ante* sud- *erasa,* 1. z) oleo 1. a) reverentur exiit 1. b) becillis, *post corr.* inbecillis, 1.

1) Phil. 4, 10: *Gavisus sum autem in Domino vehementer.* 2) Avigliana, Prov. di Torino, circond. di Susa. 3) Cf. Verg. Aen. II, 222: *Clamores simul horrendos ad sidera tollit.* 4) Gen. 28, 17: *Quam terribilis est, inquit, locus iste!* 5) Ps. 117, 23: *A Domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.* 6) Cf. Aen. I, 228: *lacrimis oculos suffusa nitentes.*

locus ea ratione, ut, si quis eius constitutionis in posterum contemptor fieret, apostolicae sedis esset iudicii reus[a].

XII. Ab illo tempore itaque[b] sanctus heremita Iohannes usus cellula iuxta posita montem solus incolere coepit, et sanctus Domini archangelus loci sui dilectorem et provisorem se esse luce clarius manifestare non distulit. Non multum namque temporis effluxerat, et ecce viri sanctorum apostolorum Petri et Pauli limina necnon et eiusdem sancti archangeli patrocinia in monte Gargani adire festinabant. Cumque in Segusiana[c,1] valle positi praescriptam ecclesiam in summitate[d] montis tamquam in specula sitam conspicerent[e], ignari rerum, a quo constructa vel cuius[f] nomini[f] dicata esset, studiose requirunt.' Quibus cum senex nuper gesta retulisset, unus illorum, qui podagrae morbo graviter vexabatur, laetus valde effectus, socios hoc modo affatur: 'Nostis, o sodales, quanto pedum meorum torquear dolore et quam saepe vos offenderim in hoc itinere mea tarditate. Unde quoniam ad illum sanctum Gargani montem, sicut proposueram, nequeo pertingere, obtestor per eum, quem animarum fidelium ducem post mortem maxime credimus, ut liceat mihi saltem istud sanctum oratorium illi dicatum invisere eumque, ut in hora exitus sit animae meae propitius, exorare, vosque ipsi aut mecum pro vestra mercede ascendatis aut in montis calce reditum meum maturum expectetis.' At illi in eum maligne tumultuantes, ita illi exprobrant: 'Quid est, miser homo, quod loqueris?' Quo nisu vales per aspera et ardua scandere, qui planae et dudum[g] tritae[h] viae laederis planitie? Abi quo vis, insane, dispereat, qui te expectaverit.' Tunc ille deserto comitum contubernio sumptaque fiducia ex amore archangeli, quod impossibile putabant, aggreditur et magis genibus et manibus reptando[i] vix tandem victor optato potitur desiderio. Intransque ecclesiam uberrimis humectavit solum lacrimis et inter vota et preces, quas ex affectu[k] intimo fundebat Domino eiusque archangelo, quod sit derelictus a viris suaeque facit mentionem infirmitatis. Interea, ut assolet fieri, prae labore et maestitia somnus hominem corripit, et post aliquot horas sopore[l] solutus coram altari sancti Michaelis in monte nimirum Gargani sese sospitem et incolumem invenit. Quanta tunc flens largiter ibi quoque lacrimarum prae gaudio fuderit flumina, si vellet exprimere[m], Tulliana, ni fallor, succumberet facundia. Fortassis, quod loquimur, pro sui novitate et miraculi magnitudine cuilibet videtur incredibile. Sed, o tu, qui inde ambigis, veterem Danielis[2] historiam non te pigeat retexere, et quo pacto angelus Domini per terrarum tot spacia Abacuc per capillum[n] Danieli in lacu Babilonico sedenti et famelico asportaverit, si ratione non conprendis[o], indubitanter actum crede. An negabis, incredule, quod tunc factum est per angelum, non potuisse nunc fieri per summum archangelum? Vir igitur ille[p], cum suae sospitatis auctori quantas potuit gratiarum ibi[q] persolvisset actiones, laetus et exiliens inde repedabat'. Iamque Romam transierat, cum infidi comites eius nondum ad Urbem pervenerant. Quem cum sibi obviam eminus redeuntem contemplarentur, admirantes mutuo alter alebat ad alterum: 'Ho, Deus, quem video? num[r] iste est[s] noster socius, qui apud Clusam a nobis est relictus[t]?' Et alter: 'Non est', ait, 'ille, sed similis eius. Nam ille podager, iste incedit[v] firmus et incolumis. Sed quid? Certe is ipse est. Salve, bone vir.' At ille: 'Salvete vos, o boni sodales.' 'Quid est hoc?', inquiunt, 'quis te huc adduxit[w] aut quomodo sanus effectus es?' Quibus cum praescripti miraculi seriem retulisset, tantae rei novitate attoniti dixerunt ad eum: 'Num ista sancto[x] apostolico per ordinem non aperuisti? Revertere nobiscum, ingrate, revertere et narra, quanta tibi Deus fecerit!' Et[y] ille: 'Faciam ita, tametsi[z] vos non promeruistis'. Rediit, narravit et ad amorem venerabilis huius loci Romam matrem civitatum accendit[a], totaque Italia, qua veniebant, huius miraculi fama pertonuit[b].

XIII. Per idem tempus imperante Ottone[c] iuniore augusto[3] quidam nobilium Hugo

a) Miraculum primum *inser.* 2. b) itaque *om.* 2. c) Secusiana 2. d) sumitate 1. e) concupiscerent 2. f) nomini cuius 2. g) plane vie *add. sed del.* 1. h) terrae 1; triste 2. i) retando 2. k) afectu 1. l) sepore h. e. expr. *om.* 2. m) capitis sui *add.* 2 *cum Vulgata.* n) *ita* 1; apredis 2. p) ille *suprascr.* 1. q) ibi *om.* 1. r) Repedebat 2. s) ne 2. t) noster est 2. u) derelictus 2. v) incedit, *una littera erasa,* 1. w) add. *om.* 1. x) sacro sancto 2. y) Et ille *om.* 2. z) tu et si 2. a) ascendit 2. b) Miraculum *inserit* 2. c) Otone 1, Octone 2.

1) Vallis fluminis Dorae Ripariae, ubi oppidum Susa situm est. 2) Cf. Dan. 14, 32 sqq. 3) Otto II. 973—983 aut Otto III. 983—1002, imperator ab anno 996.

nomine de Arvernensi[a,1] comitatu cum propria uxore sancti apostolorum principis Petri limina petiit et, licet innumerabilium graviumque peccatorum[c] sibi esset conscius, beati[c] tamen apostoli misericordia, cui pius Dominus[d] ad sui amoris periculum ter suas oves pascendas commisit[2], reformari ad spem vitae non cassam fiduciam sumpsit. Veniens igitur Romam horribile primum et lucrosum[e] miraculum de se ipso cunctis intuentibus praebuit, cum ad gradus exteriores ecclesiae sancti Petri veniens nec ultra valens[f] progredi[g] fixus et immobilis haesit. Et quanto magis, ut intrare posset, rotabatur[h] in circuitu, tanto longius propellebatur a sacro templi aditu. Quod intelligens sibi contingere facinorum suorum immensitate torquetur dolore miserae nimis et peccatricis conscientiae plurimaque turbatur anxietate. Nitebatur Petrum, communem spem miserorum, lacrimosis suspiriis nec se palam prodentibus, ut sui misereretur, inflectere, quia palpitabat lingua mala[h] confusione, quae[i] peccatum celando solet accumulare, et[k] erubescebat fateri, quod non erubuit perpetrare. Tandem coactus uxori suisque circumstantibus, quo cruciaretur igne conscientiae[l], proclamat et tam papam tunc temporis Silvestrum[3] quam ministros altaris sancti evocari exoptat. Quibus clementer venientibus dolorem doloris[m] causas exponit et in suis vicariis experiri Petri mansuetudinem suppliciter humi prostratus exposcit. 'Apostolica sedes', ait ad eos, 'quos indicat, tamquam filios advocat et teneræ pietatis dulcedine revera sicut mater, quos peperit, amat. Inaudito torqueor miser conscientiae peccatricis cruciatu[m], quia in tranquillo, quod alii nunquam reor accidisse, periclitor portu, dum fons misericordiae post magistrum, qui etiam nolentes suis ad salutem retibus trahit[n], me quasi filium gehennae[5] omnino repellit. Sed exigit, scio procul dubio, singularis dulcedinis pastor criminum confessionem et secundam post[o] baptismum, quandoquidem prima me comprobat apostatam, hostis abrenuntiationem. Assentio et confiteor, abrenuntio et a fonte Davit[6], qui in ablutionem menstruatae patet, per ministerium[p] domini mei Petri consilium requiro.' Haec querimonia dulcia Romanae pietatis viscera concussit[q], et tantorum criminum reus[r] de constructione unius coenobii, ubi perpetualiter a monachis Domino serviretur, sponsionem fecit, exigentibus tam memorato papa quam ministris apostolicis. Purgatus itaque tali poenitentia et confessione, sic demum limina sancta ingredi et locum vestigiorum Domini[s] permissus est osculari; et facere gestiens, quod promiserat, ad propria coepit cum gaudio regredi.

a] aruernesi 2. b] *verbi* sancti — rotabatur *dim.* 1. 7] *et pars sequentium Iuuarum et* conscientiae — trahit *dim.* 13—20; *itemque quaedam sequentia parte fidei superiore exesa desunt* 1. *Prorana quae legere potui, adnotamus.* c] *sequitur* michael, *postea del.*, 2. d] Deus 1 (*secundum Prorana*). e] *ita* 2; *fortasse* luctuosum *H. P. M.* f] volcas 1 (*sec. Prorana*). g] pgredi 2. h] magna 2. i] eque 2. k] et *om.* 2. l] *cf. adnotationem* b. m] *ita coniecit Prorana*; curiatu 2. n] *cf. adnotationem* b. o] post *om.* 2. p] misterium 2. q] conculsit 2. r] reų 1. s] Domini *om.* 2.

1) Hugo nobilis de Monbussier (départ. Puy-de-Dôme, canton de Brousse) cognomine Scucitus sive Dissutus. Confer de eo privilegia Paschalis II. et Innocentii II., Kehr, Italia Pontificia VI, 2, 125 nr. 14. 126 nr. 16 et Carutti, 'Il conte Umberto I. e il re Ardoino' (Roma 1888) p. 349; Savio l. l. p. 19. Ex privilegio Paschalis hoc loco annotanda sunt verba, quae partim ad chronicam nostram redire videntur: *'Sicut ex gestorum veterum commemoratione cognovimus, Hugo nobilis proienici vir, Arvernensis indigena, cui Dissutus agnomen fuerat, cum ab apostolorum liminibus regrederetur, montem Pyrchirianum in Taurinensi parrochia, qui hodie Mons Clusarum dicitur, ab Arduyno marchione statuta pecunia comparavit et cum pro b. Michaelis ecclesiola in eiusdem montis fastigio constituta Taurinensis episcopi Amizonis libris ab omni ecclesiastice dominationis condicione fieri liberum impetravit. Porro et emptionem ipsam et libertatem ipsam non tantum Romani pontificis, qui tunc temporis ecclesie presidebat, set imperatoris quoque sanctionibus institit confirmari. Edificatum itaque in monte ipso monasterium cum possessionibus circumquaque acquisitis supradictus Hugo Dissutus in ius et tutelam Romane ecclesie tradidit.* — 2) Ioh. 21, 15—17: *Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Iohannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Iohannis, diligis me? Ait illi: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: S. I., amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio: Amas me? et dixit ei: Domine, tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oves meas.* 3) Silvester II. Apr. 999 — 12. Mai 1003; cf. quae de eo diximus in 'N. Archiv' XLV, 252. 254. 4) Cf. Matth. 4, 18 sq.; Marc. 1, 16 sq.; Luc. 5, 1—6. 5) Matth. 23, 15: *Vae vobis, scribae et Pharisaei hypocritae, quia circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum, et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo quam vos.* 6) Zach. 13, 1: *In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris, et menstruatae.*

XIV. Emensis igitur longioris viae spatiis cum boni desiderii plenus una cum uxore suisque Segusiam venisset et in familiari sibique bene nota domo cum vetere amico hospitatus esset, ab eodem hospite causa familiaritatis diligenter coepit inquiri, qualiter cursum explesset itineris sui. Serialim cuncta retulit et universae rei, quam praefati sumus, mirabilem notitiam dedit. Attonitus hospes tanti stupore miraculi simulque laudibus diutius immoratus omnipotentissimae misericordiae Domini dixit ad eum: 'O domine Hugo, si[a] desideras boni voti compos existere, nulli alii melius post gratiam principis apostolorum, quam principi[b] caelestis exercitus archangelo Michaeli te decet coenobium construere, ut dimissis omnibus peccatis tuis in die[c] exitus tui[d] de hoc exilio animae tuae iste sit ereptor et Petrus receptor.' Simul etiam locum praefatum, quoniam[e] proximus, videlicet duodecim milibus esset, ostendens et praefatorum miraculorum nobilissimam narrationem prosequens animos viri iam dudum ad id[f] intentos exhortationis[g] bonae scintillis accendit, atque sic tandem et verba salutis et diem, quo fessi venerant, nox subsequens clausit. Adest archangelus per visionem soporatis utrisque coniugibus[h] et eadem specie[i] eisdemque verbis conspicitur et auditur a duobus. Hortatur et imperat, ut in loco, quem hospes designaverat, totius consilii vires figat et absque omni dubitatione monasterium fabricans animae suae caeleste se construere palatium non diffidat. Vir post revelationem prior evigilat, et dum uxori Isengardae[k] nomine totius tenorem visionis narrat, postquam et ipsa retulit suae concordiam visionis, otior stratu se proripit[l] et hospitibus[m] sciscitatis, quomodo melius ad effectum res ducatur, sagaciter consilium quaerit. Tunc uxor hospitis Eva, melior consiliis Evae prioris, verborum, quae sero contulerant — nam[n] his ipsa plurimum institerat — narrationem archangeli monitis corroboratam gavisa una cum viro, quantis valet ingeniis, omnes directos aditus incipiendae finiendaeque rei[o] perquirit[p], tandemque simul conferentibus[q] sani vena consilii a fonte sapientiae patris processit, qui[r] in evangelio
Matth. 18, 20. suis promittit fidelibus dicens: 'Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum'.

XV. Igitur levaturi tanti molem palatii Hugo et uxor eius omnibus modis harenam[s] nocituram prudenter explorant et eam obstruere felici conamine[t] parant, ut supra firmam petram[1] secure fundamentum nunquam casurum iaciant[u]. Ascensi[v] ergo diluculo vehiculis Hardoini[w 2] marchionis curiam, quae tredecim tantum milibus in castro Avilliano tunc aberat[x], celeriter[y] adeunt eumque ibi cum uxore nichilominus nutu divinitatis, ne diutius[z] fatigentur, inveniunt. Nobiles[a] et elegantis habitudinis peregrini[b] ex cismontanis[c] partibus advenisse principi nuntiantur moxque ab eo, sicuti[d] nobilibus mos quodammodo[e] naturaliter inest, si boni sunt, honorifice suscipiuntur. Adventus causas exponunt et licentiam construendi coenobii in[f] memorato multotiens loco petunt, ea videlicet ratione, ut gloriosus marchio, quantum vellet auri vel argenti, mulorum[z] ceterorumque vehiculorum, quae adduxerant, optimam copiam benigne reciperet et locum ab[h] omni sua proheredumque suorum saeculari[i] potestate scripto iudiciali solveret, quatinus in posterum Deo inibi servituris a cunctis, quae saeculi potestatibus vel ex debito vel ex terrore fiunt, expedita libertas condicionibus esset. Liberalissimus princeps libenter annuit et in primis gratis, quae[k] petebantur, exequi volens, postmodum[l] saniori consilio precium, quod iustum visum[m] est, benigne recepit, ut et evangelico exemplo, quemadmodum de pretio Domini emptus[n] est ager in sepulturam peregrinorum[3], monachis saeculo morituris in eodem loco pretio vitalis sepultura proveniret et futuris temporibus refragandae coenobii libertatis occasio

a) *si supersc.* 1. b) prncipis *(sic)* 2. c) indi, *post corr.* in die, 1. d) sui 1. e) *ita (qm)* 2; quam 1. f) it 1. g) exortacionis, *post corr.* exhort., 1. h) coniungibus, n *eras.*, 1. i) spetię 1; eandem spem 2. k) Insengarde 1; yseugarde 2. l) prorupit 2. m) ospitibus, *corr.* hosp., 1. n) namque 2. o) rei *supersc.* 1. p) proquirit 2. q) conferant 1. r) que 2 s) herenam 2. t) cognamie 2. u) aciant 2. v) ascensus 2. w) ardoini 2. x) aderat 2. y) celester 1. z) utius, *post corr.* diutius, 1. a) nobilis 2. b) peregrinis 1. c) cis montan' 1; eis montanis 2. d) secuti 1. e) quo 2, *ita saepius.* f) im 1. g) multorum 1. h) pro 2. i) sederi 2. k) quia *corr.* quae 2. l) posmodum 2. m) uisum, *ultima hasta postea fortasse adscripta,* 2. n) epmtus 1.

1) Matth. 7, 24: *Omnis ergo, qui audit verba mea haec et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram*, et Regula S. Ben., Prologus. 2) Ardoinus V. e genere Taurinensium marchionum; cf. Bresslau, Jahrb. Kont. H.², I, 379; Savio l. l. p. 40 sqq.; Provana l. l. p. 106 f. 3) Matth. 27, 7: *Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum.*

nulla foret. Post haec ad ospitium laetus Hugo regreditur[a] et consilio nichilominus hospitis virum, cui tutelam[b] loci committeret, quaesiturus, interim, quia viae occasio se praebuit, cum paucis ad montis[c] cacumen[d] habitudinem loci visurus potius animi quam vi corporis — nam via erat difficillima[e] — trahitur. Aestu ergo vel labore fessus admodum, imo[f] omnino[f] siti nutu Dei deficiens ad pedes heremitae, cuius[g] aecclesiae contigua erat cella parvissima, prosternitur et, ut archangeli, si non humano consilio tanti periculi medelam quantotius inveniat, deprecatur. Audivit ab illo aquam in proximo non haberi, vinum autem in ampullula[h] parva, quantum[i] ad unius missae celebrationem vix posset sufficere, contineri; penes se nil omnino remedii fore, nam virtutem[k] archangeli procul dubio omnia posse. Instante, quem sitis et aestus periculum cohartabat[l], heremita tandem pietate concutitur[m] et archangelum, si status loci sibi placeat[n], devoti viri mederi periculo deprecatur.

XVI. Mox — mira dicturus sum — praedictam cernit ampullulam, quasi ab imo[o] scaturiente vena fontis, inundare et summum archangelum virtutem visibilem exhibere. Quantum oportuit, potati sunt, qui venerant, et accepta benedictione redeuntes, sicut praediximus, virum tutelae loci[p] congruum — nam heremitae nulla iam nisi de caelestibus cura erat — reperire desiderantes ad ospitium properant. Retulit hospiti vir Deo devotus, quod acciderat, et inter verba locutionis, aestu boni desiderii non minus quam prius siti corporis aestuans, iterum atque iterum de loci tutela, cui esset oportune committenda, verbum repetebat. Aderat ibi quidam natu Domini vir religiosus ordinis monastici nomine Atvertus[q-1], qui in Lisathio[2] monasterio abbatis prius officio functus atque ab hoc a contrariis sanctae religionis expulsus, tunc a liminibus apostolorum regressus in eodem per aliquot[r] dies fuerat hospitio remoratus. 'Hunc', ait hospes, 'ut reor, gratia divina providit, qui non ut novus, sed expertus officii monastici[s] parvas expensas adhuc incompositi locelli, spiritu pauper, amore religionis amabit et humili suae paupertatis obsequio serviturus in posterum Christo, quae satis sint[t], divitias aggregabit[u]. Auditis his venerabilis peccator Hugo in laudem redemptoris attollitur et hoc quasi auspicio iam poenitentiam suam Deum quodammodo recepisse gratulatur. Praefatum ergo virum religiosum Atvertum[v] multis precibus vincit et relictis, quantum ad praesens ut peregrinus poterat, necessariis, ei locum committens[w], citius rediturus ad sua cum gaudio rediit[x].

XVII. Exinde vir Deo plenus Advertus[y] omnino plena devotione satagens oportuna monachis aedificiola[z] secundum situm loci — nam scopulis asperrimum erat — coepit construere et, quicquid usquam colligere poterat, modico victu contentus, ad id solum expendere. Tempore constituto, sicut promiserat, Hugo rediit et omnibus necessariis impensis ad perficiendam aecclesiae fabricam[a] datis iterum ad praefatum[b] marchionem transitum fecit et ab eo, sicut et prius dato pretio villulam monti contiguam nomine Clusam[b] et aedificandis villulis congruas terras nichilominus contiguas[c] adquisivit. Ut autem libertatis[d] loci, pro qua praecipue satagebat, scrupulus omnino nullus inesset, Taurinensem pontificem, qui Amizo[e] dicebatur[e], adiit et oblatis, quae tantum virum decebant, muneribus cunctis iterum locum solvi condicionibus cum anathematis etiam interpositione favorabiliter impetravit; indeque Romam profectus[f] omnium praedictarum sponsionum tam pontificis quam marchionis tenores omnemque sui operis hordiens hystoriam papae Silvestro retulit et eius ad praesens, imo[g] principis apostolorum auctoritate, postea vero etiam imperatoriae maiestatis[3] corroborari locum literis et nomine fecit. Post haec, quo advixit[h],

a) regrederetur 1. b) tetulam 1. c) montes 1. d) cacumine 2. e) erat difficilima, *corr.* difficillima, 1; difficillima erat 2. f) nimia 2. g) cui 1. h) ampulla 2. i) quantum *om.* 1. k) uirtute 2. l) choartabat, h *ex corr.*, 2. m) comutatur *(sire* cocnutatur?*) alia manu in loco vacuo ins.* 2. n) *sequitur* Miraculum 2. o) vnc 2. p) loci *om.* 2. q) at uirtus 2. r) aliquod 1. s) monasticii 2. t) fuit 1. u) congregabit 2. v) *ita* 1. 2. w) quem mittens 1. x) Miraculum *inserit* 2. y) *ita* 1. 2. z) edifficiola 1. a) fabitam 1. b) dusam 1. c) contiguas 1. d) libertati 2. e) Amico dic. 2; dicebatur *om.* 1. f) profectus *om.* 2. g) imo *om.* 1. h) *ita* 1. 2.

1) Arveus nominatur in Chron. S. Maxentii Pictavensis ad annum 987. (sic!), cf. p. 961 adnot. 7. Sed ex serie abbatum Lesatensium Atvertum vel Arveum illum munus abbatis numero nonum inter a. 983. et 987. gessisse patet. Cf. quae de eo diximus 'N. Archiv' XLV, 253.

2) Lézat, arr. de Pamiers, dép. Ariège, dioec. Tolosanae, de quo cf. Gallia Christiana XIII (1785), 204 sqq.

3) Praeceptum deperditum, sed cf. quae de eo H. Bresslau in 'N. Archiv' XXII, 182 sq. disseruit; praeceptum Silvestri II. ex hoc loco enotat Kehr, Italia pont. VI, 2, 122 nr. 1.

omnia monasterio secundum posse necessaria vel attulit vel direxit[a], et exinde coenobium incrementis oportunis ex tempore Deo favente meritis hactenus archangeli crevit et variis miraculis coruscans diversis[b] populis[c] gratum et venerabile fuit. Ne autem aliqua dubietas ex his, quae relata sunt, in cordibus fidelium possit oriri, testis est praedicti[d] Hugonis[e] filius Mauricius, testis et ipsa familia, quorum vel suis vel parentum proximis diebus tantis indiciis angelica virtus dignata est propalari.

XVIII. Igitur venerabilis papa Nicholaus, quod nomen victoriam populi nimirum catholici sonat[1], narrationis huius ordiendae laudator atque praeceptor[f] extitit, ut cunctis legentibus innotesceret praedicti loci curam specialiter[g] ad sedem apostolicam[g] pertinere et, quisquis fidelium in fine caducae atque transitoriae vitae pennis angelicis[h] ad caelos optat evehi, contra locum, quem Michael princeps angelorum dilexit et elegit, vereatur aliquid iniquum moliri, quatinus in domo sua absque scissionibus cordium cum pace, quae hominum bonae voluntatis[i] propria est[k.2], sit nomen Domini semper benedictum, qui omnes suos spiritus administratorios[3] propter eos, qui hereditatem capiunt salutis, implere gratuite in[l] aecclesiae[l] suae mittit ministerium[m].

XIX. Anno[4] igitur nongentesimo sexagesimo sexto[5] incarnationis dominicae constructis, ut fertur, in eodem loco feliciter[n] officinis coenobialibus, prout erat possibile, cum ille vir illustris Hugo in armis[o] strenuus, sed in Dei rebus circa finem magis devotus, locum, quem, sicut[p] supra retulimus, pretio sibi ut proprium vendicaverat et apostolica auctoritate seu praeceptis regalibus munierat, abbati duntaxat ac monachis abendum tradidisset, postquam etiam sanctus Iohannes heremita necnon et bonae memoriae Advertus[q] abbas migrassent[r] ad Dominum, successit ei in regimine fratrum consensu et electione vir mirae[s] simplicitatis ac prudentiae, merito Benedictus et nomine. Hic cum plurimis floreret virtutibus, tanta dicitur caritatis[t] affluentia[u] refertus[v] et hospitalitatis liberalitate munificus, ut omnes ad se venientes et montis ardua ob[w] archangeli patrocinia petentes maximeque Galliarum[x], Aquitanicorum[y] et Hispaniarum populos Romam adeuntes libentissime susciperet, foveret[z] eisque munera retentis, quae[z] fratrum[a] tantum usibus poterant competere, benignus imperiret. Cuius quam plurimi gratiam amirati — erat quippe moribus et canis angelicis decoratus — aiebant: 'Ecce vir prudens, qui aedificavit domum suam supra petram[6], in cuius ore dolus non invenitur[7], quo fideli dispensatore[8] archangelus Domini gratulatur et huius loci fama sua ubique extendit insignia'. Coeperunt namque nonnulli et praecipue de ultra montes ad hunc locum gratia religionis concurrere et saeculo renuntiantes sub illo sene glorioso normae regulari sese subdere. Langobardi[b] enim quam[c] plures fulti inimica fidei calliditate haud[d] facile acquiescunt monachilem habitum suscipere[b]. Multi vero nobilium atque divitum gratiam cupientes referre eius benedictionibus, quo sibi principem angelorum conciliarent in die sui[e] exitus, alii ditaverunt locum suis honoribus, alii tradebant pueros suos Domino educandos immaturis[f] teneros aetatibus. Est namque locus ab[g] omni[g] impedimento et saeculari tumultu semotus[h], nullis hominum seu animalium

a) dixerunt 2. b) dominicis 2. c) populis et 2. d) predictis 1. e) Hugoni 2. f) ordiende audator extitit 2. g) ad s. a. specialiter 2. h) phennis angelicis angelicis 2. i) voluntati 1; voluntari, ri *incertum*, 2. k) vivere cupit, interdixit *suppl. Prorsus.* l) mie (misericordie) 2. m) Miraculum *add.* 2. n) fideliter 2. o) armus *corr.* armis 2. p) sicut *om.* 2. q) atvertus 2. r) migrasset 2. s) mirae *om.*, *spatio vacuo rel.*, 1. t) claritatis, 1 *eras.*, 1. u) effluentia 1. v) refertur 1. w) ab 1. x) Galliorum 1; galliorum *sive* galliarum 2. y) *ita* 1; aquitaniquorum *sive* aquitaniquarum 2. z) foveret — retentis, quae *om.* 1. a) fratrum *om.* 2. b) Langobardi — suscipere *om.* 2. c) quō 1. d) haut *corr.* haud 1. e) sui *om.* 2. f) Imaturis *sive* 1 maturis 1; in maturis 2. g) ab omni *om.* 2. h) remotus 2.

1) Nicolaus II., 1058—1061; *νίκη, λαός.* 2) Luc. 2, 14: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax in hominibus bonae voluntatis.* 3) Hebr. 1, 14: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis?* 4) Hic incipit chronicae secunda pars, vide praefationem. 5) Perperam; cf. quae de anno fundationis coenobii diximus in 'N. Archiv' XLV, 252 sqq. Etiam in Chron. S. Max. Piet. anni non recti — 868, 872, 937 — nominantur. (Marchegay et Mabille, 'Chroniques des églises d'Anjou', Paris 1869, p. 368, 370, 377.) 6) Matth. 7, 24. 7) Is. 53, 9: *eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius.* 8) Luc. 12, 42: *Dixit autem Dominus: Quis putas est fidelis dispensator et prudens* etc.

ibi perstrepit[a] clamor atque rugitus, iacet[b] porrecta Italiae planicies suis[c] iocunda locis ac fluminibus, humanos interdum quae valeat recreare visus. Tepidae sunt hiemes, aestas vernum[d] imitatur[e] tempus, gravibus[f] morbis nec nocet autumpnus[f]. Mens Deo famulantium tali fota[g] quiete et admonita[h] qualibet[i] terrena pulcra rerum oportunitate vociferatur iubilando frequenter cum exultatione: 'Magnus Dominus et laudabilis valde in civitate Dei nostri in monte sancto eius'[1].

XX. Dilectus itaque Deo et hominibus ille venerandus senex Benedictus, optime[k] agens gregis commissi custodiam, utpote pastor egregius, sanctitatis gratia claruit suis temporibus ampliavitque monasterium, favente archangelo, rebus, personis et honoribus. Et cum a plerisque hospitibus et monachis quasi pro consilio hortaretur magnorum coenobiorum tutelae[l] et ordinationi locum suum committere eorumque consuetudines admittere, non adquiescebat dicens: 'Sinite, fratres, sinite sancti[m] patris[n] nostri Benedicti regula[n] parvitatem nostram contentam esse, quae, si quid videtur addendum, abbatis admittit[o] arbitrio supplendum pro ratione et tempore[2]. Non ita est, ut dicitis. Videtis locum conductu[p] difficilem et arduum altera consuetudine modificandum. Neque enim humano quolibet indiget magisterio, qui angelorum saepe fruitur solatio tantique provisoris gaudet patrocinio et satis[q] metuendo quandoque addicitur[r] ministerio. In hoc nimirum monte nullus est locus crimini, nec est fas sub eius conspectu scelerato[s] latebras[t] delitiscendo[u] quaerere[v], quem ipse statim insequitur sua fulminea et terrifica lampade. Aliquando[v] etiam, si uspiam in monte facinus committitur, sacras iaculatur et arces[3], adeo ut plerosque terreat innocentes[w], neque novit[x] igneum ponere tumultum, donec, quod humanum latebat oculum et manebat inultum, satisfactione[y] ac confessione forte[z] fiat indultum.' Sic pater inclitus aiebat, sic apostolica disertus simplicitate callebat, regulam[a] tantum almi patris et[b] eximii ducis monachorum Benedicti suadebat perscrutari et observare[c] et super ea clamare, ceterum in cuiusque abbatis arbitrio ordinationem sui monasterii pendere; quod eiusdem loci conventus usque hodie habuit celebre[d].

XXI. Praetereundum[e] silentio non arbitror[f] quoddam miraculum, quod sanctae memoriae Aicius, prior aeque ipso actu reverendus, de abbate iam dicto referre solebat. Cuius ob[g] hoc testimonium veritate creditur subnixum, quia fuit homo, ut aiunt, ad unguem[h] factus[4] et in religiosa conversatione totus sibi teres atque rotundus[5]. Qui inter ceteras animi virtutes, quibus admodum pollebat, discretionis gratia, quae[i] omnium virtutum generatrix, custos atque moderatrix patrum diffinitione[6] praedicatur, fuit ita praeditus, ut nullius diei feriati atque profesti[k] occasione solitae ciborum districtioni seu quantitati quippiam addere vellet aut demere. Constans semper in sancto proposito et vigiliis crebro inserviens flagris proprium corpusculum coercebat, operi manuum et lectioni sedulus operam dabat. Castus mente et corpore, tandem multiplicatus in senecta uberi[7] concessit naturae. Cuius sepulcrum recenter[l] aperientes quidam fratrum eius alumpni quadam curiositate ducti mira odoris fragrantia sunt repleti. Hic namque, inquam, prior de illo venerabili Benedicto asserebat, quod moris illi fuerat beatae Mariae[m] genitricis

a) sptrepit 1. b) incer 1. c) suos 1. d) ver non 2. e) imitantur 1; mutatur 2. f) gravibus — autumpnus *deest* 1. g) fora 1. b) admoniti 2. i) quamlibet 1. 2. k) obtime 1. l) tetulę 1. m) sancti *om.* 1. n) patris regula Benedicti, *om.* nostri, 2. o) permittit 2. p) conductum 2. q) ut salutis 2. r) ad dř 1. s) scelobrato, b *eras.*, 1. t) latebris 2. u) deliciscendo 2. v) quaerere — Aliquando *om.* 1. w) *ita* 1. 2; *an legendum* nocentes? *Br.* x) *ita* 1. 2; *forte legendum* moratur? *Br.* y) satis fractione, r *eras.*, 1. z) fore 2. a) regula 1. b) et *om.* 2. c) observari debere 2. d) *sequitur in* 2: et cetera. Explicit legenda consecracionis basilice beati archangeli Michaelis de Clusa. *Sequentia desunt* 2. e) Pretereundum, *tertium* e *post corr.*, 1. f) arbitor 1. g) nb, *corr.* ob, 1. h) ungem 1. i) quem 1. k) profecti 1; profesti *Prorana.* l) recentes 1. m) Mariae *e corr.* 1.

1) Psalm. 47, 2: *Magnus Dominus et laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto eius.* 2) Cf. Regula S. Benedicti c. 3: *sed magis pendeat in abbatis arbitrio et quod salubrius esse iudicaverit ei cuncti obediant;* c. 65: *in abbatis pendere arbitrio ordinationem monasterii sui.* 3) Cf. Hor. Carm. I, 2, 3 sq.: *Dextera sacras iaculatus arces | Terruit Urbem.* 4) Hor. Sat. I, 5, 31 sqq.: . . . *Interea Maecenas advenit atque | Coccius Capitoque simul Fonteius ad unguem | Factus homo, Antoni non ut magis alter amicus.* 5) Hor. Sat. II, 7, 86: *fortis et in se ipso totus teres atque rotundus.* 6) Regula S. Ben. c. 64: *Testimonia discretionis, matris virtutum.* Vita S. Guillelmi Divionensis c. 9, Migne, Patrol. lat. 142, p. 706: *materque virtutum discretio.* 7) Ps. 91, 15: *Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi.*

Domini et Salvatoris nostri laudum officia nocte dieque ante eius venerandum altare, quod illius gloriosae et incomparabilis imaginis praesentia insignitur, devote ac sollempniter agere. Quod opus cum[a] nullatenus intermitteret, nocte quadam lecturus ibi ex more lectionem lucernam ipse tenebat, quae venti flamine[b], ut assolet fieri, extincta est. Quo casu cum pro lectionis dilatione magis anxiaretur, de cereo, qui ante sancti Michaelis altare perpetuis fovetur ignibus, subito sese flamma prorupit et in manu illius non sine fratrum admiratione lucernam accendit. Quod ubi Dei famulus vidit, vehementer obstupuit et solotenus prostratus diutius adoravit et fratribus, quo adviveret, ne cui miraculum proderent, interdixit. Quid plura? Annis XL^ta^ et IIII^or^ monasterium viriliter rexit tandemque sicut oliva fructifera in domo Domini[1] in pace quievit.

XXII. Tale habuit sanctus ille locus sui primordii incrementum, talibus gloriatur auctoribus et tam gloriosus quam venerabilis extunc et nunc cunctis extitit gentibus, exceptis Taurinensibus, qui tanquam Scyllei[2] canes semper oblatraverunt et livido oculo coenobii commoda obliquare[c] non[d] cessaverunt[3]. Eorum tamen dentes omniumque male loco[e] insidiantium[e] vires archangelus ita potenter obtrivit, ut, si non voce, rebus equidem clamaret: 'Qui hos tangit, quasi si tangat pupillam oculi mei'[4]. Nemo enim locum seu illa, quae iuris eius sunt, aliquando iniuriis impetivit[f] et illaesus abiit. Vocatus et non vocatus adest et sibi in aula sua digne famulantium seseque humiliter deprecantium vota benignus attendit et ab[g] ore saevissimi drachonis[5] incessanter protegit. Illius ergo quem caelestis curiae primatem, o grex Clusine, specialiter tibi delegisti, innitere patrocinio! Illum te decet prae[h] omnibus venerari et glorificare cultu perpetuo, qui te sub umbra alarum suarum[6] pie fovendo sic defendat in proelio, ne ~~dammn~~eris sine fine in tremendo iudicio.

EXPLICIT.

a) cum *supersc.* I. b) flammine I. c) oblicare, *supersc.* qua, I. d) ne I. e) loquo insidien/antium I. f) ipetivit I. g) hab I. h) pro *corr.* prae I.

1) Ps. 51, 10: *Ego autem, sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in aeternum.* 2) Cf. Aen. I, 200. III, 420, 424. 3) Cf. quae de monasterii Clusini auctoritate et de libus inter illud et episcopos Taurinenses ortis disputavit G. Schwartz, 'N. Archiv' XLV, 239sq. 4) Zach. 2, 8: *Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* 5) Apoc. 12, 16: *Et adiuvit terra mulierem et aperuit terra os suum et absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo.* Apoc. 16, 13: *et vidi de ore draconis et de ore bestiae et de ore pseudoprophetae spiritus tres immundos in modum ranarum.* 6) Ps. 16, 8: *Sub umbra alarum tuarum protege me.*

NOTITIA DEDICATIONIS ECCLESIAE SANCTI SALVATORIS IN MONTE AMIATA.

EDIDIT **P. F. SCHRAMM.**

Notitia sequens, quae Popponem patriarcham Aquilegiensem sine dubio a Conrado II. imperatore, cum expeditionem alteram in Italiam praepararet, eo praemissum inter episcopos, qui circa finem anni 1036. *dedicationi ecclesiae Montamiatinae interfuerunt, specialiter nominat, nobis servata est sine sanctorum et altarium nominibus in codice bibliothecae Vaticanae Barberin. lat.* 679 *(olim XIV,* 52 *sive* 2888*) saec. VIII/IX. (= 1), de quo cf. Bethmann, 'Archiv' XII,* 381; *Ewald, 'Neues Archiv' III,* 154; *VII,* 591; *Kehr, 'Götting. Nachr.' 1903, p.* 80. *Notitia in codicis f.* 133° *manu saec. XI. exarata a v. cl. F. Schneider, qui codicem accuratius inspexit, in usum nostrum benigne descripta est. Postea nomina sanctorum, quae* in regula *contenta esse dicuntur, hoc loco depravato (cf. n. g) fortasse ex hoc libro regulae S. Benedicti in monasterio ad id tempus conservato aut ex forma genuina notitiae dedicationis addita sunt. Textus ita reamplificatus nobis servatus est in membrana archivi regii Senensis (= 2) scripta saec. XIII. ex. vel XIV., de qua cf. Lisini in 'Bullettino Senese di storia patria' XIII (*1906*),* 513; *ex qua W. Holtzmann nobis eam exscripsit. Idem textus in altera membrana ab eodem collata saec. XV. (= 3) ibidem invenitur, quae, ut prior, saec. XVIII. 'W* 320' *signata est. Quarum in fine reliquiae usque ad Rolandi abbatis tempus (saec. XII. ex.) acquisitae additae sunt. Denique aliquarum reliquiarum summatim nominatarum commemoratio adiuncta est, ut apparet ex scriptura membranae 3 consimili, sed non ex ea deprompta et in fine dilatata, quam a.* 1631. *Ughelli in crypta ecclesiae s. Salvatoris repperit et in opere suo 'Italia sacra' III,* 717 *(= III²,* 623—4*) edidit*[1]. *Qua membrana deperdita Ughellii librum (= 4) adhibuimus.*

P. F. Schramm.

In nomine Domini. Amen. Anno Domini MXXXVI, indictione IIII, tempore sancti[a] 1036.
pape Benedicti[2], natus[b] de Tusculana[c] ex patre Alberico, et invictissimi imperatoris Curradi[d 3] et Guiniti[e] abbatis consecratum est templum hoc ad honorem domini Salvatoris et beate Marie semper virginis et multorum[f] sanctorum[f], nomina[g] quorum sicut sunt per singula altaria, continetur in regula[g]. Ad cuius consecrationem fuerunt decem et octo inter episcopos et cardinales, inter quos fuit venerabilis patriarcha Aquilegensis[4] cum religioso[h] comitatu[i] clericorum et aliorum bonorum virorum, qui constituerunt[k] remissionem[l] decem et octo annorum ad tam pium locum venientibus criminalium peccatorum, ex quibus digne

a) beatissimi 4. b) nati 3; natus *om.* 4. c) Tuscula 4. d) *ita* 1. 2; Conradi 3. 4. e) Guiniçi 2. 3: Gunizi 4. f) om. .. sco. 1. g) n. q. *(quorum nomina 4) sicut (om.* 3. 4*)* sunt p. s. a., que continentur in hoc scripto 2—4. h) religioso *om.* 4. i) cõmitatu 1. k) costituerũt 1. l) remissione 1.

1) Cf. etiam P. F. Kehr, Italia pont. III, 237. 2) Benedictus IX. 3) Fere eadem forma nominis *(Cunrado)* occurrit in diplomate DK. II. 79 a monacho Amiatino scripto. 4) Poppo, nobilis Karinthiae, qui sedit a. 1019—1042; cf. G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' (1913) p. 31 sq.

penitentiam[a] receperunt[b], et tertiam partem venialium, quam preceperunt[c] annis singulis
Nov. 13. advenientibus nuntiari idus Novembris in festivitate sancti Britii et usque ad octavam.

In[1] primis in altare[d] maiore[d]: de cruce Domini et de sudario, quod fuit super capite[e] eius, et de linteo, quo[f] involutum fuit corpus eius, et de lapide, quem angelus[g] revolvit ab hostio[h] monumenti, et de pulvere monumenti[i] et de spongia, qua[k] potatus fuit aceto, et de presepio, in[l] quo iacuit[l], et de lapide, ubi stetit, quando transfiguratus est[m], et de lapide, super quem sedit, quando quinque[n] milia hominum satiavit[n], simul[o] et de lapide, super quem oravit Dominus in monte Oliveti, et de lapide, super quem sedit[p], quando baptiçatus est[q]. Simul[r] et[r] in ipso altario[s] sunt recondite reliquie[t] sancte Marie genetricis domini nostri Iesu Christi, sancti Iohannis[u], sancti Silvestri, sancti Dalmatii[v], sancti Pantaleonis, sancti Naboris, sancti Felicis, sancti Gervasii, sancti Protasii, sancti Sebastiani, sancti Iovitte[w], sancti Fortunati, sancti Hermagore[x], sancti Cantii[y], sancti[z] Cantiani[a], sancti Proti et de mensa Abraham[b], quando angelum hospitio suscepit, sanctorum martirum Petri[c] et Marcellini[c], sancte Agnetis[d], sancte Agathe[e], sancte Cristine[f], sancte Iustine, sancte Cecilie, sancte Mustiole, sancte Cantianille[g], sancti Martialis.

Item in altare de manu sinistra, quod[h] est de parte monasterii[h]: ipse[i] vocatur sancte Marie et Iohannis baptiste, et sunt ibi recondite reliquie sancti Iohannis evangeliste, sancti Columbani, sancti Ambrosii, sancti Severi, sancti Geminiani, sancti Martini, sancti[k] Severi[k], sancti Zenonis, sancti Proculi, sancti Sixti, sancti Valentini, sancti Iohannis[l] confessoris, sancti Marcellini, sancti Hylarii[m], sancti Fridiani, sancti Dionisii[n], Rustici[o], Eleutherii, sancti Helysei[p] prophete, sancti[q] Arseni[r].

Item in altare, quod est de manu dextra: ipse[s] vocatur sancti Petri et sancti[t] Pauli, et ibi[u] sunt[u] recondite reliquie sancti Iacobi[v], sancti Thome[v w], sancti Anastasii, sancti Phylippi, sancti Bartholomei, sancti Cosme[x], sancti Damiani, sancti Appollenaris[y], sancti Laurentii, sancti Andree, sancti Stephani, sancti Mathei, sancti Symonis, sancti Taddei[z], sancti Iacobi, sancti Zebedei, sancti Naçarii[a], sancti Victoris, sancti Vitalis, sancti Vigilii, sancti Savini, sancti Alexandri, sancti Pancratii, sancti Hysidori[b] martiris.

In altare sancti Marci[c]: corpus ipsius et reliquie[d] sancti Martini et Abdon et Senen[d].

In altare, quod est de manu dextra: ipse[e] vocatur sanctorum[f] Petri, sancti[g] Pauli et sancti Andree . . . .[h]

In altare, quod est de[i] manu sinistra[i]: ipse[k] vocatur sancti Benedicti, sancti Gregorii et[l] sancti Nicolai[m] . . . .[h]

In[n] altare sancte Crucis: de ligno Domini, sancti Blasii martiris et reliquie sancti Adelberti[o].

Et[2] post consecrationem ecclesie acquisierunt seniores[p] nostri et nos fratres corpora sanctorum, quorum ista sunt nomina: sancti Marci[q] pape et[r] sanctorum martirum Fortunati[q] et sancti[q] Pontiani[q] et[r] sanctorum martirum[s] Abundii[t] et Abundantii et[u] sancti Clementis et[u] sancti Ianuarii et[u] sancti Felicis et[u] sancti Stephani[v] pontificis et martiris, sancti Silvestri pape[w], sancti Cyriaci[x], sancti Paulini, sancti Valentini[y], sancti Laurentii et[z] sancte Agathe et velum sancte Marie et sancti[a] Iohannis et de sudario Domini et de linteo Domini.

Temporibus domni Rolandi[3] abbatis adquisite sunt reliquie sanctorum, quorum nomina hec sunt[a]: . . . .[b]

a) penitentibus 3. 4. b) receperint 2—4 c) perceperunt 4. d) altari *(et ita passim)* maiori 4. e) capud 3. 4. f) quod 2. g) angelus *om.* 4. h) ostio 4; hostium 2. i) montis 4. k) quo 2. l) in — iacuit *om.* 4. m) fuit 4. n) q. m. h. saturavit 3; saturavit q. m. h. 4. o) simul *om.* 4. p) stetit 4. q) fuit 4. r) similiter 4. s) altari 4. t) vestimentorum *add.* 4. u) Ioannis *(et ita passim)* 4. v) Dalmati 4. w) Iovitae 4. x) Ermagorae 4. y) Eventii 4. z) et 3. 4. a) Cantiati 3. b) Habraam 3. c) Marcelli et Petri 4. d) Agnes 2. e) Agate 3. f) xpine 3; Christinae 4. g) Cananillae 4. h) quod — monasterii *om.* 4. i) ipsum 3. 4. k) s. Severi *om.* 3; sancti Severini 4. l) Iohannis 2. m) Ylarii 3; Hilarii 4. n) Dyonisii 3; Dionysii 4. o) sancti Rustici et 4. p) Helisei 3; Elisii 4. q) et sancti 4. r) Arsenii 4. s) ipsum 3. 4. t) sancti *om.* 4. u) sunt tibi 4. v) s. Thome, s. Iacobi 3. w) Thomee 2; s. Thomae — s. Bartholomaei *(l. 19) hoc loco om., sed post* s. Isidori *mart. (infra l. 22) add.* 4. x) et *add.* 3. 4. y) Apollinaris 4. z) Tadei 3; Thaddaei 4. a) Nazarii 3. 4. b) Ysidori 3; Isidori 4; *cf. etiam n.* w. c) infra columnas *add.* 4. d) *ita* 2, *ubi verba* Abdon et Senen *rasa sunt, sed legi possunt:* r. s. M. et corpora sanctarum et A. et S. 3, *ubi verba* et corpora sanct. *in fine subscripta et signo apposito ad hunc locum relecta sunt; corpora* sanctorum Abdon et Semen et reliquiae sancti Martini 4. e) ipsum 3. 4. f) sancti 4. g) et 4. h) *hoc loco aliquid desse videtur; lacuna non indicatur* 2—4. i) in 4. k) ipsum 3. 4. l) et *om.* 4. m) Nycolay 3. n) In — Adelb. *om.* 4. o) seniores — Marci *om.* 4, *ubi legitur:* dominus abbas Rolandus cum fratribus corpus s. Marci. p) reliquias *add.* 4. q) Pontiani et sancti Fortunati 3. 4. r) et *om.* 4. s) martirum *om.* 4. t) Abundi 3. u) et *om.* 4. v) Sthephani 2. 3. w) pape *om.* 4. x) Cyriacy 2. y) Valenti 3. z) et *om.* 4 a) sancti — sunt *om.* 4 *(sed cf. n. o), ubi legitur:* Nonnullas alias honorificentissimas ac colendissimas reliquias infinitorum pene sanctorum, quae summa cum affectione in armario loci sacrorum sive sacristine reconditae sunt, necnon vetus novumque testamentum seu bibliam scriptam manibus beatissimi pontificis Gregorii. b) *hic fortasse aliquid deest; lacuna non indicatur* 2—4.

1) De reliquiarum serie nonnisi in 2—4 conservata vide praefationem. 2) Incipit additamentum, vide praefationem. 3) Saec. XII. ex. vixit, cf. Kehr, Italia pontificia III, 242 sq.

NOTAE
DE MATHILDA COMITISSA.

EDIDIT **P. E. SCHRAMM.**

Notae, quibus b. m. L. A. Muratori nomen 'Notae Mutinenses' dedit, duabus formis, longiore et breviore, in variis codicibus servatae sunt, quorum vetustissimus est

A = *Cod. Mutinensis bibl. Estensis lat.* 28 *(signatus α. F. 2, 4; olim X. H.* 22, *antea V. A.* 28*), saec. XIV. scriptus, ubi post Donizonis epitomatorem Padolironensem inter varia Notae insertae sunt. De quo codice retulerunt b. m. L. Bethmann in 'Archiv' XII,* 696 *et Mon. Germ. SS. XII,* 350 *et b. m. O. Holder-Egger in 'Neues Archiv' X,* 228 *n.* 1, *XVII,* 473, *XXXIII,* 117.

Recentior, sed ex fonte saec. XIV. desumptus est

B_1 = *Cod. Mutinensis bibl. Estensis lat.* 1079 *(signatus α. I.* 5, 6*; olim IV. F.* 25*), saec. XVII., quo continetur chronica Bonifatii da Morano anno* 1349. *die* 8. *Aug. defuncti, qui initio operis Notas inseruit. Codex descriptus est a G. Bertoni in Rer. Ital. SS. ed. L. A. Muratori, nov. edit. VI,* 1 *fasc.* 49 *(*1907*) (Relatio transl. corp. S. Geminiani), p. XIII, et praecipue a L. Vischi*[1]*, qui codicem a Carandino cancellario Mutinensi transscriptum esse putat et aliud exemplar in bibliotheca Bononiensi repperit.*

Iterum Notae ut pars chronicae alicuius traditae sunt in

B_2 = *Cod. Mutinensis bibl. Estensis lat.* 388 *(signatus α. F.* 3, 4*; olim VI. F.* 3*), saec. XVI. scriptus, ubi autographum Alexandri Tassoni inest, ut Vischi l. c. p. XII sq. et Bertoni l. c. p. XI asseruerunt. Cuius historiographi 'Annales veteres Mutinenses' a 'Translatione S. Geminiani' et Notis supranominatis exordiuntur, quibus alia manus postea varias notitias historicas inseruit. Exemplar huius chronicae, ut Vischi l. c. p. XV commemorat, in Cod. Mutin. bibl. Est. lat. α. N.* 7. 23 *(olim X. D.* 31*), saec. XVII, continetur.*

Codices B_1 et B_2, quibus scriptorum Mutinensium opera conservata sunt, Notarum recensionem breviorem, sed auctam itineris Heinrici regis per agrum Mutinensem *facti adiunctione tradunt. Cum Bonifatii chronicam Alexandro Tassoni ignotam fuisse Vischi l. c. p. XXVII ostenderit, non B_2 ex B_1, sed ambos ex communi fonte prodiisse constat, qui lectionibus annorum* 1109—10. *codice A recentior fuisse demonstratur. Civitatis enim Aretii expugnatio ab A recte mensi Ian. anni* 1111. *adscripta, sed in recensione B contractione verborum falsa una cum rebus mense Dec. anni antecedentis factis narrata est. Textus ergo non in A correctus, sed in B depravatus est, ita ut forma in A data magis sequenda sit. Quae igitur in initio fineque codicis A de testibus decisionis a comitissa factae laudibusque illius relata in B desunt, iam ab ipso Notarum auctore conscripta et postea in Mutinensium operibus omissa esse nobis persuademus.*

Encomium comitissae auctor inseruit, quod posteris . . venturis incredibile *videri putabat; inde eum non diu post mortem Mathildae anno* 1115. *defunctae scripsisse apparet. Quem*

1) 'Mon. di storia patria d. provincie Modenesi. Serie di G. da Bazzano e di B. Morano . . a cura di L. Vischi, d. cronache' XV: 'Cronache Modenesi di A. Tassoni, T. Sandonnini, O. Raselli' (Modena 1888), p. XIX sq.

hostem imperatorum fuisse facile patet. Ex diplomate Nonantulano hausisse ea videtur, quae ad annum 1109. *affert. Neque quicquam aliud de auctore dici potest.*

Loco igitur: 'Notae Mutinenses', quod nomen eis praeclarissimus ille bibliothecarius Estensis Muratori temere dedit, eis praebetur novus titulus: 'Notae de Mathilda comitissa'.

Primus L. A. Muratori in Rer. Ital. SS. VI (Mediol. 1725), 91—94 *Notas ex 'codicibus Estensibus' edidit, qui A et B_2 codicibus usus est. Chronicis Bonifatii da Morano et historiographi Alexandri Tassoni curis eirorum doctorum Mutinensium anno* 1888. *in lucem prolatis recensio etiam brevior omnibus nota facta est.*

Collationibus codicis A a. r. cl. O. Holder-Egger h. m., codicum B_1 et B_2 a. c. cl. H. Bresslau h. m. factis usi textum A, lectionibus ex B_1 et B_2 additis, secuti sumus.

P. E. Schramm.

1109 Nov. Millesimo[a] centessimo nono, indictione[b] tertia[b], de[c] mens.[c] Novembris fuit[d] domina Mathilda nobilissima comitissa[d] in castro Vignole[1] et ibi concordavit dominum Iohannem[e] priorem[f] sancti Silvestri[g] cum archypresbytero Iohanne[h] sancti Michaelis[i] de Nonantula, testificantibus[k] proceribus et nobilibus viris Albrico et Tebertus de Nonantula et magister Rubertus grammaticus[k.2].

(1110 Aug.) In[l] eodem[3] anno[m] Henricus rex quintus intravit Italiam[n], destruxit civitatem[n] Novariam[n], accepit Longobardorum[n] fidelitatem[n] et cum[r] Mathilda[s] comitissa nobilissima[t] Mutinensi pacem habuit firmissimam, que patrem eius Henrici Henricum devicerat. Deinde[u]
(Nov.) (Dec.) transivit Alpes[v], intravit Tusciam, ivit per[w] civitates que vocantur Luca et[x] Florentia[w.x].
1111 Jan. Millesimo[z] centessimo undecimo in[a] mense Ianuarii supradictus[b] Henricus quintus[c]
(Febr 12.) rex destruxit[d] civitatem Aretium[d], ivit Romam[e], cepit papam Paschalem[f] cum cardinalibus[g] et[h] prope urbem Rome tenuit eos in captione, donec papa promisit ei baculum et anulum,
(Apr. 13.) unde lis erat inter illos. Postea intra ecclesiam beati Petri coronavit. Inde reversus in
(Maio 6—8.) Longobardiam venit ad supradictam comitissam Mathildam apud Bibianelum[4]. Ibi osculo[i] pace firmata letatus et locutus cum ea plurimum die ascensionis Domini transpadivit atque
Maii 11. ultra montes remeavit. Illo autem egrediente de Italia Mediolanenses destruxerunt urbem,
(Mai 21.) que vocabatur Laude[5], dum adhuc esset citra montes; igni civitatem incenderunt et muri lapides Mediolanum deportarunt, licet rex illis per suos nuntios prohiberet.

1115. Iul 24. Anno Domini millesimo centessimo quintodecimo nono kal. Augusti obiit comitissa Mathilda nobilissima[k] in comitatu Mutinensi in loco, qui vocatur Bondenum de Diacono[6], ubi edificavit quandam ecclesiam, dum in infirmitate iaceret, ad honorem sancti Iacobi apostoli[7], iuxta parietes cuius migravit de hoc seculo.

Quamvis posteris nostris venturis incredibile videatur, paulisper de eius moribus prelibare curamus. Filia fuit cuiusdam Bonifacii marchionis et comitis in Longobardia et
1051. 1076. Beatricis nobilissime comitisse de terra Theotonica et regia stirpe; quae defunctis paren-

a) Anno domini MCVIIII *B.* b) ind. tertia *om. B.* c) die octavo *(8 B_2) pro* de mense *B.* d) illustrissima domina comitissa Mathildis fuit B_1; M. c. fuit B_2. e) Ioannem *B.* f) monasterii *add. B.* g) Sylvestri B_2; de Nonantula *add. B.* h) Ioannem *B.* i) etiam *qdd.* B_2. k) test. — gramm. *desunt B.* l) In *om.* B_1; in eodem *om.* B_2 m) domini MCVIIII *add.* B_2. n) et *add. B.* o) civ. *om.* B_2. p) Navariam B_1; et *add.* B_2. q) Ital. Long. B_2. r) illustrissima *add.* B_2. s) Matildi B_2. t) nob. *om.* B_2. u) Deinde *om. B*; et firmata dicta pace *add. B.* v) Albpes, b *puncto subscripto del. A*, per agrum Mutinensem Alpes (Alpes p. a. M. B_1) et *B.* w. Lucam et Florentiam *pro* per — Florentia B_2. x) et *om* B_1. y) *sequ.* ivit Aretium et destruxit B_1, et destruxit Aretium B_2, *quod in A ad annum sequentem positum est.* z) Anno domini MCXI (domini *postea del.* B_2) *B.* a) de *B.* b. supraď. *om. B.* c) rex quintus *B.* d) destr. civ. Ar. *om. hic B (v. n. y).* e) et *add. B.* f) Pascalem *B.* g) tredecim (tredecim *ante* card. B_1) *add. B.* h) *omnia reliqua desunt B praeter:* Anno domini MCXV obiit comitissa Mathildis B_1. De a. d. MCXV o. Mathildis illustrissima comitissa B_2. i) obsculo, b *del., A.* k) nobillissima *A.*

1) Vignola, castellum prope flumen, qui dicitur Panaro; cf. G. Tiraboschi, 'Diz. topogr.-stor. degli Stati Estensi' (Modena 1824—5) II, 411 sqq. 2) Cf. A. Overmann, 'Gräfin Mathilde v. Tuscien' (Innsbr. 1895), qui regesta Mathildae collegit, in quibus omnes fere supra nominati passim occurrunt. 3) Rectius *sequente*; cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrb. d. Deutsch. Reiches u. Heinr. IV. u. Heinr. V.' VI (Lpz. 1907), 180 sqq. 4) Bianello, castrum comitissae; cf. Tiraboschi l. c. I, 50 sqq. 5) Lodi; cf. Meyer v. Knonau l. c. p. 182. 6) Bondeno di Roncore; cf. Tiraboschi l. c. I, 60 sq.; P. Kehr, Ital. pont. V, 410. 7) Ecclesia SS. Iacobi et Zebedei; cf. Donizo V. Math., de obitu 91 sq., SS. XII, 408.

tibus ultra quadraginta annos regnavit in Italia. Erat enim dux Tuscie et Longobardie et marchie[a] Spoleti et marchie Camerine et totius terre, que est a mari Adriatico, ubi sunt civitates Ravenna et Venetia site, usque ad aliud mare, ubi est civitas, que vocatur Pisa, usque ad civitatem, que dicitur Sutrium, prope Romam. Hec a iuventute sua quotidie militiam deduxit. Pro Romana pugnavit ecclesia contra Henricum regem, quem papa Gregorius, qui vulgo Eldebrandus dicitur, excommunicavit. Tandem[b] supradictum regem de Italia militando expulit, ablata sibi coniuge regina[c] et cum Corado filio regis. 1093. 1094
Preterea sermone erat facundissima et in consiliis astutissima, affabilis ad omnes. Clericos religiosos oppido valde honorabat, latrones minime servabat[c], rusticos gubernabat, omnes principes, marchiones, comites, proceres ceteros omnesque milites tanta diligentia gubernabat, quod genu flexo in consiliis ante illam avidissime se prosternebant. Amicitiam habebat Constantinopolitani imperatoris et Apulie principum et Francigenarum et Theotonicorum, Ungarici regis et Sardinie iudicum et aliarum insularum principum et ceterorum, quorum nomina impossibile esse videtur perscribere.

In tempore autem, quo infirmata est, paululum antequam infirmaretur, in eodem 1114.
mense super omnes Longobardie civitates pluit de celo sanguis usque ad eum locum prope Mutinam, qui vocatur Civitas Nova[1]. Deus dedit quoque ei spatium penitentie peragende[d] per unius anni circulum, perseverans in gravissima infirmitate amissa validudine omnium membrorum totiusque corporis. Sepulchrum illius, in quo est honorifice condita, 1115.
manet apud venerabile monasterium ad honorem sancti Benedicti consecratum, quod est situm in quadam insula Padi fluminis, ubi vulgo Padolirone vocatur[2]. Amen.

a) *sequ.* et *A.* b) Tandem *A.* c) *seq.* gri *tribus accentibus del. A.* d) pagende *sine abbreviatione A.*

1) Cittanuova, hodie villa cum ecclesia; cf. Tiraboschi Overmann l. c. p. 190; Kehr, Italia pontificia VII, 1 l. c. I, 208 sq. 2) S. Benedetto di Polirone; cf. p. 329 sqq.

TRANSLATIO IVVENALIS ET CASSII EPISCOPORVM NARNIENSIVM LVCAM.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Saeculo IX. exeunte aut saeculo X. ineunte sub Adalberto I. aut sub Adalberto II. marchione Tusciae ea, quae in hac historia (= Bibl. hag. Lat. n. 4615. 4615*a) traduntur, facta esse patet. Sed accuratius tempus certo definiri nequit. Nam ea, quae de anno* 878. *A. Simonetti alios secutus probare studuit, stare non possunt*[1]. *Verisimilius iam D. Papebroch de morte Iohannis VIII. papae, qui a.* 882. *Dec.* 15. *obiit, cogitavit*[2]*; e contra inter alios Leibnitius haec non ad Adalbertum I. inter annos* 884. *et* 889. *mortuum, sed ad filium Adalbertum II., qui a.* 915. *obiisse videtur, rettulit*[3]*, quod aeque ita fieri potuisse non negamus et, si quis praetulerit, non contraimus. Quae in annalibus nostris pluribus tractantes etiam de fide huius historiae a D. Papebrochio a.* 1680. *omnino in dubium vocata quid censendum sit, fusius exposuimus*[4]*. Nam doctissimus ille tribus vel pluribus saeculis eam posteriorem neque ulla fide dignam putavit*[5]*. Sed eam non post saeculum X. compositam esse etiam rudis mihi sermo, quo conscripta est, indicare videtur*[6]*, neque prorsus eam in tanta auctorum eius regionis et temporis penuria spernendam dixerim, presertim cum inter alia locum quendam insignem de imperii in terris ecclesiae Romanae potestate praebeat, qui ante Simonettum non nisi interpolatus, quod saec. XVII. factum esse videtur, in libris impressis legebatur*[7]*. Auctor libelli Narniensis fuisse videtur.*

Extat translatio in initio mutila et in fine alterata in codice pulcherrimo canonicorum ecclesiae maioris Lucensis (= L) P+ folii maximi membranaceo saec. XII, qui passionale magnum continet[8]*, post vitam Cassii episcopi III. idus Octobr. f.* 142*b*—143*b sub hoc titulo:* incipit translatio corporis sancti Cassii episcopi et confessoris. *Quem codicem ipse Lucae a.* 1913. *a viro ven. P. Guidi tunc canonico maioris ecclesiae humanissime adiutus non sine fructu con-*

1) A. Simonetti, 'Adalberto I. marchese di Toscana e il saccheggio di Narni nell' 878', in 'Bollettino della R. deput. di storia patria per l'Umbria' VII (1901), p. 1—17; item antea ex. gr. D. Barsocchini in 'Memorie e documenti per servire all' istoria del ducato di Lucca' V, 1 (1844), p. 105 sq. 2) AA. SS. Boll. 3. Mai. I. (ed. tertia a. 1866), p. 422. 424. A. 845. vel 878. vel paulo post 882. proponitur in Anal. Bolland. XX (1901), p. 477 sq. 3) Leibniz, Annales imperii occidentalis II, 295. A. 901. cod. bibl. Luc. n. 117 secundum Simonetti p. 4, a. 907. L. Iacobilli, 'Vite de' Santi e beati dell' Umbria' I, 455 et III, 264 (Foligno 1647. 1661) habet. Cf. etiam Muratori, 'Annali d'Italia' ad a. 904. 4) A. Hofmeister, 'Die Translatio Iuvenalis et Cassii episcoporum Narniensium Lucam', in 'Neues Archiv' XLI (1919), p. 525 sqq.; cf. iam in 'Mitteilungen des Instituts für Österreichische Geschichtsforschung', 'Erg.-Bd.' VII, 431. 5) AA. SS. Boll. 3. Mai. I, 422. 6) Quem codex L servavit; in N libelli sermo retractatus et expolitus est. V. 'N. Archiv' XLI, 536 sqq. 7) Infra c. 3, p. 979, l. 9 sq.; cf. 'N. Archiv' XLI, 545 sq. — De fabulis posterioris aevi Lucae traditis cf. Simonetti p. 2; 'N. Archiv' XLI, 549 sqq. 8) Incipit in die IIII. idus Iulii cum Passione sanctorum martyrum Naboris et Felicis; ultima quattuor folia postea, sed adhuc saec. XII., addita, in fronte saec. XIII. duo folia Vitam sancti Paulini Lucensis continentia adiecta sunt.

tali, postquam a. 1901. *ex eo A. Simonetti Translationem, quem inscripsit sancti Cassii, plenioris textus iam tanto tempore ante editi iparus edidit*[1].

Nam extabat praeterea in vetere codice ecclesiae maioris Narniensis (= N[a]*), qui breviarium antiquum continebat. Ex quo cum saepius L. Iacobilli, qui etiam codices Lucensem et Fossanensem novit, ad Iuvenalem et Cassium historiam nostram attulisset*[2]*, D. Papebroch in AA. SS. Boll. 3. Mai. I.* 395—397 *(ed. prima a.* 1680: *p.* 390— 393*) post Vitam s. Iuvenalis episcopi Narniensis eam edidit sub hoc titulo:* Ablatio et relatio corporis S. Iuvenalis. Ex veteri MS. Narniensi[3]. *De hoc codice, qui etiam Eugenii III. papae sermonem in dedicatione oratorii s. Iuvenalis Narniae (a.* 1145. *Martio) habitam exhibebat*[4]*, utrum adhuc supersit necne, nihil comperire potui. Itaque in eo afferendo editionem Bollandianam (= N) sequi nos oportuit. Quod valde dolco, quoniam N solus exordium et genuinam libelli, quem Narniae compositum esse vix quisquam negabit, finem servavit, Bollandianorum vero textus non semel alteratus esse videtur. Nam L exordio omisso, etiam iis, quae in fine de plaga Lucensium et remissione s. Iuvenalis traduntur, praecisis pauca de sanctorum patrocinio Lucensibus impendendo substituit.*

De codice Fossanensi, cuius mentionem Iacobilli una cum Narniensi et Lucensi facit[5]*, nihil constat. Sed Fossani, ubi saec. XVII. sanctus Iuvenalis Narniensis requiescere putabatur, translationem nostram totam fere in relationem Italice conscriptam, nihil nisi 'praesentia episcopi et cleri Lucensis in occupatione Narniae et visitatione sepulcri' addito, conversam esse Papebroch tradit*[6].

Papebroch etiam ex 'MS. Iacobilli', quod ipse ad fidem codicis Narniensis descriptum putabat[7]*, complura enotavit. Quod in verbis:* Evenit ut quidam potens et nobilis Tusciae marchio *(infra c.* 3, *p.* 978, *l.* 32*) incipiens et in verbis:* una cum beatissimo Cassio *(infra c.* 10. *p.* 981, *l.* 24 *sq.) desinens extat in codice Bruxellensi bibl. regiae* 8299—300 *(= Iac.) chartaceo saec. XVII. ('Collectanea Bollandiana'), f.* 76 *—*78, *quem Berolinum comiter transmissum cum ipse evolvissem, foedissimis mendis adeo scatere continuo cognovi*[8]*, ut ea tantum, quae ad dijudicandas varias lectiones N et L facere quandolumcumque viderentur, enotarem. Nam Iac. et editio Bolland. (N) ad eundem codicem Narniensem redire videntur, cuius lectionem Iac. negligentia scribae saepissime corrupit et N passim mutatam praebet.*

Nullius pretii est codex bibl. publ. Lucensis chartaceus nr. 1705 *saec. XVI. ex L transscriptus (f.* 59'—62'*), quem ipse vedi*[9]*.*

Capita secundum Bollandianos distinxi. In re orthographica codicem L secutus sum.

A. Hofmeister.

TRANSLATIO[a] CORPORIS SANCTI IVVENALIS ET SANCTI CASSII[a].

1. Domini nostri Iesu Christi, fratres carissimi, sanctorumque omnium miracula clara merito personat orbis, quando[b] carmina poetarum priorumque philosophorum gliscit ani-

a) Ablatio et relatio corporis s. Iuvenalis *Boll.*; Incipit translatio corporis sancti Cassii episcopi et confessoris *L, qui sequentia usque ad p.* 978, *l.* 28 *omisit*. De inventione corporis s. Iuvenalis 7. Augusti *Iac., qui sequentia usque ad p.* 978, *l.* 32 *omisit*. b) [etiam] *add. Boll.*

1) 'Bollettino della R. deput. di storia patria per l'Umbria' VII, 14—17. 2) L. Iacobilli, 'Vite de' Santi e beati dell' Umbria' I (Foligno 1647), p. 453 sqq.: *Codex ant. MS Fossa. Narniae, et Lucae* p. 456); *Breuia. ant. MS. in Cathed. Narn.* (p. 457; *Breuiar. ant. MS. Narn.* (p. 458.); *Codices Luc. et Narniae* (p. 459; *Breuiar. ant. MS. in Cathed. Nar. et Codex ant. Lucae* (p. 668 sq.). 3) De qua ita disserunt: *Post Legendam seu Vitam in Lectiones diuisam, in iam dicto MS. sequebatur de corpore ablato relatoque narratio, similiter in Lectiones distributa, fortassis pro Officio ad diem VII. Augusti recitando, quando obiisse Sanctum dicunt vitae Acta, et festum ei duplex cum Octava celebrari indicat tabella Officiorum duplicium Cathedralis Narniensis* (p. 395). 4) AA. SS. l. c. p. 397 sq.: *ex eodem veteri MS. Narniensi;* cf. Kehr, Italia pontificia IV, 32, nr. 4. 5) 'Vite de' Santi e beati dell' Umbria' I, 456; *Codex ant. MS. Fossa. Narniae, et Lucae;* p. 458; *Codic. ant. MS. Lucae, et Fossani;* p. 459 ad miraculum a. 1233; *Cod. an. MS. Fossani.* 6) AA. SS. l. c. p. 417. 7) AA. SS. l. c. p. 390. 8) Cf. I. Van den Gheyn, 'Catalogue des manuscrits de la bibliotheque royale de Belgique' V, 464—467; 'N. Archiv' XLI, 533 sq. Hic codex inscribitur: *Iacobilli Vitae Sanctorum Umbriae.* 9) In ipsa codicis fronte Bollandiani haec notaverunt: *Vitarum a Iacobillo Donatarum Pars* 1ª *et Pars* 2ª. *NB. Haec a librario tam imperito descripta esse ut scateant mendis, nec idonea sunt, ut hinc Vitae imprimantur.* Pars II. f. 71 75' exhibet Passionem vel Vitam s. Iuvenalis episcopi, f. 76 78: *De inventione Corporis s. Iuvenalis. 7. Augusti. In antiquissimo Breviario ms. membraneo in Cathedrali Narniae legitur vita s. Iuvenalis* etc. 10) Cf. 'N. Archiv' XLI, 536.

mus scandere, quae[a] sunt fabulae et inanes lectiones et fallaciae gentilium necnon deceptiones infidelium. Quis enim pavescit tegere[b] silentio abdicationem hostium daemonumque occultationem, qualiter devicti sunt a militibus Christi et vires eorum confractae et sub pedibus eorum conculcatae[1]. Recolimus enim semper fuisse invidos et callidos cunctorum fidelium — nam sine intermissione ex insidiis diaboli homines tentantur, ut virtus tentata probetur et palma non consentienti gloriosior appareat —, unde quanto amplius scelerum cupiunt, tanto amplius laeti sunt; adhuc[c] non quiescunt, sed miris facinoribus exigentibus chaos circumeunt et in erebi gurgitem desidiosi ruunt, heroes conculcant et fideles aliquando necant. Quis de odio confitetur et penitet? quis de invidia meret? quis de cumulo avaritiae contremiscit? Prorsus pauci. Sed Dominus est iustus et pius[2], qui expectat[3] omnes et suffert per orationes sanctorum et oblationes fidelium. Hoc tamen pavendum est omnibus, quia, quanto amplius portat, tanto durius punit.

2. Quae fauces poterunt retexere sanctorum omnium remunerationem, infinitae misericordiae gloriam, praeparationem laetitiae paradisi? Morari debemus in laude omnium sanctorum, sed praecipue in nostris patronis silere noxium censuimus. En omnes defendunt; et sicut prius pro eis agonizaverunt, quamvis a suis, ut iustum est, non obsequantur, tamen adhuc certant et pro eis obsecrant; ipsi nos defendunt, ipsi custodiunt, protegunt et claris inter nos miraculis coruscant. Inter quorum classes noster gloriosus et mirabilis fulget coronatus sanctissimus Iuvenalis. O quam praedicandus! quantum amandus! Qui in tantum suam dilexit ecclesiam[4], ut multis suppliciis superans triumpharet; apte sibi commissum thronum decorans, secum provexit credentes ad astra polorum. Igitur beatus Iuvenalis non solum[d], dum in hoc aerumnoso deguit aevo, verum et post liberam eius ad aethera evolationem, cum pro suis exulavit[e] et iterum martyrium portavit, pro suis flevit, ingemuit, sanguinem fudit et in exilium quasi pietatis causa portatus est, in tantum suas oves diligens[5]. Ne[f] frustraretur a tali patrono, cum eximio honore ad Narniam est reductus, adiuvante Domino per eius auxilium et orationem venerabilium clericorum postulationemque nobilium populorum praefati loci. Qualiter[g] translatus reversusque fuerit seriatim retexere, quantum est licitum, curamus. Prisca[h] namque[b] excidia[h] Narniae recolimus, qua[i] legitur[6]: Quia de eis non[k] est relictus vel[l] unus[7], qui[m] nuntiaret mortem caeterorum[8]. Nunc vero rediviva[n] fuit; et non est dimissus[o] nec unus[o] illesus[9]. Prius evenit, quia offenderunt regi[p] terreno[p]; nunc accidit, quia impigerunt[q] in Christum Deum[r].

3. Contigit[s] autem[t], ut quidam potens et nobilis atque[u] Tusciae marchio nomine[v] Aldebertus[w,10] causa obsequii summi presulis necnon ad[x] limina apostolorum deveniret

a) [tamen] *add. Boll.* b) legere *Boll.* c) [autem] *add. Boll.* d) [civitati profuit] *add. Boll.* e) *ita Boll.*; exolvit *N.* f) [autem civitas in perpetuum] *add. Boll.* g) [vero] *add. Boll.* h) *hic incipit L*; Priscum excidium, *omisso* namque *N.* i) de quo *N.* k) non est *om. N.* l) nec *N cum* 1. *Mach.* 7, 46. m) qui *om. N.* n) nemo residuus *N.* o) aliquis vivus nec, *omisso* illesus *N.* p) regem terronum *N.* q) impii erant *N.* r) Dominum *N.* s) Evenit *N et Iac., qui hic incipit.* t) autem *om. NIac.* u) atque *om. N; habent LIac.* v) *corr. ex* nomione *L.* w) *ita L.*; Adalbertus *N*; Adelbertus *Iac.* x) [visitanda] *add. Boll.*; *om. LNIac*

1) Cf. Isai. 28, 2: *Ecce validus et fortis Dominus sicut impetus grandinis, turbo confringens . . .* 3: *Pedibus conculcabitur corona superbiae ebriorum Ephraim.* 2) *pius* cf. 2. Par. 30, 9; Iudith 7, 20; Eccli. 2, 18; Apoc. 15, 4. 3) Cf. 2. Mach. 6, 14: *Dominus patienter expectat.* 4) Narniensem. Iuvenalis episcopus Narniensis a. 376. Mai. 3. obiisse traditur. Sed in vita sua c. 5, Acta Sanct. 3. Mai. I, 392, sub die septimo iduum Augustarum sepultus esse dicitur, cum quinto nonas Maii 'natalis' eius celebretur. Cf. 'N. A.' XLI, 530. 5) Cf. Gen. 24, 67: *et in tantum dilexit eam* (Isaac Rebeccam). 6) Vita Iuvenalis c. 2, Acta Sanct. Boll. 3. Mai. I, 392: *Dum Augustus Caesar ad Persarum olim bella procederet et de omnibus civitatibus secum adduceret exercitum, sola Narnia, quae ante Nequina nuncupabatur et a nequitia duxit nomen, contempsit ire. Qui dum se vidisset taliter contemptum et causa sibi urgeret ambulandi, donavit eam genti Carporum. Quae tam diu obsedit eam, usque dum se intus ab homine usque ad pecus interficerent gladio, iurantes ita, ut unus, qui remanserit, in suo incumberet gladio et ne unus quidem remansisset. Intrantes autem Carpi vastaverunt omnia et civitatem incendio consumpserunt. Revertente vero Caesare iam victore cum multis spoliis, condolens huic civitati, iussit restaurari partem mediam civitatis pontemque ei mirae magnitudinis in sublimitate fundavit et intra triginta annos explevit et suo signavit carmine: 'Caesar Augustus de manubiis, Narniensis patronus' etc.* 7) 1. Mach. 7, 46: *et non est relictus ex eis nec unus.* 8) Iudith 5, 13: *ut non remaneret vel unus, qui factum posteris nuntiaret.* 9) 2. Mach. 12, 25: *illaesum illum dimiserunt propter fratrum salutem.* 10) De Adalberto marchione cf. ea quae exposui 'Mitt. d. Inst. f. Österr. Geschichtsforschung' VII. 'Erg.-Bd.', p. 217; 'N. Archiv' XLI, 549 sqq.; supra p. 976.

Romam. Unde cum secus Narniam transiret, putabat se obaediri ab eis. Illi[a] enim[b] pontifici subicientes[c] rennuerunt ei subesse. Nam ventura erat vindicta, alio[d] modo ordinari nec poterant[d]. Nec multo post quadam die cum[e] adstaret in presentia presulis, affuit ibi[f] unus ex nobilibus[g] prosapiae[g] hortus[h] civitatis Narniensis[i] Demetrius nomine. Qui[l] cum cerneret eum, contra pontificem taliter est affatus: 'Domine meus[k] et rector omnium aecclesiarum, defensor piorum[l] plebium, placet te[m] ita me exhonoratum habere[n], ut[n], cum in tuum[p] venirem obsequium[p], isti Narnienses contra me extiterunt nil obaedientes, verum etiam[q] nec pacifica verba michi locuti sunt[q]?' Ad haec Demetrius respondit: 'Non est nobis licitum absque domini[r] nostri[r] papae[r] ulli potestati obaedire nisi imperatori tantum[s]'. Qui[t] stomachatus indignata[t] voce dixit: 'Non est mirum insanis[u] lascivia[v] verba perferre[w]. Sed hoc te scire convenit, quia, nisi fuisset ob reverentiam domini nostri pontificis, cum verberibus cessassent[x] et[y] verba'. Putabat enim terrere eum minis. Tunc[z] turgido vultu Demetrius, et[z.a] cum nollet recipere verba, respondit: 'Mirandum est, quod a te audio, qui[b], dum in nostris sumus partibus[a], equiparem[d] corda gerimus, aeque inter nos obaedientes'.

4. Eadem hora interius mente[e] ducis corrupta est, et sicut virus chelidri ita viguit odium[f] in corde illius. Heu[g] pro dolor, ita[h] versa in hodium, quantos ledit, quantos interimit quantosque ruere facit[i]! O venenum occultum, o morbum iniquum, quantum[k] durasti! qui non tantum[k] baiulum[l] interimeres aut necare[m] terrigenas vel mundialia suffocares, sed in tantum crevisti, ut beatorum corpora Iuvenalis[4], Cassii et[n] Faustae[5] iterum[o] debellares. Sed, o milites Christi, estote parati, pro grege iterum corpora ponite[p], qui olim[q] pro eis animas cum corporibus ponere non neglexistis! Eia gloriose[r] Iuvenalis, sicut Christus pro omnibus ita tu pro tua[s] sede commissa adhuc dura fessio[t] expecta! Prius liberasti animas a iure gentilium[6], nunc demonstra iura sufferentis[u]! Invita successorem tuum, pacificum et laudabilem Cassium[7], offerat preces, ut suos pariter commissos dimittat illesos! Eia[v] Fausta nobilis[w] et decora, fruere calle secura, cum tuis[x] pastoribus esto parata exilii[y]!

5. Quid multa? Reverso duce in propria[z], callide durat in facinus. Audito non post multum de morte illius pontificis[a], surrexit iratus, invitavit amicos, conduxit parentes, precepit fidelibus, per prolixa tempora movit prelia, totam urbem Narnensem[a] circumvallavit, et dura[b] excitata sunt bella, infecta[c] civitas funditus[d] in lamentum est[d] versa[d.e]. Per muros clamabant[10] sacerdotes, vociferabant senes, eiulabant[10] coniugati, dicebant hostibus: 'Quare hoc[e] agitis? Cur hanc cedem perpetratis[f]? Offensi sumus Deo; vobis enim in[g] nullo

a) *ita LIac.*; Ille *N.* b) *ita LIac.*; vero *N.* c) *ita LIac.*; subiacentes *N.* d) nec alio modo ord. poterat *N*; Nam — poterant *om. Iac.* e) dum *NIac.* — [Adalbertus] *add. Boll.*; *om. LNIac.* f) ibi *om. NIac.* g) nobili prosapia *NIac.* h) *ita L*; ortus *NIac.* i) Narnine *NIac.* k) mi *NIac.* l) piarum *NIac.* m) tibi *NIac.* n) haberi *N*; bene *(!) Iac.* o) ut *om. N*; habet *Iac.* p) tuo ... obsequio *NIac.* q) etiam *om. NIac.* r) domino nostro papa *NIac.* s) *hunc locum interpolatum praebent Boll. (N), his verbis additis:* de mandato summi pontificis, *quae om. LIac.* t) *ita LIac.*; indignante et magna *N.* u) insano *NIac.* v) *ita LIac.*; lasciva *N.* w) proferre *NIac.* x) cessarent *NIac.* y) et *om. NIac.* z) Tunc — et *in loco raso eadem manu eodemque atramento L.* a) et *om. NIac.* b) quia *N*; q *Iac.* c) parti b' *eadem manu eodemque atramento in fine et in initio duarum linearum suppl. L.* d) equiparia *N*; eque paria *Iac.* e) mēs *NIac.* f) hodium *Iac.* g) Heu — exilii *(l. 27) om. Iac.* h) ira *N.* i) facit *N.* k) quia non tantum dur. ut *N.* l) baiulam *N.* m) necares *N.* n) et *om. N.* o) interim *N.* p) ponere *N.* q) dudum *N.* r) luv. glor. *N.* s) sede tibi, *om.* tua *N.* t) *ita L; om. N.* u) sufferentium *N.* v) et *N.* w) nobis, *om.* et decora *N.* x) tuo pastore *N.* y) exilio *N.* z) [eius anima] *add. Boll.*; *om. LIac.* a) Narniensem *NIac.* b) dira *NIac.* c) *ita LIac.*; infesta *N.* d) *ita LIac.*; funditur ... universa *N.* e) *ita LIac.*; haec *N.* f) patratis *N.* g) nihil *(non Iac.)* culpavimus *NIac.*

1) Scilicet Adalbertus marchio. 2) 1. Mach. 7, 15: *et locutus est cum eis verba pacifica.* 3) Adalbertus. 4) Iuvenalis, Cassius (et Maximus) ecclesiae cathedralis Narniensis patroni erant; cf. P. Kehr, Italia pontificia IV, 29. 31. 5) Fausta Cassii coniux erat. Cassii et Faustae epitaphium habes apud Wünscher-Becchi, 'Das Oratorium des heiligen Cassius und das Grab des heiligen Juvenalis in Narni', 'Römische Quartalschrift' XXV (1911), p. 62. 6) Id est 'ad fidem Christi convertisti'; cf. Vita Iuvenalis c. 3, Acta Sanct. Boll. 3. Mai. I, 392. An cf. ib. c. 4, p. 392 sq., ubi Carpi Narniam obsidentes orationibus s. Iuvenalis dissipati esse leguntur? 7) Cassius episcopus Narniensis a. 558. Iun. 29. obiisse traditur. 8) Papae urbis Romae. 9) Cf. 1. Mach. 9, 41: *et conversae sunt nuptiae in luctum et vox musicorum ipsorum in lamentum.* 10) Cf. ex. gr. Iob 35, 9; Ier. 48, 31; Ezech. 27, 30. Similia infra c. 8, p. 981, l. 1 sq.

culpabiles sumus. Date, rogamus, cladibus finem!' Ille autem[a] iurando[b] dicebat: 'Quia, si michi vita comes[1] fuerit, non relinquam huic[c] civitati[c] lapidem super lapidem[3] et cunctos habitatores eius[d] exules dimitto[e]'. Tunc cives[f] haec audientes munierunt civitatem, et omnes[g] conglobati sunt[g. 3], defensari[h] sibi[h] promittentes, et unanimiter pugnabant clamantes et dicentes: 'Sanctissime[i] Iuvenalis, pro tua caterva intercedere digneris, ut non desoletur[k] urbs[l] nostra ab his hostibus crudeliter dimicantibus'.

6. Dux vero fecit congregari immensam congeriem lignorum, lardum[m] et stipulam, picem et sivum[n], ut[o] pons[p] mirae magnitudinis atque pulchritudinis, quem rex pacificus Octavianus cum magno labore stabilierat[4], sicut[q] putabat[r] evertere. Misso vero[s] igne nil prevaluit, nec minui in aliquo potuit. Cernens vero[t] se in hoc esse delusum[u] dixit suis: 'Quid agimus, o[v] milites mei? Gravius[w] tristor, et cor meum dissipatum est[5], eo quod[x] devictum me esse video ab istorum inimicorum meorum prudentia[y]. Utinam nec inchoassem!' Tunc omnes consiliarii eius[z] excitati[a] in dolo[b] dixerunt: 'Defensores eorum ita veridici[c] et stabiles esse videntur[d], ut neque promissis nec[e] precibus suaderi possunt[f], quia pro eis assiduas preces ad[g] Deum fundere non cessant. Nam hii sunt Iuvenalis et[h] Cassius pastores[i] et Fausta prudentissima virgo interpellatrix eorum. Sed audi, domine dux! Recolimus enim, quia[k] Athenienses, a[l] quodam dum essent[l] rege possessi[m] et[n] decem sapientes secum haberent[o], consilio eorum[p] muniti ledi a nemine poterant, qui erant terreni homines. Quanto magis isti familiarissimi et[q] amicissimi filii Dei! Unde a suis prefatus rex consiliatus est, ut, si callide illos non deciperet[r] et ab invicem separaret[s], ledi neminem[t] posset[u]. Quod et factum est. Unde et[v] vobis[w] notamus, quia ita agi nobis[x] necesse est'.

7. Inito[y] consilio diabolico[z] distinctu[a], ut promitterent fidem[b] et pacto[c] inter se[d] stabilirent, hoc dolo motus[e], cum callida pace miserunt legatos[f]. Iuraverunt[f] duodecim ex optimatibus[g] ducis, ut rectum fedus cum eis inhirent[h] et firmam cum eis pacem facerent, eo tantum[i] tenore, ut intra civitatem cum suis intrarent a prima porta et pacifice exirent per aliam, nulli mala[k] patrantes. Heu fallacia insciа[l]! tali fraude decepti sunt. Putaverunt, quod sacramenta non frangerent, dederunt assensum a[m] suorum excidia[n]. Nunc vero scire convenit de crudeli fallacia, quae tunc[o] dira[o] versa est in Narniensi[o] provincia[o]. Cur non parebas[p], impia fallacia? quare tam latens[q] fuisti[r]? Venenata consilia, antiqua mala tunc[s] excitata sunt[s]; viguerunt facinora, oblita sunt sacramenta, odia clare patuerunt. Sed o infelix[t] ratio! Dedit[u] dux licentiam, ut tantum ex[v] suarum rerum cives secum extra civitatem ferrent, quantum in una vice portare potuissent[w. 6].

a) etiam *NIac.* b) iure iurando *N.* c) huius civitatis *N; om. Iac.* d) eius *om. NIac.* e) dimittam *NIac.* f) omnes *NIac., qui* haec aud. *omittunt.* g) congl. sunt omnes *NIac.* h) *ita L;* defensorem *N;* defensores *Iac.* i) Sanctissime *L;* O sanct. *NIac.* k) destruatur *NIac.* l) nostra urbs *NIac.* m) carduos *N;* cardos *Iac.* n) sebum *N;* sepium *Iac.* o) et *NIac.* p) pontem *NIac.* q) sicut *om. NIac.* r) *corr. ex* patabat *eadem manu L.* s) igitur *N;* & *Iac.* t) vero *om. N;* vero se *om. Iac.* u) illusum *NIac.* v) *ita LIac.;* o *om. N.* w) graviter *N;* guitur *Iac.* x) eoque *N;* eo q *Iac.* y) astutia *NIac.* z) sui *NIac.* a) *ita LIac.; om. N.* b) zelo *N;* coelo *Iac.* c) veridicos *NIac.* d) videmus *NIac.* e) *ita LIac.;* neque *N.* f) possint *N; om. Iac.* g) ad Deum *om. N.* h) et *om. NIac.* i) eorum *add. NIac.* k) *ita LIac.;* quoniam *N.* l) *ita LIac.;* dum essent a quodam *N.* m) obsessi *N;* ossessi *Iac.* n) et *om. NIac.* o) habebant *NIac.* p) quorum *NIac.* q) et am. *om. NIac.; antea* famuli carissimi *pro* familiariss. *Iac.* r) *ita LIac.;* dissiparet, *om.* non *N.* s) *ita L Iac. (*se par. *L.); separarentur N.* t) *praecedit* a *eras. L;* minime *Iac.;* facile *N.* u) possent *NIac.* v) et *om. NIac.* w) nobis *NIac.* x) a nobis *NIac.* y) Inuito *Iac.;* Finito *N.* z) diaboli *NIac.* a) instinctu *NIac. (*in- *e corr. Iac.);* [placuit Duci] *add. Boll.* b) fidem *om. NIac.;* [pacem] *add. Boll.* c) pactum *NIac.* d) [et obsessos] *add. Boll.* e) moti *NIac.* f) *ita LIac.;* leg. Iur. *om. N.* g) ducis optim. *NIac.* h) *ita L;* inirent *N.* i) *ita LIac.;* tamen *N.* k) *alterum* -a *e corr. L.* l) *ita L;* fallacia! Inscia *N.* m) a *om. NIac.; intellegendum est* ad. n) excidio *NIac.* o) *ita LNIac.;* tam dire ... Narniensium perniciem *Boll.* p) *ita LIac.;* patebas *N.* q) latentia *NIac.* r) fuistis ven. cons.? *NIac.* s) *ita LIac.;* sunt exc., *om.* tunc *N.* t) *ita NIac.;* felix, *e consilio mutans L.* u) [tamen] *add. Boll.* v) ex *om. NIac.* w) possent *NIac.*

1) Gen. 18, 10. 14: *vita comite.* 2) Matth. 24, 2; Marc. 13, 2; Luc. 19, 44. 21, 6. 3) Cf. 2. Reg. 2, 25: *Congregatique sunt filii Beniamin ad Abner et conglobati in unum cuneum.* 4) De hoc ponte celeberrimo, qui a. a. Chr. n. 27. constructus esse videtur (cf. Procop. Got. I, 17; Vita Iuvenalis c. 2, supra p. 978, n. 6) et a. 1058. ex nimia inaquatione fluminis corruit (Herim. Contr., SS. V, 132; Ann. Reat. 1054, SS. XIX, 267), cf. Giov. march. Eroli, 'Miscellanea storica Narnesi' II (Narni 1862), p. 189sqq. 5) Iob 17, 11: *cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum;* Ps. 37, 11: *Cor meum conturbatum est;* cf. 37, 9: *Afflictus sum et humiliatus sum nimis.* 6) Similis conditio saeculo XII. saepe dediticiis concedebatur;

8. Flebant sacerdotes, lamentabantur senes, eiulabant coniugati[1], mulieres laxis[a] crinibus se carpebant, filii vociferabant contra parentes, omnes unanimiter vocem mittentes: 'Eia[b] patrones[c] nostri, ubi sunt vestra iuuamina[d]? auxilia[e] vestra[f] ubi invenire[g] possumus[h]? Periit spes nostra[2], consilia nostra dissipata sunt[3], virtus nostra confusa est. Sancte[i] Iuvenalis, nobis non subvenis, quia[k] tibi expectas longa exilia. Ecce dimisisti commissos, quia tibi est axilium[l] preparatum. O corpus[m] sanctum, ubi et[n] pro nostris sceleribus deducendus[o]? Venerande Cassi, pacifice pastor, amabilis aecclesiae nostrae, quomodo dimittis[p] concessos, quos portare debes ad Christum? Fausta amantissima, nobilis et decora, vultu angelica, virgo gloriosa, fulgida nimis, spes optima, cur nos dimittis? Vel tu cum tuis morare[q], quae in martyrio timida non fuisti!'

9. Nec mora, sarcofaga rupta sunt, mausolea[r] fracta, corpora sanctorum abstracta sunt, vehicula parata. Invenerunt corpora[s] gloriosissimorum[t] Iuvenalis, Cassii[u] et Faustae virginis[u] ita integra[v], acsi fuisset cum anima caro. Tulerunt autem[w] corpus beati[x] Iuvenalis et posuerunt eum[y] iuxta criptam sepulchri sui. Et ecce cum caeli esset serenitas, citata[z] tonitrua[a] facta sunt, excitata sunt[a] fulgora[b], terra[c] mota est, venti mittentes fulmina creverunt, verberantes oculos inimicorum. Qui nichil videntes[c], sed prae pavore territi[d] dimiserunt sanctum corpus, quod erectum stetit supra pedes suos. Illi vero cadentes[e] in terram, iacentes per duarum fere horarum spatia, accumbebant[f]. Postremum[g] vero tempestas siluit, in se reversi, erigentes se, elevantes[h] oculos[i], viderunt sanctum Iuvenalem erectum stantem quasi ex[k] itinere preparatum. Tunc tulerunt eum, ut ponerent in loculo[l]. Erant enim ilia eius fracta quasi prae lassitudine, ita ut, heu[m] pro[n] dolor[n], sanguis exinde flueret et pavimenta suae aulae irrigaret. Tunc aepiscopi[o], qui ibi aderant, et pii clerici lacrimantes colligebant[p] sanguinem eius, in quantum valuerant[q].

10. Illi vero tulerunt corpus eius et posuerunt in birote[r] novo una cum beatissimo Cassio[s] atque Fausta, cum hymnis et laudibus ducentes choros, psallentes atque laudantes Deum pergebant ad propria. Populi[t] vero Narnienses tristes atque merentes, dimittentes sanctorum[u] corpora, lamentantes et clamantes dicebant[v]: 'Cui[w] nos orphanos relinquitis[x], beati patres? vel cui nos dimittitis, tutores nostri? usque quo vivimus, qui sine defensore sumus? Prius mori debuimus, quam tanta clades nobis evenisset. O antiquissima civitas Narniensis, o famosa in Romanorum finibus, robustissima contra inimicos, amabilis notis, desiderabilis amicis[y], gloriosa vicinis, delectabilis in confinibus: nunc depopulata civibus[z], frustrata patronis[a], a defensoribus derelicta, a custodibus dimissa, ab[b] igne cremata et funditus desolata[b]! Scimus, quia nostra peccata nostrorumque parentum incitaverunt[c] haec nobis pericula[c]. Sed cur antea mortui non fuimus atque paenis afflicti et macerati, quam vacui[d] essemus talibus[c] patronis?'

a) -x- *e corr. Iac.*; lapsis *N.* b) Et *Iac.*; O *N.* c) patroni *NIac.* d) *ita LIac.*; iuvamenta *N.* e) o aux. *N*; et aux. *Iac.* f) vestra *om. NIac.* g) *ita LIac.*; inveniri *N.* h) possunt *NIac.* i) Sancte *L.* k) quare *N*; q *Iac.* l) *manu posteriore mut.* aux. *L*; martyrium *NIac.*; *intellegendum est* exilium. m) sanctum corpus *NIac.* n) es *N*; est *Iac.* o) deducendum *NIac.* p) *ita NIac.*; dimittit *L.* q) *ita LIac.*; morere mori *N.* r) mausoela *N.* s) *ita LIac.*; corpus *N*; S. *add. Iac.* t) gloriosissimi *NIac* u) Cassii — virginis *om. NIac.* v) integrum *NIac.*, *qui addunt*: et ita paratum in martyrio. w) autem *om. NIac.* x) eius, *om.* Iuv. *NIac.* y) eum *om. NIac.* z) excitata *N*; ecitata *Iac.*; sunt *add. NIac.* a) tonitrua facta sunt, excitata sunt *om. Iac.*; facta sunt *om. N.* b) fulgura *NIac.*, *qui hoc loco addunt* mittentia (-tes *Iac.*) fulmina. c) creverunt venti, terra mota est et verberati oculi inimicorum nihil viderunt, *om.* Qui *NIac.* d) terr. *om. NIac.* e) *(et N)* ceciderunt *NIac.* f) nihil *(nil Iac.)* sentientes; sed quasi exanimes accubantes *(accumbentes Iac.) pro* accumbebant *NIac.* g) Postremo *NIac.* h) levantes *NIac.* i) suos *add. NIac.* k) in it. *N*; intinere *Iac.* l) *ita LIac.*; loculo *N.* m) heu *om. N.* n) *ita LIac.*; prae dolore *N.* o) *ita LIac.*; aep. *om. N.* p) collegerunt *N.* q) valuerunt *NIac.* r) *ita LIac.*; ciroto *N.* s) *hic desinit Iac.* t) Populos *N.* u) sanct. corp. *om. N.* v) dic. *om. N.* w) *ita LN.* x) relinquistis *N.* y) contra hostes *N.* z) a civ. *N.* a) a patr. *N.* b) ab — desolata *om. N.* c) hoc nobis incitarunt periculum *N.* d) evacuati *N.* e) a tal. *N.*

cf. historiam notissimam mulierum Weinspergensium et quos ad eam attulit locos K. Weller, 'Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte, N. F.' XII (1903), p. 104 sqq.; R. Holtzmann, ib. 'N. F.' XX (1911), p. 467 sq. et 'Hist. Vierteljahrschrift' XVIII (1916), p. 1 sqq.

1) Similia supra c. 5, p. 979, l. 32. 2) Thren. 3, 18: *Periit finis meus et spes mea a Domino.* 3) Cf. Iob 17, 11: *cogitationes meae dissipatae sunt*, et ex gr. Ps. 32, 10: *Dominus dissipat consilia gentium.*

11. Inter haec adducta[a] sunt sanctorum corpora Iuvenalis[b] martiris[c] et Cassii gloriosissimi confessoris et Faustae virginis[b] in una[d] nobilium civitatum Tusciae, quae dicitur Luca, et cum omni honore posita sunt[e] in aecclesia sancti Frigiani[f] episcopi[g] haud procul a corpore eius.

N.

Sed omnipotens Deus, qui concessit volendo voluntati ducis et exercitus eius, ut ita ducerent sanctos, numquid irascetur per singulos dies[1]? Ipse longanimis[2], ut inquit per prophetam, nisi convertantur, gladium suum vibrabit[3]. Aliquando enim eos monens ut pater[4], aliquando per certas visiones terrens ut filios[4], ut ad proprias aedes reducerent sanctos, per subiectas personas minabatur sacerdotibus, monebat episcopos, populos cunctos pessimis cladibus hortabatur; dicebat enim per nuntios haec eis umbras esse adversum clades venturas, nisi corpus beati Iuvenalis cum nimio honore in suam reducerent parochiam. Grandinem frequentem miserat, calidam pluebat aquam, sulfurei[h] imbres crebro venerant, fontes et putei eorum foetore ac verminibus scaturiebant, iumenta eorum et cuncta animantia repentinus interitus interimebat, ita ut sero mittentes in stabulis mane mortua invenirent. Induratum enim erat cor[5] eorum, ut prius ferrent supplicia atque plagas, quam sanctorum corpora in propriis dimitterent reverti locis; putabant enim dari cladibus finem. Post haec nex in homines versa est, ita ut, qui tumulum defuncti cadaveris patrassent, ibi deficerent et simul sepelirentur.

L.

O quam exultabilis ille dies Lucanis civibus redditur, in quo tantorum sanctorum corpora illuc translata recondiuntur[h]. Felices gaudeant se promeruisse tales concives, quorum patrocinio ubique cedant se adiuvari, si digne studeant eos venerari. Veneremur et nos, fratres[i], quos olim meruimus habere pastores, quatinus meritis eorum et in presenti vita auxiliemur et aeternae vitae consortes eorum efficiamur, praestante domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat cum Patre et cum Spiritu sancto per infinita secula seculorum. Amen.

12. Tunc, quamvis sero, consilium inierunt salutis, dicentes unanimiter: 'Quid agimus, vel quid facturi sumus? Ubi est consilium nostrum? Depopulatur urbs, devastati sumus ab animalibus, et nunc nos pessimis necibus succumbimus. Ut quid haec? nisi quia frustramur Narnienses a suis patronis. O simulata pietas! Non placet Deo vana operatio, venerantia stultitiae. Non agnoscebamus nuntios, non cognovimus angelos, non credidimus dictis, territi non fuimus ex plagis. Nunc vero nos, qui residui sumus, fundamus, antequam interimamur, preces nostras duci, ut cum honore corpus sancti Iuvenalis mittat ad dominum nostrum pontificem Romanorum, ut ipse honorifice remittat ad propriam aedem. O omnes cernite antiquissima miracula in prioribus populis patrata! Quando Philistaei temporibus Heli sacerdotis pugnaverant contra Israelitas, et fuerunt duo filii Heli mortui cum plurima multitudine ex Israel, et eorum peccatis exigentibus captivam duxerunt arcam domini Dei Sabaoth et posuerunt eam in templo Dagon, quamvis honorifice venerantes, tamen mane deum eorum confractis cervicibus et totum diminutum invenerunt ante arcam Domini[6]. Nec multo post pessima clade percussi, intellexerunt malum de arca perpetrasse, ut in Regum volumine refertur[7], tuleruntque duas vaccas foetas, quae non sudaverunt iugo, et eam posuerunt super currum, ita ducentes, ut non declinarent ad dexteram neque ad sinistram; et sic cum pluribus thesauris arca est reversa in civitatem suam[8]. Ita nos decet agere.'

13. Statim surrexerunt omnes unanimiter cum duce et tulerunt corpus beati Iuvenalis et cum nimio honore reduxerunt, cum hymnis et canticis, cum psalmis et choris, ad apostolorum limina summo pontifici deferentes. Tunc conglobati episcopi Romanorum

a) ducta *N.* b) Iuvenalis — virginis *om. N.* c) martis *L.* d) unam *N.* e) sunt *om. N.* f) *ita L;* Irigidiani *N.* g) ep. *om. N.* h) *ita L.* i) frs. *L.* k) fulfurei *Boll.*

1) Ps. 7, 12. 2) 2. Esdr. 9, 17; Ps. 102, 8. 3) Ps. 7, 13. 4) Cf. Sap. 11, 11: *Hos quidem tamquam pater monens probasti;* 1. Cor. 4, 14: *sed ut filios meos carissimos moneo.* 5) Cf. ex. gr. Exod. 7, 13: *Induratumque est cor Pharaonis.* 6) 1. Reg. c. 4 et 5. 7) 1. Reg. 5, 6 sqq. 8) 1. Reg. c. 6.

et presbyteri cum coetu Romanorum susceperunt corpus beatissimi Iuvenalis cum infinitis gaudiis. Clamabat pontifex: 'Eia Iuvenalis sanctissime, dum in carne esses, duxit te Dominus derelicto parente rebusque patris ex Africanis partibus[1] Romam ob amorem apostolorum adventantem, et per praeceptiones sanctorum pontificum Narnienses sortitus es praedicare, quos tibi sede commissa decorasti et praedicando traxisti ad Christum. Et nunc omnis te expectat plebs tua, beate, quasi reductum de exilio'. Quantas autem virtutes per eum Dominus, postquam Romam ingressus est, sit operatus, quanti caeci illuminati, quanti daemoniaci salvati, quanti infirmi sanati, enumerare longum est. Unde per triduum ibi detento, quarto die ipse per se pontifex cum cuncto clero ornaverunt vehiculum, excalceatis pedibus baiulantes eum, sic contra suos dicentes cives . . . .[a] Dum vero per itinera duceretur, occurrebant ei multi infirmi, qui tacto feretro eius sani efficiebantur.

14. Nuntiatum est autem civibus suis; qui quanta laetitia adiuvati, quantas Deo gratias reddiderunt, enumerare non possum, unusquisque sufficit mente tractare. Omnes enim, quibuscumque occupationibus tenerentur, parvulorum et supellectilis prae tanta laetitia obliviscentes, omni cura postposita, prout quisque velocius ire poterat, obviam processerunt. Plurima igitur exultatione beatissimum corpus recipientes, diligentissime in confessione propria locaverunt; ubi iugiter omnipotens Deus non solum daemoniacis, verum etiam omnibus infirmantibus, qui pura conscientia beatissimum Iuvenalem fideliter venerantur, salutis beneficia praestare non desinit. Praeterea Narniensis patriae incolas ubilibet tanta dilectione custodit, ut in quocumque periculo seu tribulatione constitutos ad ipsum fideliter proclamantes eruat et suis precibus, quod iuste poscitur, efficiat, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto laudabilis et gloriosus permanet in secula seculorum. Amen.

a) *hic lacunam adnotaverunt Boll., dicentes: 'Videntur deesse verba monentium Romanos, ne restitutioni sancti corporis se opponant'.*

1) V. Iuvenalis c. 3, Acta Sanct. 3. Mai. I, 392.

TRANSLATIO ET MIRACVLA SANCTORVM SENESII ET THEOPONTII.

EDIDIT P. E. SCHRAMM.

De Italia translationes sanctorum Senesii et Theopontii (Theopenti, Theopempti, Theopemptii) hae duae tantum exstant, corpora horum sanctorum ex ecclesia temporibus Karoli Magni propter curam a Liutardo data indefecta saeculo decimo incunte in monasterium Nonantulanum translata esse referuntur. Quae narratio, quod ad nomina sanctorum attinet, pabulis in monasterio Augiensi cultatis depromta esse videtur. De eodem enim Turrisiensi ecclesiae cum de Cumanorum lacu de miraculis Genesii martyris Christi[1] a monacho anonymo in monasterio Augiensi temporibus abbatis Ekkehardi (a. 822—838) narrantur, ubi comes patrimonii, qui ibi Gebhardus nominatur, certe autem idem princeps atque alibi dux Liutardus commemoratur, corpora eorum sanctorum Genesii et Eugenii ex Hierosolyma Turrisiam translatissa fuisse dicit. Et quibus reliquiis comes quidam Scisl nominatus primum sancti Genesii in monasterium eius Stoma (Schienen) transportasse dicitur. Haec traditio Augiensis omnino fide digna videtur. Anno autem 830, ad alia pars corporis s. Genesii aut pars alterius sancti Senesii nominati Lugani translata esse videtur (cf. Ann. Aug.: Pretiosa corpora s. Valentini et s. Senesii in Augiam insulam venerunt V. id. Aprilis[2]). Saeculo autem X. in monasterio Augiensi alia sanctorum cultata est. In Miracula enim s. Marci ea tempore Augiae conscripta una cum s. Eduardo, qui ipse s. Marcum evangelista patronum ecclesiae Venetae esse dicebatur, in Augiensi insula collocato etiam corpora sanctorum Senesii et Theopenti a Rudolfo episcopo Veronensi Augiensi donata et ad cellam prope ursalam, quae ab eo nomen 'Rudolfszell' accepit, translata esse narrantur[3]. Ubi etiam circa medium aevum reliquiae ss. Senesii et Theopenti adservabantur. In hoc libello saeculi X. nomina ss. Senesii et Theopenti pro nominibus antiquis et quoque ss. Genesii et Eugenii interpolata esse facile intellegitur[4]. Namque iam in tabulis Augiensibus saeculi IX. nomina sanctorum Genesii et Senesii inter se mutantur[5]. S. Senesius autem, qui quondam papatum erat, Theopenti vocabatur, a Theopento episcopo Nicomediensi ad pristinam fidem conversus et Senesius nominatus simul cum hoc episcopo temporibus Diocletiani persecutionem perpessus esse narratur[6]. Quo factum est, ut in monasterio Augiensi, cum nomina Genesii et Senesii inter se commutata essent, sancta Eugenia, de qua nihil certi notum est, a monachis Augiensibus omnia Theopenti substituta esset[7]. Rem ita se habuisse calendaria et

[1] BHL Nr. 1170—1. — [2] BHL 1167. — [3] a. 829; Mon. Germ. III 503, qui mat. Genesii; et Mon. Germ., Lit. II 486. — [4] BHL Nr. 4500. — [5] Cod. Sangall. 251 novem Mai idem est atque s. Navalis supra nominati, quem ad 23um de s. Navalio Vitae sodes patrum saec. IX. in Augiensi monasterio consultum esse K. Beyerle demonstravit (Die Kultur der Abtei Reichenau I. Mchn. 1925, 353). — [6] Mon. Germ., Lit. IV, 1142. Christus s. Senesio super sepulcrum Eugenii et Senesii Eugenium et Theopentum substituit. — [7] Cf. passionem eorum apud Ughelli, Italia sacra II, 1390—40. Ed. 2, p. 111. — [2] = Migne, Patrol. Lat. 133, 881. — [7] De cultu Genesii et Senesii Augiensi cf. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen. 6. Aufl. 1904, 283 sq.; K. Brandi, Die Chronik des Gallus Oheim. Heidelberg 1904; Quell. u. Forsch. zur Gesch. der Abtei Reichenau II, p. XI, 29, 31; K. Beyerle, Aus dem liturgischen Leben der Reichenau, in Libro supra citato, 345—52, quem non in omnibus secutus sum.

sanctorum indices Augienses, in quibus Genesius et Senesius sociique eorum aut ambo nominantur aut inter se commutati sunt, testantur[1].

Haec traditio Augiensis, quae quomodo Nonantulam pervenerit nescimus, cum historia translationis, quam edimus[2], *confusa esse videtur. Nam in libello nostro ea, quae de ecclesia Tarvisiensi a Gevardo temporibus Karoli Magni aedificata et duorum sanctorum depositione honorata narrantur, cum commemoratione Augiensi supra dicta consentiunt et fide digna sunt: nomina autem et dies sanctorum cum traditione Augiensi, quam postea invenimus, conveniunt. Quae autem in historia translationis infra edenda de corporibus sanctorum Tarvisii acquisitis et Nonantulam traductis referuntur, in universum non minore fide digna censemus. Cuius translationis narrationi addita sunt multa miracula, in quibus nonnulla ad historiam Italicam, praecipue Nonantulensem spectantia inveniuntur.*

Auctor huius libelli monachus Nonantulensis, qui et a senioribus monasterii fratribus tradita et recentiora a se ipso visa conscripsit, fuisse et saec. XI. vixisse vetustate codicum necnon factis narratis satis lucide demonstratur. Quaerendum autem est, num vere totius operis auctor fuerit, nam narrationis paulo post a. 1035. continuatae miracula ultima omnibus codicibus praeter unum inserta sunt.

Brevior textus servatus est in:

A = Cod. Nonantulano unico ex variis codicibus manuscriptis saec. XI. et XII. composito, de quo v. b. m. A. Gaudenzi in 'Bull. dell. Istit. Stor. Ital.' 36 (Romae 1916), 277 sq.; P. F. Kehr, Ital. pontif. V. 333, ubi alii quoque loci nominantur, et praecipue P. Bortolotti, 'Antica Vita di S. Anselmo' (Mutin. 1892; 'Mon. di storia patria per le prov. Moden.': 'Serie d. cron.' XIV. 2), 9 sq., 102 sq. In quo codice quaternio translationem continens et manu saec. XII. in. scriptus (f. 109^{r}—116^{r}) insertus est, quem ipsi inspeximus.

Longior autem textus reperitur in:

B_1 = Cod. Vindob. pal. lat. 748 (Theol. 164) f. 93 sqq., saec. XII., de quo v. 'Archiv' X. 566: L. Duchesne, Liber pontif. I. p. CCV. Cuius codicis textus inter aliorum sanctorum vitas et acta pontificum insertus est.

B_2 = Cod. Vindob. pal. lat. 336 (Hist. eccles. 5) f. 222^{r} sqq., ad diem 22. m. Maii, in quo magnum Legendarium Austriacum saec. XII. ex. compositum reperitur, cuius varii codices descripti sunt in Analect. Bolland. XVII (1898), 24 sqq., praec. 62: 'Archiv' X. 644 sqq.; SS. rer. Merov. VII. 534 sqq. Praeterea Translatio inserta est ad diem 21. m. Maii magno Legendario Windbergensi saec. XII. post medium exarato (Cod. Monac. lat. 22241 fol. 99^{r}—103), de quo agitur in Anal. Boll. l. c. p. 97 sqq., inprimis p. 109, et 'Neues Archiv' IX. 640 sqq., SS. rer. Merov. VII. 533 sq. Ex quorum Legendariorum codicibus non nisi unum adhibendum censuimus.

C = Cod. Monac. lat. 17740, olim monast. ss. Andreae et Magni ('Stadt am Hof' prope Ratisponam), saec. XI., de quo v. Catalogum cod. lat. bibl. reg. Monac. III. 2. 119 sq. Qui codex inter varia scripta postea uno tegumento compaginata in fine f. 107—113 Translationem satis nitide scriptam continet. Initio manus paulo recentior sermonem elegantiorem reddere studuit, sed mox ab hoc proposito destitit.

Narrationem breviorem in codice Nonant. nescio qua de causa mutilatam esse non est, cur suspicemur, sed finis aliorum codicum 'coloribus rhetoricis' ornatus[3] *ab initio differt. Quem postea additum esse etiam variis abbatum commemorationibus probatur. Ex verbis* domni etenim Rodulfi abbatis sapientia cum Dei auxilio prefatam gubernante Nonantulam *post vocabula* relut tempore quoque Iohannis *aut* secundi Leonis abbatis *antea prolata auctorem Rodulfum*

1) Wattenbach et Beyerle l. c.; H. V. Sauerland et A. Haseloff, 'Der Psalter Erzbischof Egberts von Trier' (Trever. 1901) p. 38, 40, 156, 157, 191, 193, 196; A. Merton, 'Die Buchmalerei in St. Gallen' (Lips. 1912) p. 99; G. Swarzenski, 'Die Regensburger Buchmalerei' (Lips. 1901) p. 195, 202; E. Braun, 'Die Trierer Buchmalerei' in 'Westdeutsche Zeitschrift' additam. ad vol. IX (Trever. 1896) p. 111 sq. 2) De qua cf. Wattenbach l. c. p. 482 sq.; Bibl. hag. Lat. Boll. nr. 8115 sq. et 8117 (mutato exordio, sicut in codice C). 3) Ex. gr. p. 991, l. 39 sqq.: *Undique fit luctus, undique maestus, circumquaque angustia cum magna tristicia. . . . Deponuntur ergo ornamenta, induuntur et cilicia. Tribus diebus districta aguntur ieiunia, multa fit et psalmodia* etc.

secundum huius nominis abbatem, qui a. 1035. *avunculo Rodulfo successit, non iam cognovisse et Rodulfi primi etiam temporibus scripsisse concludi potest. Ea autem, quae postea narrata et verbis* non post multum vero tempus secundo Rodulfo Nonantulanam ecclesiam gubernante *introducta sunt, nisi post mortem Radulfi primi, id est post a.* 1035, *scripta esse non possunt. Translatio igitur in monasterio Nonantulae initio*[1] *saec. XI., non ante a.* 1009, *composita et variis miraculis priore eiusdem saeculi parte aucta est; ad quod fortasse desiderium monachorum Germanorum, qui translationem legere desiderabant, impulit. Eisdem decennüs multi alii libelli, ut Vitae s. Anselmi, s. Silvestri, Hadriani papae, Catalogus abbatum etc., in monasterio Nonantulano conscripti sunt, ille quorum editione P. Bortolotti bene meritus et quos b. m. A. Gaudenzi*[2] *secundum aetatem in ordinem redigere conatus est. Contemporaneus denique fuisse videtur Cosmas Ispgus ex Italia meridionali ortus, qui ss. Senesii et Theopontii passionem de Graeco in versus Latinos transtulit*[3].

In editione nostra codicem A secuti suimus varias lectiones codicum B_1 *et C a viris b. m. L. von Heinemann, qui textum totum exscripsit, et E. Bormann in usum societatis nostrae inspectorum adnotantes, ut iam Bortolotti a.* 1892 *(v. supra p.* 985, *l.* 21*) fecit. Praeterea codicem* B_2 *adhibuimus. Textum A primus in lucem protulit F. Ughelli, Ital. sacra V (Romae* 1653*),* 469—76, *nov. ed. (Venet.* 1720*) p.* 491—5, *quem exscripserunt Mabillon in Actis sanct. ord. S. Bened. saec. IV. P. I (Paris.* 1677*),* 14 *(sec. ed. Venet.* 1735*, p.* 13—4*) et Muratori, Rer. Ital. Script. I P. II (Mediol.* 1725*).* 195—6.

P. E. Schramm.

Mart. 21 DUODECIMO[a] KALENDAS IUNII. TRANSLATIO SANCTORUM MARTYRUM THEOPOMPI ET SYNESII[b].

1.[c] Omnipotentis[d] Dei magnificentia sua vult pietate solita, ut sibi dilectorum suorum servicia atque premia[e] ad laudem sui per[f] omnia mundo patefacta clarescant. Igitur[g] sancti Spiritus cooperante gratia, qualiter et quando undeque beatissimorum martyrum Senesii atque Theopontii corpora ad Nonantulae coenobium[h] ducta[i] fuerint, et quae signa atque miracula eos[k] sint secuta[l], prout nostra valet fragilitas, ad hominum revocemus[m] memoriam[n].

720. 2. Anno igitur[o] Christi[p] septingentesimo octuagesimo[q], imperii vero Karoli Magni septimo, quidam dux, vir Deo per omnia deditus, nomine Gevardus[4] suae saluti consuleus pro animae suae remedio quandam aecclesiam ad honorem et veneracionem beatissimae virginis Mariae matris Dei sanctaeque crucis atque martyris Fuscae[5] in suo proprio magno cum studio edificaverat et sancti Silvestri coenobio Nonantulensi[r] subdiderat ibique monachos, ut regulariter Deo servirent, constituere curaverat. Cui[s] omnia, quae possederat, provido atque sincero animo tradere studuerat[t], sui[u] Salvatoris[v] preceptum bene[w] et
Luc. 14, 33. fideliter sequens, ut[x] eius fieret discipulus[y], qui suis dixit fidelibus: 'Si quis non renuntiaverit omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus'.

a) *ita A; XI Kal. Iunii festivitas sanctorum martirum Senesii et Theoponti* B_1; *Prologus Senesii et Theoponti* B_2; *Vita sanctorum Senesii, Teoponcii (post sanct. verbum rasum) manu saec. XV. add. C.* b) *capita in codicibus non numerata Georgium Waitz, qui primus editionem in collectione nostra parandam meditatus invexit, ubique fere secuti distinximus.* c) Omnip. — premia *et* per omnia *— Igitur corr. in loco raso C.* d) Quonium omnipotens Deus, sicut est in sanctis suis mirabilis, ita etiam semper in illis est venerandus, oportet, ut miracula eorum (ad laudem sui) nisibus totis mundo enarremus. Unde . . . e) cuius *deserta* B_1; deserta *corr.* B_2; *post* Nonantulae *unum vel duo verba rasa, -bium* ducta fuer- *in loco raso C.* f) inter a tercent *in loco raso C.* g) referre volumus noticiam *in loco raso C;* Passio eorumdem *add.* B_2. h) incarnationis *B. B.* i) dominicae in- *in loco raso et carnationis super lineam C.* k) octuag. *corr.* octog. *C.* l) Nonantulae *corr.* quod dicitur Nonantula *C.* m) etiam *super lin. add. C.* n) dens semet ipsum regulari vitae ibidem subjugavit domini ac *in loco raso et super lin. add. C.* o) nostri *in marg. add. C.* p) bene et *et* ut — disc. *post del C.*

1. Ultimum factum huius partis a. 1009, aut paulo post contigit, sed, a. 1013 monasterium incendio deletum est, de quo mentio non fit. Auctor igitur iam antea scribere potuit. 2. Il monastero di Nonantola, il ducato di Persiceta e la chiesa di Bologna' in 'Bull. dell' Ist. Stor. Ital.' 36—7 Romae 1916, praec. 36, p. 276 sq. 3. Vide supra p. 984, n. 6; cf. Manitius, 'Gesch. der lat. Lit. des Mittelalters' II (1923), 531 sq. 4) Mirac. s. Genesii (SS. XV, 1, 170): *Comes quidam fuit partibus Italiae in civitate Darvisia Gebahardus nomine . . .* 5) De loco ecclesiae cf. p. 987, n. 2, de ecclesia monasterio Nonantulensi subdita v. G. Tiraboschi, 'Storia d. augusta badia di S. Silvestro di Nonantola' Mutinae 1784) I, 390 sq.

Tricesimo autem quarto anno imperii eiusdem Karoli praefati comitis[1] uxor Albegunda 807.
nomine sui viri magnifici vestigia tenens[a] in sua viduitate sanctissima[2], quicquid habere visum[b] fuerat[b], eidem monasterio tradere studuit. Cui[c], dum vixit[c], caste et fideliter[d] servivit ibique[e] cum suo coniuge in Domino requievit[f].

Haec autem aecclesia, quam prediximus, sita est in quadam insula duobus fluminibus Caniano et Sylo[2] circumdata, tercia stadii parte ab urbe Tervisio distans. In qua aecclesia beatissimorum martyrum[g] Senesii et Theopontii corpora a sanctis viris fuerunt recondita, ibique innumerabilia miracula eorum promerente gratia Dei nostri clementia ostendere dignata fuerat.

3. Post multorum igitur[h] annorum curricula gens Hunnorum[i.3] perfida, servientibus Deo invida[k], plurimas Italiae devastans provintias hunc sanctissimum locum peccatis ingruentibus[l] funditus destruxit. Huius doloris fama precurrens ad Nonantulam, ubi 899.
sanctissimi Silvestri corpus requiescit, sub cuius potestate et fiducia post Deum hoc monasterium semper fuerat, Petro[4] venerabili eiusdem loci abbati hoc magnum nefas demun- 907/10.
tiavit. Abbas vero tali legatione mestus[m], tamen de Dei misericordia bene confisus, cunctorum fratrum coetu[n] advocato, dignum et salubre invenit consilium. Suum itaque advocans alumnum, Deo[o] dignum monachum nomine Rodulfum[p], cui tres[q] venerabiles sociavit fratres, et magna cum festinatione ad hunc recuperandum locum transmisit[r]. Cui et attentissime iussit, ut cum omni sollicitudine atque veneratione dignissima sanctorum Senesii et Theopontii corpora colligere studeret atque omni[s] cum[s] festinatione ad Nonantulanum coenobium ea inventa deferret. Hoc autem onus oboedientiae magno cum gaudio suscipiens, prout Deo placuit, totum fideliter adimplevit. Cum vero idem prepositus, venerabilis videlicet[t] monachus[u], ad hunc sanctissimum locum venisset et eum undique dirutum repperisset, flens et dolens pre nimia tristitia tres dies nichil locutus est neque ullum omnino cibum sumpsit. Ad quem ita flentem quaedam mulier, Dei ancilla Anserada[v] nomine, quae a[w] sua infantia predictorum sanctissima corpora multum dilexerat et custodierat, tunc quoque eadem in secreto loco collecta et recondita habebat, cum tremore et timore[5] veniens, omnis tristitiae nebulas auferens, magni gaudii donum secum detulit: 'Senior', inquiens, 'dilecte, noli flere, sed magis mecum gaude et thesaurum, quem queris, Dei[x] dispensante[x] gratia apud me bene[y] esse[y] conditum absque ulla prorsus dubietate cognosce!' Hoc autem audito laetus et gaudens factus, mentis caligines, qua pro mestitia[z] obtectus fuerat, deponens digneque sapientiae lumen sumens, predicta Dei famula ducente ad locum, ubi tanti thesauri munus iacebat, cum omni festinatione devenit; ibique prostratus diu in oratione adstans multas lacrimas ad Deum omnipotentem merentium consolatorem prae gaudio fudit. Ut autem ab oratione surrexit, statim ad suos venerabiles fratres rediit et gaudium, quod invenerat, eis nuntiando aperuit. Mox vero letantes uno et salubri consilio atque animo spontaneo triduanum ieiunium et orationes nullis consciis peregerunt. His digne[a] peractis facta[b] praeparatione ad locum optatum[c] una venerunt et orando atque misericordiam Deo omnipotenti et his sanctis querendo locum illum aperuerunt. Atque eorum corpora cum omni veneratione suscipientes dignis ornamentis involuta noctu et clam cunctis atque nesciente predicta Dei famula cum omni festinatione ad flumen, quod vocatur Sylum[d.6], venerunt et intrantes navem navigare ceperunt. Illa autem prefata Dei famula, quae semper eorum corpora custodierat, facto mane, ut solita

a) tenens — sanct. *corr.* sequens et in sancta vid. permanens *C.* b) *corr.* potuit *C.* c) Cui — vixit *corr.* Sicque factum est, ut quae *C.* d) Domino *add. C.* e) *corr.* ibi *C.* f) *corr.* requievisset *C.* g) *om. B*$_2$ h) *corr.* autem *C.* i) Hunorum *B*$_2$*C.* k) perfida *C.* l) *ingr. corr.* exigentibus *C.* m) tali — mestus *corr.* licet tali fama mestus fieret *C.* n) ceu *B*$_1$. o) scilicet *sup. lineam add. C.* p) Rudolfum *B*$_1$; Rŏdolfum *B*$_2$. q) *corr.* et tres alios *C.* r) transmisit *A.* s) cum omni *B*$_2$. t) scilicet *C.* u) Rudolfus *add. B*$_1$; Rŏdolfus *add. B*$_2$. v) Ansaeruda *C.* w) sua ab *B*$_1$*B*$_2$; a *om. C.* x) Dei disponente *B*$_1$*B*$_2$; disponente Dei *C.* y) esse bene *B*$_1$*B*$_2$. z) tristicia *C.* a) diguis *corr.* digne *C.* b) sancta *C.* c) oblatum *B*$_2$. d) Silum *C.*

1) Qui inter a. 797. et 801., ante mensem Iunii a. 801., obierat; cf. Mirac. s. Genesii, SS. XV, 170; A. Hofmeister, 'Mitt. d. Inst. f. öst. Geschichtsf. Erg.-Bd.' VII, 271. 2) Hodie 'Cagnano' et 'Sila'. 3) De Ungaris Italiam a. 898—900. invadentibus v. L. M. Hartmann, 'Gesch. Italiens im MA.' III, 2, 176 sqq.; R. Lüttich, 'Ungarnzüge in Europa im 10. Jhdt.' (Berol. 1910) p. 118 sqq. 4) Abbas a. 907—10; de eo eiusque successoribus v. Catal. abb. Nonant., SS. rer. Langob. p. 571. 572. 5) Cf. ex. gr. Tob. 13, 6. Eph. 6, 5: *cum timore et tremore*. 6) Hodie 'Sila'.

erat[a], ad locum sanctissimum venit et tanto thesauro, quem ut animam suam[b] dilexerat, cum vacuum repperit. Hoc visu valde tristari coepit, diceus atque affirmans se nunquam vivere velle, nisi Deus suorum patrum Senesii et Theopontii corpora redderet. Huius vocibus et orationibus omnipotentis Dei pietas inclinata per suorum fidelium merita predictorum monachorum navigio ventum validum insurgere fecit; et quantum in tribus diebus navigando perrexerant, tantum una die Deo volente inviti redierunt. Eadem autem[c] virgo Deo[d] devota flens et plorans supra[e] ripam fluminis stabat atque circumspiciens suorum patrum[f] corpora[f], ut sibi redderentur, orando clamabat, quod et Deus[g] suis[g] votis misericorditer annuit. Vir autem venerabilis Rodulfus[h] hoc facto multum dubius atque sollicitus tandem Dei dispensante providentia optimum invenit consilium, intelligens sanctorum corpora sine sua famula ad nullam aliam velle ire provintiam. Illam itaque Deo devotissimam virginem in suam navem cum omni susceperunt reverentia. Sic ergo cum omni gaudio omnique prosperitate ac citissima velocitate plurimis corruscantibus miraculis ad Nonantulam Dei gratia ordinante perveniunt.

4. Hanc igitur Dei famulam sanctissimae Veronicae vestigia secutam fuisse non incongrue possumus dicere. Illa etenim Veronica[i] femina reverendissima imaginem Christi in panno depictam in cervicali suo in loco dignissimo occulte reconditam habebat eamque veneranda atque valde diligendo custodire studebat. Haec autem sanctorum Senesii et Theopontii famula eorum corpora dignissimo in loco recondita habebat semperque cum magno studio custodiebat. Illa denique legatis ab imperatore[j] Tyberio missis[k] pro fama Christi[k] ac de suis factis aliquid mirum invenire iussis gloriosam Christi imaginem ostendit. Ista autem virgo fidelissima sanctorum corpora venerabilibus monachis a Petro abbate pro eorum desiderio transmissis ostendit atque invenire fecit. Romani vero imperatoris legati Christi imaginem inventam sine ipsa Veronica Romam ducere[l] navigio[l] temptaverunt, sed Dei obstante voluntate, quod voluerunt[m], adimplere[n] nequiverunt. Ipsaque acceptae cum omni alacritate sequentibus signis atque virtutibus Romam venerunt. Sed eadem Veronica in fide Christi perseverans et pro eius amore[o] Romae degens ibi vitam finivit et in aeternam cum Christo vivit. Sancti etiam monachi beatissimorum corpora reperta sine prefata virgine ad Nonantulam deferre navigio voluerunt; sed Dei resistente potentia, quod cupiverunt[p], perficere nequiverunt. Ipsaque ab eis recepta magnis sequentibus signis ad Nonantulam citissime devenerunt[q]. Ubi ipsa[r] apud aecclesiam sancti Martini in Cozzano[s] tribus miliariis[t] ab eadem Nonantula[u] distantem pro eorum amore Deo serviendo degens vitam finivit feliciter et cum Christo regnat perpetualiter[v].

5. Igitur postquam Dei opitulante[w] clementia a venerabili abbate cunctisque fratribus simul et ab omnibus Nonantulae populis beatissimorum martyrum Senesii et Theopontii corpora mirifice et honorifice fuerunt suscepta ibique aromatibus atque[x] decoribus multis[x] veneraliliter[y] in pace digne sunt tumulata[z], illico multitudo languentium[a], cecorum, claudorum, auditis atque visis plurimis signis, quae omnipotentis Dei misericordia per illorum fecerat merita, a finitimis locis ad illos defluere facto agmine coepit[b]. Quique autem aliqua infirmitate vel mestitia detenti suppliciter veniebant, incolumes et alacres eorum piis meritis in propria rediebant. Unde accidit, quod divina inspirante gratia non solum ab omni Nonantulanensium populo, verum etiam a longinquo petebatur[a], optabatur, deprecabatur, ut predictorum martyrum corpora per urbes atque castella aliqua peste

a) erat *om.* B_1C. b) suam *om.* C. c) autem *om.* B_1B_2C. d) Deo *om.* B_1B_2. e) super B_2. f) corp. patr. B_1B_2. g) suis Deus C. h) Rudolfus B_1; Rodolfus B_2. i) imperatorę A. k) *tho* A; pro fama Christi missis B_1B_2C. l) nav. duc. B_1B_2C. m) vol. *om.* C. n) adimpl. vol. B_1B_2. o) amorę A. p) concupierunt B_2. q) venerunt C. r) ipsam B_1B_2C; ips. ap. sancti Mart. eccl B_2. s) Coliano B_1B_2. t) miliaribus C. u) -lam *corr.* -la B_2. v) Deo op. B_2; op. gratia, gratia *del.* C. w) *pro verbo* atque — multis *rasis manus multo recentior scripsit* in monasterio Nonantulanae condita A. x) venerabiliter *om.* B_1B_2C. y) languentum C. z) fecit C. a) patebatur B_1B_2.

1 Cf. 'Veronicae legendam, Acta Sanct. Febr. I (Antv. 1658), 449sq. et E. von Dobschütz, 'Christusbilder' (Lips. 1899), 'Texte und Untersuchungen zur Gesch. der altchristl. Literatur' XVIII, N. S. III). 2) i. e. 'S. Martino in Cozzano', ubi erat ecclesia monasterio subiecta. 3 Cf. '2. Tim. 2, 12: *si commorhui sumus, et convivemus; si sustinebimus, et conregnabimus.* 4 In ecclesia S. Silvestri condita fuerunt, ut miraculo infra nominato et mutata codicis A lectione demonstratur, cf. supra n. w. Hodie sanctorum capita in scrinio, quod in monasterii archivo depositum est, conservantur.

detenta veneratione deportarentur sanctissima, ut per eorum patrocinia salvarentur et[a] liberarentur[a] ab omni clade et miseria, quorum vocibus atque precibus ordinante Dei providentia[b] pater monasterii una cum omnium fratrum congregatione pietate solita annuit. Unde factum est, ut Ticinensium[c] populus repentina[d] morte percussus, orationibus et ieiuniis intentus, hoc quoque auditu bene confisus pro istorum sanctorum misericordia ad Nonantulanum[e] oppidum venire[f] studuit, consilium, auxilium misericordiamque[g] postulans, ut martyrum corpora pro eorum miseria suam deportarentur ad patriam.

6. Facto igitur triduano ieiunio cum omni orationis instantia, duodecim[h] electis venerabilibus fratribus vita et moribus Deo dignis simul cum infinita multitudine populorum Nonantulanensium atque Mutinensium cantantibus et psallentibus, cum magno venerationis studio corpora sanctorum plurimis sequentibus signis[a] deferre ceperunt. Quorum adventum omnes urbes, videlicet Regium, Parma, Placentia, atque oppida audientes, tam viri quam feminae obviam illis benedicentes et laudantes Deum currere festinabant et cum illis digna veneratione urbem Papiam adibant[i]. A qua quanto gaudio quantisque laudibus atque decoribus fuerint suscepta, nullius valet promere lingua. Aderat autem ibi Adhelegida[k] regina[l] gloriosissima, quae eos multis honoribus suisque donis ditavit. Ex quibus duo coopertoria, unum auro intextum, alterum vero mirifice operatum, usque hodie in sancti Silvestri coenobio manent in testimonio[l]. Urbe vero Papia a predicta mortis clade eorum piis patrociniis liberata cadenque regina nobilissima ad honorandum et venerandum illos admodum confortata[m], multis acceptis donis multisque similiter sequentibus signis ad propria sunt relata.

7. Alio quoque tempore, sicut narrantibus fratribus, qui aderant, didici, quidam presbiter Teuzo[n] nomine, Nonantulanus genere, inmani cruciabatur infirmitate. Erat enim eius guttur ultra modum tumidum, lingua quoque eius fere tribus digitis pendere extra labia videbatur. Nec comedere nec bibere neque os valebat miser[o] claudere. Die itaque Mai 21. sollempni istorum beatorum martyrum, prout potuit, ad aecclesiam, ubi eorum sanctissima venerabantur[p] corpora, a suis deductus est. Quam dum ingressus fuisset et ad eorum sarcofagum appropiasset, prostratus in terra, gemens et dolens lacrimasque fundens suppliciter divinam[q] orabat misericordiam. Facto autem matutinali officio duobusque fratribus 'Benedicamus Domino' cantantibus sanus ille et alacer factus divinoque numine adiutus citius dicto surrexit et alta voce audientibus cunctis[r] Deo gratias respondit. Sic itaque, dum vixit, Deo et his sanctis fidelius servire studuit.

8. Aliud quoque miraculum, ut quidam, qui interfuit, venerabilis monachus Augustinus nomine nobis narravit, pro eorum dignis meritis altissimi nostri creatoris magnificentia patefacere dignata est. Aderat enim aeris inaequalitas, unde diuturna erat terrae siccitas, quae spem vivendi populis[s] abstulerat. Pro qua venerabilis monachus Otericus[t] nomine, tunc temporis Nonantulae prepositus[2], cunctis clamantibus et deprecantibus populis 965-82? una cum fratrum consilio digne peracta oratione et triduano ieiunio beatissimorum martyrum corpora cantando et psallendo ab aecclesia sancti Silvestri accipi constituit et in circuitu Nonantulanae patriae[u] deferri cum letaniis precepit; quod et factum est. Ut autem portari ceperunt, fere in medio itinere, antequam ad predestinatum locum devecta fuissent, tanto eos pondere Altissimi virtus defixit, ut a nullo fere minus horae spatio moveri potuissent. Tunc meror et magnus luctus omnium[v] exoritur[v]; merentium quippe et flentium una vox efficitur: 'O stelliferi conditor orbis, qui perpetuo es nixus solio, miserere nobis istorum patrocinio'. Predictus autem prepositus, vir virtutibus per omnia preditus,

a) *om. B*$_1$. b) potentia B_1B_2C. c) Tycinensium B_1B_2C. d) id est subitanea *add. recentiore manu A*. e) Nonantanum *C*. f) vivere *corr.* venire *C*. g) misericordium B_1B_2C. h) XII B_1B_2C. i) ibant, ad *ead. m. super lin. add., C*. k) Adelheida B_1B_2. l) testimonium B_1B_2C. m) fortata, con *ead. m. post add., C*. n) Teuho B_2. o) miser *sup. lineam add. B*$_2$. p) venerantur B_2C. q) divina *A*. r) cuntis *A*: aud. cunctis alta voce *C*. s) populo B_2. t) Otricus B_1B_2; Otarius *C*. u) pate *C*. v) exor. omn. B_2C.

1) A. 937. sponsa, a. 947—50 uxor Lotharii regis, postea a. 951. ab Ottone Magno in matrimonium ducta in Italiam a. 961. revenit. Utrum circumlatio temporibus Ottonis an potius Lotharii acta sit, dici non potest; cf. Bortolotti l. c. p. 103 sq., n. 1 et p. 167 sq., n. 1.

2) Institutio Nonantulensium praepositorum in catalogo abbatum, SS. rer. Langob. p. 572, post Gotefredum abbatem a. 965. captum narratur.

cum omni coetu adstantium in terra prostratus lacrimans diu oravit, notum faciens Deo et his sanctis se et sibi populum commissum ab omnibus peccatis penitentiam acturum et omni anno in eorum nataliciis pauperibus Dei elymosinas facturum[a]. Mox divina concedente pietate, quocumque voluerunt, eos[b] deportaverunt[c]. Eadem vero die tanta inundatio aquarum eos est[d] consecuta, ut omnis terra ea[d] satiata salubriter[e] fuerit[f] et omnis populus in magna leticia steterit.

982/97. 9. Tempore quoque Iohannis abbatis Greci[1], sicut a quibusdam fratribus eiusdem coenobii nobis relatum est, quoddam castrum nomine Pantianum[g,2] quattuor[h] a Nonantula distans milibus immani mortis pestilentia percussum[i] est. Quod videlicet ieiuniis[k], orationibus atque vigiliis deditum in cinere et cilicio positum discalciatis pedibus ad eorum clementiam cum letaniis supplex advenit. Clamitabat et auxilium postulabat atque eorum corpora suam ad patriam ferri desiderabat. Quorum precibus venerabiles illius loci monachi inclinati diu desideratum thesaurum cum omni sanctitatis studio orantes et psallentes atque letanias agentes illuc detulerunt. Sic eorum orationibus et meritis Domino cooperante ab illa[l] die tam nequissimae mortis plaga illo in loco cessavit. Proinde illius loci populus
Mali 21. semper in Deo magis fuit timidus, et omni anno in eorum festivitate pro hoc beneficio cum letaniis suisque oblationibus ad eorum deprecandum[m] misericordiam venire festinant. Quis disserere valet tot miraculorum facta, quae Deus per eorum dignatus est ostendere merita? Quorum numerus nec alicuius valet comprehendi memoria. Sed ut de pluribus pauca perstringam, nobis notiora[n] et nostris[o] temporibus edita, prout potero[p], dicam.

997/99. 10. Tempore denique secundi Leonis[3] eiusdem coenobii abbatis quodam miraculo non minus superioribus celeberrimo istorum sanctorum intercessionibus superna gratia dotavit[q] Nonantulam. Nam dum inextinguibilis aeris siccitas et nimia hominum mortalitas per Nonantulam et adiacentes provincias adesset et nullis ieiuniis neque orationibus sedari potuisset, nimio timore correptus inhestimabilique merore dimersus ad sanctorum Senesii et Theopontii corpora flendo et heiulando[r] totus ille mestissimus concurrit populus, clamitans et obsecrans indulgentiam, et nisi istorum fuerentur patrociniis[s], dicebant se nullatenus ab imminentibus posse evadere periculis. Quo clamore et imminente periculo sanctus ille abbas commotus cum sanctorum congregatione fratrum triduanum populo indixit ieiunium, atque se omnes ad idem studiosissime accingunt officium, quatinus Deus suorum fidelium fletibus et sanctorum patrum Senesii et Theopontii intercessionibus flexus aliquantulum sui populi foret misertus. Peracto vero ieiunio venerabilis abbas cum sanctorum coetu fratrum una[t] cum[t] predicta populorum caterva summa[u] devotione iam id expectante triduo predictorum sanctorum[v] corpora devotissime feretro posita circum castri moenia deportaverunt et haud[w] procul a castro missas[x] celebraverunt. Missarum[y] vero sollemnibus rite solutis cumque[z] sanctorum corpora coeperunt reduci, suavissimus himber paullatim plures coepit et adeo excrevit, ut pre nimia aquae inundatione pauci cum sanctorum corporibus, quo erant deponenda, sunt[a] regressi. O ineffabilis potentia, mira Altissimi clementia, cui nichil est impossibile, verum etiam in se credenti omnia pollicetur possibilia! Ex tanta etenim pluvia nichil super pallium, quo tegebatur feretrum, visum fuit[b] ecciddisse neque praecedentes candelae extinctae[c] fuerunt. Unde apparet omnipotentem Dominum et oculos misericordiae et aures pietatis ad suorum fidelium preces iam[d] inclinasse atque ab utrisque imminentibus periculis eos liberasse. Ideoque statuit populus,

a) aeturum *C.* b) eo *B*$_1$*B*$_2$. c) deportata sunt *corr.* deportaverunt *B*$_1$. d) *om. B*$_1$. e) salubriter *om. C.* f) fuerit *C.* g) Pontianum *B*$_1$; Pontianum *corr.* Pantianum *C.* h) Illor *B*$_1$*B*$_2$*C.* i) percussus, *sed fortasse corr. alia manu, A.* k) ieiuniis et *B*$_1$*B*$_2$*C.* l) illo *B*$_1$. m) deprecandam *C.* n) nota *C.* o) vestris *C.* p) potuero *B*$_1$*B*$_2$; potera *corr.* potero *C.* q) ditavit *B*$_1$*B*$_2$. r) heiulando *C.* s) patrocuis *C.* t) vana cum *B*$_1$; cum *om. C.* u) cum *B*$_1$*B*$_2$. v) sanctissimorum *B*$_1$*B*$_2$*C.* w) aud, h *super lineam add., A;* haut *B*$_1$*B*$_2$*C.* x) missam *B*$_1$*B*$_2$; missa *C.* y) Missae *corr.* Missarum *C.* z) cum *B*$_2$. a) sint *corr.* sunt *B*$_1$*C.* b) fuisse *A.* c) extinte *A.* d) *super lineam add. A.*

1) Johannes XVI. Philagathos, a. 982—97. abbas, a. 997—8. antipapa, incerto anno mortuus, de quo v. Schramm in 'Histor. Zeitschr.' 129, p. 443 sq. 2) Hodie 'Panzano'. Panzanum de Monacis. 3) A. 997. successor Iohannis, a. 999. sucessor Gerberti in archiepiscopatu Ravennensi; v. Schramm in 'Arch. f. Urkundenforsch.' IX, 91. Cum a. 997. in negotiis papae et regis Franciae versaretur, tempore siccitatis non nisi a. 998. eum in monasterio fuisse verisimile est.

ut exinde sanctorum predictorum corpora cum lectaniis et suis oblationibus pro misericordia istorum intercessionibus sibi indulta summa celebritate ab eis annualiter forent requisita.

11. Aliud quoque nostris oculis vidimus[a] mirum, quod eorum meritis divina agente gratia factum[b] fuit[b], quod etiam non occultandum[c] esse ducimus. Domni etenim Rodulfi[d 1] abbatis sapientia cum Dei auxilio prefatam gubernante Nonantulam pro cuiusdam divitis nomine Frogerii[e, 2] malicia ad locum, qui vocatur Sorbaria[3], beatissimorum patrum Senesii et Theopontii corpora cum sanctissima reverentia deportata sunt. Idem autem sevissimus Dei ignorans vindictam eorumque virtutes[f] incredulus non admirans suaque in duricia perseverans piis ipsorum promerentibus[g] meritis eodem[h] anno divino[h] percussus est gladio. Ita ergo et terram[i], quam iniuste sanctis abstulerat, nolendo miserrimus dimisit[k] et vitam[l] cum terrenis[l] omnibus ex divinae ultionis sententia perdidit. Huic erat servus nequissimus de eorum adventu incredulus, nefario usus verbo atque approbans illuc[m] non[m] sanctos, sed vile lignum esse delatum. Pro quo nutu divino percussus eodem die in flumen Siccilam[n] proiectus ibi expiravit crudelissimus. 1009 29.

12. Eodem etiam patre superstite[o] ac Nonantulensi coenobio praesidente aeris malignitas[i] perniciosum redundans cuncta terrae animalia pro aqua nimia mense Iulio perditum ire dabat. Quocirca omnis[p] populus Mutinensis atque Bononiensis hac mestitia compulsus, ieiuniis atque[q] orationi[r] deditus, Nonantulanum adiit coenobium, postulans ac[s] deprecans[s] atque confirmans, si beatissimorum martyrum corpora more solito exirent suam ad patriam, mox liberaretur atque salvaretur ab imminente tristicia. Quorum precibus atque votis eiusdem loci venerabiles monachi annuentes salubri peracta oratione et ieiunio veneranda sanctorum corpora[t] in circuitu patriae discalceatis pedibus cum rogationibus detulerunt. Hoc finito[u] Dei et sanctorum servitio[u] aquarum nimietas eorum patrociniis in salubrem serenitatem redacta est. Inde fit magna populorum laetitia, inde etiam concentus avium letabundus resonat per arva atque[v] aera, inde cuncta animalia solita redeunt ad gaudia. Ex quo atque pluribus aliis miraculis, quae omnipotentis Dei virtus ad laudem sui atque eorum veneracionem dignata est ostendere, processit, ut aecclesiarum numerus cum signis et miraculis in ipsorum nomine crescerent atque multiplicarentur. Inter quas illa quoque basilica[3], quae non longe sita est ab oppido Nonantula, mirum in modum pro amore eorum composita eorum signis atque virtutibus prepollet tamosissima. Ibi etenim illuminantur ceci, contracti extenduntur, claudi curantur, aliis quoque infirmitatibus detenti ipsorum precibus usque hodie sanantur[w]. 1002 35. 1003.

13. Non post multum vero tempus, secundo Rodulfo[x, 4] Nonantulanam aecclesiam gubernante, peccatis ultra modum crescentibus, pro quibus Deus quandoque inscitur, Nonantulensis[y] populus divino gladio[z] percutitur. Inaudita namque mortalitas fere eius maximam[a] partem tulerat. Timor et tremor[z] omnes perturbaverat; infans et puer, adolescens et iuvenis, senes[b] et mulieres[c] uno momento mori videbantur, nec erat, qui tantorum corpora deferre posset ad sepulchra solita. Undique fit luctus, undique mugitus. 1035 53.

a) volemus *corr.* vidimus *C.* b) fuit factum *C.* c) occultatum *A.* d) Rudolfi B_1; Rodolfi B_2. e) Flogerii *C.* f) virtuti *B*; virtutem *C.* g) permanentibus B_2. h) divino eodem anno B_1B_2. i) terra, *signo abbreviationis postea add., A.* terra B_1. k) amisit *corr.* dimisit *C.* l) terr. vit., *om.* cum, *C.* m) non illuc B_1B_2. n) Syceulam B_1B_2. o) superste *C.* p) omnis *om. C.* q) et B_2C. r) oratione B_1B_2C. s) ac deprecans *om. C.* t) *om.* B_2. u) servicio Dei et sanct. huius *C.* v) per *add. C.* w) *hic desinit A; ea quae sequantur non nisi in codicibus B_1B_2C traduntur.* x) Rodulfo B_1; Rodolfo B. y) Nonantulens *C.* z) gladio *corr.* gladio *C.* a) maiorem B_1B_2. mox *corr.* max *C.* b) senex *corr.* senes B_2. c) mulieres *corr.* mulieres *C.*

1) Abbas a. 1002–35. 2) De Frogerio domino Corrigii (‘Correggio’) inter a. 1009–29. mortuo, qui in Sorbaria (‘Sorbara’) prope Mutinam possessiones habebat, v. Bortolotti l. c. p. 172 n. 2; Iginio Nembrot, ‘Note di storia feudale Emiliana I.: Frogeridi’ (Reggio-Emilia 1922); S. Pivano in ‘Rivista storica Italiana’ 41 NS. 2, 1924, 282 sq. 3) V. not. praec. et DK. II. 65. De ‘Solaria’, SS. r. Lang. p. 571. 572, cogitavit G. Waitz. 4) Hoc post mortem Frogerii, ergo post a. 1009. factum esse videtur; auctorem igitur de pestilentia a. 1009. aut a. 1011. agere v. cl. Bortolotti l. c. p. 173. n. 1 putat; de monasterio a. 1013. incendio deleto v. p. 986. n. 1. 5) De aecclesia ss. Senesii et Theopontii in loco prope Nonantulam, qui dicitur Castrum vetus (‘Castelvetro’), aedificata v. Tiraboschi, ‘Dz.’ l. c. I. 189 et ‘Storia’ l. c. I. 301 sq. 6) Abbas a. 1035–53. 7) Cf. ex. gr. Iudith 14, 17: *intolerabilis timor et tremor cecidit super eos, et turbati sunt animi eorum valde*; 1. Mach. 7, 18: *Et incubuit timor et tremor in omnem populum.*

circumquaque angustia cum magna tristicia. Tandem divina inspirante clementia omnium Nonantulensium coetus salubria repperit consilia. Ad Dei enim misericordiam et beatissimorum Senesii et Theopontii martyrum gratiam mente flectitur promtissima. Deponuntur ergo ornamenta, induuntur et cilicia. Tribus diebus districta aguntur ieiunia, nulla fit et psalmodia. His rite peractis beatissima corpora in nitida volvunt[a] pallia et sic in feretro posita cunctis psallentibus et letanias agentibus cum omni reverentia in circuitu deportantur patriae. Fiunt metaneae multae, queruntur misericordiae solitae. Dantur dona et oblationes infinitissimae, quae Deus[b] omnipotens creator omnium solita sua pietate precibus et meritis ipsorum et exaudire et accipere dignatus est. Peracto autem Deo et eius sanctis famulatu amare mortis pestilentia Nonantulensium populum imperante Deo dimisit. Ex illa namque die predicta plebs Deo atque his sanctis fidelius servivit et tam nefariam pestem nunquam ampliussensit. Quae omnia pro amore sanctorum Senesii et Theopontii martyrum omnipotentem Dominum agere et mundo patefacere ad laudem sui sanctorumque[c] suorum[c] veneracionem et credimus et confirmamus.

14. Pro quorum dilectione atque memoria hec carmina in eorum sarcofago fuerunt composita:

'Hic recubat sanctus Senesius intus in arca,
Tum[d] pariter[d] Theopontius extans almus in ipsa.
Quos sudore suo vexit Rodulfus[e] adelphus,
Qui tunc Tervisio degebat pr[f]upere cella.
Petrus[g] sacra sacer condens [h]suitque locello
Corpora namque suis manibus post condidit ambo
Atque ornavit eos, ut cernis, quisquis amice,
Quo precibus portetur eorum salvus et ipse.
Audiat et nostras sanctus Senesius oraus
Voces ac laudes et nostrum carmina solvens
Pro miseris nobis cunctis Theopontius horis,
Crimine solvamur, rogitando postulat almus.
Vos Domino cari nobis estote parati
Porgere[i] presidium celorum munere dignum.
Vivere Rolandi per vos sit in aethere beati. Amen.'

15. Veneremur igitur, fratres karissimi, gloriosos martyres Senesium atque Theopontium cum omni veneratione et mentis devotione hodie et semper in terris, quorum gratiam et merita scimus venerari et gaudere cum sanctis angelis in caelis, qui[a] pro Christi nomine multa in suo tormenta passi sunt corpore et, ut ad celorum venirent patriam, mortis[b] subire non dubitaverunt[j] pericula. Isti sunt, qui ex magna tribulatione venerunt et suas stolas in sanguine agni[k] lavernnt[2]. Sua etenim corpora propter Deum tradiderunt[l] ad suplicia ideoque in aeterni regis palatio coronantur et habendo Dei gratiam perpetualiter letantur, et quia Christi sunt secuti vestigia, ideo eorum animae in aeterna gaudent patria. Propter[m] immania eorum miracula multisque oblata[n] beneficia ipsorum laudantur assidue et veneratur multis in locis corpora, sed precipue in Nonantula patria. Isti gloriosi patres nostri una cum angelorum consortio et cum Christo domino regnant in parradisi[o] gaudio. Celebrantur[p] ergo beatissimorum Senesii et Theopontii natalicia, qui passi sunt pro aeterna Dei gratia, in suo dignissimo adventu in Nonantulam XII.[q] kal. Iun., omnipotente Deo regnante[r] et gubernante stelliferi mundi machinam, cui sit imperium et potestas, honor et gloria[s] per infinita seculorum[t] secula[t]. Amen.

Mart. 21

a) *n superscript. C.* b) noster *add. B₁.* Dominus noster B_2. c) suorumque sanctorum B_1B_2. d) Tum pariter *om. B₁ B₂.* e) Rudolfus B_1; Rudolfas B_2. f) *da B₁;* porrigere B_2; pergere *C.* g) que *corr.* qui *C.* h) mortis *cor. C.* i) dubitarunt B_1B_2. k) anni *C.* l) tradiderunt *corr.* tradiderunt *C.* m) Propter B_1B_2; Propteraea *C.* n) oblata *C.* o) paradysi B_2. p) Celebratur *C.* q) XII. *corr.* XI B_1; XI. B_2; *cf. p.* 986, *l.* 21 *et p.* 984, *n.* 4. r) regente B_2. s) gratia *C.* t) secula seculorum B_1B_2.

1) III. abbas (a. 907—910); v. supra p. 987, n. 4. — *tione magna et lacverunt stolas suas et dealbaverunt*
2) Apoc. 7, 14: *Hi sunt, qui venerunt de tribula- eos in sanguine agni.*

MIRACVLA SANCTI COLVMBANI.

EDIDIT **H. BRESSLAU** B. M.

Anno 929. *ut refertur*[1], *cum monasterium sancti Columbani Bobiense d' Widone episcopo Placentino fratreque eius Rainerio et aliis regni Italici magnatibus, qui magna parte rerum et possessionum monasterii iniuste potiti erant, valde opprimeretur, Gerlandus, abbas Bobiensis, qui etiam munere archicancellarii Hugonis regis fungebatur et cui Hugonis uxor Alda regina multum faciebat, ope sancti Columbani bona deperdita modo quodam insolito recuperare constituit. Secutus enim consilium regis ipsius, qui principes illos auctoritate sua, ut bona monachis erepta redderent, cogere sive non poterat sive non audebat, corpus sancti Columbani ex sepulcro suo elevari et in arca quadam ad hunc usum fabricata Papiam deportari iussit, quo rex tunc temporis principes, ut cum eis de rebus regni consultaret, convocaverat. Et in hoc itinere et, dum abbas et monachi cum corpore sancti Papiae morabantur, tot et tanta miracula eius ope facta esse narrantur, ut principes ultionem sancti Columbani metuentes possessiones monasterii, quas occuparverant, sollemnitatibus iuris observatis abbati restituerent. Re igitur bene gesta Gerlandus abbas amplissimo libertatis privilegio a rege donatus corpus sancti novis miraculis clarum Bobium reduxit.*

Gerlando, qui usque ad annum 936. *vel* 937. *monasterio praefuit, et Liutefredo*[2] *eius successore, qui anno* 939. *monasterium regebat, mortuis res Bobienses denuo in magnum periculum adductae sunt. Giseprandus enim, qui ex cancellario Hugonis et Lotharii regum anno* 944.[3] *episcopus Tertonensis factus est, aequo ac saeculo septimo Probus, antecessor suus in episcopatu*[4], *monasterium sibi subiugare studuit. Qua de re diploma Ottonis III. imperatoris anno* 998. *datum*[5] *haec narrat:* Audivimus etiam Giseprandum quondam[6] Terdonensem episcopum aliquam prefatae ecclesiae[7] partem contra praedecessorum nostrorum decreta et apostolica Romanorum pontificum privilegia in beneficia accepisse eamque ex maxima parte commutasse[8], sumpto sibi nomine abbatis, sed postea omnia [a] . . . genitore nostro et nobis . . . beato Columbano . . . restituta sunt, ex qua occasione . . . monasterium plurimae diminutionis damnum sustinere videtur. Quaecunque igitur . . . Giseprandus episcopus sub . . .

1. V. infra p. 1003 n. 1. 2 Liutefredus semel tantum in diplomate Hugonis et Lotharii regum a. 939. dato, falso quidem, sed ope genuini diplomatis eodem tempore dati fabricato, nominatur, cf. Cipolla, 'Codice diplomatico del monastero di S. Colombano di Bobbio' I 1918), 312 nr. 89 et Schiaparelli, 'I diplomi dei re d'Italia' V extract. ex 'Bollettino dell' Istit. stor. Italiano nr. 34', 215 sqq.; Schiaparelli, 'I diplomi di Ugo e di Lotario' etc. 'Fonti per la storia d'Italia' nr. 38 nr. LI, p. 153 sqq., cf. p. 366 sqq. H.' 3) De tempore cf. Schiaparelli, 'Boll.' l. l. p. 62 n. 10. Giseprandus etiam Gezo vocabatur, ut recte dixerunt Sickel (Mitteil. des Instituts für österre.ch. Geschichtsforschung. Ergänzungsband' II, 100) et G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' 1913' p. 126, et Savio, 'Gli antichi vescovi d'Italia' I 1899; cf. etiam Schiaparelli l. l. p. 71 l. Buzzi, qui in tertio volumine Cod. dipl. Bobiensis p. 35 sq. et n. 3 ad p. 36 Giseprandum a Gezone episcopo distinguendum esse putat, placitum anni 962 Monum. hist. patriae I. 196 nr. 178), in quo idem Giseprandus episcopus Terdonensis vocatur, quem diploma Ottonis I. illi placito insertum (DO. I. 247) Gezonem nominat, inspicere valde negligenter omisit. 4) Cf. Ionas. Vita s. Columbani II, 23. 5) DO. III. 303; Cipolla l. l. I. 351 nr. 103. 6) Ita recte Cipolla p. 359; *quendam* scripsit Sickel, MG. DD. II. 729, l. 38. 7) Scilicet Bobiensis. 8) Ex commutationibus rerum Bobiensium a Giseprando concessis una tantum ad nostram aetatem servata est, carta a. 961, Cipolla l. l. I. 315 nr. 92, in qua Giseprandus *episcopus s. Dertonensis ecclesie et abbas monasterii s. Columbani sito Bobio* nominatur

nomine abbatis de . . . terra, quam Vassalorum nominant, peregit, ordinavit ac commutavit, nostra auctoritate sint irrita atque cassata.

Tunc temporis, id est inter annum 944, *quo Giseprandus cathedram episcopatus Terdonensis ascendit, et annum* 967, *quo ei mortuo Iohannes episcopus successerat*[1], *sed potius, ut mihi videtur, sub initium quam sub finem illius temporis*[2] *ideoque fortasse paulo post medium saeculum decimum libellus, quem edimus, scriptus est. Minime enim dubium esse potest, quin auctor libelli in c.* 23, *ubi episcopum quendam, cuius nomen tacet, monet, ut* abbatem secundum regulam *monasterio praesse concedat, cum ipse* non valeat episcopatum suum regere et monachos secundum regulam sancti Benedicti gubernare, *Giseprandum Terdonensem allocutus sit*[3].

Scripsit autem libellum monachus quidam Bobiensis, qui iam anno 929, *forsitan puerulus, in monasterio vixit*[4], *sed in itinere Papiensi corpus sancti comitatus esse non videtur (numquam enim se rebus in hoc itinere gestis interfuisse insinuat), iussu praeceptoris sui, cui non obedire non audebat, quia ne rapularet metuebat*[5]. *Composuit igitur libellum de virtutibus seu miraculis sancti Columbani ita, ut primum (c.* 1—3*) nonnulla, quae Columbanus vivus gessisse monachorum Bobiensium memoria tradebatur, ab Iona eius biographo non conscripta, deinde (c.* 4—7*) pauca alia miracula post sancti mortem facta narraret, maiore vero libelli parte de Gerlandi abbatis itinere Papiensi uberius referret et relationi huic ampla excerpta ex privilegiis pontificum Romanorum et regum Italicorum monasterio concessis insereret acriterque in eorum praevaricatores invehertur, qua ex re totius libelli scopus politicus, ut ita dicam, satis clare apparet. Pretium vero libelli in hac parte maxime consistit, cum nonnulla ad historiam Italiae tempore regis Hugonis illustrandam, cuius fontes rari tenuesque sunt, utilissima tradat.*

Ad editionem nostram parandam hisce subsidiis usi sumus:

A_1. A_2. A_{2^a}. *Codex bibliothecae publicae ('Biblioteca nazionale') Taurinensis F. IV.* 12, *olim* 'Liber sancti Columbani nr. 150', *membran., formae quadratae magnae, ex tribus codicillis compaginatus*[6], *continet:* 1. *f.* 1—53' *manu saec. X. ex. Vitae Columbani auctore Iona lib. I. cum hymnis in eius festivitate et transitu; f.* 54—62 *Lectionem evangelii secundum Lucam. Sermonem Gregorii papae.* 2. *f.* 63—103' *Vitas Attalae, Bertulfi, Eustasii. Miracula Eboracensia, Versus de sancto Bobuleno.* 3. *Miracula sancti Columbani. Qui tertius codicillus et ipse ex tribus partibus compositus est: a) Media enim pars signata f.* 108. 109. 200—205, *scripta, ut mihi videtur, saec. XI (saec. X. ex. sive XI. Holder-Egger; XI XII. Krusch, Poncelet) continet Miraculorum nostrorum capita* 8—25 *et capitis* 26 *priorem partem. b) Praecedunt in codice, ut hodie cum paginatus est, f.* 103' *(id est parte adversa folii ultimi codicilli secundi) et foliis quatuor adiectis, signatis f.* 104—107. *Index capitulorum praemissa rubrica:* Incipiunt capitula libri secundi de virtutibus et miraculis sancti Columbani *et capita* 1—7 *Miraculorum nostrorum, haec omnia suppleta manu saec. XIV. c) Denique sequuntur medium partem in codice hodierno f. signatis* 206. 207 *posterior pars c.* 26 *et c.* 27 *Miraculorum nostrorum, scripta manu saec. XIV, sed non eadem, quae c.* 1—7 *scripsit. Notandum quoque est haec ~~supplementa b) et c) non ex eodem~~ codice descripta esse, ex quo media pars (c.* 8—25 26*) transsumpta est. Nos in apparatu critico editionis nostrae lectiones c.* 8—25 26 *signo* A_1, *lectiones supplementi b (c.* 1—7*) signo* A_2, *supplementa ultima signo* A_{2^a} *signavimus. Indicem, qui capitulorum superscriptiones repetit, edere supersedimus, sed eius variae lectiones in apparatu annotavimus. Post Oswaldum*

1 Cf. G. Schwartz l. l. p. 127. Giseprandus a. 963. ultimum occurrit. 2) Quod ut credamus, eo adducimur, quod auctor libelli, qui iam a. 929, licet forsitan tunc puerulus, in monasterio vixit (infra n. 4), in prologo dicit: *quod ille* (scilicet Deus) *mihi minimo intellectum possit tribuere per misericordiam, quod deerat per aetatem.* Itaque vix multum post a. 950. scripsisse videtur. Cui rei convenit, quod c. 7 narrat multos testes miraculi cuiusdam, quod tempore Berengarii I. imperatoris a. 924. mortui actum erat, adhuc superstites esse. 3) Hanc allocutionem l. Buzzi l. l. III, 74, qui libellum nostrum inter annos 973. et 983. scriptum esse putat, aut neglexit aut non recte intellexit. Neque vero v. cl. Cipolla l. l. II, 310, qui rectius tempori inter annos 950. et 970. elapso libellum nostrum attribuit, huius allocutionis rationem habuit. 4) Cf. c. 9: *Nos autem, qui eramus illo in tempore, arcam fabricare videbamus, sed, ad quod opus fieret, ignorabamus.* 5) Cf. Prologum. 6) Cf. Ottino, 'I codici Bobbiesi nella Biblioteca di Torino' (1890) p. 20 nr. 33; Krusch, Ionae Vitae sanctorum Columbani, Vedastis, Iohannis (SS. rer. Germ. 1905) p. 104; Cipolla, 'Codici Bobbiesi della Bibl. naz. universitaria di Torino' (1907) p. 178 sqq.; Poncelet, Anal. Bollandiana XXVIII (1909), 435; Levison, SS. rer. Mer. VII, 683.

Holder-Egger codicem denuo ipse contuli; ultimum caput iterum inspexit A. Hofmeister; quaedam in usum nostrum descripsit A. Hessel.

A_3. *Codex Romanus bibliothecae Vaticanae inter Barberinianos* 2720 *(olim XXXIV,* 37*), chartac., formae mediae, scriptus saec. XVI XVII, ex compluribus fasciculis compactus*[1]*, continet in primo fasciculo f.* 1—10 *Ionae Vitas Attalae, Bertulfi, Eustasii, Versus de Bobuleno, f.* 11—16 *Vitam s. Galli auctore Walahfrido (desinit c.* 14*, SS. rer. Merov. IV,* 205*, l:* 7 et inter amicos*), f.* 17—26 *Miracula nostra, f.* 27—30 *Hymnos de Columbano, Attala, Bertulfo, f.* 30—31′ *Catalogum abbatum Bobiensium, quo neque Cipolla in Codice diplomatico monasterii nuper edito (l. l. I,* 27*) neque I. Buzzi in tertio voluminē eiusdem operis usi sunt. F.* 31 *rota quae dicitur papae Lucii II. et monogramma Friderici I. imperatoris ex privilegiis monasterio Bobiensi datis depicta sunt. Ut Vitae Ionae in hoc codice contentae monente W. Levisone ad eandem classem ac Kruschii Cod. B_{1b} (nobis A_1) pertinent; ita et Miracula codicis Romani eidem codici valde affines sunt. Codicem Romae inspexi et imaginem phototypicam fieri iussi.*

A_4. *Codex Trevirensis ecclesiae cathedralis* 23*, chartac., formae minoris, exaratus saec. XV. ex. sive XVI. inc.*[2]*, olim* Liber monasterii beatorum apostolorum in Ammensleve ordinis beati Benedicti Magdeburgensis diocesis, *postea* Ex libris Christophori comitis de Kesselstatt diocesis Paderbrunnensis 1807, *ex quatuor partibus compositus est. Quarum secunda f.* 151—183′ *Vitam Columbani retractatam (Bibl. hagiograph. Lat. nr.* 1901*) et f.* 183′—209′ *Miracula nostra continet. F.* 183′ *Vita et Miracula ita coniunguntur:* corpus in ecclesia beati Petri principis apostolorum reconditum multis miraculorum virtutibus pollens evidenter ostendit in terris, quid spiritus possit in celis a Christo duce, qui in sanctis suis adoratur et colitur per omnia secula seculorum. Amen. Explicit liber primus de vita et miraculis sancti Columbani confessoris. Incipit prefaciuncula in libellum secundum de virtutibus sancti Columbani. Quoniam gesta et miracula *etc. Codex, qui initio cum $A_2 A_3$ convenit et Miracula aeque ac A_3 librum secundum Vitae Columbani facit, sine dubio ad classem A pertinet, sed nonnumquam varias lectiones easdem ac codices classis B habet. Librarius autem textum suo arbitrio saepe mutavit, verba addens sive omittens aut eorum ordinem invertens. Codicem Argentoratum missam examinavimus h. m. H. Wibel et ego; ad editionem parandam imagine phototypica ab amico Wibel facta usi sumus.*

Classis B codices textum Miraculorum tradunt, qualis in magnum Legendarium Francogallicum, de quo luculenter disseruit v. cl. W. Levison, SS. rer. Merov. VII, 546 *sqq., receptus est*[3]*. Nos tres codices, qui ad hoc Legendarium pertinent, adhibuimus, in quibus Vitae s. Columbani auctore Iona post librum primum Miracula nostra ita addita sunt:* Explicit Vita beati Columbani abbatis. Incipit prefaciuncula in miracula sancti Columbani abbatis *(ita $B_1 B_2$;* praefatio in miracula eiusdem B_3*). Prologus sic incipit:* Quae Dominus noster per merita *etc. Prima igitur verba Prologi codicum classis A in codicibus classis B amissa sunt. Codices autem sunt hi*[4]*:*

B_1. *Codex Parisiensis bibl. nationalis* 16 735*, membran., formae maximae, olim S. Mariae de Karoli loco, deinde S. Martini in Campis, saec. XII. ex. scriptus, ubi Miracula nostra f.* 100—105 *exstant.*

B_2. *Codex Parisiensis bibl. nationalis* 17 007*, olim bibliothecae Faliensium ('Feuillants') S. Bernardi Parisiensis, membran., formae maximae, saec. XIII. in. exaratus, ubi Miracula f.* 96—101 *scripta sunt.*

B_3. *Codex Montepessulanus H. nr.* 1*, olim S. Mariae Claraevallensis, membran., formae maximae, saec. XIII. in. scriptus, qui f.* 144—152 *Miracula nostra continet.*

Codices Parisienses ipsos non vidimus, sed imagines phototypicae foliorum, quae Miracula nostra continent, ex bibliotheca Parisiensi nobis missae sunt. Codicis Montepessulani Argentoratum missi H. Wibel h. m. imaginem phototypicam fecit.

Praeter hos codices, qui libellum nostrum totum continent, tres alii hoc loco memorandi sunt, quorum duo pauca tantum capita textu plus minusve mutato, tertius opusculum omnino retractatum praebent. Sunt hi:

1) Cf. Bethmann, 'Archiv' XII, 385; Poncelet, Catalogus codicum hagiograph. lat. bibl. Vaticanae (1910) p. 486; Levison, SS. rer. Merov. VII, 662. 2) Cf. Waitz, 'Archiv' VIII, 607; Levison, SS. rer. Merov. VII, 688. 3) Cf. etiam Krusch, Ionae Vitae sanctorum p. 93 sqq. 4) Cf. de eis Levison, SS. rer. Merov. VII, 652. 654. 626

Taurinensis bibl. nationalis F. XI. 10, *membran., formae maioris, olim* Liber S. Columbani de Bobio[1] nr. 7, *exaratus saec. XI/XII, breviarium monasticum continens. In f.* 122—124' *capita* 8—12 *libelli nostri conscripta sunt, in octo lectiones divisa, addita superscriptione:* In relatione sancti Columbani. *Textus in universum cum cod.* A_1 *convenit, sed hic illic sive secundum regulas grammaticas correctus sive arbitrio scriptoris mutatus est, sicut ex. gr. in fine c.* 13, *ubi legitur:* Eis potum tribuit sicque discessit (buit — discessit *in loco raso*). At illi gracias (illi gr *supplet. in margine*) agentes Deo iter, quod ceperant prosecuntur. *Codicem contulit H. Kalbfuss h. m., postea ipse inspexi.*

Multo licentius textus tractatus est in cod. Taurinensi bibl. nationalis F. II. 22[2], *olim Bobiensi, saec. XIV/XV, membran. Ibi inveniuntur f.* 1 Lectiones in solemnitate sancti patris nostri Columbani, *f.* 6 *legitur:* In translatione S. Columbani Papiam omnia fiunt sicut in eiusdem natali praeter lectiones nocturnarum. *Sequitur* Historia translacionis sancti patris Columbani *in lectiones divisa. Lectionem primam speciminis causa hic inserimus (cf. infra c.* 8*):* Tempore Hugonis Longobardorum regis erant quidam principes in Italia, qui avaritiae potius quam fidei ardore ferventes maiestatemque ipsam cupiditate foedantes sanctorum Dei bonis inhiabant, inter quos Wido episcopus Placentinus eiusdemque frater Rainerius nomine necnon alii plures, qui caeca cupiditate praedia ecclesiae Bobiensis erepta sibi asciverunt. Cum autem regina Alda eiusdemque regis coniunx in Italiam veniret, secum habuit sapientissimum quendam religiosumque virum nomine Gerlannum, quem cum rex sapientia pollere conspexisset, primum sibi scribam sive, ut vulgo dicitur, cancellarium elegit. *Codicem ipse inspexi.*

Totum denique opusculum maiore etiam licentia retractatum continet cod. **Mediolanensis** *bibl. Ambrosianae G.* 33 *sup., chartac., olim (f.* 1*)* monasterii S. Columbani de Bobio, *scriptus saec. XV. f.* 22—36'[3]. *Superscriptio est:* Prohemium super miracula, que post eius mortem beatus vir demonstravit. *Capita* 21 *et* 22 *in unum caput contracta similiterque c.* 23. 24 *et initium c.* 25 *valde abbreviata et in unum caput contracta sunt. In fine caput novum additum est, quod editum est Anal. Bolland. XI,* 327. *Codicem inspexit v. cl. A. Hessel olim socius noster, postea ipse cum evolvi.*

Editionem principem libelli nostri paravit Thomas **Messinghamus** *sacerdos Hibernus, s. Romanae ecclesiae protonotarius necnon seminarii Hibernorum Parisiensis moderator, in libro qui inscribitur: 'Florilegium insulae sanctorum sive vitae et acta sanctorum Hiberniae' (Paris.* 1624*) p.* 239—252. *Usus est codice valde mendoso et interpolato bibliothecae v. cl. domini Thuani in [illegible] ma Gallorum caria praesidis. Qui codex codicum nostrorum* B_1 B_2 *affinis erat.*

Editionem Messinghamii repetivit Patricius Flemingus Hibernus ordinis fratrum Minorum in libro qui inscribitur: 'Collectanea sacra seu sancti Columbani Hiberni abbatis . . . acta et opuscula per Thomam Sirinum . . . castigata et aucta' (Lovanii 1667*) p.* 244—261. *Codex Thuani non inspectus, sed textus Messinghamii paucis locis emendatus est.*

Tertius Miracula nostra edidit v. cl. I. Mabillon in Actis sanctorum S. Benedicti saec. II. p. 40—55 *(ed. sec. p.* 37—51*), usus duobus codicibus Autissiodorensi et Cisterciensi, quorum alter nostris codicibus* B_1 B_2, *alter nostro* B_3 *arctiore affinitate coniunctus erat*[4]. *Sed Mabillonius textum satis licenter tractavisse videtur, saepe lectiones praebens, quae nullo codice nituntur. Nos lectiones Mabillonii, quatenus in apparatum criticum recepimus, littera* **M** *signavimus.*

Codice Taurinensi a nobis A_1 A_2 A_3 *signato ad edenda Miracula primum usus est* **Benedictus Rossetti** *in libro, qui inscribitur 'Bobbio illustrato' (Torino* 1795*) lib. II. part.* 3, *p.* 149—181, *ubi tamen prologus et c.* 1—7 *omissa sunt.*

Novam editionem in t. XXIX Scriptorum nostrorum recipiendam ante complura decennia paravit v. cl. h. m. Oswaldus Holder-Egger, et ipse solo codice Taurinensi eodem, quo Rossetti, et editione Mabillonii usus. Quae editio iam typis mandata fuit, sed suppressa et numquam publici iuris facta est. Quod cur factum sit, nescio, sed suspicor causam fuisse, quod editor

1) Cf. Levison SS. rer. Merov. VII, 683 et quae ibi annotantur. 2) Cf. Poncelet, Anal. Bollandiana XXVIII, 429. 3) Cf. Analecta Bollandiana XI, 327; Bibl. hagiograph. Lat. I, 287 nr. 1905. 4) Notandum est, teste W. Levison Miracula nostra neque in cod. Divionensi nr. 642 Legendarium Cisterciense comprehendente neque in cod. Autissiodorensi nr. 127 legi. Sed non prorsus negare velim codicem, quem Mabillonius Cisterciensem vocat, si non nostrum A_3 ipsum, eius gemellum fuisse.

praeter Taurinensem alios codices, qui non omnino negligendi essent, extare comperimus. Nos plagulis huius editionis ad nostram corrigendam non sine fructu usi sumus.

Auctor libelli nostri sermone rudi et vulgari usus est, simili saepe illi, quo nobili Italici saec. X. et XI. in cartis scribendis utebantur[1]. *Qui sermo iam in cod. A_1 hic illic a correctore emendatus, in A_2 et A_3 saepe retentus, in codicibus A_2^a, A_4, B, M plerumque secundum regulas grammaticas correctus est, sed nonnulla vestigia etiam in his codicibus reliquit. Nos in editione nostra, quae prima critica est, plerumque A_1 A_2 A_2^a secuti sumus, sed eorum lectiones ex consensu ceterorum codicum omnium sive complurium ibi correximus, ubi hic consensus non ex studio sermonis grammatice corrigendi explicari poterat. In apparatu annotavimus lectiones varias cod. A_1 omnes, cod. A_2 A_2^a omnes praeter orthographicas, cod. A_3 plerasque praeter orthographicas. Ceterorum codicum lectiones varias ibi tantum annotavimus, ubi saltim duo earum a lectione in textum recepta discrepant; lectiones vero, quas unus tantum codicum A_4 B_1 B_2 B_3 M habet, omnino negleximus.*

H. Bresslau (†).

INCIPIT PREFACIVNCVLA[a] DE VIRTVTIBVS SANCTI COLVMBANI[a].

Quoniam[b] gesta et miracula[b], quae Dominus noster per merita patroni nostri sanctissimi Columbani pandere dignatus est, ab ortu nativitatis eius usque ad adventum ipsius in partibus Ebobiensis[c] seu et de constructione ipsius coenobii vel obitu eius lonae cuiusdam studio transscripta comperimus[d], caetera, quae adhuc ipse vivens gessit in supradicto loco, quia prefactus[e] vir silendo preteriit, ut ne tanti viri gesta vel miracula oblivioni traderentur, iussum mihi[f] est[f] a[g] quodam preceptore meo, ut[g] proprio stilo, quomodo valerem, transscriberem. Quod ego denegare non ausus sum, quia vapulare metuebam, et, cum essem indoctus, inchonre timebam, qua de re undique premebant me angustiae[2]. Sperans tamen in eum, qui linguas infantium disertas facit[3] et qui per prophetam clamat[4]: 'Aperi os tuum, et ego adimplebo illud', quod ille mihi minimo intellectum posset tribuere per misericordiam, quod deerat per aetatem, ad ea iuxta meam parvitatem recitanda toto me desiderio mancipavi. Ne[h] cogitet quisquis[i], quod audacter vel propriis viribus confisus sarcinam tantae molis arripuerim, sed quia iussio preceptoris me ad hoc opus impulit nec fas fuit eius, sicut iam retuli, iussionibus non parere. Nihil itaque mihi conscius[5], sed prius ad Deum mente conversus, suppliciter postulavi, ut vel scintillam sancti sui spiritus mihi parvulo non negaret ad ea enarranda[k], quae iussus fueram. Aliter enim nequibam, sicut ipse dicit: 'Sine me nichil potestis facere'. Discant etiam aemuli non Ioh. 15, 5. me irridere, quia non sponte, sed coactus hoc opus aggressus sum. Ab exordio enim aedificationis aecclesiae[l] in iam facto[m] loco et ipsius dilectissimae speluncae haec enarrare coepi et pauca de eius virtutibus disserere, quae a veracissimis viris didici, et postea ad ea[n] me contuli, quae temporibus precellentissimi Hugonis regis acta sunt, quia necesse fuit ibi aliquid immorari. Titulos etiam cuiuscumque virtutis subposui[o], quo facilius eluceret[p] in capite, quicquid esset requirendum in corpore.

EXPLICIT[q] PROLOGVS[q].

Praefatio: $A_2A_3A_4B_1B_2M$.

a) *ita* A_1A_3; prefaciuncula in libellum secundum de vita sancti Columbani A_4; prefaciuncula in miracula sancti Columbani abbatis B_1B_3; prefacio in miracula eiusdem B_2; praefatio auctoris *M*. b) Quoniam — miracula *om. BM*; miracula *om.* A_3. c) *ita* A_4BM; Ebobienses, *corr.* Ebobiensis, A_4; Ebobiensibus A_3. d) reperimus (repperimus) *BM*. e) ipse prefactus A_3; prefatus *ceteri, sed cf. infra l.* 34, *n.* m *et p.* 999 *l.* 26, *n.* i. f) est mihi (michi) A_4BM. g) ut a quod. prec. meo propr. B_2; ut a quod. prec. meo propr., *corr. ut in textu*, B_1B_3. h) nec A_4BM. i) quisquam A_4M. k) narranda B_3M. l) eccl. misericordia in iam *BM*; eccl. innuam A_4, *ubi in — loco desunt*. m) *ita* A_3, facto, *corr.* fato, A_3; fato A_4BM; *cf. supra l.* 20, *n.* e *et infra p.* 999 *l.* 26, *n.* i. n) eas B_1B_2. o) superposui B_1B_2. p) elicéret A_1A_4. q) *ita* A_3B; *om.* A_2; Explicit prefacio, incipit liber secundus A_4.

1) Cf. quae de sermone vulgari Italico, diverso ab illo, quem ex libris cartisque Francogallicis aevi Merovingici novimus, disserui 'Handbuch der Urkundenlehre' II[2], 347 sq. 2) Dan. 13, 22: *angustiae sunt mihi undique*; 1. Par. 21, 13: *ex omni parte me angustiae premunt*. 3) Sap. 10, 21: *linguas infantium fecit disertas*. 4) [Cf. Ezech. 2, 8: *Aperi os tuum et comede, quaecumque ego do tibi*. H.] 5) [Cf. 1. Cor. 4, 4: *Nihil enim mihi conscius sum*. H.]

Capitulum I. De adventu ipsius in Italia[a] et de constructione aecclesiae in loco Ebobiensi[b].

Sanctus[c.1] igitur[c] Columbanus[d] Hiberniae ortus post alia coenobia in partibus Galliarum[f] structa[g] seu[h] et post nonnulla adversa, quae a Theoderico[i] rege et Brunichilde[k] perpessus est, monitu angelico[2] Italiam[3] veniens ab[l] Agilulfo[m] Longobardorum rege honorifice susceptus est, sicut in sacris eius reperintus gestis[3]. Dataque ei obtione[n] loci Ebobiensis monasterium inibi construere coepit, ubi etiam aecclesiam in honore almae Dei genitricis[o] semper[o] virginis Mariae ex lignis construxit ad magnitudinem sanctissimi corporis sui. Inter caeteras denique virtutes, quae Dominus in ipsa est operatus[p] aecclesia, haec[q] precipue viguit, sicut ab antecessoribus nostris audivimus, quod, si aliquis tristis illic adveniebat, si ibi aliquam morulam haberet, interventu sanctae virginis supradictique viri laetus exinde revertebatur. Ante ipsam denique aecclesiam sanctus Attala[r.4] crucem adfixit, ubi et meruit caelos videre apertos[5]. Ipsamque aecclesiam venerabilis abbas Agilulfus[s.6] ex lapidibus struxit[t] turremque super eam aedificavit et campanas in[u] ea pendere fecit[u], sicut nunc cernitur.

Capitulum II. De vestigio pedis[a] in petra expresso[b].

Venerabilis etenim Columbanus secretiorem locum exquirens, sicut eius mos erat, ut videretur[c] aliquantulum segregatus a fratribus vacare orationibus et ieiuniis immorari[d], egressus a monasterio transitoque flumine Trevia, iuxta illud pergens devenit ad fluviolum, quod[e] vocatur Coriasca[7]. Indeque iuxta alveum ipsius fluminis iter agens, rupes[f] illas circumquaque previdens[g] advenit inter duos montes, unde illud decurrit. Ex quibus unus, qui est ad dexteram partem, vocatur Tellectum, alter vero, qui est ad laevam, nuncupatur rustica lingua Groppo Altum[h.8]. In illam vero ripam, quae est ad sinistram partem, ascendens devenit ad quandam petram, quae videtur in eminentiori rupis[i] esse posita, et exinde circumquaque rupes hinc et ipde conspicere poterat. Mirabileque dictu! in ipsa petra vestigium sanctissimi pedis eius dextri sic impressum[k] est, sicut hodieque apparet, quasi si aliquis sigillus[l] in cera expresserit et ablato illo, cuiuscumque fuerit[m] figurae[n], demonstret, sic et ipsa petra, sicut supra diximus, vestigium ipsius demonstrat sancti. Ex illa enim die ipsum[o] locum[o] ob reverentiam venerandi viri lingua rustica Ad-Urnam[p] sancti Columbani vocatur. Sed nostris[q] in temporibus[q] unus rusticus, qui in ipsa rupe[r] caprellas[s] custodiebat, ipsam petram ascendens — sicut mos est pastorum in illam[t] ascen-

Cap. 1: $A_2A_3A_4B_2B_3B_4M$.

a) Italiam A_1A_4. b) Bobiensi A_4 *(hoc loco et in Indice) et* A_2B_2. c) S. ig. *om.* B_2; Col. igitur *M.* d) C. B_1B_4. e) Hybernia B_1; in Hibernia A_2A_3; Hibernia *Ionas.* f) Galliarum A_4. g) *ita* A_2BM; constructa A_2A_4. h) seu *om.* A_4. i) *ita* A_4BM; Theuderico A_2A_3. k) *ita* A_2BM; Brunichelde A_2; Brunihilde A_4. l) a A_2. m) Aigulfo B_1. n) *ita* $A_2B_1B_2$; optione *ceteri.* o) genitricisque semper A_2. p) est operatus est B_1; operatus est B_2M. q) hoc A_4. r) *ita* A_2; Attalus A_1A_4M; Atalus B. s) Agilulfus A_4; Aigulfus B_2. t) construxit A_2A_3. u) in ea fec. pend. B_2; fec. in ea pond. *M.*

Cap. 2: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) pedum ipsius B_2B_3M; pedis ipsius A_1B_4. b) et de rustico qui eandem petram fregit *add.* A_4. c) valeret A_3. d) immorari *om.* A_2. e) qui A_4M; qui, *corr.* quod, B_3. f) ruposque A_4; rupes, *supersc.* que, B_3. g) previdens A_2BM. h) poaltum A_2; grobpoaltum A_3. i) rupe B_2; eminentiore rupe *M.* k) *ita* $A_2A_4B_2B_3$; expressum A_2B_2M. l) *ita* A_4; *cf. infra n. o;* sigillum *ceteri.* m) fuerit *om. BM.* n) figurę signum B_3, *ubi* cuiuscumque — demon- *in loco raso scriptum est;* figuram *M.* o) *ita* A_2A_3; ipse locus B_2; nec, *corr. in margine* ipse, locus A_4; ille locus *M.* p) urnam A_2A_3. q) in temp. nostris *BM.* r) rupe *om.* A_2; illa rupe *M.* s) capellas A_2A_4M. t) ipsam A_4.

1) Cf. Ionas, Vita Columbani I, 2. 2) Ibid. I, 27. 3) Ibid. I, 30. 4) Discipulus et successor s. Columbani mortuus circa annum 625. vel 626. 5) [Cf. Act. 7, 55: *Ecce video caelos apertos.* H.] 6) Agilulfus abbas Bobiensis primum nominatur in diplomate Karoli III. (Cipolla, Codice diplomatico del monastero di S. Colombano di Bobbio' I, 223 nr. 67). Sed diploma falsum et valde dubium est, num falsarius nomen Agilulfi ex genuino, quo usus est, diplomate deprompserit, cum tempore Karoli III. Liutwardum episcopum Vercellensem et archicancellarium imperatoris abbatiam Bobiensem possedisse sciamus, cf. Dümmler, 'Geschichte des ostfränkischen Reiches' III^2, 282. Agilulfus autem abbas occurrit in nota dorsuali diplomatis Berengarii I. anno 888. dati (Cipolla l. l. I, 230 nr. 67); nominatur ultimum in diplomate Lamberti imperatoris anni 896 (ibid. I, 249 nr. 74). 7) Sic etiam hodie rivulus ille vocatur, qui in Trebbiam flumen influit (H.-E.). 8) Forsitan mons, qui nunc dicitur Gruppo di Carana (H.-E.).

dere propter calorem solis vel ob custodiam caprarum — non dedit honorem Deo[1] neque sancto Columbano; ipsam[u] partem[v] a corpore totius petrae separavit et in fluviolum, quod prediximus, devolvit. Homo[w] vero rusticus ipso[x] die percussus est et postea non meruit sanari. Quo comperto venerabilis sacerdos[y] Teoderulfus[z] nomine, qui eidem speluncae tunc preerat, ipsum perquiri fecit et ad se deportari rogavit dignoque loco[a] reposuit.

Capitulum III. De inventione speluncae[a] et petra[b] in sui[c] loco apposita.

Sanctus denique Columbanus in iam dictam rupem locum sibi aptum non inveniens, ipsam relinquens, in rupem aliam, quae est iuxta montem praedictum, ascendens, subtilissime perlustrans devenit ad radicem saxi, cui supereminet magna rupis. In eo[d] itaque locum sibi cernens congruum mundanisque aecclesiam inibi construxit in honore beatae Dei genitricis semperque virginis Mariae ea mensura, quam supra ostendimus[2]. Solitariam vero ibi agens vitam soli Deo vacabat ieiuniis[e] et orationibus, tantum sabbato vel diebus festivis[f] ad monasterium revertebatur. Totaque quadragesima illic mansisse[g] perhibetur. Cumque semitam illic requireret, unde venire vel redire posset, transitum habuit secus saxum, de quo olim magna pars divisa fuerat et in ipso itinere iacebat. Denique, cum ex nulla parte locum divertendi inveniret, humano destitutus auxilio ad divinum recurrit[h], orans virtutem sibi a Deo dari, quatenus ipsam partem in suo loco posset restituere. Tantam[i] autem adminiculans Dei pietas electo suo virtutem tribuit, ut ipsam suo loco[k] restitueret, unde visa fuerat cecidisse, liberum gressum omnibus illic[l] tendentibus dans. Ob venerationem itaque tanti miraculi a fidelibus crux iuxta eam posita est, sicut et[m] hodie cernitur.

Capitulum IIII. De cruce iuxta saxum posita[a].

Sanctus itaque[b] Columbanus non longe ab aecclesia, quam diximus, locum alium eligens, ubi saxum erat aliquantulum concavum, crucem ibi[c] affixit. Consuetudo est enim hominibus eiusdem gentis[3] unoquoque[d] die[d] centies et eo amplius genua[e] flecteré; et[f] ad quod opus eundem[g] locum[g] ab eo credimus expetitum. Quidam autem Francigena orationis[h] causa iter Romam[h] agens transitum habuit iuxta iam factam[i] speluncam. Ut cognovit autem a dicentibus in illis partibus aecclesiam a beato Columbano constructam, orationis causa illic[k] pervenit. Cumque venisset ad hostium[l] et, sicut mos est, pulsasset, receptus ductusque est ad orationem. Resumptisque paululum viribus perrexit ad iam dictam crucem ibique flexis poplitibus orans, crucem ipsam aspiciens solliciteque inquirens, quis illic eam apposuerit, ut didicit a sancto Columbano factam et illic appositam, oportunum tempus exquirens partem ex ea latenter abstulit et ob amorem sancti viri semper secum deportavit. Romam itaque pergens locaque sanctorum circuiens reversus postea est in Franciam. Inter caetera vero narrationis suae colloquia virtutes sancti Columbani, quas a custode predictae speluncae didicerat, narrabat gloriabaturque se habere partem crucis, quam ipse[m] sua fabricaverat manu, et per quem non paucas virtutes factas narrabat. Post multum vero temporis ex ipsis partibus veniens ad predictam speluncam partem crucis, quam deportaverat[n], et virtutes, quas[o] per eam Dominus egerat[o], narravit. De quibus virtutibus videtur nobis rectum[p] esse[p] nostro operi unam insecrere. Agebat[q] enim predictus Francigena fratrem suum longo tempore caduca passione vexatum austu[r] ipsius crucis sanitati pristinae restitutum, cessante iam omni pene industria medicorum.

u) *ita A_1BM;* ipsamque A_2A_3. v) pariter *BM.* w) *ita A_1A_3;* idem A_1BM. x) ipsa A_3. y) presbiter A_1. z) *ita A_1A_3;* Theoderulfus *ceteri.* a) in loco A_3.

Cap. 3: $A_1A_2A_3B_1B_2B_3M$.

a) *ita A_1A_3 et Index (ubi* spelunche*);* de inventa spelunca A_1BM. b) divisa per orationem sancti Columbani *add.* A_1. c) *ita A_3;* suo *ceteri.* d) *ita A_1A_3;* ea A_1BM. e) id ieiuniis *BM.* f) *ita A_1A_3;* festis A_1BM. g) permansisse A_3. h) rediit A_3. i) tanta B_1B_3 *(non B_2) M.* k) loco suo *BM.* l) illuc A_3; illic, *corr.* illuc, B_3; tendentibus illic A_1. m) et *om.* A_3.

Cap. 4: $A_1A_2A_3B_1B_2M$.

a) et de Francigena quodam, qui unam partem eiusdem crucis secum latenter abstulit *add.* A_3. b) *om. BM.* c) sibi *BM.* d) unaquaque die A_1; unumquemque per diem *BM.* e) genu *BM.* f) et *om.* B_2M. g) locum sunt. *BM.* h) orationum *BM.* i) *ita A_1A_3;* fatam *ceteri.* k) illuc A_3. l) *ita A_1A_2;* ostium *ceteri.* m) ipse *om.* B_1B_2M; *in B_2 verba* gloriabaturque — narrabat *omissa sunt.* n) reportavit *add.* A_3. o) quas — egerat *om.* A_3. p) esse rectum A_3. q) *ita A_1A_3 pro* aiebat, *quod habent A_1B;* dicebat *M.* r) *ita A_1A_3;* haustu *ceteri.*

1) Cf. Act. apost. 12, 23: *eo quod non dedimus honorem Deo.* 2) Scilicet *ad magnitudinem corporis sui.* 3) Scilicet Hibernorum.

Nullus enim eius potuit incommoditati aliqua medendi arte succurrere, quia ad laudem sui nominis servo suo Columbae Dominus huius prerogativam contulerat sanitatis. In eodem vero loco, in quo predicta crux a sancto Columbano posita fuerat, aecclesia in honore sanctae crucis constructa est, sicut nunc cernitur, ubi[x] etiam ipsa crux pro amore incliti viri honestissime servatur.

Capitulum V. De legumine[a], quod numquam[b] seritur, sed ex se profert semen.

Quia de constructione dilectissimae[c] speluncae loqui coepimus, libet de virtutibus sancti Columbani unam[d] inserere, de quibus ipse locus usque nunc floret. Nam legumen pis, quod rustici herbiliam[1] vocant, ex adventus sui tempore per singulos annos sponte nascitur per illas rupes, quas ipse perambulavit, nullo serente et, quod maius[e] nobis[e] miraculum videtur, per scissuras petrarum, ubi nullus humor adest. Non aequaliter tamen per singulos annos nascitur; in multis autem locis, ubi presenti anno orta fuerit, in alio non[f] erit[f]. Sed in loco[g] virtutem Domini nostri esse credimus, quod[h] ipse per servum suum cotidie operatur. Nam si in uno loco per singulos annos nasceretur, forsan multi putarent, non esse meritum sancti, sed quod[i] de illius semine ibi[k] caderet et inde oreretur. Mos enim est custodi ipsius speluncae, quando apparuerit, ibi signum mittere, quousque ad maturitatem pervenerit, diligenterque tunc colligere et abbati transmittere. Abba[l] vero regibus sive principibus solitus est pro benedictione sancti Columbani dare.

Capitulum VI. De Petro[a] quodam[b] ferrario[c].

Quidam[d] ferrarius Petrus[e] nomine[e] et in ipsa arte bene instructus omnibusque nobis notissimus nuper excaecatus est. Habens denique uxorem et filios contristari coepit, quomodo[f] eos gubernare vel regere possel, qui humanam lucem amiserat. At ille videns se esse privatum lumine, humanam medicinam respuens ad divinam recurrit. Precepit namque uxori suae, ut ceram in luminaribus prepararet et homines, qui eum ducerent ad predictam speluncam, adquireret. Veniente vero[g] illo ad iam dictam speluncam, ingressus oratorium cum luminaribus deprecabatur sanctum Columbanum, quatinus intercederet pro eo ad Dominum, ut ei pristinum lumen reddere dignaretur. Meritis itaque[h] sancti Columbani meruit amissum lumen recipere et gratias agens Deo cum gaudio reversus est ad[i] domum suam. Denique adhuc superest et valet et bonum[k] testimonium ab hiis habet[k], qui eum norunt.

Capitulum VII. De contracto in sollempnitate sancti Columbani sanato[a].

Miraculum, quod gestum est in supra memorato coenobio Ebobiensi tempore Berengarii[2] imperatoris, videtur nobis[b] non esse commodum silentio tegere, quia, sicut Raphael angelus Tobiae dixit[3], opera Dei honorificum[c] est revelare et decentissimum[c]. Huius ergo miraculi multi[d], qui adhuc supersunt, testes sunt, qui in ipsa sollempnitate ibi[e] affuerunt[e]. Fuit quidam pauperculus nomine Godinus[f] ex Francia ortus omnique corpore contractus, ita ut vascula, in quibus solebat cibum vel potum sumere, nullo modo aliter portare posset, nisi super collum poneret et sic reptando cum bacillis properaret. Adveniens igitur in iam dictum locum[g] receptus ductusque est ad[h] hospitale, sicut mos est, ibique hospitium et victum inveniens plures illic mansit annos. Quodam itaque anno in vigilia sollempnitatis sanctissimi[i] Columbani omnibus membris dolere coepit. In ipsa autem

x) ibi A_2.

Cap. 5: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) pise *add.* A_4. b) ibi *add.* A_4. c) dilectissimi *BM.* d) unam *om. BM.* e) *ita* A_1A_2; nobis maius *ceteri.* f) *ita* A_2A_3; deerit *ceteri.* g) *ita* A_1A_3; hoc *ceteri.* h) quo A_3. i) quod *om.* A_4BM. k) ubi *BM.* l) *ita* A_2; abbas *ceteri.*

Cap. 6: $A_2A_4A_4B_1B_2B_3M$.

a) puero *BM.* b) quondam *B.* c) illuminato *add.* B_3. d) vir *add.* A_4BM. e) nomine Petrus *BM.* f) *ita* A_4BM; qualiter A_3; qñ A_4. g) ergo *BM.* h) ergo A_3. i) ad *om. BM.* k) ab hiis bon. test. habet A_2; bon. ab his test. habet A_3; bon. test. ab his habet A_4; bon. test. habet ab his *BM.*

Cap. 7: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) sanato *om.* A_3; erecto A_4; abbatis B_3; sanato *ceteri, forsitan ex coniectura, nam veri non dissimile est in archetypo ultimum verbum superscriptionis sive illegibile fuisse sive omnino defuisse, cf. cap.* 8. b) nobis *om.* A_2. c) *ita* A_2A_3; rev. bon. et dec. est A^4BM. d) multi *om. BM.* e) inibi fuerunt A_2. f) Gaudinus *M.* g) locum *om.* B_1B_2. h) ad *om.* A_2. i) *ita* A_2BM; sancti A_3A_4.

1) Secundum Tommaseo e Bellini 'Dizionario' etc. s. v. 'robiglia' (ita enim per metathesim hodie in Italia vocatus) est 'sorta di legume salvatico simile a' piselli'; nobis Ervum Ervilia, 'Linsenwicke'. 2) 888—924 [, sed imperator demum a. 915. H.] 3) Tob. 12, 7: *Opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est.*

nocte sonatis signis ad vigilias omnes accurrunt. Ipse vero inter eos affuit nimis dolendo atque lamentando, ita ut in ipsis vigiliis magnas voces emitteret vocesque[k] nonnullorum psallentium vel legentium interrumperet. Multi vero sperantes[l] eum tunc[m] exire de seculo condolebant[n] ei. Finitis vero matutinis et ad maiorem missam venientibus ipse, sicut iam diximus, advenit. Diaconus vero in ambonem ascendens evangeliumque pronuntians, ipse vero[o] nihilominus magnis clamoribus angebatur[p], et coeperunt ossa eius sonare, quasi dum[q] virgulta frangerentur, coepitque se extendere. At illi, qui iuxta eum erant, videntes, quod fiebat, levantes eum adducunt inter[r] cancellos. Videntes autem omnes, qui aderant, virtutem Dei per meritum sancti Columbani in ipso fieri in lacrimas resoluti sunt, ita ut diaconus, qui evangelium legere inceperat, vix propter luctum finire valeret. Et levantes eum deportaverunt in criptam ante sacratissimum sancti Columbani sepulchrum, laudantes[s] Dominum, qui per servum suum eo tempore tantum miraculum declarare dignatus est. Ipse autem Godinus[t] aiebat se videre duas columbas pulcherrimas sedere super[u] sacratissimum corpus; hiis tamen, qui ibi aderant, non est datum eas videre. Credimus enim in tanta virtute non defuisse presentia[v] sanctissimi viri. Ipse vero in omnibus recuperata sanitate per aliquot menses ibidem mansit et postea discessit. De his itaque[w] nunc veniamus ad ea, quae superius promisimus.

Capitulum VIII. De principibus, qui terram[a] sancti Columbani[a] invaserunt, et[b] qualiter Gerlannus[c] supradicta[d] abbatia[b] .....

Tempore excellentissimi regis Hugonis[1] erant principes in Italia, qui nec recta facere neque etiam consentire cupiebant, de quibus sapientissimus Salomon nos ammonet[2]: 'Ne aemuleris', inquit, 'viros malos nec desideres esse cum eis, quia rapinam[e] meditatur[f] mens illorum[f] et fraudes labia eorum locuntur'. Et ipse in Aecclesiastico[g.3]: 'Interdum dominatur homo homini in malum suum. Vidi impios sepultos, qui etiam, cum adviverent, in loco sancto[h] erant et laudabantur in civitate quasi iustorum operum. Etenim quoniam non profertur cito contra malos sententia, absque ullo timore et[i] filii hominum perpetrant mala'. Inter quos erant Wido episcopus Placentinae urbis[4] et Raineriius[k.5] et non pauci alii, qui res aecclesiae Bobiensis[l] abstractas habebant et iniuste suo iuri coniunctas.

Silveradus[m] autem illo tempore regebat supradictam abbatiam[6]. Contigit autem, ut Alda nobilissima regina[7] duceret secum sapientissimum castissimumque atque nobilissimum virum nomine Gerlannum[n.n], cupiens eum episcopali fastigio sublimare. Videns autem eum rex sapientiae florere virtutibus, suum sigillum ei tribuit summumque cancellarium esse 927.
precepit[o]. Mortuo autem Silverado abbate tribuit ei supra memoratam abbatiam, in qua 928.
veniens invenit eam sua possessione privatam, unde multum tristis effectus cogitare coepit, qualiter ipsam terram ab illorum dominatu abstraheret. Unde sepius interpellavit supradictum regem, sed rex potestative eam non valebat ab illis auferre; metuebat enim illos.

k) *ita A_2BM;* et voces A_2; nonnullorumque voces A_1. l) *ita A_1A_3;* sperabant A_1BM. m) tunc *om.* A_2. n) *ita A_2A_3;* condolentes A_1BM. o) vero *om.* A_1BM. p) ägebatur A_3; aiebatur, *corr.* aiebatur A_1; agebatur *BM*. q) *ita A_3BM;* dum *om.* A_2A_4. r) intra A_1; ante *BM*. s) laudantesque A_3. t) Gaudinus A_1M. u) supra A_1A_3. v) *ita.* A_3; quod in tanta virt. non defuit presentia A_1; presentiam A_4BM. w) *ita A_2A_3:* itu A_4BM.

Cap. 8: $A_1A_3A_4B_1B_2B_3M$.

a) *ita* A_1; tempore, *corr.* temporibus, s. Col. A_3; s. Col. terram A_4; res s. Col. *BM*. b) et — abbatia *om. M et Index.* c) Gerlanno venerabili viro A_4. d) supradicta abb. A_3 *et ita in archetypo scriptum fuisse credo, ubi sententia non completa erat;* supradictus abbas A_1; supradicta abbatia est tradita A_4; supradictam abbatiam accepit B_1B_2; supradicta abbatiam accepit B_3. e) rapinas *BM*. f) mens ill. med. *BM*. g) ecclesiastes, *corr.* ecclesiasti, *emendavit recte* A_3, *cf. n.* 3. h) suo, *corr.* sancto, B_3; suo *M*. i) et *om.* A_3A_4. k) Rainherus A_4. l) *ita hoc loco A_1A_3B propter praecedentis vocis e finale, ut videtur;* Ebob. A_4M. m) *in marg. minio* Secunda, *scil.* lectio A_4. n) Gerlannus $A_4B_1B_3$.

1) Rex creatus a. 926. 2) Proverb. 24, 1. 2: *Ne aemuleris viros malos nec desideres esse cum eis, quia rapinas meditatur mens eorum et fraudes labia eorum loquuntur.* 3) Ecclesiastes (non Ecclesiasticus) 8,9—11, ubi *cum adhuc viverent* et post *operum* legitur: *sed et hoc vanitas est. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.* 4) Sedit c. 904 — c. 940. 5) Frater Widonis episcopi, v. infra c. 21. 6) Silveradus abbas Bobiensis nisi in libello nostro nusquam nominatur. 7) Uxor Hugonis regis *ex Francorum genere Teutonicorum*, Liudprandi Antapodosis II, 20; cf. Poupardin, 'Le royaume de Provence' p. 224, n. 6. 8) Sine dubio e Burgundia ortus. 9) Gerlannus anno 927. ineunte cancellarius, anno 928, cum iam abbas Bobiensis esset, archicancellarius *(summus cancellarius)* creatus est; cf. Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre' I^2, 395 n. 3; Schiaparelli, 'I diplomi di Ugo e di Lotario' in 'Bullettino dell' Istituto stor. Italiano' nr. 34 p. 20, n. 1 58 sq. 61 sq.

ne, si aliquid contra eorum voluntatem ageret, regni dampnum incurreret. Quos[n] scimus etiam contra eum sepius rebellasse. Consilium autem predicto patris[p] rex Gerlanno[q] tribuit, ut corpus beati Columbani caute de tumulo levaret, et quando ipse conloquium cum suis principibus ageret, Papie deferre[r], ut videntes ipsum sacratissimum corpus propter suas res illuc delatum esse et[s] vel sic ab illorum rapacitate cessarent.

Capitulum VIIII. De magistris ad sepulchrum sancti Columbani frustra[a] laborantibus et[b] virtus[c] ibi peracta[b].

c. 928/29. Non multo post itaque ad monasterium reversus paucis senioribus secretum hoc indicavit iussitque uno[d] ex magistris nomine Christiano, ut ex lignis abiegnis[e] arcam faceret aptam tanto pignori ad portandum. Nos autem, qui eramus illo in tempore, arcam fabricare videbamus, sed, ad quod opus fieret, ignorabamus. Appropinquante autem die, quo sanctum corpus levandum erat, iussit supradicto magistro, ut ad sacratissimum corpus cum magna reverentia[f] accederet mensamque sublevaret. Quod et factum est. Cum autem vellent lapides desuper sacrum sepulchrum levare, tota die frustra laborantibus[g] nec unam quiverunt amovere. Pavore autem perterriti indicaverunt hoc[h] abbati. Quo audito nimio terrore perculsus[i] ad sacratissimum sepulchrum devenit prostratoque toto corpore in terram[k], cum lacrimis asserens[l] se non ob aliam causam levare velle, nisi necessitate sibi servientium compellente. Diuque ibi orante, ut sineret se levari, cum magno gemitu obsecrabat[m]. Illoque ad suam domum reverso tanta celeritate levate[n] sunt, ut omnes aperte cognoscerent, antea se levari non vellet[o]. Ad lapidem autem venientibus, qui[p] tegebant[p] sanctum corpus, non sunt ausi levare, sed nuntiaverunt abbati, ut veniret et indicaret, quid exinde vellet[p]. Veniente vero[q] illo cum religiosis fratribus, sublato lapide sanctum corpus aspicientes subtilissimo pallio circumdatum, perfusi lacrimis prostratique in terram[r] diu oraverunt coopertoque sepulchro et sigillo apposito usque in crastina[s] dimiserunt.

Capitulum X. Qualiter sanctum corpus de tumulo est elevatum[a], vel de sanitate cuiusdam[b] presbiteri.

c. 928/29. Mane autem peracto, venientibus omnibus fratribus cum clericis de circumadiacentibus plebibus quasi hora tertia in maiori ecclesia, et ipse venerabilis abbas cum quattuor religiosis monachis sacerdotalibus vestibus indutis prostrati in terram[c] cum magno rugitu et lacrimis oraverunt sanctumque corpus aspicientes alio pallio circumdederunt[d] et in arca[e], quam prediximus[1], condiderunt. Cooperta itaque arca serisque offirmatis, aliique[f] ante fores ipsius criptae expectantes cum caereis et lampadibus atque timiamateriis[g], reliqui omnes in maiori ecclesia laetanias personabant. Levatum itaque pretiosissimum corpus delatum est in throno ante altare almi clavigerique Petri, et qui abstabant[h] magno fletu permoti grandibusque[i] clamoribus aiunt: 'Sancte Columbane, adiuva nos! Tui sumus, obsecra Dominum, ne pereamus!' Et custodibus deputatis perrexerunt omnes ad mensam. Sed quod in[k] ipso spatio Dominus per servum suum operatus est, videtur nobis non esse silendum. Grimoaldus quidam presbiter, custos aecclesiae sancti Martini[2], gravissimo

o) quia B_1B_2M; quia scimus eos etiam B_3. p) *ita* A_1; patri *ceteri*. q) Gerlando A_3; Gerlano A_4. r) *ita* A_1; deferrent *ceteri*. s) *ita* A_1A_3; et *om.* A_4BM.

Cap. 9: $A_1A_3A_4B_1B_2B_3M$.

a) frusta A_1. b) et — peracta *om.* A_3BM. c) *ita* A_1; virtute ibi *Index*; ibi virtute A_3. d) uni A_3; uno, *corr.* uni, B_3. e) abignis, *corr.* abiegnis, A_1. f) reuenerentia A_1. g) laborantes A_4; laborantibus, *corr.* laborantes, B_3. h) hoc *om.* A_3; hęc B_3. i) percussus *BM*. k) terra *BM*. l) asserebat A_4; asserit B_3. m) obsecrabant A_1. n) *ita* A_3; levate A_1; levati B_1; levati sunt lapides A_4; levaverunt *M*. o) *ita* A_1; quod antea se lev. non vellet A_4; velle *ceteri*. p) *ita* A_1; qui tegebat A_3BM; Ad lapidem — vellet *om.* A_4. q) ergo *BM*. r) terra *BM*. s) *ita* A_1A_3; crastinum A_4B_3; crastino B_1B_2M.

Cap. 10: $A_1A_3A_4B_1B_2B_3M$.

a) levatum et de *Index*. b) quondam A_1A_3. c) terra *BM*. d) circumderunt A_3. e) archa A_4; archam B_1; arcam *M*. f) alii A_4; aliique, que *interpungendo delet.*, B_3. g) *ita* A_1B_3; thuniamateriis A_3; thiniamateriis A_4; tymiamateriis B_1B_2; thymiamate rursus *M*. h) *ita* A_1 *pro* adstabant; adstabant A_3M; astabant A_4B. i) grandibus A_4BM. k) in *om.* B_1B_2 *(non B_3M)*.

1) Cap. 9. 2) Sancti Martini curia et ecclesia, hodie monasterii S. Columbani saepe nominatur. San Martino di Cartone, in valle Bobiensi in chartis

langore[l] per multum[m] tempus percussus, ita ut omnium membrorum careret officiis, ad monasterium adductus est. Audito quoque, quod sanctum corpus a tumulo[n] levatum et ante altare sancti Petri positum esset, rogavit, ut illic[o] portaretur. Quo delatus subtus arcam nisu, quo valuit, toto se corpore prostravit. Mira virtus! Ipse enim, qui tanto tempore caruit officio[p] omnium membrorum, in parvo spatio adeptus est tantam virtutem, ut, quando fratres surrexerunt a mensa, repererunt[q] eum ante arcam stantem baculoque suo se sustentantem, Deum[r] glorificantem sanctoque Columbano gratiam agentem et non post modicum cum aliis ipsum inclitum corpus sequentem.

Capitulum XI[1]. Quo ordine iter agere coeperunt vel[a] quomodo candelae divinitus[b] accensae sunt.

Denique venerabilis abbas convocavit duos presbiteros, unus ex illis nomine Rainerius[c.2], qui postea custos speluncae predicti[d] sancti[d] effectus est, precepitque illis, ut, quamdiu arca veheret[e], semper ante ipsam duo tintinabula personarentur[f], iussitque antecedere cruces cum caereis et turibulis cuppamque suam necnon et peram, ubi assuetus erat, dum adviveret, euvangelia portare. Signis vero concrepantibus et in ecclesia convenientes[g], non modica caterva populorum diuque cum lacrimis clamante, ipse venerabilis abbas prior accessit cum tribus senioribus ad arcam imponentesque[h] suis[i] humeris[i] iter[k] coeperunt[3] eo ordine, quo supra diximus. Monachi[l] vero antiphonas canentes populique 'Kiryeleyson[m]' adclamantes, egressi a monasterio venerunt in pratum, quod nuncupatur Ad-pontem[4] ibique subter[n] condensam arborem deposuerunt. Iussit denique, ut cortex ipsius arboris abstraheretur, quatenus signum crucis appareret et, ubicumque illud corpus deponeretur, ob memoriam ipsius cruces fierent. Illic vero moram agentibus, multi venerunt ex vicinis villulis et ad arcam[o] venientes baculis dimissis humo prostrati adorabant sanctum. Indeque pergentibus[p], pervenerunt in quandam possessionem predicti coenobii, quae nominatur Sarturianum[q.5], iam vesperascente[r] die, arcaque in ecclesia ante altare posita candelabrum[s] cum caereis accensis ad caput pedesque appositis et deputatis fratribus, qui[t] illic psalmos cantarent, reliquis, qui ad hoc officium erant deputati, quae necessaria erant, fratribus preparantibus, subito ventus inrupit et candelas[u] omnes extinxit. Turbatique illi, qui ad[v] almum corpus excubabant, per vicinas domos ignem querere aggressi sunt, ut possent exinde candelas accendere. Denique revertentes inveniunt candelas divino nutu accensas laetioresque[w] effecti[w] gratias egerunt Deo sanctoque Columbano. Dispositis ergo, qui vigilias erga sacrum corpus psalmosque pernoctantes canerent, alii se sopori dederunt. Mane autem facto, finitis matutinis iter arripiunt. 929 vel 930.

Capitulum XII. De puero a nativitate muto et loquela ei reddita.

Quidam itaque rusticus habitans in pago Cannavini[6] habens filium ab ortu matris[a] permanentem[a] mutum, ipso[b] die agrum colens una cum filio suo, repente exclamavit puer ad patrem: 'Pater, pater, ecce sanctus Colum- 929 vel 930.

l) *ita* A_1; languore *ceteri*. m) longum A_2. n) attumolo, *prius* t *eras.*, A_1. o) illuc A_1; illic, *corr.* illuc, B_2. p) oficio, *corr.* officio, A_1. q) *ita* A_1A_2M; repperirent A_1; repperint B_1B_2; reppereriut B_3. r) Dominum A_2.

Cap. 11: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) et *Index*. b) diutius A_4; divinitus *om. BM et Index*. c) Rainherus A_4; Rainnerius B_1; Rainerus B_3. d) predictis eff. A_1. e) *ita* A_1; veheretur *ceteri*. f) personarent B_3M. g) convenientes, *corr.* conveniente, B_3; conveniente A_2A_4. h) imponentes A_1. i) hum. suis *BM*. k) ee *(esse)* B_1; ire *M*. l) mobi A_3. m) *ita* A_1; Kirieleison A_3; kyrieleyson $A_4B_1B_2$; kyriel B_3; kyrie eleison *M*. n) subtus A_3. o) ea, *manu recenti corr.* aream, A_1. p) pergentes A_2A_4. q) *ita* $A_1B_1B_2$; Saturianum $A_2A_4B_3$; Sarturianum, *in marg.* al. Saturianum, *M*. r) vesperescente A_4; vesperante A_4; advespérante B_1B_2; advesperascente B_3; adverperascente *M*. s) candebrum, *multo post corr.* candelabrum, A_1; candelabris A_2BM; candelabra quoque A_4. t) ut A_1. u) ex *post* candelas *eras.* A_1. v) ad *om.* A_2; apud A_3. w) lectioresque effecta A_1.

Cap. 12: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) *ita omnes*; nativitatis *emend. M*. b) ipsa *BM*.

1) Quae c. 11—28 narrantur, a. 929. vel a. 930. facta sunt; sed priori anno ea facta esse verisimilius est; cf. Schiaparelli l. l. p. 20 n. 1. 2) De quo v. c. 3. 3) De itinere, quod in sequentibus capitulis describitur, egit v. cl. Julius Jung in 'Mitteilungen des Instituts für österreich. Geschichtsforschung' XX, 529 sq. 4) Braida sive Campus de ponte prope Bobium in chartis monasterii S. Columbani saepius occurrit; cf. Cipolla-Buzzi, 'Cod. dipl.' III, 253 s. v. Ponte. 5) Sarturano, fraz. di Agazzano, prov. Piacenza. 6) Canevino, prov. Pavia, circond. di Voghera, cf. Jung l. l. p. 530, n. 1.

929 vel 930. banus adest'. Illeque valde admirans et gaudens ait: 'Quid vis[a], fili?' Et ille: 'Non audis, pater? Ecce, unde[b] veniunt famuli[c] sancti Columbani[d], afferentes eum[e].' Ille vero ascendens super excelsiorem[f] locum, intentis auribus auscultans intuensque oculis aspiciebat, si aliquod signum videret de hoc, quod a filio audierat. Diuque expectante[g], audivit a longe per montem, qui vocatur Longum[h, i], venientium[i] voces Kyrieleysonque[k] adclamantes[l]. Ille itaque cernens, quod a filio audierat, verum esse, currens ad ecclesiam nuntiavit hoc sacerdoti. Sacerdos autem hoc audiens, sacris vestibus indutus[m] iussit urnas implere[n] vino exiensque in viam, per quam venturi erant, prestolabaturque eorum adventum. Illis vero appropinquantibus supplex atque summissus obsecrabat[o] sanctum narransque[p] omnibus, quod factum fuerat, et potum tribuens omnibus[q], gratias agentes Deo iter, quod coeperant, prosecuntur.

Capitulum XIII. De transitu Padi et percussorium[a] tintinnabuli[b] invento[c].

Deinc[d] pervenerant[e] ad portum, quod[f] nuncupatur[g] Peduculosum[h, 2], illicque preparatam navim invenerunt. In ea itaque corpus sanctum deponentes cum his, qui tintinnabula vel cereos seu et cruces portabant, recto itinere ad aliam delati sunt ripam. Mirantibus vero nautis virtutem esse sancti adclamabant, quod in neutram partem divertisset, et[i] cunctis narrabant[k], quod nunquam eis ita accidisset[l, k]. Sed Rainerius[l] sacerdos, portitor unius tintinnabuli, illo nesciente, percussorium sui tintinnabuli in flumine cecidit. Expectante vero illo cum aliis, donec omnes transirent, ad eandem horam venientes, quo sanctum corpus levare debebant[m] et tintinnabula iuxta morem sonare[n], predictus Rainerius suum amniovens, nullum sonum reddebat. Miransque aspiciens in eum vidensque[o], quod percussorium in eo deesset, nimis tristis effectus est et hoc suae neglegentiae deputans lacrimando interpellatur[p] sanctum Columbanum, quatinus illud[q] sibi reddatur. Fratres vero videntes eum nimis tristem et plorantem interrogant, quid ei[r] accidisset, quod tante mestitiae se subderet. At ille retulit eis, quod ei evenerat, asserens se[s], ut quando in navim introisset, iuxta consuetudinem tintinnabulum percussisse, sed[u] nesciens[u], qua hora ei cecidisset. Aspicientes[v] vero[v], ubi ille steterat vel sederat, sed[w] eum minime invenerunt. Iam vero omnes eum[x] desperantes aiunt se[y] non posse invenire, eo quod in profundum dimersum fuerit Padi. Ipse vero nullo modo poterat consolari, sed revertens[z] ad ripam fluminis, multum merens, sicut iam diximus, aiebat: 'Deus pius et[a] misericors[3], esto propitius mihi peccatori. Tu scis, quia multum deliqui, nequiter egi, sed non impediantur[b] hodie peccata[c] mea[c], ut deficiat obsequium, quod debeo domino meo et patri Columbano'. Sed omnipotens et misericors Deus per meritum sancti Columbani adfuit precibus eius. Aspiciens vero in flumine videt ipsum non longe ad pedes suos in aquam[d] iacentem. Et gaudio[e] plenus, currens, ipsum elevans[e] et in ipsum tintinnabulum inserens, gratias agens Deo sanctoque Columbano, merorem in letitiam convertens coeptum officium bene adimplevit.

ei mis *BM.* d) *ita* A_2A_3; unde, *radendo corr.* inde A_1; inde *BM.* e) *ita* A_2BM; s. Col. fam. A_1; famuli *om., in margine add.* corpus, *sequens* eum *del.* A_1. f) excellentiorem A_1. g) illo expectante A_1; expectans *BM.* h) *ita* A_1A_2; Longus A_1BM. i) *ita* $A_1A_2A_3$; sonitum (sonitus M) venientium vocesque *BM.* k) *ita* A_1; kyrie eleisonque A_2; Kirieleison kirieque A_3; Kyrie el B_1B_2; Kyrieleyson B_3; Kyrie eleison *M.* l) acclamantium A_1BM. m) indutis, *corr.* indutus, A_1. n) *ita* A_2A_3B; impleri A_1M. o) obsecrabant A_1. p) *ita* A_1A_2; narrans A_1; narravitque *BM.* q) *post* omnibus *una littera, forsitan* g, *erasa* A_1.

Cap. 13: $A_1A_2A_3B_1B_2B_3M$.

a) *ita* A_1A; percussorio A_2BM *et Index.* b) tintinabulum A_3. c) perdito in aqua et invento A_3. d) *ita* A_1; deinc, *corr.* dehinc, A_2; dehinc A_3BM. e) perveniunt A_1. f) *ita* A_1A_2; qui A_3BM. g) *ita* A_1A_3; vocatur A_2BM. h) *ita* A_1A_2; Pediculosum A_1; Pediculosus B_1B_2; Pedictosus B_3; Periculosus *M.* i) et — accidisset *om.* A_1. k) *ita* A_2; narr. nunq. eis ita accidisse A_1BM. l) Rainherus A_1; Rainnerius B_1; Raineros B_2. m) debeant A_1; deberent *M.* n) sonarent *BM.* o) videns A_2; et videns A_3. p) *ita* A_1; interpellat *ceteri.* q) sibi illud A_1. r) eis A_3. s) *ita* A_1A_2; *om. ceteri.* t) et A_3; quod A_1. u) sed necessarie A_3; nesciret A_1. v) aspicientesque *BM.* w) sed *om.* A_1BM. x) eum *om.* A_1; eum omnes A_3. y) eum *ante* se *add.* A_3, *post* posse *M.* z) reversustens, *corr.* revertens, A_1. a) ac *B.* b) *ita* A_1; impediant *ceteri.* c) mea peccata *B.* d) aqu A_3; aquam A_1. e) elevavit A_1; levavit *M.*

1) Monte longo prope Rumo, prov. Pavia, circond. di Bobbio; cf. Jung l. l. p. 530, n. 1. 2) Haud dubie idem, de quo legimus in Continuatione Anonymi Laudensis ad a. 1167 (SS. XVIII, 657): *per pontem quendam, quem Papienses supra ipsum Padi flumen ad locum, ubi dicitur portus Pioglosus* (alii codices *Pioclosus*), *ex navibus iam antea construxerant*, et in Iohannis Codagnelli Ann. Placentinis (Guelfis) ad a. 1216 (ed. O. Holder-Egger, 1892, p. 56, l. 9 sqq.): *inter stratam Romeam et Padum equitantes villas et domos, quas invenerunt, usque ad Portum-Pioglosum combuserunt*; cf. Jung l. l. p. 530, n. 2. 3) [Eccli. 2, 13: *Quoniam pius et misericors est Deus.* H.]

Capitulum XIIII. De scynifes[a] seu[b] et de[c] cereis[d] divinitus accensis. 929 vel 930.

Transitis itaque omnibus, iam vespertim[e] appropinquante non longe a via divertentes nocte illa manserunt, ibique candelae extinctae et divinitus accense sunt, sicut in alio loco iam factum[f] esse[f] diximus, aliaque virtus est ibi subsecuta. Nocte illa non immutatus est, et parva pluvia emissa est, scynifesque[g] multae apparuerunt, ita ut illi, qui procul ab arca manserunt, tanta[h] perpessi sunt[i], ut nocte illa quiescere non valerent et in crastina[k] facies oculique eorum tumefacti apparuerunt, ut etiam recte videre non possint[l], paeneque[m] se longe[n] ipsa nocte[a] secessisset[o] ab arca. Illi vero, qui ad arcam excubabant, nihil mali perpessi sunt. Nonnulli autem alii cognoscentes, quod hii, qui circa arcam erant[p], nihil mali paterentur, confugerunt illuc.

Capitulum XV. De ingressu eius in civitatem[a.1] et fem.[b] a demonio[c] arepte[b.d].

Denique crastina[e] inlucescente iter peragunt ad civitatem. Ante ergo quam appropinquarent ad Sanctum Petrum, qui dicitur Leprosorum[2], candelae extinctae sunt. Et datis[f] turibulis[f] duobus ex viris predicti abbatis, ut ascenderent equos ignemque ciclus deferrent, ut non deessent luminaria sacratissimo corpori ingredienti[g] civitatem. At illi currentes antequam reverterentur, hii, qui cereos portabant, repente ceram super se fluere conspicientes, erectis[h] oculis videntes iam[i] dictos cereos flammantes[i] post[k] illos clamare ceperunt. Ad Sanctum autem Petrum venientibus multitudo populi obviam illis advenit, quattuorque feminae a demonibus vexatae occurrerunt, quae non post modicum iuxta sacratissimum corpus meritis sancti Columbani a peste, qua tentae fuerant, mundatae sunt. Ibique nuntius regis advenit, rogans illos ex parte regis, ut ad se in palacium[l] non deferant, non se esse dignum dicens, ut tam preciosissimum corpus ad se venire debeat, sed ipse magis ad eum venire[m], suisque se precibus commendaret, ut[n] sui misereatur[n], exposceret. Iussitque, ut ad aecclesiam sancti Michaelis[3], quae est infra moenia civitatis constructa, deportaretur. Ad portam autem civitatis, quae vocatur sancti Iohannis[4], venientes tanta[p] multitudo utriusque sexus occurrit[q], ut in plateis se non caperent, sed ascendentes supra muros et tecta ipsum sacratissimum[r] corpus[r] videre cupiebant. Quod cum grandi labore ad supradictam aecclesiam perductum est. Illo[s] quoque[t] nocte dieque vigilias exsequentes, quae necessaria erant fratribus, viri feminaeque nobiles omnia administrabant.

Capitulum XVI[a]. De Lothario[b], filio Hugo[c] regis, a febribus sanatum[d].

Igitur virtutes, quas Dominus in ipsa aecclesia per servum suum operatus est, quantum ad memoriam Dominus reducere dignatus est, videtur nobis non esse rectum scilentio[e]

Cap. 14: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) *ita* A_1; synifes *Index*; synifes, *superscript. sci*, A_3; cinifes, *corr.* cinifibus, A_4; sciniphes B_1B_3; ciniphibus B_2; scyniphes *M*. b) sed A_4. c) de *om.* A_4. d) ardentibus *add. M*. e) *ita* A_1; vespere A_2BM; vespera A_4. f) factum esse *om. BM*; in alio loco sicut iam dix. B_3. g) *ita* A_1; synifesque, *superscript. sc*, A_3; cynifesque A_4; sciniphesque $B_1B_2B_3$; scyniphosque *M*. h) tantas A_4. i) *ita* A_2A_3M; sunt, *corr.* sint, A_1B_1; sint B_2B_3. k) *ita* A_1A_3; crastinum A_4; crastino *BM*. l) *ita* A_1, *cf. cap.* 20, *n. r.*; posset *ceteri*. m) penituerīque, *superscript.* t, A_3. n) longe se B_1; ipsa nocte se longe *M*. o) *ita* A_4, *ubi t. postea deletum esse videtur*; secessisse *ceteri*. p) excubabant A_4.

Cap. 15: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) *ita* $A_1A_4B_3$; civitate $A_2B_1B_2M$. b) fem ... arepte A_1; feminas ... erreptas A_2; feminis ..., arreptis A_4B_3; feminabus ... arreptis B_1B_2M; femina ... areptā *Index*; *in codice archetypo verbum* fem, *fortasse etiam* arepī, *abbreviatum fuisse crediderim*. c) demonibus A_4. d) et meritis illius sanatis *add.* A_4. e) crastino A_4; illuc, crastina *BM (die add. B3)*. f) data sunt turibula. *BM (*thurib. *M)*. g) ingrediendi A_1; ingredientibus A_4. h) ereptis A_3; er. oc. *om.* A_4. i) cereos iam dictos accensos *BM*. k) et post A_3. l) paladio *BM*. m) *ita* A_1A_3; veniret A_4BM. n) et ut A_3BM. o) *ita* A_1A_4; misereretur A_4BM. p) tanto, *corr.* tanta, A_4. q) occurit A_4. r) corp. sacrat., *om.* ipsum, A_4. s) *ita* A_1A_3; illic A_4; illa *BM*. t) que A_3.

Cap. 16: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) *numerum om.* A_4. b) Lotario A_3B_3 *et ita semper*. c) Hugo A_4; Hug A_3; Hugonis *ceteri*. d) sanat A_4; sanati A_3; sanato *ceteri*. e) *ita* A_4; sil. *ceteri*.

1) Papiam. 2) 'San Pietro in Verzolo, già dei Lebbrosi', cf. Anon. Ticinensis, Muratori, SS. rer. Ital., VI, 1, 187. 3) 'San Lorenzo dei Cani' sive 'di porta San Giovanni', cf. nova editio XI, 1, 14. 4) Prope ecclesiam S. Laurentii, hodie 'San Michele maggiore', cf. ibid. indicem p. 122 et Kehr, Italia pontificia Anon. Ticinen. 11. p. 57.

929 vel 930. tegere. Lotharius bone indolis puer, filius predicti regis, quem Alda sua[f] regina[g] genuit, magnis febribus urebatur. Qui[g] iubente patre ad supradictam[h] aecclesiam in ulnis adductus est, nutriciusque suus[i] vestitum, quod[k] erat indutus, abstrahens et super[l] arcam extendens, collocavitque[m] eum subtus arcam, quatenus illic[n] requiesceret. Fratribus denique letanias[o] missasque pro eo celebrantibus, ipse somno[p] depressus iacebat. Orationibusque pro eo finitis a somno excitatus est; et cum cuppa[q] predicti[r] sancti[r] potum[s] tribuentes, integerrimam adeptus est sanitatem. Illum vero ad palatium reducentes patri matrique sanum representant. At illi gratias egerunt Deo sanctoque Columbano, quia filium, quem infirmum miserant, sanum recipiunt[t].

Capitulum XVII. De adventu regis et reginae ad sacratissimum corpus.

Regina autem post recuperatam filii sanitatem ad corpus sanctum veniens, gratias[a] agens[a] pro filio supplex exorat, ut pro se etiam intercedere[b] ad Dominum[b] dignetur. Pallium ergo super sanctum corpus ponens, fratres[c] blande alloquitur consolabaturque eos, ne habundantiori tristitia absorberentur, promittens eis[d], in quantum valeret, apud regem suosque optimates interveniret[e]. Et deprecans illos[f] pro se orare, ad palatium rediit. Ast[g] rex oportunum tempus exquirit, cupiens illic secrete venire. Quadam itaque nocte cum paucis occulte veniens regiamque aecclesiae[h] intrans, timens sancto appropinquare corpori, illic humo prosternitur. Oratione vero finita occulte exiens ad aulam suam rediit. Postea vero veniens cum suis principibus[i] allocutus[k] est fratribus[l] et pallium unum offerens recessit.

Capitulum XVIII. De mulier[a] brachium[b] habens[c] aridum[d].

Nonnulli vero promiscui sexus et[e] etatis cottidie orationis causa cum luminaribus adveniebant. Quedam namque mulier advenit habens manum aridam. Subtus arcam ergo se prosternens orat, ut sanitatem mereretur accipere. Precibus autem sancti Columbani obtinuit, ut sana reverteretur domi[f]. Vir autem eius domum rediens sanam eam et[g] sedentem invenit filoque trahentem. Miransque ait ad illam: 'Quid est hoc, mulier?' Et illa: 'Deo gratias, bene'. Et ille inquid: 'Quomodo sana facta es?' Et infit[h]: 'Fui ad sanctum Columbanum et precibus eius obtinui, ut sana exinde reverterer, sicut vides'. At ille gaudens et tremens ait: 'Cui hoc indicasti?' Et illa: 'Nemini'. At ille: 'Male', inquid, 'fecisti; cur[i] monachis hoc[k] non indicasti? Surge et prepara panem et vinum seu et carnes et ceram[l] in luminaribus et veni mecum, deferamusque[m] illis[n] et indicabo[o], quid erga te gestum sit. Metuo enim, si siluerimus[o], ne in[p] crimine[p] incurramus'. At ille[q] festinans detulit eis[r], quae supra diximus, et indicavit, quid erga suam[s] uxorem[q-s] actum fuerit. Illi vero accipientibus[t], quae detulerant, gratias egerunt Deo et sancto Columbano.

Capitulum XIX. De[a] muliere[a], que partem pedis arce dentibus silenter[b] abstrahit[c].

Alia itaque mulier veniens, nescio quod[a] instinctu, sed, sicut rei exitus probat, non recta fide, seseque subtus arcam sterneus, particulam arcae dentibus absconse abstrahens nullique indicans domi suae[e] secum detulit.

f) regina sua *BM*. g) Q *A*₁. h) sup d. *A*₁. i) suis *A*₁. k) *ita A*₁; quo *ceteri*. l) subter *B*; sup. arc. *om. A*₁. m) *ita A*₁; collocavit *ceteri*. n) illuc *B*₁*M*. o) lit. *A*₂*M*. p) sono *A*₂. q) ei *add. BM*. r) *ita A*₂*BM*; sancti predicti *A*₁; sancti Columbani *A*₁. s) ei *hic add. A*₁. t) receperunt *A*₁*M*.

Cap. 17: *A*₁*A*₂*A*₁*B*₁*B*₂*B*₁*M*.

a) agens *om. A*₁; atque gratias agens *A*₁; gratiasque agens *M*. b) *ita A*₁*BM*; ad Dom. int. *A*₂*A*₁. c) fratres *om. A*₂*A*₁; *post* consolaturque *(ita pro* consolabaturque*) add. A*₁, *ubi* eos *om.* d) se *add. BM*. e) *ita A*₁*A*₂; interveniret, *corr.* intervenire. *B*₁*B*₂; intervenire *A*₁*B*₂*M*. f) eos *BM*. g) *ita A*₁*A*₁; at *A*₁*BM*. h) *ita A*₁*B*₁*B*₁*M*; ecclesiam *A*₂*A*₁*B*₂. i) illo *add. A*₂. k) loquutus *(locutus) BM*. l) fratres *A*₂*A*₁.

Cap. 18: *A*₁*A*₁*A*₁*B*₁*B*₂*B*₁*M*.

a) *ita A*₁, *cf. n. c*: muliere *ceteri et Index*. b) manum *A*₁. c) *ita A*₁*A*₁; habente *ceteri et Index*. d) *ita A*₂*BM et Index*; arida, *corr.* aridui, *A*₁, *ubi certe* aridum *scribere voluit corrector*; aridam et sub archa sancti corporis sanata *A*₁. e) et *om. A*₁. f) domum *A*₂. g) et *om. A*₂*A*₁. h) dixit *A*₂; fui, infit, ad sanct. Col. *A*₁. i) quod *BM*. k) hoc *om. A*₂. l) cetera *A*₁. m) *ita A*₂; deferam usque *A*₁; demusque *A*₁; deferamusque *om. BM*. n) et illis indicabo *BM*. o) siluerilumus, *alterum* lu *eras., A*₁. p) *ita A*₁*A*₂; ne crimen *A*₁*BM*. q) illa festinans preparavit cuncta, que ei iusserat, et indicavit, quid erga eam gestum fuerit *A*₁. r) illis *A*₁. s) uxorem suam *BM*. t) *ita A*₁; accipientes *ceteri*.

Cap. 19: *A*₁*A*₂*A*₁*B*₁*B*₁*B*₁*M*.

a) De mul. *om. A*₂. b) silentio *A*₁. c) *ita A*₂; abstraxit *A*₁*BM*; abstulit *A*₁ *et Index*. d) *ita A*₂; quo *ceteri*. e) suae *om. A*₁*BM*.

Nocte vero subsecuta, cum se una cum viro suo sopori dedisset, repentina morte defuncta est. Vir autem eius a somno excitatus mulierem alloquitur, sperans eam vivere. Comperto denique, quia[f] mortua esset, valde expavit accensoque lumine intuens eam partem ligni, quam pridie ab arca abstraxerat, ad caput eius invenit. Sciebat enim ipse preterito die illic eam fuisse. Itaque[g] assumens[h] partem, quam supra diximus, illuc deportat, cunctis nuntians, quod suae evenit uxori. Notum autem hoc[i] factum est omnibus; sed non modicus timor invasit omnes, maxime mulieres, dicebantque ad invicem: 'Non vult sanctus Columbanus, ut ad eius arcam appropinquemus'. Ab illo autem die nulla est[k] audactim[k] ad[l] arcam accedere[l].

Capitulum XX. De[a] muto, loquela[b] ei[c] reddita ipsiusque[d] manu sanata.

Per idem itaque tempus homo quidam nomine Madelbertus[e] a partibus Mediolanensium revertens invenit quendam adulescentem nomine Andreas[f] mutum a nativitate sua medioque corpore premortuum. Auditoque, quod corpus sancti Columbani Papiae delatum esset et magnis floreret[g] virtutibus, misericordia motus super eum imponensque illum super asinum suum Papiam duxit; indeque ad corpus[h] sancti[h] deferens illic deposuit et abscessit. Illa vero die et altera, sicut erat, ibi permanens, tertia iam[i] die[i] subtus arcam iacens[i] subito exclamavit: 'Date mihi aliquid, ut manducem'. Illi vero, qui circumstabant, audientes, quod loqueretur, cupientes eum audire loquentem[k] interrogabant, quid vellet. Illeque manum dexteram sanam ostendens aiebat: 'Modo me sanctus Columbanus loqui fecit manumque meam sanavit, quam videtis'. At illi magno attoniti gaudio venerabili abbati hoc indicaverunt. Audiens autem, quod factum fuerat, festinus ad corpus venit ipsumque alloquens, manum ipsius, quae sanata fuerat, plorando osculans signaque[l] aecclesiae sonare precepit. Sed et omnia signa aliarum aecclesiarum personuerunt. Et hoc habebant in signum, ut, quando Dominus per sanctum Columbanum aliquam ageret virtutem, illius aecclesiae signa primitus sonarent et postea aliarum signa aecclesiarum cuncta perstreperent. Auditoque hoc miraculum[m], maxima multitudo utriusque sexus et[n] etatis[n] advenit, sed et regina, quam prediximus[2], cum magna turba nobilium mulierum accurrit[o]. Venerabilis autem abbas suis manibus eum levavit et super cancellos posuit, ut ab[p] omnibus videri[q] et audiri possit[q-r], et elevata voce 'Te Deum laudamus' cum omnibus proclamans[s], sed et in omnibus virtutibus similiter agentes. Finitoque ymno ammonent[t] illum, ut alte loqueretur, quatenus omnes possent eum audire. Et accedebant omnes, qui poterant, nobiles et ignobiles, plorando manum ipsius osculantes; et valde admirantes unusquisque cum gaudio ad propriam reversi sunt domum.

Capitulum XXI[a]. De fratribus ad archiepiscopum directis cuppaque[b] cum iussu regis[c] ante se deportata[d] seu[e] et[f] de fuga Widonis[g] ipsiusque[h] fratris[e-i].

His ita[k] peractis supradictus venerabilis abbas duos seniores Mediolanum[l] misit ad Lampertum[m] archiepiscopum[2], qui eo tempore regebat supradictam aecclesiam, mandans precando, quatenus ei adiutorium ferret[n], ut res sancti Columbani abstrahere possit[o] de

f) quod *HM*. g) ita quod A_1. h) assūmens A_1. i) hoc *om.* A_2BM. k) *ita* A_1A_2 *nec emendare audeo*; est ausa A_1; ausa est B_1B_2M; nullus ausus est, *corr.* nulla ausa est B_3. l) acc. ad arcam *BM*.

Cap 20: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) De puero a nativitate muto A_4; De loquela muto reddita B_3. b) et loquela $A_4B_1B_2M$. c) sibi A_4; *om. Index*. d) eiusdemque A_4; et ipsius B_1B_2 (ipsiusque B_3); ipsius *M*. e) *ita* A_1A_4; Madalbertus A_4; Maldebertus *BM*. f) *ita* A_1; Andream *ceteri*. g) *ita* A_1; floreret *ceteri*. h) *ita* A_1A_4; sancti corpus A_4; corpus sanctum B_1B_2; sanctum corpus B_3M. i) die iam *BM*. k) fratres *add.* A_4. l) signa *BM*. m) *ita* A_1; miraculo *ceteri*. n) et *om.* A_1A_2; et etatis *om. BM*; *cf. cap.* 18, *n.* o. o) occurrit A_1A_2. p) ab *ante* omnibus *suppl. manu posteriore* A_1, *suppl. in marg. manu prima* A_2; ab omn. *in textu* A_4BM. q) videri posset et audiri *B*; posset vid. et aud. *M*. r) *ita* A_1A_4; possit A_2; *cf. cap.* 14, *n.* l. s) perfinivit *add.* A_2; proclamans, *corr.* proclamat B_3; proclamant *M*. t) admonet A_2; ammonet A_4.

Cap. 21: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) *numerum om.* A_1. b) cuppa q A_1; cuppa qui A_2; et cuppa B_1B_2M; et de cupa B_3; et de cuppa sancti Columbani que iussu A_4. c) ita A_2A_4; re$\overline{g}$ A_1; regali *BM*. d) deportatā A_2: est deportata A_4. e) seu — fratris *om.* A_2 *et Index*; seu *om.* B_3. f) et *om.* A_4. g) Vuldonis A_2; guuidonis B_1; Guidonis B_2. h) ipsius *M*. i) responsum *add.* A_2. k) itaque A_2. l) Mediolanium A_1. m) Lambertum A_4BM. n) feret A_2 *et similiter sacpius*. o) posset A_4BM.

1) Vide supra cap. 18, p. 1006 l. 28. 2) Supra c. 8. 16. 17. 3) Rexit ecclesiam Mediolanensem annis 921—931.

929 vel 980. manibus supradictorum principum. Post non multum[p] vero[q] colloquia ad ultimum hoc dedit eis in mandatum, ut, si ipsam terram adquirere non possent, corpus[r] sancti[s] illuc deferrent, et ipse de suis rebus eis tantum tribuere promisit, quantum ad necessaria sufficere posset, quousque supradictum coenobium ad pristinum statum rediret. Igitur ad colloquium, quod supra diximus[1], predicti principes venientes, una die sedente rege una cum ipsis in aulam[t] regiam[u], de supradictis rebus colloquentes, iussit afferri cuppam sancti Columbani. Qua cum magna reverentia allata[v], bibit cum[w] ea rex et optimates eius. Sed cum ante suprascriptum[x] Widonem[2] et fratrem eius Rainerium[w] perducta fuisset, indignati noluerunt cum[x] ea bibere, sed, sicut scriptum est[3], 'indurata sunt corda illorum, ut non viderent caelum neque recordarentur iudiciorum iustorum'. Obliti sunt enim foedus, quod pepigerant regi[4], ipsaque nocte de civitate afugerunt[y]. Sed Rainerius[w] divina ultione de equo cecidit, ita ut omnes, qui ibi aderant, putarent eum esse mortuum; sed noluit[4] Deus, qui neminem vult perire, sed omnes ad poenitentiam reverti.

Capitulum XXII. De eo, qui rabidus effectus est.

Denique scimus esse scriptum[5] incompositos iudices incompositos habere milites; et ideo non sufficiebat ad ruinam illorum, quod res supradicti coenobii invaserant, verum etiam virulentis linguis sancto[a] Columbano coeperunt detrahere, dicebatque ex eis quidam: 'Nolumus demittere possessiones, quas queritis, propter ossa caballina vel asinina, quae huc detulistis[bz]'. Inter quos unus vassus[c] Samsonis[d-6] cuiusdam[e] comitis[f] nomine Alineus, qui hoc aperte inclamitabat, subito rabidus effectus ad corpus sancti magno cum labore adducitur. Ibique diu huc illucque cum grandi dolore divertens[g] asserebat se in sanctum deliquisse et nimis peccasse, clamabatque, quod nisi eius precibus[h] cicius[i] iuvaret[k], continuo se esse moriturum. Habens[l] namque[m] ipse secum sororem sacris vestibus indutam, cum[n] magno rugitu et lacrimis procidens[o] ad supradictorum pedes fratrum indulgentiam[p] poscebat germani[q]. At illi coeperunt pro ereptione illius[r] predictum sanctum obsecrare, cum lacrimis et laetaniis omnes insistere. Qui[s] a circumstantibus sibi corrigiam dari poscens, suo in collo mittens ad pedem praedictae arcae se ligavit[7] et non post multum somno[t] sopitus iacuit. Excitatus itaque[u] a somno sanus et incolumis surrexit, agens gratias Deo sanctoque Columbano, et signa omnium aecclesiarum perculientes, sicut supra, et 'Te Deum laudamus' omnes exclamantes quique redierunt in sua.

Capitulum XXIII[a]. De rebus sancti Columbani[b] redditis, vel quid[c] in privilegiis[d] contineatur[e] seu et ammonitio contra[f] episcopum.

His ita[g] peractis videntes omnes, qui ibi aderant, viri Dei iniurias divina ultione vindicari, nonnulli ex supradictis principibus venientes ad sacratissimum corpus mittebant

p) *ita* A_1; multa *ceteri*. q) vero *om. BM*. r) sancti Columbani corpus A_4; corpus illuc *(om. sancti)* A_3. s) *ita* A_1A_3; nulla regia A_1BM; atque *add.* A_2. t) oblata A_2. u) *ita* A_1A_2; in A_4BM. v) suprascritum A_2; supradictum A_4BM. w) Rainher. A_4. x) *ita hic omnes, praeter* A_4, *ubi* bibere in ea *legitur*. y) *ita* A_3; aufugerunt A_2BM; obfugerunt A_1.

Cap. 22: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) sancti A_2B. b) attulistis *BM*. c) *ita* A_4; vasus A_1; vasallus A_2; vassus — comitis *om. BM*. d) Säsonis A_1A_3; *om.* A_4. e) *ita* A_4; cuius A_1A_3. f) commitis A_1. g) diütens A_1. h) non *add.* A_1. i) cicius *om. BM*. k) *ita* A_1; iuvaretur *ceteri*. l) habensque A_3; habebat A_4BM. m) quoque *BM*. n) que cum A_4. o) procidentem *BM*. p) quę *(quae, quę)* indulg. *BM*. q) germano A_4BM. r) ipsius B_1B_2M. s) Q A_1. t) sono A_3. u) denique *BM*.

Cap. 23: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) *numerum om.* A_1. b) C A_1. c) *ita* A_1 *et Index*; q A_2A_3; que *(quae, quę) BM*. d) eorum *add. BM*. e) continent A_1; continentur *M*. f) *ita Index;* ſndā A_1; quōdā A_2; cuiusdam episcopi A_4; quondam ad *BM*. *Raque compendia verborum* contra *et* condam *(quondam), cf. Cappelli, Lexicon abbreviaturarum p. 57, ium in fonte communi omnium codicum confusa esse videntur*. g) itaque B_3M.

1) Supra c. 8. 2) Placentinum, cf. c. 8. 3) Ios. 11, 20: *ut indurarentur corda eorum;* Dan. 13, 9: *declinaverunt oculos suos, ut non viderent caelum neque recordarentur iudiciorum iustorum.* 4) 2. Petr. 3, 9: *Dominus . . . nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti.* 5) Proverbium; nobis 'Wie der Herr, so der Knecht' etc. [Cf. Eccli. 10, 2: *Secundum iudicem populi, sic et ministri eius* etc.; F. Seiler, 'Die Entwicklung der deutschen Kultur im Spiegel des deutschen Lehnworts' VI (Halle 1923), 70. H.] 6) De eo cf. Liudprand. Antapodosis III, 41, et quae ad hunc locum annotavit Ios. Becker in editione sua, SS. rer. Germ. (1915) p. 93, n. 2; cf. etiam Schiaparelli l. l. p. 21, n. 1. 7) Quo symbolo se servum S. Columbano tradidit.

in peram sancti singulos fustes, ut per os[b] cunctis claresceret res sancti Columbani, quas 929 vel 930.
antea iniuste invasas habebant, ipso[i] sancto restitutas. Rex denique privilegia sanctae sedis apostolicae, Honorii, Theodori[k], Martini, Sergii, Gregorii, Zachariae et caeterorum episcoporum[l] ante se[l] recitari precepit. Visum est ergo[m] huic nostro operi aliquid ex ipsis inserere, ut audiant temeratores, quid cavere eis conveniat. Interdicunt enim omnibus episcopis vicinis vel procul ab ipso monasterio constitutis, ut nihil usurpent nihilque presumant contra haec, quae eorum privilegia instituta decernunt, videlicet ut episcopus, quem pater monasterii vel cuncta[n] congregatio invitaverit, ad caelebrandam[o] missarum sollempnia aut consecrationes presbiterorum seu diaconorum vel etiam tabularum, in quibus missae debeant caelebrari, ipse habeat facultatem in eodem monasterio ingrediendi tantum ad pii opus ministerii peragendum. Quo peracto nihil contingat, sed gratis omnia peragens ad propria mox regredi non moretur. Nihil vero[p] usurpet[q] de rebus monasterii, non de sacris altaribus, non de ornamentis neque de vasis neque de sacris voluminibus nec quicquam maius vel exiguum, sed nec concupiscere ullemptet. Quia si probata[r] concupiscere satis est noxium, quanto magis sacro auferre vel desiderare et iuri[s] suo mancipare Deo videtur esse contrarium. Prohibent etiam episcopis, in quorum parochia[t] esse[u] videtur predictum[v] monasterium constructum[v], ut nihil contra[w] tenorem presentium decretorum pia postulatione indultorum quicquam[x] adtemptent neque ullo[y] modo eius baptismales aecclesias vel decimas de rebus ad ipsum monasterium pertinentibus sibi vindicent, neque ipsi suorumque[z] successores presumant prohibita contingere. Crisma igitur vel quicquid ad sacra misteria pertinet, si a patre monasterii fuerit postulatum, a quibuscumque ipse previderit concedunt[a] presulibus tribuendum. Et, ut superius dictum est, nulla[b] potestatem habere permittunt episcopos in eodem monast rio, neque in rebus neque in ordinandis personis, nisi eum, quem cuncta congregatio regulariter elegerit et secundum eiusdem congregationis electionem domnus[c] imperator, qui[d] eo in tempore[d] fuerit, ordinare concesserit, ut in eodem monasterio debeat ordinari. Super haec neque presbiteros neque diacones nec[e] quamlibet personam in eodem monasterio habere nullo[f] modo potestatem inmutare[g] quicquam vel agere permittunt, ut cognoscant, quia sub apostolica sede, id est beati Petri apostoli[h] defensione et tuicione[i] esse videntur. Rogatus vero episcopus a patre monasterii vel a cuncta congregatione suam debet exibere presentiam, non autem petitus

h) *ita* A_1; hos A_2B; hoc A_4M. i) *ita* A_1A_2; ipso, *corr.* ipsi, A_4; ipsi *BM*. k) *ita* A_1B_1; Theodori, *ceteri*. l) se *om.* A_1. m) autem A_4; igitur B_2. n) tota *BM*. o) *ita* A_1; celebranda A_2A_4; celebrandum *Privilegium Theodori*; ad miss. soll. celebranda *BM*. p) ñ A_3. q) usurpare A_1, *ubi* re *evanuit*; usurpans *Privil. Theodori*. r) *ita* A_1A_2B; probata *om.* A_4; prohibita *emend. M*; privata *Privil. Theodori*. Probata *igitur certe in archetypo scriptum erat, quod non cum non privilegium papae, sed libellum Bobiensem olamus, retinuimus. Sed fieri potuit, ut meadum illud iam in privilegium papae posterioris, quo auctor libelli nostri usus est, irreperet*; *cf. n.* 1. s) iuro A_1. t) alias diocesi *add.* A_2. u) esse *om.* A_4M. v) pred. constr. mon. B_1B_2. w) *ita BM et Privil. Theod.*; tra A_1; citra A_2; in tram tenos A_4. x) quicquam *om.* A_4. y) ul. *superscript.* lo, A_3. z) suique *Privil. Theod. et ita emend.* A_2. a) cedunt A_1; concedant *BM*. b) *ita* A_1; ullam *ceteri*. c) *ita* A_1B; dominus A_2A_4M. d) qui in eo temp. A_4; in temp. qui eo *BM*. e) ne A_1. f) nulló A_4; ullo *ceteri*. g) inmuttare A_1. h) apostoli *om. BM*. i) tuticione A_1; tutione A_3.

1) Horum privilegiorum duo tantum nobis servata sunt, privilegium Honorii datum anno 628. (Jaffé, Reg. pontif. Rom. ed. 2 nr. 2017; Kehr, Italia pontific. VI, 2, 249 nr. 6; Cipolla ‚Codice diplomatico del monastero di San Colombano di Bobbio' I, 100 nr. 10), plane genuinum, ex quo formula LXXVII codicis Vaticani Libri Diurni desumpta est, et privilegium Theodori datum anno 643. (Jaffé nr. 2053; Kehr p. 250 nr. 7; Cipolla l. l. I, 104 nr. 13), quod prave interpolatum est, sed ad genuinum exemplar iam deperditum redit. Quae de his duobus privilegiis et confirmationibus eorum posterioribus, quae non omnes in libello nostro enumerantur, v. cl. Iulius Buzzi b. m. in tertia parte Codicis diplomatici Bobiensis post mortem Caroli Cipolla edita fuse disseruit, omnia prorsus reicienda sunt; eaque verba privilegii Theodoriani, quae cum excerpto ab auctore nostro dato conveniunt, certo certius ex exemplari genuino deperdito in exemplar interpolatum nobis servatum desumpta sunt. Noster autem hoc loco non ipsum privilegium Theodori, ut viri docti omnes adhuc opinati sunt, sed illius confirmationem a papa quodam posterioris temporis datum adhibuit. Quod clare apparet ex verbis, quae de confirmando ab imperatore abbate Bobiensi agunt (infra l. 25); cf. cum eis ex. gr. diploma Ludovici II. imperatoris datum a. 865. (‚Codice diplomatico ... di Bobbio' III, 56): *per, abbatem, qui pro tempore fuerit nostra largitione et eorum electione ipsi sancto loco substitutum*. Privilegium igitur ab auctore nostro adhibitum certe post annum 800. datum est; sed cum in illo verba privilegii Theodoriani magna ex parte repetita essent, nos in apparatu nostro aliquot lectiones huius privilegii annotavimus.

929 vel 980. ad secreta monasterii accedere[k] prohibent[l], ne[m] quietam monachorum[n] vitam[n], qui solitariam propter[o] Deum studia[m] peragere[o] decreverunt, frequens sacerdotum insolentia inrumpat, ut in Dei laudibus conversantes pro incolomitate sanctae sedis apostolicae et pro excellentissimis regibus pia gubernatione regnantibus assidue Dominum deprecari non cessent. Si autem, quod absit, monachi[p] in eodem monasterio constituti tepidi in Dei amore aut[q] in[q] institutis[q] patrum torpentes quandoque conspiciuntur existere, secundum regulam patrum[r] ab abbate, id est a patre monasterii, corrigi debent. Si enim et ipse abbas in ignavia aliqua contra instituta patrum et regule tenorem fuerit deprehensus et in aliquam sinistram partem inclinatus ad[s] sede apostolicam[s], sub cuius ditione[t] consistit, instituunt corrigendum. Nec[u] enim cuidam[v] episcopo dant[w] licentiam sub optentu reprehensionis aliquam in monasterio suam ostendere potestatem, sed eius capiti, id est sedi apostolicae[1]. Et post pauca contradicunt[2] etiam presulibus maximeque[x] sanctae Terdonensis aecclesiae atque Placentinae, quae viciniores esse videntur, ut nullus[y] umquam[y], quod[y] moderno tempore est temptatum, predictum monasterium vel que ad ipsum pertinent ad[z] sancta sede apostolica subtrahere et sue diocessi[a] subiugare appetant[b], sed sit in libertate secundum concessionem apostolicam, ut fuit priscis temporibus, nullique subiectum, nisi sanctae sedi apostolicae, cui pertinere cognoscitur. Et si quaedam insidiose[c] contra privilegia iam dictorum presulum moderno tempore presumptive subrepta sunt, nullam firmitatem[d] obtineant[e], sed sint[f] evacuata[g] et irrita cum suis auctoribus, et legitima instituta sanctae sedis apostolicae multis temporibus observata inviolata et indisrupta permaneant. Quodsi, quod absit, calliditate aliqua vel avaritiae instigatione aliquis quicquam de prohibitis presumpserit adtemptandum vel contra illorum decreta quoquo modo obviandum, primum sui ordinis gradu et dignitate privetur et[h] ex beati Petri apostoli auctoritate, qui[i] ligandi in caelo et in terra meruit potestatem, sit excommunicatus et a participationem[k] domini nostri Iesu Christi corporis et sanguinis immunis[l] ac ab illorum consortio seclusus necnon et[m] ab excellentissimis[n], qui in[o] tempore[n] fuerint, nihilhominus[p] submovendus, quatinus et[q], quae[q] statuta sunt[q], perpetua possint[r] diffinitione[s] manere et temeratores presentium decretorum de suorum temeritatibus poenis multiplicibus subiacere[t].

Velim scire, episcope[u.x], qui decreta supradictorum presulum[v] conaris inrumpere, quid ad haec, quae audisti, respondere cupis. Quid[w], rogo, tibi melius esse videtur? Si melius est tibi societas supradictorum, quos scimus summos pastores et optimos fuisse viros et magni meriti apud Deum, sicut in Gestis[4] eorum invenimus, quos etiam et vicarios in sede almi clavigerique[x] Petri fore certissime scimus, an a societate ipsorum[y] secludi et ab ipso, cui data est a Domino potestas in caelo et in terra ligandi atque solvendi, excommuni-

k) non accedat *BM*. l) prohibetur A_4; *om. BM*. m) neque etiam monachorum studia qui solitariam propter Deum vitam A_4. n) *ita* A_1, *cf. A₄ (n. m)*; solitaria A_3BM *et Privil. Theod.* o) peragere propt. Deum stud. *BM*. p) mihi A_1. q) *ita* A_1A_3; aut instit. A_4; et instit. *B*; et in instit. *M*; contra instituta *Privil. Theod.* r) *ita* A_1A_4; *om.* A_3BM; regulas patrum *Privil. Theod.* s) *ita* A_1; ad sedem apostolicam A_2A_4 *(ad sedem hic script., semel delet.)*; a sede apostolica *BM et Privil. Theod.* t) constitutione *BM*. u) Hec A_4. v) *ita* $A_1A_2B_1B_2$ *et Privil. Theod.*; cuiquam A_4B_2M. w) darit A_4. x) maxime A_3. y) nullis umquam patribus quod A_3. z) *ita* A_1, *cf. n. s*; a *ceteri*. a) *ita* A_3; diocesi *(diocensi) ceteri*. b) appetat $A_3B_1B_2M$. c) insidiose A_1; invidiose *BM*. d) infirm., in *eras.*, A_4. e) obtineat, n *superscript.*, A_4. f) st A_4. g) vacuata A_3. h) et *om.* A_4; *legitur in Privil. Theod.*; ut A_4. i) que A_4. k) *ita* A_4; particiatione *ceteri*. l) alienus immunis A_3. m) et *om.* A_4M. n) exellent.; e *superscript.*, A_4. o) *ita* A_1A_3; eo temp. A_4; in temp. illo B_1M; temp. in illo B_2B_3. p) *ita* A_4; nihilom., nichilom. *ceteri*. q) ot, quae *et sunt om. BM*. r) p *corr. ex* s A_4. s) *ita* A_1B; definit. A_3A_4M. t) fiat *add. BM*. u) o episcope *BM*. v) episcoporum A_3. w) Qd A_4; Quod *M*. x) *ita* A_4; clavigeri *ceteri*. y) eorum *BM*.

1) Auctor hic omisit, quae in privilegio Theodori sequuntur et sine dubio etiam in privilegiis posterioribus sequebantur ad intelligendam sententiam necessaria: *si certe caelo Dei et instinctu pietatis innititur, suis epistolis debebit suggerere, ut, quid pontifici Romanae sedis placuerit, iuxta suam prudenciam praevideat disponendum.* 2) Ea quae sequuntur (*contradicunt — indisrupta permaneant*, l. 12—20) in privilegio Theodori non leguntur. In privilegio posteriore, quod auctor adhibuit (supra p. 1009 n. 1) desumpta esse possunt ex privilegio Iohannis X. papae nobis non servato (Kehr, It. pontif. VI. 2, 251 nr. 15), quod idem papa postea (Kehr l. l. nr. 16) aut velut spurium reprobandum aut velut furtive obtentum revocandum iudicavit. Eo enim tempore episcopus Placentinus monasterium Bobiense sibi subiugare studuit. Sed num verba privilegii non mutata ab auctore nostro tradita sint, valde dubito. 3) Auctor alloquitur Giseprandum episcopum Terdonensem, cf. quae in praefatione supra p. 993sqq. disserui. 4) Librum Pontificalem hic intelligendum esse, quod v. cl. b. m. C. Cipolla opinatus est, verisimile videtur.

cari et, quod summum et magnum malum est, a[a] corpore et sanguine domini nostri Iesu 929 vel 930.
Christi fore[z] alienari[a]. Forsitan dices: 'Nolo segregari ab illorum societate neque[b] a beato Petro excommunicari[c] a corpore domini nostri Iesu Christi[d], quod scio[e] veraciter mortem esse animae, sicut ipse dicit[1]: "Qui[f] non manducat meam[g] carnem[g] et non[h] bibit sanguinem meum, non habet[i] vitam in semet ipso"; nec etiam decreta illorum inrumpere[k] volo[k], sed quia video ipsum coenobium pene destructum esse, et cupio[l], ut per me ad pristinum redeat actum[m]'. O episcope[n], noli te fallere! Cave, quod dico! Audi, quod ipsi tibi dicunt[2]: 'Non tibi permittimus ingredi in ipso coenobio, nisi invitatus fueris a patre monasterii vel a cunctis fratribus; et si invitatus veneris, interdicimus tibi ex auctoritate sancti Petri, ut nihil usurpes nihilque contingas nec[o] etiam concupiscas, sed, ad quod vocatus es, gratis omnia peragas, ad propria mox[p] regredi[p] non moreris'. Dicis enim, quod pene destructum est. Verum dicis. Sed si verum est, quod agis[q], ut per te[q] ad pristinum redeat statum, hoc[r] elabora[r], ut abbatem secundum regulam habeat[t], qui adimpleat hoc, quod tu asseris te velle adimplere, et tunc apparebit[t], quod zelo[t] Dei utaris et illa vera sint, quae dicis, quia, sicut scriptum est[3]: 'Non potestis duobus dominis servire', ita et tu non vales tuum episcopatum regere[u] et monachos secundum regulam sancti Benedicti gubernare. De his ista sufficiat[v]. Cum autem venerimus ante conspectum Domini, tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri[4], et recipiemus, iuxta quod gessimus. Nunc vero ad coepta redeamus.

Capitulum XXIIII. Qui[a] in preceptis[b] regum contineat[c].

Supradictus vero rex auditis privilegiis preceptum, quod beatae memoriae Agilulfus rex[5] sancto Columbano tradidit, seu et Adulwaldi[d], Grimaldi[e], Cuniperti[f], Liutprandi[g], Ratchisi[h], Aistulfi, Desiderii, Karoli[i] augusti, Ludovici[k] atque item Ludovici[k], filii eius[g], Karlomanni[l] etiam et[m] Karoli[l] imperatoris necnon Arnulfi Berengariique imperatoris seu et caeterorum regum ante se legere iussit, in quibus legebatur, quomodo prefatum monasterium Ebobiense de reditibus suorum[n] possessionibusque ditaverunt[o] et cum omnibus ad eundem sanctum et venerabilem locum pertinentibus, cum hominibus liberis sive servis colonisque et familiis utriusque sexus in[p] suorum mundurdo et tuitione[p] receperunt[q]. Et post nonnulla[r] alia hoc ad ultimum inferunt, ut, si aliquis privilegia sanctae sedis apostolicae in eodem loco concessa vel confirmatione[s] preceptorum suorum infringere temptaverit, scire debet se composciturum auri optimi[t] libras CCC., medietatem[u] camere ipsorum et medietatem parti predicti coenobii. Et quod[v] magis cavendum est, si[w] umquam ullo in[x] tempore quis ex successoribus ipsorum aut princeps seu aliquis homo eorum statutas[x]

a) fore *om.* B_1B_2M; a corpore — fore *om.* B_2. a) alienum A_2. b) nec A_2. c) nec *add.* A_1B; neque *add.* *M*. d) alienari *add.* A_4; alienari a corp. et sang. dom. n. Iesu Chr. *add.* B_2. e) scimus *BM*. f) Q A_3. g) carnem meam A_2A_4. h) manducat *add., sed delet.*, A_1. i) *ita* A_1A_4M; habebit A_2B_2; habebit, *sed* bi *delet.*, B_1. k) volo inrump. A_2; disrump. vol. *M*. l) pio, cu *superscript.*, A_1. m) *ita* A_1A_4; statum *BM*; statum redeat A_3. n) Ope A_3. o) nec *om.* A_2. p) regredi mox *BM*. q) agis *(pro* ais*)* ut per te, *quae exanuerunt, recenti manu renovata sunt* A_1; *leguntur in* A_2; ais A_4BM. r) hoc elabora *om. BM*. s) *evanuit, recenti manu renovat.* A_1. t) bit quod ze *evanuit, recenti manu renov.* A_1. u) regere *om.* A_2. v) *ita* A_1; sufficiant *ceteri*.

Cap. 24: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) *ita* A_1; Quid *ceteri*. b) dictis *B*; edictis *M*. c) *ita* $A_1B_1B_2$; contineatur $A_2A_4B_3M$ *et Index*. d) ad Vuluualdi A_2; Adulgualdi *BM*. e) *ita* A_1A_2; erimaldi A_4; Grimoaldi *BM*. f) *ita* A_1; Comperti A_2; Cuniberti *BM*; Gumberti A_4. g) Litiprandi A_2; Liudprandi A_4. h) Rachisi A_4. i) Caroli A_2. k) Lodowici A_4. l) Carlomani A_2; Karlo magni *B*; Karolomagni *M*. m) et *om. BM*. n) suis *B*; suisque possessionibus *M*. o) ditaverint A_4B. p) in sua tuitione *(*tuicione*) BM*; tuticione A_2; in suo mamburdo et tuitione A_4. q) receperint A_4B. r) non multa *BM*. s) *ita* A_1; confirmationes *ceteri*. t) optimas A_4. u) medietatemque *BM*. v) quid *BM*. w) quam si *BM*. x) in *supra lineam eadem manu supplet.* A_1; in *om.* A_4. y) *ita* A_1; statutis A_2; statuta A_4BM.

1) Ioh. 6, 54: *nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* 2) Cf. supra p. 1009 l. 5 sqq. 3) Matth. 6, 24: *nemo potest duobus dominis servire.* 4) Cf. 1. Cor. 14, 25: *occulta cordis eius manifesta fiunt.* 5) Haec enumeratio regum Langobardorum, et quae infra l. 25 sqq. leguntur, sive ex diplomate Hugonis regis deperdito, de quo infra cap. 26 agitur, sive ex eius renovatione anno 939. a regibus Hugone et Lothario monasterio dato, aeque deperdito, sed a falsario quodam ad fabricandum diploma spurium eorundem regum (Cipolla l. l. I, 311 n. 89; Schiaparelli, 'I diplomi di Ugo e di Lotario' p. 153 nr. LI; cf. nr. 15 p. 366 sqq.) adhibito auctorem nostrum desumpsisse verisimile est; cf. Schiaparelli in 'Bullettino dell' Istit. stor. Italiano' nr. 34 p. 215 sqq., qui diploma deperditum satis feliciter restituit. 6) [Ludowici II, filii Lotharii I, cuius nomen supra excidisse videtur. H.]

929 vel 930. contraire[z] aut testamenta ipsorum vel supradicta privilegia disrumpere conatus fuerit, in[a] anathematis ultione multatus partem cum Iuda traditore in fine extremi examinis habere[b] imprecantur.

Capitulum XXV. Ad[a] eos[a], qui res sancti Columbani iniuste[b] suis[b] obsequiis deputant.

Volo denique coepta prosequi; sed[c], quod superius legitur, indiscussa[d] preterire non queo. Scimus enim scriptum esse[1], omne quod semel oblatum est Deo, sive homo sive quodlibet animal vel quaecumque res fuerit, nullo pactu[e] posse postea redimi; et miror, quid illi cogitant, qui res sancti Columbani invadunt et suis obsequiis deputant. Possessiones enim, quas nunc sanctus iste locus possidet, a quibuscumque oblatae fuerunt, sive a regibus seu et[f] caeteris fidelibus, non propter hoc optulerunt, ut aliquando[g] optarent, quatenus in possessiones secularium devenirent, sed ad[h] necessaria fratrum Domino sanctoque Columbano hic servientium, seu[i] et[k] ad sustentationes pauperum et peregrinorum permanerent. Nunc vero e contrario illis subtrahitur secularibusque defertur. Hi namque fame[l] cruciantur, illi vero exinde affluentissime[m] aluntur[n]. Hi nudi[o] frigore et gelu urumtur, illi tamen exinde preciosissimis vestibus induuntur. Hi discaltiati nudisque pedibus incedunt, illi vero pinguissimos equos exinde equitant. Unde enim pauperes et infimos alere debuerant, inde canes eorum saginantur. Unde hospites vel[p] peregrinos[q] suscipi[r] et nutriri[r] debuerant, inde suorum famuli vel famulae inflantur[s]. Unde aecclesias vel domos fratrum restaurare debuerant, inde[s] sui homines ditantur. Et quidem, qui propria iubentur tribuere, non timent, quod illorum[t] est, auferre[u]. Et ubi tunc habent hoc[v], quod Dominus ei[w] precipit[x] in evangelio[2], esurientes pascere, infirmos visitare, nudos vestire; et caetera, quae illic[y] legunter? Et, si in igne mittendus est[3], qui non largitur propria, putas, ubi mittendus est, qui aufert aliena? A quo enim acceperunt omnia, quae possident? Credo enim, quod non intelligant ab omnipotente Deo[z] accepisse. Nonne omnes divites facere poterat, si vellet? Utique potest. Numquid solos divites pretio sui sancti sanguinis redemit? Certe pro omnibus mortuus est[a] et resurrexit. Res enim vel pecunias quoquo modo adquisitas, quas nunc habent, filiis vel nepotibus in hereditatem dimittere cupiunt et res, quas Domino oblatas sciunt, abstrahere non timent. E[b] quomodo possunt, quod olim a fidelibus oblatum fuerat Deo, ab ipso abstrahere et[c] suo[c] iuri mancipare? Certe nemo iuste neque legitime potest. Audituri enim sunt illi a Domino in iudicio: 'Servi mali et pigri[4], quare non dedistis omnia mea pauperibus, quae vobis ad erogandum dedi, et nunc una cum ipsis recuperetis regnum eternum? Non solum autem illa fraudastis, sed etiam, quod alii dederunt, vos abstulistis. Proinde, quia noluistis pertrui sempiternum[d] regnum[d] cum fidelibus, abhinc cum diabolo habete supplicium eternum'. Legimus etiam[e] nonnulla testamenta supradictorum offerentium, in quibus invitant omnes, qui suorum[f] res, quas sancto Columbano tradiderunt, tulerint[g] vel subtraxerit[h], in extremi iudicii diem[i] ante tremendum iudicem adfore cum eis et exinde rationem Deo[k] reddi-

z) contraire *om. BM.* a) quod *BM.* b) hafare, *ut ridetur*, A_1.

Cap. 25: $A_1A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) Ad eos *om.* A_3; De eis *Index.* b) suis iniuste A_4. c) sed *om.* A_3. d) indiscussum A_4; indiscusse A_4. e) *ita* A_3; pacto *ceteri.* f) *ita* A_1A_4; et a c. A_3BM. g) aliaquando A_1. h) ad *om.* A_4B_3. i) se A_3. k) et *om.* A_4B_3. l) famę A_3. m) affluentissimę A_1; affl. exinde *BM.* n) aliuntur A_3. o) pro *add.* A_3. p) et A_4B_3M. q) pere grini A_3A_4. r) suscipere et nutrire *BM.* s) *ita* A_1A_4 *(sequitur, sed delet.* suorum famuli A_4*)*; inde *om.* A_3BM. t) illorum non A_4; aliorum *M.* u) affere A_3 *et similiter saepius.* v) hoc *om. BM.* w) *ita* A_1 *pro* eis; eius A_3; eis A_4BM. x) precepit *BM.* y) ibi *BM.* z) se *add.* A_4BM. a) Christus *add. BM.* b) *ita* A_2 *pro* et: et *ceteri.* c) suoque A_3. d) *ita* A_4; sempiterno regno *ceteri.* e) enim A_4M. f) suorum *om. BM.* g) tulerint *om.* A_4; tulerit *BM.* h) *ita* A_1BM; subtraxerint A_2; subtraxerunt A_4. i) *ita* $A_1A_2A_4$; die *BM.* k) eō eo A_3; *om. BM.*

1) Levit. 27, 28: *Omne, quod Domino consecratur, sive homo fuerit sive animal sive ager, non vendetur nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino.* 2) Matth. 25, 35—36: *esurivi enim et dedistis mihi manducare; sitivi et dedistis mihi bibere; hospes eram et collegistis me; nudus et cooperuistis me; infirmus et visitastis me; in carcere eram et venistis ad me*; cf. 25, 42. 3) Matth. 3, 10 et 7, 19: *arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur*; cf. Luc. 3, 9. 4) Matth. 25, 26: *Serve male et piger.*

turo[1], et, quod superius[m] privilegiis et preceptis retinetur, cum Iuda traditore in perpetuum 929 vel 930.
optant habere portionem. Quod non sine magno gemitu vel suspirio audire vel legere possumus. Certe multo melius fuisset illis non nasci quam propter cupiditatem huius[n] vane[n] gloriae cum ipso Iuda dampnari. Quid ad haec possumus dicere tam magne cupiditati? O insaciabilis cupiditas, quid cogis[t] amatores tuos! Magis vis, ipsi[o] ut[o] in[p] extremo examine cum Iuda traditore in inferno inferiori sine fine inextinguibili igne crementur, quam cum Domino et sanctis omnibus in perpetuum felici gaudio perfruantur. O miseri homines, qui supradicta agitis! Quare non consideratis, quibus poenis nunc vexatur Iudas, vel quid in extremo examine ipsi pacientur, qui cum eo societatem merebuntur habere? O infelicissima miseria! Quis umquam lactus ad mortem pergit? Quis umquam ad iugulandum vel ad decollandum libens ducitur? Cessate miseri, parcite[q] cupiditati[q], nolite animas vestras perdere pro nihilo! Totus mundus vobis[r] erit[r] alienus, nudi[s] nati estis, nudi sepeliemini. Cogitate itaque mortem, quae finem dat mundi voluptatibus, et dum tempus est, a rapinis cessate et larga manu propria Dei fidelibus[s] vel pauperibus[s] porrigite poenitentiamque agite, quatenus regnum caelorum Deo auxiliante adquirere et[t] a perpetuis poenis eripere[u] possitis! Dehinc ad ordinem redeamus[v].

Capitulum XXVI. De precepto[a] a rege Hugone accepto[b], et[c] de[d] aqua meritis[e] sancti Columbani[e] in puteum restituta.

Auditis itaque rex preceptis antecessorum suorum excellentissimorum regum[f], visum est illi rectum et equum esse, ut iuxta morem predictorum regum preceptum sancto[g] loco venerandoque abbati Gerlanno[h] cunctisque fratribus tribueret; quod et fecit[i]. Si quis velit scire, quod in eo legitur, in textu ipsius[1] agnoscere poterit. Accepta ergo licentia a rege una cum sancto corpore ad propria reverti nisi[k] sunt. Egressi denique a Ticinensi urbe, ad curticellam sancti Columbani, que vocatur Barbadam[4], venientes ibi nocte illa manserunt. Mane autem facto iter peragunt ad curtem predicti monasterii Ebobiensis, quae vocatur Memoriola[5], quam Gandulfus unus ex supradictis principibus olim invaserat. In qua[l] venientes aquam ad potandum minime invenerunt. Eratque ibi puteus altus, sed aqua deerat. In quo nonnulli intrantes, sperantes illic invenire aquam ad refocilandam sitim, quam patiebantur, sed[m] minime repererunt nisi parvam et ipsam fetidam. Ille vero, qui cuppam sancti portabat[n], paululum aquae in ea mittens, in ipsum puteum proiecit et abscessit[o]. Ipsam denique curtem recipientes ad monasterium repetunt[p]. Post tercium vero diem ad monasterium aliqui ex ipsis partibus advenientes puteum, quem sine aqua dimiserant, plenum esse affirmant.

Capitulum XXVII. De puero sanitati reddito.

Igitur quidam rusticus Martinus nomine habitans[a] in possessiunculam[b] iam factae[c] speluncae, habens filium sex annorum nomine Andream, hic quadam die aggressus[d] ad[e] colendum[e] agrum[e] iussit predicto filio, ut ei

l) *ita* A_1; redditurus A_2A_4; redditurum *BM*. m) superis v *superscript.* A_1; in *add. ceteri, quod forsasse retinendum est.* n) *ita* A_2A_4B; humane A_1; humanae *M*. o) *ita* A_1; ut ipsi ut A_2; ut ipsi A_4BM. p) in *supra lineam suppl.* A_2. q) partite cupitati A_2. r) erit vobis A_2A_4. s) paup. vel fidei. *BM*. t) et a perpetuis p *(non vero enis) in loco raso alia manu suppl.* A_1. u) *ita* A_1A_4; eripi A_4BM. v) veniamus A_2.

Cap. 26: $A_1A_2{}^*A_2A_4B_1B_2B_3M$.

a) recepto A_1. b) accepto *om.* A_2. c) ei A_1. d) de *om. Index.* e) mer. — Col. *om. BM.* f) regi *in loco raso* A_1. g) sanctorum A_2; sanctum B_1B_2; suum sancto B_3, *ubi* loco *om.* h) Gerlando A_2; Gerlano B_2. i) illius *BM*. k) iussi *BM*. l) quam *BM*. m) sed *om.* A_4BM. n) *hic desinit* A_1, *incipit* $A_2{}^*$. o) abscesit $A_2{}^*$. p) *ita* $A_2{}^*A_2A_4$; redeunt *BM*.

Cap. 27: $A_2{}^*A_2A_4B_1B_2M$.

a) *ita* $A_2{}^*A_2$; habitabat A_4BM. b) *ita* $A_2B_1B_2$; possessiunculam $A_2{}^*$; possessiuncula A_4B_3M. c) *ita* $A_2{}^*A_2$; fatae *ceteri*. d) *ita* $A_2B_1B_2$; aggressus, *corr.* egressus, B_3; egressus $A_2{}^*M$; *om.* A_4. e) collendum $A_2{}^*$; agrum ad colendum B_1; ad agr. col. B_2B_3M.

1) [Cf. Verg. Aen. III, 56 sq.: *Quid non mortalia pectora cogis,* | *Auri sacra fames.* H.] 2) Cf. Iob. 1, 21: *Nudus egressus sum de utero matris meae et nudus revertar illuc;* cf. Eccles. 5, 14. 3) Hoc diploma nobis servatum non est; cf. supra p. 1011 n. 5. 4) Barbata (prov. di Bergamo circ. di Treviglio). Cf. Cipolla, 'Cod. dipl. . . . di Bobbio' I, 285 et Buzzi, ibid. III, 84 n. 1. 5) Borgoratto-Mormorola, prov. di Pavia circ. di Voghera. Curtis M. saepe nominatur in cartis monasterii Bobiensis; cf. Buzzi l. l. III, 289 in indice.

929 vel 930. ferramentum, quod vulgo manariam[f] [1] vocat[g], afferret, quatenus arbuscula[h] ipsius agri succideret. Ducens ergo supradictus puer ferramentum, quod iussus fuerat, transitum habens iuxta[i] quandam maceriam, in qua propinquans pavore[k] magno[k] perterritus est et ferramentum[l] patri tributo[m] ad[n] domum[n] rediit. Ibique sedens aspicit ad se venientes duas formas in specie mulierum tam teterrimas et deformes, ut, sicut ipse adhuc asserit, nec antea nec postea similes formas vidisset; et colloquentes cum eo recesserunt. Ex illa vero die omnium membrorum officium[o] amisit et sic per circulum anni in lecto decubans sine aliqua virtute mansit. Notans itaque supradictus vir diem, in qua beati viri corpus ad monasterium reverti deberet[2], ipse suum filium in[p] collo suo[p] mittens ad iam dictum monasterium ipso[q] sancto occurrit, pro suo[r] filio[r] rogaturus. Supradicto vero[s] corpore ante altare sancti Petri posito ipse suum[t] filium[t] ad aream deportans manumque ipsius involvens in palla[u], quae erat super arcam extensa, infit[v]: 'Sancte Columbane, tibi offero filium meum, ut tuus maneat in[w] perpetuum servus[w]; tantummodo pro[x] eo[x] deprecare[y] Dominum, quatinus sanitati restituatur!' Et haec dicens subtus arcam eum[z] collocat[a], expectans, quid ei[a] accideret. At ille soporatus iacuit[b]; a sompno autem excitatus sanus surrexit. At ille videns filium[c] suum[c] sanitati restitutum, gratias agens Deo sanctoque[d] Columbano nullique hoc indicans ad domum suam reversus est gaudens. Hoc denique miraculum per idem[e] tempus fratribus incognitum mansit; sed longo post tempore Rainerius[3], cuius superius memoriam fecimus[3], custos effectus sancti Columbani spelunce a quodam narrante cognovit. Ille vero rogans ad se venire iam dictum patrem pueri[f] subtiliter inquirit, si verum esset, quod de puero audierat miraculum factum. Ipse denique recitans[g] ei omnia, sicut superius diximus, predictus vero Rainerius[c] gaudio repletus, agens gratias Deo cum lacrimis increpavit eum valde, quare tanto tempore fratribus hoc indicare noluit; et eum ad se ducere rogans secum per decem annos retinuit et fratribus omnibus, qui ad eum visitandi gratia, sicut mos[h] est, adveniebant, rei geste causam patefecit. Nunc vero in supradictum[i] monasterium[i] manet, est[k] sutor pellium[l] et fratribus omnibus exinde[m] libentissime[n] servit[o].

[Capitulum] XXVIII[a]. De eo, qui mutus fuerat ad monasterium adductus[b], et feminis[c] in plebibus constitutis[d].

Venerabilis autem abbas iuvenem, qui fuerat mutus[4], pro amore sancti Columbani eiusque reverentiae[e] secum adducens ad monasterium et[f], ut illic in testimonium omnibus afforet, iussit, ut in hospitali cum[g] aliis, qui ibidem[h] morabantur[g], maneret et exinde cottidie victum acciperet. Ipse denique vestimenta, quae ei sufficere possent, annualiter administrare[i] promisit. Postea ipse multis annis in monasterium[k] mansit omnibusque[l] nobilioribus illic advenientibus manum suam, quae sanata fuerat, ostendens rogabatque illos, ut pro amore sancti Columbani, qui ei[m] manum[m] loquelamque[n] restituit, aliquod[o] subsidium tribuerent. Quod et nonnulli pro amore supradicti sancti eius[p] faciebant peticionibus. Supradictas vero feminas, quae a demoniis liberate fuerant[5], in[q] plebibus manere constituit[q], precipiens archipresbiteris, ut victum et vestimenta eis annualiter pro amore sancti Columbani tribuerent.

Hiis itaque[r] peractis accipientes sacratissimum corpus in prefato sepulcro cum[s] honorifice collocaverunt, ubi floret[t] virtutibus usque in hodiernum diem. Venerabilis autem

f) mannariam A_1; manuariam *BM*. g) *ita* A_2* *pro* vocatur; vocant *ceteri*. h) *ita* A_3; arbusculam A_2*A_4; arbusculas *BM*. i) iusta A_2*. k) magno pav. *B*. l) ferramento *BM*. m) tribuit A_2*. n) domumque A_2*. o) off. *om.* A_2; amis. off. *BM*. p) suo in collo *BM*. q) *ita* A_2B; ipso, *corr.* ipsi, A_1; ipsi A_2*M. r) filio suo A_1A_4. s) sancto *add.* A_2*. t) fil. suum *BM*. u) pala A_2*. v) *ita* A_1BM; infit, *corr.* dixit, A_3; inquit A_4*. w) serv. in perp. *BM*. x) pro eo *om. BM*. y) *ita* A_3BM; deprecat A_2*; invoca A_4. z) eum *et* ei *om. BM*. a) colocat A_2*. b) *ita* A_2*A_3; iacebat A_4; venit *BM*. c) suum fil. A_2B_2. d) et sancto A_2*. e) Rainherus A_4; Rainnerius B_2; Raineris B_3. f) et *add.* A_4. g) recitavit *BM*. h) mox A_2*. i) *ita* A_2*A_3M; supradicto monasterio A_4M. k) *ita* A_3; et A_2*; et est A_4; et est. Fuit enim *BM*. l) pelium A_2*A_3. m) exinde *om.* A_2*. n) libertissime A_2*. o) servivit *BM*.

Cap. 28: A_2*$A_3A_4A_4B_1B_2M$.

a) *numerum om.* A_2*; XXVIII *M*. b) *ita* A_2*A_4; adducto A_4; deducto *BM*. c) *ita* A_2A_4; feminas A_2*; feminabus *BM*; *fortasse etiam hic in archetypo* fem *scriptum erat, cf. supra cap.* 15. d) et de constituta sollemnitate relationis sancti Columbani corporis *add.* A_4. e) *ita* A_2*B_1B_2M; reverentię, *corr.* reverentia, B_3; reverentia A_2A_4. f) et *om.* A_4B_1. g) cum — morabantur *om. BM*. h) *ita* A_2*; ibi A_2A_4. i) ministrare A_2*. k) monasterio A_4M. l) omnibus *BM*. m) sibi manum mirabiliter *perperam Rossetti*. n) loquelam A_3. o) sibi *add.* A_2*. p) *ita omnes*; sine illis *perperam corr. Rossetti*. q) *ita* A_3BM; in pl. permanere const. A_4; *in* A_2* *nihil nisi* in plebibus *certo legi potest*; ipse abbas suis in locis restituit *perperam scripsit Rossetti*. r) *sic* A_2*A_3M; ita A_4B. s) illud A_2. t) foret A_2*.

1) Hodie Italice 'mannaia' vocatur, i. e. securis. 2) Iul. 30, cf. c. 28. 3) Cf. c. 11 et 13. 4) De quo c. 20 relatum est. 5) Ut c. 15 narratum est.

abbas convocans omnes fratres admonensque eos, ut gratias agerent Deo, qui illis temporibus tantis florere fecit virtutibus sanctissimum dominumque[u] Columbanum, constituit, ut dies ipsius relationis, quod est tertio[v] kalendas Augusti[v], celeberrimus ab ipsis[w] haberetur. fol. 89
Quod et factum est, et usque hodie[x] peragitur ad laudem[y] domini nostri Iesu Christi,
5 qui vivit et regnat[z] per omnia[a] secula seculorum[b].

EXPLICIT[c] TRANSLATIO CORPORIS BEATI COLVMBANI A BOBIO IN PAPIA ET RELATIO IPSIVS CORPORIS A PAPIA[d] IN BOBIO[d], VBI PER IPSIVS VIRTVTES DOMINO NOSTRO YESV CHRISTO CONCEDENTE MVLTA ET MAGNA SVNT PERPETRATA MIRACVLA[c].

10 u) que *delet. videtur in* B_3; dominum A_3; domnum A_1. v) *ita* A_3A_1BM; de mense Iunii a custis *manu recentiore in loco raso* A_2*. w) fratribus *add.* A_2*. x) *ita* A_3A_1; in hodiernum diem A_2*, *ubi* in hodiernum *evanuit et manu recentiore renovatum est*; nunc *BM*. y) gloriam et honorem *add.* A_2*. z) deus *add.* A_2*. a) infinita A_2*. b) Deo gratias *add.* A_2*; amen *add.* A_3. c) Explicit — miracula *om.* A_3; Explicit vita sanctissimi Columbani A_1; Explicit de miraculis sancti Columbani abbatis *B*. d) Papia in Bo *iam vix legi possunt in* A_2*.

SERMO DE VIRTVTE ET SERMO DE TRANSITV SANCTI CONSTANTII.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Codex olim bibl. palat. Vindobonensis lat. nr. 739 *membranaceus, antea usque ad a.* 1718. *monasterii sancti Severini Neapolitani, ubi die* 1. *mensis Augusti a.* 1174. *a Marino monacho ex civitate Surrentina oriundo absolutus est, et a.* 1919. *in Italiam reductus, f.* 151—153ᵃ *ultimam partem sermonis, quem de virtute s. Constantii inscripsi, et f.* 153ᵇ—156′ *sermonem de transitu s. Constantii in fine mutilum continet. Initium sermonis de virtute et finis sermonis de transitu cum primo et ultimo folio eius quaternionis, cuius tria interiora folia f.* 151—156 *sunt, interierunt. Etiam ante et post hunc quaternionem singuli quaterniones, aut duo ante eum, recciderunt. De hoc codice a.* 1913. *me petente benigne Berolinum transmisso et a me excusso et transcripto pluribus egi in 'Münchener Museum für Philologie des Mittelalters und der Renaissance' IV,* 2 *(*1922*) p.* 129—153 *('Zur griechisch-lateinischen Übersetzungsliteratur des früheren Mittelalters'); cf. etiam M. Denis, Codices manuscripti theologici bibliothecae palatinae Vindobonensis Latini II,* 1 *(Vindobonae* 1799*) col.* 1037—1054 *nr. CCCCXLI (Rec.* 83*); Tabulae codicum manuscriptorum in bibl. pal. Vindobonensi asservatorum I (*1864*),* 123*sq. Sermones de virtute et de transitu s. Constantii a Denis l. c. et a P. M. Huber (sed semel ad falsum annum* 901*)*[1] *commemoratos primus edidi, adiecto ampliore commentario, in 'Münchener Museum für Philologie des Mittelalters' IV,* 3 *(*1923*) p.* 259—271 *(cf. 'Aus Capri und Amalfi' ib. p.* 233 *sqq.). Quam editionem hic, omissis aliquibus partibus, quae ad historiam rerum gestarum immediate non pertinent, codice, qui nunc Neapoli in bibliotheca nationali servatur, denuo collato, perpaucis locis mutatis repetere monente v. cl. H. Bresslau visum est, cum historiae Italiae inferioris saeculi X. exeuntis et imprimis civitatis Amalfitanae et insulae Capritanae, de qua tunc temporis vix alibi quicquam traditur, hi libelli novam lucem afferant*[2]. *Nam soli de impetu Sarracenorum in regionem Amalfitanam a.* 991. *facto, qui aliunde cognitus non erat, satis accurate tradunt*[3]*; Sermo de transitu etiam anterioris cuiusdam invasionis Sarracenorum in insulam Capritanam mentionem facit (c.* 8*).*

1) P. M. Huber, 'Iohannes Monachus, Liber de miraculis. Ein neuer Beitrag zur mittelalterlichen Mönchsliteratur', Heidelberg 1913 ('Sammlung mittellateinischer Texte' ed. A. Hilka 7). p. XV—XVII. 2) Ad alios eiusdem codicis locos, quos prius edidi, hic non repetitos pauca, quae emendanda sunt, hic affero: 'Münch. Mus.' IV, 3 p. 263, l. 11 (Serm. de virt. s. Constantii c. 7) *'promisit 'sacra* signis transposita ita, ut *sacra promisit* legendum sit; ib. IV, 1 p. 111 (Serm. de inventione s. Kataldi c. 3 in.) *Quedam etenim mulier de castello sancti Paris a demonio detinebatur nunumque vexabatur. Sed audiens. . . . Cumque a multis viris teneretur ad ecclesiam intrandam. . . . Plureseque postea in domo sua . . .*; p. 113, l. 17 (ib. c. 7) *Qui* (pro *Cui*); ib. IV, 2 p. 133, l. 26 (Sermo de Antiphonet.) *Quomodo enim et qualiter . . .*; p. 139, l. 18 (Vita s. Herinis) *cum sim senex et in ultima iam etate*; p. 142, l. 1 (Vita s. Iohannis Heleymon) verba *edita a Leontio episcopo Neapolitano* postea sub ultima linea f. 184ᵃ addita in editione magis post verba *provincie Cipri* collocanda erant; p. 146, l. 25 (subscriptio Marini) *mul- tum* (pro *multo*); p. 148, l. 10 (ib.) *cotidie*; p. 148, l. 28 *celestialis* (pro *celesialis*); p. 148, n. k delenda est. 3) Ad eandem Sarracenorum invasionem anni 991, non ad aliquam Normannorum expeditionem re vera nunquam factam ea pertinere videntur, quae in carta Sergii III. ducis Amalfitani d. d. 28. Martii a. 1009 leguntur; cf. quae disserui in 'Münch. Mus.' IV, 3 p. 241 sqq.

Sermones nostri in die s. Constantii[1] *ad 'fratres'*[2] *habendi non nimis longo tempore post a.* 991. *in Italia inferiore compositi esse videntur. Sermonem de virtute, qui res a.* 991. *gestas fusius prosequitur, in traditione Amalfitana caeca optimae fidei niti patet, cum in Sermone de transitu auctor easdem res breviore narratione stringens 'nunc ad ea narranda' se venire fateatur, 'quae nostris temporibus facta cognoscuntur' (c. 8 fin.). Ambos sermones ad eundem fontem redire puto. Sed Sermo de transitu in tota narratione sua necessitudinem cum civitate Amalfitana minus colit et in capite ultimo narrationem fine carentem de Beneventano quodam corpus s. Constantii furari conato subiunxit, ita, ut neque in Amalfitana civitate neque in Capritana insula in eam quam legimus formam redactus esse videatur; fortasse etiam ea, quae in c.* 4—6 *grammatici cuiusdam doctrinam sapiunt, ex suo auctor addidit.*

Codicem Beneventanum, ex quo a. 1613. *Philippus Ferrarius pauca de s. Constantio et de bello anni* 991 *(sed perperam ad a.* 891*) excerpsit, quae cum Sermone de transitu magis quam cum Sermone de virtute convenire videntur*[3]*, alio anno Wilhelmus Smidt me petente Beneventi, Romae, Neapoli, a.* 1927. *ipse Beneventi a viris rev. et doct. A. Fierro et G. Cangiano adiuti frustra quaesiverimus*[4].

A. Hofmeister.

SERMO DE VIRTUTE SANCTI CONSTANTII.

[X.] . . . . dux[a] Amalfitanorum[5] volens eos[6] ad bonum converti misit ad eos nuntium, 991.
dicens: 'Nolite perturbare vos[b], quia vestrum[b] timuit populus, propterea comprehendit arma. Sed ite, applicate Reginmiculis[7]; et quicquid vobis necessarium fuerit, dabimus libenter.' Illi autem euntes cum sua nequitia[8] descenderunt in terram et disseminaverunt se per montana et conscenderunt usque Malitum[c][9]. Et comprehenderunt unum hominem lippis oculis et duos pueruIos atque tres feminas. Et descendentes in Reginmam maiorem contaminaverunt[10] ibidem cunctas ecclesias. Venientes itaque in Reginmiculis minoribus similiter destruxerunt[d][11] cunctas ecclesias atque altaria[12]. Heu pro dolor, pudor[13] est dicere et nefas audire talem contaminationem. Nam altaria Domini suffoderunt[14][15] et reliquias sanctas disperserunt. Cumque hec nefandissima opera populus audisset Amalfitanus, voluit insurgere[15] super eos. Sed magnificentissimus dux prohibuit fieri, potius volens eos ad bonum converti quam ad malum irritare, secundum apostolicum dictum: 'Noli vinci a malo, sed vince in bono malum'[16]. Unde transmisit eis plurima dona et cibaria

a) *ita incipit f.* 151[a], *ante quod plura exciderunt c.* b) *ita c.; num* nos *et* nostrum *legendum sit?* c) malitum *c.* d) s *et* x *in locis rasis c.*

1) 14. Maii. 2) Cf. Sermo de virt. c. 12 in., c. 13 in. 3) Ph. Ferrarius, Catalogus Sanctorum Italiae (Mediolani 1613) p. 281 (ad d. 14. Maii: *Ex monum. Eccles. Benevient. et Capreen.*), qui subiunxit: *Quando hic S. episcopus vixerit, et quomodo eius corpus Capreas delatum fuerit, haud apparet ex eo M. S. Eccl. Beneuent., a quo haec accepimus.* Cf. 'Münch. Mus.' IV, 3 p. 285 sq. 4) Ferrarium, ut puto secutus, eadem fere, ut mecum W. Smidt communicavit, Marius de Vipera, Catalogus sanctorum, quos ecclesia Beneventana . . . celebrat . . . . (Neapoli 1635) p. 25 sq., praebet, sed in fine haec addit: *Ex monumentis Ecclesiae Caprens. ex Biblioth. Benevent. in m. s. Codice de Gestis Sanct. pur.* 2 *pag.* 117 *sign. num.* 168, quod in nullum codicem Bibliothecae capitularis Beneventanae hodie exstantem convenire iam W. Smidt animadvertit. Ex Viperae Catalogo secundum W. Smidt sua hauserunt 'Officia propria sanctorum s. metropolitanae ecclesiae Beneventanae . . .' (Beneventi 1888), p. 49 sq. (etiam Romae 1729, in codice chartaceo bibl. capit. Beneventanae, fol. 41'—42, et Neapoli 1856, p. 198), sed in numero annorum discrepant (*An. sal. 891* Ferrar. et Vipera, *anno saeculi noni primo et octogesimo* Off. propr.). 5) Manso l. a. 958 (usque ad a. 966/67, cum patre Sergio I, inde ab a. 977. cum filio Iohanne I) — 984 et 986—1004/5. Cf. quae disseruit in 'Byzantinisch-Neugriechische Jahrbücher' I (1920), 112 sqq. Ea quae sequuntur usque ad *contaminaverunt eandem ecclesiam* p. 1018, l. 5 in Sermone de trans. non leguntur. 6) Saracenos. 7) Reginna maior (= Majori) ab Amalfi ad orientem, Reginna minor (= Minori) inter Majori et Amalfi. 8) Cf. S. de trans. c. 9. p. 1021, l. 27. 9) Locum nomine Marito in finibus Reginnae maioris commemorat M. Camera, 'Memorie storico-diplomatiche dell' antica città e ducato di Amalfi' II (Salerno 1881), 480; *Malitu* in carta a. 1146, 'Codice diplomatico Amalfitano' ed. R. Filangieri di Candida (Neapoli 1917) p. 261. 10) *contaminare* saepe in Bibl. vulg., ex. gr. 1. Mach. 1, 39. 3, 51. 4, 45. 54. 14, 36. 11) Cf. ex. gr. 3. Reg. 19, 10. 14: *altaria tua destruxerunt.* 12) Cf. 'Münch. Mus.' IV, 3 p. 249. 13) Cf. ex. gr. Ovid. Met. XIV, 18 sq.: . . . *Pudor est . . . referre.* 14) Cf. Rom. 11, 3: *Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt.* 15) Cf. ex. gr. Ps. 85, 14: *Deus, iniqui insurrexerunt super me.* 16) Rom. 12, 21.

991. multa. Sed illi perdurantes in sua nequitia biduo permanserunt in Reginniculis. Exeuntes autem inde venerant Pausitano[a.1]. Descendentes autem ibidem quidam ex eis contaminaverunt eandem ecclesiam. Sed ascendentes ex adverso[b.2] Lauritani homines[3] et vociferantes[4] et adversus eos desuper lapides mittentes, tremebundi discesserunt[c]. Deinde venerunt Tribus Serenis[5] et contaminaverunt eandem ecclesiam. In insula[6] vero, quae Gallus dicitur, quidam monachus erat Arsenius nomine et tres alii monachi et unus laycus. Cumque voluissent ibidem conscendere, propter eos non potuerunt. Sed cum insidiantes conspexissent huc atque illuc[7], descenderunt ex adverso[d] tres velociores Ethiopes et unus super alium ascendentes proiecerunt funem et ex improviso loco super eos irruerunt. Statimque predictum Arsenium monachum occiderunt, et unus ex eis abscondit se. Alios vero duos monachos et unum laycum secum portaverunt. Et diripientes altaria beati Bartholomei apostoli et omnia exinde auferentes abierunt.

XI.[e] Tunc[8] iniquus et perfidus Boalim fecit ante se venire monachos ipsos et cepit eos explorare de insula Capritana. Sed mox simulata[9] nequitia noluit tunc ibidem pergere, ut securos eos redderet et postea subito supervenirent eis[f] occulte. Cum utique convenissent in Stauim[10], non ausi sunt ibi ingredi propter magistrum militum[11], qui latitabat ibi[g] cum suo exercitu. Sed applicuerunt in Rubilianam insulam[12] et destruxerunt[h] exinde ecclesias et proiecerunt altaria in terra et totum monasterium[13] dissipaverunt. Deinde venerunt Neapolim, sed minime potuerunt ibi descendere. Tunc moribundi[i] pervenerunt in insula, quae Maior appellatur[14], et pugnaverunt fortiter contra ipsum Gironem[15] et, cum non prevalerent expugnare eum, confusi persequi cessaverunt. Sed[16] multi sunt ex eis a lapidibus vulnerati. Tunc navicula Neapolitanorum, quae a Sardinia veniebat, comprehenderunt eam. Deinde[17] ceperunt furibundi per noctem transfretare in Capritanam insulam. Sed cum esset magna celi serenitas, subito facta est perturbatio magna et procella[18] maxima, et venerunt pluviae et grandines velut lapides. Exiit ventus vehemens, et perterriti sunt Agareni et nequaquam potuerunt Caprim adtingere, sed electi sunt in[19] partes Lucaniae.

XII.[k] Pensate[20], fratres karissimi, quanta est virtus beatissimi Constantii. Ecce languentibus prebet cotidie sanitatem, penitentibus ostendit criminum remissionem pariter et absolutionem. Peregrini quoque Capritani meruerunt ipsum abere[l] protectorem et defensorem[20]. Nam[21] cum omnes habitatores ipsius insulae pre timore Sarracenorum confugerent et hac illac se absconderent, remansit quaedam vetula in sua domuncula, quae fugere non poterat. Cumque pavida sederet et timida, audivit quasi sonitum pedum[22] venire. Tunc tremebunda et perterrita[23], Sarracenos venire super se estimans, Dei favente clementia duos precinctos[m] seniores angelicos ad hostium suae domunculae[n] conspexit, dicentes sibi: 'Ne timeas, vetula, quoniam non veniunt hic Sarraceni.' Quibus cum mulier tremebunda diceret:

a) *praecedunt duae litterae erasae c.* b) d *supra lin. c.* c) discesserunt *c.* d) d *supra lin. c.* e) XI *in margine c.* f) eis *e corr. (antea eos?) c.* g) ibi *supra lin. c.* h) dextruxerunt *c.* i) *ita c.; furibundi intellegendum esse videtur, cf. infra l. 23.* k) XII *in margine c.* l) *praecedit* h *supra lin. c.* m) precintos *c.* n) domumcule *c.*

1) Positano circiter 16 km ab Amalfi ad occidentem. 2) Cf. ex. gr. Ezech. 13, 5: *Non ascendistis ex adverso.* 3) Laurito parvus vicus prope Pausitanum in monte situs. 4) Cf. ex. gr. Ios. 8, 16: *At illi vociferantes pariter ... Cumque recessissent a civitate ...* 5) Id est Sirenis ('Isolette delle Sirenuse, dette de' Galli'). Cf. etiam Philipp apud Pauly-Wissowa, 'Real-Encyclopädie der Classischen Altertumswissenschaft' III A 1 ('2. Reihe, 5. Halbband'), col. 808 s. v. Sirenianus mons. 6) Hinc convenit S. de trans. c. 9 p. 1021, l. 29 sqq. 7) Cf. Exod. 2, 12: *Cumque circumspexisset huc atque illuc.* 8) Cf. S. de trans. c. 9 p. 1021, l. 36 sqq., ubi nomen Boalim etiam paulo ante invenitur. 9) = dissimulata, cf. S. de trans. c. 9 p. 1021, l. 37. 10) Antiquae Stabiae, hodie Castellammare (di Stabia). 11) Id est ducem Neapolitanum, cf. 'Münch. Mus.' IV, 3 p. 244 sqq. 12) Robilianum (hodie Revigliano) ante ostium Sarni fluvii. 13) Monasterium S. Angeli de Robeliana a. 1087. commemoratur, Iohannes quidam abbas monasterii insulae Ruvilianae iam a. 938; Regii Neapolitani Archivi Monumenta V, 119 nr. 445 et I nr. 30 p. 106 sqq. (= B. Capasso, Monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia II, 1 p. 43 Reg. Neap. nr. 40). 14) Ischia. 15) De castro Gironis (hodie 'Castello') in insula Ischia cf. quae congessi in 'Münch. Mus.' IV, 3 p. 254 n. 5. 16) *Sed — eam* l. 23 non in S. de trans. 17) Cf. S. de trans. c. 9 p. 1022, l. 1 sqq. 18) Cf. Marc. 4, 37: *Et facta est procella magna venti.* 19) *in p. Luc.* non in S. de trans. 20) *Pensate — defensorem* non in S. de trans. 21) Cf. S. de trans. c. 9 p. 1022, l. 5 sqq. 22) Cf. 3. Reg. 14, 6: *audivit Ahias sonitum pedum eius introeuntis per ostium.* 23) Cf. Hebr. 12, 21: *Moyses dixit: Exterritus sum et tremebundus.*

'Qui vos estis, domini mei?' responderunt dicentes: 'Nos sumus Constantius et Severinus 991.
habitatores istius insulae. Et nunc adversus inimicos vestros in mare decertavimus et eis resistimus, ut non prevalerent hic venire.' Hoc autem dicentes recesserunt. Alius quidam homo manebat absconditus in eadem insula, qui audivit sonitum subtilissimae tubae[1] et quasi turbas populorum egredientes de ecclesia sancti Constantii. Tunc estimavit circumdatam esse insulam a Sarracenis. Cum autem diligenter audire voluisset tam dulcissimam tubam, audivit iterum vocem dicentium: 'Electi sunt hinc Sarraceni'. Unde credimus beati Constantii adesse patrocinium ad expellendas gentes iniquas de sua parrochia[2].

[XIII.][a] Nos[3] ergo, dilectissimi fratres, laudantes et benedicentes Deum, concurramus omnes ad beati Constantii preclaram festivitatem[4], ut ipsius patrocinio protecti liberemur a cunctis adversis et a vinculis peccatorum mereamur absolvi. Congratulemur omnes in hac die sacratissima, fratres, in qua beatissimus pater noster Constantius angelicis manibus est deportatus in celum. Exultemus iugiter et semper memoriam eius recolamus[5]. . . . . Si ergo volumus, fratres, cum beatissimo patre nostro Constantio partem abere[b] et cum ipso pariter in celestibus regnis gaudere, declinemus celeriter ab omni mala operatione et, quantum possumus, iugiter faciamus bene. Sed quia propter[c] nostram[c] fragilitatem nullam valemus facere bonitatem, rogemus omnes istum Domini confessorem, ut ipsum habeamus adiutorem et defensorem apud Deum patrem omnipotentem et Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum, qui cum eo vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per infinita secula seculorum. Amen.

[XIIII.][d] Anno videlicet dominicae incarnationis nungentesimo[e] nonagesimo primo[6], 991.
die vicesima secunda mensis Iulii, indictione quarta, venerunt Amalfiam navidia Sarra- Iul. 22.
cenorum predicta.

SERMO DE TRANSITO[f] SANCTI CONSTANTII.

I.[g] Sanctissimus[7] pater noster Constantius, dum in orientali plaga fungeretur presulatus officio et aura illius nominis ob insigne claritatis meritum longe lateque sonaret per populum et tam salutiferis quam machademicis[h] esset prefartus[i] charecteribus[k], in occiduas est propter durissimam destinatus heresim partes. Qui diu illorum sochordiam comprimens, diras acies telo Christi et clipeo euangelii[k] dogmatis reprimens passim destruxit.

II.[l] Et paulatim frumenta dominici orrei, vepres unde excusserat, conserens eorum rigida pectora lappis referta et tribulis[k] vertit in arva germinantia purpureas violas et candida lilia. Et cum cunctas mentes prospiceret sponte se subdi Christo Iesu domino Deo, dimissas occasus partes, quibus inerat, torridum, unde venerat, inhiabat scandere caput[m]. Sed cum Deus dignum illum posse provideret esse alicui genti[n] solacium, exercuit, ut Caprea insula omni iuvamine spreta hoc diadema suo vertici stringeret totum.

III.[o] Peragrante denique illo maritimum callem prefatam occidentem devertit casu in insulam. Ibique languore correptus, ad extremum usque perductus, animam, quam a suo conditore acceperat, integram atque inlesam restituit. Tunc eiusdem loci accolae tam insigne munimen a Deo se accepisse dum cernerent, eius in honore construentes basilicam[p]

a) *nocum caput non numeratur nec distinguitur c.* b) *praecedit* h *supra lin. c.* c) propter nostram *e corr. (antea* pro nostra*?) c.* d) *numerus omissus c.* e) *ita c.* f) *ita (sed littera o minio picta nigro atramento mutata in u) c.* g) *numeri capitum* I—VII *in margine c., ubi capita sequentia* VIII—X *non numerantur.* h) *ita (*machadémicis*) c.* i) *ita hic et in c. 7 (quem locum omisimus) c.; idem quod* praefertus. k) *ita c.* l) II. *in margine c.* m) -t *corr. (ex* d*?) c.* n) *sequ.* -s *eras. c.* o) III. *in margine c.*

1) Cf. ex. gr. Dan. 3, 7: *audierunt omnes populi sonitum tubae.* 2) Aliter S. de trans. c. 9 fin. Cf. 'Münch. Mus.' IV, 3 p. 238. 3) Ea quae sequuntur S. de trans. non habet. 4) 14. Maii. 5) Ea, quae sequuntur, hic omisimus; v. 'Münch. Mus.' IV, 3 p. 256—258. 6) Annum 991. habet etiam S. de trans. c. 9 in., ubi sequentia non leguntur. 7) Ea, quae S. de trans. c. 1—8 narrat, in Sermone de virt. non extant. 8) Cf. Osee 10, 8: *lappa et tribulus ascendet super aras eorum.* 9) Ecclesia S. Constantii in via, quae ducit a litore septentrionali insulae (Marina grande') ad hodiernam civitatem Capri propter incursiones piratarum in alium locum translatam, sita est; cf. Camera, 'Mem. stor.-dipl. di Amalfi' II, 680.

sacrum corpusculum illius condiderunt[a]. Quod usque ad resurrectionis gloriam, Iesu operante domino, non desinit innumera exercere miracula.

IIII.[b] Ex quibus plurimis pauca decerpere non est incongruum, ne larga dicendi profunditas auditoribus gignat obstacula[1]. Sed priusquam eius proferamus miracula, ne a quoquam censeamur, quod singulari sub numero prefatam constrinximus insulam, paulisper respondeamus. Scimus nempe, quia secundum antiquorum exemplaria pluraliter profertur et eius origo taliter indicatur: 'Capreae insulae, quae sunt contra Neapolim sitae, a Capreo, qui in regionibus his potens fuit, vocabula sumpsere'[2].

V.[c] In his sequenti tempore Telonam Martis[3] filium, cuius monumentum ostenditur[3], regnasse dicunt[4]. Cuius filius Ebalus nomine, non contemptus[d] patris imperio, egressus in continenti Latio imperavit[4]. Hunc Virgilius[5] nutritum a fluminis ipsius nimpha[e] dicit, quod in his locis, hoc est iuxta Neapolim, currit et Sebethus dicitur[6]. Dicitur et alio nomine Rubeolus[7].

VI.[f] At tamen nos non custodes regulae, sed fidei decet esse omnino, quemammodum[g] cunctis[h] spirituales et antiqui extitere patres. Nam et David citharedorum sagacissimus in sui carmine libri, quodam in loco agens contra regulam, ita dixit: 'Libera me de sanguinibus'[8], et alio loco: 'Viri sanguinum et dolosi'[9], similiter quoque et in alio loco: 'Viri sanguinum, declinate a me'[10], cum sanguis singulariter et non pluraliter dici possit. Sed nunc, ut redeamus, unde digressi sumus, quisquis qualisve apud Deum iste sanctus extiterit, sumpta materia proferamus.

VII.[i] Igitur[3] dum incolae insulae Maioris[11], quae marinis undique eque ut Capreae circumvolvitur fluctibus, sanctissimi Constantii in sollempnitate[12] ad eius tumbam more solito recurrerent, quidam ardore succensus femineo procuravit quandam suadere puellam, ut in nefario opere suum ei assensum tribueret[13]. . . . . Sed prephata puella[14] non immemor almi presulis beneficiorum, funditus a suo corpore coniugium pellens, adhesit extunc perpetuae castimoniae Christumque sibi sponsum adoptans confessori sancto[15] templum in Maiore insula cum parentibus suis construxit. Donaque plurima optulit et illic usque ad finem vitae suae fideliter serviendo permansit.

[VIII.][j] Quodam[m][16] vero tempore, cum Agarenorum agmina ad desolandam christianorum catervam carinas[k] conscenderent et longa equoris spatia peragrarent, casu verterunt Capream insulam. Quam, ut mos est feralibus eorum mentibus, eundo undique dum subriperent, templum adeuntes sancti Constantii, unam devellentes ex ianuis secum advexere[n]. At custos templi nimium tristis dum adesset, quod fores, unde templum clau-

a) *alterum* d *supra lin. c.* b) IIII. *in margine c.* c) V. *in margine c.* d) *ita c.; intellegendum est* contentus. e) nimphā *corr.* nimpha *c.* f) VI. *in margine c.* g) *ita c.* h) *ita c.; num legendum sit* cuncti? i) VII. *in margine c.* k) l *littera magna initialis rubro, gilbo, caeruleo colore picta c.* l) *hinc numeri capitum omissi c.* m) *ita c.* n) *ita c.; intellegendum est* abvexere.

1) Cf. ex. gr. Sulp. Sev. V. Martini 1, 8: *Quamquam ex his, quae comperta nobis erant, plura omisimus, quia sufficere credidimus, si tantum excellentia notarentur: simul et legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium.* 2) Ex Servii comm. in Vergil. Aen. VII, 735, rec. G. Thilo II (Lipsiae 1883), 189: *quidam dicunt Capreas a Capreo, qui in illis regionibus potens fuit, nominatas;* cf. etiam ad v. 734, infra n. 4. 3) Haec apud Servium non inveniuntur. 4) Ex Servii comm. in Vergil. Aen. VII, 734, rec. Thilo II, 189: *Oebalus filius est Telonis et nymphae Sebethidis. Haec autem est iuxta Neapolim. Sed Telo diu regnavit apud Capreas, insulam contra Neapolim sitam. Filius vero eius, patriis non contentus imperiis* (*patris non contentus imperio* cod. Sangall. nr. 861 et Vat. reg. nr. 1674, saec. X., et Mythogr. II, 187, SS. rerum mythicarum latini tres, ed. G. H. Bode I, Celle 1834, p. 137, ubi hic Servii locus ad verbum exscriptus est), *transiit ad Campaniam et multis populis subiugatis suum dilatavit imperium.* 5) Verg. Aen. VII, 733 sqq.: *Nec tu carminibus nostris indictus abibis, | Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha | Fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret, | Iam senior; patriis sed non et filius arvis | Contentus late iam tunc dicione premebat | Sarrastis populos et quae rigat aequora Sarnus* etc. 6) Hodie Fiume della Maddalena vel Sébeto, in orientali civitatis Neapolitanae parte. Hinc nomen Sebethi medio aevo iam ante Boccaccium in usu fuisse patet. 7) Quod nomen ex. gr. habes a. 1083. et 1094. apud Capasso, Monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia II, 1 p. 323. 344 (Reg. Neap. nr. 532. 564), cf. II, 2 p. 178. 8) Ps. 50, 16. 9) Ps. 54, 24. 10) Ps. 138, 19. 11) Ischia. 12) 14. Mai. 13) Ea, quae sequuntur, hic omisimus; v. 'Münch. Mus.' IV, 3 p. 262—265. 14) Cuius corruptor periurus in limine ecclesiae S. Constantii Capreae fulmine crematus erat. 15) Constantio. 16) Ea, quae sequuntur, S. de virt. non habet.

deretur, non haberet, et intimo ex corde Dei potentiam et sancti presulis clementiam obsecraret, arreptus est sopore. Tunc sanctus adveniens ei post dulcia famina promsit[a], quo in loco littoris[b] ianuam aptam templi inveniret. Qui cum surgeret et visum, ut cognoverat, fidelibus panderet, illi protinus emergentes et, ut sanctus promiserat, ianuam invenientes, cum magna cordis alacritate deportando, in loco, unde evulsa alia fuerat, defixerunt. Mira Dei clementia et valde Dei potentia, qui in minimis etiam rebus non sinit declarari altius sanctorum suorum miracula! Nam predicta ianua ita aeque per omnia aliae coniuncta est, ac si ad eius mensuram, quae superius deportata fuerat, operata exstitisset[c]. Quo in loco ad laudem Dei et honorem sanctissimi presulis usque in hodiernum diem perseverat. Sed tamen, quid necesse est cuncta eius prodigia litteris exarare, cum visu oculorum eius acta clarissima ita sint populis recognita, ut multo plus possint corde retineri quam nostris scriptis ordinari! Nam ut plurimi, qui[a] ob scelerum acta cervicem insanientis superbiae[1] penitentiae vinculo manciparunt, committentes videlicet undique corpus circumstrictum artissimis vinculis ferri et collum catenis ante et retro pendentibus marmoreisque[d] ponderibus, cum quibus varias orbis partes circumierant, aulam sancti Constantii ingredientes, quomodo celitus disruptis nexibus circulisque confractis a penali sunt vinculo erepti, si cupimus proferre, plus fastidium quam suavitatem infundimus. Sed quia tam hec quam et plurima alia satis populis recognita sunt, nunc ad ea narranda veniamus, quae nostris temporibus facta cognoscuntur[2].

[IX.][e] Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi nungentesimo[f] nonagesimo primo[3], cum[4] Hismahelitarum cuneus ob fidelium strages equoreum iter sumeret et totas[g] undique Calabriae regiones comprimeret, estuare cepit, ut Campaniae terminos et insularum circumquaque adiacentium funditus perderet. Sed cum dictus navalis exercitus valida manu missus esset a Sicilia, ut rapidi[h] cursu quamcunque[i] telluris partem perimeret, adveniens inter Siciliam et Sardiniam coro[5] flante terribiliter dispersus est undique. Sed pars quaedam dispersionis a Lucaniae finibus rediens Amalfitanorum urbem aggredi cupiebat[6-8]. Sed populi[k] nequitia eorum cognita[7] immunis recessit[8]. At tamen passim per vicina loca[9] cursitans, altaria diruens, templa conculcans, sanctorum reliquias reiciens, pene cuncta prostravit. Dehinc Boalim[l] dux nefandi exercitus[10] cernens Gallum insulam[11], quo Arsenius monachus tribus cum monachis et uno tunc layco habitabat, cepit explorare locum, unde cum suis conscenderet. Sed illis astantibus cum non valeret, iterum huc atque illuc conspiciens[12] tres velociores Ethiopes ex averso[m] descendere iussit. Qui unus super[n] alium ascendentes proiecerunt funem et ex improviso loco super eos irruentes Arsenium occiderunt; unus ex eis latuit. Duos vero monachos laycumque unum deportarunt. Simulque altaria beati Bartholomei commaculantes, quicquid invenerunt, sustulerunt secum. Tunc[13] iniquus et perfidus Boalim accersitis monachis cepit diligenter de Caprea insula explorare, sed tunc dissimulavit se velle illuc pergere, quatenus securos eiusdem loci incolas faceret, ut subito super eos postmodum irrueret. Dehinc peragrans in Stabi[14] descendere cupiit, sed non ausus est propter magistrum militum[15], qui ibi cum suo latitabat exercitu. At retorquens iter in Rubilianam insulam[16] monasterium[17] totum comminuit, altaria scilicet evellens omniaque conquassans. Deinde Neapolim venit; sed cum descendere illuc non valeret, in insulam devertit Maiorem[18] ibique in oppido, quod Giro

891.

a) *ita c.* b) *alterum* t *supra lin. c.* c) estitisset c. d) mamoreisque *c.* e) *numerus om. c.* f) *ita c.* g) tota *c.* h) *ita, corr. ex* rapida ursu*(?), c.* i) ꝙcūq; c. k) populi *mut.* populus c. l) Boalim c. m) *ita c.* n) p. *postea supersc. f, vel* f *corr. p, c.*

1) Cf. 4. Reg. 19, 28: *Insanisti in me, et superbia tua ascendit in aures meas.* 2) Cf. ex. gr. Greg. Tur. De virt. s. Martini II prol., MG. SS. rer. Merov. I, 2 p. 608: ... *narrare etiam ea cupimus, quae nostro tempore agi miramur* ... 3) V. S. de virt. c. 14. 4) *cum — cupiebat,* l. 21—26 in S. de virt. desunt. 5) Id est caurus = 'Nordwestwind'. 6) Quam die 22. Iulii applicuit secundum S. de virt. c. 14. 7) Cf. Matth. 22, 18: *Cognita autem Iesus nequitia eorum.* 8) Ea, quae sequuntur, saepe iisdem fere verbis, sed interdum fusius narrantur in S. de virt. c. 10. 11. 12. 9) Malitus, Reginna maior et minor, Pausitano, Laurito, Tribus Serenis in S. de virt. c. 10. 10) Boalim in S. de virt. demum paulo post (c. 11 in.) nominatur, sed recte hic in S. de trans. ponitur. 11) Hinc convenit S. de virt. c. 10 p. 1018, l. 5 sqq. 12) Cf. supra p. 1018 n. 7. 13) Ea, quae sequuntur, extant in S. de virt. c. 11. 14) Cf. supra p. 1018 n. 10. 15) Cf. supra p. 1018 n. 11. 16) Cf. supra p. 1018 n. 12. 17) Cf. supra p. 1018 n. 13. 18) Cf. supra p. 1018 n. 14.

991. asseritur[1], dira prelia concitans[2] absque lucro recessit. Inter hec die abscedente et nocte adveniente cepit transfretare contra Capream insulam. Et cum summa esset celi serenitas, ita obnubilata sunt omnia sidera, ut nulla pars celi se visui tribueret. Sed grandines velud lapides emergentes, impetus quoque vehemens ventorum ita illum cum suo ferali depulit exercitu, ut illuc appropinquare nullatenus valeret. Tunc[3] omnes habitatores ipsius insulae pre timore eorum fugerunt et in abditis locis se contutaverunt. Quaedam anus, quae fugae subsidium habere non valens in sua se taberna constrinxerat, et cum pavida sederet valde et timida, audivit quasi sonitum pedum[4] advenientium. Tunc tremebunda et territa[5] cepit de propria salute desperare, eo quod Sarracenos sibi imminere estimaret. Sed Dei favente clementia duos precinctos[a] seniores angelicos ad hostium domus intendit, illi clementi vultu talia proferentes: 'Scias nos esse Constantium et Severinum huius insulae custodes et per nostrum certamen hinc funditus electum Sarracenorum agmen. Et ne iam amplius timeas, quia huc venire non possunt.' Hoc autem dicto protinus abscesserunt[b]. Sed tamen dum ob hunc metum quidam homo in eadem insula absconsus maneret, audivit quasi vocem subtilissimae tubae. Cumque diutius intenderet, ut[c] tam delectabilem sonum audiret, et estimaret Sarracenorum esse[d] exercitum, audivit tumultum hominum ab ecclesia sancti Constantii procedentium et inter se simul dicentium: 'Abierunt hinc Sarraceni'. Unde nemo dubitet, quia per sancti Constantii protectionem sepe Caprea insula a variis pestilentiis liberata est. Et[e] non solum ipsa, verum etiam et aliae partes regionum, quae eius sollempnia colunt, omnimodo defenduntur et eius tuitione proteguntur. Amen.

[X.][f] Denique[7] adiuvante nos misericordia conditoris nostri Dei et gratanter loqui desideramus de amabiliore presule et patre nostro Constantio, quem[f] in istis nostris partibus a Deo nobis donatum credimus. Tempore namque vitae suae duos discipulos habuit, quorum nomina hec sunt: Unus vocatus est Sergius, alius vero Georgius. Isti enim beati discipuli exemplum imitabant[g] magistri, qui cotidie illos[h] confortabat[i] ad salutem illorum animarum, ut plus corda eorum in eterna secula crescerent, quam in hoc mundo divitias possiderent. Quod et factum est. Nam iam dicti discipuli sic observabant monita sancta et precepta sua, ut non solum hominibus perfecti viderentur, sed etiam omnipotenti Deo placerent. Tunc ipse sanctus Constantius dilexit eos nimis, ita ut preciperet ministris suis ac diceret: 'Obsecro vos, karissimi filii, ut ista mea colloquia abscultetis[k], id est[l] post finem meum, ubi me sepelieritis, ibi post migrationem horum amborum meorum discipulorum in sepulchro meo, ubi et ego requiesco, sepelite et ipsos, ut veniat mihi unus ad dexteram et alius ad sinistram[8] partem. Me autem intermedium illorum dimittite.' Ita factum est, ut ipse sanctus preceperat in eo ordine.

Quodam[m] vero tempore, cum[n] miracula, quae Dominus ostenderat per sanctum servum suum Constantium episcopum, ab hominibus divulgarentur per orbem terrarum, homo quidam habitator civitatis Beneventanae nobilis et dives fuit, qui[o], cum esset ardentissimus et desideratissimus de corpore beati Constantii, et cogitaret, quomodo illum de ipsa insula Caprea raperet. Tunc finxit se venire ad orationem in ipsam insulam ad basilicam sancti Constantij. Attulit enim ibidem incensum et dona, sicut mos est christianis hominibus, qui ad orationem vadunt. Et petierunt custodem aulae illius, ut ibi manerent nocte eadem intus basilice[p] eius. Quod et factum est. Tunc intempesta[q] noctis silentio[9] surrexerunt et aperuerunt tumulum, ubi corpus sanctissimi Constantii requiescebat cum ipsis duobus discipulis[r] . . . .

a) precintos *c.* b) abasserunt *c.* c) ut *iam legi nec potest c.* d) *sequ. una littera (t?) erasa c.* e) *numerus om. c.* f) *quem in loco raso c.* g) *ita c.* h) illo; *corr.* illos *c.* i) *in loco raso c.* k) *ita c.; intellegendum est* auscultetis. l) *in loco raso c.* m) *nova linea non incipitur c.* n) *cum eadem manu supra lin. c.* o) qui *supra lin., sequens* Cum *cum littera* C *magna scriptum c.* p) *ita c.* q) *sequ. una littera (s?) erasa c.* r) *hic finit f.* 156*v*, *post quod plura exciderunt, c.; manus recentior adscripsit:* Deficiunt non pauca *c.*

1) Cf. supra p. 1018 n. 15. 2) Cf. ex. gr. 1. Esdr. 4, 19: *et proelia concitantur in ea* (sc. in civitate Ierusalem). 3) Ea, quae sequuntur, extant in S. de virt. c. 12. 4) Cf. supra p. 1018 n. 22. 5) Cf. supra p. 1018 n. 23. 6) Aliter S. de virt. c. 12 fin.: *Unde credimus beati Constantii adesse patrocinium ad expellendas gentes iniquas de sua parrochia.* 7) Ea, quae sequuntur, S. de virt. non habet. 8) Cf. Marc. 10, 37: *Da nobis, ut unus ad dexteram tuam et alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.* 9) 3. Reg. 3, 20: *Et consurgens intempestae noctis silentio.*

VITA ET MIRACVLA SANCTI BONONII ABBATIS LOCEDIENSIS.

EDIDERVNT **GERHARDVS SCHWARTZ** B. M.
ET **ADOLFVS HOFMEISTER.**

Bononii abbatis Locediensis a. 1026. *die* 30. *m. Augusti mortui vitam et miracula brevi post mortem eius fratrum precibus compulsus monachus quidam nominis ignoti in monasterio Locediensi*[1] *conscripsit, qui matrem suam febricitantem a Bononio sanatam esse refert (Mir. c.* 6*). Vitam non multo post, quam Adericus, a.* 1026. *episcopus Vercellensis factus et die* 4. *m. Maii inter a.* 1041. *et* 1044. *mortuus, Iohannis papae XIX, qui a.* 1032. *die* 6. *m. Nov. obiisse videtur, auctoritate intercedente super praedecessoris sui sepulcrum altare erexit*[2]*, scriptam esse ex novissimo Vitae capitulo apparet. Ubi cum etiam miracula ad sepulcrum facta esse narrentur nec tamen expressis verbis ad sequentem de miraculis relationem lector remittatur, hunc miraculorum libellum aliquanto post compositum esse G. Schwartz censuit, quem pluribus annis elapsis conscriptum esse etiam ex c.* 10 *(*11*) et* 11 *(*12*) miraculorum 'post eius obitum' concludere se posse putavit, ubi quidam frater ipso anno* 1026. *a dentium dolore sanatus* sospitate recepta in eadem omni vitae suae tempore *mansisse (c.* 10 *ex.) et quaedam femina eodem anno a sterilitate sanata* utriusque sexus prole deinde fecunda *permansisse (c.* 11 *ex.) leguntur. Sed ego cum Frankio*[3] *Vitam et Miracula ab eodem auctore uno tenore nonnullis annis post mortem Bononii sub Arderico episcopo, id est ante a.* 1041/44. *composita esse magis crediderim. Miraculorum eundem auctorem esse, qui Vitam conscripsit, ex verbis locutionibusque simillimis, quas G. Schwartz congessit*[4]*, facile intellegitur. Ex Vita Bononii vita brevis s. Petri episcopi Vercellensis (Acta Sanct. Boll.* 13. *Febr. II,* 720*) compilata est. Nonnullos locos etiam in vita s. Petronii Bononiae saeculo XII. composita adhibitos esse putat Lanzoni*[5]*.*

Codices, qui innotuerunt, sunt hi:

1) *Codex Romanus Vaticanus Barberin.* 586 *(olim sign. XII* 29*;* 925*; VIIII A* 1*), membran., fol. max., saec. XI (XII), de quo cf. A. Poncelet, Catalogus codicum hagiographicorum Latinorum bibliothecae Vaticanae (Bruxellis* 1910*) p.* 458 *sqq. Vita Bononii legitur f.* 250′—252,

1) De monasterio S. Michaelis et S. Ianuarii de Lucedio (San Genuario) dioec. Vercellensis cf. P. Kehr, Reg. pont. Rom., Italia pont. VI, 2, 28 sq. 2) Vit. c. 12, p. 1030; Kehr, Italia pont. VI, 2, 29 nr. 1 ad a. 1027. De die mortis Iohannis papae XIX, quem alii aliter definiunt, cf. L. M. Hartmann, 'Mitt. d. Inst. f. öst. Gesch.' XV, 488 sqq. et R. L. Poole, 'Engl. Hist. Rev.' XXXII, 208 et 'Proceedings of the British Academy' 1917—1918, p. 204 n. 8. 3) W. Franke, 'Romuald von Camaldoli und seine Einsiedlerkolonien' (Berolini 1913; p. 1—68 = diss. Hal. 1910) p. 18 sqq., qui de anno aliquo circa a. 1030. cogitavit. 4) Ex. gr. Vit. c. 1: *cotidie moriebatur mundo, ut viveret Christo* = Mir. c. 2 (8, Mabillon, Acta sanct. ord. s. Ben. VI, 1, 271): *ut cotidie mortuus mundo, viveret Deo;* Vit. c. 3: *carnem suam crucifixisset* = Mir. c. 2 (8): *corpus suum . . . crucifigente;* Vit c. 8: *votis sancti Bononii adquievit* = Mir. c. 8 (9, p. 273): *votis ipsius adquievit;* Vit. c. 9: *cum gaudio singuli ad propria sunt reversi* = Mir. 13 (14, p. 274): *cum gaudio ad propria redierunt;* Vit. c. 11 (12): *fidem credentium informari gaudemus* = Mir. c. 8 (9, p. 273): *credentium fides informari simul debet et augmentari;* Vit. c. 11 (12): *ut remunerante Deo sui agonis bravium reciperet* = Mir. c. 9 (10): *ad . . . remuneratorem . . . perrexit braviumque sui agonis . . . accepit.* 5) F. Lanzoni, 'San Petronio nella storia e nella leggenda' (Romae 1907) p. 258 sqq.

sic incipiens: III. kl. Sept. Transitus S. Bolonii abbatis incipit vita eiusdem, *sequuntur prologus et Vita; Miracula desunt. Codicem ipse Romae contuli et exscripsi.*

2) *Codex Bononiensis bibl. univ. Lat.* 1473, *membran., fol., a.* 1180. *die* 14. *m. Nov.* in monasterio beatissimi protomartyris Stephani de civitate Bononia, quod vocatur Ierusalem, *completus* et thesauris armarii iam dicti monasterii aggregatus[1]. *Vitas sanctorum continet, inter quas f.* 165—174' *Vita et Miracula Bononii, sed Vita prologo carens, exstant. Codicem ipse Bononiae contuli.*

Ex 2 *exscripti sunt* 2*a et* 2*b:*

2*a) Codex Romanus bibl. Alessandrinae Lat.* 101, *chartac., saec. XVII, in dorso signatus* R. D. Const. Caietani Misc. sacra Mss. T. IV P. II. *Qui f.* 185—188 *(olim* 109—112*) Vitam prologo carentem, f.* 188'—194' *(olim* 112'—118'*) Miracula s. Bononii continet, et Vitam et Miracula ex* 2 *transcripta*[2]. *Codicem ipse Romae contuli.*

2*b) Codex Pisanus bibl. univ. Ms.* 58, *chartac., saec. XVIII, schedas reverendissimi patris Guidonis Grandi abbatis exgeneralis Camaldulensis continens. Qui codex f.* 408—413 *Vitam et Miracula beati Bononii exhibet, a.* 1730. *d. Floriano Amigoni ord. Cam. curante ex* 2 *transcripta et ad amicum Grandi transmissa*[3]. *Codicem, quem A. Falce indicavit, ipse Pisae evolvi.*

3) *Codex Vercellensis archivi capitularis XLV (*87*), membran., saec. XIII/XIV*[4]. *F.* 88—90 *Vitam Bononii prologo carentem continet, praemissa rubrica (f.* 87' *fin.):* Eodem die *(sc. III. kal. Sept.)* Incipit vita sancti Bononii abbatis. *Desunt Miracula. Codicem Vercellis contulit G. Laehr.*

4) *Codex Vercellensis archivi capitularis XII (*58*), membran., saec. XIV, de quo cf. R. Pasté apud A. Sorbelli, 'Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia' XXXI (*1925*), 79. F.* 158—160' *Vitam Bononii prologo carentem praebet, quam antecedunt versus sequentes:*

Hic Augustinus, vitam cuius modo scripsi,
Si placet hoc, faciat, quod sit mihi gratia Cristi.

Miracula desunt. Codicem Vercellis contulit G. Laehr, nonnullis locis denuo inspexit R. Pasté.

5) *Codex Vercellensis archivi capitularis XXXIV (*196*), membran., saec. XIII/XIV*[5], *de quo cf. Pasté l. c. p.* 85. *F.* 137'—144 *Miracula Bononii, omisso prologo, continet. Vita deest. Codicem Vercellis contulit G. Laehr, nonnullis locis denuo inspexit R. Pasté.*

Quorum codicum unus 2 *(cum propagine sua* 2*a et* 2*b) Vitam et Miracula, Vitae tamen prologo omisso, praebet;* 1, 3, 4 *Vitam solam, sed* 3 *et* 4 *omisso prologo, tradunt;* 5 *Miracula sola, prologo Miraculorum omisso, continet. Itaque Vita in* 1, 2, 3, 4, *Miracula in* 2 *et* 5, *prologus Vitae in uno* 1, *prologus Miraculorum in uno* 2 *exstant.*

Primus Surius, De probatis sanctorum historiis VII, 654—656 *et* 655—660. *Coloniae a.* 1581. *Vitam et Miracula Bononii ex codicibus Vercellensi et Bononiensi (*2*)*[6]*, sed stilo mutato, prelo subiecit, deinde I. B. Mabillon, Acta sanctorum ordinis sancti Benedicti saec. VI,* 1 *(*1701*),*

1) Cf. notitiam f. 381, cuius initium habes apud Mabillon, Acta sanct. ord. s. Ben. VI, 1, 266. De hoc codice cf. Lanzoni p. 39sq., Franke p. 18, *n.* 3. 2) V. infra p. 1027, n. p ad c. 4, l. 10sq.; ubi in c. 5; infra p. 1027, l. 21, n. z, codex 2 in margine numerum *VI.* adiecit, versu in vocabulo *repente* finiente et novo versu in vocabulo *vehemens* incipiente, 2a habet: *repente VI vehemens.* 3) Cf. ibidem f. 414 sqq. epistolas Amigonii ad Grandium datas d. 18. et 25. Nov. a. 1730; A. Falce, 'Arch. stor. ital.' 83 (1925, 'Serie' VII, vol. III), 304 sq. 4) Ita G. Laehr; 'sec. XII o XIV' Lanzoni p. 251, n. 7 (ex communicatione canonici L. Sincero archivarii capituli Vercellensis); 'aus dem 14. Jahrhundert' Franke p. 19, n. 3 (ex communicatione eiusdem); 's. XII—XIII' R. Pasté apud Sorbelli in 'Inv. dei mss. delle biblioteche d'Italia' XXXI, 88, ubi Vita s. Bononii non indicatur. Cum littera o saepe occurrat, de saeculo XII. cogitari posse, non prorsus negaverim. 5) Ita G. Laehr; saec. XIV. Lanzoni, Franke, Pasté. 6) Surius VII, 654: 'Vita s. Bononii abbatis monasterii Locedensis, quod est in agro Vercellensi, quam ex duobus codicibus, quorum alter apud Canonicos Cathedralis Ecclesiae, alter apud Monachos S. Stephani Bononiae asservatur, Illustrissimus et Reverendissimus Cardinalis et Episcopus Bononiensis Gabriel Palaeotus ad nos exscriptam misit, unde eam, de sententia nihil, at stylum aliquantum immutantes, excerpsimus'. Quod minus recte intelligentes aliqui de codicibus S. Dominici et cathedralis ecclesiae Bononiensis tamquam a Surio adhibitis fabulati sunt; cf. epistolam Amigonii d. 25. Nov. 1730 apud Falce, 'Arch. stor. ital.' 83 (1925, 'Serie' VII, vol. III), 303 sq.; Melloni, 'Atti degli uomini illustri in Bologna' I, 2, p. 2 (qui duos codices Bononienses olim fuisse putavit, codicem S. Stefani = 2 et codicem cathedralis deperditum). Uter codicum Vercellensium 3 et 4 Surio notus fuerit, non scrutatus sum.

267—270 *et* 270—276 *(ed. sec., Venetiis, p.* 237—240 *et* 240—246*), codicem* 2 *secutus. Tertiam editionem ex codicibus Vercellensibus* 4 *et* 5 *instituit Prosperus de Lambertinis cardinalis, archiepiscopus Bononiensis (postea Benedictus papa XIV.) in appendice quarta tomi secundi libri sui qui inscribitur De servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione*[1]. *Exstant etiam edita ex codice* 2 *collato cum* 1 *et editione Lambertiniana in Actis Sanctorum Boll.* 30. *Aug. VI (1753), 627—629 et 630—634 (curante I[oanne] P[inio])*[2]; *apud C. Petracchi, 'Della insigne abbaziale basilica di San Stefano di Bologna' (Bononiae* 1747*) p.* 129—133 *et* 133—145*, ex codice* 2*; apud G. B. Melloni, 'Atti o Memorie degli uomini illustri in santità nati o morti in Bologna' I,* 2 *(Bononiae* 1788*), p.* 335—338 *et* 338—344*, ex* 2*, adscripta varia lectione codicum* 4 *et* 5. *Sed ubique prologus Vitae omissus est. Cf. etiam Bibl. hag. Lat. Boll. nr.* 1421—1423.

Aliam Vitam Bononii auctore, ut dicit, Ratberto monacho Locediensi ab Arderico episcopo Vercellensi (v. supra p. 1023 *l.* 9 *sq.) ad hoc commonito multo locupletiorem, cuius notitia aliunde non extat, edidit a.* 1740. *G. Grandi abbas ord. Camald. monasterii S. Michaelis in Borgo, prof. math. univ. Pisanae († 4. Iul. a.* 1742*)*[3]*, qui eius iam a.* 1733. *in Vita s. Petri Orseoli a se descripta mentionem fecerat*[4]*, 'ex MS. Reginae Sueciae', cuius vestigium ne minimum quidem apparet, a Benedetto Bacchini (*1651—1721*) abbate congregationis Casinensis sibi, si credimus, d.* 3. *Mai. a.* 1721. *Ferrariae subministrato. Quam Vitam cum rerum gestarum ordine aliunde constante nullo modo convenientem, immo vehementer repugnantem, non integrum antiquitatis testimonium, immo inter a.* 1664. *et* 1733. *ab homine quodam docto recentiorum temporum fictam esse contra Frankium*[5] *demonstravit G. Schwartz in 'N. Archiv' XL (*1916*),* 183 *sqq., qui ipsum editorem Grandi falsarium putat. Quod refutare conatus est A. Falce, 'Il Marchese Ugo di Toscia' (Florentiae* 1921*). p.* 203 *sqq. et 'La Vita ratbertiana di S. Bononio nei mss. dell'abbate G. Grandi' in 'Archivio storico italiano' LXXXIII (ser. VII. vol. III, Florentiae* 1925*),* 299—307*, sed id quod voluit attingere non potuit; cf. quae exposuimus in annalibus nostris 'N. Archiv' tom. XLVIII. Ratberti, qui dicitur, Vitam Bononii ficticiam, non medii aevo sed recentiore tempore natam esse, dubium esse non potest. Immo ne id quidem, utrum ipse, qui edidit, Grandi*[6] *cum Gerhardo Schwartz fraudis reus habendus an ab alio illius aetatis impostore docto delusus lapsus sit, iam dubitari posse existimo, si, quomodo Grandi in textu, quem legimus, fabricando versatus fuerit, schedis ipsius, quae hodie Pisae in bibliotheca universitatis servantur, testantibus*[6]*, diligenter perpendimus.*

Quae cum ita sint, Ratberti qui dicitur, immo Grandii, fraude omnino reiecta hic solam Vitam coacervam auctoris ignoti, de qua supra egimus, ex codicibus 1—4 *edimus adiectis prologo et nonnullis locis ex Miraculis secundum codices* 2 *et* 5 *excerptis. Quam editionem cum socius noster Gerhardus Schwartz, iuvenis optimae indolis, suscepisset, sed gloriosa morte nimis mature praeventus, quamvis multum insudasset, non perfecisset neque vivo cl. H. Bresslau memoriae semper recolendae a v. cl. P. Schramm adiuto, ut eam ad finem perduceret, datum esset, ego, qui iam in initiis operis manum adhibueram, absolvi v. d. Gerhardo Laehr fideliter adiuvante. Annotationes ad res et eloquium spectantes eae, quae Gerhardo Schwartz debentur, littera S. signata sunt.*

Capitula secundum codices, quantum fieri potuit, distinximus, numeris Mabillonii, ubi a nostris differunt, in margine adiectis.

Dabam Gryphiae, mense Maio a. 1927. **A. Hofmeister.**

1) Qui primum Bononiae prodiit, 'auctore ipso curante, qui tunc archiepiscopalem eiusdem urbis ecclesiam moderabatur', ut in editione Bassanensi a. 1766. p. V sqq. legitur. Editionem Venetianam a. 1788 (Benedicti XIV. Opera omnia II, 237 sqq.) G. Schwartz adhibere voluit. Nobis editionem Operum Benedicti XIV. 12 tomis a. 1747—1751. Romae absolutam, ubi Vita et Miracula Bononii tomo VII (Romae 1749), 301—312 ex duobus codicibus archivi capituli cathedralis s. Eusebii a. 1732. in usum editoris exemplatis leguntur, diligentissime evolvit G. Laehr. 2) 'Ex Ms. codice Bononiensi edita (sc. Vita) apud Mabillonium . . ., quam cum aliis exemplaribus contulimus.' 3) Grandi apud A. Calogerà, 'Raccolta d' opuscoli scientifici e filologici' XXI (Venetiis 1740), 207—258; quam editionem repetiit G. B. Melloni, 'Atti degli uomini illustri in santità nati o morti in Bologna' I, 2 (1788), p. 344—351, Italice vertit B. Collina, 'Vita di S. Bononio abate' (Bononiae 1747). 4) 'Vita del glorioso Principe S. Pietro Orseolo . . . scritta da un Religioso Camaldolense' (Venetiis 1733) p. 52, n. 21. 5) W. Franke, 'Romuald von Camaldoli' p. 21 sqq. 29 sqq. 6) V. imprimis Ms. 72 a Falcio indicatum, sed non recte iudicatum, a me ipso mense Aprili a. 1927. Pisae denuo evolutum.

III.[a] KAL. SEPTEMBRIS TRANSITUS SANCTI BOLONII ABBATIS. INCIPIT VITA EIUSDEM[a].

[Prologus.][b]

Grandium materiarum explanationem parvorum ingenia comprehendere nequeunt, et plerumque accidit, si forte conantur, in eodem conatu ultra vires ausa succumbunt. Et quanto maius ac excellentius fuerit, quod disserendum est, tanto magis obruitur, qui altitudinem excellentium rerum explicatione coepta nequit[c] evidenter auditoribus enodare. Unde, quia sacrae scripturae testimonio quam plures scientia ac lege Dei eiusque observatione perfectos novimus scribendi mysteria aut humiliter declinare aut trepidanter subire et sanctam ac memorabilem praecedentium patrum conversationem aut vix aut nullo modo scribendam praesumere, quid mirum, si nos omnium peccatorum contagio tabescentes et detestante ac diuturnae conversationis labe sordentes, scientiae et operum caecitate vitam fedantes non subire praesumimus, quod nobis a confratribus iniunctum graviter toleramus? Quos vitium indifferenter maculat, testis conscientiae accusat, qua temeritate vitam Deo per omnia placentis venerabilis sancti patris Bolonii explicare audemus, qui semper in cunctis Deo displicere non cessamus? Et licet ab hoc omnimodis impares simus, etiam si scientia suppeteret, erubescimus, verentes ac memores, quia peccatori dixerit Dominus:
Ps. 49, 16. 'Quare tu enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum?' Sed servorum Dei monitis obtemperantes eorumque sacris votis obedienter satisfacientes, quod de vita et moribus tanti patris cognovimus, memoriae commendandum scribendumque aggredimur[d], sicut pro captu ingenii poterimus, de nobis nichil omnino presumentes, sed ipsius memorandi patroni[e] meritis et precantum orationibus confidentes.

INCIPIT[a] VITA BEATI BONONII ABBATIS ET CONFESSORIS[a].

I.[b] Beatus igitur Bononius[c] Bononiae oriundus fuit ibique a pueritia se sub monastico praetextu[d] divinae servituti[e] mancipavit. Inter cuius crepundia plurima[f] claruere[f] virtutum insignia. Qui[g] a primaeva[h] aetate meditatus[i], quid[k] futurus erat, sicut legerat[l], utpote 'omnem vitam sapientis esse meditationem[i] mortis', cotidie moriebatur mundo, ut viveret Christo.

II. Quattuor[3] principales virtutes scripturarum assertionibus noverat appetendas, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, ita sibi invicem nexas[m] et mutuo cohaerentes, ut, qui unam non habuerit, omnibus careat. Quas omnes sic habuit vir venerabilis, ut tamen emineret in singulis[2]. Mundum et[n] ea, quae in[o] mundo[o] sunt[p], posthabuit, Domino adhaesit, saecularia iudicia contempsit. Legerat[3] enim primam virtutem monachi esse hominum iudicia contemnere et semper apostolicam sententiam ad
Gal. 1, 10. memoriam revocare[q]: 'Si adhuc hominibus placerem, Christi[r] servus[r] non essem'.

III. Cumque per annos aliquot in eadem urbe in monasterio sancti Stephani[s] carnem suam crucifixisset et aetatis ac morum perfectione adolevisset, charismata[t] meliora aemulatus[u] excellentiorem vitam[v] est aggressus. De terra et cognatione sua et paterna domo

Prologus: a) *ita minio* 1, *qui solus prologum sequentem servavit.* b) Prol. *om.* 1. c) nequid 1. d) aggredimus 1. e) patronis 1.

Vita: a) *ita minio* 2; (Eodem die [sc. III. kal. Sept.] *praem.* 3) Incipit vita sancti Bononii abbatis *minio* 3. 4; Inc. — confessoris *om.* 1. b) *capitula non numerantur* 1. 3. 4; *numeri, qui lectiones indicant, in margine fortasse post add.* 2. c) Bolonius *(sed cf. del. 4)* 1. 4. d) ptestu, *super* s *superscr.* x, 3. e) servitutis 3. f) clar. plur. 1. g) Quod 4. h) prīu^me^a, *inter* u *et* a *una litera (fortasse* e) *erasa,* me *manu coaeva superscr.,* 4. i) meditatur *corr.* meditabatur 1. k) quod *corr.* quid 1. l) meditatione 2. m) conexas 3. 4. n) et *bis* 4. o) in *om.* 3; mundi *pro* in mundo 4. p) sunt *om.* 4. q) revocate *corr.* -re 4. r) *ita* 1. 3. 4 *Vulg.;* servus Christi 2. s) *sequ.* protomartyris 2. t) chrismata 1; carismata 2. u) cumulatus 2. v) viam 2.

1) Hieronymi ep. 60, 13 (ed. Hilberg, Corpus scriptor. eccles. Latin. 54, 1910, 566): *Platonis sententia est omnem sapienti [sapientis I²] vitam meditationem esse mortis.* S. 2) Hieronymi ep. 66, 3 (ed. Hilberg p. 649): *Quattuor virtutes describunt stoici ita sibi invicem nexas et mutuo cohaerentes, ut, qui unam non habuerit, omnibus careat: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Has omnes sic habetis singuli, ut tamen emineatis in singulis.* S. 3) Hieronymi ep. 66, 6 (ed. Hilberg p. 654): *Prima virtus est monachi contemnere hominum iudicia et semper apostoli recordari dicentis: 'Si adhuc'* etc. S.

exiit[a.1], trans maria secessum solitudinis iuxta Babylonem[2] elegit. Ibi freno durioris et supra[b] modum continentioris vitae corpus suum perdomuit omnibusque[c] carnis illecebris triumphator[d] agonitheta[e] repugnavit.

IV. Fama[f] igitur eius boni odoris per totam Aegyptum[g] fragrante[h] principes Aegypti[i] et potior pars populi mira dilectione coeperunt eum amplecti adeo, ut darent ei optionem, quod[k] vellet, faciendi. At[l] cum frequenter hoc facerent, gavisus sanctus pater Bononius[m] (4) Deo gratias egit, per quem barbarica feritas quievit et in mansuetudinem[n] conversa siluit, insuper quod inter saevitiam barbarorum intrepidus maneret ad perficienda universa[o] opera christianorum. Primum itaque suarum virtutum spiritale iecit fundamentum laborando ad reparationem ecclesiarum barbarica vastatione dirutarum. Ibidem quam plurimas[p] reparavit, monasterium[p] condidit[p], in quo[p] abbatem[p] et monachos ordinavit, quorum vitam secundum regulam sancti Benedicti instituit.

V. De loco ad[q] locum transiebat[r], verbum Dei seminabat, fides credentium crescebat, ad quorum informationem multis signorum miraculis coruscans[s] alios ad fidem trahebat et sicuti ager[t] terrae bonae fructum centesimum, sexagesimum[u] et tricesimum producebat[v]. Cumque[w] quadam die ingressus navem cum mercatoribus illius regionis Alexandriam peteret, valida et inevitabili procella subito aequore turbato nullam evadendi iam[w] spem habentes clamabant omnes in tanto discrimine constituti, dicentes: 'Serve Dei, ecce miserabiliter perimus et tu nobiscum, sed secundum tuam praedicationem talem credimus Deum tuum: Si oraveris ad eum, liberabit te et nos[x] tecum, et liberati vovemus nos sacramentum baptismatis[x] a te sumpturos[y] omnino sequi et perfecte credere in eum'. Ad cuius[z] orationem repente vehemens maris[a] commotio sedata siluit[b], et navis a Deo directa felici cursu portum Alexandriae, sicut optaverant, intravit, et statim de navi egressis[c] ac de manu mortis Deo ministrante[d] ereptis vir Dei saepe memorandus sacramenta baptismatis tradidit. Per totam Alexandriam rumor beatae eius opinionis sonuit, quia per eum[e] multa virtutum signa ibi Dominus ostendit. Et ne humanus favor, ut saepe assolet, eius mentem nevo[f] insolentiae obduceret, clam locum deseruit, pristinam Babylonis solitudinem[g] repetens[h], vigiliis, ieiuniis, orationibus et universis sanctis operibus vacavit, vias vitae quam plurimis monstravit atque, ut omnes lucrifaceret[i] vir iustus, omnibus est omnia factus[k].

VI. Non adulatione per[k] potentiam appetebat potentes[l] nec fastidio aspernabatur superbos et insolentes, memor illius invectionis, qua comminatus[m] est Dominus populi seductoribus dicens: 'Ve vobis, qui consuitis pulvillos et cervicalia sub omni cubitu ad decipiendas animas; ecce ego disrumpam eos de brachiis vestris, ut non ultra capiatis animas volantes'[5]. Quem nec prospera extollere nec adversa noverant inclinare. Pauperes sustentabat, divites ad benefaciendum admonebat[n]. Mollia strata non habebat, sed supra[o]

a) exivit 2. b) super 4. c) -que *om.* 4. d) triumphato 4. e) *ita* 2. 4: agonitheta 1; agonizeta 3. f) *hic novum caput inc.* 1: *nulla capitum distinctio nec numeratio* 2—4. g) egypti 3. 4. h) *ita* 2; fragrante 1. 3. 4. i) Aegyptū *corr.* -ti 1. k) quid 4. l) A *in loco raso, in margine hoc loco* IIII. *add.* 2; *nulla cap. dist. hoc loco* 1. 3. 4. m) *ita* 2; bolonius *(corr.* bononius 4*)* 1. 3. 4. n) mansuetudine 2. o) *ita* 1—3; universa opera christianorum *alia manu in spatio artiore raso* 4. p) *ita* 1. 3. 4; plurimas *radendo mut.* plurima, monasterium in quo abbatem *mut. postea* monasteria in quibus abbates, *omisso* condidit, 2; plurima . . monasteria *(mut. ex* rii*)* in quibus abbates, *omisso* condidit. 2*a*. q) in 3. r) *ita (sed -e- eraśum 4)* 1—4. s) corruscans *(postea corr.* coruscans 2*)* 2. 3. t) agger *postea corr.* ager 2. u) saxagesimum *corr.* sex. 3. v) II. *(?.* II. 4*) hoc loco in marg. add.* 3. 4. w) *ita* 3. 4; iam *om.* 1. 2. x) nos — baptismatis *om.* 3. y) sumpturos *om.* 4. z) Ad eius 2, *ubi hoc loco novum cap. incipit, adscripto in margine numero* VI., *et sequentia capitula* VII. *sqq. numerantur.* a) maria 3. b) praebuit 1. 2. c) egressis *om.* 2. d) miserante 3. 4. e) eius 2. f) neuo *mut. fortasse alia manu* veneno 1; ne u'o 4. g) solitudine, -e *fortasse corr.*, 3 h) ippetens 1. i) lucrificaret 4. k) p *in loco raso* 2. l) potentes *om.* 1. m) comminatus 2. n) ammonebat 1. o) super 1. 3.

1) Cf. Gen. 12, 1: *Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui.* S. 2) Babiliyun, hodie suburbium civitatis quae dicitur Cairo. S. 3) Cf. Matth. 13, 8: *Alia autem ceciderunt in terram bonam et dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.* S. 4) 1. Cor. 9, 22: *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.* 5) Ezech. 13, 18: *Haec dicit dominus Deus: Vae quae consuunt pulvillos sub omni cubito manus et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas;* 13, 20 sq.: *Ecce ego ad pulvillos vestros, quibus vos capitis animas volantes, et dirumpam eos de brachiis vestris et dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam cervicalia vestra et liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt ultra in manibus vestris ad praedandum.* S.

duram humum[1] superiecto[a] cilicio et lapide capiti subposito quiescere consueverat, si quies est dicenda, quae iugibus[b] orationibus dies et noctes continuabat et membra sua morti-
Ps. 6, 7. ficabat secundum illud Daviticum: 'Lavabo[d] per singulas noctes lectum meum, lacrimis[d] stratum meum rigabo'.

982. VII. Per idem tempus per universam Aegyptum erat ingens luctus; inter[c] Babyloniorum[2] enim ac Romanorum[3] reges[e] gravissimae seditionis creverat tumultus, et facto conflictu inter eos[4] plurimi Aegyptiorum occubuerunt, Romani vero multi perierunt et triumpho christianis non feliciter succedente[f] multo plures in captivitatem ducti sunt. Inter quos[g] Petrus divae[h] memoriae venerandus antistes Vercellensis[5] vinctus et carcere retrusus aderat[i], qui nimia necessitate coactus cautissime inquirebat, si quem forte christianum in eadem regione invenire posset, cuius consilio[l] fretus liberari sperabat, et incessanter ex hoc ad
982/90. Deum miserabiliter suspirabat. Sed quia certum, immo et[k] certissimum est, quod Deus in se sperantes non deserit[7], sanctum Bononium[l] ibidem esse Domino revelante cognovit. Quem ad se devotissime accersivit et causam captivitatis ac miseriae suae ac[m] ceterorum per ordinem innotuit. Postremo, ut sibi et reliquis per misericordiam condescenderet[n], rogavit, videlicet, ut paganorum nexibus absoluti de tam durissima captivitate exirent et in patriam terram[o] duce Deo et sancto Bononio[p] redirent. Tunc[q] pater sanctissimus magistris carceris pretium dedit et otium[r] ad captivos consolandos introeundi accepit.

982/90. VIII. Cum quadam die rex Babylonis per pomerium arboribus, quibus[s] balsamum funditur, consitum[t] nimia iocunditate deambularet, gratiosiores domestici eius inspirante Deo quadam concordiae regula ad invicem supplices rogabant eundem regem, ut votis sancti Bononii[u] adquiesceret, captivos videlicet christianos vinculis carceris absolutos eidem traderet et in patriam redeundi licentiam eis cum eodem beatissimo Dei cultore clementer concederet. Tunc[v] rex uxoris[s] et domesticorum precibus motus votis[w] sancti Bononii[u] adquievit, captivos[x] sibi, quos tenebat, reddidit, insuper navigium, quo singuli ad sua remearent, et omnia navigantibus necessaria contulit[x].

982/90. IX. Igitur[y] sanctus Bononius[z] navem ingressus Hierosolimam[a] venit et inde pertransiens in monte[b] Sinay[c] locum suae habitationis elegit, ut, sicut Moyses ibi olim susceperat legem Dei, in eodem loco Christi confessor adipisceretur gratiam Spiritus[d] sancti. Deinde venit Constantinopolim. Tunc custodes navium[e], videntes tantam multitudinem captivorum, pavescentes speraverunt paratas esse adversus eos insidias inimicorum. Et exceptoribus ad palatium missis ex imperiali edicto[g] omnes sunt capti et carcerali custodiae mancipati. Cumque illius urbis Dei cultores ereptionis eorum causam Deo[f] monstrante[f] cognoscerent, apud imperialem potestatem[h] operam dederunt, ut iniuste capti absolverentur et in patriam suam coepto[g] cursu feliciter reverterentur. Quorum precibus imperialis potestas annuit[h]; omnes enim de carcere eductos absolvit et ex aerario imperii[i] ditatos navigio, quo advenerant, cum omnibus, quibus indigebant, misericorditer restituit. Inde cum gaudio singuli

a) subiecto 3. 4. b) vigilibus 1. c) Lavabo *om.* 2. d) meis *add.* 2. 3 *Vulg.* e) *ita* 1. 3. 4; inter — reges *om.* 2. f) succendente 3. g) quos *om.* 2. h) divinae 2. i) concilio 3. k) et *postea superscr.* 2. l) *ita* 2; bolomium 1. 3. 4. m) et 2. n) conscenderet 4. o) terram *om., post* patriam *4 litteris erasis,* 4. p) *ita* 2. 3. 4; bolonio 1. q) I. III. *in marg. add.* 4. r) locum 4. s) qui 2. t) consitum 4. u) *ita* 2; bolonii 1. 3. 4. v) III. *in marg. add.* 3. w) votis *om.* 4. x) captivos — contulit *om.* 2. y) *nulla cap. dist.* 1. 3. 4. z) *ita* 2; bolonius 1. 3. 4. a) *ita* 1; ierosolimam 2; yerosolimam 3. 4. b) *ita* 1; montem 2—4. c) *ita* 1. 3; synai 2. 4. d) spiritu 3. e) navigium 3. f) deo monstrate 4; demonstrante 2. g) ceptu 1. h) innuit 1. i) imperio 3.

1) Cf. Hier. V. Hilarionis c. 10: *super nudam humum stratumque cinerem usque ad mortem cubitavit.* 2) El-'Aziz Nizâr Abû Mansûr, rex Aegypti (a. 975—996). S. 3) Otto II. imperator (a. 973—983). S. 4) Apud Columnae civitatem (Capo di Colonne prope Cotrone in Calabria) die 15. m. Iulii a. 982. S. 5) Qui sedit a. 978/79—997, anno 997 d. 17. Mart. ab Arduino marchione Eporediensi occisus; a. 990. iam ex captivitate redux. Cf. G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens 951—1122' (Lipsiae et Berolini 1913) p. 136; 'N. Archiv' XL, 190 sq. 6) De captivitate Petri cf. Ann. Sangall. mai. ad a. 982, SS. I, 80. S. Cf. etiam carmen Vercellense in Petrum (auctore Leone episcopo), de quo egit H. Bloch, 'N. Archiv' XXVII, 752 sqq. XXVIII, 788. 7) Iudith 13, 17: *Laudate dominum Deum nostrum, qui non dereruit sperantes in se.* S. 8) Mario, quae fidem christianam profitebatur; *cf.* Rodulfus Glaber III, 7, 25, ed. Prou p. 73; F. Wüstenfeld, 'Geschichte der Fatimiden-Chalifen nach den arabischen Quellen' ('Abhandlungen der kgl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen' 26. 27, 1880/81) p. 164. S. G. Schlumberger, 'L'épopée byzantine' II (1900), 443, n. 4. 9) Imperavit tunc Basilius II. cum fratre Constantino VIII.

ad propria sunt reversi. Petrus Vercellensis episcopus pristinae suae sedi iure est restitutus[1] et ibi praefuit multis temporibus[2].

X. Interim servus Dei divinae legi[a] se mancipaverat in monte[b] Sinay[c]; ubi tantarum virtutum signis claruit, quibus totam Ierosolimorum[d] viciniam sacrosanctae opinionis bono odore replevit. Non multo post Vercellensis[e] diocesecos Locoediensis[f.3] abbas[g] obiit, post cuius obitum Petrus praenominatus pontifex nuntiis ad eum directis eundem ad se accersivit et nimiis[h] et inevitabilibus precibus eum rogavit, ut defuncto abbati[i] succederet et locum et omnes commissos secundum Deum regeret. Cumque circa se Dei voluntatem intellegeret nec diutius resistere posset, invitus pater monachorum effectus multis ibidem coepit coruscare[k] virtutibus[l]. Sed hostis antiquus, qui omnino, sicut suum est, invidet bonis operibus, adversus sanctum pastorem pugnae conflictum adsumpsit[m] et monasterium quodam procellae turbine[4] commovit. Ille vero memor illius euangelici: 'Si persecuti[n] vos[n] fuerint in una[n] civitate[o], fugite in aliam[o][5], scandalum humiliter declinavit atque inde recedens in partibus Tusciae interim habitavit. Ubi reparato ad plenum monasterio et secundum legem[p] Dei et sancti Benedicti regulam[q] instituto[6], sicut consueverat ubivis locorum, claruit multorum indiciis signorum. 997. 998.

XI. Interdum prioris loci commotio sedata quievit et Domino revocante ad monasterium Locediense[r] rediit[7], ut ibi plantatus clementia supernae dispensationis ramos ibidem diffunderet[s] piae conversationis. Et cum[t] per multa annorum curricula plurima ibi fulgerent virtutum suarum[u] insignia, ille angelicus vir semper latere quaerebat, illud Dominicum[v] commemorans: 'Cum feceritis, quae praecepi vobis, dicite: Servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus'. At[w] cum multo tempore ad construendum domicilium Dei vivis[x.8] et insensibilibus[y] lapidibus[z.8] laboraret[a] et in omnibus inreprehensibilem[9] se exhiberet et iam tempus immineret, ut remunerante Deo sui agonis bravium reciperet[10], consummato[b] opere fratribus[c] valefecit et spiritum Deo reddidit[d.11]. Post cuius obitum evidenter apparuit, quantus[e] et qualis[e] in vita fuit. Nam ad eius sepulchrum plurimas aegritudines curatas novimus et de die in diem meritis ipsius[f] fidem credentium informari gaudemus, sicut olim verbis[g] sanctae praedicationis, ita[h] nunc miraculorum signis. Demonia fugantur, caeci illuminantur[12], qualibuscumque morbis languidi curantur[13], et manifeste sanctificatus sanctis in caelo est coaequatus. 1001.12? Luc. 17, 10 (12) 1028. (4 aug. 30.)

a) legis 3. b) montem *(corr. ex te 4)* 2. 4. c) *ita* 1. 3; synai 2. 4. d) hyerosolimorum 3; ierosolimorum 4. e) Vercellensis *om.* 3. f) loco ediensis 2; locediensis 1. 3. 4. g) abbis *raiendo corr.* abb 4. h) nimis 3. i) abbate 3 k) corruscare 3. l) virtutibus *in loco raso* 2. m) ass. 2. n) vos persecuti 3. o) unam civitatem 1. p) lege 1 q) *ita* 2; regulam *om.* 1. 3. 4. r) *ita hoc loco* 1. 2; locidiense 3; locediense 4. s) diffuderet 3. t) cum *om.* 3. 4. u) suarum *om.* 3. v) Dom. *om.* 4. w) *hic cap.* 12. *inc. Mabillon; nulla cap. dist.* 1—4. x) vivi 2. y) insensibilibus *mut.* sensibilibus 1. 2. z) lapibus 3. a) roboraret 1. b) consumato 2—4. c) fratribus *om.* 2. d) Anno D. 1026 *in mary. manu moderna add.* 4. e) qualis et quantus 2. f) ipsis 3. g) verba 2. h) etiam 4.

1) Ante a. 990, v. p. 1028, n. 5. 2) Usque ad a. 997, v. p. 1028, n. 5. 3) De monasterio S. Michaelis et S. Ianuarii de Lucedio (vulgo 'San Genuario', prov. di Novara, com. di Ronsecco) cf. Kehr, Reg. pont. Rom., Italia pont. VI, 2 (1914), p. 28sq. 4) Quo turbine auctor fortasse infestationes Arduini marchionis (cf. supra p. 1028, n. 5) designare voluit. S. Quae Schwartzii opinio cum temporum ratione bene convenire videtur, v. infra n. 6. 5) Matth. 10, 23: *Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam.* S. 6) Hic de monasterio S. Michaelis in castro Marturi ab Hugone marchione Tusciae a. 998. restaurato et locupletissime dotato agi, quamvis Schwartzius noster confutare nisus sit ('N. Archiv' XL, 192sq.), negari non posse mihi constat. Cartae Hugonis marchionis d. d. 25. Iul. et d. 10. Aug. a. 998. Bononium abbatem S. Michaelis nominant, quem alium cognominem fuisse vix cuiquam probaveris. Sed carta eiusdem Hugonis marchionis eidem 'monasterio iam d. 12. Iul. a. 970. data', ubi etiam Bolonius abbas occurrit, quam et Schwartzius (l. c. p. 228sqq.) et adversarius suus A. Falce ('Il marchese Ugo di Tuscia' p. 97sqq. 134sqq. 182sqq.) defendunt, si alias integra, quod non definimus, in hoc quidem quomodo genuina habeatur, non video. De monasterio S. Michaelis in Marturi cf. etiam Kehr, Reg. pont. Rom., Italia pont. III, 61sq. et F. Schneider, 'Die Reichsverwaltung in Toscana' I (Romae 1914), 261sq. 7) Post mortem Hugonis, qui d. 21. Dec. a. 1001. obiit, Bononius abbas cum omnibus monachis a Bonifacio novo marchione Tusciae (qui ante d. 14. Mai. a. 1012. obiit) e monasterio Marturi ciectus est; cf. libellus querelae apud P. Puccinelli, 'Istoria delle croiche attioni d'Ugo il Grande duca della Toscana' (Mediolani 1664 p. 222 = Mittarelli-Costadoni, Ann. Camald. I, 266sq. 8) Cf. 1. Petr. 2, 5. 9) Cf. Tob. 10, 13: *se ipsam irreprehensibilem exhibere.* 10) Cf. ex. gr. 1. Cor. 9, 24: *Nescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium?* S. 11) De anno et die mortis v. infra Mirac. c. 9, p. 1031. 12) Cf. Ps. 145, 8: *Dominus illuminat caecos.* 13) Cf. Matth. 14, 14: *et curavit languidos eorum.*

(13) XII. Post[a] cuius transitum transactis aliquot[b] diebus Ardericus Vercellensis ecclesiae venerabilis episcopus[1] divino spiritu illustratus, ut debitam devotionem erga tantum Christi confessorem impenderet, supra sacratissimum[c] eius corpus altare erigendum et dedicandum devotissime adiudicavit. Clero[d] igitur et populo totius[e] ordinis et aetatis ac[f] utriusque[f] sexus in unum convenienti ex hac[g] causa verbum fecit, ut conhibentia[h] ac faventis resultatione plebis firmaretur exordium tantae religionis. Sapientia itaque sacrosancti pastoris et plausu totius gregis competenter sancitum est, ut idem pius pontifex, ut rata fieret eius sententia et populi obedientia[i], ex hoc adquireret apostolicam auctoritatem[k], quae supereminet omnem[l] saeculi potestatem. Et[m] ut religio esset devotior et beatissimi Bononii[a] 1027? commemoratio celebrior, idem memorandus pontifex Romam abiit[o.2], a domno Iohanne summo pontifice et universali papa[3] apostolicam auctoritatem adquisivit[p] et inde regressus[q] summa gratia et totius[r] plebis laetitia altare erexit et consecravit[s], adiuvante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT[t] VITA SANCTI BONONII ABBATIS ET CONFESSORIS[u].

INCIPIT[v] PROLOGUS IN MIRACULIS SANCTI BONONII ABBATIS ET CONFESSORIS.

(1) Gratia nostri redemptoris, qui fideles suos mundo mortuos secum viventes et conregnantes in caelestibus multorum signis miraculorum ostensis perspicue demonstrat, apparet viros fuisse, quorum studio et labore veteris et novi testamenti sanctorum patrum opera atque virtutum signa per eos caelitus facta, quibus ad divinum amorem excitarentur, posteris scripta relinquerentur. Quisque autem illorum sancto Spiritu, ubi vult, spirante[4] et non omnes suas gratias uni, sed partim cunctis tribuente pro virium seu ingenii capacitate pauca vel plura studuit, prout potuit, exarare. Ergo fratribus mirae devotionis in Deum, ut miracula per sanctum Bononium, dum viveret, sive post eius obitum facta scedulis traderem, precative rogantibus atque praefatorum scriptorum michi remanenti exempla obicientibus, quorum minimo nullo modo me audeo comparare, sciens me modicae scientiae, sed in Deo spei maximae, qui linguas infantium facit disertas[5], tandem eorum diutina deprecatione devictus atque in ipsorum obsecrationibus tantique confessoris supplicationibus pro me ad Deum confisus, pauca de multis ultra mearum virium negotium praesumendo, non patiens cuncta esse incognita, conor memoriae tradere humanae. Quorum si nulla foret descriptio, ne meriti commissum talentum abscondentis in terra[6] particeps essem, timeo, cum, testante scriptura[7], bonum sit secretum regis celare et honorificum opera Domini laudare et magnificare. Unde obnixe oro lectores, ut non sint huius operis detractores nec verborum rusticitatem attendant, sed, quae hic habentur, vera fore credant, quia, quae refero, plura ego ipse vidi, et, quae non a me visa, a veridicis et fidelibus viris audivi multorum testimoniis confirmata.

INCIPIUNT MIRACULA SANCTI BONONII.

(2) 1. Nocturnis[b] igitur hymnis atque laudibus temporibus[c] peractis[c] mos erat beati Bononii[d] in oratorio remorari; ubi vacans uberrimis fletibus et oraminum obsecrationibus pro[e] statu[e] sanctae Dei ecclesiae et omnibus fidelibus vivis ac defunctis, quanto secretius valebat, non humanae laudis appetitum desiderans, Dominum iugiter supplicabat. Ea vero hora, dum haec agerentur, frater quidam, nomine Liutefredus, vir magnae reverentiae

[e] secundum quod papa Iohannes statuit atque canonizavit *add.* 1.

a) *eorum cap. inc., omisso numero,* 2. b) *ita* 2. 4; aliquod 1; aliquid 3. c) sanctissimum 3. 4. d) Vero 1. e) tōtis 1. f) ac utrisque 1; de utrisque 3. g) ac 4. h) cohibentia 2. 4; colubencia 3. i) obedientiam 4. k) auctorem 4. l) omnem *om.* 2. m) Ut et 2. n) *ita* 2; bolonii 1. 3. 4. o) habiit 1. p) acquisivit 2. q) regressus 2. r) totis 1. 3. s) *ita* 2; Expl. — confessoris *om.* 1. 3. 4.

Miracula: a) *Miracula quae sequuntur desunt in* 1. 3. 4, *exstant in solis* 2. 5, *sed prologus om.* 5, *ubi praemittitur immo:* Incipit vita sancti Boloni abbatis. Quod est III. kal. Septembris. b) *hinc etiam* 5; *capita neque in* 2 *neque in* 5 *numerantur; numeros Mabillonii in margine adnotavimus.* c) temporius *(corr. -bus)* perhactis 5. d) Bolonii 5 *et ita semper.* e) prostratu 2.

1) Qui sedit a. 1026/27—1041/44. 2) Ardericus episcopus Romae a. 1027. Mart. 26. et April. 6. coronationi Conradi II. imperatoris et synodo a papa et imperatore habitae intererat; cf. Schwartz, 'Die Bischöfe Reichsitaliens' p. 137. 3) Iohannes XIX. papa, qui d. 6. Nov. a. 1032. obiit; cf. supra p. 1023, n. 2. 4) Ioh. 3, 8: *Spiritus, ubi vult spirat.* 5) Sap. 10, 21. 6) Matth. 25, 25. 7) Cf. Tob. 12, 7: *Etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est.*

provectaeque aetatis, cupiditate victus, videns pulchram candelam in candelabro, subripuit et extinxit[a] atque in sinu suo reposuit. Quod dum faceret, Dei iusto et occulto iudicio meruit percuti ab angelo . . . . . [1]

3. Aliud[b] miraculum[b]. Beatus Bononius[c] pro causa monasterii cum suis militibus in itinere directus a (4)
quodam rustico in hospitio[d] devote est receptus. Cui suisque refectis appropinquante nocte, domus parvitate in ea iacendi facta difficultate, sub divo lecta praeparata fuerunt, sed ruentibus caeli imbribus in eisdem quiescere nequiverunt. Domum igitur introierunt, et utcumque valuit, ibi se quisque collocavit. Christi vero servus Bononius[e] super quoddam vasculum, ubi panis solebat confici, sua sancta membra dedit quieti; pro cuius honore[f] vas illud postea veneratione habitum[g] donum non silendum[h] accipere meruit. Deinde cum[i] panis subcineritius ex usu ibi pararetur, operante divina clementia absque levamine persaepe fermentatus[k] est repertus, ut qualis ac quantus esset vir ille, quem[l] sustulerat, insinuaretur. Quod insolitum et inauditum videntes illius domus homines multum ammirari coeperunt; sed recolentes beatum Bononium[m] ibi superiacuisse, id eius meritis fieri[n] non dubitaverunt. Qui donec in carne mansit, sui Domini acceptam pecuniam non in terra abscondendo[2], sed negotiando, quantum potuit, multiplicare studuit, unde recepta mercede in caelo et in terra honorari et exaltari meruit.

. . . . . .

6. Aliud[o]. Inter cetera, quae refero, nec illud silendum[p] puto, quod meae accidit matri intercessione ipsius[q]. (7)
Quae cum esset frigoretica et nimis inde laboraret, ad eum venit atque suis se orationibus commendare studuit. Quam ipse vir venerabilis satis benigne gratanterque suscipiens seque Dominum pro ea oraturum[r] promittens tal prorupit in voce: 'Vade et noli[s] amplius[t] febricitare'. Continuo namque melius habuit et citius inde perfecte convaluit.

. . . . . .

Quoniam aliqua, quae vivus peregerat, prout quivimus, summatim scribendo perstrinximus, ad recolendum ea, quae post transitum egit, Domino adiuvante, stilum vertamus.

Miracula[t] sancti Bononii abbatis post eius obitum[t].

9. Anno[u] igitur incarnationis dominicae millesimo vigesimo[u] sexto, tempore dormitionis suae in Domino (10)
accedente, gaudentibus angelis et flentibus populis, beatus Bononius tertio kalendas Septembris[v] ad omnium 1026. Aug. 30.
bonorum remuneratorem feliciter perrexit braviumque sui agonis ut optimus atleta[w] accepit[3]. Quo defuncto ita confestim eius sanctitatis fama[x] totam per provintiam circumquaque est diffusa, ac si praecones mitterentur, quibus[y] is obisse et per eum signa[y] fieri narrarentur. Quod audiens quidam validis compedibus ferreis vinctus atque in carcerali custodia magna cum diligentia positus coepit ingemiscere pectusque pugnis tundere et ad Deum toto mentis affectu preces fundere: 'Si vera', inquiens, 'sunt, Christe, quae de famulo tuo Bononio[z] auditu comperi, eius, quaeso, meritis et intercessione fac misericordiam michi, ut per me liberatum a tantis, quibus crucior[a], doloribus nomen tuum et servi tui magnificetur et hoc miraculum tuae dexterae potentia factum cunctis intimetur, ut maiora his, quae fieri inpraesentiarum perhibentur, eius interventu futura esse sperentur'. Hoc autem cum diu esset oratum, solutis vinculis Domini miseratione tantique confessoris supplicatione se exauditum cognoscens absque mora exiit et eisdem vinculis sumptis ad eius sacri corporis tumulum festinato gressu[b] devenit et ibi eadem, quae multo tempore manserunt, suspendit ac gratias agens Deo sanctoque confessori Bononio[c], qualiter ei accidit, per ordinem nobis narravit.

10. Aliud[d] miraculum[d]. Eodem vero anno, quo ipse sanctus Dei Bononius[e] ex hac vita ad ineffabilem (11)
polorum gloriam migravit, quidam frater, cui ipse habitum[f] sanctae conversationis tradidit, adeo acri dentium dolore torquebatur, ut etiam inediam diesque ac noctes continuatim insomnes duarum ebdomadarum spatio pateretur atque ei omni quiete amota[g] per coenobii circuitum quasi amens vagaretur. Nocte autem quadam post multam fatigationem, dum caput in gremio infirmorum servitoris ponens modicum somni caperet, apparuit ei sanctus Bononius. Qui festinus surgens, ut sibi per somnium videbatur, ob honorem tanti patris ad eius sacra vestigia osculandum proruit, sed eum vir venerabilis amiciter per mentum accipiens erexit. Ad cuius tactum ilico[h] omnis dolor est effugatus[i], simulque frater ille infirmus a somno, quo tenebatur, est excitatus[k]. Hoc

a) extinexit 5. b) Aliud miraculum *om.* 5. c) Bolonius 5. d) ospitio 6. e) Bolonius 5. f) ónere 2; honere 5. g) abitum *postea corr.* hab. 2. h) scileudum *(e postea del.* 2) 2. 5. i) dum 5. k) fermentatum 2. l) quē 2. m) Bolonium 5. n) fieri *om.* 2. o) Aliud *om.* 5. p) scil., e *del.*, 2. q) illius 5. r) roguturum 5. s) amplius noli 5. t) Mir. — obitum *om.* 5. u) Anno — vigesimo *minio* 5. v) sebtembris 5. w) adlaeta 5. x) *segn. una litera erasa* 5. y) quibus — signa *in loco raso* 2. z) Bolonio 5. a) crucio 5. b) -u *e corr.* 2. c) Bolonio 5. d) Aliud mir. *om.* 5. e) Bolonius 5. f) abitum *postea corr.* hab. 2. g) ammota 5. h) ilico *postea corr.* illico 2. i) fugatus 5. k) exitatus 5.

1) Ex Miraculis quae sequuntur, cum ad res gestas cognoscendas nihil fere afferant, non nisi pausa, quae ad auctorem tempusque, quo scripsit, pertinent, hic denuo eduntur. 2) Cf. Matth. 25, 18. 25 sqq. 3) Cf. 1. Cor. 9, 24: *unus accipit bravium.*

autem facto obsequentem sibi vocavit, dicens: 'Iam enim sancti Bononii visione et consolatione omni dentium careo dolore'. Sicque sospitate recepta in eadem omni vitae suae tempore mansit.

(12) 11. Item[a] aliud myraculum. Quaedam femina ab adolescentia coniugio copulata, videns sibi non nasci filios neque filias, una cum viro suo nimio taedio ac maerore[b] afficiebatur. Haec autem, ut sui uteri sterilitatem amitteret, dum multa inlicita, quae putabat prodesse, faceret, cognovit se in vanum laborare, quod temptaret vellè Dei per sua maleficia superare. Meliore siquidem consilio divinitus inspirata, erogans[c] multas elemosinas pauperibus ac insistens assiduis oraminum[d] precibus, se funditus vertit ad Deum, qui solus est verum et unicum miserorum praesidium. Non multo post tempore evoluto, dum sopita dormiret, vidit in somnis, quod, si ex stillicidiis pluviae stillantibus a domo, in qua vir beatus degit, haberet atque potaret, a suo desiderio fraudata non esset. Quae a somno expergefacta visionem suo non distulit intimare marito. Tempore namque oportuno adveniente una cum viro suo ad iam memorati patris monasterium devenit atque ex aqua, quam desiderabat, per quendam sibi notum ab ea rogatum accepit. Qua denique exhausta[e] domumque regressa, paucis transactis[f] diebus concepit et peperit atque intervenientibus beati Bononii[g] meritis utriusque sexus prole deinde fecunda permansit.

. . . . . .

(15) 14. Aliud[h] miraculum. Alio vero anno in die natalis ipsius, dum ex multis partibus orbis plurimi ad eius sacri corporis tumulum confluerent, Dominum adoraturi et confidentes eius interventu ab instantibus et futuris malis posse liberari ipsius suffragia rogaturi, quaedam femina a daemonio vexata . . . . . .

(17) 16. Aliud[i]. In eadem quoque ecclesia aliud constat esse actum[k] miraculum multa ammiratione venerandum. Erat quidam villicus cuiusdam marchionis, vir multae crudelitatis. Qui ut aliquid sibi quolibet ingenio raperet, ad eas partes ubi ecclesia beati Bononii[l] sita[m] est, se ire disposuerat. Quem illuc venturum homines, qui ibi habitabant, cognoscentes, quaeque[n] sua mobilia fugientes ad suprascriptam ecclesiam detulerunt. Circum quaque dum multi sues adessent et, ut illorum mos[o] est, rimando[p] per ecclesiae cimiterium discurrerent[q], ipsius muros tetigerunt. Unde quodam contagio ita in renibus sunt percussi, ut inde funditus omnem vim amitterent et ea die, excepta una sue, cuncti interirent. Quam videlicet suem dum rusticus, cuius erat, mirabiliter[r] contractam et moribundam videret, votum vovit[s] Domino et sancto confessori Bononio[t], quod, si inde convalesceret, unum e prioribus quos fetus[u] gigneret in ipsius ecclesiae servientium[v] stipendio offerret. Facto autem voto mox ipsius sus sana efficitur. Quibus villico dictis non fuit credulus[w] illis. Nec mora, confestim equum ascendit et, quod cognoverat auditu, ut certius sciret, venit cognoscere[x] visu[y]. His denique visis, quodam tunc timore et amore divino conpunctus, ecclesiam est ingressus. Vovitque Domino et sancto Bononio[z] in illius ecclesiae finibus commorantibus se umquam nil mali facturum et a pravitate[a] sua deinde cessaturum. Qua ex re evidenter ostenditur, quantae gratiae et celsitudinis beatus sit Bononius[b] apud omnipotentem Dominum, qui eius vitam a quibusque custodivit immundis, cuius sacra loca immundos[c] sues[c] non passus est tetigisse impune, unde quorundam hominum feritas minueretur et sub ipsius optentu viventibus securitas et protectio maior tribueretur.

(18) 17. Aliud[d] myraculum. Tantorum fama miraculorum longe lateque diffusa quidam adolescens Adam nomine, confidens se sanctissimi confessoris meritis ab infirmitate sua liberari, advehitur. Quippe[e] etiam ab ipsis cunabulis ita erat contractus, ut cohaerentibus calcaneis natibus, non plantis passus faciendo, sed scamnellis[f] manibus subpositis rependo incederet. Tribus denique diebus contiguatim et noctibus ad memorati et memorandi almifici confessoris altaris crepidinem[g] incens, ipsius suffragia postulans, quod optaverat Domino largiente[h] sui famuli intercessione accipere meruit. Cui hora suae curationis, redeunte sospitatis vigore, tantus aestuationis calor affuit, ut etiam interulam[i], quam[k] erat indutus, exueret et nudus maneret. Hyemps tamen erat. Sanitate vero concessa recessit ab eo caloris nimietas. Sicque sospitati[l] redditus[m] in eadem penes nos usque hodie manet, sui sanatoris ecclesiae serviens et Deo et ipsi gratias referens.

(19) 18. Aliud[n]. Per idem tempus alius quoque aeger nomine Heli, aetate grandaevus, miserabili atque diutina sorte dirae pestis damnatus advenit. Qui utrorumque pedum officio carens, genua per terram trahendo[o] et manibus scamnella[p] habendo incedere solitus erat. Hic accedens ad sacri corporis opiferi confessoris sepulcrum

a) Item aliud myr. *om.* 5. b) me . . rore, *inter* e *et* r 2 *vel* 3 *literae erasae* 5. c) eroga . ns, *inter* a *et* n *una litera erasa* 5. d) orationum 5. e) exausta 2. 5. f) trans . actis, n *supersc.*, *inter* s *et* a *una litera erasa* 5. g) Holonii 5. h) Aliud mir. *om.* 5. i) Aliud *om.* 5. k) actum *om.* 2. l) Bolonii 5. m) scita, c *del.*, 2. n) quoque *postea corr.* queque 2. o) mos *om.* 5. p) rimanando *postea corr.* rimando 2; rimando 5. q) discurerent 2. 5. r) mirabilè 2. s) *sequ. circiter 5 literae erasae* 5. t) Bolonio 5. u) fetu 5. v) *ita* 5; servitium 2; *cf. p.* 1033 *l.* 2. w) credulis *(postea corr.* credulus 2) 2. 5. x) cognosceret *corr.* -re 5. y) visu *om.* 2. z) Bolonio 5; *sequ.* hominibus 5. a) gravitate 5. b) Bolonius 5. c) *ita hoc loco* 2. 5 (-es *in loco raso* 2). d) Aliud myr. *om.* 5. e) Qui pene 5. f) scannelis 2 g) crepidinis 2. h) largiente *om.* 2. i) *inter* in- *et* -terulam 3 *literae erasae* 5. k) quam *radendo mut.* qua 5. l) sospitate *corr.* -ti 5. m) *primum* d *supersc.* 5. n) Aliud *om.* 5. o) tra . endo, *inter* a *et* e *locus rasus*, e *e corr.*, *ut videtur*, 5. p) scannella 2.

eius postulavit auxilium; cuius adiutus gratia sanitate[a] est donatus pristina[b]. Qui in eadem adhuc degens Deo et ipsi sancto Bononio[c] pro sua erectione laudes refert et, quicquid servitii potest, ipsius ecclesiae servientibus devote exhibet.

19. Aliud[d] myraculum. Quadam die comitissa quaedam nomine Waza, Wilielmi[e] marchionis uxor[1], (20) multis stipata militibus venerat oratum ad ecclesiam, ubi beati[f] viri corpus iacet humatum. Quae dum super altare eius missas celebrari faceret et praesens ibi cum suis et aliis pluribus adesset, quidam mendicus ferens filium in scapulis, cuius pes et manus sinistri lateris paralitico morbo aruerant, eam adiit et ab ea alimoniam sibi et nato petiit. Illa vero[g] pietatis[h] viscere immota non solum ei non tribuit, verum etiam increpanter et exacerbanter propter suam improbitatem, ut a se discederet, praecepit: 'Non michi est', inquiens, 'tantarum copia opum, quae michi et omnibus a me petentibus sufficere possit. Praestantius enim esset te ipsius[i] sancti confessoris rogato suffragio, ut tuo sanitatem reddat filio, Domini misericordiam implorare, qui dando postulata, non minus thesaurizat[2]; psalmigraphi praeconio impleto dicentis: "Tibi" enim, Domine, "derelictus est pauper, Ps. 10, 14. pupillo tu eris adiutor". Homo autem ille, quod audivit, facere non distulit. Filium siquidem de scapulis deponens prope[k] sacri corporis tumulum prostravit ac genibus flexis et precibus fusis demum ad petendum elemosinas hac et illac per ecclesiam festinando discurrit. Interea dum pater abesset, opitulantibus meritis almi confessoris praefato puero summi Dei bonitas non tarda fuit. Et cui elemosina denegabatur, ut claudo ad portam templi sedenti, argento et auro carius[l], membrorum scilicet sanitas, donatur[3]. Hoc namque viso miraculo magnus factus est[m] plausus[n] exsultationis ad laudem et gloriam omnem[o] creatoris eiusque confessoris. Mox autem huius facti fama per cunctorum aures volitante illuc ab omnibus concurritur[p], inter quos et pueri pater regreditur; quid vero et qualiter actum sit, exquiritur. Tunc praefata[q] comitissa, quomodo res[r] se[r] habuit, cunctis exquirentibus innotescere non piguit. Taliter vero omnipotens Deus, qui mira cuncta dispensatione agit, hoc miraculum mundo propalari[s] voluit, ut servus suus hinc venerantior et celebrior haberetur, et quia testante scriptura[4] signa infidelibus dantur, ut ab infidelitate declinantes[t] discant sperantes in Domino non deficere omni bono, cui[u] laus est et[v] gloria per cuncta saeculorum saecula. Amen[w].

a) sanitate *mut.* -ti 5. b) pristina, *alterum* r *eras.*, 2; pristina *corr. fortasse* -ne 5. c) Bolonio 5. d) Aliud myr. *om.* 5. e) Wilielmi *in marg., eadem ut videtur manu,* 5. f) beati *om.* 2. g) vero *om.* 2. h) pietatatis 2. i) istius 5. k) propter 5. l) i *superscr.* 5. m) *sequ.* strepitus *del.* 5. n) *sequ.* et *del.* 2. o) ita *Mab.*; omi *(superscr. 5)* 2. 5; *fortasse* omnium? p) concurritur *postea mut.* cucurritur 2. q) *sequ.* -m *erasum* 5. — r) se res 5. s) prepalari *corr.* propalari 2. t) declinan ... tes, *inter* nan *et* tes *3 literae erasae* 5. u) Cuius 5. v) et *om.* 5. w) Amen *om.* 2; Explicit vita sancti Bononii *(corr.* Bolonii*)* abbatis *sequ.* 5.

1) De Wilhelmo (III.) marchione, ante a. 1042. mortuo, a quo marchiones Montisferrati descenderunt, cogitavit H. Bresslau, 'Jahrb. des Deutschen Reichs unter Konrad II.' tom. I, 393. 407. 2) Cf. ex. gr. Tob. 4, 7 sqq.; Matth. 6, 19 sq. 3) Cf. Act. ap. 3, 2 sqq. 4) 1. Cor. 14, 22: *Itaque linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiae autem non infidelibus, sed fidelibus.*

DE GALLICA PETRI DAMIANI PROFECTIONE ET EIVS VLTRAMONTANO ITINERE.

EDIDERVNT GERHARDVS SCHWARTZ B. M.
ET ADOLFVS HOFMEISTER.

Petrus Damiani cardinalis episcopus Ostiensis a. 1063. *ab Alexandro II. papa ad litem inter Drogonem episcopum Matisconensem et Hugonem abbatem Cluniacensem dirimendam delegatus est. In quo itinere*[1] *quae sanctus vir gesserit, brevi opusculo relatum est, cuius auctor se Petrum comitatum esse ipse tradit: discipulus enim Petri aliunde ignotus erat, cum quo, ut ex verbis, quae in fine scripsit, patet, in celebri Fontis Avellani eremo commorabatur. Scripsit vero vivente adhuc Petro Damiani, cuius sanctitatis ne offensam incurrat, se timere c.* 7 *dicit; neque tamen ante a.* 1064. *dicere potuit ea, quae Petrus in libro contra Cadaloum antipapam scripto prophetico spiritu annuntiasset, postea evenisse, quibus dictis ad Petri verba alludere videtur:* Porro autem, quia conatus tuus iste numquam perveniet ad effectum, sed infaustum postremo concludetur in exitum, et qui Romanis arcibus superbus inveheris, ad solum proprium cum ignominia reverteris.[2] *Ne primus quidem de diffinita illa lite scripsit, nam monachus quidam Cluniacensis iam brevem de Cabilonensi synodo, cui Petrus Damiani legatus praefuerat, relationem composuerat*[3]*, ex qua anonymus ille Avellanensis pluribus locis hausit; quod tum ex simili narrandi ratione tum ex compendio eorum, quae Cluniacensis de rebus in synodo ipsa gestis tradiderat, satis inepte confecto patet.*[4] *Praeter illam relationem libellumque Petri in Cadaloum supra laudatum sacram scripturam cum Walafridi Strabonis glossa et commentarium Rabani Mauri in librum Iudicum adhibuit.*[5] *[Ciceronis librum De inventione rhetorica, ut de Vergilio taceam, bene novit.*[6]*]*

[In Gallia, etsi a monacho quodam Fontis Avellani, libellum nostrum compositum esse Neukirch, de Cluniaco potissimum cogitans, existimavit. Cui, quamquam de rebus in reditu gestis tacetur et Cluniacensium vita summis laudibus effertur (c. 13, *cf. c.* 1. 2*), iure nemo, quod sciam, assensus est. Nam auctorem Italicum, non Gallicum fuisse atque cum Petro Damiani et in Galliam venisse et ex Gallia recessisse certo certius constat (c.* 8. 11. 12. 13. 20, *cf.* 6*), ita ut sine dubio unus illorum trium discipulorum fuisse putandus sit, quos solos magistrum in hoc itinere comitatos esse ipse testatur (c.* 5*).]*

1) [De quo cf. Meyer von Knonau, 'Jahrb. des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V.' I. 317—319.] 2) Cf. Petri Damiani Epp. I nr. 20 ed. a Const. Caietano, Opera Petri Damiani (Romae 1606) I, 55 = I, 39 (Parisiis 1642); Migne, Patr. Lat. 144, 242 A. 3) 'Synodalis diffinitio inter domnum Hugonem abb. Clun. et domnum Droconem ep. Matisc.', edita in Petri Dam. Oper. III, 396; Migne, Patr. Lat. 145, 859—862; Mansi, Concil. nova et ampliss. collectio XIX, 978. 4) [Quod primus demonstravit F. Neukirch, 'Das Leben des Petrus Damiani', Teil 1' (diss. Göttingen 1875) p. 9—12, qui de auctore nostro minus acre iudicium tulit.] 5) [Cf. etiam Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter' II[6], 217 sq.; B. Schmeidler, 'Italienische Geschichtschreiber des 12. und 13. Jahrhunderts' (Lipsiae 1909) p. 74 sqq., qui auctorem libelli non id, ut res gestas memoriae traderet, sed ut dona a Petro Damiani cardinali laudibus maximis elato sibi eliceret, egisse putat.] 6) [Cf. Schmeidler l. c.]

Exstat hoc opusculum manu saeculi XI. scriptum in codice Romano Vaticano Latino 4920 *f.* 48—65 *(de quo cf. Poncelet, Catalogus codicum hagiographicorum Lat. bibliothecae Vaticanae, Bruxellis* 1910, *p.* 122*), ex quo apographum saec. XVII. in. in cod. Romano Vaticano Ottobon.* 944 *f.* 61°—91 *(Poncelet p.* 434*) sumptum est. Editum est ab Angelo Mai in Scriptorum veterum novae collectionis tomo VI,* 2 *(*1832, *p.* 193—210, *cf. praef. XXIII); quam editionem J. P. Migne in Patrologiae Latinae tomo CXLV (*1867, *col.* 865—880*) repetivit.*[1] *Nos imagine codicis Vat. lat.* 4920 *photographice expressa usi sumus.*

Gerhardus Schwartz *(†).*

Textum a Gerhardo Schwartz summo studio praeparatum nec tamen ad plenum absolutum et apparatum criticum totum retractavi, codicis Vat. Lat. 4920, *quem olim O. Holder-Egger b. m. exscripserat et ego denuo evolveram, imaginibus iterum collatis, annotationibus ad res pertinentibus et praefationi passim quaedam, quae uncis quadratis [ ] inclusi, addidi. In re orthographica codicem secutus plerumque tamen* ci *et* ti *secundum usum nostrum scripsi, cum codex in quibusdam vocabulis (*audatia *etc.,* duplitius, critiis, faties, fatio *etc.,* inditio, offitium *etc.,* preiuditium, refitiendis, sacrifitium, sotietate, suffitiens, suspitione*) semper fere* ti *pro* ci *praebeat. In clausulis primae declinationis constanter* ae *posui, ubi codex plerumque* e, *perraro* e *habet. Item alias passim pro* e *secundum usum nostrum aut* ae *aut* oe *indixi.*[2] *Capitula, quae in codice proprio sensu non distinguuntur nec numerantur, codicis distinctiones, quantum fieri potuit, secutus ordinavi, numeris priorum editorum, Maii et Mignii, in margine adiectis.*

Dabam Gryphiae, mense Maio a. 1927. ***A. Hofmeister.***

DE GALLICA DOMNI PETRI[a] DAMIANI PROFECTIONE ET EIUS ULTRAMONTANO ITINERE.

Catholicae fidei fundamento balbutiens solidata rusticitas facundae sibi urbanitatis (1)
quodammodo participat premia, et inculti sermonis conscriptio luculentae scripturae mercedis sibi vendicat participium. Quia, cuius doctrina excelsos scripturarum montes cum cervis[3] nequit ascendere, tutum sibi cum ericiis in humili petra valet refugium preparare. Balbutiat igitur nostra rusticitas, quandoquidem mihi non adest facunda urbanitas, et, si polito sermone perorare nequeo, qualicumque modo audeam vel mutire.

Explicit prologus[b].

1.[c] Ad multorum itaque edificationem credimus profuturum, si fidis litterarum tra- (2)
datur apicibus, qualiter vir reverentissimus Petrus[d] Damianus Ostiensis episcopus pro pace Cluniacensis monasterii se ipsum postposuit[4] et pro illius sanctae congregationis quiete se morti ultroneus tradidit.[4] Cluniacense siquidem monasterium ab ipso suae fundationis initio ita nativa et secura libertate constat esse liberrimum, ut preter Romanum pontificem nulli ecclesiasticae vel seculari personae debeat[e] esse suppositum, divina scilicet disponente clementia, ut, quo alicuius terrenae subiectionis pondere levigatur, eo divinae servituti plenius mancipetur[f] et, quo mundanae functioni non reperitur obnoxium, eo monasticae professionis pensum valeat[g] integrum exhibere. Vere nobilis et ingenua Christi servitus, quae terrenae servitutis nullum patitur contubernium! Quamdiu enim sub

a) P. c., *semper;* De—itinere *minus c.* b) Expl. prol. *munio c.* c) *numeri semper desunt c.* d) P. c. e) deb&, *super & superscr. a, c.* f) mancipetur, *fortasse a corr. e, c.* g) val&, *super & superscr. a, c.*

1) [Textum capitulorum 14 et 15 *De Lemovicensi labore* cum inscriptionibus praecedentibus et sequentibus a G. Ardant ex codice Vaticano 4920 transcriptum edidit Arbellot in 'Bull. de la soc. archéol. et hist. du Limousin' XL (1893), 799—801. Cf. Bibl. hag. Lat. Boll. nr. 6708.]
2) Uno loco (c. 19, p. 1046, l. 1) codex ipse *foedera* praebet. 3) [Ps. 103, 18: *montes excelsi cervis, petra refugium herinaciis.*] 4) [Cf. Petri Dam. ep. VI, 2 ad Hugonem abb. Clun., Migne, Patr. Lat. 144, 372: *quia ... ego ad tuae iussionis imperium animam meam, ut ita loquar, in manibus meis posui, ... et pro utilitate venerabilis monasterii tui propinqua satis oceano Galliarum intima penetravi,* VI, 4, infra p. 1037, n. 9.]

Pharaone luti et palearum premebatur angariis, nullum Deo sacrificium Israeliticus populus
Exod. 5, 1. legitur obtulisse. Divinis namque Moises vocibus intonabat: 'Dimitte, inquit Dominus, populum meum, ut sacrificet mihi in deserto.' Exeatur igitur de Egipto, ut divinae servi-
2. Cor. 6, 15. 14. tutis possit exhiberi misterium! Nulla enim conventio Christi cum Belial, nulla societas luci ad tenebras. Pharao vero verberibus castigatus, ut abiret populus, adquievit, sed,
Exod. 5, 8. ut a suae potestatis dominio per integrum triduum separaretur, cruda superbia tumidus refutabat. Quia inimicus ille, qui per Pharaonem intelligitur, non vult nos per integrum triduum ab eo separari; aut enim operatione aut locutione aut etiam cogitatione lutei operis edificia aeterno igni obnoxia semper ut construamus, imperat.[1] Sed Israel[a] liberator, Egipti servitute deposita, Pharaonis imperio derelicto, vult nos triduo ab eo separari et in solitudine illa sibi sacrificari, in qua prophetarum ille eximius, qui in regali
Ps. 54, 8. aula positus et ex potestate Pharaonis exutus, manens dicebat: 'Ecce elongavi fugiens, mansi in solitudine.'

(3) 2. Venerabilis itaque illa Cluniacensis congregatio, in qua nihil servitutis sibi vendicat Egiptus, nullum de triduo Pharao sibi retinet diem, quanto a iugo terrenae dominationis est libera, tanto melius vivit devota. Sed antiquus ille totius sanctitatis inimicus huius loci sanctae invidens libertati quendam contra eum episcopum suis stimulis incitavit.
Rel. Clun. Droco[2] siquidem Matiscensis[b,3] ecclesiae presul in prefato venerabili monasterio illicitae sibi potestatis ius quoddam temptabat arripere[4] et indebitae sibi censurae ferulam super eiusdem loci monachos moderare. Ad tantam[c] itaque furoris audaciam episcopus ille devenit, ut armata manu militum constipatus quasi temerarius invasor ad monasterium[5] usque pervenisset[c]; antiquam huius loci libertatem superbo pede conculcans et apostolicae sedis privilegia pro nihilo ducens, ecclesiam sancti Maioli, quae contigua est monasterio, et plures ipsius monasterii monachos inconsulto anathemate pregravavit[6].

(4) Rel. Clun. 3. Tunc[d] venerabilis Ugo, eiusdem monasterii pater, huius presumptionis novitate non potuit non dolere, pastorali siquidem intuens providentia et a suae nobilitatis statu locum non parum deficere et totius congregationis animos insolito merore turbare. Sed ne huius pravitatis lepra quasi pro consuetudine velut inportunus cancer inserperet[7] et tantae sanctitatis locus degeneris consuetudinis[8] postmodum laboraret infamia, monasticae disciplinae se munivit consilio, quo et ab huius molestiae novitate[9] monasterium nobiliter defensavit et secularis potentiae vindicta eius sanctitatem non obfuscavit. Vir itaque ille, qui non solum religione, sed et pastorali prudentia incedit valde munitus[10], cuius etiam angelica facies interioris hominis indicat sanctitatem, in prefatae tempestatis turbine constitutus apostolicae sedis decrevit adire concilium et, ut ex huius perturbationis gurgite ad quietae stationis portum perveniret incolumis, solam sancti Petri festinavit intrare naviculam. Tunc
1063. (Apr. ex.) coram sancto concilio[11], prout erat facundus orator, fida et honesta proclamatione ita suae incommoditatis querelam deposuit et istius negotii causam, prout evenerat, peroravit, ut ad misericordiam et auxilium corda audientium provocaret. Omnes nempe, qui huius loci sanctitatem vel visu proprio vel fama nuntiante cognoverant, ex tam sinistro rumore turbabantur et novam illius episcopi factionem publice detestabantur; et ne tantae sanctitatis tantaeque libertatis locus a suae libertatis tramite vel parum deficeret, pie compassionis intuitu[12] coepe-

a) isrl *c.* b) *ita hoc loco c.* c) perveniret *corr.* -isset *c.* d) *nulla dist. c.*

1) Cf. Walafridi Strabonis Glossam ordinariam in libr. Exod. (Migne 113, 197 sq.). 2) Quae sequuntur usque ad initium c. 4 secundum relationem synodi Cluniacensem (Opp. Petri Damiani ed. Const. Caietan., Paris. 1642, III, 396; Migne, P. L. 145, 859 sqq.) compilata sunt. 3) Mâcon. 4) *super idem monasterium tentabat ius potestatis arripere* Rel. Cluniac. l. c. 5) [*ad b. Maioli confessoris Christi basilicam usque pervenit, sed resistentium sibimet infractus obstaculo intrare non potuit* Rel. Clun.] 6) [Cf. ea, quae Rel. Clun. infra inter res in concilio Cabilonensi actas commemorat, Migne, P. L. 145, 861 A.] 7) [Cf. 2. Tim. 2, 17; *sermo eorum ut cancer serpit.*] 8) [*iugum hoc degeneris consuetudinis exhorruit* Rel. Clun.] 9) [Cf. Rel. Clun.: *tanquam leprae malae consuetudinis noviter obrepenti . . occurrit;* et paulo post: *. . novo periculo sancti loci . . . ut obviaret, oravit.*] 10) *Hugo . . . . nimirum non modo religiosus, sed et cautus et prudens* Rel. Clun. 11) Post pascha a. 1063, quod d. 20. April. erat, celebratum. 12) *Cumque sinistrum nuntium eorum maxime, qui sanius sapiebant, coxda percelleret, et tantae religionis tamquam celebris famae locum, ne quantumlibet a libertatis suae statu corrueret, pie compassionis studio formidarent* Rel. Clun.

runt singuli cogitare, qua ratione quove modo sancto loco potuisset consuli et huic malae consuetudinis[1] vitio valeret obviari. Nullus tamen eorum, quos dictante iustitia auctoritas commendabat et quibus huius causae decisio canonice competebat, tam longi itineris, tam laboriosae profectionis laborem profitebatur se velle suscipere. Rel. Clun. 1068.

4. Tunc[a] venerabilis Petrus[b] Damianus Ostiensis episcopus, cui pro suae sanctitatis reverentia et affectata sui corporis debilitate et reverenda suorum temporum maturitate nec papa[2] nec episcoporum vel cardinalium quilibet non dicam precipere, sed etiam suggerere presumebat, inter ceteros se protinus obtulit[3] atque in die belli pro domo Israel ex adverso se militaturus opposuit.[4] Hoc siquidem divina providentia credimus procuratum; nam, sicut postmodum ipsius rei eventus docuit, nullus preter summae sedis episcopum istius causae negotium ad competentem potuisset finem perducere, nisi illius sanctitatis prudentia et eius facunda et incomparabilis interveniret eloquentia. Quem quidem non[c] tantum pro apostolicae sedis reverentia quantum pro eius sanctitatis reverenda presentia tota Gallia venerabatur. Vir itaque iste mirandus et imitandus sponte tunc gravis oboedientiae pondus subiit, qui quondam celebris oboedientiae munus invitus suscepit. Ad episcopalis namque culminis dignitatem vocatus excusationes pretendit plurimas: se indignum, moribus inornatum, virtutibus vacuum atque huic officio imparem se esse clamitabat.[5] Ad Gallicae vero profectionis laborem nulla[d] excusatione premissa[d] non vocatus accessit. Verae quidem oboedientiae ista sunt documenta salubria, ut et dignitatis oboedientiam invitus aliquis subeat et vilis oboedientiae pondus libens suscipiat. Istius namque viri discreta oboedientia duorum caelestis curiae militum facta procul dubio imitatur. Moises quippe, ut Israelitico praesset populo, est iussus a Domino; Paulus vero, ut Hierosolimam[e] pergeret, divinitus est ammonitus. Ille, ut dignitatis honorem susciperet, imperatur; iste, ut adversitatis sarcinam acciperet, ammonetur. Sed ille, cui dignitas imponebatur, facundae loquacitatis occasione premissa et impeditioris linguae allegatione deposita tanti reginiinis gloriam fugiens expavit. Iste, cui tanti laboris pondus precipiebatur, non solum non respuit, sed etiam, quid sibi Hierosolimis eveniret, per prophetam Agabum recognoscens, mentis puritate confisus, ita gaudens dicebat: 'Ego autem non solum alligari, sed etiam mori paratus sum pro nomine Christi. Non enim facio pretiosiorem animam meam quam me.' Ecce vir iste in episcopatus subterfugiendo culmine novus Moises nobis declaratur; in votivo vero labore longi itineris alter doctor gentium Paulus ecclesiae representatur. (5) Exod. 4, 10. Act. 21, 13. Act. 20, 24.

De inceptione itineris[f].

5. Interea[g] sanctae peregrinationis labor incipitur et via duri itineris festinatur. Et quia caritas 'non, quae sua sunt, quaerit', sed quae Iesu Christi, monasteria noviter ab eo plantata irrigaturo Christo committens et omnes heremos, quas vel fecerat vel suo patrocinio gubernabat, deserens, monachorum quoque agmina, quae ipse ad ingenuam Christi servitutem adduxerat, derelinquens ultramontanum iter tribus tantum discipulis comitantibus[h,6] festinus arripuit. Et 'quia fortis est ut mors dilectio', non eum Iovianae[7] Alpes, non Ioviana pericula terruerunt; non etiam terrarum invia, non multa et mortifera[i] precipitia[8], non insuper cignei capitis aspectus, non debile et macilentum corpus, non eum grandevae senectutis[9] pondus ab itinere removerunt. (6) 1. Cor. 13, 5. Cant. 8, 6.

a) *nulla dist. c.* b) P. *c.* c) tñ, *sed t eras., c.* d) nulla exc. premissa *eadem manu supersc. c.* e) h- *supersc. c.* f) De inc. it. *minio c.* g) *alterum e supersc. c.* h) cōmitantibus, *sub eō puncta supposita, c.* i) mortifera *c.*

1) [Cf. Rel. Clun., supra p. 1036 n. 9.] 2) [Alexander II.] 3) *inter ceteros Petrus Damianus Ostiensis episcopus se protinus obtulit* Rel. Clun. 4) [Cf. Ezech. 13, 5: *Non ascendistis ex adversò neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in proelio in die Domini*]. 5) [A. 1057; cf. Neukirch l. c. p. 64 sq., Meyer von Knonau, 'Jahrb.' I, 55.] 6) [Quorum unus auctor ipse fuit.] 7) Mons Iovis, hodie 'Großer St. Bernhard'. 8) [Similia verba infra c. 12, p. 1041, l. 22. Cf. Petri Damiani ep. VI, 5, infra p. 1038 n. 1 allata.] 9) [Cf. Petri Dam. ep. VI, 2, ad Hugonem abb. Clun., Migne, P. L. 144, 372: *cum iam me senectus incurva deprimeret et effecto viribus corpore nutabunda gradientis vestigia sub incertis gressibus vacillarent . . .*; VI, 4, ib. p. 377: *quod in ultima senectute mea tot praerupta montium, tot inhorrescentium Alpium iuga transcenderim et, ut brevi cuncta complectar, ego mortis acredinem pertuli . . . .* — 56 annos tunc Petrus Damiani habebat; cf. eiusdem opusc. LVII, 5, Migne, P. L. 145, 825.]

6. Kadaloicum etiam parvipendit furorem[1], qui velut orbata tigris eius sanguinem anxie sitiebat. Contra quem Kadaloum, Parmensem scilicet episcopum, qui tunc[a] papae nomen et eius insignia adulter usurpabat, librum[2] presul iste conscripserat, in quo deridendam eius vesaniam et suam nefandam apostasiam scripturarum testimoniis condemnavit. Ipsius quoque perversi nominis interpretationem[4], et quid in huius presumptionis exitu latitabat[5], ita prophetico promsit[a] elogio[6], quod divina inspiratione credimus conscripsisse, quia, quod scripserat, postmodum vidimus evenisse.[8] Inter cetera quoque, quae de illius canina rabie luculento sermone descripserat, eximiae profunditatis et mirae pulchritudinis versus[b] ipse[b] composuit, quos ob istius laudem et illius ignominiam hic exarare studuimus[7]:

Kadaloo non pastori, sed antiquo draconi[c].

Desinit esse reus, qui punit flendo reatum[d];
Sacrilegat ceptam geminata superbia culpam.
Cede necans Urbem nunc[e] auro destruis orbem.
Heu gladio ferri gladius truculentior auri!
Is animam penetrat, carnem foris[f] ille cruentat,
Vimque tenet iaculi radiantis vena metalli.
Nil differt, ferro perimatur quisque vel auro.[g]
Quid iuvat, an fulvis furvisve[g] quis occidat armis?
Hoc, homicida, vibras miseros et utroque[h] trucidas.
E caelo rueras, sed adhuc, draco lubrice, sufflas.[9]
Ore vomens rabiem tetrum diffundis odorem[i],
Fractus adhuc reptas et flammas naribus effas;
Squamea colla tumes, struges et prelia frendes[k].
Offa[l] picis dirum perimat conjecta chelidrum[l].
Desinat horrenda squamis attollere colla.
Ut populus vivat, vitam mala bestia perdat.
Torva draconteas reprimat iam vipera chelas[m].
Te super[n] aggestus[n] lapidum cumuletur[o] acervus;
Ruder erit lapidum concors sententia patrum.
Hasc scrobis antra[p] lues, tumido ne gutture suffles;
Mille vorax hominum crepet insatiabile monstrum.
Te super infernae[q] sua claudant ora cavernae.
Ne reditus pateat, sed mundi bella quiescant.[10]

a) *ita c.* b) versus ipse *in loco raso, super* composuit *superscr.* ipse, *sed erasum, c.* c) Kadaloo — draconi *minio c.* d) *ita c., carm.*; reatus *proponit Lachr.* e) nē *c.* f) fons *carm.* g) furviaque *carm.* h) utrosque *carm.* i) odorem *mut.* hodorem, h- *superscr., c.* k) frendent *corr.* frendes *c.* l) *hunc versum* Offa — chelidrum *om. carm.* m) cristas *carm.* n) superaggestus *carm.* o) tumuletur *carm.* p) atra *carm.* q) inferni *carm.*

1) [Cf. etiam Petri Damiani ep. II, 6 ad Hildeprandum et Stephanum cardinales, Migne, Patr. Lat. 144, 270: ... *tot laboris et calamitatis aerumnae, quas frenetica rabies ac furor nobis Cadaloicus intulit* ...; eiusdem ep. VI, 5 ad Cluniacensis monasterii fratres, ib. p. 378 sq.: *Unde noster animus, dum per tot infumescentium vada torrentium, per tot nivalium Alpium scopulosa praeripia, per tot etiam, quod peius erat, Cadaloici furoris conglobatas insidias suspectus incederet, densam, ut ita loquar, intestini certaminis grandinem pertulit.*] 2) Die 28. m. Octobr. a. 1061 electus erat. 3) Epistulam 20. libri primi (Opp. ed. Caietan., 1642, I, 16 sqq.; Migne, Patr. Lat. 144, 237 sqq.) [, quam a. 1062 circa finem mensis Martii scriptam esse putant F. Neukirch, 'Das Leben des Petrus Damiani' p. 101, et Meyer von Knonau l. c. I, 252 sq.] 4) Ibid. p. 18 (Migne l. c. p. 241 C): *Cadalous quippe vocaris. Et prima quidem pars huius nominis manifeste demuntiat casum* etc. 5) Ibid. (Migne l. c. p. 242 A): *Porro autem, quia conatus tuus iste numquam perveniet ad effectum, sed infaustum postremo concludetur in exitum, et qui Romanis arcibus superbus invehebaris, ad solum proprium cum ignominia reverteris.* 6) V. supra in praefatione p. 1034. 7) Exstant inter Petri Damian. carmina nr. 166 (Opp. ed. Caietan. IV, 20, Migne, Patr. Lat. 145, 963), unde nonnulla [, quamquam vix ullius pretii,] sub signo 'carm.' in varia lectione attulimus. 8) [Cf. Petri Dam. ep. III, 6, quam in expeditione Gallica constitutus ad Annonem archiepiscopum Coloniensem dedit, Migne, P. L. 144, 294 sq.] 9) [Cf. ib. p. 294: *Cadalous. . . velut draco teterrimus adhuc sufflat* . . .] 10) In carmine 166, sequuntur hi versus:

Fumea vita volat, mors improvisa propinquat,
Imminet expleti praeceps tibi terminus aevi.
Non ego te fallo, coepto moricris in anno.

'Quos consulto fortasse noster auctor omisit ob vaticinium literaliter non impletum', annotavit Mai; sed pertius versus[3] illos nonnisi postea cum praecedentibus connexos esse credo, quod etiam soli in fine epist. 20 libr. I exstant.

His igitur verborum telis ille vulneratus, immo scripturarum aggeribus vivus humatus, (7)
compita, diverticula, itineri[a] queque pervia per suos satellites observabat, quatenus vel 1063.
eum occiderent vel suis obtutibus vivum representarent. Sed ille prudens, quasi leo confidens, itineris diversa pericula et illius furtivas insidias sanctae superbiae pede parvipendens calcavit. Nimium illius fultus erat auxilio, qui suo fideli famulo sic promisit: 'Ego ante te ibo et gloriosos terrae humiliabo.' Ipsa etiam Ioviana iam dicta et sepe Isai. 45, 2.
dicenda pericula, quae vix umquam constat fuisse pervia, quae etiam mortis ruinam[b] transeuntibus semper minantur, nullius, ut dicitur, Marronis[1] subvectus auxilio, non pedetentim, ut mos est illius itineris, perrexisse, sed potius vidimus cucurisse.

7. Sed qualiter vir iste in tam duro itinere sese habuerit, utillimum[a] esset, si eius pace potuisset fieri, quaedam de eius continentia scribere pro illorum saltem edificatione, qui arrepta occasione alicuius itineris statuta silentii iura confringunt, consueti ieiunii regulam deserunt, psalmodiae quoque et totius pene monasticae disciplinae censuram[c] quasi licenter confundunt. Sed quia eius sanctitatis offensam incurrere timeo, melius est suae lucernae lumen adhuc sub silentio tegere, quam eius indignatione supra candelabrum ponere.[2] Sed 'oboedire oportet Deo magis quam hominibus' et eius offensam magis quam Act. 5, 29.
alicuius mortalis convenit perhorrescere. Veritatis enim ore ita iubetur: 'Luceat lux vestra Matth. 5, 16.
coram hominibus, ut videant vestra bona opera et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.' Quaedam ergo illius quasi communia et minime abscondi debentia ita succinte[d] scribamus, quatinus nullius rumoris nevo, nullius laudis macula eius sanctitas obfuscetur et audientium pia devotio melioretur et Christus per eum glorificetur.

Qualiter domnus Petrus[e] se habuerit in Gallico itinere.

8. In ipso namque estivo[g] tempore, quo dies plus solito protelantur et gulosis (8)
monachis quasi sine termino esse videntur, ita suae operationis ordinem retinebat, ut nec psalmodiae vel vigiliarum consuetudinem pretermitteret nec ieiuniorum vel silentii censuram postponeret. Qualiter autem nos, qui suo lateri iugiter adheseramus, in suo ieiunio, ut putabatur, decepit, non possum, quia nec debeo, reticere. Apud Gallos namque ista universalis viget consuetudo, ut vinaria vascula intrinsecus prius pice perfundant et servatura[f] vina sic in ea postmodum recondant. Quae illius terrae indigenae quasi quodam pigmento dicunt esse condita[e], sed adventantes plurimi nauseantes respuunt quasi pice corrupta. Nobis huiusmodi vinum pruritus gulae citius[h] commendavit; ille vero fideli, ut putabamus, deceptione ita exhorruit[i], ut nec etiam convivio, in quo aderat, interesse volebat. Sic per totam Galliam districti ieiunii tenuit censuram, quod nequaquam precibus impetrare potuimus, ut vel parvam ipse huius[k] vini sumeret sorbitiunculam. Aqua vero illius patriae vix alicubi ad[l] bibendum abilis invenitur. Pisces quoque et accuratos cibos occasione qualibet penitus respuebat. Sic quidem et estivi caloris ardorem sustinebat per diem et vigiliarum per noctem non deserebat laborem. Sed non sine ammiratione intueri valeo, cum vir iste ad sinodale militaturus properabat prelium et pro ereptione multorum solus pugnaturus accesserat, ut vires acciperet[m], vires sibi serio subtrahebat et, ut predicationis sibi tribueretur copia, continua macerabat corpus inedia. Et ne alicuius reprehensionis notaretur macula, prius in suae operationis pagina legerat, quae aliis melius, quia duplicius, predicabat. Castigabat ut apostolus corpus servituti subdendo, ne forte 1. Cor. 9, 27.
ipse aliis predicans inveniretur reprobus.[4]

9. Comparetur nunc istius viri[n] sancta militia illius victoriae pugnae, quae sub Gedeon (9)
fuisse describitur. Gedeon contra Madianitas dimicasse legitur[5], sed milites, quos aquam

a) *ita c.* b) ruinam *eadem manu supersc. c.* c) censuram *in marg. suppl. c.* d) *ita c.* e) P. *c.*; Qualiter — itinere *minio c.* f) seruata *c.*; *intelligendum est* servanda. g) condita *c.* h) cicitius *c.* i) -h- *supersc. c.* k) huius *supersc. c.* l) -d *supersc. c.* m) acceperet *corr.* accip. *c.* n) viri *supersc. c.*

1) Alpium incolarum nomen. [Cf. Du Cange, Gloss. s. v. Marrones.] 2) [Cf. Luc. 8, 16: *Nemo autem praecepta conscendi;* VI, 5, infra p. 1046, n. 2; cf. etiam infra c. 12 in.] 4) 1. Cor. 9, 27: *castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar.* 5) Iudic. 7, 5 sqq.

1063. fluminis hausisse flexis genibus conspexit, a bellorum procintu protinus removit; quos vero recto genu aquam bibere viderat, secum ad prelium insolitis armis muniens duxit. Nam, ut illic dicitur[1], non consueta bellicae artis munitione eos armavit, sed in dextera tubas, in sinistra contra hostium multitudinem languenas[a] tenuerunt; et sic Dei omnipotentis dispositione his armorum generibus hostes territi ad fugae patrocinium[b] se protinus converterunt. Sic, sic[c] vir iste bellicus et sub ecclesiastico campidoctore nutritus, sub duce suo Iesu pergens ad prelium aquam fluminis flexo poplite minime sumpsit, quia doctrinam sapientiae, quam de scripturarum fluvio sitibundo pectore mirabiliter hausit, recta eius operatio nobilitavit.[2] Illorum enim militum consortium miles iste iam spreverat,
Hebr. 12, 12. quibus Paulus dicebat: 'Dissolutas manus et genua debilia roborate.'[3] Numquam enim debilitate operum spiritualis hausit fluenta doctrinae.[4] Dexteram vero suam tuba, sinistram autem languena munivit, quia predicationis officium, quae per tubam intelligitur, fervidus exercebat, corporis vero fragilitatem, quae in languena significatur, quasi pro nichilo[d] ducens parvipendebat.[5] In dextera igitur tubam, in sinistra ferebat languenam, quia sinistrae vitae prosperitatem respuens ad dexterae vitae gaudia medullitus anhelabat.[6]
Cant. 2, 6. Unde[e] et huic bene congruere cernitur, quod electorum voce dicitur: 'Leva eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.' Quia prosperitatem levae, quae in presenti vita subsistit, mentis intentione calcabat, totum se in gremio aeternae beatitudinis, quae per
Prov. 3, 16. dexteram accipitur, collocabat.[7] Erat igitur, ut Salomon dicit: 'Longitudo dierum in dextera eius, in sinistra vero illius divitiae et gloria'. Incedebat ergo miles iste taliter armatus: Erat 'in dextera eius', ut dicitur[8], 'ignea lex', erat canorus et terribilis tubae sonitus. Parvipendebat corpus, roborabat spiritum; attenuabat carnem, saginabat mentem. Exteriorem hominem castigabat, interiorem viribus roborabat. Nullius terrenae facultatis commodo, nullius timoris vel amoris intuitu suae predicationis lucernam extinguebat, quia, ut Dominus ait, 'nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio, sed super candelabrum'.[9] Non enim pro temporali[f] commodo lumen predicationis est deserendum, sed super candelabrum potius ponendum, quatenus semper supra curam corporis vigeat gratia predicationis.

(10) 10. His igitur virtutum telis vir iste vallatus, ubicumque se occasio prebuerat, divini verbi semen spargebat et virtutum arbores in terra humani cordis plantabat, quas postmodum fecundis exhortationibus[g] irrigabat. Quandocumque episcopus, abbas aut alicuius conditionis homo debitae reverentiae causa ad eum confluebat, semper suae sapientiae recedebat[h] sale conditus[i], sanctae predicationis medicamine fotus, fraterna ammonitione delinitus atque in omnibus ita melioratus, quod valde antea non venisse tristabatur. Sic quidem fecundo labore itineris, qui ad unius[k] monasterii salutem fervidus anhelabat, multorum infirmitatibus obiter providebat. In hoc nempe summum magistrum
Matth. 5, 22 sqq. nobilis discipulus imitabatur. Salvator quippe mundi pro[l] archisinagogi filiae resuscita-
Luc. 8, 43 sq. tione pergebat, sed in ipso itinere a fluxu sanguinis quandam feminam suae vestis medicamine liberavit et, dum sui corporis presentia illam suscitare dignatus est, prius istam sola fimbria liberare voluit.

a) *ita c.; intellegendum est* lagoenas. b) -ci- *superscr. c.* c) *ita c.* d) -c- *superscr. c.* e) Vñ *c.* f) -li *superscr. c.* g) -h- *superscr. c.* h) recedebat *corr.* recedebat *c.* i) conditus *c.* k) *ante* unius *una litera* (h?) *erasa et deleta c.* l) *praecedit una litera* (p?) *erasa c.*

1) Iudic. 7, 16. 2) Cf. Rabani Mauri comment. in libr. Iudic. II, 5 (Migne 108, p. 1163 sq.): *aquis namque doctrina sapientiae, stante autem genu recta operatio designatur.* 3) Hebr. 12, 12: *remissas manus et soluta genua erigite.* 4) Rab. Maur. l. c. (p. 1164): *Hi igitur Christo duce ad bellum procedunt, qui . . fluenta doctrinae spiritaliter hauriunt, nec tamen in pravis operibus carnaliter inflectuntur.* 5) Ib.: *designatur itaque in tubis clamor praedicantium . . . . in lagenis fragilitas corporum.* 6) Ib. (p. 1165): *Bene ergo illuc scriptum est, quod in dextera tubas et lagenas in sinistra tenuerunt: quia Christi martyres pro magno habent praedicationis gratiam, corporum vero utilitatem pro minimo.* 7) Cf. Petri Damiani Collectanea in vet. testam. (de canticis canticorum c. 6, Opp. ed. Caietan. IV, 1642, 76; Migne, P. L. 145, 1145) ad eundem versum: *Laeva quippe subesse capiti dicitur, cum praesens vita a mente, quae cogitationum caput est, despecta calcatur; dextrae vero amplexibus stringitur, quia solius aeternae vitae desideriis undique delectatur.* 8) [Deut. 33, 2.] 9) [Matth. 5, 15; Luc. 11, 33.]

De domno Adraldo Bremetensi abbate[a].

11. Adherebat preterea nostro comitatui[b] quidam venerabilis abbas Adraldus nomine, (11)
qui quondam sanctae vestis habitum Cluniaco[c] sumpserat monasterio[1] et cuiusdam eius
monasterii Paterniaci[d,2] nomine prioratum aliquantum rexerat. Vir quippe[e] valde[e] litterarum studiis eruditus et liberalium artium peritia exornatus, religiosus in opere, facundus mirabiliter in sermone, celebrem et regalem tunc temporis abbatiam, Bremetensem[3] scilicet, pastorali providentia gubernabat.[4] Qui quidem in primo suae cognitionis limine quasi austerus et inconveniens iudicatur; sed postquam in eius familiaritatis aula ceperit residere, tunc subito quasi alteratus benignus, prudens[5], tractabilis invenitur. Sed inter pluvima istius viri dona virtutum est quaedam, quae hominibus illum valde commendat et in multorum devota dilectione validius solidat. Non enim ad instar Cluniacensis munificentiae neque alicuius suae patriae viri, sed quasi nobilis natura Italicus munificus et largus semper habetur. Hoc namque nostrorum famulorum ora testantur, quos non edinis, non ovinis, sed vulpinis pellibus texit; quamquam mea, ut dicitur, inpediente fortuna tenacem Galliae morem in me solo servavit. Sed non debeo huius viri tacere preconia, tametsi mihi[f] nulla contulerit premia. Postquam vir iste nostri itineris coepit 1063.
fieri particeps et totius nostrae convenientiae commune coepit habere consortium, cuncta quae agenda erant, suo consilio credebantur suaeque dispositioni omnia tradebantur. Ipse quoque Cluniacensis abbas ita in eius viri prudentia confidebat, ut nullius rei negotium sine eius consilio agere disponebat.

12. Tandem[g] post estivos[6] sudores, post maximos et multos labores, post multa et diversa pericula, post inmania montium et Alpium precipitia[7] ad expectantem nos venimus Cluniacum. De apparatu autem processionis et summa devotione nostrae receptionis supervacuum est scribere, cum eum iam devotis manibus presentem suscipiebant, quem pro illius monasterii libertate diu iam advenisse multis precibus flagitabant. Tunc communi consilio coepimus[h] quaerere, quid super vocandis ad sinodum episcopis statui deberet. Nam episcopus ille, cuius temerario ausu istius causae negotium agebatur, prout habet secularis astutia, postquam nostrum fama nuntiante cognovit adventum, quia non illius terrae erat indigena, quo futurum concilium occasione[i] quadam vitare potuisset, apud suos longius properans latitabat. Sed nequit fugae patrocinio Cabilonensi[8] non interesse concilio. Sinodalis namque terminus ita provide statuitur, quod longinqui et remotiores presules naviter interesse potuerint. Tunc ex apostolicae sedis auctoritate commonitoriae ad episcopos diriguntur epistolae, debitam Romano pontifici oboedientiam imperantes et inoboedientiae vindictam canonice intentantes.[9]

Laus Cluniacensis congregationis eiusque abbatis[k,10].

13. Interea octo dierum spatio mansimus Cluniaco[l]. Veraciter ibi multos reperi (12)
Paulos, plurimos vidi Antonios. Qui etsi solitudinis habitationem non incolunt, anachori-

a) De — abbate *minio c.* b) cōmitatui d. c) cluniáco *c.* d) paterniáci *c.* e) quippe *in loco raso (ubi fortasse prius* ualde *scriptum erat),* ualde *fortasse postea versu exeunte in marg. suppl. c.* f) mihi *mut.* michi, *-o- postea supersc. c.* g) *novam lineam non incipit c.* h) cępimus *corr.* cępimus *c.* i) *ante -s- una litera erasa c.* k) Laus — abbatis *minio c.* l) cluniáco *c.*

1) [Ubi s. Odilonis abbatis (992/3—1048) discipulum eum fuisse Petrus Damiani in Vita s. Odilonis dicit (Migne, Patr. Lat. 144, 928; Cipolla, Monumenta Novaliciensia vetustiora I, 216 nr. 85): *Porro autem Adraldus abbas Bremetensis monasterii, vir videlicet religiosus ac sanctae conversationis honestate conspicuus, qui discipulus eius extiterat, nobis aliquando retulit.* Cf. E. Sackur, 'Die Cluniacenser' II, 202.] 2) Peterlingen, Payerne (dioec. Lausann.). 3) Breme (dioec. Papiensis). [Cf. Kehr, Italia pont. VI, 1, 232 sq.] 4) De quo cf. C. Cipolla, Monumenta Novaliciensia I ('Fonti per la storia d'Italia', 'Scrittori', Romae 1898), 441 nr. 33 [, qui Adraldum abbatem Bremetensem vel Novaliciensem iam a. 1060. et, si idem est 'Everaldus', adhuc a. 1081. occurrere dicit]. 5) [Cf. etiam Petri Damiani opusc. XVIII (Contra intemperantes clericos), diss. 3, c. 4 fin., Migne, Patr. Lat. 145, 424, Cipolla l. c. I, 214 nr. 84: *domnus autem Aldradus Bremetensis rector coenobii, vir videlicet religiosus et prudens;* similiter opusc. XXXIV, 5, Migne l. c. p. 578.] 6) [Cf. supra c. 8 in.] 7) [Similia verba supra c. 5, p. 1037, l. 40 sq.] 8) Châlon-sur-Saône. 9) Talis epistola edita est in tomo III. Operum Petri Damiani (p. 396, Migne, Patr. Lat. 145, 857 sq., = Jaffé-Löwenfeld, Reg. pont. Rom. nr. 4516), [quae ad Remensem, Senonensem, Turonensem, Bituricensem, Burdigalensem archiepiscopos directa est]. 10) Cf. Petri Damiani epist. 2, 4, 5 libri VI, cum quibus tamen comparanda sunt, quae in

tarum premium imitatione operum non amittunt. Cum enim illius congregationis ordinem accurate coepi prospicere et mutuae dilectionis inter eos manere benivolentiam et monasticam omnium causarum pollere convenientiam, statim ad illius primitivae ecclesiae mens
Act. 4, 32. recurrit familiam, de cuius laude ita Lucas loquitur: 'Multitudinis credentium erat cor unum et anima una, et erant illis omnia communia.' Ad instar enim illius primitivae familiae, dicam potius caelestis patriae, non est ibi alicuius metus inopiae, non pondus alicuius miseriae. Ibi caritas regnat, spirituale gaudium ibi tripudiat. Pax cunctos nectit, omnes patientia tolerat. Longanimitas illos modificat, spes erigit, fides solidat. Interius et exterius castitas mundat. Devota illos oboedientia purgat. Sanctae et monasticae consuetudinis ordo inconcusse servatur. Vivida mortificatio et regularis ibi districtio semper habetur. Quid de claustri custodia vel taciturnitatis opus est censura describere, cum nec etiam preter alicuius rei necessitatem infra ipsum claustrum ausus est aliquis spatiari? nec sine interrogatione[1] os ad loquendum audet ullo modo aperire? In vestium vero vilitate atque lectulorum extremitate nullo modo regulare patris Benedicti transgrediuntur preceptum.[2] Divinae quoque servitutis officia ita apud eos provide distinguntur[a] atque pia ex industria protelantur, ut nec longioris diei[3] aliquod spatium a divino vacare possit officio. Ita enim semper in ecclesiasticis atteruntur officiis, ut vix claustrensi et honesta locutione nisi signis potest alter alteri aliquid intimare.[3] Quae quidem ita cauta et necessaria omnibus in locis facta deprehenduntur, ut nullius levitatis, nullius reprehensionis valeant macula denotari.[4] De ciborum vero vel vestium equalitate, de pia infirmorum compassione atque omnium causarum congrua distributione[5] scribere supersedeo, cum nec ipse abbas vel sospitate vigens vel infirmitate gravatus aliquam sibi cameram vel aliud quid precipuum consuetus est vendicare.

(18) O[b] nobilis et Hisraelitica Christi familia, quae degenerem Egipti deserens servitutem et mare rubrum submersis hostibus incolumis pertransivit[6] et superbam Hiericho Domini circumferens arcam devicit[7], inportunum quoque Nabuzardan[8], intestinum scilicet hostem, ratione moderantiae stravit et petulantem Holofernum[a] quasi nova Iudith funditus iugulavit! Nunc cunctis regibus superatis hostibus quasi quadam repromissionis terra[9] utitur, de qua ad veram lacte et melle manantem[10] operibus currere festinat.

Est quoque illius loci larga pauperum elimosina, hospitum et adventantium summa diligentia. Nullus enim pauper famelicus vel immunis inde recedit, nullus supervenientium insalutatus suscipitur vel inhonoratus[c] abire permittitur. Sed[d] huius sanctae operationis fluvius ex illo fonte profluit, quem in sacro pectore abbatis Spiritus sancti gratia propinavit. Ex illo enim purissimo fonte hauriunt, quod sic abundanter[e] fluunt et in illius operis et exhortationis[f] bibliotheca legunt[g], qualiter monastice vivant, qualiter divinae operationis ordinem custodiant. Est[d] enim sua humilitate amabilis, moribus cunctis tractabilis et serena sui vultus proceritate omnibus notabilis. Quem Deus omnipotens ita suo timore[h] subditum et amore fervidum et virtutum floribus voluit esse conspicuum, ut illius ecclesiae pastorale sibi committeret officium.

a) *ita c.* b) *novam lineam non inc. c.* c) -h- *superscr. c.* d) Sed — Est *(l. 32—36) in loco raso c.* e) habundanter *corr.* ub. *c.* f) -h- *superscr. c.* g) legunt, *fortasse corr. ex* leguntur, *c.* h) *in litera* -e *vestigia radendi apparent (fortasse* timore *corr.* timori*) c.*

opusculo 'de Hugonis abbatis miraculis', Marrier et Quercetanus (Duchesne), Bibliotheca Cluniacensis (Paris. 1614) p. 460 (Migne, Patr. Lat. 145, 857 sqq.), referuntur: *qualiter beatus Hugo indiscretae eius* (scil. Petri Damiani) *reprehensioni congruo et sufficienti satisfecerit responso.*

1) [Cf. Reg. Bened. c. 7, rec. E. Woelfflin (Lipsiae 1895) p. 21, l. 127 sqq. Sed cf. etiam infra n. 3.] 2) [Cf. Reg. Bened. c. 22. 55.] 3) [Cf. Petri Damiani ep. VI, 5 ad monachos Cluniacenses, Migne, Patr. Lat. 144, 380: *tanta praesertim in ecclesiasticis officiis protelabatur instantia, ut in ipso cancri sive leonis aestu, cum longiores sunt dies, vix per totum diem unius saltem vacaret horae dimidium, quo fratribus in claustro licuisset miscere colloquium.*] 4) [Cf. ib.: *Hoc autem tam continui laboris exercitium ad hoc est, ut reor, solerti satis ac provida magisterii arte provisum, ut levium atque infirmorum fratrum fragilitatem reprimat et delinquendi propemodum occasionem tollat* etc.] 5) [Cf. Reg. Bened. c. 34. 39. 55. Cf. etiam quae in Mirac. s. Hugonis abb. Cluniac. circa finem leguntur, Migne, P. L. 145, 859 sq.] 6) Exod. 14, 15 sqq. 7) Iosue 6. 8) De quo v. 4. Reg. 25, 8 sqq.; Ierem. 39, 9 sq. et 52, 12 sqq. 9) [Cf. Hebr. 11, 9: *in terra repromissionis.*] 10) [Cf. Deut. 6, 3 et saepius.]

Dicerem etiam adhuc de extrariae et secularis rei huius[a] loci[a] abundantia[b], sine qua presens vita minime quempiam transire patitur. Quomodo cunctae lapideae officinae monastico dispositae sunt ordine; quomodo ecclesia maxima et arcuata plurimis munita altaribus, sanctorum reliquiis non modice condita[c], thesauro plurimo[d] et diverso[e] ditissima; quomodo claustrum ingens et ipsa sui pulchritudine[f] ad inhabitandum se quasi monachos invitare videtur; quomodo sufficiens est dormitorium et pre continuo trium lucernarum lumine aliquid umquam nocivum in eo peragi quasi ab eo prohibetur; quomodo refectorium nulla superstitione depictum, sed sancta extremitate constructum largum reficiendis fratribus prebet consessum; quomodo per cunctas officinas, ubicumque aqua[g] necessaria quaeritur, per occultos meatus statim mirabiliter sponte diffluit: haec et alia de predicto monasterio dicerem, sed quia Lemovicensem laborem huius descriptionis stilus exarare festinat, laboris intuitu talia scribere devitat.

De Lemovicensi labore[h.1].

14. In Lemovicensi[1] namque civitate[2] celebre, devotissimum atque ditissimum in honore sancti Martialis quoddam est monasterium, quod Cluniacensis abbas noviter adquisierat.[3] Sed quia illius loci monachi sibi non obtemperabant, maxima in eo tunc temporis discordia versabatur. Huius namque adquisitionis intuitu et eiusdem abbatis odio, prout erant seculares, monachi a monasterio recedentes per eius cellulas hospitari ceperunt. Et monasterium hostiliter inpugnabant et monachorum, quos ibi de Cluniaco posuerat, sanguinem sitiebant. Ad tantam quoque vesanae mentis audaciam monachi ipsi proruperant, ut burgum, in quo monasterium positum est, concremarent et cuncta, 1060. quae circa monasterium fuerant, ignibus devastarent.[4] Et nisi Romana auctoritas interveniret et ex apostolica sede reverenda sibi persona succurreret, videbatur locus pessumdari[k] et maximum preiudicium monasterium pati. (14)

15. Quid super hoc negotio abbas faceret, ignorabat; quo se verteret, nesciebat. 1063. Huius itineris pondus nobis suggerere verecundans timebat, causam perfici aliter posse minime sperabat. Tandem erupit in vocem, quod scatebat in mente, et, quo ille doluerat, ut medicaretur, oravit. Hoc ipse abbas rogabat, hoc tota congregatio precibus flagitabat. Tunc noster Ostiensis[l] episcopus hunc sibi laborem superinponere paululum hesitavit et vix posse perficere credidit. Sed quia pro salute eius monasterii venerat, cicius adquievit et in suis membris[m] circumquaque positis sibi auxiliari disposuit. Sed ante ipsius profectionis initium cunctis cum fratribus in capitulo residens peracto sermone[n] totus in terra prosternitur et, ut sibi auxiliarentur, multis requisivit precibus; girovagum, sarrabaitam et, ut consueverat, se miserum monachum clamitabat. Inter haec tanta sibi caelitus lacrimarum tribuitur copia, quod omnes a fundo cordis longa traxere suspiria[5] et unusquisque sibimet displicens sic proclamabat: 'O bone Iesu, si homo iste, quem ultra homines credimus, sic ubertim lacrimans timet, quid nos faciemus aridi et ad eius comparationem virtutibus alieni?' Nam sicut abbas me adstante postmodum retulit, multum istae lacrimae omnibus profuerunt, audientium melioraverunt animos et mentes prospectantium solidaverunt. Tunc abbas communi fratrum consilio statuit, ut abhinc pro eius amore semper unus pauper pasceretur et vestiretur et unus semper pro eo psalmus in communi cantaretur; et denuntiato sibi eius obitu semper in suo anniversario sollempnem in conventu missam celebrare, festivam corporum refectionem fratribus preparare et, (15)

a) huius loci *eadem manu supersc. c.* b) habundantia *corr.* ab. *c.* c) condita *c.* d) plurimo *in loco raso c.* e) -o *e corr. c.* f) -h- *supersc. c.* g) aqua *eadem manu supersc. c.* h) De Lem. lab. *minio c.* i) lemouicense *corr.* -i *c.* k) pessúmdari *c.* l) hostiensis, h- *del. et eras., c.* m) *ita c.* n) *alterum* -e *e corr. (fortasse ex* o*) c.; sequ. se expunctum c.*

1) Cf. quae Mabillon, Ann. ord. s. Benedicti IV (Lucae 1739), 594 ad a. 1063. sub nr. 35 ex anonymi Lemovicensis narratione de his rebus narrat. 2) Hodie 'Limoges'. 3) Vide cartam Ademari vicecomitis a. 1062. datam in Gallia Christiana nova II (1720) App. 179 nr. 24. 4) Cf. Ann. Lemovic. MG. SS. II, 252: *1060. 11. Kal. Maii iterum monasterium sancti Martialis igne crematum est in feria 6. et castrum intus et foris.* 5) [Cf. ex. gr. Ovid. Met. II, 753: *penitus traxit suspiria;* X, 402sq.: *suspiria duxit ab imo Pectore.*]

1063. quicquid[a] a mensa remanserit, pro eius animae salute pauperibus statuit erogare[1]. Sic omnium fratrum societate muniti et pacis osculo[b] confirmati ad sanctum devenimus Martialem. Interea nostri adventus rumor monachorum, qui monasterium infestabant, corda concusserat et eos circumquaque per diverticula fecerat latitare. Sed mox ut venimus, illis litterae destinantur, quatenus Romanae sedis legato se representarent et allegationem huius negotii, si iustam sperarent, sine ullius contrarietatis suspicione iustitiae ratione defenderent; alioquin sub imperio abbatis deinceps viverent. Sed quia pristinae factionis vermis eorum viscera corrodebat et Cluniacensem ordinem omnino suscipere renuebant, ad denuntiatum ratiocinium venire spreverunt, illum sibi preesse abbatem penitus[c] interdixerunt. Tunc illius[d] civitatis episcopo[2] comiteque[3] consulto ad huius diffinitionis calculum res ista protrahitur. In huius namque episcopatus ecclesia, quam devota frequentia populorum repleverat, illorum contumacem absentiam[e] coram omnibus presul iste narraverat, qualiter apostolicae sedis legato reverentiam et abbati debitam oboedientiam recusabant. Tunc apostolica auctoritate populo collaudante precepit, ut, nisi illa hostilis audacia a monasterii et monachorum lesione cessaret, excommunicationi procul dubio subiacerent. Super hoc vero, quod abbati oboedire nolebant, diffinitivam distulit proferre sententiam. Isto igitur negotio taliter diffinito et monasterio in tranquillitate iam posito, ne a divinae servitutis officio pars nostri itineris aliqua vacaret, redeundo venimus Silvaniacum[f,4].

De consecratione ecclesiae et sancti Odilonis corpore commutato[g].

(16) 16. Silvaniacus[h] nempe[4] mercationum frequentia dives et locus est famosissimus, sanctorum vero corporibus valde devotissimus. Quoddam namque in eo constructum est monasterium, in quo beatorum Christi confessorum, Maioli[5] scilicet et Odilonis[6], corpora conquiescunt. Quod quidem monasterium episcopali adhuc benedictione minime ad plenum confirmatum fuerat. Interim sinodalis terminus imminebat. Tunc multis intervenientibus episcopis et innumerabili populorum frequentia magna cum veneratione ecclesia consecrata et beati Odilonis corpore commutato et altari suo nomini consignato Cabilonensis ecclesiae presul[7] summa cum devotione nos honorifice suscepit.

De congregata sinodo[i].

(17) 17. Interea sinodus congregatur[8], vocati presules adsunt, non modica turba hominum devote festinat. Matisconensis quoque episcopus non dubius aut segnis occurrit[k]. In sua namque prudentia — est enim litteris et sermone potens — et quorumdam episcoporum quasi conspiratione confisus huius causae amicabilem transactionem[l] respuens ad sinodalem conflictum quasi triumphaturus fervidus bellator occurrit. Pene enim omnes episcopi, qui tunc aderant[m], preter archiepiscopum Bisuntinum[9], venerabilem scilicet et eloquentissimum virum, Cluniacensi monasterio invidebant eiusque causas, quantum caute poterant, conculcabant et, ut huius negotii magis infortunium quam triumphum[n] abbas incurreret, occultis[o] machinationibus fabricabant. Nam unusquisque causam suam in iudicio agi credebat, cum coepiscopi negotium Romana discussio ventilabat, quia, si abbati huius rei victoria proveniret, quilibet episcoporum sibi amplius resistere non auderet. Huius igitur cautelae studio constipati, illum adiuvaturi, ut obsisteret, incitabant. Sed noster Romanus belligerator horum machinatione et non parvipendenda conspiratione predoctus sic postmodum huius causae peroravit negotium, ut, quos ille occultos iam tenebat adiutores, apertos postmodum suae causae habuit contradictores. Nam in Cabi-

a) quicquit *alio atram. corr.* -d *c.* b) obsculo, -b- *del., c.* c) pęnitus *c.* d) *sequ. iterum* illius, *erasum, c.* e) absentiam *c.* f) siluaniácũ *c.* g) De consecr. — commutato *minio c.* h) Siluaniácus *c.* i) De congr. sin. *minio c.* k) occurit *c.* l) *praecedunt 2 fere literae erasae c.* m) adherant, -h- *del., c.* n) triumphus *corr.* -ũ *c.* o) *primum* -c- *superscr. c.*

1) Cf. epist. Petri Damiani VI, 2. 4. 2) Iterius. 3) Ademarus vicecomes Lemovicensis. 4) Hodie Souvigny-en-Bourbonnais, arr. de Moulins (Allier); dioec. Clermont. 5) Quartus abbas Cluniacensis [, qui a. 994. die 11. m. Maii Silvaniaci obiit; cf. E. Sackur, Die Cluniacenser' I, 251]. 6) Quintus abbas Cluniacensis, cuius vitam ipse Petrus Damiani paulo post rogatu Hugonis abbatis exposuit. [Odilo item Silvaniaci mortuus est, a. 1048, die 31. m. Dec.; Sackur II, 297 sq. 343. 380.] 7) Achardus. 8) [*Enimvero apud Cabilonensem civitatem . . . synodum congregavit* Rel. Clun.] 9) Hugo I.

lonensi ecclesia cuncto residente concilio, postquam, ut Romanae sinodi consuetudo deposcit, predicationis verbum finivit, tale rethoricae locutionis exorsus est prohemium, quod intentos simul et benivolos faceret auditores[1]. 1063.

Rhetoricae locutionis prohemium[a].

18. 'Ad vestrae', inquit, 'fraternitatis auxilium Romana nos delegavit auctoritas et quasi ad karissimos fratres nostra communis mater destinavit ecclesia. Vestra namque sibi debita sancta fidelitate confisa, quam etiam in nonnullis suis negotiis experta est profuisse, quicquid[b] in istis partibus iniuriae patitur, vestra nos adiuvante providentia, sibi ut emendetur, exoptat[2]. Per nos siquidem coram vestra sanctitate Romana lamentatur ecclesia, quod multorum hominum insolentia multas inter vos cotidie patitur contumelias. Verumtamen inter cetera, quae sibi evenisse considerat, unum quid novum et insperatum eam non modicum perturbavit[3]. Cum enim huius sinistri rumoris fama totius Romani concilii noviter percelleret auditus, omnes pariter in maerorem simul et admirationem conversi sunt. Cumque diu protracta deliberatione, quem, qualem et quantum pro tantae rei presumptione destinari deberet, nos demum mittere decreverunt. In hoc namque, quantum super hoc Romana dolet ecclesia, fratres mei, perpendite, quia non subdiaconum, non diaconum, non cardinalium quemlibet mittere procuravit.' (18)

19. Tunc episcopi omnes ex premissa verborum dulcedine valde benivoli et ex causae exaggeratione non parum intenti expectabant, ut iam causa illa exponeretur, pro qua tantus et talis homo a Lateranensi curia devenisset. Mox autem ut suis verbis illorum benivolam audientiam adesse conspexit, sic coepit enarrare propositum: 'Cluniacense monasterium Romanae ecclesiae esse subditum nullus vestrum, fratres, ignorat et[c], quod[c] nulli[c] aliae personae preter Romanum pontificem in eodem monasterio ius aliquod pertinet, nullus addubitat. Quod quidem supra omnia sibi pertinentia diligit monasteria, multis quoque apostolicae sedis privilegiis constat esse munitum. Quae omnia domnus Matisconensis episcopus parvipendens illud subiugare suaeque ditioni submittere quasi temerarius studet invasor.' (19)

Tunc[d] ille[4], quia[e] iam suae nequitiae caput atritum[f] et mentis rigorem iam pene sensit emortuum, coram cuncto concilio causam narraturus adsurgit. Mox ex utraque parte causa exponitur et utriusque partis allegatio ventilatur. Romanae[g] ecclesiae lecta sunt Rel. Clun. privilegia, contra quae episcopus egisse accusatur. Causa defenditur, culpa inponitur, controversia meritis partium examinatur. Tandem post multas contentiones, post utriusque partis varias obiectiones, quia episcopus contra Romana privilegia se non egisse purgare non poterat, ad huius decisionis calculum[6] res ista perducitur. Interrogantur[7] episcopi, si apostolicae sedis rata decernerent privilegia et in suo tenore, quae lecta sunt, sine lesione durantia. Omnes rata et inconcussa manere diffinitiva sententia[8] decreverunt. Tunc ipse Matiscensis[8] episcopus cum quinque[9] eiusdem ecclesiae clericis propria manu iuravit, quia, quod contra monasterium se egisse recolebat, neque ad iniuriam apostolicae sedis neque ipsius papae fecerat neque adhuc privilegiorum tenorem ad liquidum noverat. Tali modo inter domnum episcopum et abbatem huius causae negotium constat esse

a) Rhet. loc. proh. *minio c.* b) quicquit *corr.* d *c.* c) nullis *corr.* et q nulli *c.* d) *novam lineam non inc. c.* e) quia *supersc. c.* f) atritum *c.* g) *ita hic c.*

1) [Cic. De inventione I, 15, 20: *Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem; quod eveniet, si eum benevolum, attentum, docilem confecerit . . . . . Igitur exordium in duas partes dividitur, in principium et insinuationem. Principium est oratio perspicue et protinus conficiens auditorem benevolum aut docilem aut attentum . . . . . ;* cf. ib. 21—23.] 2) [Haec secundum praecepta Ciceronis, De inv. I, 15, 22, composita sunt: *Ab auditorum persona benevolentia captabitur, ... si, de iis quam honesta existimatio quantaque eorum iudicii et auctoritatis exspectatio sit, ostendetur.*] 3) [Ad haec cf. praeceptum Ciceronis ib. 23: *Attentos autem faciemus, si demonstrabimus ea, quae dicturi erimus, magna, nova, incredibilia esse* etc.] 4) [Sc. Matisconensis episcopus.] 5) Quae sequuntur, ex relatione Cluniacensi (Opp. P. Damiani ed. Caietan. III, 1642, 398; Migne, P. L. 145, 860 sqq.) deprompta sunt. 6) [Cf. Rel. Clun.: *causamque . . . optimo iudicialis calculi fine conclusit.*] 7) Secundum Rel. Cluniac. episcopi statim, postquam privilegia lecta sunt, ea rata decreverunt et deinde tantum Matisconensis praesul se contra ea egisse convictus est; quod melius convenit. 8) [*communi iudicio* Rel. Clun.] 9) *Quatuor* secundum Rel. Clun.[, quae tamen pergit: *Duo autem de septenario numero, qui ad iurandum a sancto concilio praefixus fuerat, non petente Matiscensi, sed donante domno Ostiensi episcopo remanserunt.*]

1063. Rel. Clun. sopitum et plenae diffinitioni traditum. Pacis inter eos foedera collocantur, simultatis iurgia propelluntur.

In eadem quoque sinodo quaedam sunt ecclesiastica censura correcta, quaedam canonicae sanctionis vigore statuta[1], et dum pro unius causae intuitu sinodus congregata fuisse decernitur, multis postmodum causis constat fuisse proficua.

De reversione[a].

(20) 20. Interea redeundi amor occurrit, repetendi itineris labor incumbit. Licentia petitur, sed licentia protelatur[2]. Ipse enim abbas cum suis tractare coepit, quomodo tanti labor itineris alicuius muneris compensatione levigaretur. Sciebat enim hunc hominem pecuniam non amare, munera spernere, solius pietatis intuitu tantum sumpsisse laborem. Talia igitur decrevit offerre munera, quae non ipsi, sed per eum Deo transmitteret, ut, dum sibi nollet, Deo saltem tribueret. Capellam enim argenteam deauratam cum sacris vasis et vestibus, palliis et utensilibus obtulit. 'Accipe', inquit, 'magister, istas sacras vestes et sancta vasa, quae Deo omnipotenti tribuimus et divino ritui mancipanda per te tuis sanctis locis transmittimus'. Tunc in prima fronte receptionis quasi palliata locutione deceptus munera per se Deo tradita non est aspernatus. Interim dies transit; peractis necessariis membra quieti dedimus. Interea diversarum cogitationum conflictus animum rapuere illius. Cogitabat, ne sub huius receptionis specie vitium aliquod latitaret, ne, quod pro futurae mercedis intuitu laboraverat, terreno munere deperiret et fructus, quos maturos manducare debuerat, obstupescentibus dentibus acerbos ipse consumeret[3]. Cogi-
Act. 20, 35. Isai. 33, 15. tabat, quia 'beatius est dare quam accipere' et beatus, qui subtrahit 'manus suas ab omni munere'. Haec et alia sancto mentis examine trutinans compensabat. Mane autem facto me primum adesse precepit. Tunc sibi dilecti Baruntii[4] memoriam, prout sepius consueverat, coepit habere. 'O', inquit, 'si ille karissimus frater noster adesset Baruntius[b], salutiferi[c] consilii nobis propinasset poculum. Numquam enim mihi, ut acciperem, persuasit, immo ut terrena spernerem, semper suggessit. Munera ista, quae tali velamento nobis deferuntur, non esse accipienda recogito. Iustitiam enim Dei occasione qualibet vendere timeo, terrenarum rerum negotiator[d] esse non debeo. Quid tibi super hoc videatur, edicito.' Postquam vero huius mihi consilii ausum tribuit, non solum, quia iam volueram, laudavi, sed, ut faceret, multis precibus postulavi et, quod pauperem Christum pauperes sequi debemus, sanctis eius auribus inculcavi. De quo quidem consilio suae paternitatis amor in me nasci vel potius, ut puto, cepit augeri, quamquam hactenus nec ad mei vel alicuius notitiam amor ipse pervenerit. Quasi enim quodam gelu adhuc in gemma constrictus nec ad fructuum maturitatem nec ad floris teneritudinem nec etiam ad frondium viriditatem erupit. Tandem ne aeternae retributionis fructus aliquo nobis munere deperiret et temporalis oblatio premium aeternum consumeret, renuente et contradicente abbate predicta munera sibi dimisimus et huiusmodi pondere nos onerare penitus renuimus nihilque ab eo preter nobis necessaria, et quae itineris prolixitas requirebat, nos accepisse[e] recolo. Sic officiis salutationis ex utraque parte exhibitis levigati et alacres ad dilecti Fontis
1063. (Oct. 28.) solitudinem redivimus Avellani[5] *.

*) *Eadem manu sequ. in c.*: Dextrum latus Scilla, levum implicata Caribdis tenet[6].
Habitatio solitudinis fecit mihi cognoscere, quod[f] esse nequeo, sed non fecit me esse, quod esse volo.

a) De rev. *minio c.* b) B. *c.* c) salutifferi *c.* d) négatior *corr.* negotiator *c.* e) accepisse *c.* f) qd (= quid) *c.*

1) [Cf. Rel. Clun. paulo ante: *nonnulla . . . canonicae sanctionis vigore correxit, quaeque potuit, iuxta ecclesiasticae disciplinae regulam servanda constituit causamque Cluniacensis monasterii* etc.] 2) [Cf. Petri Dam. ep. VI, 5, Migne, P. L. 144, 378: *promissum mihi est, quod in kalendis Augusti forem regressus ad propria, sed profligato postmodum trimestri fere curriculo, et quanta potui celeritate cucurri, et tamen vix quinto ante kalendas Novembris die Fontis Avellani, unde processeram, cacumen ascendi.*] 3) [Ierem. 31, 29: *Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt;* 30: *Sed unusquisque in iniquitate sua morietur; omnis homo, qui comederit uvam acerbam, obstupescent dentes eius;* Ezech. 18, 2.] 4) Cf. Petri Damiani disputat. de variis apparitionibus op. 34 annexam (cap. 1, Opp. ed. Caietan. III, 1642, 262; Migne, P. L. 145, 584 sq.). 5) Die 28. m. Oct. a. 1068. Petrus Fontem Avellanum se pervenisse dicit in 5. epist. libri VI. 6) [Verg. Aen. III, 420 sq.: *Dextrum Scylla latus, laevum implacata Charybdis Obsidet.*]

VITA SANCTI ARIALDI AVCTORE ANDREA ABBATE STRVMENSI.

EDIDIT **F. BAETHGEN.**

De Arialdo, Patarenorum primo duce, quamvis multa a scriptoribus Mediolanensibus, scilicet ab Arnulfo et Landulfo, memoriae tradita sint, Vitam eius primam, quae conscripta est, deperditam esse nemo est, qui non doleat. Talis enim operis auctor fuisse presbyter Syrus cum socio Herimberto narratur in epistola quadam Vitae quam habemus antiquissimae subiuncta (infra post Vitam edita), eademque ex Vita discimus prae ceteris sine dubio hunc Syrum[1] *Arialdo familiarem fuisse, cum Mediolano expulsus hunc solum sibi comitem sanctus elegerit (cf. infra p.* 1066*). Neque tamen huius Vitae quicquam superest aliud neque eius mentio fit in praefatione Vitae iam laudatae, ubi se prorsus nihil dixisse,* nisi quod viris certis narrantibus didicerim, a Marchione videlicet, ipsius germano fideli, vel a Bonovisino, eiusdem fidissimo famulo . . ., immo de quibus tot existere possunt testes, quot illo in loco cum etate perfecta sanoque sensu sunt homines, *auctor ipse asserit (infra p.* 1049 *sq.), quamvis in epistola illa dicat se Syri opere usum esse. Quod autem huius Syri epistola quaedam Vitae eidem adnexa est (infra p.* 1073 *sq.), dubitandum nobis videtur, utrum re vera a Syro sit scripta an ab auctore Vitae conficta, ut opus suum certis augeret factis, quae antea aut non noverat aut, quae Vitae insereret, idonea non putaverat. Sane quodammodo sermo illius epistolae cum dicendi genere in Vita ipsa adhibito congruit*[2] *necnon mirari oportet in brevi epistola duos, qui etiam in Vita laudantur, sacrae scripturae locos afferri*[3]*. Quae cum ita sint, quanti faciendum sit, quod de Vita a Syro presbytero scripta loco supra citato refertur, difficile est diiudicandum. Alteri igitur Vitae, compluries iam laudatae conscriptaeque ab Andrea, postea abbate Strumensi, operam dare satis sit.*

Ad huius Andreae vitam illustrandam, quae reperiri poterant, patres Bollandiani consserunt in Actis Sanctorum Mart. t. II, 48 *sq.; neque vero multa pro certo constant. Patria eius itinere quinque dierum a Vallumbrosa semota fuisse in Syri illa epistola Vitae adnexa refertur; quod Parmae Andream natum esse posteriores ordinis Vallumbrosani scriptores contendunt*[4]*, certis non nituntur argumentis. Accuratius definiri non potest, quo tempore Mediolanum venerit aut Arialdo se applicaverit. Nam eadem Syri epistola docente scimus Arialdi primordia eum non vidisse atque ex eo, quod c.* 8 *dicit se gladium, quo usus clericus quidam Landulfum occidere conatus esset, saepe postea conspexisse dubitatque eodem loco, rectumne rei gestae ordinem teneat, quamvis vera se dicere sciat, conicias huic casui eum non interfuisse. Neque tamen, quin aliquamdiu vitae communis ab Arialdo sociisque actae consors fuerit, dubitari licet; quae enim c.* 18 *de sancti sociorumque eius moribus narrat, ipsius ex scientia emanasse apparet.*

1) Cuius etiam fit mentio in Landulfi de S. Paulo Historia Mediolanensi c. 3, SS. XX, 22. 2) Cf. quomodo et quotiens verba *enim, nam* vel *namque* utroque loco collocata sint; deinde v. in praefatione: *quia in hoc plura sunt . . . edificationi utilia;* in epistola p. 1073 et 1074: *quia sunt . . . edificationi utilia;* p. 1058 et p. 1073: *in exordio suae predicationis.* 3) Cf. infra p. 1074 n. 2 et 3. 4) Cf. Ireneo Affò, 'Memorie degli scrittori e letterati Parmigiani' I (1789), 48 sq.

Praesens porro affuit in Herlembaldi castello, ubi Arialdus captus est (cf. c. 21: hec me presente dicta sunt*), plurimosque sequentes excepta sancti morte eventus ipse vidit. Deinde post sollemnem martyris sepulturam a.* 1067. *Maii* 27. *factam Mediolanum reliquit Vallumbrosanumque monasterium petiit; neque vero, cum Iohannem Gualbertum ipsum sibi notum fuisse nullo loco eiusdem sancti Vitae a se conscriptae dicat, haec ante illius mortem (a.* 1073. *Iul.* 10.*) evenisse verisimile est. Attamen sub primo Iohannis successore, Rodulfo (*1073. *Iul. —* 1076. *Nov.* 22.*) Vallumbrosae monachus fuit et ab eo ad Arialdi vitam componendam incitatus est; quem librum decimo post martyris passionem anno, quo etiam Herlembaldus passus est, id est a.* 1075. *scriptum esse auctor c.* 26. *ipse dicit, nisi quod epistolae operi subiunctae post Rudolfi demum mortem additae sunt. Sub secundo deinde Iohannis Gualberti successore abbatiam s. Fidelis de Strumis dioecesis Aretinae, Vallumbrosanorum ordini noviter commissam*[1]*, nactus est; cuius abbas primum a.* 1085[2]*, ultimum a.* 1100. *Iun.* 8.[3] *occurrit. Intra hoc spatium, scilicet anno, sicut infra in praefatione illius operis docebimus, circiter* 1092, *alterum librum, id est s. Iohannis Gualberti Vitam, confecit. Quo anno mortuus sit, non traditur; cum autem a.* 1106. *(*1107*?) m. Iun. Angelus quidam abbas monasterii Strumensis fuisse inveniatur*[4] *diesque mortis Andreae decimus Martii in martyrologiis laudetur*[5]*, eum, si non prius, certe d.* 10. *Mart. a.* 1106. *mortuum esse apparet.*

Pretiosissimum opus Arialdi Vitam esse uberemque fructum praebere turbata illa tempora indagantibus iam satis constat. Sermo quidem incultus est multisque mendis scatet. Inprimis auctor semper fere in grammatica locorum significatione peccat ablativum pro accusativo et vice versa ponens necnon formis verborum passivis sive deponentibus utitur pro activis, sicut perventus sum *(p.* 1067*) et* decantatus est *(p.* 1068*); anacoluthia saepe nimis negligenter admittit, atque etiam nominativi absoluti interdum occurrunt. Denique observavisse mihi videor genus dicendi pendere quodammodo a latinitate regulae s. Benedicti auctori nostro notissimae ac saepe ab eo citatae. Sed quo magis abhorret stilus a severiore linguae Latinae usu, eo dignior laude quadam auctor est, quia vivam dilucidamque imaginem Arialdi Patarenorumque elaboravit eamque multis singularium rerum narrationibus, alio loco memoriae non traditarum, exornavit. Neque enim dubitandum est, quin Andreae plerumque fidem habere liceat; convenire cum eo ubique fere Arnulfum contrariae parti faventem iam praedicavit W. Wattenbach SS. VIII, 3, etiamsi illud certe animadvertimus auctorem nostrum nonnulla sibi non placentia, velut synodum Fontaneti habitam atque Arialdi excommunicationem ibi factam, silentio praeterire. Quod denique in miraculis audiendis narrandisque nimis credulus fuit, aetati potius quam homini attribues.*

De codicibus Vitae Arialdi (= BHL. nr. 673*) manuscriptis post R. Davidsohn 'Forschungen' I,* 69 *diligenter docteque egit C. Pellegrini in 'Archivio storico Lombardo' tom. XXVII (III. ser. XIV),* 1900, *p.* 215*sq. Unus est, qui maioris sit momenti ideoque adhibendus nostrae editioni, scilicet Cod. bibl. Alexandrinae Romanae nr.* 25*b (alias I. i.* 5*; cf. Poncelet, Catal. cod. hagiograph. lat. bibliothecarum Rom., Brux.* 1909, *p.* 131*). Folia* 40—57, *in quibus Vita nostra exstat, una manu saec. XI. ex. aut XII. in. exarata sunt (= c.). Non multum igitur codex ab eo tempore distat, quo opus ipsum conscriptum est, nec tamen habemus, cur auctoris autographum esse (Pellegrini l. c. p.* 216*) eum arbitremur; immo contrarium indicare videntur correctiones quaedam in fol.* 48[c] *manu alia, scilicet correctoris prout videtur, praescriptae manuque scriptoris, qui codicem exaraverat, repetitae*[6]*. Praeterea diversae manus ab XII. usque ad XVI. saeculum textum correxerunt, rudem plerumque auctoris latinitatem modumque scribendi (e. gr.* idem *pro* isdem, Guido *pro* Wido*) emendantes; neque vero singulae semper satis discerni possunt. In margine manus saec. XII. exeuntis, monachi, ut videtur Vallumbrosani, nonnullas adnotationes subinnxit.*

Restat denique, ut de mutilatione quadam codicis nostri disseramus. Primum enim deest secundi quaternionis folium maximeque dolendum est ad hanc lacunam supplendam alterum eiusdem Vitae codicem nihil afferre. Codex enim miscellaneus bibl. Alexandrinae Romanae

1) Cf. Vitam s. Iohannis Gualberti c. 83; de abbatia Kehr, Italia pontificia III, 169sq.; G. Domenici in 'Rivista storica benedettina' X (1915), 72sq. 2) Cf. Fedele Soldani, 'Lettera quarta sopra il monacato e la parentela di S. Gregorio VII.' (Firenze 1749) p. 56. 3) Cf. Rena-Camici, 'Serie de' duchi e marchesi di Toscana' V, 2 (Firenze 1779) p. 63. 4) Davidsohn, 'Forschungen zur älteren Geschichte von Florenz' I, 69. 5) Affò l. c. p. 53. 6) Infra p. 1062 n. e; cf. fol. 47[r] infra p. 1060 n. m.

nr. 89 *(cf. Poncelet l. c. p.* 135*) atque alter eiusdem bibliothecae nr.* 99 *(Poncelet p.* 188*) et ipse miscellaneus fol.* 694—700 *bis et fol.* 97—112 *nihil aliud continent nisi prior ille priorem, alter posteriorem partem unius apographi, saec. XVII. e codice supra descripto, tunc temporis iam mutilato, facti; itaque nullius eos ad nostram editionem parandam esse momenti accurate cognovit b. m. socius noster Gerhardus Schwartz, qui anno* 1912. *Romae codices inspexit. Optime igitur accidit, quod aliquanto tempore post anonymus quidam Andreae opere usus novam Arialdi Vitam conscripsit. Quam vitam saeculo XII. aut priori saeculi XIII. dimidio recte attribuit Pellegrini l. c. p.* 223 *sq.*[1]*; nam terminam, post quem scripta est, translatio corporis Arialdi a.* 1099. *aut* 1100. *ad ecclesiam s. Dionysii facta, in hac Vita anonyma iam narrata, ostendit, terminus autem ante quem ex eo apparet, quod in libro notitiae sanctorum Mediolani, a. circiter* 1260. *a Guiffredo de Bussero compilato*[2]*, sub numero* 46. *libri cuiusdam optimi et magni de vita et passione Arialdi, Liudprandi Herlembaldique mentio fit; atque cum in notitia illa sanctus Arialdus descendere dicatur de familia de Carimate, quod nomen in Andreae Vita minime, econtra in anonyma Vita invenitur, dubium non est, quin anonymam Vitam, coniunctam sicut etiam nunc plerisque in codicibus cum Landulfi de s. Paulo Historia Mediolanensi, Guiffredus ille ante oculos iam habuerit.*

Haec igitur altera Vita (= BHL. nr. 677*)*[3]*, quamquam ad Arialdi vitam cognoscendam perpauca ipsa affert, hanc tamen utilitatem praebet, quod ex illa lacunam superius notatam supplere vereri non debemus. Adso enim anonymus, quantum cognosci potest, Andream secutus est, ut opus illius cum repetisse diceres, nisi nonnullas res aliunde desumptas addidisset. Ex codicibus huius Vitae, laudatis a Pellegrini p.* 224 *sq., unum adhibere satis putavimus, scilicet Cod. Mediol. Ambros. H.* 89 *inf., membr., saec. XIV. ex. aut XV. in., ubi exstat Vita fol.* 94*ᵛ*—100*ʳ; inspexit cum v. cl. H. Bresslau necnon phototypo usi sumus (= c').*

Editionem Vitarum Arialdi primam instituit I. P. Puricelli, De ss. martyribus Arialdo Alciato et Herlembaldo Cotta libri 4 *(Mediolani* 1657*) p.* 73—124 *(Vita auctore Andrea) et* 132—157 *(Vita anonyma). Unde priorem Vitam, editam a Puricelli secundum fidem apographi codicis supra descripti (cf. Pellegrini l. c. p.* 221*), repetiverunt patres Bollandiani in Actis Sanctorum* 27. *Iun. V,* 281—303 *(3. ed. t. VII,* 252—272*) et I. P. Migne, Patrologia Latina CXLIII, col.* 1437—1486.

Nostrum in usum codicem Alex. Rom. 25*b (= c.) exscripsit H. Bresslau, ipse iterum contuli; deinde phototypum nobis praesto erat, quod v. d. Th. Zwölfer contulit. In textu constituendo auctoris modum dictandi scribendique ubique reddere studuimus; itaque correctiones, nisi quae scriptori aut correctori deberi videbantur, in apparatu posuimus. In modo scribendi id unum mutavimus, ut exceptis primae declinationis terminationibus semper e pro ę aut ae poneremus. Capitula secundum distinctiones in codice factas signavimus, numeros addentes, atque editionis Bollandianae numeros uncis rotundis inclusos in margine addidimus.*

F. Baethgen.

---

f. 40*ᵛ*. *INCIPIT PROLOGVS IN PASSIONEM SANCTI MARTIRIS ARIALDI MEDIOLANENSIS.

Precepisti, venerande pater Rodulfe[a] *, ut beati martyris Arialdi passionem describerem, (1) quod licet facere conatus sim — in veritate, non pro humilitate sola, ut plerique sapientes solent, loquor —, quicquid[b] in ea est, quod conveniens sit, etiam in ipsa verborum compositione[c], non meae sapientiae, quae sic est parva, ut pene sit nulla, sed soli Dei gratiae meritisque ipsius atque tuae orationi tribuo. In qua sciat, eam quicumque legerit, me prorsus nichil dixisse, nisi quod viris certis narrantibus didicerim: a Marchione videlicet, ipsius germano fideli, vel a Bonovisino, eiusdem fidissimo famulo, qui ei a cunabulis est famulatus fideliter, immo de quibus tot existere possunt testes, quot illo in loco cum etate

*) *In marg. manu secunda c.:* Iste Rodulfus fuit secundus abbas Vallumbrose[4] et discipulus sancti Iohannis Gualberti.

a) o *in loco raso (fortasse* Redulfo *scriptum fuerat) c.* b) quicquic *c.* c) ne *supersor. eadem manu c.*

1) Cf. etiam Pöcli, 'Die Pataria in Mailand' (Sondershausen 1872) p. 10 n. 2. 2) Cf. Kehr, Italia pont. VI, 1, 17. 3) Cf. etiam Bibl. hag. Lat. Boll. Suppl. ed. 2 (Bruxellis 1911) p. 32. 4) 1073. Iul. — 1076. Nov. 22.

(2) perfecta sanoque sensu sunt homines. Verum per totum hunc libellum meum nomen celetur, quia talis sum, ut magis conveniat nesciri quam sciri, cui iure congruit illud Isaiae: 'Claude', inquit, 'ostium tuum et absconde te post illud*, donec transeat ira Domini'[1]. Tuum vero nomen in eius fronte habeatur, quoniam, velis, nolis, super candelabrum, ut omnibus luceas, te posuit Christus[2], quatinus is, qui scripsit, si ignoratur, ad quem scriptus est, non ignoretur. Porro quia in hoc plura sunt in verbis et factis edificationi utilia, duodecim monasteriis*, quibus te supernus iudex preposuit, oro ut ad legendum tribuas, quatinus dum audierint, in defensione veritatis quid alli nostro in tempore dixerint et perpessi sunt, accendantur et ipsi, ut talia dicant et, si necesse fuerit, pro eadem veritate similia patiantur.

EXPLICIT PROLOGVS. INCIPIT VITA ET PASSIO EIVSDEM.

(3) 1. Licet iam sic senex sit mundus, ut iam iamque vicinus eius cernatur occasus, tamen quia[b] ab universis mortalibus ignoratur, quando finiatur, libet novorum[c] constantiam sanctorum supparem antiquorum[d] sevitiamque perfidorum, qui eos usque ad necem nostris temporibus, immoque nostris sub oculis persecuti sunt, scriptis tradere atque posteris ad eorum edificationem intimare.

(4) 2. Igitur** in Cutiaco[3] quodam vico inter Mediolanum Cumumque sito, miliario mo XX distante a maiore***, quinto vero a minore****, ut in vulgari fertur opinione, Bezo quidam cum Beza sua uxore extitit, nobiles utrique natione[4], sed nobiliores[e] probitate. In quorum profecto laude parumper immorari et sanctorum gestis quam plurimis instruimur et cuncti scimus liberiorem fore laudem celsi edificii, si ipsius certitudo habeatur manifesta firmi fundamenti. Hii[f] namque causam[g] reproborum, quae est rapacitas, tam exosam habebant, ut, inter cetera eorum bona cum[g] in servis equisque nimis habundarent, nullus quippe erat audax ex ipsis servis, qui manipulum quidem vi furtimve[h] alienae segetis raptum deferre auderet eisdem coram equis. Porro superbiam, quae est causa diaboli[5], ita execrabantur[i], ut, cum libere modis omnibus suis vicinis imminerent atque a nemine eorum, si nollent, constringi possent, ceu essent ex illorum minimis, sic se ultro sub- p. 49v
(5) debant ipsorum omni iustae conventioni. Verum quoniam unicuique parum est non agere prava[k], nisi in bonis operibus exercitationem ponat, pauperum infirmorumque necessitati sic intendebant, ut ex vicinis nemo infirmitate oppressus in strato iaceret, qui a Beza memoria digna non visitaretur, et suis si egeret, huius substantiis non aleretur. Preterea in ceterorum orfanorum egenorumque beneficiis, quae illis sedule impendebat, Deo et hominibus eius vita sic erat grata, ut ipsi pauperes invicem conferrent dicentes: 'Si haec obierit, profecto nobis vivere non expedit'.

3. Hoc[l] quippe exercitium sanctae actualis vitae per multorum curricula annorum in venerabilis Bezae natorumque eius desudatione, viro ipsius iam defuncto, egomet vidi

*) *In marg. manu secunda c.:* Vallumbrosanus ordo tunc non habebat plura monasteria.

**) *In marg. manu secunda c.:* Iste sanctus temporibus fuit beati Iohannis abbatis Vallumbrosani et pugnam cum Nicholaytis habuit et simoniacis, in tantum ut martirium meruerit. Cuius discipulus Andreas monachus effectus est in monasterio predicto.

***) *Superscr. manu secunda c.:* id est a Mediolano.

****) *Superscr. manu secunda c.:* id est a Cumo, quae urbs est.

a) d *superscr. eadem manu c.* b) quia *superscr. eadem manu c.* c) novorum *superscr. eadem manu c.* d) *corr.* antiquis *manu posteriore c.* e) li *bis scriptum, prius erasum c.* f) *corr.* li *manu posteriore c.* g) cum *superscr. eadem manu c.* h) -ve *in loco raso c.* i) *primum* a *in loco raso c.* k) -ra- *in loco raso c.* l) -oc *in loco raso c.*

1) Isai. 26, 6: *Claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.* 2) Matth. 5, 21: *Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* 3) Hodie 'Cucciago'. 4) Arialdum *ex equestri progenie*, i. e. ex valvassorum genere quodam ortum traxisse refert Bonizo in libro ad amicum, Libelli de lite I, 591, cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrbücher' I, 61 n. 10; familiae *de [Car]imate* (Carimate prope Cantù) iam saec. IX. notae cum adscribit Vita anonyma f. 94v, quam secuti sunt posteri; cf. Pellegrini, 'Arch. stor. Lombardo' ser. III vol. 14 (1900), 227 sq. Postea manus quaedam, ut videtur celebris iurisconsulti Andreae Alciati, in cod. Vitae anonymae radendo mutavit *'Carimate'* in *'Alzate'* (Pellegrini l. c. p. 230). 5) 1. Timoth. 3, 6: *ne in superbia elatus in iudicium incidat diaboli.*

ceteraque perplura edificacioni[a] congrua, quae ideo pretermitto, quia velociter ad ea, quorum causa hoc opus assumpsi, venire concupisco. Huic utique, sicut illius relatione didici, (6) nocte quadam dormienti, eius adhuc vivente viro, ex quo tunc in utero habebat filium, admirabile lumen in visione ceu solis meridiani splendor desuper illuxit, cuius claritas omnibus tenebris ab ea expulsis totam domum, ubi erat iacens, implevit. Mane autem facto insolitam secum visionem admirans antiquis matronis pandit, a quibus protinus audit habere se in utero infantem sexus masculini meritique futurum celsi. Quem cum enixa est, apto prestolato tempore, Arialdum vocant, clericum faciunt[1], scolis diligenter eo usque tradunt, quousque provinciales magistri, qui eum possent instruere, deficiunt. A quibus cum per tempora, ut scolaribus moris est, reverteretur, sicut a matre eius iam sepe dicta cognovi, et puellae ipsius ornatiores more solito nitidioresque se eius vultui presentarent, quemadmodum essent viperae, sic exterminabat a sua facie, dicens: 'Captio haec est satanae'.

4. Indesinenter denique in diversis terris scolasticis se studiis tam diu tradidit, donec optime tam liberalium quam divinarum litterarum haberet scientiam[2] simulque etatem *perfectam. Erat enim tunc ordo ecclesiasticus in tot erroribus seductus, ut ex illo vix (7) quispiam existeret, qui in suo loco veraciter repperiri[b] posset. Nam alii cum canibus et accipitribus huc illucque pervagantes suum venationi lubricae famulatum tradebant; alii vero tabernarii et nequam vilici, alii impii usurarii existebant; cuncti fere aut cum publicis uxoribus sive scortis suam ignominiose ducebant vitam[3]. Omnes, quae sua erant, non, quae Christi, querebant[4]. Nam, quod sine gemitu dici vel audiri nec potest nec debet, universi sic sub symoniaca heresi tenebantur impliciti, quatinus a minimo usque ad maximum nullus ordo vel gradus haberi posset, nisi sic[c] emeretur, quomodo emitur pecus[5]; et, quod est nequius, nemo tunc[d], qui tantae perversitati resisteret, apparebat. Sed cum lupi essent rapaces, veri putabantur esse pastores[6]. Ad quorum nimirum perversitatem (8) detegendam et corrigendam, Mediolanum[e], ubi haec iniquitas tanto erat copiosior, quanto urbibus ceteris ipsa est populosior, a Deo procul dubio prefatus missus[f] est Arialdus[7] divinis, ut prediximus, legibus bene eruditus. Qui ingressus urbem populum pene universum ad 1056. eius verba confluentem[g] fari sic adorsus est: 'Volo, dilectissimi, vobis dicere in nostri sermonis exordio, quae scire vos scio, ut paulatim sic vos introducam ad ea, quae nescitis et vobis scire magnopere necessaria sunt. Veraciter credo vos nosse humanum genus usque ad Christi domini nostri adventum cecum fuisse, non oculis corporis, sed cordis. Quod[8] ideo erat cecum, quoniam, quod erat falsum, credebat verum, dicens lapidi ligunoque et metallo: "Deus meus es tu"[9]. Cuius cecitati et miseriae in tantum summa lux et eterna compassa est, per quam omnia facta sunt et in qua universa consistunt, ut non ad hanc[h] a cordibus hominum auferendam angelum mitteret, sed per semet ipsam de celo descendit, carnem assumpsit et, ut eam ab hominum cordibus penitus expelleret, usque

a) ci corr. ti *manu posteriore; supersc. manu correctoris* ti *c.* b) *alterum* p *linea superinducta deletum manu posteriore c.* c) *supersc. eadem manu c.* d) *post* c *una littera, forsitan* t, *erasa c.* e) m *ante* Med. *linea superinducta deletum.* f) *primum* s *supersc. eadem manu c.* g) d *in loco raso, alio atram. aliaque, ut videtur, manu script. c.* h) n *supersc. eadem manu c.*

1) Levitam eum consecratum esse a Widone archiepiscopo refert Land. III c. 5, SS. VIII, 76; cf. Arn. III c. 10, SS. VIII, 18: *quidam ex decomanis diaconus nomine A.* et intitulationem in iureiurando apud Petrum Damianum (Opusc. V, Opera ed. Cajetani III, 41) tradito: *ego A. dictus diaconus de capella Mediolanensis archiepiscopi.* 2) Artis liberae magister intitulatur apud Land. III c. 5. 3) Cf. Arnulf. III c. 10: *hac eadem tempestate horror nimius Ambrosianum invasit clerum, insurgente populo noviter in eum, ingruentibus utrimque peccatis. Omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei* (Rom. 3, 23); econtra v. Arnulf. III c. 14 et Anselmi ep. verba tradita apud Land. III c. 5. 4) Philipp. 2, 21: *omnes enim sua quaerunt, non quae sunt Iesu Christi.* 5) Cf. quae ipse Wido archiepiscopus profitetur in sponsione a. 1059. facta: *ut quisquis ad clericales ordines provehendus accederet, de subdiaconatu quidem duodecim nummos, de diaconatu vero decem et octo, postremo de presbyteratu suscipiendo viginti-quatuor quasi per prefixam conditionis regulam daret;* Petri Damiani opusc. V, Opera ed. Cajetani III, 40. 6) Cf. Act. apost. 20, 29. 7) Ab Anselmo ep. Lucensi missos, immo instigatos fuisse Arialdum Landulfumque contendit Land. III c. 5; cf. quae de hac re disserit I. Goetz, 'Archiv f. Kulturgeschichte' XII (1916), 164 sq. 8) Cf. quae de hac populi concione refert Landulfus III c. 9. 9) Deut. 29, 17: *idola eorum lignum et lapidem, argentum et aurum, quae colebant;* Ierem. 2, 27: *dicentes ligno: pater meus es tu et lapidi: tu me genuisti.*

1056. ad crucis mortem libenter accessit. Qui in diebus carnis suae homines tot[a] de mundo elegit, quot sufficere ad universitatis illuminationem ante secula posse previdit. Quos omnibus falsitatis tenebris ab eorum cordibus expulsis eterna luce illuminavit eosque per mundum universum misit[1] et lucem, quam acceperant, ubique deferre precepit, sicque ad (9) patrem, a quo venerat, rediit. Haec quippe summa et eterna vivaque lux duas in terra causas reliquit, in quibus omnes, qui erant illuminandi, illuminarentur et usque in finem seculi semper permanerent lucidi, tam isti qui adhuc erant illuminandi, *quam qui iam *f. 41r.* fuerant illuminati. Vultis[b] nosse, heae[c] res quae fuerunt? Verbum scilicet Dei et doctorum vita. De verbo autem Dei[d], quod lux sit, non meum sed psalmistae audite testi-
Ps. 18, 9. Ps. 118, 105. monium. "Preceptum", inquit, "Domini lucidum illuminans oculos". Et item: "Lucerna pedibus meis verbum tuum". De vita vero doctorum, quod esse debeat lux, in verbis
Matth. 5, 14. suis ipsa per se veritas aperte manifestat. "Vos", inquit, "estis lux mundi". Et protinus
Matth. 5, 16. addidit: "Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui est in celis". Ex his itaque unam idem Dominus posuit ante illos, aliam ante vos. Hii vero, quibus scientiam scripturae dedit sibique ad ministrandum elegit, ut ad lumen verbi sui lucidi semper viverent, constituit et ut eorum vita esset vestra lectio, qui litteras nescitis, ordinavit. Sed inimico humani generis insidiante pariterque nostra neglegentia et peccato operante, illi se convertendo retrorsum perdiderunt (10) suam, vos autem lucem perdidistis vestram. Verumtamen ut securius vos idem inimicus deluderet, qui sanctitatis ab eis abstulit veritatem, eis permisit in exteriori habitu sanctitatis habere similitudinem. Quod gemens dico, non ad vestram ignominiam, sed ad cautelam. Nonne ad eandem cecitatem estis reversi, pro qua ab hominibus auferenda Christus de celo misericorditer descendit? Si enim ideo humanum genus ante ipsius adventum, ut diximus, erat cecum, quia sumebat pro vero mendacium, quicumque nunc[e] opus simile facit, nonne causam eandem incurrit? Nam sicut illi decepti lapides et ligna credebant deos[2], ita vos–vestros sacerdotes putatis veros, quos incunctanter esse constat falsos. Unde hoc scire possumus? Vultis nosse, unde? In tenebris sumus; ut hoc patenter cognoscamus, ad lucem eamus. Ad quam lucem? Ad[f] verbum videlicet Dei. Ecce Christus dicit[3]: "Qui mihi ministrat, me sequatur". Quod est aperte dicere: a nemine quippe mihi ministratur, nisi ab eo, qui me sequitur. Vestrorum vitam sacerdotum scio vos nosse, et quo Christus pergat et quid dicat, audite; atque tunc plenius cognoscetis, utrum isti
Matth. 11, 29. sint eius ministri an ipsius potius adversarii. Ecce Christus clamat: "Discite a me, quia
Matth. 8, 20. mitis sum et humilis corde". Et iterum de se dicit: "Filius hominis non habet, ubi caput
Matth. 5, 3. (11) reclinet". Et item: "Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum". Econtra vero, ut inspicitis, vestri sacerdotes qui effici possunt ditiores in terrenis rebus, excelsiores in edificandis turribus et domibus, superbiores in honoribus, in mollibus delectatisque[g] *vestibus pulchriores: ipsi putantur beatiores. En ipsi, ut cernitis, sicut laici palam *f. 42r.* uxores ducunt, stuprum quemadmodum scelestes[h] laici secuntur atque ad nefandum huc opus patrandum tanto sunt validiores, quanto a terreno labore minus oppressi, videlicet viventes de dono Dei. Christus autem in suis econtra ministris tantam munditiam querit et exoptat, ut non solum in opere, verum etiam stupri[i] scelus damnet in corde dicens:
Matth. 5, 28. "Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo". Redite, dilectissimi, ad corda vestra[4], redite et sumere verum falsumque respuere discite. Nam conatus sum eos reducere ad suam lucem, sed nequivi; ut enim vos ad vestram reducam, huc ideo veni; et hoc aut fecero, aut pro vestra salute paratus sum animam meam tradere gladio.' Haec et huiuscemodi quam[k] plura vir Dei dum diceret, in verbis eius plebs fere universa[l] sic est accensa, ut quos eatenus venerata erat ut Christi ministros, damnans proclamaret Dei hostes animarumque deceptores.

a) *secundum* t *postea add. eadem manu c.* b) uuultis, *primo* u *in margine praescripto c.* c) h *atque secundum* e *postea delet. c.* d) *superscr. manu eadem c.* e) -cumque nunc *in margine postea add. manu eadem c.* f) *post* ad *una littera (scriptor iterum* quam *scribere voluerat) linea superinducta deleta manu eadem, postea erasa, c.* g) -icatisque *superscr. manu saec. XVI. c.* h) *ita c.* i) *post* st *sequ.* r *eras. c.* k) com *superscr. manu saec. XVI. c.* l) eius plebs fere uni *in loco raso,* -versa *in margine add. manu eadem c.*

1) Cf. Marc. 16, 15: *euntes in mundum universum praedicate evangelium.* 2) Cf. supra p. 1051 n. 9. 3) Ioh. 12, 26: *Si quis mihi ministrat, me sequatur.* 4) Cf. Is. 46, 8: *redite . . . ad cor.*

5. Factum est autem, dum agerentur haec, de medio multitudinis surgens[1] quidam (12)
clericus nomine Landulfus, de urbanis excellentibus tam ordine quam natione[2], nimis 1050.
potens in voce et sermone[3], silentium petiit. Quo concesso huiusmodi letiferam vocem
prompsit: 'Gratias', inquit, 'coram vobis omnipotenti Deo ago, qui nunc me ea audire
permittit, unde meum cor per innumera tempora ignescit[a]. Nam olim haec sciens dolens-
que ideo tacebam, quoniam, cum quo ea dicerem, non habebam. Nunc vero, domne
Arialde karissime, quia Dei donum te dedit mihi, scito me ab ipso collatum tibi; et exinde
quicquid hac de re dixeris fecerisve, me facere et dicere et me meam animam, sicut tu
professus es tuam, pro salute fratrum ponere esse paratum[4] incunctanter te nunc reddo
securum.' Populus namque iam fidelis haec audiens in Dei laudem crescens illarescit[b];
pars adversa tabescens deficit; Dei vero famulus Arialdus oculis ac manibus sursum
erectis omnium bonorum largitori immensas et debitas reddit gratias.

6. Denique post haec quidam laicus surrexit alius, nomine Nazarius[5], officio mone- (13)
tarius, cuius vita valde erat ab omnibus laudabilis, licet coniugalis. Qui silentium petiit;
quo accepto coram omnibus tale responsum dedit: 'Domne Arialde, ea quae dicis esse
vera et utilia non solum advertere[c] possunt sapientes, verum etiam et vecordes. Quis
tam insipiens est, qui non lucide perpendere possit, quod eorum vita esse altius debeat
a mea dissimilis, quos ego in domum meam ad benedicendum eam voco, iuxta meum
*f. 49r. posse refficio et post haec manus deosculans *munus offero et a quibus misteria[d], pro
quibus eternam vitam expecto, omnia suscipio. Sed ut omnes inspicimus, non solum
non[e] mundior, verum etiam sordidior perspicue cernitur. Verumtamen hoc scelus sic scito
inter nos radicatum et inveteratum, quatinus aut vix aut cum[f] grandi labore poterit evelli.
Nunc autem, quia largitor omnium bonorum mihi tanta contulit bona, quae satis et mihi
sufficere possunt et[g] tibi, obsecro te per eundem omnipotentem Dominum, ut in domum
meam ingredi digneris et exhinc bonis omnibus meis ut ego ita et tu fruaris, quatinus
tua exortatione assidua ab hoc errore liberari et in omni veritate confirmari possimus
tam ego quam haec plebs universa. Cave, ne ad sanguinem altum, de quo ortus es, et
ad opem multam, qua polles, inspicias, ne forte sacramento, pro quo te adiuravi, spreto
non quae Dei, sed quae tua sunt querere videaris[6].' Vir autem Domini haec audiens et (14)
magnitudinem[h] coniurationis et famam viri optimam considerans, omnia terrena, quae sibi
resistere possent, conculcans, in domum se iuste invitantis libenter intravit et per plura
tempora Marthae opus ab eo fideliter sumpsit et, quod operatus est Petrus in Cornelio
suisque amicis[7], operatus Arialdus est in Nazario eiusque vicinis, in quibus utique tunc
arbusta, quae se Dominus per prophetam pollicitus est in deserto simul positurum[8],
scilicet vitem et ulmum, procul dubio est completum, quatenus altera mentes debriaret,
altera vero debriantem sustentaret. Exortantibus denique Arialdo Landulfoque populum
fideli et assidua doctrina, stupra clericorum nefanda et execranda eorum conubia sic ab
eodem populo intra aliquanta tempora sunt persecuta et deleta, ut nullus existeret, quin
aut cogeretur tantum nefas dimittere vel ad altare non[i] accedere[9].

a) *corr.* igniscit *alia manu c.* b) *alterum* l *punctis supra et infra positis deletum alio atram. c.* c) d *supra lineam alio atram. add. manu, ut videtur, correctoris c.* d) mist. *corr.* my- *manu poster. c.* e) n *supra lineam add. eadem manu c.* f) in *post* cum *linea superinducta deletum c.* g) & *supra lineam add. eadem manu c.* h) *secundum* n *in loco raso c.* i) n *supra lineam add. eadem manu c.*

1) Num. 25,7: *surrexit de medio multitudinis.* 2) Sc. *in opere et sermone*; Meyer v. Knonau I, 62 n. 14. 4) Cf. Ioh. 10,15: *animam meam pono pro ovibus*; 15,13: *ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* 5) Cf. Kehr, It. pont. VI, 1, 112 nr. 20. 6) Cf. supra p. 1051 n. 4. 7) Cf. Act. apost. c. 10. 8) Is. 41,19: *ponam in deserto abietem, ulmum et buxum simul.* 9) Cf. Arnulf. III c. 12: *populus ... in nimium zelum excitatur adversus clerum, aliis se deferre Deo putantibus, aliis avaritiae lucris inhiantibus ... praedones civitatis praeter aedes aliquas in urbe dirutas lustrabant parochiam, domos clericorum scrutantes eorumque diripientes substantiam*; Landulf. III c. 10:

1) Num. 25,7: *surrexit de medio multitudinis.* 2) Sc. de capitaneorum genere quodam (*de Colta* nominatur in Vita anonyma *f.* 94ᵛ); cf. SS. VIII, 19 n. 11; Meyer v. Knonau, 'Jahrbücher' I, 62 n. 13; Erlembaldum, Landulfi fratrem, archiepiscopi a progenitoribus militem fuisse dicit Arn. III c. 17. Landulfus clericus cathedralis ecclesiae notariusque erat (Land. III c. 5) nec tamen *ecclesiasticis gradibus alteratus* (Arn. III c. 10), ita ut praedicationis officium nondum sibi competeret. Landulphus quidam subdiaconus subscribit sponsionem Widonis archiepiscopi a. 1059. factam; Petri Damiani opusc. V, Opera ed. Cajetani III, 40. 3) Cf. Luc. 24,19: *potens*

(15) 7. Per idem tempus decreverunt fideles Romam ad sinodum Landulfum mittere, quoniam, ut eos mendaciter eorum emuli accusarent, illo pergebant. Quem urbem Placentinam progredi non licuit, quia ibi a quodam profano est oppido percussus et sic Mediolano[a] regressus[1]. Sed Arialdus Dei famulus sumpto itinere omnium adversariorum fraudem
1057. circumquaque positorum ad eum necandum scienter declinavit atque Romam Deo illum protegente incolomis pervenit. Qui coram summo pontifice[2] se offerens cum causam iam ceptam ei retulisset, post multam honorificentiam, quam ipsi isdem[b] impendit, iussit, a quibus sacerdotibus divina misteria dehinc sumeret, et sub inevitabili iussu ei precepit[c] ad opus ceptum regredi et tam diu in eo vehementer insistere, donec nefanda opera, *v. 43.* quae tunc inerant in ecclesiastica familia, aut penitus deleret aut sanguinem pro Christo proprium inimicis fundendum preberet[3]. Qui in omnibus obediens regreditur, iam sepe dictam causam competenter persequitur et constanter cum suo socio divinitus sibi collato, habentes dehinc doctrinam tam plenam auctoritate quam veritate.

(16) 8. Hoc quippe impii civiles perpendentes clerici quasi occulte in unum conveniunt, ideo quia[d] progenie altior erat Landulfus, eum occidere disponunt, putantes timore perterritum sic silere[e] Arialdum. Ad patrandum vero tam sceleste opus quendam[f] audacem et impium[g] conveniunt clericum, nimio premio reddunt securum, si iam dictum extingueret virum. Qui acquisito grandi carnificis gladio, quem sepe ego postea vidi, simulque tosico[h] ad necandum citissimo cepit[i] eum prosequi per cenam Domini et parasceuen sabbatumque sanctum clanculum[k] necnon et sanctum diem pasche[l]. Vera utique me dicere scio, utrum rei gestae ordinem teneam, ignoro. Cumque ipsum in diebus his repperire minime potuerit absque turbis, in secunda tandem de albis feria ad impium et diu optatum pervenit votum. Nam in ipsius diei crepusculo solum illum ante quoddam repperit altare orantem; misturam[m] impiam, quam secum ferebat, permiscuit ilico, scilicet gladium cum tosico[h], et post tergum clam veniens eumque in collo graviter percussit et sic fugam protinus petiit, sed volente Deo, licet esset nimis velox ad fugiendum, in egressu basilicae
(17) per quendam captus est clandum. Clamor igitur vehemens attollitur, ab omnibus concurritur, quae esset causa tanti clamoris inquiritur. Cognita namque causa nefandum clericum circumdederunt eumque cornu tosico[h] plenum habentem reppererunt. Merentes ergo percussum et eum, qui percussit, accipiunt ac sic ad domum Landulfi pergunt et ipsius obitum protinus prestolantur adfuturum[n]. Sed magni prodigii evidentiam tunc ostendit Deus omnipotens, ut servo suo nil plus venenum officeret, quemadmodum si aqua esset. Nam isdem[o] professus est clericus se illud in pluribus pecudibus probasse, quae, ut deglutiverunt, cunctae post paululum vita caruerunt. O mira Domini potentia! hunc virum postquam tetigit, etiam deglutitum nulli nocere quivit. Unde ipse reddens debitam Deo laudem percussorem clericum dimisit incolumem[p], ammonens[q], ne ulterius tantam conaretur presumptionem. Isdem[o] vero clericus sua cernens molimina nimio studio exquisita a Dei evidenter virtute exinanita sibique ab eius famulis pro malis impensa bona

a) Mediolano *alio atram. corr.* -lanv *c.* b) n *punctis manu poster. supra et infra positis deletum atque ita semper c.* c) precepit *in loco raso c.* d) quia *supra lineam add. manu eadem c.* e) -re *in loco raso script.*, posse *post* silere *interpol. manu saec. XVI. c.* f) *post* qu *una littera, fortasse* a, *erasa,* -endam *alia manu in margine add. c.* g) *post prius* m *una littera erasa,* iniq(uum), *ut videtur, primitus script., c.* h) *alterum* s *supra lineam alio atram. add. c.* i) cepit *corr.* cepit *eadem manu c.* k) clanculum *corr.* clanculo *manu poster. c.* l) h *superscr. manu eadem c.* m) x *pro* st *superscr. manu poster. c.* n) affut. *corr. manu poster. c.* o) *cf. n. b.* p) incolumem *alio atram. corr.* incolomem *c.* q) *corr.* admonens *manu poster. c.*

omnes concives fascinati . . . civitatem percurrentes . . . sacerdotum domos primo spoliando cursitabant; postea vero summo cum dedecore mulierum divortium, sine lege sine iure sine episcopo, non Deum sed pecuniam illorum amantes, gladiis et fustibus facie-bant etc. Meyer v. Knonau I, 65 sq.

1) Hoc Landulfi iter tempori attribuitur posteriori apud Arn. III c. 15; cf. Meyer v. Knonau I, 142. 2) Stephano IX. (1057. Aug. 3. — 1058. Mart. 29.), prout testatur Landulfus III c. 11. 3) De synodo tunc a papa habita legatisque post eam Mediolanum directis cf. Arnulfum III c. 13 sq., Land. III c. 11 sq., Bonizonem in libro ad amicum, Libelli de lite I, 592. Meyer v. Knonau I, 71 sq., 141 sq. Porro Arn. III c. 17: *mirabilius, quod Romanus favet assensus. Quod quidem multis probatur indiciis, cum saepenumero mittantur ei legationes et litterae apostolicis praenotatae sigillis, quibus fatetur se in suis gestis Romanis obtemperare praeceptis;* cf. Kehr, It. pont. VI, 1, 111 n. 15; 112 n. 20.

corde compunctus[1] veniam petiit, tanti sceleris incentores prodidit[a], se ulterius tale quid minime conari promisit et postremo sic discessit.

*f. 48r. 9. Per idem tempus clerici suburbani *in unum convenientes ad invicem dicunt: (18)
'Quid facimus? En Arialdus, qui nos nostrasque familias conturbavit et dispersit, in urbe conclusus atque a populo[2] circumdatus inhabitat, ideoque, ut eum perimamus, nequaquam pertingere valemus. Si autem hoc nequimus, damnum dedecusque, quod possumus, illi saltim inferamus. In loca nostra nunc revertamur et exquisitis gladiis bene acutis[b] rursum nocte alia conveniamus una, illuc, ubi isdem[c] est ortus, pergamus, et ubi adhuc cum suis magna pollet possessione parentibus, atque ad iguominiam eius ecclesiam, quam olim in predio proprio construxit[3], violemus, dissipemus, arbores vero castaneas, quas habet innumeras, decorticemus, vineas autem, quibus nimis habundat, incidamus. Interim quidem ex nobis aliqui illic[d] pergant in die, qui ipsius substantiae plene habent notitiam, vineas eius et silvas evidenter designent, ut non tunc quid appareat, in quo quis errare debeat.' Nocte igitur conveniunt condicta, ecclesiam extra vicum repperiunt, quam[e] ruptis hostiis[f] (19)
intrant, altare frangunt et violant ceteraque utensilia dissipant et dedecus, quod infelices nequibant famulo facere non sunt veriti Domino. Porro cum ad designatas arbores vineasque vellent accedere, sicut ipsi postea professi sunt morientes cum ingenti terrore, tanta a iusto Dei iudicio sunt perculsi cecitate, ut neque, ubi essent, neque rem designatam invenire possent. O mira Domini pietas! suam demoliri causam permisit, servi vero sui optime tutari novit. Sed ne miseri illam noctem inanem[g] ducerent, vineas et silvas introgressi alienas incidunt et decorticant. Verumtamen Deo gratias agens profiteor postea me vidisse persepe ipsas arbores suis cultoribus uberrimos fructus reddere easque adhuc similiter credo facere.

10. Per idem tempus Christi famuli cernentes omnem populum ad sequendum quic- (20)
quid dicerent esse promptissimum, de symoniaca[h], quam eatenus reticuerant, palam loqui incipiunt. Quorum primus in virtute scientiae et sanctitatis, scilicet Arialdus, licet illo eloquentior esset Landulfus, de simoniaca et contra ipsam tale exordium protulit ad populum: 'Gratias', inquit, 'dilectissimi, omnipotenti Deo reddere debemus, qui dedit vobis velle, quae vult ipse. Scire vos quidem volumus, quod laborem non modicum, quem usque modo contra insolentiam coniugatorum adulterorumque sumpsimus sacerdotum, magis nos fecisse necessitate quam voluntate. Nam utrum heretici uxores habeant an non, parvi pendimus.' Aspicientibus ergo[i] ad invicem se turbis et admiranlibus[k], cur
*f. 49r. hoc diceret, adiecit: 'Audistis, karissimi, dum *legeretur liber Actuum apostolorum, venisse Symonem magum ad beatum apostolum Petrum et[l] postulasse per pecuniam Spiritus sancti gratiam[4]. Lucas evangelista, qui hoc scripsit, quid beatus ei Petrus responderit, protinus adiunxit: "Pecunia", inquit, "tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei pecunia possideri"[5]. Quid est hoc? Nonne iste est[m] ille Petrus, cui septuagies[n] septies peccanti fratri dimittere iussit Dominus[6]? Est utique. Sed hunc non prospexit in se nec in homine peccare solummodo, sed in Deo. Nam nimis isdem beatus Petrus percasset, si auctorem tanti reatus silendo proficere sineret et estimationem tantae nequitiae in ipsa sua radice minime damnasset. Quod lacrimabiliter validoque dolore profero: ecce nefas, (21)
quod apostolorum princeps in ipsa estimatione eternae perditioni tradidit, per universum pene mundum sic optinet principatum, quatinus nullus ad regimen pontificale vel abbaticum sive ad officium qualecumque ecclesiasticum perveniat, nisi per ipsum. Quis, quae dicturus sum, audit, dolens non obstupescit? En Christus verus dominus, pastor bonus[7] suo gregi

a) *alterum* d *supra lineam add. manu correctoris c.* b) u *supra lineam add. eadem manu c.* c) *cf. p. 1054 n. b.* d) illic *corr.* illuc, v *(u) super alterum* i *superscr. manu poster., c.* e) quē *corr.* quā *c.* f) h *linea superinducta delet. c.* g) in anem *corr.* inanem *c.* h) ca *post* symonia *supra lineam add. c.* i) *ergo in loco raso, prius* g *so. ut videtur, script., c.* k) amm. *corr.* adm. *manu poster. c.* l) *& supra lineam add. eadem manu c.* m) .s. *supra lineam eadem manu add. c.* n) i *supra lineam eadem manu add., c.*

1) Cf. Ps. 108, 17; Act. 2, 37. 2) I. e. a plebe; cf. ap. 8, 20: *Pecunia tua tecum sit in perditionem,* Meyer v. Knonau I, 64 n. 17. 3) De hac ecclesia cf. *quoniam domum Dei existimasti pecunia possideri.* Pellegrini, 'Archivio stor. Lombardo' ser. III vol. XVII (1902), 93 sq. 4) Cf. Act. ap. 8, 18 sq. 5) Act. saepius: *pastor bonus.*

sollemne[a] et salutare bonumque dedit preceptum, quod oblivioni tantae proiectum est, ut
Matth. 10, 8. nemo appareat, qui eius iam reminisci audeat. Vultis audire, quod est illud? "Gratis", inquit, "accepistis, gratis date". Econtra vero impia cogitatio, quae maligne semel est exorta in impii Simonis corde et quae illico est damnata a tanto apostolo cum suo auctore, ubique sic est sparsa sollemniter[b], ut nemo fere ad altaris officium accedat, nisi prius agat opere, quod idem cogitavit nequiter corde, et donec eidem maledictioni tanto profundius se subiciat, quanto esse noscitur peius malum facere quam cogitare. Utinam haec maledictio illos percuteret tantummodo, qui Dei donum vendere aut emere presumunt audaci corde et impio! Verumtamen hic tam noxius est reatus, ut non solum qui faciunt et qui consentiunt, verum etiam eos[b], qui facientibus non resistunt et obpugnant, sic penaliter obliget, quatinus maledictione, quae Simoni a Petro est illata, minime procul dubio careant. Ne forte mendiri me arbitremini, quid de hac re noster patronus sentiat beatus Ambrosius, audite. Ait enim: "Nam et lepram cum Giezi a sancto suscepisse se credant Heliseo[1], qui gradum sacerdotalem se existimant pecuniis comparare. Nam sicut validioribus morbis capite vitiato reliquum necesse est corpus inundatione superioris morbi
(22) lethaliter irrigari, ita et hii, qui caput videntur esse ecclesiae, morbo pestifero fraternum vitiant corpus, ut nichil ex totius corporis compage insauciatum possit evadere, quod neglegentium sacerdotum vitiositatis mortale non[c] infecerit virus. Ita videas in ecclesia passim, quos non merita sed pecuniae ad episcopatus ordinem provexerunt"[2]. Verumtamen, ut in ore duorum vel trium testium stet[3] omne verbum, audite, quid super hac re beatus dicat Gregorius. "Cur", inquit, "non videtur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, qui[d] ad hoc, ut fiat hereticus, ordinatur"[4]. Et iterum: "Quisquis contra hanc simoniacam et neophitorum heresim vehementer pro officii sui consideratione non arserit, cum Symone mago se non dubitet habere portionem, qui
(23) prius commisit hoc piaculare flagitium"[5]. Quoniam locus ille in hoc beati Gregorii sermone, ubi precipitur unicuique pro sui officii consideratione contra symoniacam ardere debere, non omnibus forsitan plene patet, vobis lucide nos explanare condecet. Tres quippe ordines in sancta ecclesia habentur, unus predicatorum, alter continentium, tertius coniugatorum. Primus namque debet contra hanc ardere indeffessa exortatione, continentes autem assidua oratione, vos vero, qui coniugati estis et de vestrarum labore manuum[6] vivitis, ut Deus omnipotens hanc ab ecclesia sancta repellat et disperdat, cotidie ardenterque operibus elemosinarum instare debetis. Quisquis igitur nunc ex his tribus ordinibus contra symoniacam cum his iustitiae operibus ardenter minime pugnaverit, iuxta dicta Spiritus sancti, qui haec dixit per[e] os beati[f] Gregorii, penam, quam Simon magus nunc habet, quod eandem in fine effugere queat, nullo modo credat. Si enim hii[g], quibus est scientia officiumque predicandi commissum, qualibet ex causa tacuerint, non solum continentes[h], quorum pre[i]catio tanto esse debet liberior et veracior, quanto constat, quia sunt ab omni re seculari expediti et sacrae legis meditatione assidua edocti, verum etiam vos, qui estis idiotae[7] ignarique scripturae, communibus verbis, quibus valetis[j], invicem vos cautos ab hac nequitia reddere debetis. Unde Dominus dixit: "Si homines
Iebac. 13, 10 tacuerint, parietes loquentur"[8]. Nonne de hac re dicit propheta: "Maledictus[k], qui prohibet gladium suum a sanguine"? hoc est ab interfectione huius nequissimae beluae.'
(24) Haec quippe et huiuscemodi quamplura 'dicente beato Arialdo in loco illo[l] salutifer ille

a) *prius* i *punctis infra et supra positis deletum c.* b) *eos supra lineam add. eadem manu c.* c) *n supra lineam add. manu correctoris c.* d) *quia, a linea superinducta del., c.* e) *p (= pro) c.* f) *beati supra lineam add. manu eadem c.* g) *alterum* i *punctis deletum alio atramento c.* h) *non sol. cont. his script., sed prima vice linea subducta del., c.* i) *u in loco raso manu alia script. c.* k) *ic in loco raso c.* l) *corr. locum illum manu recentiore c.*

1) Cf. 4. Reg. 5, 25—27. 2) Pseudo-Ambrosius, De dignit. sacerd. c. 5, Ambrosii Opera ed. Ballerini (Mediolani 1883) VI, 384; cf. etiam Humbert., Adversus simon. I c. 16, Libelli de lite I, 126. 3) 2. Cor. 13, 1: *in ore duorum vel trium testium stabit.* 4) Reg. Greg. IX, 218 p. 206: *Cur non cavetur, cur non perpenditur* etc. 5) Reg. Greg. XII, 9 p. 357: *Nam quisquis ad hoc facinus emendandum officii sui consideratione vehementer non arserit, cum ipso se habuisse non dubitet portionem, a quo prius hoc piaculare flagitium sumpsit exordium.* 6) Ps. 127, 2: *labores manuum tuarum.* 7) Cf. Act. 4, 13. 8) Cf. Luc. 19, 40: *Dico vobis; quia, si hi tacuerint, lapides loquentur.*

gladius est procul dubio missus, qui fideles[a] dividit ab infidelibus et de quo locutus est Dominus: 'Non veni', inquit, 'pacem mittere sed gladium'. Nam Wido[b-f], qui dicebatur archiepiscopus, et pars maxima clericorum et militum nec non et multi de populo minore, nequam viri, secernentes dixerunt ad invicem[2]: 'Haec namque doctrina si ad profectum venerit, nobis nostrisque filiis profecto nullo modo vivere expedit. Quae enim est nostra vita, nisi ecclesiarum beneficia, quae assidue a nobis venduntur et emuntur? Quapropter utilius est nobis, ut huic novae doctrinae resistentes moriamur, quam venire hanc ad profectum, ut diximus, sinamus.' Econtra vero ad viros Dei fideles clamabant: 'Audivimus', inquiunt, 'ex vestra assertione simoniacos hereticosque[c] esse procul dubio, qui noscuntur emisse ea, quae sunt sacra. Quo scelere qui immunis de sacerdotibus inter nos sit, sine dubio manifestum est, quia nemo est. Nos autem, quia christiani dicimur[d], absque Christi sacramento vivere nullatenus valemus. Quod si ab istis sumpserimus, potius dicitis nos sumere damnationem quam salutem. Et ideo his telis undique constringimur et, quid agamus profecto nescimus.' Quibus beatus Arialdus sic respondit: 'Videte', inquit, 'dilectissimi, dum haec dicitis, ne super vos veniat, quod Spiritus sanctus per beatum Iacobum loquitur dicens: "Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis". Adeoque qui veritatem cupit veraciter invenire, constanter omnem debet falsitatem respuere. Quapropter ut veritate, quae Deus est, perfrui perfecte valeatis, per ipsum vos obsecro, ut a[e] falsorum consortio sacerdotum penitus vos[f] segregetis, quoniam luci cum tenebris, fidelibus cum infidelibus, Christo cum Belial nulla esse debet conventio aut pars sive societas[g.3]. Sic enim scriptum est: "Exite de medio eorum et separamini et immundum ne tetigeritis, et ego recipiam vos, dicit Dominus"[4]. Quomodo potest fieri, ut vobis petentibus minora non tribuat, id est pastores, qui vos iuste regant, qui vobis adhuc non existentibus tribuit maiora, hoc est semet ipsum pro salute vestra? Propterea omnium spreto hereticorum consortio, pastores bonos et fideles ab eo fiducialiter petite, et quia accipietis, procul dubio scitote.' His namque verbis multi viri ac mulieres sic sunt accensi, ut non solum deinceps symoniacorum actus omnes contemnerent, sed etiam cum eis nullo modo in uno oratorio orare vellent[5]. In his autem diebus si per illam urbem incederes, preter huius Dei[h] contentionem undique vix aliquid audires, alii siquidem simoniacam excusantes, alii eam constanter damnantes. Nec mirum, quoniam una domus tota erat fidelis, altera vero tota infidelis, tertia autem mater erat credula cum uno filio, pater incredulus cum altero. Et hac quidem confusione et contentione civitas tota erat plena et permixta.

Matth. 10, 34.

Iacob. 1, 8.

) p. 43.

11. In diebus illis quam plurimi clerici ceperunt consortium clericorum pravorum reliquere et beato Arialdo adherere. Inter quos quidam ex illis sacerdotibus ipsius exortatione compunctus ecclesiam quandam, quam grandi pretio male emerat, dimittere disposuit. Sed Christo ordinante miles, in cuius iure haec[i] erat, iam de fidelibus existebat. Qui per beatum Arialdum edoctus, sicut ille eam deserere disposuerat, qui illam emerat, sic iste suo e iure elegit hanc amittere ut dominam, qui actenus ipsam nequiter usurparat ut famulam. Convenientibus igitur cum beato Arialdo in unum multis fidelibus, miles refutationem ab emptore accepit eamque super altare viri Dei amonitione[k] posuit et beato eidem[l] Arialdo iussit, ut deinceps eam disponeret, secundum quod Deum velle sciret. Qui protinus tres clericos fideles et castos vocavit et refutationem, quam miles in altare posuerat, eos pariter iussit tollere. Eamque isdem[m] a pluribus exoraretur[n], ut eandem

(26)

(27)

a) infideles, in *linea superiecta del.* c. b) corr. Guido *manu poster. atque ita semper* c. c) *sequitur una littera, e ut videtur, eras.* c. d) *sequitur s eras.* c. e) corr. *ex* ab, b *linea superinducta del.*, c. f) vos *supra lineam add. manu scriptoris aut correctoris* c. g) societi *corr.* societas c. h) *post rei compares litterae, raci ut videtur, eras.*, c. i) haec *supra l.neam add. manu eadem* c. k) *prunum o corr. ex* n *eadem manu*, d *supra am add. manu poster.* c. l) eidem *supra lineam add. manu eadem* c. m) *cf. p.* 1054 *n. b.* n) d[?]*y ante exor. eras.* c.

1) 1045 Iul. 18. — 1071 Aug. 21. (23.?); cf. de eo Schwartz, Besetzung der Bistümer Reichsitaliens p. 81 sq. 2) Cf. ex. gr. Exod. 16, 15. 3) Cf. 2. Cor. 6, 14. 15: *quae societas luci ad tenebras? quae autem conventio Christi cum Belial? aut quae pars fideli cum infideli?* 4) 2. Cor. 6, 17. 18: *exite de medio eorum et separamini et immundum ne tetigeritis, et ego recipiam vos.* 5) Iuramentum hac de re laicis indictum esse ab Landulfo tradit Arn. III c. 13. Cf. Meyer v. Knonau I, 70 n. 30.

cum ipsis una sumeret, quatinus ad multorum profectum ibidem manere deberet, ait: 'Cum ipsis quidem ad eorum instructionem et ceterorum salutem maneho, verumtamen ne verbo Dei mihi credito[a] impedimentum[b] sit sub iugo alicuius terrenae rei et ne huic Azoni, in cuius ditione haec ecclesia est constructa, sub hac occasione aliquod possit dannum inferri, huius rei sortem nequaquam sumo[c], quoniam tale tempus scitote procul dubio venturum, in quo nulli vivere liceat, nisi me a suis finibus expellat.' Hic quippe sermo quomodo propheticus fuerit, in sequenti lectoris menti luce clarior patebit[d].

12. Eo namque in eadem ecclesia manente quanta beneficia tam verbis quam factis sive ipsis fratribus sive ceteris tam fidelibus quam infidelibus impenderit et quanta ab eis pro bonis mala per decem fere annos pertulerit, nemo nec omnia scribere, immo nec valet profecto dicere. Nam protinus legationem in domo[e] paterna[f] misit et ex ea viginti libras argenti sumpsit atque iuxta eandem ecclesiam habitaculum[g-1] mirabiliter aptum edificavit. Agitur denique res nova et pene ab eodem loco hactenus inscia. Chorus namque alti circumdatione muri concluditur, in quo ostium ponitur; visio clericorum laicorumque ac mulierum, quae una erat et communis, dividitur; omnes de una arca vivere coguntur; fabulae ad mensam compescuntur, pro quibus sancta lectio super eam assidue profertur. Ceteri autem clerici mane omnes diei horas potius murmurabant, quam decantarent; hic vero in die facto septies signo fratribus una congregatis magna cum veneratione debitam omnipotenti Deo laudem decantabat atque ad satisfactionem omnes in eodem officio, dum forte delinquerent, dicto et facto provocabat. Porro sicut beatus Arialdus laetus nimis est effectus, eo quod ad votum diu nimisque optatum, videlicet ut cum fratribus ad ecclesiam communiter vivere posset[h], pervenerat, sic fideles multi leti sunt effecti, pro eo quod aptum locum haberent, ubi Domini[i] verba mente libera audire possent et divina sacramenta[k] percipere. Cepit autem tanta ibidem[l] multitudo confluere non solum de urbe, sed etiam de villis et castellis, quatenus eos nullo modo valeret capere ipsa ecclesia, licet satis esset ampla. Quos tam constanti[m] assiduaque doctrina vir Dei docebat, ut plerumque vocem sic amitteret, quatenus ab aliquibus iuxta se positis vix audiri posset.

13. Preterea quia canes muti effecti erant et latrare nequibant[2], multa mala et detestanda populus tunc committebat. Quae ita isdem[n] ab exordio suae predicationis universa damnavit, ut suum procul dubio illud dictum faceret, quod per beatum Paulum prolatum est: 'Mundus', inquit, 'sum a sanguine[o] omnium vestrum. Non enim subterfugi[p], quominus nuntiarem omne consilium Dei vobis'[3]. Per totum namque adventum absque contradictione ulla eos repperit nuptias sollemniter celebrare, uxores ducere etiam in ipsa Domini natalis vigilia, si fortassis eveniret in dominica. Cui rei nefandae tam ardenter constanterque verbis cepit pariter et actibus obsistere, quatenus in eius venerabili[q] transitu nemo pene repperiri posset, qui tam nefandum opus agere presumeret. Nam in ipso nuptiali die iam paratis omnibus, quae in nuptiis solent parari, illuc, ubi heacdem[r] nuptiae agebantur, cum fratribus anxie occurrebat et celebraturos omnium rerum Domini nuptias nitidos suis minime ruderibus esse debere sordidos occupatosque denuntiabat et tali modo illos cogebat omnia iam tractata omittere et in apto tempore servare.

a) *corr. ex* creditum *manu correctoris c.* b) m *supra* impeditum *add. c.* c) summo, *primum* m *linea superinducta del. c.* d) *post* patebit *locus rasus c.* e) domu *corr. ex* domo *manu posteriore c.* f) paterna *primitus scriptum fuisse signumque abbrev. pro* n *manu post. add. videtur c.* g) e *ante* habit. *eras. c.* h) e *corr. ex* i *manu correctoris c.* i) d *corr. ex* q *manu eadem c.* k) misterii *ante* sacramenta *laeris supra et infra positis del. c.* l) illuc *superscr. manu suec. XVI. c.* m) a *corr. ex* n(?) *eadem manu c.* n) isdem (s *postea eras.*) *supra lineam add. manu eadem c.* o) a sanguine sum, *signis additis corr.* sum a sanguine *c.* p) subterfui *corr.* -fugi *manu poster. c.* q) u *post* a *punctis del. c.* r) h *ante* rae *eras. c.*

1) Bonizo p. 595: *Mediolani canonica cohabitatio primum exorta est*; cf. statuta concilii Romani a. 1059 c. 4 (Mansi XIX, 898). Ecclesia illa, s. Mariae dedicata, nomen 'Canonica' inde sumebat (infra c. 17; cf. Giulini, 'Memorie spettanti alla storia di Milano' II², 448); quod nomen mansit habitaculo iuxta ecclesiam aedificato, sc. Palazzo della Canonica' (hodie 'Regio Istituto Tecnico Superiore'); cf. Bernascone in 'Arch. stor. Lombardo' II ser. VI (1889), 425 sq. 2) Cf. Isai. 56, 10: *canes muti non valentes latrare.* 3) Act. 20, 16: *mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quominus adnuntiarem omne consilium Dei vobis.*

14. Duo denique clerici olim signum clericatus in ecclesiam quandam[a], quae Sancta (31)
Maria Secreta nuncupatur[1], sumpserant[b], quorum tamen nemo ipsius beneficio perfrui
posset, donec, sicut in loco eodem mos erat, eiusdem ecclesiae sacerdos minime obisset.
Quem per idem tempus obisse contigit. Sed cum iam dictam ecclesiam pridem, qui primus
designatus fuerat, adipisci deberet, tantummodo si pro ea *male usitatum premium daret,
viri Dei iam credulus verbis distulit, quem improbus suus minor anticipavit et neque
Deum neque hominem erubuit nec veritus est, ut eandem sibi cum pecunia non[c] adqui-
reret[d]. Quod ut ad hominem Dei Arialdum fuisset perlatum, eum adscitum[e] ad se sic
allocutus est: 'Inique presumptor, cur, postquam me docente esse hereticum emptorem
venditoremque sacri audisti, hanc iniquitatem committere non timuisti?' Quo obmutescente (32)
et nesciente, quid responderet in excusatione, et quia iam pro hoc a vicinis nimis habebatur
execrabilis, tandem sic respondit: 'Audita quidem manifesta ratione me male fecisse video,
sed quid exhinc agam, penitus ignoro, quoniam abbas sancti Victoris[2], cui hac de causa
pene quicquid habebam dedi, Deum non sic timet, ut michi meam semel acceptam pecu-
niam reddat, et hanc si non habuero, unde meam vitam mediocriter sustentem, minime
habeo'. Cui vir Dei: 'Quid', inquit, 'dedisti'? 'Duodecim', inquit, 'libras argenti'. Respondit
autem vir Dei dicens: 'Et si tibi reddantur, vis dimittere libenter, quod comparasti ne-
quiter?' Qui respondit: 'Libentissime'. At bonus discipulus pium imitans magistrum
sequitur opere, quod loquitur ore; de suo proprio patrimonio duodecim integre libras
argenti sumpsit ipsique universas tradidit et sic iam fatam ecclesiam gratis alterum fecit
habere, cui competebatur[3] iure.

15. Per idem tempus Landulfus sodalis ipsius obiens[4] superstitem germanum, nomine (33)
Erlembaldum[f.g][5], prudentem et fidelem virum, licet laicum, reliquit. Hic nuper ex[h] Ieru-
soloma[i] reversus volebat tunc seculum relinquere et se tradere vitae monasticae. Cuius
fidem et constantiam beatus Arialdus agnoscens cepit ei promittere, quod sibi potiorem
apud Deum gradum acquireret, si monasterium ingredi differret et fidem catholicam secum
defenderet atque cum ipso hereticis et Christi hostibus resisteret. Qui voluns probare,
utrum in his, quae a beato Arialdo sibi promittebantur, veraciter[k] auderet confidere,
sumptis aliquantis fidelibus perrexit Romam, non per viam regiam gradiens[5], sed per Dei
cultores in heremo et in monasteriis circumquaque degentes, de iam re dicta omnes
interrogans. Cumque cuncti in vera et pura fide accensi sententiam ei concordem una
cum beato Arialdo promerent, tandem pervenit Romam[6]. Ubi sub inevitabili imperio ab
Alexandro papa[7] et a cardinalibus ei preceptum est redire et Christi adversariis in defensione
iustitiae usque ad proprii sanguinis effusionem viriliter cum beato Arialdo resistere. Cui
etiam ex beati Petri parte mirificum[l] vexillum dederunt, ut quotiens hereticorum vesania
ultra modum insaniret, illud in manu tenens eos reprimeret. Quod quam constanter per
decem et octo fere[m] annos[8] implevit, nec lingua plene promere *nec stilus[n] meus ex- (34)
primere est profecto idoneus. Erat enim nobilis Erlembaldus[g] coram seculo quasi dux
in vestibus preciosis et in equitibus ac armis, sed in abscondito coram Deo sicut heremita
agrestis indutus erat laneis. Hunc in pedum ablutionem pauperum agere vidi, quod in
alio nemine me reminiscor vidisse. Nam cum alicubi per urbem vallatus magna multitu-

a) ecclesiam quandam *litterae* m *et* n *lineis superinductis delebis corr. manu poster.* ecclesia quadam c. b) *post* sumpserant *q eras.* c. c) non *in loco vaso* c. d) adquireret *rad. corr.* acqu. c. e) d *punctis del. manu poster.(?)* c. f) ur *linea superinducta del. manu poster.(?)* c. g) *alterum* l *supra lineam add. manu correctoris* c. h) ex *linea superinducta del. manu poster.* c. i) Ierusoloma *corr. manu prout videtur poster.* Ierosolima c. k) *sequ.* se *supra lineam eadem manu add., attamen linea superducta del.,* c. l) mirificum *supra lineam add. manu eadem* c. m) fere *supra lineam add. eadem manu* c. n) l' *super ras.* c.

1) Cf. Giulini, 'Memorie spettanti alla storia di Milano' I², 265; II², 417 sq. 2) Monasterium s. Victoris ad Corpus, iuxta portam Vercellensem situm; cf. Kehr, It. pont. VI, 1 p. 99. 3) De morte Landulfi cf. Arn. III c. 16; Land. III c. 14 sq. 29; Bonizo p. 595; Meyer v. Knonau I, 437 sq. 4) Cf. supra p. 1053 n. 2. Meyer v. Knonau I, 439 n. 87. 5) Cf. Num. 21, 22: *via regia gradiemur.* 6) Arialdum cum eo Romam profectum esse refert Land. III c. 14, quae, si vera essent, Andream praetermissurum fuisse vix est credendum. 7) II. (1061. Sept. 30. — 1073. Apr. 21). 8) Cum Herlembaldus a. 1075. mortuus sit (Arn. IV c. 10), haec recta non sunt nec tamen certum tempus definiri potest; cf. Pacch., 'De Pataria' p. 36 n. 2; Meyer v. Knonau I, 439 n. 87.

dine fidelium se[a] gratis obsequentium incederet et horrendos pauperes et debiles inspiceret, clam alicui ex suis famulis innuebat[b] persistere[c] atque pauperem post ipsum ad domum secum ducere. Dimissis igitur extraneis allata aqua cinctusque[d] linteo[1] egeni pedes nimia cum veneratione abluebat et extergebat, post haec autem corpore in solo prostrato sub ipsius pedibus caput ponebat et tali modo mendicum et pauperem faciebat se modicum conculcare divitem; denique honorifice et habundanter[e] ipsum reficiebat secum. Nam hoc opus sanctum interdum in numerum duodenum explere[f] vidi[f] pauperum. Verumtamen Dei zelo sic erat accensus, ut de eo in eius absentia plerumque vir Dei Arialdus suspirans diceret: 'Pro dolor, preter Herlembaldum et Nazarium clericum vix quemquam repperio, qui quoquo modo mihi[g] sub falsa discretione tacere non suadeat, quatinus simoniaci et adulteri libere possint peragere opera diaboli'. Multa namque bona de hoc viro familiariter cognovi, sed quia nuper in defensione iustitiae martirio est coronatus, ea alteri tam volumini quam scriptori relinquo, quia beati Arialdi[h] vitam perficere velociter cupio.

(45) c. 1065. 16. Per idem tempus abbas cenobii sancti Celsi[2] obiit, cuius locum quidam clericus nomine Lanfrancus protinus rapuit, refutato pro eo tirocinio non modico, quod annuatim sumebat de pontificali domo. Cuius nefandae presumptioni tam constanter per tempora plurima vir Domini Arialdus cum Herlembaldo nobili socioque fideli obstitit, donec cum facerent exulem non solum male emptae abbatiae regimine, sed etiam pene finibus eiusdem (46) parroechiae[3]. In eodem denique tempore defuncto monasterii sancti Ambrosii[4] abbate, alius clericus, cancellarius nomine Aripraudus[5], clericale byrrum eatenus ignominiose defatum reliquit et huius monasterii nomen abbaticum sibi nefande usurpavit. Qui cum tantae esset celsitudinis pro natura superbi sanguinis, ut violenter nequaquam posset expelli, ait Arialdus vir Dei: 'Si quod debemus in hoc improbo explere nequimus, quod valemus saltim faciamus'. Protinus igitur sumptis fratribus ad eum perrexit, quo coram prevento[i] dixit: 'Quid est hoc? Heri clericus, hodie abbas! Magnum fecisti et velocem saltum! Et quare non timuisti contra sanctos canones et contra insiurandum, quod nuper in ecclesia Romana iurasti[6], hoc usurpare?' Qui respondit: 'Hoc, ut vides, actum est, et relinquere (47) id ulterius minime possum'. Cui vir Dei: 'Si vis', inquit, 'potes, et omnino ex Dei parte sanctaeque Romanae ecclesiae deprecor te, ut rem contra Dei voluntatem sumptam et contra tuae animae salutem raptam relinquas'. At ille: 'Et ego', inquit, 'sub eodem iuramento, quo adiurasti me, adiuro te, ut tuis te vestibus nunc exuas et hic coram me[k] te scopare[l] facias'. Qui protinus cucurrit, virgas adquisivit, vestibus se exuit et acriter se ab uno[m] ex suis coram omnibus scopare[l] fecit. Haec itaque falsus abbas perpendens, quid ultra diceret nesciens, capite demisso inde surrexit et induratus, ut Pharao[7], aliorsum declinavit.

(47) 17. Sicut enim tot testari possunt, quot eum familiariter noverunt, huius intentio et exercitium aliud assidue non erat, quam ut opere impleret, quicquid in divinis legebat voluminibus. Nam sic erat largus, ut frequenter de ipso dicerent hii, qui sedule cum eo morabantur, si hic arcam aureis plenam haberet, nisi petentes egentesque defuissent, uno in die omnia procul dubio expenderet. Cum enim alicubi incederet et obviantes pauperes eum, ut eis aliquid largiretur, exorarent, argentum, quod numquam peculiariter detinebat, a se sequentibus protinus commodabat et sic eorum necessitati misericorditer subveniebat. Munditiam namque cordis corporisque sic diligebat[8], ut contra diabolicas illusiones, quibus

a) *corr.* sibi *manu alia c.* b) e *supra lineam add. eadem manu c.* c) si *corr. ex* st *manu eadem c.* d) cinctusque *corr. ex* cincto *c.* e) h *del. manu poster. c.* f) explere *corr. ex* explebat *(?)*, vidi *supra lineam add. manu corr. c.* g) *corr. ex* me *manu eadem c.* h) l *in loco raso c.* i) puentus *corr.* puento *c.* k) me *supra lineam add. manu eadem c.* l) scopare *corr.* scopari *manu alia c.* m) abuo, o *supra lineam addito, in loco raso,* ab uno *in margine scripsit manu correctoris c.*

1) Cf. Luc. 13, 4: *cum accepisset linteum, praecinxit se.* 2) Prope urbem Mediol. situm; cf. Kehr, It. pont. VI, 1 p. 98. 3) Cf. Arn. III c. 17, ubi eadem abbati coenobii s. Vincentii contigisse referuntur. J.-L. nr. 4579; Kehr, It. pont. VI, 1 p. 99 nr. 1; p. 112 nr. 18. J.-L. 4559; Kehr l. c. p. 112 nr. 19. 4) Monasterium s. Ambrosii Maioris; cf. Kehr l. c. p. 87. 5) Quem a. 1064. inter membranas archivi Ambrosiani occurrere dicit Puricelli, Ambrosianae Mediolani basilicae ac monasterii monumenta (Mediol. 1645) p. 454. 6) A. 1059; cf. sponsionem Widonis archiepiscopi in Petri Damiani de legatione Mediolan. relatione servatam (opusc. V, Opera ed. Cajetani III, 40), ubi *Aripraudus indigne diaconus* subscribit. 7) Cf. Ex. 7, 22 sq. 8) Cf. Prov. 22, 11: *qui diligit corde munditiam.*

homines illudi solent nocturnis horis, universas ferme noctes medias[a] insomnis et pervigil permaneret et quam plurimas usque ad galli cantum[1] protelaret, partim orando, partim legendo, partim ad destructionem simoniacae heresis cum ceteris fidelibus in consilio consistendo. Illum preterea usum gulosum, qui carnales tam clericos quam laicos in sabbato (48) sancto ad nonam cogit missarum sollemnia et baptismatum, quae in eadem sancta nocte agenda sunt, anticipare, valde damnabat, sed quia aliis in hoc non valebat, sibi consulebat. Prandente namque universa[b] urbe ipse sanctam noctem ieiunus cum fratribus aliquibus prestolabatur atque cum eis ad quendam exiebat[c] locum, qui dicitur Nemus, miliario a civitate secessus[d]. Ibi enim adhuc est ecclesia a beato Ambrosio constructa et dedicata[2], ubi, sicut fertur, isdem[e] fugiens populi tumultum solitus erat degere librosque dictare. In hac autem vir Dei sanctam eandem noctem pernoctabat et debitas omnipotenti Deo laudes cum fratribus competenter reddebat. Numquam enim volebat solus bibere, numquam sine pauperibus clericis comedere, numquam sine sodalibus limitem forinsecum transire. In diebus vero ieiuniorum sollemnia nequaquam celebrabat sancto- (49)
p. 197 rum, econtra autem in sollemnitatibus nec genua flectebat nec ieiunabat *nec quemquam secum commorantem ieiunare sinebat. Triduanum namque illud ieiunium, quod inter sanctos dies pascales contra antiquorum dicta sanctorum noviter est peragi usitatum, sic vehementer horrebat, ut libenter diceret velle se tradere morti, si tantum exortari posset populum, quatinus in tempus mutaretur licitum et aptum[3]. Quapropter in uno eorum dierum una omni iam ecclesia congregata, ut solito more ad letanias procederet, locum, quo[f] docere solebat, conscendit eisque talia verba proferre cepit: 'Debet', inquit, 'dilectissimi, iuxta apostoli dictum[4] esse domino Deo nostro rationabile obsequium nostrum. Quod competenter tunc agitur, quando cum sanctorum dictis noster actus concors invenitur. Hoc ieiunium, quod nunc agitis, scitote me penitus ignorare, cuius impulsione spiritus agatur. Si enim Dei sit, valde miror, quoniam per illorum dicta sanctorum, pro quibus Deum locutum non dubito, ieiunare in his diebus pascalibus interdictum repperio. Est et (50) res alia, quae super hoc nimis me hesitare cogit. Nam in istis diebus tam acriter vos affligere cernо, vestibus laneis induendo, nudis pedibus incedendo, in pane tantummodo et aqua ieiunando, quomodo, quando haec agere debite iussum est, vos nullo modo facere inspicio. Scitote, quia, sicut unus ex diebus quadragesimalibus non debet frangi a ieiunio, qui hanc significant vitam, sic procul dubio nec unus ex his diebus, quinquaginta est ieiunandus, qui significant futuram, preter sabbatum pentecosten. Et hoc non propter afflictionem sicut cetera ieiunia alterius temporis ieiunandum est, sed propter novorum fratrum expectationem, qui ad nonam regenerantur, quorum renovationem nos oportet ieiunos prestolari. Verumtamen ut ea, quae dico, plena esse auctoritate demonstrem: sanctae sinodo Nicenae[5], cuius instituta sic sunt recipienda, quomodo sancta evangelia, per hos dies nec genua flectere nec ieiunia celebrare placuit. Nam ii dies quod non sint ieiunandi, oranti pro hoc quondam cuidam patri venerando nomine Appolonio, qui preerat monachis circiter quingentis, satis declaratum est. Hic enim quadragesimali rigore transacto cum fratribus omnipotentem Deum rogavit, ut eis dignaretur ostendere, si eos more solito hos dies vellet ieiunare. Quibus ipse Dominus per incognitos viros ante eos ilico[g] tanta dona omnium rerum ad edendum congrua misit, quanta per hos omnes dies paschales eis habundanter sufficere possent. Et ut evidenter hac ulterius ambiguitate carerent, eadem dona sic fuerunt mensurata, ut, donec dies pentecostes complerentur, ipsa non deficerent, et dum completi sunt, similiter consumpta[h] universa sunt et illa. Quod beatus

a) media *supra lineam add. manu eadem aut correctoris c.* b) *post* universa *tres vel quattuor litterae erasae c.* c) e *post* i *punctis del. c.* d) *ita c.* e) s *postea eras. c.* f) e *ante* quo *supra lineam add. manu poster. c.* g) *post* o *una littera erasa c.* h) a *corr. ex altero t(?) c.*

1) Cf. Marc. 13, 35: *nescitis enim quando dominus domus veniat: sero an media nocte an galli cantu.* 2) Hodie 'Sant' Ambrogio ad Nemus'; v. Giulini l. c. II², 432 sq. Cf. etiam, quae refert Petrarca, De vita solitaria II c. 2: *nunc silva convulsa est, mutatoque loci habitu manet nomen, Ambrosii nemus vulgo dicitur.* 3) Cf. Arn. III c. 17; Land. III c. 30; Bon. p. 596. De re v. quae afferuntur in Act. SS. Iun. V, 294 n. c; Fumagalli, 'Delle Antichità Long.-Milan.' III (1793), 229 sq. 4) Cf. Rom. 12, 1: *rationabile obsequium vestrum.* 5) Concilii Nicaeni c. 20, Mansi Conc. collectio II, 692.

Benedictus cernens, cum omni tempore alio monachis ieiunium indixisset, hos ieiunare
(51) eos nullo modo iussit[1]. Quid enim beatus Ambrosius noster patronus de his dixerit, commemorandum est. Ait enim[2]: "Hanc sanctam pentecosten *diem qua ratione curemus *l. 48*
vel cur istorum quinquaginta dierum numero sit iugis et continuata festivitas, ita ut hoc
omni tempore neque ad observanda indicimus ieiunia neque ad exorandum Deum genibus
incubamus"; sed, sicut dominica facere solemus, erecti et feriati resurrectionem Domini
celebremus? Ad instar enim dominicae tota quinquaginta dierum curricula celebrantur[b],
et omnes isti dies velut dominici deputantur. Sic enim disposuit Dominus, ut, sicut eius
passionem quadragesimae ieiuniis merebamur, ita eius resurrectione in quinquagesimae
feriis letaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima, quia in his diebus nobiscum
Dominus commoratur. Non, inquam, ieiunamus presente Domino, quia ipse ait: "Numquid
possunt filii sponsi ieiunare, quamdiu cum illis est sponsus?"[3]. Haec cuncta beatus dixit
Ambrosius, cuius dicta quomodo sint accipienda, non solum novimus nos, quorum est[c]
patronus, sed omnis etiam pene noscit mundus. Verumtamen huec nunc tantummodo
meminisse vestrae caritati sufficiat; ceterum, si vixerimus, hac de re Christo auxiliante
(52) plus dicemus.' Post haec autem plebem dimisit et ad sancti Ambrosii corpus causa orandi
perrexit. Quidam enim illico currentes ad ecclesiam maiorem, ubi iam civitas erat omnis
congregata, retulerunt haec omnia. His itaque auditis sacerdotum filii ceterique quam
plurimi detestandi viri accepta[d] occasione diu prestolata ceperunt insanire et dicere: 'Modo
aperte patet hunc, qui tam sanctum opus damnat, esse hereticum Deique inimicum'. Et
his dictis levaverunt[e] pariter voces et fustes omnique plebe commota in ecclesiam beati
viri, quae Canonica nuncupabatur[4], cum magno impetu irruunt, quicquid inveniunt diripiunt domumque destruere incipiunt, servum vero Dei ideo non interfecerunt, quia non
invenerunt. Haec ut nobilis Herlembaldus ceterique fideles audierunt, sumptis armis in
audacem plebem et temerariam irruerunt, quos protinus sic exterminaverunt omnes, quasi
essent vilissimae pecudes. Immo cum virtute magna et potestate ad ecclesiam maiorem
venientes violenter ab impiis abstulerunt, quicquid de domo Domini rapuerant[f], et sic
ecclesiae Dei pene cuncta sunt reddita operante Christo per zelum[g] piorum, quae ab eo
fuerant rapta operante Satana per furorem impiorum.

(53) 18. Sicut enim Arialdus cotidie Christi causas erigere et exaltare contendebat, ita
Christus de virtute in virtutem Arialdum assidue[h] provehebat. Nam tam[i] potentem in
oratione nunquam reminiscor me vidisse alium quemquam, cuius qualitatem si dixero,
gratam fore diligentibus Deum profuturamque spero[k]. Tot enim sanctorum nomina de
ipsius ore non solum semel in die, sed etiam bis terque audiebam procedere, quot numquam scripta in codice vidi nec alium proferentem audivi. Nam licet divinis ac liberalibus
litteris sic imbutus esset, ut vix[l] alicubi eius par inveniri posset[l], nullatenus plus in sua
scientia *confidebat, quam[m] velut nec unam sciret litteram. Sed cum esset cum aliquo *l. 49*
de fide altercaturus[n] in publico, priusquam ipsa haberetur congressio, studebat per se
sive per fratres directos circumquaque corpora sanctorum requirere atque eorum patrocinia,
ubi omnem suam spem collocarat, obnixe flagitare. Nam cotidie vallatus fraterna ex acie
sanctorum corpora circuibat atque coram eisdem[o] Deo gemebundam fundebat precem.
(54) Exeuntes enim a domo singilatim[p] privatimque orando incedebamus, donec populi tumultum
transissemus. Quo transito psalmos cantabamus reciproce, quos vero incipiebat ipse, et
hoc donec agebamus, quousque ecclesiae ianuis proximi essemus, ad quam pergebamus.

a) *signum abbrev. pro* -us *in loco raso c.* b) l *supra lineam add. eadem manu c.* c) oꝝ e *in rasura script. manu eadem, in margine praescripsit quoꝝ* ē *manus correctoris, c.* d) *in rasura script. manu eadem c.* e) u *corr. ex* u *manu eadem c.* f) rapuerant *in loco raso c.* g) z *corr. ex* c *manu eadem, z superscr. manu alia, c.* h) e *corr. ex* a *manu eadem c.* i) tam *in loco raso c.* k) o *corr. ex* a *c.* l) vix — posset *in rasura script. manu eadem c.* m) quam *supra lineam add. manu eadem c.* n) altrecaturus *c.* o) eidem, a *supra lineam add. manu poster., c.* p) *secundum* i *corr. v manu poster. c.*

1) Cf. regulam s. Benedicti c. 41 (ed. Linderbauer p. 64). 2) Sermo LXI de Pentecoste (*Scire debet sanctitas vestra*), Opera Ambrosii (Paris 1586) IV, 862 sq.; cf. Opera Ambr. ed. Ballerini VI, 400. 3) Luc. 5, 34: *numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare?*; cf. Marc. 2, 19: *numquid possunt filii nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis est, ieiunare?* 4) Cf. supra p. 1058 n. 1.

Tunc relicta psalmodia eiusque parte ultima memoriae tradita, quos[a] ad laudem illius sancti pertinere cantos[b] vel hymnos sciebat, sumebat, sic quidem dicendo moderate lenique voce, ut quod dicebat possemus audire atque cum eo dicere. Et cum hoc sancto canore ante sanctum veniebamus altare, quo venerabiliter adorato, si dies sollemnis vel[c] pascalis non esset, utraque genua in terram ponebat, manus expandebat, oculos in celum figebat et sic in crucis modo ante altare stans pro Romano summo pontifice atque pro pace, pro salute universalis ecclesiae ac pro eius adversariorum conversione et pro ceteris huiusmodi utilitatibus multis Deum exorabat cum gemitibus et lacrimis. Nos vero post ipsum procumbentes quod dicebat audiebamus et respondebamus. Tunc demum silenter paululum orabat idque unicuique[d] nostrum agere sinebat. Denique se erigebat, altare honorifice adorabat et nobiscum iam regrediendo dicebat: 'Angelum pacis et gratiae dona nobis, Domine Deus noster!'[1] Et tunc ibi psalmos dicere in ecclesiae exitum incipiebat, ubi eosdem in ingressum reliquerat. Cumque ad aliam veniremus ecclesiam, hoc in ea[e] agebamus, quod in alia fecerumus. Et notandum, quod in loco, quo psalterium finiebat, in eodem protinus idem incipiebat, etiamsi[f] preter psalmos tres minime ei de exordio tunc dicere liceret. Clericum enim fatebatur semper debere inter psalmodiam esse.

19. Peractis igitur novem annis in exercitio tam grandi[g] atque admirabili[h], ventum est ad[i] decimum, in quo pervenit ad votum diu nimis optatum. Nam sic pro Christo mori ardenter cupiebat, ut, cum quemlibet se Deumque cerneret pure diligentem, magna cum prece deposceret dicens: 'Obsecro te per Christum, ut pro me precem fundas apud ipsum, quatinus sanguine proprio testari merear verbum eius, quod predico'. Ad quod adipiscendum ei haec occasio fuit. Iuraverat enim illi omnis clerus tam maioris quam minoris ordinis nec non ipse Wido, qui pontifex dicebatur, quatinus cum eo deberent heresem simoniacam[k] ac neophitanam damnare et in catholicam fidem[l] ulterius persistere[2]. Sed cum ecclesiarum regimina eidem Widoni sine rectoribus apparebant[m], ilico, quod iuraverat, oblivioni tradebat et ceu canis ad *vomitum[3], sic revertebatur ad[o] suum antiquum reatum. Quod vir Dei Arialdus cernens litteras per manus Herlembaldi ad apostolicum direxit, quatinus ipse decerneret, quid de Widone adultero et symoniaco atque periuro fieri oporteret. Tunc enim duo clerici Modicenses ad Christi famulum venerunt spondentes[c] velle se relinquere opera et consortium diaboli et deinceps firmiter tenere et predicare opera et fidem Christi. Nam unus ex his tantae erat audaciae et perversitatis, ut quasi ductor existeret adversae partis. Quibus vir Dei ait: 'Tot quippe sunt, qui hoc dicunt mendaciter, ut iam pene nemo est, cui possit [c]redi veraciter. Vos vero si vultis, ut vestris cred[am ser]moni[bus][p], ite et operibus me firmum reddite!' Regressi igitur domibus[q], connubio ilico a se repulso, ceperunt palam et constanter profiteri b[eati Ari]aldi[p] verba esse plena veritate, quae actenus[r] erant professi fore plena falsi[tate][p]. Haec ut Wido audierat, sevos illuc protinus apparitores mittens[s] eos capere iussit atque in Alpes ad castrum, quod dicitur Leucum[5], deportari. Ibi namque in tam diro carcere[t] sunt missi, sicut ipsi nobis sunt postea professi, ut numquam eos contigerit audisse sanctos a paganis diriorem[t] perpessos[u]. Quod Christi famulus dum audisset, convocata in unum civitatis multitudine ait: 'Volo vos, dilectissimi, scire, quod christianus pro nulla causa gladium debeat ferre, nisi pro fidei defensione. Si ita est, immo quia ita est, vos qui

1066. (55)

1066 in.

(56)

*) 49b.

a) *post* q *una littera erasa*, uos *supra lineam add. manu eadem c.* b) v *super* o *superscr. manu poster. c.* c) vel *in loco raso script. c.* d) unicuique *corr.* unumquemque *manu saec. XVI. c.* e) in ea *manu eadem in loco raso c.* f) si *supra lineam add. manu correctoris c.* g) n *supra lineam add. manu correctoris c.* h) ammir. *corr.* adm. *manu poster. c.* i) ad *supra lineam add. manu correctoris c.* k) simonicam *c.* l) catholicam fidem, m *bis delet. manu poster.(?), c.* m) n *supra lineam add. c.* n) d *corr. ex* n *manu eadem c.* o) *alterum* o *in loco raso c.* p) *membrana violata complures litterae deletae sunt c.* q) *manus poster.* domos *ex* domibus *corrigere coepit nec tamen complevit c.* r) e *rad. corr. ex* a *c.* s) dirum carcerem *corr. manu poster. c.* t) diriora *ex* diriorem *corr. manu poster. c.* u) per *in loco raso c.*

1) Cf. Isai. 33, 7: *angeli pacis;* Rom. 1, 7 et saepius: *gratia vobis et pax.* 2) A. 1059., cf. Meyer v. Knonau I, 131 sq. Iuramentum exstat in Petri Damiani de legatione Mediolanensi relatione, opusc. V, Opera ed. Cajetani III, 40. 3) Cf. Prov. 26, 11: *sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam.* 4) 1. Reg. 19, 14: *misit autem Saul apparitores.* 5) Hodie 'Lecco', ad cornu orientale Lacus Cumensis.

1066. christiani estis et arma fertis, cogitate quid nunc vos oporteat facere. Ecce enim duo clerici quamdiu in perfidia persistentes opera diabolica sunt secuti[a], honorifice ab eo, qui pontifex Mediolanensis dicitur, sunt habiti, cum vero eandem perfidiam diabolicamque nequitiam decreverunt contemnere et Christum sequi[b], tunc sunt capti, tunc in diro carcere[c]
(57) trusi.' Haec cum cives christiani audissent, obstupefacti tantam perfidiam cum magno clamore ceperunt damnare; ad arma cucurerunt et ad vindicandum tantum scelus contra Widonem exire ceperunt. Christi vero famulus timens, ne ad fidei detrimentum pro absentia Herlembaldi populus premio aut timore corrumperetur, eos precessit in manu portans vexillum sanctae crucis. Wido autem spe nimiae multitudinis equitum pugnaturus occurrit in ruribus Modicensibus milibus fere decem ab urbe distantibus. Vociferantibus itaque partibus utrisque infidelem aciem protinus tantus invasit timor, quatinus ei nulla quidem remaneret spes fugiendi vel bellandi, sed dantes statim obsides clericos spoponderunt captos quantocius se reddituros. Et sic in eodem die reversi sunt gaudentes Deumque laudantes. Tertia enim[d] die post haec ad ecclesiam viri Dei vox insonuit dicens: 'En iam veniunt rudes martires Christi, clerici scilicet[e], qui fuerunt capti'. Quibus Christi famulus cum multis fidelibus ilico occurrit obvius eosque deosculans cum magno gaudio suscepit et excelsa voce 'Te Deum laudamus' cum fratribus cantare cepit illosque sic[f] in ecclesiam introduxit, quos tunc[g] . . . . . .

. . . . . .

2(). . . . . *

(59) *tos cruentosque. Ceperunt itaque Herlembaldum cohortare[h], ut descenderet et Christi *f. 97r
adversarios cum eis prosterneret, quibus nullo modo adquiescens nec descendit nec manus deposuit. Ipsi vero irruerunt protinus in eos et sicut enim ante validissimum ventum fumus, sic ante eos omnis ilico infidelis evanuit populus. Widonem vero ante ianuas in

*) *Quae hic desunt in c. uno folio deperdito, supplemus ex Vita auctore anonymo saec. XII. ex. vel XIII. in.* (*cf. supra in praef. p.* 1049)*:* Postquam autem Herlembaldus Roma rediit literasque excomunicationis[1]
(58) 1066. Ian. 4. detulit archiepiscopo[2], subito predictus archiepiscopus in sabato pentecosten per totam urbem nuntios misit, nuntians civibus universis, ut, si inaudita scire cuperent, in pentecosten summo diluculo[i] convenirent ad maiorem ecclesiam. Hoc autem ideo fecit, ut contra sanctos Dei Arialdum et Herlembaldum populus insaniret. Mane fit concursus populi. Herlembaldus supra cancellos sese contulit, ita ut ab omnibus videretur. Post hec Arialdus cum quinque sotiis ex adverso chori tamquam responsurus presuli celsus stetit. Cepit igitur Guido tenens manu excommunicationis bullam ad populum conqueri de Arialdo et Herlembaldo dicens: 'Turbatio *pestifera per hos diseminata est, ita ut videam in hiis scriptis *f. 97v.
omnium nostrum pernitiem contineri. Hec enim civitas ob reverentiam beati Ambrosii Romane numquam paruit ecclesie. Ergo tollantur de terra viventium hii seminatores verborum, qui quotidie laborant, ut hec urbs pristinum decus amitat, ut sit subdita Rome et propriam perdat libertatem.' Ad hec cepit populus exclamare: 'Occidantur velociter, occidantur!' Hiis dictis Guido cum magna clericorum caterva cepit descendere, ut Dei sanctos opprimeret, set cum nimia plebis densitate ad eos non pateret accessus,
(59) cepit Guido exclamare: 'Omnes, qui sancti Ambrosii honorem diligunt, ab ecclesia exeant, ut nostri adversarii evidentius cognoscantur citiusque conterantur'. Subitoque ecclesia evacuata[k] est, ita ut ex septem milibus virorum tantum duodecim ibidem remanserunt in subsidio servorum Dei. Arialdus autem et Herlembaldus supra cancelos stantes flexis genibus Dominum exorabant, in quos pars adversa clamore magno irruit, layci in Herlembaldum, clerici vero in Arialdum, quem percutientes deorsum precipitant et percussum credunt occissum. Tenebatur autem sceptrum militare ante Herlembaldum, super quo sese apodiare solebat, quo sibi propinquantes mirabiliter prosternebat, ita ut nullus auderet sibi propinquius[l] accedere. Cepit igitur volare fama per urbem mortem nuntians Arialdi. Unde sequaces sui ira comoti arma capiunt venientesque non ad ecclesiam, ubi tumultus erat, set pontificalem aulam ingrediuntur, queque reperiunt, discipant et per aule ingressum intrant ecclesiam. Guidonem pre foribus in equo repertum spoliant, vixque eorum manus evadere potuit. Tandem ecclesiam ingressi cum gaudio reperiunt Arialdum vita fruentem cohortanturque Herlembaldum, ut descendat, sicque cum magno triumpho fugatis hostibus ad ecclesiam Rozonis, que nunc dicitur sancti Sepulchri[3], sese feliciter transtulerunt.

a) secure *corr.* secuti *manu correctoris, ut videtur, c.* b) sequi *in loco raso c.* c) dirum carcerem *corr. manu poster. c.* d) autem *supersc. manu saec. XVI. c.* e) n *post* e *punctis delet. c.* f) sic *supra lineam add. manu eadem c.* g) consterna- *infra lineam add. manu saec. XVI., sane lacunae supplendae causa, c.* h) e *corr.* i *manu poster. c.* i) diliculo *c'.* k) eucuata *c'.* l) propinqu' *c'.*

1) Cf. J.-L. 4591; Kehr, It. pont. VI, 1 p. 48 n. 96. Arn. III c. 20. 3) Cf. infra p. 1065 n. 1. J.-L. 4612. 13; Kehr p. 112 n. 22, 113 n. 23. 2) Cf.

equo repperiunt, quem iuste fustigantes spoliant[a], atque eorum manus vix evadere potuit 1066.
in cenaculo quodam[b] tractus potius quam delatus. Tot namque ocius tunc apparuere pro veritate certantes, quasi eidem[c] nulli essent in eadem urbe resistentes. Magno igitur cum tropheo ecclesiam intrantes Herlembaldum descendere faciunt, immo leti valde sunt effecti, eo quod beatum Arialdum, quem credebant mortuum, repperiunt vivum. Quem ergo tollentes in atrium ecclesiae, quae dicitur Rozoni[1], deveniunt, ibique[d] protinus tanta armatorum multitudo est congregata, quatenus inimicorum non solum corpora prosternere, verum etiam ipsorum possent libere omnia edificia subruere. Ad quod namque patrandum dum anxie anhelarent, Herlembaldus iam vexillum in manu tenens erectum ait: 'Oportet, ut domnum Arialdum inquiramus, cuius domum evertere primitus debeamus'. Haec vero ut Christi martir audierit in locum, unde a cunctis posset audiri, se iussit defferri, eoque innuente manu[e] silentium factum est magnum[2]. 'Karissimi', inquit, 'si in (60)
linguas verterentur nostra omnia membra, nullo modo valerent Dei laudare magnalia vobis hodie celitus ostensa. Hodie enim, ut scitis, talis hora fuit, in qua nullus vestrum unum saltim pro veritate valebat verbum proferre; nunc autem nullus est, qui vel etiam contra vos, ut inspicitis, audeat[f] muttire[g.3]. Et quis vero est haec operatus nisi Christus? Si igitur Dominus hodie cognovit famulos ad tuendum, dignum est, ut famuli noscant Dominum ad venerandum. Nam si inimici Dei et nostri hodiernam noscerent sollemnitatem, quod egerunt, nullatenus essent conati. Nos vero et Dei scire sollemnitatem venerando et eius audire precepta obsequendo oportet. Ait enim: "Diligite inimicos vestros, Matth. 5, 44.
benefacite his qui[h] oderunt vos". Per ipsum ergo vos oro, ut nunc arma deponatis mecumque ad beati Ambrosii sacrum[i] corpus veniatis et ibi Deo grates debitas pariter reddamus nostrosque[k] emulos diem hodiernum ducere letiferum sinamus nec non pro ipsis Deum suppliciter exoremus. Nam a quibus haec aguntur, alta celsitudo adquiritur[l], quia de filiis hominum Dei filii testante Christo[4] efficiuntur.' Haec enim illa multitudo dum audisset, alii videlicet sapientiores beatum Arialdum totum cruentum[m] et seminecem spectantes pacem vitamque inimicorum poscere audientes mirantes obstupescebant, alii vero ferventiores spiritu his verbis nullo modo adquiescere[l] volebant; veruntamen licet diversi vellent diversa[n], cuncta tamen ilico sunt completa martiris verba.

21. Sequenti denique nocte iterum cum Widone congregata est pars perversa dicens: (61)
'Non nos haec adversa omni modo deiciant. Popularis enim[o] turba cito mutatur et in
*1.50v. diversis partibus facile 'inclinatur[p]. Certi quidem sumus, quod in urbe Arialdum extinguere nullo modo valemus. Tale igitur aliud consilium nostra sagacitas repperiat, quod ipse nullatenus evadere queat. Constituantur equidem per diversa urbis loca ex nobis viri prudentes, pecunias a nobis sibi collatas habentes copiose, quas per populum clam in noctibus tribuant; in diebus vero[q] omnibus omissis negotiis assidue conveniamus. Et hoc tamdiu agamus, quousque nimis multiplicati ipsum violenter ab urbe pellere valeamus. Quod cum fuerit factum, positis undique insidiis capiatur captusque ilico necetur. Quae cuncta si non impleverimus, pacem nunquam habebimus.' Quid multa? Per dies enim quindecim duo populorum conventicula sunt in urbe vehementia assidue habita, unum scilicet fidelium ad ecclesiam Rozoni, alterum vero in curia pontificali. Crescebat autem nimis pars vesana pro pecunia sibi in noctibus data. Qua vero nequiter crescente fideles paulatim tedentes ceperunt deficere. Quod perversa plebs cernens cepit elata in beatum Arialdum cum nimiis clamoribus irruendi facere impetum, quatenus eum ibi necaret cius-

a) *post* t *una littera erasa* c. b) cenaculum quoddam *corr. manu multo recentiore* c. c) s *supra lineam add. manu poster.* c. d) q: *supra lineam add. manu correctoris* c. e) *signum abbrev. erasum super* u c. f) *linea subducta sub* -spicitis audeat c. g) -ttire *in loco raso eadem manu script.* c. h) q *supra lineam add. manu eadem* c. i) sacrum *supra lineam add. manu eadem* c. k) q: *supra lineam add. manu eadem* c. l) d *corr.* c *manu, ut videtur, poster.* c. m) cruentus *corr. ead. manu* cruentum c. n) rs *in loco raso,* a *in marg. add., c.* o) enim *supra lineam add. manu eadem* c. p) diversis partib; i..inatur *corr.* diversas partes inclinat c. q) vero *supra lineam add. manu eadem* c.

1) De hac ecclesia, a. 1030. a Benedicto quodam, 'qui et Rocio vulgo nuncupabatur' fundata et primum s. Trinitatis, postea i. e. non ante a. 1095. s. Sepulcri nominata cf. Giulini, 'Memorie spettanti alla storia di Milano' II², 172. 194. 688. 2) Cf. Act. 21, 40: *annuit manu ad plebem et magno silentio facto.* 3) Cf. Ios. 10, 21: *nullusque contra filios Israel mutire ausus est.* 4) Cf. Matth. 5, 44. 45: *orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri, qui in coelis est.*

1066. que locum[1] funditus desolaret. Erat enim Christi famulus inter adversa tam fortis et constans, ut nullus e fratribus in die tribulationis inde auderet aufugere nec quicquam asportare, sed cum fremitum impiorum supervenientium audirent, se ante altare pro-
(62) sternebant ibique mortem expectabant. In uno enim horum dierum, cum[a] iam clausis hostiis fratres ante altare iacebant mortem prestolantes, unus eorum rem, quam maxime diligebat, latenter aperto hostio inde asportavit eamque in domo cuiusdam civilis amici commendavit protinusque rediit. Quod vir Dei ut audierit, fratrem ad se accitum sic allocutus est: 'Arnulfe', inquit, 'nome ecclesia haec in eius honore[b] et nomine[b] dedicata est, cui assidue dicimus: "Sub tuum presidium confugimus, Dei genitrix"[2]? Et nome legisti: "Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine"[3]? Et cur contra haec nunc agere presumpsisti?' Qui pavens obmutuit; ut autem iam isdem[c] quam ceteri ammodo[d] non presumerent talia, haec culpa acris[e] verberibus est protinus emendata. In his namque diebus ibidem tam gravis confusio vehemensque perturbatio erat, ut in ora[f] constituta plerique fideles cibum capere desperarent mortem adfuturam[g] ilico expectantes. Sed licet impii frementes insanirent, nullo modo facere audebant, quod minabantur, quoniam tötiens dolor in eorum capita vertebatur, quotiens contra Christi famulum surgere nitebantur.
(63) Quapropter iniquum et publicum dant preceptum, ut, donec Arialdus in urbe maneret, quicumque clericorum publice misterium celebraret vel tintinabula sonaret aut laicus quisquam, qui haec in suam[h] agere ecclesiam[h] permitteret, non solum privaretur substantia, sed etiam vita. Haec vero non solum alibi, verum etiam ad ecclesiam[i], ubi idem manebat, pro[k] nimio timore iubente milite, cuius ipsa iuris fuerat[l], servari ceperunt. Quod ipse *n. 51*. super omnia, quae ei actenus acciderant, gravius existimans ait: 'Absit, ut mei ultra sint participes et fratres, qui nefandas hereticorum observant prò mortis timore institutiones'. Qua de re etiam ipsis fratribus ignorantibus, assumpto tantum comite uno nomine Siro, nocte clam urbe exiit et ad sanctum Victorem ad Ulmum[5] biduo cum ipso perlatuit. Denique hinc Herlembaldus cum multis fidelibus militibus utrosque suscepit[1] et Papiam cum eis perrexit. Et parte quidem militum remissa, parte vero secum retenta per Padum navigio ceperunt descendere, quatenus Romam pergerent et usque ad aliud tempus tantae irae cederent. In quo scilicet navigio sub quodam capti sunt oppido et ex medio sodalium ineffabiliter merentium beatus Arialdus violenter solus est raptus et in arcem deductus.
(64) Ubi dum solitam in oratione et sermone teneret constantiam, miratus miles, qui ipsum ceperat, ait: 'Pontifex quippe Mediolanensis[m] magnum quidem michi se daturum promisit premium, si te caperem eique te darem. Namque michi ab eo est intimatum te esse hereticum, quod, ut cerno, omnino est falsum.' Denique eum cum omni domo sua venerabiliter habere cepit et comitibus mestis Papiam iam reversis reddere festinavit. Post haec scientes loca undique[n] obsessa ad quoddam castrum[6] fidelis Herlembaldi sunt reversi. Tunc quidam fratres Canturienses[7] ei mandarunt[o] dicentes: 'Nobis quidem hic pro nimia persecutione vivere non licet, nos vero ad te venire iube, si placet[p]'. Quibus et ipse: 'Quicumque', inquit, 'mecum pro Christo mori est paratus, venire ad me festinet; qui autem nondum est, aliorsum fugiens declinet'. Haec me presente dicta sunt. Post haec Herlembaldo ceterisque, qui secum aderant, sic locutus est: 'Ex hac', inquit, 'terra exire nequimus, quia cum mortiferis insidiis omnes aditus obsessos scimus. Et hic manere non possumus, quoniam populus vesanus hic me persequi iam minatur et valde paveo, ne insontes huius loci incolae sub hac occasione devastentur. Quapropter necesse est, ut aliud repperiamus consilium, scilicet ut queramus quempiam fidelem virum, qui me

a) cũ *supra lineam add. manu correctoris c.* b) honorem, nomen *corr. manu multo poster. c.* c) *cf. p. 1054 n. b.* d) *prius* m *punctis delet. c.* e) acribus *corr. manu multo poster. c.* f) h *ante* o *add. manu poster. c.* g) f *corr. ex* d *manu poster. c.* h) m *lineis postea delet. c.* i) in ecclesia *corr. manu multo poster.*, in *super* ad *add.*, m *linea superinducta del., c.* k) prae *corr. ex* pro *manu, ut videtur, poster. c.* l) e *corr. ex* i *manu eadem(?) c.* m) *prius* i *corr. ex* o *c.* n) u *membrana perforata supra lineam repetit, manu correctoris c.* o) mandar *manu eadem corr. ex* mandare *c.* p) -ubi si placet *in loco raso script. c.*

1) I. e. Arialdi ecclesiam, supra c. 11. 12 laudatam, 's. Maria Canonica' nuncupatam. 2) Hanc antiphonam v. in Officio parvo b. Mariae, ad complet., Breviar. Rom. (ed. 3. Rom. post typicam, Romae 1899) p. [426]. 3) Cf. Ierem. 17, 5: *Maledictus homo, qui confidit in homine.* 4) Cf. supra p. 1057 sq. 5) Cf. Giulini l. c. I², 90, 558. 6) *iuxta locum Legnani* Land. III c. 30. 7) 'Canti' prope Cumum.

per dies aliquot in suam occultet domum, quatinus interim aut populi furor deferveat et 1066.
in hac terra me vivere liceat vel custodiae in insidiis ubique positae me desistant querere pro nimia securitate, et sic me hinc forte licebit exire.' Qui responderunt dicentes: 'Quae autem dicis, cunctis placet[a], si inveniretur, qui hoc fideliter faceret'. Et ille: 'Est', inquit, 'loco huic quidam presbiter vicinus, nuper ex Ierusolima regressus, qui hactenus mihi credere satis est visus, per[b] quem, si placet, mittatur, et super hac re diligenter inquiratur'. Omnibus itaque volentibus per[b] nefandum presbiterum tunc missum est, et post haec (65)
*A.51r. ecclesiam ingressus ipse est, *in qua, quoniam vigilia sancti Iohannis Baptistae erat, a 1066. 25.
mane usque ad horam quasi[c] nonam in oratione permansit indeficiens. Et ecce detestandus presbiter veniens secrete diligenterque inquiritur, si locum haberet aptum ad ipsum per tres saltim menses occultandum. Qui cum promitteret se iuxta ecclesiam locum sic habere secretum, ut in eo quempiam per multos annos tenere valeret celatum, media tandem nocte libatis oculis cum gemitibus et lacrimis multis usque ad portam cum ambobus processimus. Nam ipsum inultum deprecati sumus, ut unum, quem ex nobis vellet, in suum obsequium sumens duceret. Quibus et ipse: 'Nequaquam', inquit, 'quoniam si una duo[d] sunt, locuntur et loquentes audiuntur'. Quis enim furi potest, quanta bona tunc Herlembaldus presbitero promisit, si ipse Christi famulum tractaret bene, et quanta mala, si male? Merentes igitur utrosque abire permisimus, mane vero ad urbem devenimus. Presbiter ergo nequam mox, ut in suo conclavi illum concluserat[e], diabolico tactus spiritu (66)
malo Widoni nuntiare festinavit dicens: 'Quid vis mihi dare, et ego tibi tradam Arialdum sine turba, sine Herlembaldo, immo absque viro aliquo?' Cui ille letus nimis effectus magnum premium ilico cum securitate promisit, si ipse quod promittebat impleret. Tunc sibi quamplures dari petiit milites, quos sumptos inter duas macerias ab habitatione secessas nocte constituit dicens: 'Unus', inquit, 'ex vobis tantummodo in media[f] iaceat via scuto coopertus. Hunc enim, cum venero, percutiam calciamento. Tunc vos omnes velociter surgite et tam me quam ipsum capite; ne forte quidem super alium surgatis incaute, vobis hoc fore signum scitote.' Et post haec in his verbis ad virum Dei ingressus est: 'Domne', inquit, 'Arialde, necesse est[g], ut hinc velociter discedamus et ad castrum, de quo te suscepi, revertamur, quoniam te hic esse omnibus notum est. Nam si hic moram fecerimus, cras procul dubio capiemur.' Cui vir Dei: 'Tibi', inquit, 'via est nota, precede ergo et ego sequar te'. Traditore igitur precedente ad milites venerunt utrique et ex calciamento facto condicto signo omnes pariter in Dei virum irruunt eumque capiunt captumque stricte vinciunt et vinctum iumento[h] superimponunt ac tacite conciteque contra Lacum Maiorem festinant pergere. Hoc enim ante horam diei tertiam, in quo vigilia (67)
sancti Petri celebratur, per totum Mediolanum est divulgatum. Unde factum est, ut ubi- 1066. 28.
que esset luctus et lamentum piorum atque econtra vesana exultatio reproborum. Quod ego audiens tumultuosam et confusam protinus reliqui urbem eumque prosecutus sum. Die igitur eodem nocteque sequenti festine properans die altero ad prefatum iam sole oriente perventus sum[i] lacum. Supra cuius enim dum incederem litus et Stationi[k-l], ubi parentela mali Widonis habitabat, essem propinquus, obvium habui virum nomine Martinum,
*A.52r. qui se dicebat fore presbiterum. *Hic me interrogavit, unde essem quove pergerem. Cui ego, ut[l] veritatem securius ab eo inquirerem, ex parte mentitus sum dicens: 'Ex illa plebe sum et compares mei huc me direxerunt, ut manifeste valeant scire, utrum verum sit, quod apud nos de Arialdo clericorum inimico[m] noviter insonuit, scilicet quod extinctus sit, et si eis super hoc pleniter letandum sit'. At ille: 'Revertere', inquit, 'mecum et cum ad ecclesiam, quam paululum post te reliquisti, redieris[n], optime de hoc instructus eris'. Et tunc mihi secum revertenti ait: 'Ex terna[o] namque die vox letifera nostro (68)
insonuit loco dicens: "Arialdus clericorum adversarius vinctus habetur in nave et in ripa

a) placet *corr.* placent, n *supra lineam add. manu poster. c.* b) *ita c.; cf. ital. 'mandare per'.* c) q *eadem manu corr. ex* t *c.* d) duo *in marg. add. manu eadem c.* e) a *corr. ex* i *manu eadem c.* f) medio *corr.* media *manu eadem(?) c.* g) e *supra lineam add. c.* h) *corr. ex* iumentū *manu, ut videtur, eadem c.* i) perventus sum *rad. corr.* perveni *c.* k) stationi *c; cf. AA. SS, Boll., 3. ed., Iun. VII,* 268 *n. h; infra p.* 1068 *l.* 33. l) ut *supra lineam add. manu eadem c.* m) *post* inimico *sequ. s(?) erasum c.* n) redieris *in rasura script. manu eadem c.* o) Extna *c; (h)esterna intelligere voluit H. Bresslau, sed cf. p.* 1072 *l.* 11.

1) Hodie 'Angera' (*Angleria* in vita anonyma f. 98).

1066. laci[a]. Ad quem ilico cum multis aliis decucurri[a] et arrepto palo optime acuto manuque erecta in pectore eius illum infigere volui, sed enim non sum permissus. Missi sunt quidem quinque protinus viri a domina nepte archiepiscopi[1], de quorum ferocitate ipsa non dubitabat, qui eum a militibus dividerent et in locum, quo ipsa eis iusserat, ducerent. Quod sine mora completum est. Et in tantam ilico est ductus solitudinem[2], ut vix ibi sit aliquando accessus hominum et tantummodo navigantium, sed silvestrium solummodo habitatio bestiarum. Quid te verbis longius protraham? Ibi cadaver eius sine auribus, sine naribus, sine oculis, sine[b] dextera manu, sine membro genitali esse fecerunt. Si absque omnibus his membris aliquando quemquam vidisti vivere, hunc esse mortuum noli credere. Nam sero nullo modo quiescere quiverim, donec hii, qui in eo[c] haec patrarunt, sic me securum fecerunt, quatinus ultra non sit, unde mea iam mens dubitare possit. Tu vero ad tuos revertere haec eis intimans eosque redde[d] securos letosque.' Et post haec ab alteritro divisi sumus, et donec ecclesiam est ingressus, me redire fugi, postea vero nolens verbis confidere perfidi, regressus sum ad iter, quod reliqueram. Cum autem in iam prefatum ingrederer vicum, iuxta viam repperi ecclesiam[e] in honore[f] sancti Petri dedicatam[g], ad quam tunc clericorum laicorumque multitudo cum processione exiebat. Ibi quidem seorsum duas inveni mulieres de his, quae acciderant, conferentes et plorantes. Quibus appropinquians inquisivi, quid haberent et cur flerent. Quarum una ait: 'Vere tu ex illo es ordine, qui, cum deberet suis bonis dictis factisque omnes levare in celum, econtra malis exemplis cunctos precipitat in infernum. In hoc enim loco machinante tuo ordine perverso in his diebus tantum est[h] perpetratum scelus[3], quatinus pro hoc omnes Deus in abyssum dimergat[i], anxie expectemus, et tu dicis, cur flemus.' Videns igitur mulierum fidem ipsis, quod discipulus essem illius, de quo flebant, intimavi easque, si vera essent, quae a predicto audieram viro, inquisivi. Quae statim factae apud me[k] nimis grave omnia testantur esse vera, preter hoc, quod de eius morte[l] adhuc erant incertae. Viam itaque[m] mihi contra prefatam tendentem solitudinem ostendunt multumque deposcunt, ut reverteris eas facerem sciolas, unde eis adhuc inerat dubietas. Verum ingentium prepeditus obstaculis saxorum illuc accedere eundo per terram nequivi[4], quique per navem illuc[n] me transferre auderet, repperire non potui ideoque, prefer quae dicta sunt, pleniter
(70) de illo tunc scire non valui. Porro secundum[o] quod[p] postea diligenter scrutatus sum, qualiter quibusque ex hac vita verbis migraverit, diligentibus Deum fore gratum credo, si id breviter intimavero.

22. A loco igitur, quo captus est, psalmodiam decantatus est[q]. Ad Stationem[r] enim a militibus, ut predictum est, divisus et quinque ferocibus servulis est traditus, qui cum ipsum ducerent ad mortem, allocuti sunt dicentes: 'Arialde, cur non recordaris, ut neges, quae hucusque dixisti, et profitearis dominum nostrum esse verum pontificem. Nam si hoc faceres, forte adhuc vivere posses.' At ille: 'Absit', inquit, 'ut coronam, quam verum dicendo in mea[s] adquisivi vita[s], in fine mentiendo amittam. Nam me utrum nunc ducatis ad mortem, ignoro: quod si facitis, scitote vestro domino meam mortem valde nociturum non solum in futura vita, sed etiam in presenti.' Et illi: 'Videsne', inquiunt, 'illum magnum montem? Si ipse profecto esset aureus et tuus totumque dares, ultra nullo modo viveres.' Ille autem haec audiens se erexit et hymnum sanctorum apostolorum Petri et Pauli[5] alta

a) ca *post* decu *del. manu posteriore c.* b) *post* sine *locus rasus c.* c) eo *corr.* eū *manu multo poster. c.* d) redde *in marg. add. eadem manu c.* e) ecclesiam *in marg. add. manu eadem c.* f) honorē *corr. manu poster. c.* g) de *ante* dicatam *supra lineam add. manu correctoris c.* h) e *supra lineam add. manu correctoris c.* i) di- *corr.* de *manu multo posteriore c.* k) me *supra lineam add. manu eadem c.* l) mortę *c.* m) q; *supra lineam add. manu eadem* c. n) -uc *in loco raso c.* o) secundum *in marg. add. manu alia c.* p) quod *in loco raso script. manu eadem c.* q) decantatus est *rad. corr.* decantavit *c.* r) *cf. supra p.* 1067 *n. k.* s) *corr. ex* meā vitā *signo abbrev. eraso c.* t) ac- *corr. ex* ad- *manu poster. c.*

1) Oliva nomine, filia fratris Widonis; cf. Land. III c. 30. 2) *in insula quadam iuxta Lacum Maiorem* (Land. III c. 30), nempe 'Isola Madre', sicut coniecit Giulini, 'Memorie di Milano' II[2], 453sq., aut 'Isola Bella' secundum Pellegrini 'Arch. stor. Lombardo' ser. III vol. XVII (1902), 96sq.; insulam castelli 'di Cannero' vix recte attulit Meyer v. Knonau I, 541 n. 87. 3) Cf. Iudic. 20, 3: *quomodo tantum scelus perpetratum esset.* 4) Attamen in insula quadam necem esse factam apparet ex iis, quae infra p. 1069 l. 29 leguntur; *in aliam insulam eum nocte transferri iussit.* 5) Ad str. 3 et 4 hymni, qui incipit *Aurea luce et decore roseo*, apud Blume et Drevea, Anal. hymn. 51 (1908), 216sq., remittit Th. Zwölfer.

voce decantare cepit. Quo finito ad solitudinem, ad quam tendebant, pervenerunt. Quem 1066.
tollentes de nave supra quoddam saxum vinctum posuerunt ad sedendum. Seorsum denique paululum remoti[a] haec dicere ceperunt ad invicem: 'Quid faciemus? Si tantum occiderimus virum, nostrae animae nullum ultra poterunt adipisci remedium. Et hoc si non fecerimus, nichilominus moriemur.' In his enim dum hesitarent, aspexerunt naviculam concite venientem duosque homines deferentem. Et aiunt ad invicem: 'Hos expectemus, hii forsitan boni nuntii baiuli sunt[1]'. Predicta vero mali Widonis neptis[b], quae exhinc (71)
Iezabel et Herodias est nuncupata, postquam quinque ad Dei famulum necandum direxerat servulos, duos clericos, quos in eius morte[c] precipue inhiare cognoverat, ad se vocatos[d] sic[e] allocuta est: 'Assumptis gladiis vestrum persequimini velociter inimicum, ne forte ceteros seducat et ulterius vivat'. Hii vero erant, qui cum nave tunc veniebant. Qui cum ad ceteros venissent, egressi de nave dicunt: 'Ubi autem est Arialdus?' Qui responderunt dicentes: 'Mortuus est'. At illi: 'Nobis', inquiunt, 'iussum est videre illum sive vivum sive mortuum'. Et aspicientes viderunt illum eminus vinctum sedentem super saxum, in quem sic anxie irruunt, quomodo leonum catuli super predam famelici[2]. Evaginatis igitur gladiis ipsius unus unam, alter vero auriculam arripit alteram dicentes: 'Dic, furcifer[f], si dominus noster verus est archiepiscopus'. Qui respondit: 'Nec est nec fuit umquam,
*1.55r. *quia opus[g] archiepiscopi in ipso nec est nunc nec fuit umquam'. Tunc inmites eius utrasque amputant[h] aures. At ille oculis in celum elevatis ait: 'Gratias tibi ago, Christe, qui me hodie inter tuos martires dignatus es connumerare[i]'. Interrogatur denique iterum, si Wido verus esset archiepiscopus. Qui solitam constantiam animi tenens ait: 'Non est'. Quapropter nasus ipsius protinus cum labio superno est abscisus, deinde ambo oculi sunt effossi, postea vero dexteram detruncant manum dicentes: 'Haec est, quae faciebat epistolas[k] Romae[l] directas[m]'. Dehinc radicitus membrum amputant genitale dicentes: 'Predicator castitatis eatenus fuisti; exhinc et tu castus eris'. Postea vero desub gutture linguam extrahunt dicentes: 'Modo sileat, quae clericorum familias conturbavit et dispersit'. Et sic illa sancta anima carne est soluta, corpus vero ibi quoquo modo terrae traditum est[3]. Ceperunt denique illic post haec luminaria preclara per noctes piscatoribus apparere. (72)
Quod ut impia Iezabel audivit[n], protinus in aliam insulam eum nocte transferri iussit. Sed[o] cum eadem[p] lux ibidem similiter crebro appareret, in loco[q] tertio[r] eundem[s] asportari facit[t]. Videns igitur, quod non posset sanctum occultare corpus nec sub terra neque super terram, quia illud ubique lux eximia[u] comitabatur, irata valde fecit saxa ingentia circa ipsum innecti et in profundo[v] laci dimergi[4]. Verumtamen ibi, ubi est proiectum, tanta est aquae altitudo, sicut didici a viris[w] illius loci, ut vix fune centum cubitorum[x] quisquam possit fundum attingere. Nam isdem[y] lacus pro sui magnitudine Maior nuncupatur et plus quinquaginta milibus in longo[z] extenditur, in quo tam innumerabiles procul dubio immanesque sunt pisces, ut per tres menses facile devorarent, quot in eadem parrochia sunt pecudes. Verum quia omnia haec occulte fuerant peracta[5], de illo hesitatio et altercatio ubique erat non parva; alii dicebant, quod esset mortuus, alii, quod in vinculis clam detineretur. In cuius amore[aa] tunc sic omnis populus est accensus, ut cuncti se sub iure[bb] iurando constringerent, quatinus illum aut habituri essent vivum sive mortuum[cc], aut pro ipso ad mortem usque certaturi. Sed Deus omnipotens, cuius causam

a) remoti *in loco raso script. manu eadem aut correctoris c.* b) neptis *corr. ex* nepta *manu script. aut correctoris c.* c) morte *corr. manu poster. c.* d) u *(v) corr. ex* a *manu eadem(?) c.* e) c *supra lineam add. c.* f) fe *in loco raso c.* g) opus *in loco raso c.* h) *alterum* a *corr. ex* e? *c.* i) a *corr. ex* e *c.* k) eplas *et* directas *in locis rasis c.* l) roma *corr. ex* rome *manu poster. c.* m) -vit *in loco raso c.* n) Sed *atque primum* e *in* eadem *super rasura eadem manu script. c.* o) locū tertiū *corr. manu multo poster.*, eundem *in loco raso manu poster. c.* p) a *corr. e c.* q) eximia *super rasura alia manu script. c.* r) profundū *corr. manu multo poster. c.* s) -ris *in loco raso c.* t) cubitorum *in loco raso manu eadem script. c.* u) *cf. p. 1054 n. b.* v) longū *corr. manu multo poster. c.* w) amorē *corr. manu poster. c.* x) iure *bis script., alterum lineis delet., c.* y) essent viv. s. mort. hab. *signis appos. corr.* hab. essent viv. s. m. *c.*

1) Cf. 2. Reg. 18, 22: *non eris boni nuntii baiulus.* Bonizo p. 597. 4) Cf. Matth. 18, 6: *et demergatur in profundum maris.* 5) Cf. quae de eius sepultura in arce Trevali facta refert Land. III c. 30.
2) Cf. 2. Mac. 11, 11: *leonum autem more . . irruentes;* Mich. 5, 8: *quasi catulus leonis in gregibus.*
3) De morte Arialdi cf. Arn. III c. 20; Land. III c. 30;

ipse patefecerat, nec illum passus est a pisce contaminari nec in laci[a] profundo occulte morari.

(73) 23. Transactis namque mensibus decem quidam vir fidelis nomine Algisus per urbem
1067. Mali 8. cepit anxie discurrere dicens: 'Nuper in die inventionis sancte crucis mei causa negotii iuxta litus transiebam[b] Laci Maioris. Et ecce una[c] aquila eadem supervolitabat littora, cetera expellens volucria. Quod ut viderunt[d] pastores, qui ibi pascebant suas pecudes, */.688. illuc festine ceperunt currere, cum quibus cucurri et ego. Et ecce beatissimus Arialdus ex aqua proiectus ibi integer preter octo membra, quae ei erant cum ferro amputata, iacebat mirifice[e] candidus. Quem ego videns optime ilico agnovi hisque, qui aderant, lacrimabiliter omnibus dixi: "Videte", inquam, "ut hic salvus sit, quia iste est beatus Arialdus, quem mestus universus querit populus". Dum enim ibi aliquantulum moraremur, subito de arce Arona[1] missi sunt servi, qui inde nos eiecerunt et in quandam, quae ibi erat, foveam leniter humaverunt.' Hoc ego, qui haec scripsi, dum audissem, sumpto comite illuc perrexi concite repertosque pastores, utrumnam vera essent, quae audieram, diligenter cauteque inquisivi. Qui cuncta esse procul dubio vera respondentes asseruerunt[f]. Et ego: 'Si[g] vera sunt', inquam, 'ubi ergo est ille?' At illi: 'Ecce', inquiunt, 'locus, ubi nobis videntibus sero est positus, mane vero revertentes locum quidem invenimus, de eo autem nichil. Hoc tantum putamus, quod nocte eadem sursum delatus sit in arcem.'

(74) His auditis velociter reversus Herlembaldo viro prudenti quaeque, ut[h] audieram, per ordinem cuncta narravi. Qui festine omnibus convocatis civibus iam in appetitu martiris, quem patefactum audierant, vehementer inhiantibus ex illis viros elegit atque ad sanctum requirendum corpus direxit. Qui post biduum reversi professi sunt hostes veritatis dixisse: 'Mori potius parati sumus, quam quod queritis reddere corpus'. Hoc autem ideo dicebant, quia idem dissipare temptarant. Nam nocte, qua ad se illud detulerant, cernentes eius integritatem et decorem dixerunt ad invicem: 'Si enim hic fuerit quesitus et ab omni populo tam decorus inspectus, semper quidem ipse erit in laude, nos vero in obprobrio. Quapropter cutem cum capillis de eius radamus capite, pellem vero corporis albescentem ferreis dilaceremus ungulis, pedes abscidamus[i] utrosque et in furno denique nimis candente illum aduremus[k], quatenus, si ad eum videndum missum fuerit, horridus et ignotus potius

(75) respuatur quam queratur.' Verum licet haec diabolica machinamenta in eo cuncta complessent, in deteriori[l], quam putarent[m], ignominia[l] ceciderunt, quia non missum est ad videndum sed petendum. Nam auditis nuntiis, tintinabulis tubisque concisius sonantibus omnis civitas in unum convenit. Tunc dixit Herlembaldus: 'Quoniam inimici Dei et nostri gratis sanctum nolunt reddere corpus, decet, ut ab eis per nos violenter auferatur. Sed quia mos, quam prosequimur, Dei creditur et dicitur esse, volo, ut illuc iuste et cum[n] ipsius incedamus honore. Non enim cum raptu et pauperum detrimento innocentium */.54r. pergamus[o], sed nobiscum feramus, unde vivere debeamus. Discurrant itaque nuntii circumquaque velociter, qui omnes ad bella aptos nobiscum cum armis rusticosque huc venire hortentur cum plaustris, quatinus illi nobiscum pugnent, isti vero nostra arma et victus deportent.' Congregata igitur post paululum tanta sunt carra, ut per septem fere milia vix posset per publicam et communem viam turba pedestris vel equestris incedere. Confluebat autem undique quasi harena maris multitudo innumerabilis[2], arma ferens et victus supra dorsum famulorum sive iumentorum. Et sic incedentes secundo tandem die ad vesperum reperti sumus[p] pratum[3] quarto fere miliario a loco quo incedebamus distantem[q]

(76) bene humectum amplumque ibique, quia ad hoc aptum[r] erat, castra metati sumus. Hinc Herlembaldus vir prudens iterum delegavit blandeque sanctum corpus quesivit. Perterriti

a) lacu *(vel* laco*) corr.* laci *c.* b) e *punctis delet. c.* c) una *linea delet. c.* d) i *post* r *eras.*, u *supra lineam add. manu correctoris c.* e) r *corr. ex* f *c.* f) -uerunt *in loco raso c.* g) Si *corr. ex* si *c.* h) ut *supra lineam add. manu correctoris c.* i) l *corr. ex* i *manu posteriore c.* k) aduramus *corr. manu ut videtur posteriore c.* l) *corr.* deteriorem, ignominiam *manu posteriore c.* m) putarunt, v *supra* e *scripto, corr. manu posteriore c.* n) ipsius *post* cum *in margine infer. add. posteaque eras. c.* o) pergamus *in loco raso manu eadem aut correctoris c.* p) *rad. corr.* reperimus *c.* q) *corr.* distans *c.* r) aptus *corr.* aptum *c.*

1) Hodie 'Rocca d'Arona', prope oppidum Aronam in meridionali parte Lacus Maioris situm. 2) Cf. 2. Reg. 17, 11: *universus Israel . . . . quasi arena maris innumerabilis.* 3) *in prato Rocho* Land. III c. 30.

itaque hostes a sonitu pavendo frementis multitudinis super se venientis prohibere, quod 1067.
petebatur, ultra non ausi sunt. Et ecce die altero illucescente vox letifera per castra
insonuit dicens: 'In littore[a] quidem Ticini directum est in navem corpus beati Arialdi'.
His auditis certatim omnes arripuerunt[b] cursum; ille namque habebatur tunc beatior, qui
ad currendum erat promptior. Eo igitur levato in feretro[c] cum tanta gloria et laude
reverti cepimus, ut eas nullo modo exprimere possem, etiam si vocem linguamque[d] ferream
haberem[e]. Nam de castellis, quibus se concluserant pro civium timore, exiebant[f] senum,
iuvenum atque mulierum infinitae multitudines cruces cereosque atque situlas aqua plenas,
ut potarent estuantes, deferentes, et unusquisque, prout valebat, voce excelsa immensas Deo
gratias reddebat. Tintinabula quippe personabant undique. Arbores namque quam plurimi (77)
scandebant, ut ipsum saltim videre possent. At ubi Mediolano propinquavimus, totam
pene urbem obviam habuimus, matronas, nobiles et ignobiles, cereos innumerabiles deferentes,
infantes et senes omnesque Deo laudem dantes. Etiam ipsos, quos in vita sua habuit
emulos, scilicet clericos, invenimus paratos, non officium cantantes mortuorum, sed, ut
decebat, martyrum. Et sic in sancto die ascensionis Domini posuimus illum in medio[g] Mai 17.
ecclesiae[g] sancti Ambrosii. Tunc nobilis Herlembaldus in loco eminenti progressus[h] haec
omnibus audientibus est locutus: 'Videtis', inquit, 'dilectissimi, quantum valet fides, quam
inter nos per decem annos docuit beatus Arialdus. Certe, ut videtis, ipsa eum servavit
defunctum incolumem in profundo laci inter innumerabiles immanesque pisces per decem
*f. 54v. menses. Haec autem coram vobis ipsum per decem hos dies *estivos conservet, videlicet
usque ad sanctum diem pentecosten, quatinus de longinquo et proximo sexus diversae
etatis uterque huc venire et nostram fidem nostrorumque impietatem emulorum evidenter
possit contemplari.' Clamabant tunc nobis audientibus ad illum demonia dicentia: 'Quid
contra nos latras? Non potes tantum latrare, ut te non faciamus interimere, sicut fuum
fecimus socium, et ut pingues et iniqui episcopi, abbates et presbiteri non sint nostri.'
In his quidem diebus ibidem[i] undique veniebat maxima multitudo plurima munera offerens (78)
corpori sancto, quibus ad eum intuendum fas erat per dies, per noctes vero clericorum
monachorumque veniebat maxima multitudo easque pervigiles ducebant psallendo.

24. In una autem harum noctium timens valde, ne forte ad obprobrium Christi ser-
vorumque ipsius ibi per estivum tempus diu permanens feteret, assumpto lumine, paucis
admodum vigilantibus, ad ipsum accessi et reperto foramine, quod eius germanus ipsi
sub ascella fecerat[k], ut sciret, qualiter illius haberentur interiora, intus prospexi, et ecce
eius exta ut nix erant candida, iecur vero aereum habebat colorem. Quae cum intro-
missis duobus digitis tetigissem et confricassem eosque retractos naribus adposuissem[l],
testor veritatem, quae Deus est[m], tantam talemque odoris fragantiam ex ipsis digitis
emanare sensi, qualem quantamve numquam me alibi senssisse[n] reminiscor. Et sicut
mea conscientia tunc testabatur et nunc testatur, si ipsi digiti gladii bis acuti acumen
habuissent, nares absque vulnere nullo modo evaderent, quia odoris suavitas tam erat
delectabilis, ut nares valentiores essent odoriferos digitos intra se ad trahendum quam
brachii virtus ad retrahendum. Num quam plures dies ut diu delectarer tanto odore, eos
ab omni custodivi liquore.

25. Congregata igitur est iterum in die sancto pentecosten tanta virorum ac mulierum (79)
diversae etatis multitudo de proximo et longinquo, ut numquam se una tantam vidisse Mai 27.
etiam senes[o] dicerent, et sic cum magna gloria laudeque ineffabili ad monasterium delatus
est sancti Celsi[2]. Ibi namque in locum mirabiliter aptum traditus est sepulturae. Siquidem
ex una parte habet ecclesiam, in qua sancti Celsi venerabile nunc[p] adoratur corpus, ex
altera vero ecclesiam, ubi quondam, ut fertur, diu[q] sanctus perlatuit Nazarius[3]. Exhinc

a) e *corr. ex* ae *c.* b) -unt *in loco raso c.* c) feretrum *corr. manu poster. c.* d) q; *add. manu correctoris c.*
e) be *in loco raso c.* f) e *punctis postea delet. c.* g) in ecclesiae medio *signis app. corr.* in medio eccl. *c.* h) pro-
gressus *in loco raso manu alia c.* i) eo *superscr. manu saec. XVI.*, ibi *linea subducta delet., c.* k) a *corr. ex* e *c.*
l) d *corr.* p *manu post. c.* m) e *supra lineam add. manu eadem c.* n) *prius* s *priore loco punctis delet. c.* o) senẽs,
x *punctis delet., s superscript. manu, ut videtur, correctoris c.* p) nc *supra lineam add, manu eadem c.* q) diu —
Nazarius *in loco raso eadem manu c.*

1) Cf. Land. III c. 30. 2) Cf. supra p. 1060 n. 2. 3) *que ecclesia s. Nazarii in Campo dicitur,* Vita anon. f. 99v.

quippe ibi a multis fidelibus adoratur et colitur, ab infidelibus autem nec Christus universorum dominus nec Arialdus ipsius famulus*.

(80) 26. Decem igitur annos beatus levita et martir Arialdus duxit pro *Christi lege viriliter certando. Decem membra eidem post haec per manus obtulit iniquorum, octo cum occideretur, duo ne agnosceretur. Decem vero[a] menses in profundo laci incolumis incuit. Decem autem milia illum nobis proximiorem lacus proiecit quam acceperit. Per dies enim decem estivos ipsum in ecclesia sancti Ambrosii videntibus cunctis Christus conservavit eique post haec decimo anno Herlembaldum fidelem socium associavit, ut veraciter credo, in regno celorum, peremptum scilicet per eorundem manus iniquorum[1]. In quo decimo anno haec scripta sunt ad laudem Christi eiusque famuli Arialdi. Passus ergo est[b] beatus levita et martir Christi Arialdus quinto[c] kal. Iulii[2] anno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo sexto, presidente sedi apostolicae secundo papa Alexandro, regnante domino nostro Iesu Christo cum Patre et Spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen.

*1.55r

1066. Iun. 27.

(81) Syro venerando et fideli sacerdoti Andreas**.

Legenti me olim ea, quae cum socio Herimberto de venerabili Arialdo scripsisti, reperi vos multa preterisse, quae dici oporteret. Unde factum est, ut iubente beatae memoriae Redulfo patre, cuius anima iam cum Christo gaudet, multa tam de his, quae omisistis, quam, quae dixistis, exprimere conatus sim. Quae ad te mittens obsecro per caritatem, ut diligenter inspicias et, si vera sunt, testimonium feras. Nam sicut ipsum habui, ut haec facerem, preceptorem, sic te habere volo, ut vera sint, assertorem, quatinus, si iure pro inculto sermone eius putredinis et vermis[3], qui composuit, contemnitur, pro reverentia duorum sanctorum sacerdotum, unius precipientis[d], alterius asserentis, suscipiatur. Tu enim tanto tempore eius esse frater familiaris meruisti, ut pene, quicquid de eo dixerim, proprio intuitu inspiceres. Immo, quia sacerdos es, mentiri non vales, idoque digne iusteque te elegi fore testem huius rei.

*) *Hic iuvat addere, quae narrat Vita anon. f.* 99c—100c: Passus est beatus Arialdus quinto kal. Iullii anno Domini MLXVI, de cuius morte doluit Alexander papa. Unde anno sequenti, scilicet MLXVII, cum idem papa[e] iret ad synodum, quam Mantue celebravit, Mediolanum venit multaque fecit statuta de statu Mediolanensis populi et cleri beatumque Arialdum sanctorum martirum catalogo anotavit[4]. Postea vero anno[f] Domini MLXXXXVI. Anselmus de Buis archiepiscopus Mediolanensis corpus beati Arialdi ab ecclesia sancti Celsi ad basilicam sancti Dionisii cum multis miraculis transtulit[5], ubi tales sunt versus[g. 6]:

Martir levita iacet hac Arialdus in urna.
Troncatus[h] moritur, sed vite dona meretur
*Hoc manseolo[i] reverenter condita digno. *f.100r
Hiis geminis causis Arialdus passus ab istis
Martir in ecclesia levita reconditur ista.
Transtulit Anselmus pastor venerabile corpus[k. 7].

**) *Supra lineam manu secunda c.:* Monachus fuit Vallumbrosae[k] iste Andreas.

a) a *supra lineam add. manus scriptoris aut correctoris c.* b) e *supra lineam add. manu eadem c.* c) o *corr. ex* a *manu eadem(?) c.* d) peepientis *c.* e) idem papa *in marg. add. manu eadem c.* f) anno — corpus *postea erasa sunt (verisimiliter ab Andrea Alciati, prout docet Pellegrini, 'Arch. stor. Lombardo' ser. III. vol. XIV, 1900, p. 233; cf. infra n. 7) c.* g) *post* versus *haud scimus an unum adhuc verbum secutum sit; deinde alia pergit manus c.* h) *hoc verbum non satis plane legitur c.* i) *ita (manseolo) c.* k) vall'e *c.*

1) Cf. Arn. IV c. 10; Land. III c. 30; Land. de s. Paulo c. 23; SS. XX. 30; Berth. ad a. 1077, SS. V. 305. 2) Cf. Pellegrini, 'Arch. stor. Lombardo' ser. III. vol. XVI (1901), 23. 3) Cf. Iob 25, 6: *homo putredo et filius hominis vermis.* 4) Haec satis confusa sunt nec certum canonizationis tempus definiri potest; cf. Kehr, It. pont. VI, 1, p. 118 nr. 25. Attamen respiciendum est Arialdum nullo loco Vitae auctore Andrea, a. 1076, sicut docuimus scriptae, sanctum appellari. 5) Corpus quoddam falsum Patarinis subditum et reliquias Arialdi re vera non nisi ab Anselmo archiepiscopo *post biennium suae* (sc. Anselmi) *consecrationis* in ecclesia s. Dionysii humatas esse contendit Land. c. 30, SS. VIII. 96. Itaque translatio, cum Anselmus de Buis a. 1097. Dez. 2. (Schwartz, 'Besetzung d. Bistümer Reichsitaliens' p. 85) regimen Mediolanensis ecclesiae nactus sit, a. 1099. vel 1100, non 1096, attribuenda est; cf. Pellegrini, 'Arch. stor. Lombardo' ser. III. vol. XIV (1900), 235 sq.; XVII (1902), 61 sq. 6) Cf. Forcella, 'Iscrizioni delle chiese e degli altri edifici di Milano' V (1890), 107 nr. 169. 170. 7) Epitaphium Arialdi ab Andrea Alciati confictum v. Corp. Inscr. Lat. V, 2 p. 622 nr. 13.

Presbiter Syrus Andreae Christi famulo. (82)

Miror, karissime, quod de illis requiras rebus unum testem, quas testari possunt non solum multa milia fidelium, sed etiam infidelium. Et si nullus superesset alius, qui harum rerum existere posset testis idoneus, quis tam vecors inveniretur, qui diceret te scripsisse falsa, si sciret te ideo reliquisse seculum, ut non solum a verbis vacares mendacibus, sed etiam ab otiosis, presertim cum non civilia monasteria et dissoluta petisti, sed famosum et celebre Vallisumbrosae[a] cenobium* itinere dierum quinque a naturali solo semotum[b]? *f. 55r. Porro de obitu eius clam peracto quis te certior existit, qui pro hoc *mortis periculo ter te dedisti? Etenim semel utcunque incaptus evasisti. Alia vero vice, quia dicebatur, quod in Travallia[1] arce inexpugnabili occulte detineretur, eius desiderio accensus longo itinere confecto multis montibus transitis te ante eiusdem portas obtulisti, in quam quia inspicere es ausus, quis esses, cognitus ideoque captus atque in altissimam eiusdem turrem deductus per foramen cum funibus in ipsius es depositus profundum, quod magis videbatur esse sepulchrum[c] quam habitaculum. Nam lectuli fulchrum erat cenum, capitale saxum, nec enim ibi erat, unde digestio occulteretur, nec desuper tectum, a quo pluvia pelleretur. Ibi quippe pro nimio horrore vultus tuus et stomachus sic elanguit et emarcuit[d], ut cibum per fines tibi dimissum gustare minime posses, ideoque nocte media te subtraxerunt et sic semivivum dimiserunt. Altera autem vice lacum transfretasti, iterum cognitus et captus, donec te pretio non emisti, evadere nullo modo potuisti. Quae cum ita sint, quis tam[e] crudelis erit et durus, ut tuis sermonibus existat incredulus? Verum- (83) tamen licet multum leter super cuncta, quae dixisti, quia sunt vera et edificationi utilia, tamen valde doleo, quia omisisti precipua[f] tibique notissima, et cur[g] hoc feceris, sic admiror, ut velim ex his aliquantula coram te prodere et, quare dimiseris, addiscere. Ante quippe quam introisset Arialdus[4] Mediolanum ad predicandum publice, ad Varensem[2] 1056. plebem clericorum multitudinem convocavit eisque, sub quibus essent erroribus, indicavit et, ut[h] ab eis recederent, benigne ammonuit. Qui eius verba spreverunt dicentes: 'Nobis enim ideo haec loqueris, quia ineruditos cognoscis. Ceterum si doctor haberi vis credibilis, vade et in urbe haec loqui noli timere. Quod si agere ausus fueris, quae[i] dicis credenda comprobabis.'[3] Et tunc urbem ingressus et populum, sicut tu dixisti, est allocutus. Nam in ipso exordio suae predicationis tam diu cum aliquantis fidelibus per venerabilia loca sanctorum flagitans suffragia nudis incessit pedibus, donec sic intumescerent, ut super eos nullo modo existere posset. Duo denique sapientissimi clerici audita eius (84) fama de longinquis regionibus ad eum venerunt, ut cognoscerent, quomodo ipse scientia polleret. Quorum unus ei se in altercatione[j] obtulit[k] et a mane usque ad horam fere nonam altero penitus silente utcunque restitit, et tunc sic est devictus, ut nec quid insolubile obicere nec posset obiecta exsolvere. Alium vero, quia nimis eruditum repperit, die eodem devincere non potuit, sed in altero prostravit. Quos licet devictos quia valde doctos invenit, multum dilexit eisque[l] omnem benigne humanitatem impendit et sic tandem *f. 56r. abire permisit[m]. Accidit enim[n], ut semel transiret *per plateam quandam iuxta domum pontificalem sitam, aliquantos autem viros, quos ibi repperit, ammonere[o] cepit. Erant enim tunc Wido et ordinarii multique alii clerici in eadem domo pariter congregati. Quod cum audissent, sapientiorem omnibus elegerunt eumque ad ipsum direxerunt, quatinus ei resisteret et, quae dicebat, fore vana diceret. Nam in paucis sic protinus verbis conclusus est, ut retro turpiter rediret velociter. Quem cum sui interrogassent, quid egisset, ait: 'Scitote aut ipsum non esse hominem aut alterum fore, qui ab eius loquitur ore'.

*) *In margine manu secunda:* Nota de monasterio Vallumbrosae[p].

a) *ita*, uallis *corr. ex* ualle *manu correctoris(?) c.* b) semotum *in loco raso manu alia c.* c) sepuchrum *c.* d) e *supra lineam add. manu scriptoris vel correctoris c.* e) tam *supra lineam add. manu eadem c.* f) a *corr. ex* e *c.* g) Arialdus *sub linea add. manu correctoris c.* h) ut *supra lineam add. manu scriptoris vel correctoris c.* i) er *in loco rasi c.* k) obtulit *in loco raso manu correctoris(?) c.* l) eisque *in margine add. manu correctoris c.* m) per *supra lineam add. manu eadem c.* n) etiam *supersor. manu saec. XVI. c.* o) *prius* m *deletum corr. d manu* ?*inter c.* p) vall'e *c.*

1) Nomen adhuc superest in 'Val travaglia', valle in sinistra lacus ripa sita. 2) Varese, a Como ad occidentem. 3) Cf. similia a Landulfo III c. 6 relata.

(85) Haec omnia, quamvis non interfuisti, Bonovisino narrante pleniter didicisti. Illud preterea famosissimum zelum, quo hereticum quendam ab altare[a] reppulit, cur non dixisti? Timuisti forsitan, ne in eo aliqui scandalizarentur. Scito, karissime, quia dicta factaque Arialdi immo et Christi incredulis et perversis plena[b] scandalis, piis vero fomenta sunt ardoris et lucis. Ea igitur istis pandamus, de illis vero Salvatorem dicere audiamus: 'Sinite', inquit, 'eos, quia ceci sunt et duces cecorum'.[1] Transeunte ergo per maiorem ecclesiam cum fratribus Arialdo Christi famulo audivit, quod in eadem hora quidam adulter et symoniacus ad quoddam ipsius basilicae altare accesserat, ut se simularet ibi canere missam. 'Eamus', inquit, 'illuc'. Ad quem cum pervenisset, ait: 'Cum enim tu sis talis, quali ecclesiae valvae patere minime deberent, cur sanctum altare presumis pollutus contingere et illa misteria agere, quae solummodo innocuis et castis sunt commissa, te fingere? Aufer te hinc quantotius, putride!' Qui cum inde se non amoveret, vir Dei manum ad planetam misit eamque ab eius tergo extraxit et ipsum ab altari expulit. Erant enim tunc in circuitu eiusdem ecclesiae causa negotiandi tam civiles viri quam suburbani pariter congregati. Qui exiit et per forum querimoniam fecit. Commoto itaque populo dimissisque negotiis ac fustibus elevatis per hostia irruunt, ut ipsum querant et perimant. Ipse vero sciens, quae ventura erant, non fugerat, sed gradum ascenderat ibique populum expectabat. Videntes ergo eum in gradu stantem sacraque manu innuentem, omnes deponebant fustes et se ad audiendum parabant super ipsos innitentes. Facto denique silentio magno[2] predicationem sic mellifluam composuit, ut corda, quae fuerant commota et conturbata per falsi verba sacerdotis, operante et instigante adversario, sedarentur et dulcorarentur per verba veri Christi famuli, operante et flante Spiritu sancto, et ora, quae intrando vesane proclamaverant: 'Moriatur, moriatur', exeundo dicebant orando: 'Faciat te Christus per
(86) multa tempora vivere, qui huic loco te pro nostra salute est dignatus dirigere'. *Quis *f. 58 enim laicorum suam in coniugio habens consanguineam audebat ecclesiam ingredi, in qua morabatur Arialdus famulus Christi? Nam tales ex ea personas pro hoc pepulit, ut non solum fecisse, sed etiam estimasse obstupendum sit. Monachos autem consortium symoniacorum abbatum falsorumque fratrum fugientes benigne suscipiebat. Sed numquid eorum aliquis in eius presentia erat ausus vacare, quatinus aut non legeret vel non oraret aut aliquid non ageret? Nam si interdum in eius vacarent absentia, sic pavide illum sentientes venire ad predicta recurrebant opera, quemadmodum solent in scolis pueri vacantes ad lectionem recurrere magistrum sentientes venire. Quis enim, dum predicaret, in eodem loco muttire audebat?[3] Nam qualiscumque persona esset, ilico audiebat: 'Sive tu tacebis sive ego, quia scriptum est: "Nolite mittere margaritas vestras ante porcos"[4]'. Sed licet tam severus esset contra delinquentes, quis mitior erat[c] in suscipiendo penitentes? Cum enim viri, qui dicebantur presbiteri, in adulterio deprehenderentur et a facie populi persequentis locus eis tutus minime pateret alibi, ad ipsum confugiebant. Quos si pure confessos cerneret, protinus eos in omnibus omnino locis, excepto altaris officio, suos faciebat participes, nec deinceps apparebat quisquam, qui dicere contra eos presumeret quicquam. Die vero parasceue in cubiculo clauso nudus confitebatur coram ceteris fratribus, quicquid a cunabulis deliquerat, et pro culpa unaquaque se faciebat verberari acerrime. Nemo enim id facere cogebatur invitus, sed permittebatur, si quisquam hoc[d] agere vellet spontaneus. Haec, quia tibi sunt nota et edificationi utilia, cur omisisti, obsecro, ne sileas, sed mihi super hoc nimis admiranti prodas.

(87) Andreas.

Estimas, venerande Syre, estimas me dixisse, quicquid me contigerit de beato Arialdo scisse? Audi adhuc, qualia tria pretermisi, ut ex his intellegas[e] me multa alia evidenter de eo cognovisse et scienter omisisse. Perrexerat enim aliquando invitatus ad ecclesiam Cumanae civitatis, ut paceficaret[f] dissidentes clericos ipsius urbis. Erat quippe tunc

a) *postea corr.* altari *c.* b) *post* plena *sequitur locus rasus c.* c) -ior erat *in loco raso manu poster. c.* d) hoc *supra lineam add. manu correctoris c.* e) e *corr.* i *manu poster. c.* f) *prius* e *corr.* i *manu poster. c.*

1) Matth. 15, 14: *sinite illos, caeci sunt, duces caecorum.* 2) Cf. supra p. 1065 n. 2. 3) Cf. supra p. 1065 n. 3. 4) Matth. 7, 6: *neque mittatis margaritas vestras ante porcos.*

tempus quadragesimale. Cumque ad unum altare convenissemus, ut officium vespertinale persolveremus, unum quid — non recordor modo, utrum fuisset de antifonis vel responsoriis — sic elapsum est ab omnium memoria, ut penitus inveniri nequiverit. Salubri igitur consilio reperto signum salutare sibi in fronte impressit, iuxta altare se prostravit, rem perditam a Domino petiit, quam sic protinus invenit, ac si in loco, quo posuit oculum, id, quod petebatur, haberetur descriptum. Aliud vero signum factum est, dum illum ex (88)
*f. 57. aqua laci proiectum ad urbem duceremus. *Erat enim in quodam vico quidam rusticus per multa tempora morbo paralisi dissolutus. Qui cum audisset, quod Christi martyr per viam duceretur, *fidem habens firmam in eandem fecit se viam ferri ibique dimitti. Transeunte itaque turba, quae feretrum precedebat, martyrem infirmus expectabat. Ad quem cum pervenissent qui ipsum portabant, ab infirmo eodem obnixe rogati perstiterunt, eum coram ipso deposuerunt[a], et, nescio utrum ex solo visu an tactu, sanitati sic est protinus redditus, ut, qui vix aliorum manibus defferri valebat, statim suis firmiter incederet plantis. Nam ego tunc aderam inter subsequentem turbam, sed cum audissem hoc, tam fortiter firmavi gressum, ut veniens ante feretrum virumque inspicerem firmiter incedentem Deumque laudantem. Tertium vero, quod narro, miraculum non quidem (89)
egomet vidi, sed quadam persona valde fideli narrante didici. Erant aliquanti viri ad Portam Ticinensem simul congregati. Ceperunt itaque confabulationem habere tam de Arialdo Christi famulo quamque de his, qui ad[b] eius venerandum adorabant sepulchrum. Tum unus superbo malignoque spiritu afflatus tale execrandum protulit verbum: 'Maius', inquit, 'desiderium est michi super ipsum mingere quam illum adorare'. Quem tam sevus internorum viscerum ilico dolor apprehendit[1], ut neque quiescere neque mingere ei licuerit, donec nimio dolore cogente pariterque aliquorum cohortatione virorum consiliante munus ad beati Arialdi sepulchrum obtulerit ibique adoraverit. Et sic pristinam sospitatem adeptus est humiliatus, quam iuste amiserat superbus. Si enim bona omnia, quae de eo noverim, scribere vellem, prius dies et carta deficeret quam sermo[2]. Verum quia tanta de eo scripta sunt, in quibus satis potest dinosci, quis vel unde fuerit quidve docuerit vel quid pro Christo perpessus sit, metam igitur ponamus. Deumque trinum et unum benedicamus, cui sit honor et gloria in secula seculorum[3]. Amen. Amen. Amen o Christus.

a) de *bis scriptum, prius del., c.* b) ad *lineis del. manu poster. c.*

1) Cf. 2. Mac. 9, 5: *apprehendit eum dolor dirus viscerum.* 2) Cf. Hieron. ep. 108, 13, 6; A. Hofmeister, 'Die Prüfeninger Vita des Bischofs Otto von Bamberg' ('Denkmäler der Pommerschen Geschichte' I, Greifswald 1924) p. 8 n. 3. 3) Rom. 16, 27 atque saepius: *cui honor et gloria in saec. saeculorum.*

VITAE SANCTI IOHANNIS GVALBERTI.

EDIDIT F. BAETHGEN.

I. Sancti Iohannis Gualberti Vitarum, quae adhuc exstant[1], *sine dubio vetustissima ab Andrea abbate Strumensi, qui et s. Arialdi vitam passionemque narravit (cf. supra p.* 1048), *conscripta est. Huic sane operi optime convenit famosum illud 'habent sua fata libelli'. Nam cum adhuc Andreae de s. Ambrosio, dicto Ianuensi, praesto esset, qui a.* 1419. *vetustioribus eiusdem sancti patris usus Vitis novam compilavit (nunc in tabulario regio Florentino 'Conventi soppressi' 260 nr. 233, 243; cf. AA. SS. Mart. II, 50, Davidsohn, 'Forschungen aus älteren Geschichte von Florenz' I, 53), postea ex oculis plane evolvit nec iam inveniri poterat a patribus Bollandistis, cum secundo Martii volumini Actorum Sanctorum a.* 1668. *edito 'commentarium historicum de b. Andrea abbate (Strumensi)' insererent (p.* 48*sq.). Attamen vergente eodem saeculo bene contigit Aurelio Casario, ordinis et congregationis Vallisumbrosae monacho, quod inter abbatis Petracci manuscripta librosque codicem quendam eiusdem Vitae deprehendit atque in archivo monasterii Vallisumbrosae deposuit; cuius codicis apographum a se factum patribus Bollandistis transmisit, qui eo nisi a.* 1723. *primam eiusdem Vitae editionem recudendam curaverunt in AA. SS. Iul.* 12. *III,* 343*sqq. (3. ed. p.* 327*sqq.). Codex vero a.* 1808. *iussu Napoleonis imperatoris post suppressionem monasterii cum aliis tabularii codicibus instrumentisque primo in praefecturam, deinde in archivum maius Florentiae, hodie 'Reale Archivio di Stato' nuncupatum, translatus est. Ubi quidem denuo aliquamdiu latuit, sed nuper inventus extat hodie signatus 'Conventi soppressi' 260 nr.* 259.

Hic codex, unicus nobis notus[2], *quin idem sit, quem saeculo XVII. exunte in manibus habuit Aurelius Casarius, supra nominatus, dubitari non licet. Nam ex epistola a.* 1691. *a Casario Bollandistis directa atque in praefatione editionis iam dictae (p.* 316*) prelo data apparet codicem illum 'peculiarem chirographicum in 4° minori' in tegumento, sicut et nostrum, litteris deauratis* S(ancti) Io. Gualb(erti) Vita a. b. Andr(ea) abb(ate) Strum(e)ns(i) conscrip(ta) *intitulatum atque eodem modo quo nostrum mutilatum fuisse. Pro compluribus enim codicis manu saec. XI. ex. aut saec. XII. in. conscripti, quae deperierant, foliis iam tunc alia quaedam, manu 'semimoderna', ut dicit Casarius, nempe saec. XVI., exarata, inserta erant hodieque exstant, sc. fol.* 1, 2, 7 *atque* 9; *necnon fol.* 46, *vetustum quidem, recentiori agglutinatum est. Unde*

1) Beatum Teuzonem, abbatem Razolensem, a. 1095, ut traditur, mortuum, fuisse primum, qui s. Iohannis vitam describeret, affirmant posteriores ordinis Vallumbrosani scriptores, e. g. Bernardo Serra, 'Compendio delli abbati generali di Valembrosa' (Venetia 1510) f. 5, Diego de' Franchi, 'Historia di San Giovangualberto' (Fiorenza 1640) 'Autori' § 32 ceterique. Cuius tamen Vitae versio tantummodo Italica duodecimo, ut contendunt, saeculo facta, illis autoribus erat nota, quae nunc latet; sed eam propinquissimam fuisse Andreae Strumensis et Hattonis Vitis facile colliges ex particulis allatis apud Diego de' Franchi l. c. p. 30 n. g, p. 72 n. b, p. 185 n. a, p. 335 n. b, p. 444 n. b ceterisque atque apud Fedele Soldani, 'Questioni Vallombrosane, Parte seconda' (Firenze 1733) p. 319. Vitamque illam Teuzoni esse attribuendam iam negavit Aurelius Casarius supra laudatus; cf. AA. SS. Iul. III, 315, Davidsohn, 'Forschungen' I, 50sqq., ubi de ceteris quoque s. Iohannis Vitis agitur. 2) In monasterio s. Benedicti de Mulegio prope Vercellas codicem quendam eiusdem Vitae esse inventum, deinde in archivo Vallisumbrosae asservatum refert Soldani, Historia mon. s. Michaelis de Passiniano to I (1741), 108; de quo nihil aliud constat.

etiam primum novorum atque idem totius operis folium sic incipit: Sancti Iohannis Gualberti Vallisumbrosę primi abbatis ac eiusdem ordinis institutoris vita a beato Andrea sancti Fidelis de Strumis abbate composita. Cum supplemento ex aliis auctoribus in locis, ubi aliqua presentis perantichi libelli folia desiderabantur, posito. *Qui autem sint alii illi auctores, ex quibus hoc supplementum haustum sit, diu exquiri non oportet. Omnia fere perpaucis aliunde additis ex alia s. Iohannis Gualberti Vita deprompta sunt, quam dreiter a. 1140. Hatto, episcopus Pistoriensis, antea manachus Vallumbrosanus, composuit quamque primus edidit Thesaurus [Velius] (Vita S. Iohannis Gualberti albatis. Romae 1612.), deinde Mabillon in Actis Sanctorum ordinis s. Benedicti VI, 2 p. 268 sqq. (2. ed. p. 275 sqq.); unde repetita est in AA. SS. Iul. III, 365 sqq. (3., ed. p. 348 sqq.)*[1] *atque apud I. P. Migne, Patr. Lat. CXLVI, 671 sqq. Atqui cum Hattonis liber, quantum animadverti potest, non sit nisi nostrum Andreae Strumensis opus in novam formam redactum raroque mutatum neque mullis iisque parvi momenti narrationibus auctum, nimis de foliis illis deperditis dolendum esse non videtur atque verisimile est in eis similia contenta fuisse, quae et in Hattonis Vita servantur; nisi forte aliquo dolo folia illa excisa sunt, quia, quae in eis narrabantur, posteris non iam placebant eandemque ob causam Hatto quoque his locis ab Andrea discesserat. Neque vero finis totius operis in codice nostro temporibus Casarii adhuc integer supererat neque hodie superest; immo f. 48' narratio non completa abrumpitur, quaeque sequuntur ad opus non pertinent. Folia enim scorsum* 1—28 *numeratis exstat* Consuetudo Vallymbrosanae congregationis, *iam edita a B. Albers in 'Consuetudines Monasticae' IV (1911), 233 sqq.; cf. 'Revue Bénédictine' XXVIII (1911), 432 sq.; ultima autem folia precationes aliquas et constituta concilii abbatum Vallumbrosanae congregationis saec. XII. habiti continent.*

Vetustam saeculoque, ut dictum est, XI. ex. vel XII. in. exaratam codicis nostri partem autographum ipsius Andreae Strumensis esse verisimile non est. Compluries enim scriptor errasse videtur, cum pro proximo secundum post illud verbum describere inciperet[2] *atque nonnullis ex locis Hattonem meliorem quam nostrum prae oculis habuisse textum coniciasse*[3]*. Codicem tamen non longiore temporis spatio distare apparet ab origine operis. Auctor enim noster in 83. capite seriem abbatum totius congregationis generalium enumerat usque ad Rusticum eumque per sedecim annos (1076—1092) congregationem rexisse dicit, ita ut paulo post mortem illius a. 1092. Mart. 12. factam opus litteris mandatum esse facile cognoscas. Erizonis enim, qui post Rusticum regimen accepit duosque tantum tenuit annos, mentio omnino nulla fit; quodsi ea ratione ductus Rustici adhuc tempori librum tribuere malis, postea interpolatum esse numerum annorum a Rustico completum necesse est suspicari. Cum his optime congruit mentio in c. 29. facta de Teucone monasterii Razolensis abbate,* qui adhuc superest, *quippe qui a. 1095. mortuus esse memoriae tradatur*[4]*. Nec obstare potest, quod in ultimo operis capitulo, nobis quidem noto, Bernardus Parmensis civitatis episcopus laudatur, qui a. demum 1106, mense Oct. vel Nov., hunc episcopatum regere coepit. Nam miracula c. 84—95. contenta, pro eo quod ultima capitis 83. verba finem manifesto indicant, operi iam perfecto postea addita esse videntur atque primum eorum (c. 84) certe ab ipso Andrea nostro Iohannem Passinianensis coenobii cellerarium narrationis suae testem hic nuncupante. Attamen omniane illa capitula auctori nostro adscribenda sint, dubium videtur, praesertim cum Andream, si non iam prius, at certe d. 10. mensis Martii eiusdem anni 1106, quo exeunte Bernardus ille Parmensem episcopatum suscepit, mortuum esse iam prius (supra p. 1048) demonstratum sit. Et accedit, quod Hattonis Vita ultimis capitulis magis solito ab opere in codice nostro contento discrepat atque illud Bernardi nonnullaque alia illorum miraculorum in ea desiderantur.*

De indole operis ab Andrea compositi pauca hic addere satis habeo. Sanctum patrem ipsum se cognovisse nullo loco, attamen sociis eiusdem tunc etiam superstitibus relata sua se debere complures (c. 42. 57. 84) dicit. Qui vero quot fabulis iam tunc simplicem rerum seriem exornaverint, immo depravaverint, ex Vita anonyma post hanc a nobis edita optime patet fusiusque ostendit R. Davidsohn, 'Forschungen' I, 50 sqq. Sermo operis paululo cultior est, quam quo Arialdi Vitam auctor noster conscripserat (supra p. 1048), nisi quod grammaticas locorum significationes pari modo atque in illa confundere solet. Scriptorum veterum auctoritatibus praeter

1) Adiuncto brevi epilogo, quem 'inter manuscripta sacrarii et bibliothecae Vallumbrosae latentem .. detexit .. Aurelius Casari' supra p. 1076 nominatus (l. c. p. 382; 3. ed. p. 363).
2) Cf. infra p. 1091 n. g; p. 1092 n. b; p. 1092 n. q; p. 1095 n. c et cetera.
3) Cf. p. 1089 n. f; p. 1090 n. f, g, l.
4) Davidsohn, 'Forschungen' I, 51.

sanctam scripturam rarissimis, nempe Regula s. Benedicti atque singulis locis Gregorii Magni Dialogis et Regula pastorali, utitur.

Editionem principem a patribus Bollandistis instauratam iamque supra a nobis laudatam non nisi una alia secuta est, cum I. P. Migne in Patrologiae Latinae tomo CXLVI, 765—812 illam nude repetiit. Nostrae econtra parandae fundamento erat phototypum codicis unici Florentini 'Reale Archivio di Stato, Conventi soppressi' 260 nr. 259 (= c.), de quo iam supra egimus, Florentiae iam prius a viro cl. H. Bresslau in usus nostros inspecti. Exaratus est praeter folia illa postea inserta una manu saec. XI. ex. aut XII. in.; manus correctorum coaevorum non semper pro certo discerni possunt. Numeris in margine compluribus manibus additis totum opus in lectiones distributum est. Textum ita instituimus, ut genuinam solummodo operis partem daremus lacunasque ex Hattonis Vita in annotationibus compleremus, omissis quae in foliis postea insertis auctor quidam saec. XVI, ut iam dictum est, adiunxerit.

Capitum numeros, qui desunt in codice Andreae Strumensis, supplevimus necnon editionis Bollandistarum uncis rotundis inclusos in margine addidimus. Orthographiam codicis servavimus, nisi quod pro ae, e aut e, quae in codice variantur certo modo non retento, semper posuimus e, exceptis primae declinationis terminationibus. Item fecimus etiam in epistola cleri et populi Florentini ad Alexandrum papam II. directa Vitaeque ab Andrea inserta (infra c. 75). Quae epistola etiam alibi servata est, nempe 1) in V = Cod. Romano Vat. Reg. Suec. 551, saec. XII. in., fol. 124b—126b, quem in usus nostros benigne inspexit v. cl. K. Schellhass; deinde 2) in L = Cod. Florentino Laur. Pl. XX, 22, saec. XI.[1], ubi exstat epistola in ultimis foliis manu saec. XII. exarata; unde epistolam divulgavit G. M. Brocchi, 'Vite de' santi e beati Fiorentini' (Firenze 1742) I, 148—155; cf. Lami, 'De eruditione apostolorum liber singularis' (Florentiae 1738) p. 279 nr. CXXX; ed. altera (Florentiae 1766) pars II, 827 nr. CXXXX; Mansi, Conciliorum supplementa I, 1360; quem codicem in usus nostros benigne contulerunt Chr. Hülsen et Ios. Rosselli. Latet denique codex ille bibliothecae S. Remigii Remensis, quo usus Mabillon, Ann. ord. s. Benedicti V, 2, nihil aliud nisi inscriptionem epistolae protulit. Posteriores, scilicet Vitam auctore Hattone atque in ea quoque epistolam complectentes insertam, omittimus codices. Quorum singulis fulti epistolam typis expresserunt Baronius in Annalibus ecclesiasticis ad a. 1063. necnon Diego de' Franchi, 'Historia del patriarcha S. Giovangualberto' (Fiorenza 1640) p. 453sq.

In textu Hattonis recensendo adhibuimus

1) codicem Florentinum archivi regii membranaceum, olim S. Cassiani di Monte Scalari, in 'Sala della mostra' quae dicitur repositum, saec. XV. nitidissime exaratum[2], ubi f. 1—36 Sancti patris nostri Iohannis Gualberti Vita *edita a beato Viro Atthone Pistoriensi episcopo, f. 39—40'* exemplum privilegii *Coelestini papae III.* in translatione sancti Iohannis Gualberti *(d. d. 6. Oct.* 1193, *Jaffé-L.* 17035, *Kehr, It. pont. III,* 114 *nr. 49), f. 72—82* Vita Sancti Bernardi Abbatis *(de qua vide infra in fine huius voluminis), f. 82—84 miracula eiusdem legantur;*

2) editionem a. 1612. *a Thesauro [Velio] congregationis Vallisumbrosae et S. Praxedis de Urbe abbate institutam, quam Mabillonius repetiit. Quem codicem adhibuerit, Thesaurus non indicavit. A codice* 1 *in singulis verbis hic illic recedit, sed in inscriptione (v. l.* 33*) et subscriptione[3] cum eo convenit.*

Codicem 1 *a.* 1913. *socius noster A. Hofmeister evolvit et imagines lucis ope faciendas curavit, quibus usi sumus. Praeterea variam lectionem eorum codicis Andreae Strumensis foliorum, quae manu saeculi XVI. suppleta sunt (v. supra p.* 1076 *sq.), sub signo c*. adscripsimus.*

II. Quibus absolutis nunc de altera Vita auctore anonymo agendum est. Hic auctor quod expressis verbis permulta sibi esse omittenda, quia haec omnia in alio sunt opere diligenter demonstrata et per diversas divulgata provincias, *dicit nec de miraculis sancti patris sibi esse referendum existimat,* quia de his in alio eleganti opere scriptum habetur, *dubium non est, quin Andreae opus in manibus habuerit nonnullisque in locis, ut in margine textus demonstratum est, eo usus sit. Post a. igitur* 1092. *(cf. supra p.* 1077*) hanc Vitam esse scriptam apparet.*

1) Bandini, Lat. I, 681. 2) Cum quo codice artissime cohaeret alter eiusdem Vitae codex Florentinus archivi regii sign. 'Conv. soppr.' 260 nr. 242 (olim in dorso sign. no. 81, eras. 16), chartaceus, a. 1594, *a domino Marco de Pelago, dum esset abbas sanctę Reparatę de Marradio,* scriptus, quem A. Hofmeister evolvit. 3) *Ioannis Gualberti, celeberrimi nostri Patris Sanctissimi ac Venerabilis Vita Finit.*

Ex altera autem parte, quis sit terminus ante quem, minus pro certo constitui potest. Nam cum visionem solis lunam persequentis, quam ipso audiente clericis Florentinis a. 1067. *aut* 1068. *a symoniacis expulsis senex quidam narraverat, significasse dicat auctor noster* aestum, quo rex cum reliquis infidelibus vehementer persequitur ecclesiam; ipsa vero confugiens ad auxilia populorum aliquo post Deum eorum defenditur adiutorio: *haec de Heinrici IV. quam de V. temporibus intelligenda esse malis. Neque tamen cum hoc congruere videtur, quod alio loco laudibus effertur in monasteriis aedificatis vel restauratis et regulariter ordinatis* usque hodie divinam crescere gratiam et per diversas ab his regiones usque ad insulas maris monasticam religionem propagari. *Quibus verbis, quin certum in insula aliqua situm indicetur monasterium, vix dubites. Talis autem monasterii nulla fit mentio in bulla a.* 1115. *Febr.* 9. *a Paschali papa II. congregationi Vallumbrosanae data*[1]. *Et primum, quod novimus, coenobium insulare, scilicet S. Michaelis de Plaiano (Turritanae dioecesis), a.* 1127. *Sept.* 3. *canonici Pisanae ecclesiae Vallumbrosanae congregationi tradiderunt*[2]; *sed nescimus omnino, quo anno alterum in insula Sardinia situm, scilicet S. Michaelis de Salvenero monasterium, quod gubernationi abbatis Vallumbrosani subditum primum occurrit in Innocentii papae II. privilegio a.* 1139. *Maii* 25. *dato*[3], *congregationis nostrae ordinem acceperit. Accedit, quod nonnumquam animadvertimus Vallumbrosanos monasteria quaedam sibi multo prius vindicasse, quam in privilegiis apostolicis confirmata sint; e. g. monasterii S. Mariae de Cuneo, quod sub Rudolfo abbate generali (*1073—1076*) incorporatum esse refert Andreas Strumensis c.* 89, *nec in Urbani II.*[4], *nec in Paschalis II. privilegio*[5] *ulla fit mentio, sed in Anastasii IV. bulla a.* 1153. *Nov.* 22. *data*[6] *primum commemoratur, similiaque de monasterio S. Mariae de Osella reperies. Ergo aut monasterium illud S. Michaelis de Salvenero, quamvis in Paschalis II. privilegio non occurrat, iam antea ordo Vallumbrosanus suum existimabat, ita ut fieri posset, ut iam Heinrici IV. temporibus monasticam religionem usque ad insulas maris propagari praedicaretur, aut vero loco illo, quo rex ecclesiam persequi dicitur, Heinricus V. denotatur, quod quidem non nisi ante annum* 1122. *fieri potuisse apparet, nisi forte tempus praesens rhetorice tantum usurpatum est. Id unum constat auctorem anonymum in 'fragili aetate', i. e. in pueritia, ipsius s. Iohannis disciplina eruditum esse, immo iam a.* 1067. *aut* 1068. *fuisse in ecclesia S. Martini ad Palmas, ubi clerici quidam a symoniacis Florentia expulsi morabantur, quaeque ibi narrabantur, memoria retinuisse; quam rationem, si sequeris, post annum circiter* 1120. *opus eius conscriptum esse vix concies.*

Perpauca tantum alia de auctore nostro anonymo dicenda sunt. Multa se in s. Iohanne et ab s. Iohanne ipso vidisse et audisse ait; praeter eum Rodulfum praesertim abbatem Muscetanum narrationis suae testem saepius affert. Non mediocris eum fuisse ostendunt eruditionis loci ex Platonis Timaeo Horatiique epistolis prolati; multo autem pluris aestimanda est narrandi eius ars elegans atque viva, qua plerosque eiusdem temporis auctores antecellit. Neque tamen opus eius Vallumbrosani ordinis fratribus admodum placuisse videtur, cum miracula illa, quibus iam Andreae Strumensis narratio simplicem sancti vitam deauraverat, repetere spernerent; itaque solum Andream Ianuensem iam supra p. 1076 *nominatum in Vita sua elaboranda anonymi opere usum esse vix mireris, unde particulas aliquas ediderunt Bollandistae in AA. SS. Iul. III,* 327 *(*3. *ed. p.* 312*). Unicum operis nostri codicem a.* 1891. *invenit R. Davidsohn Florentiae in 'Biblioteca Nazionale', 'Conventi soppressi' C.* 4. 1791 *(olim monasterii S. Mariae Silvarum, prope Lastram ad Arnum), saec. XII. ineuntis, ubi exstat f.* 178—184'. *Inde primum integrum typis excusum est apud Davidsohn, 'Forschungen' I,* 55*sqq., qui etiam p.* 50*sqq. fusius de hac Vita egit et primus editioni in nostra collectione parandae manum iniecit. Codicem in usus nostros denuo inspexit v. cl. H. Bresslau b. m.*

F. Baethgen.

1) Cf. Kehr, Italia pont. III, 89 nr. 10. 2) Davidsohn, 'Forschungen' I, 51 n. 1. 3) 'Göttinger Nachrichten' 1908 p. 238. 4) A. 1090; Kehr l. c. p. 88 nr. 6. 5) A. 1115; l. c. p. 89 nr. 10. 6) L. c. p. 92 nr. 18.

VITA IOHANNIS GVALBERTI AVCTORE ANDREA ABBATE STRVMENSI.

. . . . . *

deridet[a]: 'Nunc tamen vocetur et veniat'. Ad quem accersiendum abbas per semetipsum

*) *Quae hic primis codicis foliis deperditis (cf. supra in praefatione p. 1076) desunt, supplemus ex Vita auctore Hattone, superius p. 1077 laudata:*

1. Tempore, quo simoniaca et Nicolaitarum hereses per Tusciam et pene per totam Italiam diebus Henrici imperatoris ecclesiam catholicam in locis plerisque fedabant, erat quidam nobilis Gualbertus nomine, vir militaris, patria Florentinus[1], habens duos filios, quorum unus Ugo, alter Iohannes vocabatur. Qui secundum ethimologiam sui nominis gratia Dei variis virtutum operibus insignitus est, ut in hoc opusculo de ipsius sacra conversatione[b] ac piis moribus in sequenti clarebit. Iste dum satis carus parentibus ac vicinis, et qui eum noverant, pro honestate morum suorum vehementer existeret, accidit, ut quidam maligno spiritu commotus quendam propinquum eius occideret, unde occursum eius aliorumque prudentium[c], qui de consanguinitate defuncti erant, prefatus homicida modis omnibus devitabat.

2. Sed iam propinquarat[d] tempus, quo gratia divina misericorditer declararet in Iohanne, quis futurus esset et qualis ac quantus in exemplum humilitatis et misericordiae fidelibus multis esse deberet. Qui dum uno die cum armigeris suis Florentiam ire disponeret, in eodem itinere prefatum homicidam, qui propinquum eius interfecerat, ex improviso obvium habuit in loco, quem sic arta semita comprimebat, ut neuter posset in partem aliam declinare. Quem dum homicida predictus venientem eminus conspexisset, desperatus vita[e] protinus semetipsum equo proiciens in terram vultu demisso expansis manibus in modum crucis moribundus suum interitum expectabat. Iuvenis autem benignus videns eum taliter ex nimio timore solo procumbentem misericordia motus in eum pro sanctae crucis reverentia, quam brachiis et manibus lachrymando[f] signabat, indulgere sibi disposuit et, ut concito[g] surgeret nec timeret, admonuit.

3. Postquam autem inimicum in pace transire permisit ac de cetero libere quocunque vellet abire concessit, progressus paululum ad sancti[h] Miniatis[h] venit ecclesiam; quam cum oraturus ingreditur, crucem eiusdem ecclesiae caput sibi flectere contuetur, quasi gratias ei[i] redderet, quia pro reverentia ipsius suo inimico misericorditer pepercisset[2]. Et quid mirum, si omnipotens sibi huiusmodi reverentiam per imaginem suae crucis tunc voluit exhiberi, quem suo timori subditum, obsequio deditum[k], circa proximum visceribus caritatis undique plenum vidit! Ipse se amantes amat, servientes remunerat seque glorificantes glorificat[3]. Eadem vero crux pro indicio tanti miraculi in monasterio sancti Miniatis nunc usque sub multa cautela servatur[4].

4. Famulus autem Domini hoc videns admiratus et nimis pavidus factus cepit secum cogitare, quomodo posset[l] melius[l] Deo placere[m], credens et in animo suo sepius[n] evolvens[n], quanta foret premia recepturus in celo, si Domino pro viribus deserviret, qui tantum tamque preclarum miraculum pro parvo obsequio, sicut ei videbatur, apparuisse cognoverat. Disposuit itaque infra semetipsum odium mundi concipere, terrenos[o] honores falsasque divitias eius prorsus abicere ac solicite cogitare, quanta gloria iustis, quanta pena promittatur iniustis[p], quam vanum sit, spem in caducis rebus ponere[q] prius[q] et post eternis suppliciis subiacere.

5. Dum talia progrediens itinere quo tendebat anxius cogitaret, venit iuxta civitatem, ubi suis[r] armigeris[r] precipiens ait: 'Pergite[s] ad hospitium, ubi solemus descendere[t], et quae nobis et equis sunt necessaria, conciti[u] preparate[v]'. Socii[w] autem, sicut eis[x] dominus imperaverat, fideliter sunt[y] executi[y]. Recedentibus[z] eis[z] servus Domini Iohannes afflatus divino spiritu ab itinere, quod[a] ceperat, divertit et ad monasterium sancti Miniatis absque mora pervenit et descendens equo monasterii abbatem mox quesitum humiliter postulavit[b] audire desiderium suum et ad effectum ex caritate Dei perducere[c], aperiens sibi misericordiam, quam supradicto[d] homicidae clementer impenderat et qualiter ecclesiam post ingressus

a) *hic incipit vetus codicis pars f. 3, v. supra p. 1076.* b) *ita 1 (cf. in fine prologi Hattonis:* Itaque conversationis et vitae sancti Iohannis in honore sanctae trinitatis hoc fuit exordium*); conversione 2. c*. c) parentum *c*. d) propinquaverat 2. *c*. e) vitae 2. f) lachrymando *om. c*. g) concite *c*. h) quandam *pro s. M. c*; Miniati 1. i) eidem *c*. k) *segu.* et *c*. l) melius posset *c*. m) servire 2. n) sepe volvens *c*. o) terraneos 2. p) *segu.* et *c*. q) prius ponere *c*. r) suo armigero *c*. s) Vade *c*. t) desidere 2. u) conitus 1. *c*; *om.* 2. v) prepara *c*. w) Socius *c*. x) ei 1. *c*. y) est executus *c*. z) Recedente eo *c*. a) quo 1. b) postulauit, *sed -ui- exp., 1;* postulat *c*. c) producere 1. *c*. d) predicto *c*.

1) Generi *nobilium de Petrono* (hodie 'Petrojo' prope Florentiam) eum ascribit Vita quaedam anonyma, saeculi ut videtur XII., in codice Laur. XX, 6 f. 7*; cf. Davidsohn, 'Forsch.' I, 54; 'Gesch. v. Florenz' I, 163sq.

2) Huius miraculi in Vita discipuli s. Iohannis Gualberti anonymi inferius edita nulla fit mentio. Attamen idem in Germania accidisse iam prius narraverat s. Petrus Damiani in op. 40; cf. Davidsohn, 'Forsch.' I, 52.

3) Cf. 1. Reg. 2, 30: *quicumque glorificaverit me, glorificabo eum.* 4) Crux illa lignea pulchre depicta a. 1671. a monasterio s. Miniatis in s. Trinitatis ecclesiam translata (Soldani, Historia mon. s. Michaelis de Passiniano I, 147sq.), semel in anno vespere parasceues solemniter detegitur. Cf. Davidsohn 'Gesch. von Florenz' I, 829.

accedens eumque alloquitur sic: 'Pater tuus adest et causa te videndi advenit huc. Tu autem vade et cum eo, quid agendum est, age.' Et ille: 'Desine, pater mi, desine si placet, quia super hoc tuis preceptis[a] obsecundare non audeo, ne forte, cum eum adivero, vi me abstrahat[b] de monasterio secumque[c] reducat'. Cumque haec Gualbertus ille paululum persensisset, ut mos est obstinatis animo hominibus magna minari, cum aliquando nec possint facere parva, cepit magnis vocibus obstrepere, terribiliter minari ac dicere: 'Nisi protinus redditus fuerit filius meus, in quibus prevaleo, fortiter hoc monasterium adversabor'.

7. Tunc magnanimis ille Iohannes sancti Spiritus igne adustus, cum patrem audisset talia perstrepentem, ex fratrum vestimentis unum secum assumit concitusque ecclesiam petivit eumque super altare posuit et comam capitis sibi semetipse totondit apprehensoque e regione utraque manu vestimento se induit et in claustrum reversus arrepto libro legere cepit. Nichilominus abbas, cum haec, quae erant gesta, perpendisset, blanditer leniterque siscitari[d] cepit dicens: 'Filius tuus non ad te venire vult; tu autem, si libet, veni ad eum'. Et cum ad eum venisset Walbertus[e] et, ut erat compositus, vidisset, tam ille quam omnes, qui cum eo venerant, ceperunt pectus tundere, capillos vellere, vestimenta scindere et in terram semetipsos percutere magnisque vocibus eiulare ac dicere: 'O dulcissime atque amantissime, quare nobis sic fecisti, ut clam nobis dimissis sic abires?' Cumque haec et alia atque alia multumque replicassent, tandem pater ad semetipsum reversus eum benedixit et ad propria recessit.

8. Post haec igitur ille Deo fidelissimus Iohannes gratia Dei undique circumfusus permansit in eodem monasterio in omni hobedientia et sancta conversatione usque ad obitum abbatis, qui eo tempore in eodem monasterio degebat[1]. Tunc itaque in eodem monasterio erat quidam callidus et ingeniosus monachus nomine Ubertus[1], qui gloria cupiditatis captus et illectus per pecuniam regimen ab episcopo Florentinae civitatis[2], qui illi monasterio preerat[g], accepit. Quod beatus Iohannes comperiens cum alio sibi favente clam exinde[h] discessit et civitatem ingressi ad quendam magnum et famosissimum senem nomine Teuzonem venerunt, qui venerabilis vitae tunc intra Florentinae urbis menia in quadam parva cellula iuxta monasterium beatae Mariae semper virginis[i] prefatae civitatis[3] se concluserat, de qua cunctis salubria dabat monita et salutifera nemini negabat consilia[4]. Hic publice simoniam[k] damnabat, quae totum ecclesiasticum ordinem tempore multo penitus (9) invaserat. Ad quem vir Dei Iohannes accedens, his verbis alloquens: 'Obsecro', ait, 'mi

crucem sibi flectere caput aspexit, unde suae conversionis initium concepisset. Tum[l] abbas audito de cruce, quod ei intimaverat, inauditum miraculum et stupendum fore perpendens consuluit ei mundum eiusque gloriam per omnia derelinquere. Veruntamen optans eius velle plenius[m] scire[m] constantiam et perseverantiam probare, cepit ei dura et aspera predicere[5] et, quod homo corpore validus, iuventute floridus non facile posset monasticam pauperiem tolerare. Cui Iohannes: 'Non', inquit, 'appetenda est gloria temporalis, quae cito[n] transit, nec corporis fortitudo, quae cotidie deficit'.

6. Cumque haec et his similia colloquerentur[o] nec abbas ad plenum voluntati suae responderet, famulus, quem Florentiae[p] premiserat[q], dominum suum non venire considerans domum rediit et, quae facta fuerant de eo, genitoribus suis innotuit[r]. Unde pater turbatus et[s] anxius[s] Florentiam venit et totam civitatem per notos et[t] amicos[t] diligenter[t] inquirit, quid[u] de filio suo factum esset scire desiderans. Per ecclesias quoque discurrens[v] ad monasterium sancti Miniatis[w] veniens eundem[x] inquirit. Quid multa? Dum illic ersc[y] filium suum[y] audit et[z] ipsum monasticas vestes velle suscipere[z], Gualbertus rogat abbatem, ut filium suum ad se ducat[a]. Abbas autem ad Iohannem regrediens admonet, ut ad patrem egrediatur. Cui Iohannes inquit *etc.*

a) preceptis *in marg. corr. manu alia sed coaeca*, precibus *in textu, c.* b) h *supra lineam add. manu alia c.* c) q; *supra lineam add. manus alia c.* d) *sic pro* scisciatari *c.* e) -set Vualbertus *in loco raso c.* f) deg- *in loco raso c.* g) preherat, h *expunct. c.* h) x *supra lineam add. c.* i) *sequ. ur del. c.* k) simoniacam *corr.* simoniam *c.* l) Tunc 2. *c°.* m) scire plen. 2. n) cito *om.* 1. o) loquerentur *c°.* p) Florentiam 2. q) miserat *c°.* r) itulit, *om.* suis, *c°.* s) et anxius *om. c°.* t) et amicos diligenter *om. c°.* u) qd *c°.* v) *sequ.* et *c°.* w) Miniati *c°.* x) idem *c°.* y) filium suum esse *c°.* z) et — suscipere *om. c°.* a) deducat *c°.*; *hic desinit f.* 2' *c°., pergit f.* 3 *manu vetusta c., v. p.* 1080, *l.* 3.

1) Cf. de eo Davidsohn, 'Gesch. von Florenz' I, 166 n. 4. Iohannem re vera Uberto abbate monasterium intrasse apparet ex Vita anon. infra edita. 2) Hatto a. 1032 — c. 1044. 3) Vulgariter 'Badia' nuncupatum. 4) De Teuzone eremita cf. Davidsohn, 'Gesch. von Florenz' I, 161 sqq. 5) Cf. regulam s. Benedicti, c. 58 (ed. Linderbauer p. 73): *praedicentur ei omnia dura et aspera, per quae itur ad Deum.*

pater, ut michi in hesitatione posito non modica sancta tua ne deneges consilia. Sub simoniaco patre vivere timeo valde et, qualiter id declinem, penitus ignoro'. Cui respondit senex: 'Quod dicis, gratum satis habeo, sed quod consilium tibi dem, penitus ignoro. Nam ut sub Simone Mago[a] milites, a me nullo modo consilium accipies. Ad aliud si te in his partibus transferas monasterium, cum te putas dentes fugere leonis, morsum non evades serpentis.' Iohannes[b]: 'Ne pater omittas, quin consilium prebeas; nam paratus sum pro
(10) sequenda veritate quicquid iusseris facere'. Cernens igitur senex viri fidem et constantiam, gratulans dixit ad eum: 'Perge itaque cum tuo sodale et in foro publico civitatis coram omnibus episcopum et abbatem exclama esse simoniacos et tunc demum cede locum'. Qui eius monita complens, ad forum[1] die, quo sciebat omnes adesse, veniens episcopum
c. 1035. et abbatem appellavit simoniacos. Quod factum magnum omnibus intulit pavendum orrorem[c] proclamantibus multis[d]: 'Nullatenus evadat[e], sed occidatur'. Tunc quidam propinquorum illius eruentes eum clam dimiserunt[2]. Qui ad magnum senem reversi retulerunt, quid evenisset sibi. Et ille congratulans precepit in Romaniae[3] partibus pergere et aptum monasterium inquirere, ubi possent[f] Christo servire.

(11) 9. Pergentibus itaque per diversa monasteria per aliquantos dies, quidam pauper in una die se illis obvium tulit deprecans, ut sibi misericordiam tribuerent. Tunc vir Dei Iohannes ad suum comitem: 'Mitte manum', inquit, 'in peram[4], frater, et panem, quem habemus, divide medietatemque pauperi tribue'. Renuente illo atque dicente: 'Per diversa hostia[g] hodie[h] iste gradietur et habundanter[h] ei tribuetur; nos autem, qui non nisi unum panem habemus, unde sustentabimur[i]?' Et ille: 'Ne cuncteris, frater, tribuere'. Accepto itaque pane[k] pauper gratias agebat, et rursum imperat sodali aliam medietatem tribui. Quo peracto imperat castrum ingredi et sumptus sibi necessarios per domos inquiri. Perlustrante itaque eo[l] diversas domos ad ultimum reversus: 'Hen', inquit, 'qui panem iussisti tribuere, per totum castrum circumiens non nisi tria ova acquisivi'. Tunc quidam pastorum haec inspicientes, ad castrum pergentes, quaecumque viderant, intro nuntiaverunt. Et quidam misericordia motus, illis occurrens unum panem porrexit necnon et quaedam femina nitenti linteo alium detulit, tertium quoque alius condonavit. Tunc Iohannes: 'Hen frater, accipe quod dedisti'.

(12) 10. Peragrantes itaque diversa monasteria non admodum sibi apta inveniebant; ad Camaldulas[5] venire decrevit, ubi per multos dies degens abstinentiam et conversationem illorum inspexit necnon et iniuriam pertulit. Tunc prior, qui illo tempore aderat, ad sacrum ordinem eum promovere volens, et, ut stabilitatem daret, renuit, quia eius fervor nonnisi in cenobitali vita erat, ut beati Benedicti regula indicat[6]. Imperat ille[m] discedere suumque desiderium adimplere. Fertur namque divino spiritu[n] revelante[n] dixisse: 'Vade et tuum institutum incipe'. Qui inde progrediens[o] Vallisimbrosanum perrexit videre locum[7]. Ubi cum pervenisset, susceptus est gratanter a duobus fratribus ibidem morantibus licet seiunctis[8]. Cui cum placuisset locus, firmare deliberavit gressum.

(13) 11. Quo ibi morante et in sancta conversatione proficiente, non est Deus passus diu lucernam latere, quam disposuerat ad multorum animas illuminandas super ecclesiae ponere candelabrum[9]. Ad comprobandam namque eius vitam venerabilem creator om-

a) *super g signum abbrev. erasum c.* b) Iohannes *in margine add. manu alia c.* c) *ita (i. e.* horrorem, *sicut etiam in Vita auctore Hattone legitur:* horrorem*) emendandum videtur;* errorem c. d) multis *manu alia supra lineam add. c.* e) evadat *manu alia in margine add. c.* f) possint *corr.* possent c. g) h *manu alia supra lineam add. c.* h) habuntanter *corr.* habundanter c. i) sustetabimur *c.* k) pane *supra lineam add. c.* l) *sequitur* per *deletum c.* m) ille *supra lineam add. c.* n) rev. spir. *signis app. corr.* spir. rev. *c.* o) *sequ.* ad *deletum c.*

1) Forum postea vetus vel vulgariter 'Mercato Vecchio', nunc autem, mutato nomine saeculari, 'Piazza Vittorio Emanuele' nuncupatum. 2) Cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 168 sq. 3) I. e. Romandiola Florentina; cf. Repetti, 'Dizionario' IV, 809. 4) Cf. 1. Reg. 17, 49: *et misit manum suam in peram.* 5) Camaldoli, celebre a sancto Romualdo fundatum eremitarum coenobium, in Valle Arni superiore, quae 'Casentino' vulgariter appellatur, in dioecesi Aretina situm. 6) Cf. Reg. s. Benedicti c. 1 (ed. Linderbauer p. 38). 7) Vallombrosa, tunc Aquabella vocata, distat a Florentia ad orientem versus milia passuum circiter 18; cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 169 n. 1. 8) De his coenobii Septimensis monachis, qui vitam duxerunt eremiticam in silvis illis tunc remotis a hominum consortio, v. in Vita anonyma inferius edita. 9) Cf. Luc. 11, 33: *nemo lucernam accendit et in abscondito ponit, . . . sed supra candelabrum.*

nium rerum Deus miraculum ibidem ab ipso sui adventus tempore usque nunc[a] demonstrare dignatur. Nam arbor quaedam, quae vulgo fagus vocatur, supra non longe a loco eminens per singulos annos ante omnes flores producit foliisque vestitur.

12. Nam dum eius paulatim fama per vicinitatem diffundi cepisset, ceperunt ad eum (14) venire laici et clerici gratia visitationis et conversionis. Inter quos ille tunc venerabilis[b] qualitatis et in religione ferventissimus Herizo, qui custos fratrum et prior existens, supra[c] triginta annos in eodem monte ita stabilis perseverans, ut in his nec semel de[d] monte descenderit[d] ad villas. Tunc ille summae gravitatis et precipuae discretionis venerabilis Albertus[1], qui supra XL annos eiusdem cenobii cellerarius fuit et quocus[e] nec umquam pro labore cellae deseruit officium coquinae nec pro labore coquinae curam omisit cellae, tunc ille Teuzo magnanimis venit, qui ita usque ad senectam caritate fervens extitit, ut non solum animas, sed etiam omnia vellet mederi corpora.

13. Exierant de prefato cenobio[2] fratres plerique exemplo et amore Iohannis et ad (15) eum venientes novam cum eo apprehenderunt conversionem. Hi magistri exemplo et exortatione dum in sancta fervere cepissent conversione, tantorum virorum cepit fama spargi undique. Hoc audiens Itta, sancti Ylarii[f.3] abbatissa, cuius iuri locus pertinebat, gavisa nimis misit eis librorum et victuum quantulumcumque subsidium. Sed ut ait apostolus: 'Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur', tam 2. Tim. 3, 12. gravem infestationem a quibusdam viris iniquis, instigantibus spiritibus malignis, tunc sunt passi de loco volentibus expellere eos, ut eos etiam tederet vivere[4]. Qui innocentiam et patientiam amplectentes, eius verbis et actibus bona pro malis reddentes post multa certamina adepti sunt gratiam et victoriam. Manserunt tempore multo, ligneum tantum- (16) modo habentes oratorium. Indigentiam victuum tantam[g] perpessi sunt, ut plerumque tres per diem unum dividerent panem. Quaecunque erant camerulae et vestiarii, unius capacitas continebat sacci. In qua diu penuria ita erant exultantes et gaudentes, velut solent letari homines ceteri deliciis multiplicibus ferculati et opibus nimiis ditati.

14. Ceperunt confluere ad eum de diversis partibus etiam longinquis clerici et laici gratia conversionis. Tunc venit ille magnus[h] . . . . . *

*) *Lacunam iterum supplemus ex Vita auctore Hattone:*

15. Tunc venit ille magnus Rodulphus[1], qui tempore multo in eodem loco curam hospitalitatis habuit et post monasterii Muscetani[5] curam gessit in abbatis officium[*. 6]; Petrus quoque, qui diu procurator asinorum, postea[l] vaccarum fuit, deinde in Passiniano[7] prioris gessit officium, exhinc abbas in Ficiclo[8] et in ultimo Romanae ecclesiae cardinalis et episcopus Albanensis[9] extitit.

16. Tunc Letus[f.10] vultu et nomine, qui[m] Passiniano[m. 7] abbas fuit[m], et Rusticus, qui, donec Iohannes pater vixit, curam exteriorem gessit et tertius post obitum sancti viri Iohannis multo tempore totius congregationis curam prior optinuit[11].

17. Cerneus igitur pater Iohannes tot talesque viros sibi celitus in auxilium missos disposuit cum eisdem beati Benedicti regulam in omnibus observare cepitque noviter venientes ea probatione suscipere, quam insinuat regula[12]. Qui[n] variis ac multis probationibus prius in hospitio eruditi, post[o] in exteriori cella denuo probabantur[p]. Quibus anno completo vestes optatas dabat[q] facientibus manifeste regularem professionem[n]. Quibus exinde[r] non licebat[r] aliquid sumere vel querere, sed omnia a[s] priore dabantur *etc.*

a) u *in loco raso* c. b) -er- *in loco raso* c. c) sup̄ *c.* d) descenderit de monte *signis superpos. corr.* de monte desc. *c.* e) *sic pro* coquus *c.* f) Ylaris c. g) tantum c. h) *hic finit f.* 6', *sequens f.* 7, 7' *manu recentiore suppl. c.* i) *in voce* Rodulfus *incipit fol.* 7 *c*. k) officio 2. l) post *c*. m) venit qui fuit abbas de Paas. *c*. n) *quae hic in Hattonis codicibus inde ab* Qui variis *usque ad* professionem *breviter dicta sunt, fusius tractat f.* 7 *et* 7' *c*. o) postea 2. p) probantur 2. q) dabant 1. 2. r) non licebat exinde *c*. s) omnia *om., sequ.* patre *c*.

1) Quem iam ante 1037, Ian. 27. venisse apparet ex carta apud Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 169 n. 4 laudata. 2) I. e. de monasterio s. Miniatis. 3) Monasterium s. Hilarii, vulgo 'Sant' Ellero' nuncupatum, ad radicem montis Vallisumbrosae iuxta Arni ripam positum; cf. Kehr, It. pont. III, 81. 4) Cf. 2. Cor. 1, 8: *ita ut taederet nos etiam vivere.* 5) Monasterium s. Petri de Musceto (dioec. Florentinae), hodie 'Moscheto' in Apennino Mugellano; cf. Kehr, It. pont. III, 70. 6) Hunc esse eundem Rudolfum, qui post mortem Iohannis abbas totius ordinis factus est (infra c. 83), in traditione Vallumbrosana ponitur; cf. Acta SS. Iul. III, 307 n. f; nec tamen hoc ullo loco huius nec alterius Vitae expressis verbis dicitur. 7) Monasterium s. Michaelis de Passiniano (dioec. Faesulanae), hodie 'Passignano'; Kehr l. c. p. 104. Laetus primo a. 1049. m. April. abbas in cartis monasterii invenitur; cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 164 n. 6; 187 n. 5. 8) Monasterium s. Salvatoris de Ficiclo (dioec. Lucanae), hodie 'Fucecchio'; Kehr l. c. p. 476 sq. 9) Circ. a. 1074—1089. 10) Cf. de eo Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 198 et 806. 11) A. 1076—1092. 12) Cf. Reg. s. Benedicti c. 58 (ed. Linderbauer p. 73).

eis[a] dabantur omnia, sicut[b] precipit regula[1]. Habebat enim et hanc gratiam singularem Iohannes pater, ut in prima cum eo locutione et visione nosceret, si corde veniret quilibet recto an ficto. Et hoc ei donum a Iesu Christo collatum est, ut personam potentis vel divitis non libentius sumeret nec aliter tractaret quam infimi et pauperis. Et amabilius recipiebat pauperem cum mortificatione vera venientem quam divitem cum tota sua substantia. Magnum aiebat diviti esse impedimentum ad cor humiliandum ipsum, quam defert, pecuniam ad monasterium.

(19) 16. Videns denique Itta abbatissa locum crescere in nomine et religione, celitus
1039 Iulii 3. inspirata tradidit eidem loco per scriptum diffinitas terminationes in eius circuitu[2]. Tradidit etiam tunc vineam Pitigianam[3], quae grata tunc et est nunc usibus fratrum. Similiter in diversis locis diversas mansas[c].

17. Per idem tempus dum Iohannes Christi famulus, nomen et officium gerens prioris, fratrum animas et corpora sollicite procuraret, permaximam abstinentiam et prevalidum laborem sibi imposuit. Nam quando tempus reficiendi erat, parvissimo cibo vel potu suae necessitati subveniebat, ita ut non videretur se recreare, sed utcumque periculum famis et sitis temperare. Cum vero ante reficiendi tempus, utpote operi manuum anxie frequenter insudans, sitiebat, in frigidam aquam manus et pedes mittebat, ut ex nimio aquae frigore sitis utcumque periculum effugeret. In omnibus enim, prout possibilitas erat, observans regulae mandata nullo modo extra constitutam horam[4] comedere
(20) vel bibere volebat. Sed debilitas corporis id ferre non valens, in illam syncopin fracto stomacho cecidit, quam pertulisse legimus beatum Gregorium. Nisi enim eum frequenter reficerent, emittere spiritum funditus videretur[5]. Quam usque ad senectam[d], immo usque ad obitum pertulisse cunctis, qui eum noverunt, claret. Unde secum solebat semper portare, quod inevitabili necessitate cogente posset sepe manducare. Quando[e] . . . . . *).

*) *Vita auctore Hattone:*

18. . . . Quando autem famis violentiam[f] frequenter se deprimentis[f] indiscrete superare[f] aut refectionem differre conabatur, pre nimietate infirmitatis adeo dentes eius constringebantur, quod nisi eos aliquis cultellum intromittendo divideret et aliquem liquorem in os eius[g] poneret, expirare continuo credebatur[h]. Veruntamen sic incredibili langore iugiter cruciatus nullatenus murmurabat, sed suis hoc peccatis deputans continuis[i] laudibus divinam iustitiam commendabat. Qui priusquam infirmaretur[k], tantae fortitudinis sibi et ceteris tantaeque abstinentiae fuerat, ut, nisi ille cui cantamus 'Domine inclina celos tuos' sub infirmitatis huius occasione mentem eius humiliasset, valde rarus existeret, qui posset eius instituta servare. Cognita vero et experta propria infirmitate tantae misericordiae tantaeque discretionis effectus est, ut nemo misericordior eo crederetur. Qui licet corpore foret infirmus, in omni tamen custodia et sollicitudine mente pervigil erat. Quod videntes fratres eiusdem loci decreverunt ipsum eligere abbatem, quem noverant sanum et infirmum pervigilem priorem et sollicitum fuisse custodem.

Ps. 143, 5.

19. Itaque Florentini Theuzonis[6] consilio convenerunt de urbe et de castellis multi[l] religiosi et[m] clerici ac fideles layci sancti Hyllari confessoris[n] abbatissa[7] id maxime cupiente et cum fratribus eiusdem loci ipsum predictum patrem elegerunt in abbatis officium[8]. Quem nolentem et totis viribus resistentem de lecto traxerunt et ipsum licet invitum in maiori sede constituerunt. Qui dum[o] ad id violenter

a) *hic denuo pergit vetus manus incipiente f. 8 c.* b) ut *in textu, sed* sicut *supra lineam alia manu add., c.* c) mansas *in fine sequentis lineae c.* d) senectutem *corr.* senectam *c.* e) *hic finit f. 8', sequens f. 9, 9' manu recentiore suppl. c.* f) *ita emendandum videtur pro* famis violentia frequ. se deprimens ind. superaret l. 2; famis violentia frequenter se deprimentis ind. superare voluisset *c*.* g) eius *om. c*.* h) crederetur *c*.* i) continuo 2. k) infirmabatur *c*.* l) multi *om. c*.* m) et *om. c*.* n) conf. *om. c*.* o) cum 2.

1) Cf. Reg. s. Benedicti c. 55 (ed. Linderbauer p. 72): *et ut hoc vitium peculiaris radicitus amputetur, dentur ab abbate omnia, qua sunt necessaria.* 2) Instrumentum donationis a. 1039. Iulii 3. factae exstat apud Ughellum, Italia sacra ed. 1. III, 299. 3) Cf. in instrumento supra laudato: *concedo in Pitiano* (hodie 'Pitiana', prov. Flor.) *mansum unum . . . et vineam unam.* 4) Cf. Reg. s. Benedicti c. 41 (ed. Linderbauer p. 64). 5) Cf. Gregorii M. Dial. III, 33 (ed. Moricca p. 211): *cum quodam tempore in monasterio positus incisionem vitalium paterer . . ., quam medici molestiam Greco eloquio sincopin vocant, et nisi me frequenter fratres cibo reficerent, vitalis mihi spiritus funditus intercidi videretur.* 6) Cf. supra p. 1081 n. 4. 7) Cf. supra p. 1083 n. 3. 8) *Iohannes praepositus de monasterio S. Mariae* appellatur in carta quadam a. 1049. m. Nov., quam etiam propria manu subscripsit: *Iohannes prepositus;* Soldani, 'Delle Questioni ist.-chron. Vallombrosane Parte II' (1783), 211 sq.

19. . . . . functa[a] ad monasterium deferenda; prohibuit accipere capellas ad hoc, (23)
quod aliquando a monachis regi deberent; canonicorum, non monachorum hoc esse officium dicebat. Viderat enim sub talibus occasionibus falsae obedientiae multos monachorum ire per abrupta et inrecuperanda animarum incidere detrimenta. Nam id, quod duo vel tres monachi quolibet loco sub occasione obedientiae absque presenti pastore morantur, detestabatur et suis id facere omnimo interdicebat.

20. In animarum enim fervens custodia constituit, ut nullus monachorum limitem (24)
claustrae progredi presumeret nec etiam ad ipsa olera colligenda, nisi tres una progrederentur, exceptis his quibus suscipiendorum hospitum cura erat iniuncta et obedientia exterior[b] procuranda. Vestitos cucullis aut scapularibus et cinctos[c] omnes dormire precepit: hunc esse rectum sensum regulae[d] constanter affirmabat. Nec patiebatur esse dormitorium nocte sine claro lumine[2]. Dicebat enim levius ferendum sine lumine esse in nocte oratorium quam dormitorium, si egestas id in loco fore utroque non sinit. Fratres vero absque omni controversia vel contentione aliqua promto animo observabant, quaecumque pater precipiebat. Nam eius admonitione pariterque exemplo in tantum amorem observandae regulae venerunt, ut nec manuum opera[3] nec alia, quae videtur regula precipere, gravia omitterent, quin cuncta leto animo complerent. Vilitatem et extremitatem secundum consilium regulae[4] ita apprehenderunt, ut nec ipsas panum incisiones, cum commederent, super mantilia ponerent, licet ea coram haberent, sed super mensam[d] nudam. Cilicina vero tunc veste ita uti ceperunt, ut nec ad portandum quis eam ferre non valens cogeretur nec ad ferendum volens prohiberetur. Procuraverant fratres pro sustentatione (25)
vestium habere gregem ovium; quas cum providus pater diversi coloris esse cerneret, nigredinis scilicet et albedinis, timuit, ne si seorsum faceret nigram et seorsum albam, alter aliquando pannum vellet nigrum, alter album, et hac de causa inter fratres oriretur diversitas mentium, sicut exterius esset diversitas vestium; qua de causa fieri precepit pannum promiscuum. Quod Dei actum est providentia, ut deinceps nosceretur huius designatione omnis monastica persona, quae de tanti patris esset scola. Licet pro dolor tempore moderno appareant, qui se de hac scola esse vestibus, non moribus ostendant.

21. A diebus, quibus monachi ceperant ad eum venire, Deus, qui est inspector (26)
puri cordis[5] et cuius dilectione eius filius curabat monachos constringere sub districtione regulae, misit ei fideles laicos diversi ordinis, tam puram conversionem ostendentes in omnibus modis exortatione pii patris, ut pene nichil differrent a monachis[e]. Quibus nec proprium habere nec carnem comedere nec ad mensam loqui nec a parentibus vel amicis quicquam sumere licebat. Et nichil omnino a monachis distabant, preter quod permittebantur uti lineis vestibus in nimio fervore estatis, et preter silentium, quod in exterioribus occupati observare nequibant. Nam ea probatione recipiebantur[f] noviter venientes, ut eis (27)
per totum annum non daretur permanendi verbum certum, set sequestrati comedebant et ad capitulum vel ad communionem cum ceteris conversis comunicare eis libere non erat licitum. Tales igitur probatos conversos pater ad mercatum et ad omnia exteriora procuranda mente mittebat secura. Si igitur aliquis horum, postquam esset receptus, in-

cogeretur, dixisse fertur astantibus: 'Quid insanitis? Si pellicano nomen accipitris imposueritis, numquam erit nisi pellicanus'.

20. Itaque vir Dei sumpto officio et[g] abbatis nomine cepit sensum regulae diligenter inspicere et ad eius observationem totis viribus operam dare. Prohibuit monachos nunquam claustri limitem progredi *etc.*

a) *hic pergit vetus manus incipiente f.* 10, *in f.* 9' *manu recentiore suppleto ultima verba post* operam dabat *(cf. infra n. g) sunt:* vetuit de(functa) *c.* b) *ita c.: fortasse emendandum* exteriorum *cum Hattonis Vita c.* 20. c) cinc- *corr.* cinct- *c.* d) mensam *in margine add. c.* e) monichis, a *superscr. corr.* monachis *c.* f) recib- *corr.* recip- *c.* g) *pro eis, quae hic sequuntur, habet c*: nullum monacorum permittebat ad mercata vel ad loca secularia ire, infirmos extra monasterium visitare, ac sensum regulae diligenter inspiciens eius observationi operam dabat, vetuit de(functa) *et hinc pergit f.* 10 *incipiente vetusta manus in textu Andreae supra l.* 1 *c.*

1) Cf. Reg. s. B. c. 22 (ed. Linderbauer p. 56): *vestiti dormiant et cincti cingulis aut funibus.* 2) Cf. ib.: *candela iugiter in eadem cella ardeat usque mane.* 3) Cf. ib. c. 48 (p. 68). 4) Cf. ib. c. 7 (p. 48): *sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate vel extremitate contentus sit monachus.* 5) Cf. Prov. 24, 12: *qui inspector est cordis.*

veniretur in aliqua reprehensione de suprascriptis rebus, peracta culpa acerrima mulctabatur pena. Nam si inveniretur a patre non accepta res aliqua in aliquo, coram cunctis igne comburebatur et prevaricator talis peculiaritatis publice disciplinabatur duris flagris.

(28) 22. Erat Iohannes pater tantae austeritatis et increpationis contra delinquentes, ut, cui irascebatur, sibi irasci terra et celum, immo ipse Deus videretur. Sed post paululum tanta benignitate et tanta tranquillitate ad increpatum et correptum convertebatur, ut non nisi materna habere videretur viscera. Qua de re, qui eum pure amabant, nimis metuebant; et qui timebant, valde amabant[a].

23. Fama itaque tantae conversionis et tanti fervoris ita longe lateque cepit crebre-
1038. Febr. Mart. scere, ut Henricus rex Florentiae tunc veniens eam audiret. Cui audita sic placuerunt, ut episcopum catholicum illuc ad consecrandum locum dirigeret et regina etiam grata mitteret enxenia*[1].

(29) 24. De virtute denique euntes in virtutem, officium sacerdotale in tantam habere ceperunt venerationem, ut ministrare altari eorum nullus presumeret, si forte a simoniaco simoniace vel etiam gratis esset ordinatus. Similiter si concubinam vel ante vel post ordinationem habuerit sive in aliquo crimine post battismum acceptum esset prolapsus, ministerio fungi altaris nullomodo presumebat. Et merito; nam eorum magister et pater tantam circa omnes ecclesiasticos gradus reverentiam semper habuit, ut nullatenus aliquando potuerit cogi nec etiam hostiarius fieri; sed cum ecclesiam ingredi vellet et fores essent clausae, eas ingredi nullomodo presumebat, donec hostiarius, qui illas aperiret, vocaretur.

(30) 25. Per idem tempus ceperunt ad tantum patrem concurrere de diversis partibus viri nobiles et fideles. Alii ei offerebant loca cum suplicatione nimia ad edificanda noviter cenobia; alii vetusta et dissoluta offerebant monasteria et instabant precibus nimiis et importunis, ut ea ipse in suo sumeret regimine et ad suam normam studeret corrigere.
c. 1048. Tunc sancti Salvii famosum cenobium noviter edificavit[2]. Tunc in Musceta alterum in honore sancti Petri apostolorum principis[3]. Tunc in Razolum in honore sancti Pauli[4]. Tunc in suo regimine vetustum suscepit Passinianum[5] et alterum in Romania sub nomine et honore sanctae Reparatae[6]. Tunc aedificavit alium in Scalario monte[7].

(31) 26. Directis itaque fratribus et ordinatis prepositis per singula loca, pater ea, cum ab infirmitate sublevaretur, visitare et qualitatem cunctorum diligenter noscere studebat. Quae vero corrigenda erant, sollicite corrigebat et, quae ordinanda, caute et provide ordinabat. Nam si quemlibet[b] de prepositis nova super vetera condere reperisset, si tamen tunc pauperes egestas opprimeret, duris increpationibus tenacem arguebat et exortabatur, ut potius in Deum quam in orreis confideret[c] plenis.

(32) 27. Quodam tempore quibusdam monasteriis visitatis cepit ad Valimbrosam reverti. In itinere vero positus, nimia stomachi infirmitate constrictus dixit conviatori suo, ut ali-

*) *Hic addere iuvat, quae in Hattonis Vita c.* 22 *de eadem re fusius narrantur:* In illis diebus predictus rex Henricus Florentiae[d] venit ibique, dum a pluribus de ipso multa bona audisset, sic ei audita placuerunt, ut hortatu sepedicti Theuzonis catholicum episcopum illic[e] dirigeret ad consecrandum locum et regina etiam enxenia grata mandaret. Qui veniens ad montem altare maius in honorem sanctae Mariae tunc benedixit. Deinde post annos aliquot dominus Ubertus, sanctae Romanae ecclesiae qui unus erat de septem cardinalibus[8], venerabilis vitae veniens in[f] partibus illis totum oratorium cum duobus altaribus consecravit septimo iduum luliarum[9]. Qui de titulo sanctae Rufinae episcopus estitit[10]. Cuius memoria usque hodie Romae celebris habetur et in multis sanctis operibus hactenus viget.
1058. Iulii 9.

a) amabant *in fine sequ. lineae scriptum c.* b) qlibet *c.* c) confiderent, n *exp., c.* d) Florentiam 2. e) illuc 2. f) e 2.

1) De inquisitione negotii Iohannis Gualberti tunc per Conradum imperatorem facta et de Heinrici regis eiusque uxoris favore erga abbatem cf. Davidsohn, 'Forsch. zur Gesch. v. Florenz' I, 41; 'Gesch. v. Florenz' I, 178. Episcopum ab imperatore vel rege eius filio missum ad monasterii consecrationem fuisse Rodulfum Patherbrunnensem docet instrumentum Ittae abbatissae supra p. 1084 n. 2 laudatum; cf. D. K. II. nr. 262. 2) Monasterium s. Salvii iuxta Florentiam, a. 1048. fundatum; cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 188; Kehr, It. pont. III, 39. 3) Cf. supra p. 1083 n. 5. 4) Mon. s. Pauli de Razolo (dioec. Flor.), in valle Sevis situm; hodie 'Razzuolo'. 5) Cf. supra p. 1083 n. 7. 6) Mon. s. Reparatae de Marradio (dioec. Faentinae); cf. Kehr l. c. V, 155. 7) Mon. s. Cassiani de Monte Scalario (dioec. Faesulanae); cf. Kehr l. c. III, 115. Quod a. 1040. (1039.) iam fundatum fuisse patet ex carta quadam, vulgata apud F. Soldani Historia mon. s. M. de Passignano I (1741), 288. 8) I. e. de episcopis cardinalibus. 9) Cf. Kehr, It. pont. III, 88 nr. 2. 10) A. 1057—1068.

quid ad comedendum sibi tribueret, antequam ex toto deficeret. Sed cum ille diceret non nisi panem adesse et sanctus Iohannes responderet se panem sine alia re convenienter edere non posse, nimietate languoris coactus precepit tandem, ut parvulum[a] sciphum tolleret ac in fluviolo, qui iuxta influebat, ablueret. Cumque homo mitteret sciphum in parvam aquam fluvioli, piscis unius palmi repente supra sciphum prosilivit; quem ille mox apprehendit et sancto Iohanni detulit, quem ipse statim coquere fecit, commedit et discessit. Nullus certe in illo fluviolo piscem umquam viderat nec piscem vivere posse in tam parvissima aqua credi poterat.

28. Alio quoque tempore, cum apud Passinianum esset, Leo papa cum multo comitatu supervenit[1] atque iuxta monasterium cum suis refectionem accepturus requievit. Tunc sanctus Iohannes economum interrogavit, si pisces in cenobio haberentur, ut papae suisque comitibus darentur. Cognoscens vero pisces[b] minime haberi quibusdam conversis in lacum quendam monasterio proximum piscatum ire precepit. Omnibus autem dicentibus numquam in lacu illo pisces fuisse, iussit tamen, ut pergerent ac Domini patrocinium[c] sine dubitatione affuturum crederent. Perrexerunt tandem et cunctis ammirantibus duos magnos lucios invenerunt eosque statim comprehendentes beato Iohanni attulerunt, quos ipse gaudens recepit et papae continuo presentari fecit. (35) 1050? (Ius. Ial.)

29. Venerat inter ceteros Teuzo, qui adhuc superest, venerandus pater et senex, quem Iohannes pater fratribus in Razolo prefecit[2]. Hunc semper[d] multum ex corde dilexit, eo quod in caritate[e] ferventem pre ceteris et eius manum ad porrigendum largam experimento invenit. Erat enim Iohannes pater multum misericors, ita ut pluviales, quos ecclesia Vallisimbrosae habebat, tempore egestatis venderet[f] et pretium pauperibus tribueret. Quae enim lingua, etiamsi esset ferrea, ipsius cunta posset referre bona? Ipso exortante et magnum auxilium[g] inpendente super diversas aquas firmissimi edificati sunt pontes. Quae usque ad suum tempus per Tusciam erant hospitalia? Quae clericorum congregatio vitam erat ducens communem? Quis clericorum propriis et paternis rebus solummodo non studebat, quin potius perrarus inveniretur, pro dolor! qui non esset uxoratus vel concubinatus. De simoniaca quid dicam? Omnes pene ecclesiasticos ordines haec mortifera belua devoraverat, ut, qui eius morsum evaserit, rarus inveniretur. (34)

30. Posita itaque a Iesu Christo omnium dispositore bonorum tam clara lucerna super ecclesiae candelabrum[3] et verbis et exemplis lucente coram cunctis, clerici spretis conubiis et concubinis in unum ceperunt convenire et apostolicam regulam sequentes exhinc vitam communem ducere. (35)

31. Hospitalia tot et tanta huius exemplo et exortatu iam videmus nunc per Tusciam edificata et ecclesias vetustissimas tot renovatas, ut nos cogant dicere: 'Ecce transierunt vetera, et facta sunt omnia nova'. 2. Cor. 5, 17.

32. Indumentis semper vilissimis utebatur venerandus pater; fulchrum in tot et tanta sua infirmitate sibi subponi nullo modo patiebatur, etiam plumeum capitale non ferebat sibi poni sub capite. Antequam infirmaretur, inscius litterarum et quasi idiota erat; sed cum decumberet, ita die noctuque sanctos coram se fatiebat libros legere, ut peritissimus divinae legis et divinarum sententiarum efficeretur. Cuculla decumbens et pergens ac equitans semper utebatur. Erat enim tantae largitatis, ut, cum alicui aliquid dare deberet, sive hominem sive pecus vel aliud aliquid, semper studebat dare melius et tenere deterius. Erat tantae religionis, ut quilibet suorum nullo modo auderet die dominico cum asinis oneratis nec de domo egredi nec domum reverti. Monachum equitare die dominico omnimodo non sinebat, nisi inevitabilis cogeret necessitas. Annuum et celebre officium in nocte sanctae resurrectionis debite agendum quis in Tusciam[b] mutavit de die in nocte, nisi ipse? Nam neglegentia subripiente et cogente edacitate ad nonam id officium in sabbato agebatur, quod nunc iuste et digne, id Iohanne patre nostris temporibus instituente et incipiente, agitur in sancta nocte. (36) (37)

a) parulum *c.* b) piseces, *primo* e *exp., c.* c) patrocinio *corr.* patrocinium *c.* d) sep *c.* e) caritatem *c.* f) vendideret, di *exp., c.* g) auxilia *corr.* auxilium *c.* h) *ita c.*

1) Cf. Davidsohn, 'Gesch. von Florenz' I, 187 n. 6. 2) Cf. supra p. 1077 n. 4. 3) Cf. Matth. 5, 15: *neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum* atque similia.

33. Per idem tempus comes Bulgar[a,1] sub patris Iohannis regimine deliberavit suum committere cenobium Septimense[2]. Quod cum post[b] multum laborem, post longam et obnixam precem tandem inpetrare promeruisset, valde gavisus est[3]. Erat enim nimis inflexibilis ad sumenda vetera sub suo regimine monasteria, sed accepta constans nimis
(88) ad retinenda erat, etiamsi dura acciderent adversa. Cepit preterea ita in miraculis claroscere, ut uni[c] profecto ex antiquis patribus possit coequari.

34. Quippe Berizo[4] abbas votum moriendi habebat non in suo, sed in Vallumbrosano cenobio, unde et communem patrem Iohannem sepe rogaverat, ut suis hoc impetraret precibus. Qui die[d] quadam cum eum venisset invisere, predicto patri nuntiatus est, qui referenti ter asseruit dicens: 'Michi credito, morituus venit; michi credito, morituus venit'. Deinde eum presentem percontatus est dicens, utrum[e] obedientiam cuperet adimplere? Cui ille: 'Iuxta Dei', inquit, 'voluntatem et tuam, pater, devotissime opto'. Post hec verba super cubilis pulvinar caput ponens, gravi se corripiente languore die tertia defuntus atque sepultus est.

35. Fratres itaque conquerentes inter se, quod ventilare non poterant, eo quod nulla traheret aura, mox ipse cum fratribus accedens ad aream in manibus accepit ventilabrum; statim competens ventus perflare cepit.

(89) **36.** Quodam tempore, dum nimia eum indigentia premeret et, quid secum commorantibus daret, preter tres panes solummodo non haberet, cellarario suo precepit, ut tres illos panes divideret et unicuique fratri fragmen unum apponeret. Precepit iterum, ut unum arietem mactaret et edendum fratribus illum ministraret atque de larga Dei misericordia in egestate securius speraret. 'Hodie', inquid, 'egemus, cras vero Deo prestante[f] habundabimus'. Quod cum dixisset, ad monasterium sancti Salvii, sicut disposuerat, cepit pergere confidens, quod suos famelicos numquam Deus desereret. Fratres vero hora prandii ad mensam pergentes, carnem sibi appositam[g] exorrentes parvissima fragmenta panis cum gratiarum actione comederunt, carnem autem nullomodo tetigerunt. Alio vero die secundum beati Iohannis prophetiam multi homines venerunt cum asinis honustis panibus, frumento, farina, dicentes, quod nobiles homines Florentiae fratribus miserint; sed qui essent, qui illos misissent, numquam sciri potuit.

(40) **37.** Alio quoque tempore, cum economus omnes cibos consumpsisse se diceret et beatum Iohannem, quid fratribus dare[h] iudicaret, inquireret, iussit, ut unus ex tribus bubus, quos tunc habebat, occideretur et fratribus edendus daretur. Cui economus: 'Quid', inquit[i], 'faciemus, postquam istum manducaverimus?' Ille vero: 'Uno', ait, 'comesto occides alium; quo consumpto dabis et tertium'. Beatus enim Iohannes nec de Dei largitate dubitabat nec peccatum se incurrere credebat, si fratribus carnes daret, cum michil aliud haberet; iustius credens carnibus reficere quam fame illos interficere. Economus vero iussa complevit, carnes coxit, mensae superposuit. Fratres autem hora constituta ad mensam perrexerunt visisque carnibus, obstupentes easque nullatenus tangentes, silenter patienterque steterunt. Qui cum sic starent, quidam cepit monasterii portas pulsare. Cellararius vero hoc audiens festinato ivit, quendam hominem cum pulchro manutergio panibus pleno invenit, quos letanter accipiens, fratribus velociter apponens, quis esset, qui eos duxisset quisve eos[k] misisset, interrogare neglexit. Sed cum ad hominem gratias et manutergium reddituru[l] rediret, nequivit illum invenire vel, quis fuisset, unde venisset, ulterius scire, et quoscumque de[m] illo interrogabat, nullum hominem eo die ibi cum panibus se vidisse dicebant.

(41) **38.** Quando ex precepto comitissae Beatricis venerunt milites, ut eum[n] raperent ac de Tuscia Longobardis sanctitatis causa aut consentientem[o] aut invitum secum perducerent[p], hoc ille cognito, cum Domino in ecclesia intentissime preces funderet, tanta pluviarum tempestatumque[p] diffusio, tanta quoque extiterunt tonitrua, ut prefati milites vix redire inlesi valerent.

(42) **39.** Alio quoque tempore vir quidam plenus insania in eiusdem patris morabatur cenobio, quem ille medendi gratia Passinianum transmisit; qui ad fluvium, cui vocabulum est Arnus, repertam intravit scafam atque ab illa, ut sua eum compellebat insania, se in amnem proiiens dixit .....[q]

(43) **40.** Quodam namque tempore, dum idem venerabilis pater aliis cenobiis visitatis, de quibus illi magna inerat cura, ad proprium reverteretur[q], prospexit inesse pervalidam indigentiam per plurimos. Dum in monasterium

a) *ita c.* b) p *c.* c) unus *c.* d) *sequ.* domini *del. c.* e) *sequ.* l *del. c.* f) d- *corr.* p- *c.* g) *sequ.* per *del. c.* h) dari *corr.* dare *c.* i) inquid *corr.* inquit *c.* k) q̃ue os *c.* l) redi- *corr.* reddi- *c.* m) in *corr.* de *c.* n) *sequ.* e *eras. c.* o) consentienti *radendo corr.* -tem *c.* p) tepestatumque *c.* q) -eretur *in loco raso scr. c.*

1) Guillelmus, Bulgarellus vocatus, comes e potenti Kadalorum familia. 2) Mon. s. Salvatoris in Septimo (dioec. Flor.); cf. Kehr, It. pont. III, 51. 3) Qua de re v. infra in Vita anon.; Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 246. 4) Berizo abbas s. Salvii fuisse narrat Hatto in Vita c. 28. Cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 188 sq. 5) Cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 188 n. 1. 6) Ea quae sequuntur omisimus.

introiret, dispensatorem[a] familiae, nomine Giosfredum, et Rusticum fratrem procuratorem monachum evocans ait: 'Inspiciamus nostrum horreum, quomodo se habeat', repperitque tunc illud habundantius repletum. Quibus yronice: 'Hen', inquit, 'quam plurimi ab instanti necessitate opprimuntur, vos autem uberius habundatis!' Precepitque vasculum quoddam capientem quattuor sive[b] V modios impleri et sic per semetipsum ab ora circiter tertia usque[c] nonam et eo[c] amplius preoccupatus, inde nullatenus progressus, unicuique, qui convenerant, cui multum, cui parum distribuit; et semper plenus extitit.

41. Qui cum in beati Salvii extra Florentinam[d] urbem demoraretur cenobio, prefato iam viro, qui in reclusione degebat[1], per Azonem, qui postmodum beatae Reparatae rexit cenobium[2], ciborum pro benedictione transmisit exenia .....[3]. (44)

42. Eo tempore, quo simoniaca heresis per Tusciam pullulaverat, cum predictus pater in eodem Florentino cenobio moraretur, quidam religiosus vir, ex generosa Florentinorum progenie ortus, cuius filius gravi languore in lecto constrictus decubans vicinam operiebatur mortem, ad eum, ut sibi egrum natum sanaret ac redderet, rogaturus accessit. Cui cum ille haec non sua, set apostolorum esse diceret, ille gemebundus eius prostratus vestigiis tam diu precibus institit, donec pius pater miseratione commotus, eum remittens ad propria se pro eo Deum rogaturum promisit; et eo descendente convocatis fratribus suppliciter orationi incubuit. Quibus humiliter in terram prostratis atque prantibus, ille, in cuius manibus cunctorum salus consistit, egrotum per dilecti intercessionem integrae sanitati restituit. Hoc quoque miraculum ille, cui per Iohannem beneficium sanitatis inpensum est, ita evenisse, ut dicimus, usque hodie viva voce testatur. (45)

43. Quodam itaque tempore, cum monasteria, quae sub suo erant regimine, solito more inviseret, venit ad cenobium, cui vocabulum est Muscetum[4], ubi, cum casas cerneret grandiores pulcrioresque quam vellet, accersito venerabili viro domno Rodulfo, qui eas construxerat et ab illo ibi ordinatus fuerat abbas[5], severissimo vultu dixit: 'Tu in isto loco haec tibi fabricasti palatia?' Et conversus ad parvissimum rivum, qui inibi iuxta currebat dixit: 'O rigambule[6], si me de Rodulfo et istis eius domibus vindicaveris, utrem aqua Sevae[7] fluminis plenum undis tuis augebo'. Et haec dicens sine mora discessit. Cuius inperium ac si rationabilis homo rivus ille suscipiens, illo recedente intumescere cepit et nescio unde largissima aquarum fluenta congregans, relicto proprio alveo de monte precipitanter ruit, gravissimos petrarum scopulos atque arbores secum trahens, [in][e] predictas domos illisus terratenus eas deiecit. Qua ultione completa quasi pro mercede, quod promiserat pater, recepit. Qua pro re abbas ille turbatus cum fratribus de loco mutare disponebat cenobium. Quibus ille haec consolationis verba locutus est: 'Nolite', inquit, 'timere neque habitationem mutetis[f], quia rivus ille nec quicquam mali vobis facturus est nec ultra vobis nocebit'. Quod eius vaticinium[g] verum firmumque usque hodie permanet. Denique ille sepe dictus rivulus, quod tunc casu, immo plus imperio patris acciderit, nec antea fecerat nec ulterius fecit. (46)

44. Alia[h] quoque vice, cum intimatum esset[i] ei, quod vir quidam ad conversionem veniens patrimonium suum totum sibi scripsit in cartula secumque ad monasterium detulit, mox festinus ad predictum venit cenobium atque abbati loci, qui cartam susceperat, imperavit, ut sine mora eam sibi deferret; quam ab eo acceptam, ungulis eam minutatim discerpens, in terram cuncta frusta[k] proiecit Deumque et apostolum eius invocans dixit: 'Deus omnipotens et Petre apostolorum omnium princeps, ulciscimini me de cenobio isto'. Et haec dicens confestim discessit iratus. Quo non longe digresso repentinus inibi accensus est ignis, qui predictum monasterium ex omni parte combussit. Quod incendium pedissequus eius dum cerneret eique nuntiaret, nec retro respexit neque ad locum rediit, sed via, qua ceperat, ad Valimbrosanum cenobium festinanter perrexit. (47)

45. Alio quoque tempore, cum in predicto Musceto adesset et papa Leo[8] per illa vicinia[l] pergeret, suos legatos ad eum misit eumque ad se ire rogavit. Cumque infirmitate gravatus ad eum nec posset ire[m] nec vellet, legati ad papam revertuntur sibique illum ad se venire non posse asserunt. Ille vero dixit: 'Ite sibique dicite, quod, si aliter non potest venire, in lecto faciat se adducere'. Qui mox ad ipsum revertentes et voluntatem papae sibi nuntiantes, statim ecclesiam intravit, Deum et sanctos eius exoravit, ut aliquod sibi impedimentum daret, ne ad supradictum papam ire valeret. Oratione completa, ad legatos papae exiens lectoque se proiciens, (48)

a) sa *supra add. c.* b) sive *in margine alia manu add.*, vel *in textu c.* c) usque — eo *in loco raso script. c.* d) Florentiam, n *supersor. c.* e) id *om. c.* f) *ita emendamus ex Vita Hattonis c. 40 (nec habitationem mutare); habitetis c.* g) vaticiñ *c.* h) *secundum a alia manu in loco raso c.* i) esset *supra lineam alia manu add. c.* k) frustra, *secundo* r *erasо, c.* l) *ita c.* m) -re *alia manu supersor. c.*

1) Sc. Teuzo; cf. supra p. 1081 n. 4. 2) Cf. supra p. 1086 n. 6. 3) Hic pauca omisimus. 4) Cf. supra p. 1088 n. 5. 5) Cf. supra p. 1088. 6) Cf. Ital. 'rigagnolo'. 7) Hodie Sieve. 8) Stephanum pro Leone papam hic laudat Vita auctore Hattone c. 42.

aliquantos conversos venire fecit et se ad papam portari precepit. Cumque a monasterio paululum abscessisset, mox se aer validissime turbavit, ventorum nimietas pluviaeque immensitas prorupit. Quod cum legati papae vidissent, illum vere sanctum credentes ad monasterium reverti fecerunt et concito cursu ad papam redierunt. Hoc autem cum cognosceret ipsumque sanctum esse diceret, ait: 'Nolo illum ultra ad me veniae, sed in cenobio cum Dei benedictione quiete manere'.

(49) 46. Alio quoque tempore quidam miles ex Cerlianensi[1] castello graviter fuerat ex quadam infirmitate detentus .....[2]

(50) 47. Post multum vero temporis, cum idem vir iterum egrotaret .....[3]

(51) 48. In eodem autem Muscetano cenobio cuidam fratri venerabilis pater medicamen quoddam pro quadam sua infirmitate manu sua tradidit et extimplo urguente causa necessitatis ad aliud monasterium secessit. Qui nichilominus non se, ut decuit, cautius habuit et intra paucos dies expiravit. Ad memoriam cuius retinendam iam dicti monasterii pater per Valimbrosanam cuntam congregationem, sicut ex eorum mortuis mos est, eius obitum per apices designavit. Et tunc non multum post predictus pater abbatem Iohannem visitandi gratia adiit, a quo continuo requisitus de illo fratre, qualiter defecisset, et ille ei cuncta ordinatim retulisset, inquiens

(52) illi: 'Vade quamtotius et ex cuncta congregatione eius memoriam dele'. Quod et factum est. Tunc demum evoluto aliquantum temporis cuidam monacho ex eodem monasterio circa medium diem apparuit. Ad quem inquiens: 'Numquid tu non es monachus talis?' 'Sum' inquid. Prorsus illi: 'Qualiter agis nunc?' Tum ille: 'Sum excommunicatus et a consortio sanctorum separatus'. Et ille: 'Quare?' 'Quia abbas Iohannes dissociavit me a congregationum cetu'. Inquiens illi: 'Quomodo iuvare te possumus', ait: 'Si donnus abbas[a] Iohannes vult, reconciliari possum'. Qui statim ad abbatem Iohannem adiit et cupta ei seriatim per ordinem retulit. Tunc ille mente piissimus ut erat, predictum abbatem accersiri precepit et pro excommunicati fratris anima officium et helemosinam necnon et per congregationem totam, quasi eodem die obisset, instanter agere precepit. Qui omnia fideliter adimplevit. Et tunc iterum defunctus post dies XXX cuidam monacho similiter apparuit eique dixit: 'Vade et domno Iohanni pro me gratias age et inferens, quia ego sum reconciliatus in electorum cetu'.

(53) 49. Alio quoque tempore quidam eius conversus suasione diaboli seculum dereliquisse et ad monasterium se venisse penituit. Unde cum beatum Iohannem inportunis precibus frequenter[b] rogaret, ut redeundi ei ad seculum licentiam daret, illeque predicando celestia, denuntiando infernalia, ne id faceret, ammoneret illoque in sua obstinatione diabolo obligante[c] persistente, beatus Iohannes precepit ei tandem[d] irato animo, ut discederet. Cumque paululum a monasterio Valimbrosano esset diabolo deducente digressus, de alta rupe, per quam ibat, ab eodem, quem sequebatur, precipitatus, animam continuo exalans presentibus est subtractus. Unde patenter ostendit, quam periculosum fuerit vel beatum Iohannem relinquere aut eius iram incurrere.

(54) 50. Quodam autem tempore fuit vir quidam, videlicet Florentius[e] nomine, urbanae quidem eloquentiae, verum etiam et civilis[f] omnimodo, tamen symoniaca perfidia in cuiusdam episcopi defensione erat valde maculatus[4]. Qui cum quadam die gravissimam incidisset in egritudinem, mori se funditus desperavit. Sed inter gravissimos suorum lacrimarum luctus crebrosque[g] singultus e suis nobilibus amicis aliquantos ad se accersiri fecit, quos ad venerabilem Iohannem quamtotius ire rogavit, quatinus eorum supplicationibus in monachico habitu ei penitentiae locum concederet. Qui euntes ad venerabilem Iohannem ex votis amici, ceu rogaverat, retulerunt. Sed nobilis Iohannes eorum precibus minime renuit nec statim omnimodo concessit propter illud, quod[h] dicit

1. Ioan. 4, 1. [apostolus][1]: 'Probate spiritus, si ex Deo sunt'[5]. Quo cum dilatione suscepto monachicum habitum ei tradidit et paucos dies sic factus est convalescens, ita sane ut claustra monasterii bacillo se sustentante circumquaque

(55) lustraret. Sed non multum post, cum haec eadem infirmitas eum repeteret, ad extrema deductus est. De quo cum relatum fuisset abbati Iohanni, adhibitis secum fratribus lectum egroti festinus petivit. Interim fratres[k], quibus poterant, precibus Deo eum[l] commendando iuvabant, qui in proximo erat moriturus. Sed ille ex pallio, unde erat coopertus, sepius replicando cepit cum torvis oculis vultum operiri. Ad quem abbas Iohannes: 'Quid est hoc, quod agis?' Tum ille pallens et tremens inquid: 'Terribilibus oculis diabolum prope assistentem video, ex cuius ore mirae magnitudinis flamma et ex naribus sulphureus et inmensus nimis fumus egreditur[6]'. Prorsus

a) abbas *in margine add. c.* b) q *corr.* q̄ *c.* c) inobligante, in *expuncto c.* d) tant- *corr.* tandem *c.* e) Florentinus *corr.* Florentius *c.* f) *ita emendandum videtur cum Vita Hattonis c. 45;* civis *c.* g) *ita, sicut etiam habet Vita Hattonis c. 45, emendandum videtur;* crebrisque *c.* h) q *corr.* quod *c.* i) *ita aut fortasse* regula *supplendum videtur.* k) fratribus *rad. corr.* fratres *c.* l) Deum *c.; cf. Vitam Hattonis c. 45:* eum ... Domino commendabat.

1) Hodie Cerliano (prov. Flor.). 2) Sequentia omisimus. 3) Sequentia omisimus. 4) De Florentio illo, *qui Fusco vocatur*, cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 248 sq., 752. 5) Cf. Reg. s. Benedicti c. 58 (ed. Linderbauer S. 73). 6) Cf. Iob 41, 10 sq.: *de naribus eius procedit fumus ... et flamma de ore eius egreditur.*

illi: 'Ubi est?' inquid. 'Ecce ibi est, domne[a] pater'. Tunc beatus Iohannes raptim ex eius manibus, qui eam tenebat, crucem abstulit et diabolum ex[b] ea fortiter percussit, qui statim ex[c] oculis mirantis velud fumus evanuit. At ille voce, qua poterat, clamare cepit, dicens: 'Deo gratias, Deo gratias, ecce fugit, ecce recessit. Et ecce nunc adest beata virgo Domini mater necnon et beatus Petrus simul cum sancto Benedicto.' Vix necdum verba compleverat, mox spiritum exalavit vitae.

51. Quidam rusticus ad eum veniens, genibus eius provolutus strictimque exosculans, magnis vocibus (56) cepit obtestare atque obnixe rogare pro unico nato suo in agone constituto . . . . . [1]

52. Quodam namque tempore predictus pater ante fores monasterii permanens, vaccarum pinguium (57) gregem, in nemoroso iugo Alpium dum pascerentur, conspexit atque unam ex illis beato Paulo petivit dicens: 'E sancte Paule, si pauperibus istis unam dares michi[d] ex illis[d]'. Haec eo dicente una ex illis deorsum ruit statimque extincta est; cuius cadaver dispertiri iussit pauperibus. Qua consumpta eodem ordine orando secundam et tertiam et quartam accepit tribuitque pauperibus semper. Qua de causa pastores tristes effecti ex alio montis latere vaccarum gregem duxerunt. Sed hisdem[e] vir sanctus, dum non haberet, quid tribueret pauperibus, iterum beato Paulo petivit dicens: 'Sancte Paule, isti locum mutando fugerunt, te[f] tamen, qui loci patronus es, effugere non possunt. Ergo tribue michi, quid pauperibus tribuam adhuc.' Haec eo dicente, confestim quinta corruit et extincta similiter distributa est pauperibus. Hoc etiam de VI., VII., VIII., VIIII. eodem[g] ordine accidit. Extrema vero consumpta pro damno contristati pastores venerunt ad eum, magnas inclamantes adversus eum (58) querelas: 'Melius', aiunt, 'in tuo Valimbrosano cenobio stares, quam huc tot animalia occisurus venires'. Quibus ille placido vultu respondit: 'Scio vos de hoc, quod largitus sum, tristes; nec amplius vultis inpendere. Nolite ergo timere, quia nulla earum hoc tempore amplius morietur.' Quod et factum est. Et sic eo orante ruina vaccarum et mors semper secuta est et mox, ut cessavit orare, iuxta quod pollicitus est, incolomes permanserunt.

53. Interea sanctissimus pater Iohannes, cuius cor flamma urebat caritatis, cernens adhuc famelicorum inopiam et se animalium carnes sine gravissimo scandalo non posse largiri, totum earum lac distribuere iussit pauperibus et sic diutius lactis prebendo liquorem usque ad septem viros de famis morte eripuit.

54. 'ך illis diebus etiam, cum venerabilis pater ad Valimbrosanum reverteretur cenobium, ad quandam (59) curiam devenit, cui vocabulum est Ronta[2]. Accersitoque eiusdem curiae villico promisit ei berbicum gregem mittere, in quo plurimi habebantur arietes. Simulque precepit, ut de predictarum ovium lacte se suumque, quem habebat, nepotem et quantos posset pauperes, quam competentius valeret, cotidie aleret; predictos[h] vero arietes, donec superesset ex illis, oportune largiretur pauperibus, cum illis etiam magnum hyrcum, quem inibi solum habebat. Sicque factum est.

55. Quidam eius famulus ex Razolensi cenobio Valimbrosae ad illum pervenit, nuntians ursum depo- (60) pulationem quam maximam facere vaccarum. Qui precipiens[i] dixit: 'Vade et amodo interfice eum'. Qui regressus vaccas in pascuis predictumque ursum in antro quodam arboris stantem invenit. Itaque securim manu tenens, arborem repercuciens[k] et nichil verens, dicebat: 'Egredere, quia donnus abbas inperavit, ut te occidam'. Egressus namque ab illo est interfectus.

56. Quadam itaque die venerabilis pater[b] inde transiens, venit ad locum vidensque obstaculum arboris (61) et se viam ullatenus declinare non posse, modice turbatus queritando cepit dicere: 'Eu! quid faciemus?' Cuius audita querela socius, qui eum prebibat, Ugo nomine, Sancti Iohannis Maioris[3] plebanus, temptans, si undecumque posset irrumpere, super equum, cui assidebat, se sub illa inclinans, arborem levavit in collo, cuius pondus multorum paria boum ullatenus movere non possent, eamque, ac si leve virgultum, aliquamdiu, ut ipse testatus est, sustulit. Sicque venerandus pater Iohannes predictusque plebanus transierunt inlesi. Hocque actum est non longe a Razolensi cenobio in locum, qui dicitur ad Cellas Veteres[4].

57. De Iohanne quodam iam antiquissimo fratre a predicto patre Iohanne septennis suscepto. Qui dum (62) graviter doleret oculum, mulierculam ad se curandum conduxerat. Cuius medicamina dum egro nichil proficerent, ad monasterium predicti patris reversus est. Quem ille dure arguens, eo quod cum illa vel confabulationem vel ab ea quesisset medelam, ei tantummodo boum fimum calidum super oculis poni iussit et mox sincerissimae sanitati restituit. Quod ille adhuc superstes sic actum fuisse et illa, quae superius diximus, viva voce testatur. Et non solum illa, sed etiam, quae inferius subiungemus.

a) dñe *c.* b) et *corr.* ex *c.* c) *sequitur iterum* ex *c.* d) ex illis michi *signis appositis corr. m.* ex i. *c.* e) *sic pro* idem *c.* f) *sequitur* m *exp.* g) or- *corr.* eodem *c.* h) -dictos — pater *(l. 36) in loco raso c.* i) pi *supra lineam add. c.* k) cu *supra lineam add. c.*

1) Ea, quae sequuntur, hic omisimus. 2) Ronta Borgo S. Lorenzo vallis Sevis. 4) Hodie Celle in Valle Sevis. 3) Hodie S. Giovanni Maggiore prope vecchie.

(63) 58. Item predictus pater boum custodibus contra morem die toto necessitatis obtentu arari[a] precepit et in nocte carpere pabula. Cumque illi responderent: 'Quomodo', inquiunt, 'pater, hoc perficere possumus, cum ursos ac lupos nocturnosque timeamus latrones', respondit: 'Sinite' inquit, 'sinite; Deus enim eiusque[b] Paulus apostolus de illis possunt habere custodiam eosque conservare illesos'. Remanserunt itaque nocte illa contra morem sine custodia boves. Tunc duo latrones supervenerunt, qui unum ex bubus[c] funiculo ligaverunt per cornua eumque rapere secumque usque mane nitebantur perducere. Sed bos, immobilis permanens de loco ulla ratione moveri non potuit. Sed mane a custodibus inventus, hos ligatus, lacrimasque more hominum fudisse repertus est. Hoc cum predicto[d] patri nuntiatum fuisset, accessit bovisque caput leniter demulcens dixit: 'O bos, bos, vade tuumque officium imple; non enim te beatus Paulus adhuc perdere voluit'.

(64) 59. Quidam vir ex Poniensi[1] territorio, Gerardus scilicet nomine, remuntians seculum, Passiniano se ad predictum patrem contulit. Qui quasi respuens et, ut abiret, indignans, iussit. Sed ille . . . . . [2]

(66) 60. Quodam itaque tempore quidam vir inter seculares valde nobilis, Ubaldus nomine, qui in Figlinensi castro[3] et in aliis quam pluribus fuerat nimis gloriosus. Hic erat beate recordationis Iohanni abbati valde notissimus et inter mundiales amicos familiarissimus. Qui cum quodam tempore in egritudinem incidisset, ad extrema videbatur deduci convocatisque suis militibus et familia cunta de domo propria disponere curavit. Tunc uxor eius unum ex suis nobilibus Benzonem nomine, marito iam in agone constituto, ad se accersivit et ad Passinianense cenobium, unde predictus erat compatronus[e], nuntiare[f] sui funeris adventum quamtotius ire precepit. At ille, unctus ut erat, sine cunctatione festinanter pergere precepit. Iam eo in medio itinere appropinquante quidam curialis ei occurrens requisivit, quo tenderet. Dixit eventum rei. Sed, quamquam mestus, similiter illum requirit. Tum ille: 'A cenobio sancti Cassiani[4] venio, ubi donnum[g] abbatem Iohannem Valimbrosanum visitandi gratia perrexi'. At ille, ut hoc audivit, ad prefatum cenobium ilico pervenit. Quem nescio de psalmis[h] aut quid[i] aliud murmurantem ante fores monasterii invenit. Qui cum eum officiosissime salutasset et satis ab eo iliariter resalutatus, requisivit, qualiter illi esset. Respondit: 'Tristis et merens nimis me esse confiteor pro nobili viro et vestro fideli amico, qui nunc videtur e seculo exire[k]'. Ad quem inquit: 'Quis ille est?' Et ille: 'Illustris Ubaldus vester valde fidelissimus'. Statim venerabilis Iohannes versis ad orientem luminibus parumper subsistit et oratione completa Benzonem respexit, eum ire precepit eique dixit: 'Quamtotius ad propria revertere, quia infirmus ille, super quo mestus eras, incolomem invenies'. Quod ut dixit, ita actum est.

(67)

(68) 61. Capitulum[k.l] de domno[m] Gregorio[n] VII[o] apostolicae sedis papa[l].

Qui cum archidiaconatus in eadem apostolica sede officium gereret, ob illius patientiam comprobandam[o] eum dure increpare curabat. Mox ad eius intuitum mutavit mentem ac preordinata, quae se putabat dicere, oblitus est verba. Qua eius perfectione ab eo ita comperta, tantus deinceps inter utrumque firmatus est amor, quantus inter carissimos atque uterinos solet esse germanos. Haec namque a venerabili viro abbate Rodulfo Passinianensi[p] cenobio[p], qui tunc ibi aderat, sepius audivimus atque de[q] tali teste dubitare nichil debemus[5].

(69) 62. Qui dum quodam tempore nimis egrotus pulmentum, quod egroti[r] convenit, ante se coctum teneret, quidam religiosus frater, Gerardus nomine, visitationis gratia advenit atque ante illum presentatus est. Cui mox predicti pulmenti particulam quamdam porrexit, qui nec recusare nec nutu quolibet resistere [ausus][s] eam accepit silenterque comedit et inter edendo se reum, se reprehensibilem atque lupum accusare cepit atque per cogitationem rixando multa dicere verba, quod vel semel hoc non refutasset, quod almus pater porrexerat. Quem ille per spiritum recognoscens et audiens, quasi lingua proferret, expleta refectione dixit: 'Si plus vel minus ex hoc, quod per cogitationem dixisti, narravero, te ipsum volo habere testem'. Et mox archanum sui pectoris
(70) patefaciens, quaeque cogitaverat, quaeque per cogitationem dixerat[t], lucide enarravit. Cui discessuro insanum quemdam fratrem commendans . . . . . [6]

a) *ita c.* b) *sequitur* a *erasum c.* c) bobus *rad. corr.* bubus *c.* d) *sequ.* io| *exp. c.* e) cō *supra lineam add. c.* f) inunt., i *exp., c.* g) *forma* donnus *etiam alius occurrit, e. g. DK. II. nr.* 75. 81. 278. h) qt *corr.* qd. *c.* i) exire *manu alba in margine add. c.* k) Cap *c.* l) Cap. — papa *alio atram. scr.*, sedis papa *in fine sequentis lineae, c.* m) domno de *signis app. corr.* de domno *c.* n) GG *c.* o) comprobr. *secundo* r *exp. corr.* comprobandam *c.* p) *ita c.* q) te *corr.* de *c.* r) *ita c.* s) *ita supplendum videtur.* t) -onem dix- *in loco raso script. c.*

1) Pogna castellum in valle Elsae, non longe a Certaldo. 2) Ea, quae sequuntur, hic omisimus. 3) Hodie Figline ad Arnum positum. Ubaldus forsitan de Ubertinorum genere erat, potentissimo in illa regione. 4) De Monte Scalario; cf. supra p. 1086 n. 7. 5) Attamen ipse Gregorius in bulla a. 1073. data (J.-L. 4814; Kehr, It. pont. III, 88 nr. 3) ait: *licet venerandae memoriae eundem Ioannem patrem vestrum corporeis oculis non viderim.* 6) Hic nonnulla omisimus.

63. Vir quidam in vicinitate Valimbrosae[a] permanens, beato Iohanni valde fidelis et devotus existens, (71)
quodam die ad eum cum canibus venit seque in venatu diu frustra laborasse, nullam venandam bestiam videns,
asseruit . . . . .[1]

64. Alio quoque tempore, cum nimia nix terram tegeret, quidam lepus ex nive egressus tugurium, in (72)
quo beatus Iohannes tunc cum quibusdam fratribus stabat, est ingressus. Quem quidam fratrum mox apprehendit
et in gremio brachiis circumplectens abscondit cepitque fratribus dicere, quod licenter illum, utpote divinitus
datum, possent edere, maxime cum nichil fere preter ipsum ad edendum haberent. Beatus vero Iohannes, quod
acciderat, quod dictum fuerat, Deo revelante cognoscens, fratrem, quid[b] in gremio absconditum teneret, requirens
manifestatum leporem sibi dari imperavit, quem blanda manu diu actrectavit, dicendo sibi: 'Follis, follis, cur huc
venisti?' Postea vero leporem miseratus, portas cenobii egressus illum[c] terrae subposuit ac liberum abire per-
misit. Sequenti autem die quidam rusticus asinum panibus oneravit sanctoque Iohanni in magna inedia[d] cum
suis fratribus portavit.

65. De clerico, qui, fama reverendi patris audita et cum vita qualis esset eius doctrina, cunta, quae (73)
possidebat in seculo, vendidit et, plurima numismata exinde sumens eaque crumena[e] includens, ad cenobium
predicti patris venit. Cumque inde patri se[f] placere crederet, unde amplius erat odibilis, ...[2]

66. Contra simoniacam autem heresim ita pater sanctus zelo divini amoris exar-
descebat, ut totis nisibus, in quibus valebat, circumquaque exortando et ammonendo
videretur repugnare. Denique episcopo Voluternensi melliflua atque salutifera[g] scripta
direxit, quae hic[h] pro magna utilitate conscribi necessarium duximus:

67. *Herimanno Voluternensi*[3] *Dei nutu episcopo Iohannes, indignus servus servorum*
Dei, cum omnibus suis monachis[i] *et fratribus, quicquid melius fit apud Deum hominibus.*
Petitionibus vestris consulere dignum duximus, maxime cum non de secularibus et mundanis, sed
de ecclesiasticis et divinis, quae in Dei cultu ad salutem animarum fiunt, quereretis. Requisistis
enim adiutorium in exortatione pastorali ex his, quae in vestra cura et studio sub Dei protectione
permanere videntur. Quae fructum bonis operis tunc germinant boni, cum populi obedientia nec
in minimis contra pastorem rebellat. Sed sanctitas et[k] *sapientia pastoris talis debet semper*[l]
apparere et esse, ut delinquentes Dei iudicio terreat et obedientes[m] *divinis preceptis digna remu-*
neratione demulceat. Unde oportet vestram vigilare sollicitudinem, ut, postquam omnia divina (75)
precepta sine reprehensione percurrerit, omnia, quae clero et populo imperaveris, de sanctarum
scripturarum studeat proferre sententiis. Scilicet, ut clerus secundum statuta apostolorum et
canonum precepta permaneat et populus secundum mandata sanctorum in omnibus illis obediant.
In primis, quia oportet episcopum inreprehensibilem esse[4]*, quod etiam ad omnem pertinet clerum.*
Deinde, ut omnem sollicitudinem episcopus cum clero et populo impendant, ut innocentes in inno-
centia sua permaneant et peccantes peccare desinant et penitentiam agentes de bono in melius
crescant; certissime credentes, ut, qui in malis dies suos finiunt, eternam luant vindictam et, qui
in bonis, eternam suscipiant palmam. His promissionibus confortentur boni et his minis terreantur
mali. Interea sollicite satagendum est, ne alicuius heresis quamvis parvae aliquis eorum im- (76)
munditia sordeat, quia, quamdiu quis in ea permanserit, etiamsi pro Christi nomine sanguinem
fundat, nichil ei proderit. Heu! quam pessimum et grande peccatum, quod nec in presenti
etiam pro morte nec in futuro pro multo tempore penae poterit solvi! Ergo tam pessimum
nefas cito dimittere et anathematizare[n] *debemus et penitendo delere, ut cum Christo in presenti*
et in futura vita possimus manere. Quia, quamdiu quis in aliqua heresi manserit, nullum eius
bonum opus Deo placebit. Symoniaca igitur heresis, quae prima et pessima ante omnes alias
hereses iam diu ante nos usque ad nostra tempora viguit, quam Deus nostro tempore sua
miseratione detegendo destruxit, omni sollicitudine a vobis abicialur. Et cum illa heresis ante
omnes hereses in ipso initio ecclesiae a principe apostolorum percussa palluerit, miramur, quo-
modo a quibusdam pessimis indumentis palliata vivido colore, quasi Christianae fidei cultrix
operosa, monstretur; scimus enim, quia, quod Christus odit, nullus, qui Christianus est, diligit.

a) Valimbr *c.* b) quod *corr.* quid *c.* c) illud *corr.* illum *c.* d) ędia *corr.* ędia *c.* e) crumenia *c.* f) pāse *c.*
g) salute- *corr.* salutifera *c.* h) -c *in loco raso c.* i) mo- *in loco raso c.* k) et *in loco raso c.* l) sep *c.*
m) obēd. *c.* n) i *rad. corr.* ex e *c.*

1) Hic nonnulla omisimus. 2) Sequentia omisimus. 4) 1. Tim. 3, 2: *oportet ergo episcopum irreprehen-*
3) Hermannus Volterrarum episcopus (a. 1064—77?). *sibilem esse.*

Si autem dilexerit, christianus esse non potuit. Christus igitur symoniacam heresim odit. Ipse cf. Matth. 12, 32. *enim dixit: 'Qui in Spiritum sanctum peccaverit, neque in hoc seculo neque in futuro dimittetur*
(77) *ei'. Itaque dum tempus ordinandi clericos ad divinum cultum advenerit, non alicuius pretii datione palam vel occulte aliquis ad ecclesiasticum promoveatur officium, non aliquis indignus vel ignarus officii, non alicuius reatus vel infamia tactus, non nisi virgo aut monogamus et hic, qui virginem secundum sacros canones duxerit*[1], *non superbus, non elatus, non alicuius honoris cupidus, sed humilis et mansuetus et timens Deum. A nullo clerico aliquid commodi pro sacro officio requiratur, neque ab archipresbyteris neque ab archidiaconis neque ab illorum subiectis. Dum autem parroechias per ecclesias baptismales, quas plebes dicunt, episcopus circuit et, ne forte aliquid mali aut criminis aut inimicitiarum causas inveniat, investiget, nil questus, nil pecuniae exinde requirat nec eos, qui ibi fuerint, pro suo suorumque cibo affligat, sed quasi pater filiis misereatur et emendatis culpis omnes in pace relinquat, ut omnes pro suo episcopo et sacerdote Dominum benedicant et pro eius salute tam corporis quam animae Dei misericordiam*
(78) *petant. Taliter enim episcopo faciente populus cum clero apud Deum salvabitur et idem episcopus a Deo remunerabitur. Si autem contra haec fecerit vel pecuniam requisierit, symoniacus hereticus iudicabitur atque dampnabitur. Igitur ante omnia symoniacam*[a] *heresim persequendo abicite, sacerdotes cum omni clero sanctae regulae ecclesiasticae vivendo subicite, populum, tam maiores quam minores, sanctis suasionibus ad bene agendum sollicite invitate, peccatores ut resipiscant et poeniteant, predicate; qui penitere noluerint, excommunicate; qui ad penitentiam reverti voluerint, sacris canonibus subiugate, viam salutis omnibus demonstrate, circa omnes benignitatem ostendite; et Deus iudex iustus omnia secundum iustitiam vestram vobis restituet*[2]. *Si enim omnia, quae supra dicta sunt, in vestro episcopatu studueritis observari, dum tempus fuerit et facultas, ad vos veniemus, si expedierit, et, quicquid vobis necessarium et nobis licitum et*[b] *possibile fuerit, faciemus. Valete.*

(79) 68. Post haec cum longe lateque odor tantae sanctitatis perflagrasset, ceperunt de diversis terris et regnis[c] ad eum certatim currere monachi et clerici[d] et fideles laici, precipue Mediolanenses et Cremonenses atque Placentini. Monachi vero sua monasteria relinquentes et longam peregrinationem sumentes ad eum veniebant, alii siquidem pro apprehendenda[e] sub eo audita laudabili conversione, alii vero ut a tanto instruerentur patre, qualiter symoniacam heresim deberent vitare. Audierant enim Iohannem patrem hanc cum suis fratribus
(80) publice dampnare et contra hanc exardescere multos mortales. Quis itaque ad eum umquam venerit, postquam viderit illum et audierit, se dispendium pertulisse vel laborem longi itineris sumpsisse penituerit? Nam si cor dubium vel fortasse tepidum vel evacuatum marsuppium aliquis veniens detulerit, alacer repedabat, et cor in fide confirmatum reportans et marsuppium profecto non vacuum. Acceperat enim a Iesu Christo dono et vultum omnibus gratum et sermonem cuntis placidum et ad largiendum amplissimam manum. Iam causa expetit, ut referam, quam Iohannes pater cum suis contra symoniacam toto coram mundo sumpserit pugnam.

(81) 69. Per idem tempus quidam Papiensis Petrus sedem Florentinae[f] ecclesiae invaserat clam interventu pecuniae, quod Iohannem patrem eiusque fratres minime latuit[3]. Elegerunt itaque vitam mortalem[g] potius perdere quam veritatem celare. Ideoque Papiensem Petrum esse publice symoniacum et hereticum ceperunt dicere[4]. Facta est denique inter clerum et populum contentio pervalida. Alii quidem temporalia intuentes commoda ipsum defendebant[h], alii cum monachis, iam illorum creduli verbis, vehementer impugnabant.

(82) 70. Cumque igitur contentio haec inter clerum et inter populum[i] per dies haberetur multos et seditio inde frequenter oriretur[5], estimavit hereticus Petrus populum terrere et

a) symoniasam *corr.* -cam, c *in margine add., c.* b) et *in loco raso c.* c) terris et regnis *in loco raso c.* d) clel- *corr.* clerici c. e) apprehenda- *corr.* apprehendenda *c.* f) -nam *(?) corr.* -nae *c.* g) -r- *in loco raso c.* h) defede- bant *c.* i) *sequ. iterum* et populum *del. c.*

1) Cf. Levit. 21, 13: *Virginem ducet uxorem;* Lib. diurn. 6. 2) Cf. 2. Reg. 22, 25: *et restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam.* 3) Petrus Mediabarba (1062—1068); cf. de eo infra in Vita anonyma; Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 223 sq.; 'Forsch. zur ält. Gesch. v. Florenz' I, 47—50. 4) Cf. quae de Iohannis sermonibus referuntur apud Desiderium, Dial. de miraculis s. Benedicti III, 4. 5) Cf. Petri Damiani epistolam, quam post inquisitionem rei Florentiae factam Florentinis direxit; opusc. XXX, Op. ed. Cajetani III, 267 sq.

clerum, si faceret necare monachos, a quibus verba sibi adversa sumpsere principia. Qua de re missa multitudine equitum et peditum nocturno tempore iussit sancti Salvii cenobium[1] igne comburi et monachos, quos reperissent, interfici. Iohannem vero patrem ibi tunc existimavit inveniri. Ipse quidem die altero recesserat.

71. Ingressi igitur ecclesiam, cum nocturnum fratres celebrarent officium, et evaginatis (83)
ensibus ceperunt Christi mactare oves ut immites carnifices. Alii siquidem in fronte tam grave infixerunt vulnus, ut perveniret acies ferri usque ad testitudinem cerebri. Alterum vero tam impie graviterque sub oculis percusserunt, ut nasus et dentes superiores cum superno labio a sua dividerentur compagine et cunta dependerent super barbam. Alii quidem infigentes aciem gladii vulnusque ad interiora perduxerunt. Huiuscemodi igitur plagis multis in diversis perlatis everterunt altaria et depredati sunt, quae invenerunt, omnia et igne in domibus apposito, monachis tunc in ecclesia septem spalmos cum letaniis decantantibus, in nullo reluctantibus nec silentium frangentibus ipsisque nudatis et semivivis relictis abierunt. Nam eiusdem monasterii abbatem, nomine Dominicum, etate vetustum, (84)
conversatione sanctissimum, omni nudaverunt amictu[2]. Qui tamen[a] sic nudus cepit sollicite querere, si quid invenire posset, quod se indueret. Tandem pelliceum indumentum, quod ob incuriam inter fratrum lectos ceciderat, invenit seque illud dissutum et conscissum ac vetustate dilapsum induit. Sed unde inimicus acquirere putavit victoriam et exaltationem, inde invenit[b] detrimentum et confusionem; nam multi de populo et clero, qui actenus eius videbantur fautores, ipsius intuentes impietatem facti sunt ipsi deinceps omnimodis adversi.

72. Altera quoque die tam homines quam mulieres Florentiae ad supradictum mo- (85)
nasterium perrexerunt et, quaecumque poterant, necessitatibus fratrum necessaria fideliter detulerunt. Felicem se quisque credebat, si aliquem monachorum videre valebat vel ex eorum sacro sanguine ex terra, lapidibus et lignis suis pannis possent extergere, volentes illum pro magnis reliquiis habere.

73. Beatus autem Iohannes, Valimbrosae[d] tunc positus, hoc, quod acciderat, audiens, (86)
martirii flagrans amore, ad Sanctum Salvium festinato veniens, abbatem ceterosque flagellatos fratres cesos nudatosque considerans dixit: 'Nunc vere monachi estis; sed cur sine me haec perferre voluistis?' Valde enim doluit, quod prefatae persecutioni defuit, in qua tamen ipse martirii obtinuit bravium, qui ad tolerandum martyrium suos tam strenue instituit discipulos. Ad hoc enim venit, quod se credebat teneri, flagellari, detruncari, quod etiam pro amore Dei et defensione catholicae fidei cupiebat, si posset, milies occidi. Monachi vero tanto fortiores deinde sunt effecti, quanto securiores de corona, quam iam (87)
gustaverant, martirii. Nam euntes Romam tempore synodi constanter et publice proclama- 1067.
verunt Petrum symoniacum et hereticum, se ignem proferentes intraturos ad id comprobandum. Alexander vero papa, qui tunc sedi apostolicae presidebat, nec tunc accusatum voluit deponere nec igneam declarationem sumere; favebat enim maxima pars episcoporum parti Petri et omnes pene erant monachis adversi. Sed archidiaconus Ildeprandus[e] monachorum[f] in omnibus est factus adiutor et defensor[3].

74. Lite itaque tunc permanente, immo deinceps nimis crescente facta est per- (88)
secutio tanta adversus clerum Florentinum catholicum, ut eam ferre non valentes archipresbyter[4] ceterique quam plures, de civitate exeuntes, ad Septimense confugerent cenobium. Quos Iohannes pater benigne suscipiens omni benignitate et caritate prebebat eis pro posse subsidium; favebat enim dux Gotifredus[5] parti symoniaci Petri, ita ut minarctur interimere monachos et clericos eidem adversarios. Qua de causa Petri pars tunc valde prevaluit; quae enim lingua fari potest persecutiones et angustias, quas tempestate illa

a) tm *c.*; tamen *Hatto c. 60.* b) *post* in- d *exp. c.* c) *sequ. s expunct. c.* d) ualibī *c.* e) ildebrandus *corr.* ildeprandus *c.* f) h *supra lineam add. c.*

1) Cf. supra p. 1086 n. 2. 2) Dominicus, quamvis *aetate vetustum* hoc tempore, i. e. a. 1067, cum fuisse dicat Andreas Strum., adhuc a. 1091. die 7. Dec. inter vivos et abbas Sancti Salvii monasterii erat, ut demonstrat instrumentum huius diei inter Vallumbrosana documenta Tabularii Regii Florentiae. 3) Copiose de hac synodo agit altera, quae sequitur, Vita, infra p. 1106 sq.; cf. Davidsohn, 'Forsch.' I, 47 sq. 4) Rozo nomine. 5) Cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 229.

1067. Ian. Iul. in. catholici perpessi sunt? Nam tempore illo, cum prefatus papa Florentiam venit[1], preparata et coadunata sunt ligna ad ignem accendendum, quem monachi iniabant ingredi ad comprobandum sepe fatum[a] Petrum esse symoniacum et hereticum. Quod papa tunc recipere rennuit, sed clero et populo in lite relicto recessit. Sed hanc omnipotenti Deo qualiter sedare placuerit, tempus et causa, ut id intimetur, inquirit[b]. Ad hoc ergo noscendum hic Florentinae ecclesiae epistola papae prefato directa per ordinem ponatur, et tunc, quod omnipotens Deus ostendere est dignatus ad fidem corroborandam Petri et ad detestandum errorem Symonis magi, legenti liquido patebit et audienti[2].

1068. Febr. 18. 75. *Alexandro[c] primae sedis reverentissimo[d] ac universali episcopo clerus et populus*

(89) *Florentinus sincerae devotionis obsequium. Iam diu tedium et laborem nostrum necnon[e] certamen monachorum contra symoniacam heresim paternitas vestra bene novit. Et nunc quoque dignum est, ut, qualiter[f] Deus excelsus pie ac misericorditer scrupulum huius rei de cordibus nostris abraserit, pernoscatis. Signa enim et mirabilia[g] Dominus noster in nobis fecit[3] et per ea cecitatem ignorantiae et dubietatis caliginem ac tenebras erroris de pectore hominum pepulit, et fidem nobis augendo et dilatando et in se solidando[h] lux mentibus[i] suae veritatis clementer infulsit. Pastor quidem bonus[4] de celo venit et ovibus assistentibus atque ad se totis cordis medullis clamantibus sententiam sereno clariorem soleque lucidiorem omnique dicto apertiorem omnique visu certiorem de medio ignis populo suo dedit. Quid vero plebi Florentinae de Petro Papiensi, qui se nostrum episcopum haberi volebat, tenendum sit, in suo tremendo iudicio declaravit. Sed licet miraculorum narratio videatur aliquantulum protelari, causas tamen, unde ad haec[k]*

(90) *ventum est, nequaquam inutiliter putamus debere succinte prescribi. Quadam etenim die omnes Florentinae civitatis clerici una congregati cepimus tam de clericis de locis suis expulsis, quam etiam de nobis ipsis ante Papiensem Petrum conqueri. De abiectis enim, quia consilium et solatium[l] eorum amiseramus[m] et quia etiam prior et archipresbyter[5] noster metu heresis e civitate secesserant; de nobis autem, quia bona pars civium nostrorum nos hereticos acclamabat. Nam videns[n] nos ire ad eum dicebat[o]: 'Ite, ite heretici ad hereticum. Ite, quia per vos haec civitas voragini dabitur, qui Christum impietate vestra de ipsa expellitis et beatum Petrum apostolum expugnantes, Symonem[p] magum pro Deo inducendo colitis.' Quid plura? Rogamus cum, ut tam nos quam se ab hac[q] infamia liberet, dicentes: 'Ecce nos, si te mundum senseris, si tu nobis iusseris, Dei pro te iudicium subire non dubitamus; aut si probationem, quam mo-*

(91) *nachi hic et Romae facere voluerunt, recipere vis, ad eos imus eosque omnixe rogamus.' Ad haec ille se, inquit, neutrum iubere, neutrum[r] velle, neutrum recipere. Quin etiam edictum a preside per legatos suos[s] impetravit, ut, quicumque laicorum, quicumque clericorum se ut episcopum non coleret suique imperio non obediret, ad presidem vinctus non duceretur, sed traheretur; si autem quis nostrum his minis territus de civitate fugeret, ad dominium potestatis assumeretur, quicquid possedisset. Clerici vero, qui sub tutelam beati Petri apostoli agendo contra symoniacam heresim in oratorium eius[t.6] confugerant, aut sibi conciliarentur aut sine[u] spe audientiae extra*

1068. Febr. 9. *civitatem pellerentur. Hincque factum est, ut vesperascente sabbato initii[v] ieiunii, cum apud predictam[w] ecclesiam beati Petri apostoli ipsi clerici lectionum ac responsoriorum sequentis dominicae recordarentur, municipalis[x] preses[y], eo quod se salva reverentia[z] Petri apostoli symoniaco[a] heretico non posse obedire responderint[b], illos extra emunitatem oratorii beatum Petrum apostolo-*

(92) *lorum principem parvipendens ciceret. Fit denique pro hoc scelere concursus catholicorum virorum*

a) factum *c.* b) iti- *corr.* iqui- *c.* c) *praescripta sunt haec:* Incipit miraculum de Petro Igneo *V.* Incipit textus miraculi, quod Dominus ad destructionem symoniacae heresis operari dignatus est in episcopatu Florentino anno ab incarnatione sua millesimo LXVIII. idus Februario feria IIII. primae ebdomadae in quadragesima in monasterio de Septimo *L.* Incipit textus mir., quod dom. ad destr. sym. her. op. dign. est in ep. Flor. a. ab inc. sua millesimo LXVII. mense Februario feria quarta prioris hebdomadae in quadragesima *Mabillon.* — *In c. 75 secuti sumus plerumque codicem V, qui meliorem codicibus L et c. artius inter se cohaerentibus praebet textum. De re orthographica cf. supra p.* 1078. d) *ita c.* e) necnon et *V.* f) qualis *c.* g) miracula *corr.* mirabilia *L.* h) solu- *corr.* solid. *c.* i) mentibus nostris *c.* k) hoc *V.* l) solatium *in loco raso V.* m) *ita c.* n) videntes *c.* o) dicebant *c.* p) Simonem *atque ita semper L.* q) hac *om. c.* r) necutrum, *c exp., c.* s) ssos *c.* t) eius *om. L.* u) sine *om. L.* v) in initii *c.* w) dictam *L.* x) municipales *V;* munificispalis, fi *et* s *del., c.* y) presidis *c. VL.* z) cum salva rev. *c. L.* a) symoniacho *V.* b) responderunt *V.*

1) Cf. Davidsohn, 'Forsch.' I, 48. 2) Ceterae huius rei relationes laudantur apud Davidsohn, 'Forsch.' I, 49. 3) Cf. Dan. 3, 99: *signa et mirabilia fecit apud me Deus.* 4) Cf. Ioan. 10, 11 atque saepius: *pastor bonus.* 5) Cf. supra p. 1095 n. 4. 6) Oratorium s. Petri in coelo aureo, non longe distans ab ecclesia episcopali, vulgo San Pietro Celoro nuncupatum.

et maxime feminarum velamina capitum[a] *proicientium et passis*[b] *crinibus flebiliter incedentium,* 1068.
pectora[c] *pugnis miserabiles ad Deum voces mittendo*[d] *dure tundentium et super virorum ac filiorum mortem triste lamentantium. Nam in plateas luto plenas se prosternentes aiebant: 'Heu, eu, o Christe, tu hinc eiceris, et quomodo*[e] *nos desolatas relinquis? Tu nobiscum habitare non sineris, et nos*[f] *hic quomodo*[f] *habitabimus*[g]*? Vidimus, quia nobiscum*[h] *manere voluisti*[h]*, sed vadis, quia Symon*[i] *magus te non permittit. O sancte Petre, numquid a Symone mago vinceris, quia ad te fugientes*[k] *non defendis? Nos pu. vimus*[l] *ipsum*[m] *in infernalibus penis esse vinctum et catenatum, sed ecce cernimus illum ad tuum dedecus hostiliter suscitatum.' Virorum quippe alii ad alios dicebant: 'Videtis et aperte videtis, Christus hinc discedit. Abit, qui legem suam adimplens*[1] *se pellenti non resistit. Et nos, viri fratres, civitatem hanc, quo heretica pars ea*[n] *non gaudeat, incendamus atque cum parvulis et uxoribus*[o] *nostris, quocumque Christus ierit, secum eamus. Si christiani sumus, Christum sequamur*[p]*.' His ergo eiulatibus hisque doloribus* (93)
nos quoque clerici, qui ipsi Papiensi videbamur fautores et asseculae et qui ab aliis heretici acclamabamur, eo quod[q] *ipsum sequebamur, permoti seramus ecclesias et merore proiectorum non tangimus campanas, populis non spalmos, non denique canimus missas. Nec mora nobis congregatis fit Domino inspirante consilium. Ad Dei*[r] *monachos, qui Septimo in monasterio sancti Salvatoris*[s-s] *degunt, communi voto quosdam nostrum mittimus, petentes et orantes dubietatem huius rei velle perdere*[t] *et veritatem cognoscere cognitamque firmiter promittentes tenere. Re-* (94)
sponsum est[u] *autem*[u] *nobis, quia, si catholicam fidem pro viribus vellemus tenere atque defendere et symoniacam heresim impugnando destruere, virtus Salvatoris tam huius negotii dubietatem quam etiam cecitatem de cordibus nostris*[v] *eliminaret. Fatemur, promisimus de hac re hoc sequi, quod ipsi*[w]*, si suis factum compensarent dictis. Quid plura? Statuitur dies omni voto quesita, in qua et dubietatem perdidimus*[x] *et ex qua veritatem, quam monachi dicebant, pro posse defendendo tenemus. Quarta namque feria in prima ebdomada quadragesimae*[s] *dies constituitur.* Febr. 13.
Secunda et tertia feria specialiter pro hoc Deum oramus, et ut Deus, qui unica est veritas, Febr. 11., 12.
veritatis huius reseraret hostium, obsecramus. Illucescente[y] *vero quarta feria a quodam nostrum* (95)
itur ad virum[s] *Papiensem*[s]*, qui rogans eum inquit: 'Fac, domine, pro Dei tremore*[z] *proque* Febr. 13.
remedio animae tuae, si est, quod[b] *de te*[b] *monachi dicunt, noli clericos, noli populum in eundo laboribus afficere, noli Deum experiendo temptare, sed huius negotii veritatem ad Dominum te convertendo pande; aut si ab*[c] *hoc te noscis immunem reatu, nobiscum venire dignare!' Ad que*[d] *ille respondit: 'Nec ego illuc*[c] *venio*[c] *neque te, si tu me diligis, ire volo.' Ad haec vero dictum est sibi: 'Profecto Dei iudicium, quia omnes vadunt, videre ibo et, quid ibi agatur, solerter nosse*[t] *curabo et, quodcumque Deus iudex iustus in iudicio suo recto monstraverit, secundum meum valere defensabo. Nec tibi*[e] *meum*[h] *molestum sit iter*[g]*, quia te hodie, qualis sis*[i]*, sententia Dei recte ostendet. Aut enim te hodie magis, quam umquam fueris*[k]*, habebimus carum aut viliorem et contemptum'. Nos interim, quasi celesti premoniti oraculo, non expectamus nun-* (96)
tium; curriturque a nobis clericis ac laicis et feminis ad Septimum, in quo est sancti Salvatoris monasterium. O mira Domini[l] *potentia miraque clementia, qui voluntates non solum expeditis, sed etiam pregnantibus vires ad eundum donavit. Numquid enim longitudo*[m] *matronas, numquid via cenulenta multitudine aquarum delicatas terruit? Numquid pueros iciunium exasperavit? Congregatis denique omnibus clericis et*[n] *laicis promiscui sexus et etatis fere ad tria milia ad* (97)
predictum monasterium interrogamur a servis Dei: 'Cur, fratres venistis?' Respondetur a nobis: 'Ut illuminemur[o] *et errorem relinquentes veritatem sequamur.' 'Quomodo', inquiunt*[p]*, 'inluminari*[q] *vultis?' Nos inquam respondentes: 'Ut copioso probetur igne*[r]*, quod de Papiensi Petro dicitis.'*

a) capita *c. L.* b) sparsis *c.* c) pectore *L.* d) mittentium *corr.* mittendo *c.* e) et quomodo *postea add., ex parte in margine, V.* f) quomodo nos hic *c.* g) habitamus *c.* h) non potes nobiscum manere *c.* i) Simon *atque ita saepius V.* k) confugientes *c. L.* l) putabamus, vi *superscr. corr.* putavimus *L.* m) eum *c.* n) eam *c.* o) ac vetulis *add. L.* p) sequamus *L.* q) quot *L.* r) ad Dei namque *L.* s) Salvaris *c.* t) p(ro)dere *V.* u) autem est *L.* v) nostris *om. L.* w) et ipsi *c.* x) p(ro)didimus *V.* y) illuscente *c.* z) Papiensem virum *V.* a) timore *L.* b) de te quod *c.* c) ab *om. c.* d) ad q̃ *c.*; atque *L.* e) venio illuc *signis superpositis corr.* illuc venio *c.* f) *om. c.*; scire *L.* g) tibi mol. s. m. iter *c.* h) meum *postea add. V.* i) sit *corr.* sis *c.*; sis *corr.* sit *L.* k) fue(r)ita *corr.* fueris *c.* l) *sequ.* cle *exp. c.* m) itineris *add. c.* n) atque *L.* o) illuminemur *in loco raso c.* p) inqint *corr.* inquiunt *c.* q) illum. *VL.* r) igne probetur *c.*

1) Cf. Matth. 5, 17: *veni ... legem ... adimplere.* 2) Cf. supra p. 1088 n. 2. 3) A. 1068 Febr. 13.

1068. Febr. 13. *'Quem', inquiunt, 'fructum*[a] *hoc facto habebitis*[a] *aut quem honorem inde Deo reddetis?' Respondemus*[b] *omnes: 'Et*[c] *erimus vobiscum rectam fidem defendentes et symoniacam heresim habominando, Deo semper gratias agentes*[d]*'. Quid longius moramur? Fiunt statim a populo duae strues lignorum altrinsecus iuxta se in longitudine positae. Singulatim vero longitudo utriusque fuit pedum decem, latitudo autem ambarum*[e] *singillatim V pedum et dimidium dimidii pedis. Altitudo denique utriusque separatim fuit IIII*[or] *pedum et dimidii. Inter utrasque vero piras in longitudine*[e] *semita*[f] *unius brachii extitit*[g]*, et ipsa strata siccis lignis et ad ardendum bene*
(98) *paratis. Interea fiunt pro hac re spalmodiae*[h]*, letaniae*[h]*, supplicationes. Monachus intraturus ignem eligitur*[1] *iussuque abbatis*[i] *celebraturus missam ad altare procedit. Missa vero cantatur cum magna devotione et suplicatione omnium. Chorus monachorum et clericorum necnon et*[k] *laicorum ex corde lacrimatur*[l]*. Ut autem ventum est ad 'Agnus Dei', IIII*[or] *monachi, unus*[m] *imaginem Domini*[m] *crucifixi*[n]*, alter aquam sanctificatam, tertius XII*[cim] *cereos benedictos accensos, quartus turibulum thure plenum baiulantes, procedunt ad succendendum lignorum praescriptas*
(99) *piras. His igitur visis clamor omnium in celum attollitur, Kirie leyson*[o] *flebilissime pleno ore cantatur, Iesus Christus creberrime, ut exurgat causamque suam defendat, oratur, Maria eius mater, ut hoc sibi suadeat, multum a*[p] *viris, plurimumque a feminis*[p] *supplicatur. Petri apostoli nomen, quo*[q] *Symonem*[r] *magum*[s] *perdendo dampnet, milies ingeminatur. Gregorius urbis presul*[t]*, ut ad suas*[t] *verificandum properet santiones, suppliciter obsecratur. Interea dum pro ingenii capacitate ab omnibus Deus oratur, presbyter perceptis salutis misteriis et expleta*[u] *missa*[u] *exutaque casula*[u]*, ceteris*[v] *sacerdotii indumentis sibi retentis, crucem Christi portans cum abbatibus et monachis letanias*[w] *faciendo ad strues lignorum iam rogos fieri incipientes appropinquat. Ibique Deus quam multipliciter ac uniformiter ab omnibus oratur, nulla lingua fari, nullus sensus*
(100) *recolligendo*[x] *valet meditari. Tandem silentium cunctis imponitur. Et ut conditionem rei, pro qua haec fiebant, intente audiamus et bene intelligamus, monemur. Eligitur denique abbatum unus, clamosus*[y] *voce*[y]*, apertus*[z] *lingua*[z]*, qui aperte ad intelligendum*[a] *orationem, in qua conditio petitionis ad Deum continebatur, populo legit. Collaudantibus autem cuntis conditionem tunc iterum alius abbatum*[b] *silentium petit elevansque vocem*[c] *alloquitur omnes dicens: 'Viri fratres et sorores, pro salute animarum vestrarum, teste Deo, hoc facimus, ut deinceps a symoniaca lepra, quae fere iam totum sordidat*[d] *mundum, caveatis. Huius autem leprae contagium tam*
(101) *magnum esse sciatis, quod istius immanitati cetera crimina comparata sunt quasi nichil'. His ergo expletis, cum utrique rogi iam se ex maiori parte in flammivomos vertissent carbones et cum media semita ignivomarum copia prunarum tanta estuaret, ut usque ad talum*[e] *pedes*[e] *cuntis, sicut post*[f] *in probatione patuit, in*[g] *prunas*[g] *infigi possent, sacerdos et monachus iussu abbatis hanc orationem cum magna voce, audientibus et flentibus fere tribus milibus*[h]*, fudit ad Dominum: 'Domine Iesu Christe, vera lux omnium in te credentium, tuam misericordiam peto, tuam clementiam exoro, ut si Petrus Papiensis, qui Florentinus episcopus dicitur, interventu pecuniae, id est munere*[i] *a*[i] *manu*[i]*, quod est symoniaca heresis, Florentinam arripuit sedem, nunc tu*[k]*, fili eterni patris, salus mea, in hoc tremendo iudicio ad adiuvandum me festina et me illesum sine aliqua*[l] *combustionis macula mirabiliter conserva, sicut quondam illesos salvasti tres pueros in camino ignis ardentis*[4]*. Qui cum coeterno*[m] *patre tuo et Spiritu sancto omnia cooperaris*
(102) *et vivis et regnas in secula seculorum*[5]*'. Cumque omnes, qui aderant, respondissent 'Amen', pacis osculum fratribus dedit et accepit. Interrogamur omnes: 'Quamdiu vultis ipsum in igne manere?' Responsum est ab omnibus: 'At, at, quid dicitis? Sufficit, domini, satis cum solemni gravitate*

a) fructum hoc factum *(-to alia manu corr. -tum)* habebit *(h alia manu supra lineam add.) c.* b) rẽsp- *c.* c) Et *om. c.* d) agendotes, do *exp. c.* e) iuxta se locatas *post* in long. *add. L.* f) in latitudine *post* semita *add, L.* g) extitit *om. L.* h) let., spalm. *c.* i) Iohannis *add. c.* k) et *om. L.* l) laicorum *L.* m) unus *om. V;* ut nu' *L.* n) cr. Dom. *c.* o) Kyrrieleyson *V;* Kiriele *L.* p) a viris plur. a fem. *om. L.* q) quod *c.* r) Simonem *atque ita semper L.* s) magum *om. c.; denuo post* magum *add. L.* t) suam *corr.* suas *L.* u) expleta missa *et* casula *alio atram. submotata V.* v) cetisque c.; ceterisque *L.* w) letanias *alio atram. submot. V.* x) colligendo *c.* y) clamosus *alio atram. submot. V;* clam. in voce *c.* z) ap. in lingua *c.* a) intelligendam *c.* b) *secundum* b *alia manu superscr. c.* c) vocem *om. c.* d) sordidat *in marg. add. man. altera c.* e) talos pedis *c.* f) post *om. L.* g) in prunas *om. L.* h) hominum *add. L.* i) *ita LV;* munę a *c.; fortasse* munerario *legendum. Hofm.* k) te *L.* l) aliqua *om. c. V;* a *punctis opp. delet. c.* m) eterno, co- *supra add. c.;* eterno *L.*

1) Petrus postea Igneus appellatus; cf. supra p. 1083 n. 7—9. 2) Scil. Gregorius papa I (Reg. IX, 218. 215. 218; cf. Anselmi Luc. Coll. can. VI, 67—69, rec. F. Thaner p. 800sqq. Zw.). 3) Cf. 1. Reg. 12, 3: *si de manu cuiusquam munus accepi.* 4) Cf. Dan. 3, 8sqq., 17: *de camino ignis ardentis.* 5) Cf. infra p. 1102 n. 16.

pedetemptim ignem flammasque transire. Iubetur quidem sacerdoti et monacho voluntati nostrae 1068.
satisfacere. Tunc ipse[a] *sacerdos contra ignis ardorem salutare signum faciens crucemque* Febr. 13.
Christi baiulans ipsamque, non flammarum multitudinem attendens, intrepidus mente, ylaris vultu
cum quadam celebritate[b] *gravitatis, illesus in*[c] *corpore, illesus et*[c] *in omnibus, quae secum portabat,*
in virtute[d] *Iesu Christi mirabiliter ignem pertransiit. Nam flammae undique concurrentes et* (103)
circunquaque exurgentes album quasi bissinam intrabant et implendo inflabant[e]*, sed naturae suae*
immemores nichil sibi ustionis inferre poterant. Manipulum denique et stolam eorumque fimbrias
more ventorum sustollendo huc illucque varie ferebant, sed calore perdito ipsas in nullo com-
burere valebant. Pili quoque pedum eius inter flammosos carbones mittebantur, sed o mira
Domini potentia, o Christi laudanda clementia! eorum nulli odore[f] *ignis ledebantur. Inter*
capillos nempe flammae circumsurgentes intrabant eosque flando levabant et relevabant, sed nec[g]
summitatem[g] *alicuius eorum vires suas oblitae adurendo*[h] *retorquere valebant. Erant quippe*
flammae ex omni parte ipsum concludentes, ad Salvatoris miraculum, non ad ardoris incendium.
Ardorem[i] *catholicae fidei sentiebant ideoque non ardebant. Deus profecto noster ignis con-*
sumens aderat ideoque ipso nolente corporeus ignis nichil nocere poterat. Procul dubio[k] *verum*
erat, quod a servis Dei dicebatur, quia illorum testis veritate iuvante ab igne miraculose liberatur.
Veritas enim semper liberat, quos falsitatis macula non coinquinat. Postquam autem egressus (104)
est de igne, dum iterum vellet focum repedare, capitur a populo; deosculantur pedes pre desi-
derio. Pre gaudio quidem beatum se quisque putabat, qui vestimentorum quamcumque parti-
culam deosculari valebat. Gravi namque premebatur angustia populorum, sed magna[l] *cum*[l]
difficultate liberatur viribus clericorum. Laus Deo ab omnibus una pre gaudio etiam flendo
cantatur certis[m] *iam, quia verbum Dei numquam mutatur*[1]*. Symon Petrus magnis laudibus*
sublimatur[n]*, Symon denique magus ut stercus pedibus conculcatur. Nomen Petri apostoli in*
ore omnium super mel et favum[2] *cum laudibus magis*[o] *magisque dulcescit; nomen impii Symonis*
super fel[p] *et sulphur cum vituperationibus magis magisque putrescit. Magnitudinem quippe*
horum Christi signorum copiamque gaudii nostri ac cotidianam gratiarum actionem nec cordis
sensus cogitare nec linguae plectrum exprimere nec manus, sicut est, unquam sufficient scribere.
Sed quia sapienti de multis pauca sufficiunt, demum ad paternitatem vestram suplicandum (105)
concurrimus. Per ipsum vero beatitudinem vestram oramus, cuius vicarium tam in celis quam
etiam[q] *in terris*[q] *vos esse desideramus, dignamini plebi longa peste demolitae consilium pariter*
et defensionis auxilium impendere, dignamini nos miseros[r] *ab importunis luporum faucibus ab-*
strahendo[r] *cripere; dignamini, precamur, arma contra hostes Petri apostoli movere, acies struere,*
vires sumere, sancta bella committere et nos[s]*, oves Christi beato Petro tibique vice eius com-*
missas, contra symoniacos preliando de captivitate liberare. Plerisque etenim nostrum beatus
ipse apostolus, ut olim a Nerone in cruce confixus, in visu noctis apparet et passionem suam
ostendendo, ut a symoniacorum societate declinemus, pie suadet, 'sicut', inquiens, 'me Symoni mago
numquam coniunxi, sic quoque vos, si Christi esse vultis, si oves pascuae eius[3] *estis, si me clavi-*
gerum regni celestis creditis, si me vobis portas regni celorum aperire cupitis, symoniacis nolite
sociari, nolite coniungi, nolite communicari'. Nunc[t] *itaque*[t]*, domine sancte, quia fidutia*[u] *recu-* (106)
perationis nostrae secundum Deum in sancta sede Romana est posita, vos, qui ipsi presidetis,
oramus, ut rapacibus lupis[4] *ex adverso*[5] *ascendatis atque auctoritatem sacerdotalis culminis pro*
ovibus vobis vice beati[v] *Petri creditis*[w] *opponatis*[6]*. Iterum iterumque cernui sollicitudinem vestram*
oramus, pater, ut quod pastoris est, nobis dilaniatis ovibus ne pigritemini clementer impendere.

His cognitis quamtotius[x] papa curavit de omni episcopali officio prefatum Petrum 1068.
deponere[y.6]. Mart. Apr. Iul.

a) igpe, g *exp.* c. b) celebritate, b *exp.*, c. c) in corp., ill. et *om. V.* d) *sequ. domini punctis supp. delet. V;* vir virtute, *primo* vir *linea perducta del. c.* e) inflammabant c. f) *ita c. LV;* ardore *legendum esse videtur. Hofm.* g) nec summi- *in loco raso V.* h) adurendo *in loco raso V.* i) quidem *post* ardorem *add. L.* k) dubii *corr.* dubio c. l) cum magna c. m) certi c. *L.* n) subtimatur *corr.* sublimatur c. o) magnis c. p) mel *delet.*, fel *manu alia, sed coaeva superpos., V.* q) in terris etiam *signis superpos. corr.* etiam in t. *c.* r) miseros — abstrahendo *om. L.* s) -os *postea add. V.* t) nc taque, c *supra* nc *add., c.* u) fidutiam c. v) beati *om.* c. w) -tis *post rasuram L.* x) ꝙtoti' c. y) Incipit obitus sancti Iohannis abbatis IIII. id[us] *add. man. poster. c.*

1) Cf. Malac. 3, 6: *ego enim Dominus et non mutor.* 2) Cf. Ps. 18, 11: *super mel et favum.* 3) Cf. Ps. 78, 1 atque saepius: *oves pascuae tuae.* 4) Cf. Matth. 7, 15: *lupi rapaces.* 5) Cf. Ezech. 13, 5: *Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel.* 6) Cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 242 sq.; 'Forsch.' I, 50.

(107) 76. Ostendimus itaque, quam ferventissimam Iohannes pater habuerit fidem et quam indefessam contra symoniacam heresim sumpserit pugnam, immo quam obedientes et in fide ferventes educaverit discipulos. Reliqua, quae in senectute gessit, et qualiter de seculo migravit, prosequamur. Videns denique supradictus comes Bulgar[a-1], qui catholicus extiterat adiutor, etiam in omnibus defensor, tantam fidem tantamque religionem tam Iohannis patris quam eius discipulorum deliberavit suum monasterium Ficiclense sub eius committere regimine; quod nimiis et obnixis precibus tandem obtinuit. Ubi senex pater in regimine abbatis illum constituit fratrem, qui obediens transierat per ignem[2].

(108) 77. Quodam die, cum apud prefatum monasterium, quod est in Septimo, esset et octo ex monachis cum uno tantum sarculo foras ire videret, interrogavit, quo tenderent et cur nonnisi unum sarculum deferrent. . . . . [3]

(109) 78. Dilexerat enim a principio bonos clericos, quemadmodum monachos[b]. Et ipse ab eis diligebatur, ceu esset eorum pater. Nam omnimodo studebat cum bonis clericis canonicas ordinare ecclesias, sicut cum monachis monasteria. Ad quod probandum unum saltim de multis ponam exemplum. Venerunt clerici catholici per idem tempus et fideles laici de civitate Mediolanensi ad senem patrem, illius terrae referentes miseriam[c], scilicet quod per multos retro annos innumerabilis multitudo tam virorum quam mulierum illius civitatis pro timore symoniacae heresis nec penitentiam nec communionem ab aliqua sumpserat persona mortali. A quibus se profitebantur esse missos ad pietatem senis patris, ut pro caritate, qua isdem in ceteris flagrabat[d], animabus eorum auxilium pro posse impenderet. Quibus misericordia motus ait: 'Et quod vobis consilium possum impendere?' At illi: 'Pater', inquiunt, 'sancte, si tot miseris vis subvenire, fac clericos, qui ex nostra terra pro vitando hereticorum consortio ad te confugerunt, catholice ordinari; illos illuc
(110) remitte, et christianitatem iam pene deletam poterunt renovare'. Quid multa? Non solum illos, qui in civitate morabantur, nimia commotus pietate solito more, sed etiam quos iam in interiore[e] cella novitiorum habebat et qui pro accipienda veste monastica venerant, inde abstraxit t a Rodulfo Tudertino episcopo[4], viro sanctissimo et catholico, ordinari gradatim fecit eosque Mediolano[f] direxit. Hunc episcopum papa ad regendum episcopatum Florentinum direxerat post depositionem symoniaci Petri. Et quoniam maius his fecit, maius dicam; ipsum scilicet episcopum postea cum viris eruditis prefato Mediolano misit, ut viris catholicis id omnimodo optantibus et petentibus officio subveniret episcopali, quo fidelium consolaretur corda catholico pastore diu destituta. Si enim voluero cuncta sancti viri narrare bona, prius deficient dies[5] et horae, immo tempora quam dicenda.

(111) 1078. 79. Post haec igitur venit dies ab eo diu desideratus, scilicet ut dissolveretur et esset cum Christo[6], quod concupierat omnimodo. Ingravescente[g] itaque infirmitate, quod vitae terminus propinquaret, evidenter cepit dicere. Missa igitur legatione ad se discipulos, quos fratribus preposuerat, fecit venire. Quos visos et benedictos ilico cogebat remeare ad commissi custodiam gregis. Qui licet merentes et nimium flentes, patris iussioni contradicere non audentes revertebantur. Remanserunt cum eo tantummodo domnus Rusticus et domnus Letus abbas[7], pater cenobii Passinianensis, in quo decumbebat pater. Hii in eadem, qua obiit ebdomada, ad eum accedentes humili deposcerunt prece, ut aliquam exortationem fratribus relinqueret de unitate caritatis et concordia pacis. Tunc dicta haec dictari et scribi iussit:

(112) 80. *Iohannes abbas omnibus fratribus in amorem fraternitatis secum iunctis salutem et benedictionem. Me sub gravi infirmitate diu laborante, Deus ut animam recipiat, corporis mei terra quatinus ad pulverem revertatur, unde materiam sumpsit[8], cotidie expecto. Et hoc mirum non est, quia etas etiam absque tantae infirmitatis oppressione hoc me ammonet cotidie expectare. Et hinc transire quasi sub silentio estimabam, sed locum et nomen, quod in hac*

a) *ita* c. b) *post* mo- *locus rasus* c. c) mia *corr.* mis. c. d) fraglabat *corr.* flagrabat c. e) interiora c. f) Medialano *corr.* Mediolano c. g) ingrava- *corr.* ingravescente c.

1) Cf. supra p. 1088 n. 1. 2) Petrum videl. Igneum cognomine, de quo supra p. 1098 n. 1. 3) Hic complura omisimus. 4) A. 1068—1074; cf. de eo Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 220 et 244; Schwartz, 'Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' p. 294. 5) Cf. supra p. 1075 n. 2. 6) Cf. Phil. 1, 23: *desiderium habens dissolvi et esse cum Christo.* 7) De Rustico et Laeto cf. supra p. 1088. 8) Cf. Gen. 3, 19: *donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es et in pulverem reverteris.*

terra corruptibili, quamvis non sicut decuit, tenui, pensans utile duxi vobis aliquid de vinculo 1078.
caritatis[1] *loqui, et hoc non a nobis nec noviter, sed, quae cotidie auditis, transcurrendo replicare breviter. Certe haec est illa virtus, quae omnium rerum creatorem effici*[a] *compulit creaturam.*
Haec est illa, quam ipse in vice suorum omnium mandatorum apostolis commendans ait: 'Hoc Ioan. 15, 12.
est preceptum meum, ut diligatis invicem'. De ista Iacobus apostolus loquitur dicens: 'Qui totam Iac. 2, 10.
legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus'. Ista est, de qua beatus
Paulus apostolus dicit: 'Caritas cooperit multitudinem peccatorum'. Hinc[b] *vero colligere pos-* 1. Petr. 4, 8. (113)
sumus, quod tenendo caritatem omnia peccata operiri posse; ceteras vero virtutes estimantibus se optinere sine hac nil valere. Set haec audiens quisque superbus et inobediens hanc in veritate cogitat habere, si se corporaliter in communione fraterna viderit perdurare. A qua, ut ita dicam, opinione falsa unumquemque beatus Gregorius vere caritatis finem indicando excludit dicens: 'Ille perfecte Deum diligit, qui sibi de se nichil relinquit'[2]*. Quid vero de caritate singulariter loquar, ignoro, quoniam omnia dominica mandata ab hac pullulare radice scio. Quia si multi sunt rami boni operis, una est tamen radix caritatis. In cuius calore reprobi nequaquam possunt diu perdurare Domino salvatore dicente: 'Refrigescet caritas multorum'. Quos frigidos et ab* Matth. 24, 12
unitate divisos apostolus Iohannes plangit et[c] *gemit dicens*[c]*: 'Ex*[d] *nobis exierunt, sed non erant* 1. Ioan. 2, 19.
ex nobis; nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum'. Et si ita est, immo quia (114)
ita est, debet unusquisque fidelis semper pensare, qualiter se tam summo bono possit copulare secumque, quos habeat in via Dei socios, anxie querere. Et sicut reprobi hanc relinquendo a Christi corpore absciduntur, sic electi eam in veritate amplectendo eidem corpori Christi confirmantur. Ad hanc vero inviolabiliter custodiendam valde utilis est fraterna unitas, quae se constringit sub unius personae cura. Quoniam sicut flumen a suo alveo siccatur, si in multis rivulis dividatur, sic unitas fraterna minus valet ad singula, si fuerit sparsa per diversa. Idcirco, ut in longo ista caritas inviolabilis permaneat vobiscum, volo, ut in domno Rodulfo[e] *vestra cura et consilium post meum obitum pendeat, saltem sicut in me pependit in mea vita. Valete*[e]*.*

81. Tertia denique, antequam obiret, die vidit iuvenem sibi assistentem[f], quem eius (115)
angelum fuisse estimamus. Quem[g] cum solus et nullus alius cerneret, ait fratribus: 'Quare fratrem illum non vocastis vobiscum, cum comedistis?' Cui fratres: 'De quo', inquiunt, 'fratre dicis, pater?' Et ille: 'De illo pulchro', inquid, 'iuvene, qui ad nos venit et nobiscum moratur ingrediens et egrediens'. Et subiunxit: 'Unde est et quo nomine vocatur?' Cui beatus Letus abbas de Passiniano Deo revelante dixit: 'Nescis, quia de monte Domini[4] est et Benignus appellatur.' Tunc ille Spiritu sancto docente angelum esse intellexit et vere de monte Domini, id est de celo, esse talique nomine, id est Benignus, illum appellari dixit. Et recte beato Iohanni Deus talis nominis angelum deputaverat, qui (116)
tantam sibi benignitatem misericorditer plus quam ceteris fere mortalibus infuderat. Quo audito ierunt et supra mensam unius hominis victum posuerunt supra victualia constituta fratrum. Quo adimpleto quievit. Denique cum ad exitum appropinquaret[h], fecit sibi in breviculo scribi et in manu poni haec: 'Ego Iohannes credo et confiteor fidem[i], quam sancti apostoli predicaverunt et sancti patres in quattuor conciliis confirmaverunt', ut crederetur intimo eam corde tenuisse, quam videbatur verbis et operibus viriliter defendisse.

82. Post haec Christo tradidit spiritum corporis et sanguinis ipsius perceptione (117)
munitum, in quem integra fide crediderat, quem pure dilexerat, cui pia intentione servierat, secum videlicet talentum sibi creditum reportans centuplicatum. Obiit in ferventissimo estatis ardore, quarto scilicet idus Iulii. Patres itaque presentes, qui aderant, spe certa 1078. Iul. 12.
credentes posse Deum sine fetore in estatis fervore servare magistrum, qui in igne sine combustione servaverat discipulum, deliberaverunt cadaver patris insepultum retinere, donec abbates ex utraque congregarentur parte. Hac itaque de causa insepultum mansit (118)
per triduum. In quibus vero diebus ad celebrandas communis patris exequias clericorum

a) ec- *corr.* ef. *c.* b) *sequ. una littera erasa c.* c) dicens et gemit *signis app. corr.* et gem. dic. *c.* d) et *corr.* ex *c.* e) Valete *in fine sequentis lineae c.* f) astantem *corr.* assistentem *c.* g) *sequ.* et *del. c.* h) ap *supra lineam add. manus alia c.* i) e *in loco raso c.*

1) Cf. Os. 11, 4: *in vinculis charitatis.* 2) Cf. *de se nihil relinquat.* 3) De eo v. supra p. 1088 n. 6. Gregor. Moralia X, 6 (Migne, Patrol. Lat. LXXV, 923): *ut videlicet qui perfecte Deo placere desiderat, sibi* 4) Cf. Num. 10, 33: *de monte Domini* atque similiter saepius.

1073. et monachorum convenit multitudo pene innumerabilis. Per hos quippe dies et noctes Christo indeffesse[a] gratias agentes, debitum honorem patri impendentes, sepulturae post haec sancti viri corpus tradiderunt[1], ita immune ab omni fetore, quemammodum fidem ab omni erroris contagione servaverat immunem et ceu discipuli transeuntis per ignem Christus incombustas vestes servaverat et carnem.

(119) 1073—1076. 83. Quo sepulto sumpsit domnus Rodulfus obedientiam sibi a patre iniunctam; quam per triennium[2], pre oculis habens memoriam et timorem patris sancte et regulariter rexit. Sub cuius regimine se ceteris adheserunt cenobium Vagianum[3] et Taonis Fontana[4] necnon et Coneum[5]. Post cuius obitum totius congregationis regimen sumpsit pater Rusticus[6]

1076—1092. et eam per annos XVI^{cim} rexit fideliter, paterne et discrete. Sub quo cenobium sancti Angeli iuxta Pistoriam[7] est noviter edificatum. Alterum ad honorem Christi eiusque genitricis Mariae in Nerana[8]. Porro illud, quod est in Sofena, ad honorem sancti edificatum est Salvatoris[9] et alterum, quod in Strumis, ad honorem Dei eiusque sancti martyris Fidelis[10] necnon et illud Pisanum ad honorem Dei sanctissimique Pauli[11] sub huius regimine patris adiuncta et concorporata sunt Vallisimbrosae consuetudini et congregationi. Similiter id, quod in monte Armato[12], et alterum, quod in Oselle Castellanis in partibus[13]

(120) noviter sunt edificata, sub hoc sunt instituta patre. Horum quippe rectores annuatim conveniunt, memoria retinentes bonitatem et sanctitatem necnon et instituta boni et primi patris, sibi offerunt alteri alterutris, quaecumque sub sua habent cura, personas videlicet et substantias secundum imperium Vallisimbrosae abbatis, quem super se electum habent in vice Iohannis primi abbatis. Et sunt in fide una, unum cor et animam habentes[14], potius parati mori, quam ab alterutro dividi. In qua unitate Christus, omnipotens pastor, eos in perpetuum dignetur conservare, qui suos electos ante mundi constitutionem dignatus est eligere[15]. Qui cum Deo patre sanctoque Spiritu ex utroque procedente vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum[16]. Amen[b].

(121) 84. Quod scribimus, a venerabili fratre didicimus Iohanne, qui in eodem Passinianensi cenobio, ubi domnus archimandrita Iohannes ad celestia migravit, per multos annos cellae ministerium et vestiarii officium nobiliter gessit. Qui adhuc eo tempore in laicali habitu constitutus, dum persensisset venerandum patrem morti proximare, estuare cepit, quid in tanta parandi copia ciborum ageret, presertim cum cerneret tantam turbam monachorum et clericorum necnon et laicorum ex diversis partibus ad funus tanti patris advenire. Quid multa? Tandem ad semetipsum reversus, in Deo confisus meritisque tanti patris presumens dixit: 'Qui ex quinque panibus quinque milia homines pavit[17], potest hodie multiplicare nostra holera simulque et legumina'. Tunc vascula, quae more solito fratribus suffecerant, assumpsit et sancti patris Iohannis invocato nomine ad prunas composuit et ad coquendum cybaria per eas ordinavit. Mira res! de quibus vasculis solitam annonam fratribus tribuit, et a mane usque ad expletum diem omnibus supervenientibus ibidem ospitibus sufficienter amministravit.

(122) 85. De[c] domno Gregorio[d] VII. apostolicae sedis papa[c], qui ad sacrosancta missarum sollempnia compunctive[e] solebat accedere. Cui cum continuis tribus diebus consueta deesset compunctio, nomen et sanctitas predicti patris Iohannis in memoriam venit eumque in suum invitavit auxilium; et mox eiusdem sanctae compunctionis[e] gratiam, copiam multum largius, quam solebat, resumpsit, sicut domnus Petrus Albanensis episcopus[18] ex ipsius ore se testabatur audisse.

a) indeffessa *corr.* -se *c.* b) *sequ. spatium duarum linearum vacuum c.* c) De — papa *rubro scripta c.* d) GG *c.* e) *alterum* c *supra lineam add. c.*

1) Cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 247, ubi etiam de canonizatione sanctique cultu agitur. 2) A. 1073—1076 Nov. 22. 3) Mon. s. Salvatoris de Vaiano (dioec. Pistor.); cf. Kehr, It. pont. III, 143. 4) Mon. s. Salvatoris de Fontana Taonis (dioec. Pistor.); cf. ib. p. 133. 5) Mon. s. Mariae de Cuneo in Valle Elsae (tunc dioec. Vulterr., nunc Collensis). 6) A. 1076—1092 Mart. 12; cf. de eo supra p. 1083. 7) Quod et mon. s. Michaelis de Furculis nuncupatur; cf. Kehr, It. pont. III, 129. 8) Mon. s. Mariae de Nerana, postea Badia di Tagliafuni (dioec. Faesul.). 9) Mon. s. Salvatoris de Sophena (dioec. Faesul.). 10) Mon. s. Fidelis de Strumis (dioec. Aret.); cf. Kehr l. c. III, 169. 11) 'Ad ripam Arni' nuncupatum; cf. Kehr III, 354. 12) Mon. s. Mariae de Monte Armato prope Bononiam. 13) Mon. s. Mariae de Osella (dioec. Castellanae). 14) Cf. Act. 4, 32: *credentium erat cor unum et anima una.* 15) Cf. Ephes. 1, 4: *elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* 16) Cf. Ap. 4, 9: *viventi in saec. saeculorum;* 11, 15: *et regnabit in s. s.* 17) Cf. Matth. 14, 7sq. etc. 18) Petrus Igneus, de quo supra p. 1098 n. 1.

86. De domno Teuzo Razolensi abbate, de primis maximisque eius discipulis[1], quod ei contigit, ipso (123)
sepissime testificante. Qui dum quadam die cum plebano Sancti Iohannis Maioris, nomine Ugo[2], Valimbrosam
iter ageret, gravissimo yiorum dolore intolerabiliter ac sepius pulsatus est. Cumque inter has doloris angustias
fluctuaret, predictum patrem Iohannem attentius cepit rogare, quatinus suis meritis precibusque ei clementer
succurreret. Statimque languor, qui eum cruciabat, prorsus deletus est.

87. Item de predicto domno Teuzo, cui cum obitus donni Rustici magni prioris nuntiatus fuisset et ipse
tanto constringeretur languore, ut se movere non posset, caliculam[a] predicti patris fiducialiter tetigit, mox sanis-
simus effectus, celeriter ad defunctum perrexit.

88. De fratre Girardo sepius in vita eius[3] memorato. Qui dum quadam die equo sedens iter ageret, (124)
predicti patris pedulem gestabat in sinu. Qui casu de equo descendens . . . . . .[4]

89. In virtute similis miraculi eius nichilominus sanctitas claruit. Nam cum supradictus venerabilis (125)
Rusticus die quadam a Valimbrosa veniret et ad Sanctum Salvium cum quodam venerabili presbytero iret, cum
ad quoddam diversorium venerunt, de mulis, quibus insedebant, ob necessitatem corporis descenderunt. Interea
mulus presbyteri repente diffugiit . . . . . .[4]

90. Matrona quedam nobilissima, nomine scilicet Adalascia, gravissimis per unum integrum annum febribus (126)
estuans, ante sepulchrum eius iacuit; illico[b] sanitate recepta incolomis remeavit ad propria.

91. Vere non solum ipse magna et innumerabilia fecit miracula, verum etiam quam plurimi in ipsius
nomine mira valde fecerunt. Erat tunc temporis presbyter quidam, Zenobius scilicet nomine, qui Brozensem[5]
plebem per XL annos et eo amplius rexit. Qui cum quadam die sole ad occasum vergente acceleraret se per-
celebrare vespertinam sinaxim, ut mos est rusticorum, accensa candela ecclesiae lanpadem festinabat igniri. Et
cum olei liquorem in ea minime invenisset et alias[c] ex eo minime haberet, unde eam reficere posset, sepius
replicando eam ignivit, quam aqua, quae in ea sola manebat, sine mora extinguebat. Tunc furibundus animo (127)
ille ut erat dixit: 'Si vera sunt, quae de Walberti[d] Iohanne propriis oculis vidi et audivi, in ipsius nomine pre-
cipio tibi, ut celeriter accensa inextincta permaneas'. Quae cum tanta velocitate est accensa, ac si divinitus ei
imperatum fuisset. Et tunc demum usque mane tam clare arsit, velut ex purissimo oleo repleta fuisset. Ille,
qui gessit, nobis scribens haec dictando mandavit.

92. Ante sepulchrum quippe eius tunc priori tempore lampas una constituta et in nocturnis temporibus
accendenda per multos annos permansit; quam sepe in terram corruisse et semper illesa permansisse me, qui
scribo, vidisse profiteor.

93. Quidam magnae simplicitatis et obedientiae vir ad quandam obeditiunculam de prefato Passinianensi (128)
cenobio ad conversionem venit. Qui cum quadam die aliquantos mercennarios ex precepto eiusdem obedientiae
prioris ad excolendam agriculturam conduxisset, cum eis per totum diem in ruris exercitio devotus permansit;
et cum sol ad occasum diverteret et omnes, qui in vicino laborabant, propriam repedarent domum, ait ad suos:
'Eamus et nos similiter ad nostrum metatum'. Tunc propriis humeris superpositis sarculis atque abeuntes in-
venerunt oviculam vagantem per rura. 'Quid hic agis?' inquiunt, 'tetra nox iam appropinquat et a luporum
morsibus eris devoranda'. Tunc, qui[e] superstabat, ait illis: 'Nobiscum eam deferte, ut ei, cuius est, illesam
valeamus reddere'. Et apprehensam eam domi secum detulerunt. Preterea invenientes ibidem de iam dicto (129)
cenobio quendam vicarium, retenta secum ove omnes salutandi gratia occurrunt. A quo resalutati cum omnes
essent, ait illis: 'Quid sibi vult ovis, quam vobiscum defertis?' Qui dixerunt: 'Invenimus ovem cuiusdam errantem,
et, qui nobis preerat, precepit, ut nobiscum eam conduceremus'. 'Ubi est ille?' inquit. Qui mox vocatus ad-
venit. 'Quid', inquit, 'tibi et ovi alterius? Precipio[f] tibi itaque ex parte domni Iohannis abbatis maioris, ut
statim, abstracta ab ea pelle et tibi ex integro tegumento cervici superposita, ad locum, unde tulistis, quamtocius
deferas.' At ille sine cunctatione mox omnia peregit; et iter aggressus episcopus Aretinae civitatis cum multo (130)
sibi comitante equitatu in itinere incurrit. Qui omnes in magna nimis[g] ammiratione conversi interrogare eum
cepere[h] dicentes: 'Quid est hoc? Cur hoc agis?' Tamen estimaverunt eum esse amentem. Nimirum ipse nil[i]
dixit, donec ad episcopum ventum est. Ad quem episcopus: 'Quare hoc agis?' At ille seriatim ei per ordinem
pandit. Et episcopus: 'Ego te absolvo', inquit, 'ab hoc reatu'. Et ille: 'Tu', inquit, 'non es meus abbas ad-

a) *sequitur* tanti *deletum c.* b) *secundum l supersor. c.* c) *ita cum Hottone c. 84 emendandum videtur*; alio *c.* d) Walberte *c.*; Gualberti *Hatto c. 84.* e) *sequ.* asta *del. c.* f) precibus*(?) corr.* precipio *c.* g) magnans *(?) corr.* magna nimis *c.* h) ceperunt *corr.* cepere *c.* i) nichil *corr.* nil *c.*

1) Quem eundem esse atque Teuzonem supra p. 1087 commemoratum verisimile videtur. 2) Cf. supra p. 1091 n. 3. 3) Girardus (vel Gerardus) in hac quidem Vita non nisi semel (supra p. 1092) commemoratur. 4) Hic nonnulla omisimus. 5) Hodie Brozzi prope Florentiam.

dictus[a], sed tantummodo tuae civitatis episcopus'. Ex[b] cuius absolutione nichil curans, ut ceperat, suam obedientiam festinus adimplere pertemptans, ex eo, unde alii abstulerant, loco eam devote reposuit et continuo domum letus remeavit. Haec namque ideo posuimus, ut obedientiae bonum, quam perfecte etiam in simplicioribus pro reverentia tanti patris exercebatur, significaremus.

(131) 94. Sed et hoc, quod subinfero, a venerabile fratre Teberto, qui in eodem Passinianensi cenobio monasticae religionis vitam optime conduxit, pro certo scimus. Qui ex nobili prosapia ortus quendam nepotem habuit, nomine Benzonem, virum in armis strenuum et in bellicis actibus diligenter instructum[c] et, ut dicam, quod maius est, quamquam in seculari habitu positus, in Domini preceptis erat devotus. Preterea quadam die quidam heroes ob invidiam nimis magnam ex longo tempore iam procreatam ad invicem commiserunt, et ab alteratro superati, cum iam predictus vir interesset, ab adversa[d] parte est deprehensus. Itaque in arta nimis custodia (132) cum constrictus esset, desperavit se funditus quocumque modo ex ea eripi posse. Tunc predictus Teberto[e] pro caritatis sive consanguinitatis affectu in nepotis afflictione commotus, recurrit ad patrem Iohannem et petivit dicens: 'Gloriosissime pater et domne, deprecor tuam misericordissimam clementiam, ut me famulum tuum clementer audias et, de quo rogo, propter tuam magnam pietatem cito subvenire digneris, ut famulum tuum illum Benzonem a tali et a tanto exitiabili periculo sine pretio et aliqua conventione abstraas[e] liberum. Et cum hoc feceris, tunc demum spondeo eum ad tua vestigia perventurum et, quoadusque vixerit tempore, devotum tibi servum adfuturum.' Tunc venerabilis Iohannes abbas se ex corde precantes semper iuvare paratus, pie factae orationi mox annuit et, pro quo rogaverat, cito de eius oppressione auxilium sensit. Mira res! Qui in mirae magnitudinis turris custodia positus cum esset, per semetipsum ex improvisu depositus est ex[f] ea cum parvo funicolo. Et sic per tegulas in tegulas diu eum satellitibus perquirentibus inimicorum manus evasit.

(133) 95. De domno Bernardo Parmensis urbis episcopo[1]. Qui cum adhuc cardinalis esset presbyter atque trans Tiberim apud Sanctum Grisogonum positus, cum[g] ei quadam die, vel quid in cibum sumeret, vel pretium, unde emeret[g], omnino deesset, predictum patrem Iohannem adducens suppliciter rogare cepit, ut ei, quid sumeret, largiretur. Eadem vero hora ex improvisu duo advenientes viri, unus sex solidos, alius[h] . . . . . [i] in panno ligatos devotissime obtulerunt. Deinceps ciborum grandis copia a quibusdam est oblata.

96. De eodem domno Bernardo, qui epistolam transmisit regi, in qua testimonium inseruit, quod postea retractans . . . . . [k. 2]

VITA IOHANNIS GVALBERTI AVCTORE DISCIPVLO EIVS ANONYMO.

Incipit prologus in vita Iohannis abbatis.

In libro Timei Platonis, quem sub nomine discipuli sui Plato cunctorum phylosophorum peritissimus de archetipo vel sensili edidit mundo, dicit idem phylosophus esse humanae naturae solitum, quod ea, quae in prima etate vidimus vel audivimus, tenacius retinemus[3]. Idem confirmat Oratius dicens: 'Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu'[4]. Quod ita esse in memet ipso expertus sum. Contigit enim me in infantia pueritiaque sancti viri Iohannis abbatis Vallisymbrosae disciplina diligenter erudiri, in quo et a quo videlicet Dei homine vidi et audivi multa virtutum insignia magno digna preconio. Quae, in quantum fragilis patiebatur aetas, intellecta ita menti adheserunt, ut nullo temporis intervallo, nulla rerum varietate de mente potuerint avelli. Ex quibus, o venerabilis abbas, non tantum quia michi iubere dignatus es, verum etiam quia delectabilis et utilis tanti viri memoria est, pauca de multis quamvis imperitus et indignus referre decrevi.

Explicit prologus. Incipit vita eiusdem.

1[1]. Beatus igitur Iohannes ex nobili prosapia patre Gualberto genitus est, sed nobilitatem generis nobilioribus nichilominus adornavit moribus. Hic itaque cum ab ineunte cepisset

a) *ita emend. videtur pro* abdictus *c.* b) *Et corr.* Ex *c.* c) instructus *c.* d) abversa *c.* e) *ita c.* f) de *corr.* ex *c.* g) *sequ. n del. c.* h) aliud *c.* i) *hic numerus quidam (X.?) scriptus erat membrana nunc perforata c.; . . . cim AA. SS., ubi apud Franchum ('Hist. del patr. S. Giovangualberto', Flor. 1640) l. 10 p. 868 et Thesaurum Velum ('Vita s. Bernardi mon. et abb.', Romae 1612) p. 37 duodecim inveniri dicitur.* k) *hic finit f. 48' c.* l) *capita non numerantur nec ubique distinguuntur c.*

1) Bernardus Uberti, monachus Vallumbrosanus, tunc abbas S. Salvii, deinde congregationis totius abbas generalis. Cardinalis ante 1099. Aug. 30. factus est. Parmensem episcopatum rexit 1106—1133. Cf. de eo Davidsohn, 'Forschungen' I, 66—68; 'Gesch. v. Florenz' I, 289—91; Schwartz, 'Besetzung d. Bistümer Reichsitaliens' p. 187. 2) Vita sancti Iohannis Gualberti auctore Andrea Strumensi his verbis desinit. Certe manuscriptum in fine truncum est; cf. supra p. 1077. 3) Cf. Platonis Timaeum interpret. Chalcidio 26 B (ed. Wrobel p. 20): *tenaciorem esse memoriam rerum, quae in prima discuntur aetate.* 4) Horat., Ep., I, 2, 69 sq.

aetate in Dei amore succrescere, verum se luce clarius eo probavit Dei amorem habere, quod non otiosus, sed nimis extitit fructuosus. Quod monachorum, qui sanctis eius instructi monitis, probis informati moribus, imitandis provocati sunt exemplis, innumera probant piorum agmina. Divini ergo amoris instinctu terrena despiciens, celestia toto corde diligens[1] mundum cum suis, patre ignorante, fugit tempestatibus portumque monasterii petiit. Quem cum pater blandimentis multisque lacrimis non potuisset a sancto revocare proposito, monasticae religionis habitum in monasterio sancti Miniatis[a] prope Florentinae civitatis constructo suscepit menia. Eo tempore huic monasterio preerat abbas nomine Ubertus[2], seculari quidem sapientia pollens, religioni vero non admodum vacans. Quem cum venerabilis Iohannes pro certo comperisset per pecuniam prelationis arripuisse dignitatem, detestabilem perhorrescens heresem meditari cepit, qualiter hanc vitando posset effugere. Per idem tempus erat in predicta civitate quidam religiosus vir nomine Teuzo, qui, quamvis in civitate maneret plena populo, tamen, quia nullus locus est non remotus compunctae menti, separatus erat a populo et ad Dei servitium solus manebat in cella ieiuniis, vigiliis et orationibus vacans. Ad hunc multi boni viri veniebant et se suis commendantes orationibus sepe ipsius consolabantur et confirmabantur exhortationibus. Imperator etiam H.[3] eum venerabatur eiusque consiliis et amicitiis utebatur. Huic ergo cepit domnus Iohannes adherere, conferens cum eo de his, quae ad Deum pertinent, et quod sibi esset agendum de predicto abbate per symoniacam prelato. De qua re tale sibi dedit consilium, ut, siquidem valeret, monasterium ab invasore liberaret; si autem hoc nequiret fieri, se a symoniaco separaret. Quo responso accepto prius temptavit, si posset cenobium ab errore detraere. Cum vero vidisset id se non posse perficere, cepit querendo circuire, si posset aliquod cenobium invenire, ut secundum regulam sancti Benedicti Christo serviret. Quod cum secus, ac vellet, evenisset et videretur sibi nullum fere per viam regularis perfecte incedere tramitis, reversus est ad domnum Teuzonem. Cui referens ea, quae fecerat, aperuit ei cor[4] suum dixitque se desiderare in aliqua congrua solitudine monasterium condere, ut secundum regulam sancti Benedicti vivere posset. Quod ille audiens laudavit eumque suo roboravit consilio.

2. Per idem tempus celebre nomen religionis et sapientiae habebat in Tuscia domnus Guarinus Septimensis cenobii[5] abbas primus. Hic libere cepit loqui contra symoniacos et arguere clericos concubinatos. Nam cum quodam tempore pro quodam negotio accessisset ad Florentinum episcopum nomine Ildebrandum[6] cumque perorasset rem, pro qua venerat, et expectaret episcopi responsionem, coniux episcopi nomine Alberga iuxta eum sedens respondit: 'Domne abbas de hac re, pro qua tu postulas, domnus meus non est adhuc consiliatus; ipse loquetur cum suis fidelibus et respondebit tibi, quod sibi placuerit'. Ad hanc vocem abbas zelo Dei accensus cepit vehementer contra eam maledictionis verba promere dicens: 'Tu maledicta Zezabel, tanti conscia reatus, audes loqui ante conventum bonorum hominum vel clericorum, que deberes igne comburi, quia tale Dei plasma Deique sacerdotem deturpare presumsisti?' Hinc factum est dissidium inter Florentinam et Septimensem ecclesiam, confugitque Septimensis abbas ad arcem Romani pontificis et sub tutela beati Petri receptus hoc est consecutus, ut Septimensis ecclesia neque Florentinae neque ulli ecclesiae ulterius subiaceret nisi Romanae. Promeruit etiam, ut in sollemnitatibus missarum Septimensis monasterii abbas cum pastorali virga sandaliis et mitra utatur et guantis[7].

3. Sed ut ad id redeam, unde digressus sum, erat quaedam solitudo, quae vocatur Vallisymbrosa, in qua supradicti domni Guarini abbatis duo erant monaci Paulus et Guntelmus heremiticam ducentes vitam. In eadem itaque domnus Iohannes heremo cum permissione abbatissae sancti Ylari, cuius erat possessio[8], parvo constructo habitaculo cepit in psalmis et hymnis celibem ducere vitam. Et sicut a discipulis domni Guarini audivi, per aliquantum tempus ipsius Guarini consilio et auxilio sustentatus est.

a) Miniati c.

1) Cf. Matth. 22, 37: *diliges dominum Deum tuum ex toto corde.* 2) A. circ. 1035—1072; cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 166 n. 4. 3) Heinricus III. Cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 162. 4) Cf. Iudic. 16, 18: *quia nunc mihi aperuit cor suum.* 5) Cf. supra p. 1088 n. 2. 6) C. a. 1008—19. April 1025? 7) Cf. Kehr, It. pont. III, 53 nr. 1. 8) V. supra in adnotationibus ad Vitam Andrea Strumensi auctore, p. 1083 sq.

Ibi ergo sanctus delitescens Iohannes, hominibus incognitus, Deo cognitus, a mundo separatus, angelis coniunctus, manebat quidem in terris, eius autem conversatio erat in
cf. Phil. 3, 20. celis. Manens autem in eadem solitudine in tantum se ieiuniis, vigiliis et orationibus
Andr. Strum. c. 17. afflixit, ut infirmato stomacho et toto debilitatus corpore in sincopin incideret. Quam infirmitatem usque ad diem mortis perpessus, quicquid rubiginis humanae fragilitatis inhesit, totum, sicut credimus, huiusmodi passionis cruciatus ademit. Sed quia non potest abscondi civitas supra virtutum montem constituta[1], ceperunt multi religiosi viri ad eum concurrere, quatenus eius magisterio instructi, conversatione conformati domno Iesu Christo utpote vero possent rite subdi magistro. Cum quibus non tantum secundum cenobialem monasteriorum consuetudinem, quantum iuxta sanctorum patrum, scilicet apostolorum sanctique Basilii maximeque sancti Benedicti, tam vestimentorum vilitate quam mentis humilitate morumque honestate constituit vivere normam. Ceperunt multi nobiles viri filios suos divino cultui mancipandos et res suas ad monasteria edificanda vel restauranda et regulariter ordinanda certatim tradere. In quibus videmus usque hodie divinam crescere gratiam et per diversas ab his regiones usque ad insulas maris[2] monasticam religionem propagari et infinita Christo lucra et diabolo fieri damna.

Andr. Strum. c. 33. 4. Per idem tempus invitatus est reverentissimus Iohannes a Guilihelmo comite, qui et Bulgarellus vocabatur[3], et a monachis Septimensis monasterii, quatenus id sub regimine susciperet suo. Nam dissidentibus inter se monachis, abbati etiam suo, domno scilicet Ugoni, crimen obicientibus, recesserat abbas ab eis, et ita sine rectore locus remanserat. Cui petitioni dubitando humanosque timendo casus noluit cito consentire. Sed cum hoc tempore certamen monachorum ceterorumque catholicorum cepisset contra symoniacos exurgere, cuius pugnae venerabilis Iohannes princeps videbatur existere, videns predictum locum satis ad hanc rem utilem fore, cepit flectere animum ad consentiendum postulationi eorum. Suscepit ergo monasterium gaudente comite cunctisque monachis desideranter optantibus eius regimini subdi votumque suum per breve subscribendo firmantibus, exceptis pueris, qui adhuc in scolis erant.

5. Exinde cepit patefieri et multis contentionibus discuti error symoniacorum primum a Florentino incipiendo episcopo. Cuius rei talis primum fuit occasio. Contigit, ut quidam nobilis vir nomine Teuzo Mediabarba, pater videlicet Florentini episcopi[4], veniret de Papia Florentiam causa visitandi filium. Cui Florentini insidiantes tentando ceperunt dicere: 'Domne Teuzo, multum pretii pro filii tui dignitate regi contulisti?' Quibus ille utpote simplicissimus homo cepit iureiurando dicere: 'Per corpus sancti Syri, nec unum molendinum potest homo in domo domni mei regis habere sine magno pretio, nedum talem consequi episcopatum'. At illi haec audientes alacres et avidi rem scitari rursus expostulant dicentes: 'Dic ergo, si placet tuae nobilitati, quantum summae potuit haec res constare tibi?' At ille: 'Per sanctum Syrum, sic tria milia libras potestis bene scire me propter hunc episcopatum acquirendum dedisse, sicut unum valetis credere nummum'. His auditis certi redditi tali testimonio ceperunt haec ubique pandere verba. Cepit etiam haec res ante dominum Iohannem abbatem et per omnia eius monasteria et per omnes
Andr. Strum. c. 73. Florentini episcopatus ecclesias frequenter et diligenter ventilari. Unde factum est, ut
1067. dirigeret abbates et monachos suos cum Florentinis clericis Romam ad proclamandum super Florentinum episcopum coram domno Alexandro papa in Romana[a] synodo[5]. Quibus videlicet monachis in hoc itinere ac negotio preerat vice domni Iohannis Rodulfus vir sapiens et religiosus abbas Muscitanus[6]. Postquam ergo ventum est ad concilium et accusatione rite peracta res agitari cepisset, ceperunt multi sibi timentes valde sevire contra monachos. Tunc Petrus Damianus episcopus Hostiensis, ut michi videtur compulsus et rogatus ab emulis adversae partis, obstitit nostrae parti, secundum quod audivi. Et surgens locutus est ante dominum papam dicens: 'Domne pater, isti sunt locustae, quae depascuntur viriditatem

a) Romano *c.*

1) Matth. 5, 14: *non p. civ. absc. supra m. posita.* 2) Cf. supra in praef. p. 1079. 3) Cf. supra p. 1088 n. 1. 4) De Petro Papiensi Florentino episcopo vide supra p. 1094 n. 3. 5) De hac Romana synodo Alexandri pontificis secundi praeter Andreae Strumensis Vitam (supra p. 1095) ceteri tacent fontes. De ea, a. 1067. celebrata, cf. Davidsohn, 'Forschungen' I, 47 sq. 6) Cf. supra p. 1083 n. 5 et 6.

sanctae ecclesiae; veniat auster et perferat eas in mare rubrum[1]'. Domnus vero papa, 1067.
contemperando se utrisque, benigne respondit dicens: 'Isti homines non omnino sunt refellendi, quia boni homines sunt et ea, quae dicunt, simpliciter et bona intentione locuntur'. Inter omnes autem Rainaldus episcopus Cumanus[2] vehementius restitit nostris. Nam sicut ipsum domnum Rodulfum abbatem referentem audivi, post multam verborum contentionem proposuit idem episcopus hanc questionem domno Rodulfo dicens: 'Ecce dicamus, quod sint hic duo presbyteri, unus bonus et castus, alter vero preterita cum sorore sua iacuit nocte. Qui hodie ambo celebrant missam. Dic ergo, cuius horum sacrificantium corpus Domini videtur tibi esse melius?' Respondit domnus Rodulfus: 'Neutrum dico esse melius vel deterius, sed dico illud, quod tanti conscius reatus optulit, non esse corpus Domini'. At ille indignatus respondit: 'Nunquam tecum amplius loqui volo'. Et abbas illi: 'Nec ego tecum'. Cum itaque pene omnes furerent contra monachos et dignos morte iudicarent eos, qui temerarie contra prelatos ecclesiae armari auderent, ceperunt nostri utpote agni inter lupos[3] vexari et turbari nimis et clamare ad Dominum. Interea surrexit in concilio quidam vir egregius et excellentissimus alter Gamaliel[4], scilicet Ildebrandus monachus et archidiaconus ecclesiae Romanae, qui non pedetemptim ratiocinando, sed aperte atque fortissime defendit monachos contra omnium opinionem. Et quia placuit sibi, ut fieret defensor Christi, factus est postea vicarius Christi, hoc est papa urbis Romae. Nam quia 1073—1085.
Christus est veritas[5], cum defendendo testatur veritatem, testis extitit Christi.

6. Hac tempestate apparuit quoddam portentum in alpe, ut reor, Muscitana, videlicet vitulus cum duobus capitibus et, sicut a domno Rodulfo abbate audivi, aliquandiu vixit et crevit. Cum vero quadam die staret in medio armenti, veniens lupus rapuit eum et asportavit. Hinc animadversum est a sapientibus divisum fore sacerdotium. Quod ita factum est. Nam exinde simul duos presules in Roma, duos vel tres per civitates episcopos vidimus. Quidam etiam senex de villa sancti Martini ad Palmas[6] retulit me audiente clericis, qui propter persecutionem symoniacorum proiecti de sedibus suis permanebant in eadem ecclesia[7], 1067/68.
se vidisse in visu, quod sol vehementissimo cursu persequebatur lunam. Illa vero fugiens iactabat se in profundissimam aquam et sol ibi etiam insecutus est eam. Quae visio videtur significasse persecutionis estum, quo rex cum reliquis infidelibus vehementer persequitur ecclesiam[8]. Ipsa vero confugiens ad auxilia populorum aliquo post Deum eorum defenditur adiutorio. Vel potius ad sanctarum fluenta scripturarum confugiens Spiritus sancti donis confirmatur et adiuvatur. Igitur quia longum est narrare, quam constantissime servi Dei contra symoniacorum vesaniam pugnaverint et quot depredationes et combustiones et sanguinis etiam effusionem equanimiter pertulerint, qualiter etiam per ignis examen hereticorum audacia confusa, catholicorum vero pars adepta fuerit palmam, haec obmittenda putavi. Nam haec omnia in alio sunt opere diligenter demonstrata et per diversas divulgata provincias[9]. De miraculis etiam sancti patris nostri Iohannis non hic referendum fore decrevi, quia de his in alio eleganti opere scriptum habetur, simul quia non est michi nunc intentio proprias eius narrare virtutes, sed locis communibus laudare defunctum.

7. Nunc vero de sanctis eius moribus imitanda dicamus. Erat igitur reverentissimus Iohannes vultu placido, veneranda canitie, corpore procerus, animo magnus, virtutibus dives, secularibus rebus pauper, mente humilis, affectione integer, gratia Dei plenus.

1) Cf. Exod. 10, 19: *qui flare fecit ventum ab occidente . . et arreptam locustam proiecit in m. r.* — Cf. etiam, quae dicit Petrus Dam. in epistola tunc Florentinis directa (Opusc. XXX, Opera ed. Cajetani III, 270): *odiosa sanctitas, quae in haeresim illabitur . . . qui dum prohibent non licere quod licet ac per hoc iactant se defensores esse iustitiae, hostes adiudicantur ecclesiae . . . huiusmodi quippe genus hominum ranis sive locustis merito comparatur; quia sicut Aegyptum illa tunc animalia percusserunt, ita per hos nunc vastatur ecclesia.* 2) C. a. 1061 — 27. Ian. 1084; de eo cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 231 n. 2. 3) Cf. Luc. 10, 3: *sicut agnos inter lupos.* 4) Cf. Act. 5, 34: *surgens autem quidam in c. Pharisaeus, nomine G.* 5) Cf. 1. Ioann. 5, 6: *spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas.* 6) San Martino alla Palma, haud longe distans a Septimi monasterio. 7) A. 1067. vel in principio a. 1068. Cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 234 sq. 8) Notabilis haec narratio videtur, quia dignitates imperialis pontificalisque sub imagine solis et lunae proponuntur, tali autem modo, ut sol imperium, luna significet pontificatum. — Cf. Aug. En. in ps. 8, 9. 10, 3, Migne, P. L. XXXVI, 112. 131. 133. Zw. 9) Cf. Vitam auct. Andr. Strum. c. 70 (supra p. 1095: *iussit s. Salvii cenobium igne comburi*), c. 71 (ib.: *depredati sunt*), c. 72—75.

Andr. Strum. c. 17. 4

Fuit etiam mirae patientiae. Nam cum tanta continue affligeretur infirmitate, ut per crebra intervalla temporum funditus intercidi sibi vita videretur, nisi frequenter alimentis reficeretur[1], tanta inerat sibi letitia, ut nil mali pati videretur. Hinc factum est, ut sicut dicitur de beato Petro, quod ideo in terra et mare aliquantulum permissus est titubare, quatinus futurus pastor ecclesiae sciret melius utpote conscius propriae infirmitatis compatiendo misereri fragilioribus fratribus[2], ita venerabilis Iohannes propriae infirmitatis conscius circa infirmos fratres actum est, ut esset valde misericors. Nam cum quodam tempore maneret in Muscitano monasterio sancti Petri et vidisset ibi quosdam satis debiles fratres, precepit de quibusdam medicinalibus herbis cum melle fieri potionem et iussit dari ad bibendum, quibus opus esse videbat. Quod videns domnus Rodulfus ipsius monasterii abbas, graviter ferens cepit redarguere, dicens non debere fieri. Hoc audiens domnus Iohannes velud indignatus cepit conquerendo dicere: 'Sancte Petre, tua volo ire licentia. Nunquam me amplius in hac domo videbitis. Salvator noster Christus propter misericordiam descendit de celis ad terras, et domnus Rodingus — ita enim aliquando eum solebat ex amore benivolentiae quasi ludendo nominare — ipse me reprehendit, quod ausus fui miserendo fratribus imitari benignitatem Dei.' Et haec dicens statim discessit. Domnus autem Rodulfus penitentia ductus secutus est eum et secundum regulam sancti Benedicti[3] tam diu se ante pedes eius prosternendo satisfecit, quousque placaret animum eius. Preterea domnus Ugo Cluniacensis abbas direxit venerabili Iohanni quendam sui iuris monachum, venerabiliter rogans eum commendaticiis litteris, ut sub sua illum dignaretur suscipere cura. Siquidem monachus isdem audita fama eius desiderabat habitare cum eo. Sed cum lectis licteris temptans humilitatem cordis eius iussisset eum in cella manere hospitum, renuit ille, honoratiori potius volens loco manere. Qua protervia mentis eius perspecta remisit eum ad Cluniacensem abbatem, rescribens ei se defectum etate simul et infirmitate non posse vacare custodiae fratrum sic diligenter, ut expediret, simul in eisdem litteris insinuans, quomodo deprehendisset eum inobedientem et contumacem.

8. Cum autem sicut aureum vas diversis insignitum gemmis, ita vir Dei Iohannes omnibus esset ornatus virtutibus, tamen specialiter tribus adherens virtutibus, in omnibus eas exprimebat frequenti ammonitione discipulis, caritatem videlicet, humilitatem et obedientiam. Quibus rite mentis fundamento locatis reliqua virtutum ac bonorum operum firmiter superedificari edificia posse dicebat. Quod hoc potest probari exemplo. Quidam namque vir timens Deum, relinquens mundi vanitates venit ad eum multis precibus rogans, ut sancti Benedicti habitum sibi tribueret, promittens in omnibus regulae se preceptis obtemperaturum. Sed homo Dei volens pro certo experiri, utrum vere humilis et obediens foret, diu hoc facere distulit. Cum vero, sicut supradictum est, nimia esset infirmitate defectus, quadam die hora comedendi apposita est ei avis ad refectionem. Vir autem ille, qui postulabat monachatum, stabat ante mensam serviens ei. Tunc abbas aliquam partem sumens avis porrexit ei, precipiens ut commederet. At ille accipiens statim sine ulla excusatione comedit. Quod domnus abbas aspiciens et videns illum pure obedientem dixit ei: 'Non opus est tibi, ut ulterius petas monachatum; modo es monachus, modo securus esto, quia sine dilatione dabitur tibi, quod postulas'. Ille vero vir gratulabundus cepit dicens: 'Si rursum dederis, idem faciam'. Et post paucos dies tradidit ei habitum sancti Benedicti.

9. Caritate vero tanta[a] pollebat, ut plerumque nichil sibi relinqueret, quatinus indigentibus subveniret. Dicebat enim: 'Quousque tu retinueris ea, quae habes, Deus non dat tibi aliud. Sed expende pro amore Dei ea, quae habes, indigentibus, et Deus tibi dabit alia, quibus utaris et subvenias aliis.' Quod opere comprobabat. Nam quodam tempore cum allata sibi fuissent C solidi missi a quodam nobili viro, ut eos inter sua divideret monasteria, secundum quod sibi placeret, nichil inde separans omnes dedit Septimensi monasterio, quod aliqua videbatur indigentia coartari pro eo, quod plerique clerici fugientes persecutionem symoniacorum illic habebant confugium[4].

a) tanta *corr. ex* ita *c.*

1) Cf. supra p. 1084; anonymum verba Gregorii ab Andrea citata demum ipsum contulisse apparet, cum dicat *intercidi*, ut etiam legitur apud Gregorium. 2) Cf. Luc. 22, 31 sqq. — Cf. Matth. 14, 31; Beda, Exp. in Marci ev. c. 16 (Op. ed. Giles X, 256). Zw. 3) Cf. Reg. s. Benedicti c. 44 (ed. Linderbauer p. 66). 4) V. p. 1107 n. 7.

10. Gloriam corporalis cultus totam converterat interius, videlicet in anima, sicut psalmista de sancta ecclesia vel de unaquaque fideli anima loquitur, dicens: 'Omnis gloria eius Ps. 44, 14. filiae regis ab intus, in fimbriis aureis'. Exterius vero humilitatem interiorem etiam exteriori preferebat habitu. Quod hoc uno pateat exemplo. Quidam frater cum de ovina pelle capitis velamentum sibi composuisset, circumposuit ipsi extrinsecus causa ornatus circulum de alba pelle. Quod cum vidisset venerabilis Iohannes, cepit statim clamare dicens: 'Propter Deum, tolle, tolle inde paraturam'. Et sic iubendo et quasi rogando non quievit, donec dissutus auferretur inde circulus albi. Qui ergo tantillum sic sprevit ornatum, quid de maiori faceret? Habebat etiam maximam curam subveniendi omnibus, quibus valebat, pauperibus, sed tamen unum sub sua precipue habebat cura nomine Vernalem, cui velut suo propter Deum obtemperabat domino. Ipse vero Vernalis, fere ubicumque audiebat eum esse, pergebat ad eum et, quicquid ab eo postulabat, propter Deum et amorem sanctae Mariae rogabat sibi semper fieri. Quadam namque die rogavit eum, immo iussit, ut propter amorem Dei et sanctae Mariae manu sua prepararet sibi olera cum carnibus ad prandendum. Et statim venerabilis senex baculo inbecillia membra sustentans assumpto puero, ut potuit, cuncta, quae rogaverat, rite peregit. Erat ei minister in Septimensi monasterio quidam clericus nomine Teuzo, idoneus quidem quantum ad suum servitium, alias autem aliquantulum vitiosus. Cuius, ut vitiorum detergeret rubiginem et assuesceret eum ad humilitatem et patientiam, quandoque inpossibilia precipiebat ei. Denique iussit ei aliquando, ut de castaneis, quae apud Pistorium[a] veneunt, sibi daret. Qui respondit: 'Ego, domne, hinc eas habere non possum, sed, si placet vobis, vel ego ibo Pistorium[a] vel mittam pro eis'. Et ille: 'Nec volo, ut vadas, nec volo, ut mittas, sed tantum da michi'. Cumque in hac sententia diu perseveraret, suspicatus est clericus, quod pro aliqua re iratus esset contra se. Ideo cepit cum lacrimis prosterni ante pedes eius et diutissime veniam petere. Cum ergo aliquandiu hoc igne purgasset scoriam vitiorum eius, tandem precepit ei, ut quiesceret. Postea eo mortuo bis in eodem monasterio pro eius anima tricesimum iussit studiose fieri. Alio tempore invitavit quendam episcopum ad consecrandam quandam ecclesiam, qui videbatur sapiens et religiosus. Sed quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde[1], revelatum est sibi non debere communicare cum illo. Qua visione considerata revocatus est ab incepto. Cum autem hic vir Dei semper in omni virtutum honestate purus omnimodo esset, horrebat callidos et simulatores[2] et detegebat et abiciebat eos. Quadam namque die venit ad eum quidam presbyter nomine Sorus et cepit se commendando eius orationibus pretendere formam humilitatis et appellare se furem, periurum, sacrilegum. Venerabilis autem senex intelligens eum ficte loqui et volens detegendo coram eo ponere fallaciam eius respondit ei: 'Vere audivi ego habitasse te in quadam ecclesia et furatus es inde coopertorium'. Tunc ille pre nimia ira siluit et demum prorumpens in vocem dixit: 'Ergo furem me appellas? Nunquam te amplius credam servum Dei neque bonum hominem esse.' Et abbas inquit: 'Certe tu appellasti te modo furem. Ergo quare irasceris, cum alius testatur te veraciter loqui? Patet te ficte locutum et non humiliter.' Et sic iratus recessit. Item alio tempore congregati sunt in Septimensi monasterio abbates et plures de fratribus monasteriorum Vallisymbrose. Quibus in unum collectis domnus Rodulfus abbas ita omnes allocutus est: 'Solebant antiqui patres quando conveniebant in unum tractare de divinis rebus, de celestibus gaudiis et, quod non poterant adhuc in re, nitebantur spe, desiderio et frequenti meditatione ac collocutione tenere. Et nos ergo quamvis impares et multum illis inferiores, tamen pro modulo nostro idem facere conemur. Cuicunque nostrum Deus inspirando dederit, vel de patre nostro domno Iohanne vel de antiquis patribus et scripturis proferat verbum ad edificationem omnium.' Tunc aliis et aliis ad edificationem diversa promentibus, domnus Rodulfus hoc de domno Iohanne protulit verbum: 'Evenit aliquando, ut agentem quippiam operis in quoquina quidam frater de foris vocaret me. Cumque de intus ego

a) ũ *rad. corr. ex* ã *c.*

1) Cf. 1. Reg. 16, 7: *ne respicias vultum eius ..... intuetur cor. homo enim videt ea, quae parent, Dominus autem cordis.* 2) Cf. Iob 36, 13: *simulatores et callidi.*

responderem, contigit inde habere transitum domnum Iohannem. Qui audiens me in coquina loquentem dixit ad me: "Certe frater neque in coquina dignus es, nedum digniori loco manere". Ego haec audiens cepi tristis cogitare, dicens: "Si coquina sum indignus, ubi manere sum dignus?" Haec dicente domno Rodulfo respondit venerabilis senex Teuzo Vallisymbrose monachus: 'Hoc verbum patris nostri Iohannis non cum tristitia, sed cum letitia et pro pretioso electuario debuisti suscipere. Nam una sententia et inordinate loquentem redarguit et ad humilitatis et patientiae te munimenta vocavit.'

11. Haec pauca de reverentissimo domino et patre nostro domno Iohanne dixisse sufficiat. Quae placuit describere, non quia fretus ingenio, sed ne tibi, venerande pater, essem inobediens et ne omnino mutus apparerem a laudibus eius, qui me benignissimo affectu enutrivit et multum dilexit.

Post multos itaque in Dei servitio labores multaque pro sanctae ecclesiae libertate certamina beatissimus Iohannes requievit in pace, hominibus flentibus, angelis gaudentibus et sanctis omnibus de ipsius societate congratulantibus in Christo, qui vivit et regnat Deus per immortalia secula seculorum[1]. Amen.

1) Cf. supra p. 1102 n. 16.

DIALOGI DE MIRACVLIS SANCTI BENEDICTI AVCTORE DESIDERIO ABBATE CASINENSI.

EDIDERVNT GERHARDVS SCHWARTZ B. M.
ET ADOLFVS HOFMEISTER.

Desiderius, seu potius Dauferius, quod prius eius erat nomen, circa annum 1027.[1] *natus est,* ex nobilissima Beneventanorum principum origine, *ut Leonis Ostiensis verbis utar,* sanguinis lineam ducens[2]. *Religiosae vitae studens parentes*[3], *qui unicum filium matrimonio iam destinaverant, Iaquinto monacho adiuvante*[4] *effugit, ut cum Santari quodam eremita solitarie Deo deserviret. A suis autem reductus et unum fere annum domi detentus iterum evasit; Siconolfus enim, S. Sophiae monasterio Beneventano praepositus, eum Salernum perduxit. Ubi Guaimarius IV. princeps (*1027—1052*) Dauferii cognati precibus annuens eum ad monasterium sanctae Trinitatis, cui ad Cavum nomen est, transmisit*[5]. *At cum propinqui eum repeterent, retineret Guaimarius, tandem intercedente Landulfo principe Beneventano*[6] *placuit Dauferium in monasterium S. Sophiae Beneventanum recipi, cuius abbas Gregorius*[7] *benigno animo eum suscepit altero nomine 'Desiderii' imposito*[8]. *Postquam ibi aliquot annos moratus est, ad Tremitense monasterium in insula maris Adriatici positum, cuius abbati familiaris erat, migravit,* in patria se perfectum monachum esse non posse *ratus, sed inde etiam secessit, cum abbas successorem sibi ipsum delegisset, et ad eremitas Maiellae in monte (dioec. Teatinae, i. e. Chieti) vitam severissime coercitam degentes pervenit; at inde tribus mensibus peractis iussu ipsius papae Leonis IX. Beneventum est remissus*[9]. *Quibus temporibus (aestate a.* 1053*) ad Leonem papam Beneventi morantem ab Humberto, Silvae Candidae episcopo, quo Desiderius familiariter utebatur*[10], *et*

1) Mortuus est die 16. m. Sept. a. 1087, *bis sex lustra gerens,* v. Titul. sepulcral. ap. Watterich, Pontificum Romanorum vitae I (Lipsiae 1862), 571. 2) Chron. mon. Casin. III, 1, SS. VII, 699; *fu son pere conte di Bonivent,* Amat. III, 52 (Aimé, 'L'ystoire de li Normant', ed. O. Delarc, Rouen 1892, p. 146). 3) Pater iam a Normannis peremptus erat, Leo Ost. III, 2. 4) Qui postea Leoni haec narravit, ib. 5) Leo Ost. III, 3—4. Cf. Ann. Cav. (SS. III, 189) ad a. 1058: *Desiderius, monachus domni Adelferii abbatis sanctae Trinitatis Cavensis, abbas eligitur.* Itaque ante a. 1050, quo Adelferius abbas mortuus est (ib.), intravit. Cf. infra Desiderii Dial. III, 6. 6) Qui cum patre regnans a. 1050. exeunte expulsus est. 7) Iam a. 1005. constitutus (Ann. Benevent. cod. 3, SS. III, 177) a Leone papa IX. depositus est, ut patet ex privilegio Sigenolfo successori 21. die Mai a. 1052. dato (J.-L. 4276). Deiectum esse abbatem ea de causa non crediderim, quod in adiuvando Desiderio vitam monasticam invitis propinquis capessente minorem fervorem adhibuerit, cum Sigenolfus praepositus adiutor ei fervidus exstiterit, ut putavit Steindorff, 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich III.', II, 465; cum Beneventani a. 1051. principibus expulsis Leoni papae se subiecissent, potius existimandum est abbatem cum principibus coniunctum eaque de causa depositum esse. 8) Leo Ost. III, 5. 9) Leo Ost. III, 6. 10) Humbertus, natione Burgundio, cum Leone in Italiam venerat; ubi Desiderium cognoverit, haud scio, nisi crederes a. 1051. ineunte, cum Humbertus Beneventi legatione fungens moraretur, id factum esse. Sed tum iam in Tremitensi coenobio videtur fuisse, in quo *non parvum tempus exegit* (Leo l. c.). In peregrinationibus in Italiam fortasse factis Humbertum eum cognovisse putat F. Hirsch, 'Forschungen zur deutschen Geschichte' VII, 12 n. 2.

a Friderico cancellario deductus est; cui cum missas celebraret, saepe se adstitisse ipse est professus[1]. *Non multo post Salernum profectus Alfani nobilis invenis, qui postea archiepiscopatum Salernitanum obtinuit, familiaritatem nactus est. Quem secum Beneventum in monasterium S. Sophiae perduxit posteaque ad curiam Victoris papae Florentiam a.* 1055. *comitatus est. Quamquam honorifice suscepti erant, tamen Desiderius, monasterii tranquillitatis studiosus, brevi ab Alfano impetravit, ut ille a papa revertendi licentiam peteret; sic cum monachis quibusdam Casinensibus, qui forte in curiam advenerant, regressi in monasterium Casinense recepti sunt.*

Non multo post Desiderius cellae Casinensis monasterii in Capuana civitate sitae praepositus est. A. 1057. *fratres Casinenses eum abbatem elegerunt, Stephano papa eodemque abbate, qui tunc ibidem gravi aegritudine afflictus detinebatur, approbante; sed priusquam Desiderio abbatiam tradidit, eum Constantinopolim apocrisiarium cum duobus sociis misit, ut imperatori epistulas quasdam deferrent. Tamen Bario nondum profectus papam* 29. *die Mart. a.* 1058. *de vita decessisse certior factus statimque reversus dominica paschali,* 19. *die Aprilis, inthronizatus, non multo post,* 6. *die Mart. a.* 1059, *a Nicolao II. papa cardinalis presbyter, postridie abbas consecratus et vicarius apostolicus per meridionales Italiae partes ad monasteria reformanda constitutus est*[2].

Quae abbas fecerit, longum est enarrare; tanta sollertia officio functus est, ut restaurasse coenobium iure diceretur eiusque aetas prae ceteris Casini fulgeret[3]. *Nam inter plurimas acerrimasque lites, quas tunc temporis principes illius regionis cum Normannis vel Normannorum duces inter se vel Normanni cum pontifice Romano vel ipse Gregorius VII. papa et Heinricus IV. rex agebant, semper utilitati et saluti monasterii serviebat, ita ut in amicitia, quam cum Richardo Robertoque Normannorum ducibus inierat, etiam tunc permaneret, cum a Gregorio VII. excommunicarentur, et ad Heinricum regem Romam obsidentem minis territus veniret et cum eo de pace facienda tractaret*[4]; *qua de causa excommunicationis vinculo quidem ligatus, sed postea absolutus esse videtur*[5]. *Ceterum semper insignis inter viros illos exstitit, qui tunc ecclesiae reformandae studebant: Hugo abbas Cluniacensis apud eum moratus est*[6]; *valde diligebatur a Petro Damiani, qui ei plures epistulas dedicavit (lib. II,* 11—13; *opuscul.* 33—36, *Opp. ed. Caietanus III, Parisiis* 1642, 250—280; *Migne, Patr. Lat.* 144, *p.* 275—287 *et* 145, *p.* 559—622); *cum ipso Gregorio papa familiaritate coniungebatur eiusque partibus favebat. Qua de causa post mortem Gregorii toto iam anno evoluto* 24. *die Mai a.* 1086. *papa electus est. Quae in papatu gesserit, referre nostrum non est; fervidissimis illis Gregorianis satis exosus, tamen etiam imperatori eiusque partibus obstitit. Iam* 16. *die Sept. a.* 1087. *Casini obiit*[7].

De monasterio, ut supra dixi, optime meritus est. Plurima enim bona possessionesque vindicavit; monasteria, praedia, castella Casinensibus donata sunt; multitudo monachorum ad coenobium confluxit; multa in monasterio aedificia renovavit aut de integro construxit, inprimis magnam basilicam, quae magno splendore exornavit. Atque maxime litterarum studiis reformandis operam navavit; codices plurimos exarari iussit[8], *pueros monasterio oblatos liberalibus studiis erudiendos curavit*[9]. *Florebant igitur tum studia in monasterio; magna fruebantur inter alios celebritate Constantinus Africanus medicus, Amatus rerum Normannicarum scriptor, Leo monasterii bibliothecarius, Albericus diaconus, de quo infra agetur*[10]. *Denique ipse non dedignatus est provectiore iam aetate in grammaticam et rhetoricam artes incumbere*[11]. *Unde duo emanarunt opera:*

1) Dial. III, prol. 2) Leo Ost. III, 8—12. 3) Cf. Hirsch, 'Forschungen zur deutschen Geschichte' VII, 19 sqq. 4) Petr. diac. Chron. Cas. III, 50; cf. Hirsch l. c. 79 sqq. 5) Hugonis archiep. Lugdunensis epist. ap. Hug. Flav. (SS. VIII, 466); cf. Hirsch l. c. 88 n. 3. 6) Petr. diac. Chron. Cas. III, 51. 7) Cf. de vita Desiderii Leonis Ostiensis Chronicae Casinensis librum III; Amat. III, 52; Petr. diac., De viris illustr. 18 (Muratori, Rer. It. SS. VI, 32); F. Hirsch, 'Desiderius von Monte Cassino als Papst Victor III.', 'Forschungen z. deutsch. Gesch.' VII, 1. [Ad dissertationem Augustini Fliche, 'Le pontificat de Victor III (1086—1087)', 'Revue d'histoire ecclésiastique' XX (1924), 387—412; cf. A. Hofmeister in 'Hist. Zeitschrift' 138 (1926), 145. De libro Roberti Palmarocchi, 'L'abbazia di Montecassino e la conquista normanna' (Romae 1913) v. W. Smidt, 'Hist. Zeitschr.' 115 (1916), 649 sqq.; F. Schneider, 'Mitt. des Inst. für Österr. Geschichtsforsch.' XXXVIII (1920), 648 sqq.] 8) Quos Petrus diaconus in Chron. Casin. III, 68 enumerat; cf. quae infra dicentur. 9) Leo Ost. Chron. III praef.; Petrus diac., De illustr. viris 45 (Muratori, Rer. It. SS. VI, 55); Borgia, 'Mem. istor. di Benevento' I, 237. Cf. Hirsch l. c. 46 sq. 10) Fusius de illis egerunt: Hirsch l. c. 47 sqq., Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' II[6], 284; Caspar, 'Petrus diaconus und die Monte Cassineser Fälschungen' (Berolini 1909) p. 6 sqq. 11) Amatus III, 52.

1) *Cantus de beato Mauro*[1], *qui, nisi deperditus est, adhuc ineditus mansit;*

2) *Dialogi de miraculis sancti Benedicti qui dicuntur*[2], *quos composuit Gregorio VII. papa regnante* (1073—1085)[3] *intra annos, ut puto,* 1076. *et* 1079 *(fortasse* 1078*). Nam in c.* 13 *libri primi narrat de Sergio magistro militum,* qui Neapolitanae praeerat urbi; *tempore, quo Desiderius scripsit, iam regimine eum abisse consentaneum est. Cum Sergium illum diutius quam Pandulfum principem Capuanum, qui* 19. *die Febr.* 1049 *mortuus est, vixisse ex verbis Desiderii ipsius apparet, de Sergio V. agitur, qui primum a.* 1050.[4]*, postremum* 20. *die Nov.* 1075 *in chartis occurrit*[5]*. Desiderius ita de illo verbo facit, ut eum aliquantulum iam mortuum fuisse crederes; ergo non ante* [illegible] 1076. *scripsit. Sed c.* 8 *libri tertii iam ante* 12. *diem Iulii a.* 1079. *scriptum est, quo die Leo abbas Cavensis diem supremum obiit*[6]*; nam de illo dicit:* Leo abbas . . . nuper michi rettulit[7].

In exarando opere studiose Desiderius Dialogos illos celeberrimos Gregorii Magni papae imitatus est, plurimos ex iis topos vel phrases deprompsit; nonnullis vicibus etiam in concinnanda tota miraculorum narratione Gregorium secutus est[8]*; quae in prologo continentur, Gregorii prologo consimilia sunt. Ad exemplar Dialogorum Gregorii etiam totam operis sui rationem ordinavit; nam sicut apud Gregorium, ita etiam apud Desiderium unus dialogi interlocutor, auctor ipse, miracula singula enarrat, semper fere eo, qui rettulit, nominato; alter vel admirando*[9] *et plaudendo*[10] *vel rogando*[11] *vel cum aliis miraculis comparando*[12] *ad alia narranda incitat vel etiam disquirendo ad scrupulorum solutionem inducit*[13] *vel ad aedificationem digreditur*[14]*. Quem alterum collocutorem Desiderius Theophilum levitam appellat, quod fortasse nomen fictum pro Desiderii cooperatore Alberico diacono est. Nam Petrus diaconus in Chronica Casinensi (III, 63, SS. VII, 747) inter codices iussu Desiderii in coenobio scriptos enumerat:* Dialogum, quem ipse cum Alberico diacono edidit de miraculis monachorum loci istius. *Non dubito, quin Petrus ad contexendam hanc longissimam codicum seriem quodam elencho tempore vel etiam iussu Desiderii confecto usus sit; aliter haec scire non potuit, neque enim codices, quorum pars adhuc in monasterio asservatur*[15]*, nomine Desiderii erant signati*[16]*. Qua*

1) Amatus III, 52; Petrus diac., De viris illustr. 18, qui verbis Amati usus est. 2) Inscriptio in codice deest. 3) III, 1. 4) Capasso, Monumenta Neapol. ducatus II, 2 ('Società Napolitana di storia patria, Monumenti storici serie II', Neapoli 1892), 85 app. nr. 2. 5) Ib. 53 nr. 19, quam chartam una cum nepote Sergio VI. dedit; Sergius consul et dux, qui 20. die Octobris a. 1077. commemoratur (ib. II, 1, 320 nr. 526), utrum Sergius V. an VI. sit, incertus haereo. 6) Ann. Cav. (SS. III, 190); Vitae ss. patrum Cavensium ap. Muratori, Rer. It. SS. VI, 205. 7) Fortasse opus iam ante synodum m. Novembr. 1078. Romae habitam compositum est. Nam tertii libri cap. novissimum his verbis incipit: *In eadem Beneventana urbe monasterium est, quod S. Sophiae dicitur, huic Casinensi coenobio subditum;* verba: *monasterium — subditum* in loco raso scripta sunt. Antea in illo loco monasterium esse subditum dictum non esse ex totius operis ratione constat; nam, ut ipse ait Desiderius (I prol., II prol., III prol.), ea, quae in Casinensi coenobio *vel in subditis ei cellis* miracula patrata erant, in duobus prioribus libellis, alia, quae extra illius monasterii claustra facta sunt, in aliis duobus exarare sibi proposuit. Qua de causa apparet Desiderium ipsum, cum Dialogos contexuit, S. Sophiae monasterium non inter subditas Casinensi coenobio cellas locasse. Ex brevi vero quadam relatione a Leone Ostiensi confecta (ed. Gattula, Hist. abb. Casin. I, 1733, 54) scimus monachos Casinenses eo ipso tempore a Gregorio VII. eiusque successoribus in cassum petiisse, ut monasterium ab origine sibi subditum, sed postea liberatum, pristinae dicioni restitueretur. Petitiones istae nondum agebantur, cum Desiderius opus suum exararet; tamen locus ille in codice nostro mutatus est, postquam supplicationes istas fieri placuit. Sed quo tempore haec actio a Casinensibus primum Romae prolata sit, parum constat; Petrus diaconus, qui in 42. capite libri III. Chronicae Casinensis de prima in synodo Romana prolata petitione agit, dicit: *in eadem synodo constitutum* (scil. Gregorius VII. papa), *ut, si quis a laico ecclesiae investituram acciperet, dans et accipiens anathemate plecterentur;* talia constituta sunt in synodo 7. die Mart. 1080. Romae habita, ut ex Gregorii VII. registro (VII, 14 a, ed. Caspar, MG. Ep. sel. II, 2, 479) etiam a Petro diacono allato (cf. libr. IV prol.) concludi potest. Sed cum Petrus statim post ea, quae supra laudavi, de actione quadam cleri Capuani, quae a Gregorio iam 7. die Dec. 1078 (J.-L. 5095) definita est, ageret, putaverunt docti viri synodum eandem atque illam mense Novembri 1078. habitam esse (Wattenbach in notis editioni Chron. Casin. adiunctis; E. Caspar, 'Petrus diaconus' p. 15), in qua tamen nonnisi accipientes laicam investituram excommunicati sunt. 8) Ex. gr. I, 6. 8. II, [7.] 11. [13.] 9) I, 1. II, 18; cf. Gregor. Dial. I, 4. 5. 6. 9 etc. 10) I, 1. 12. III, 3; cf. Gregor. Dial. I, 9. 12 etc. 11) I prol. 1. II, 3. 13. III, 2; cf. Gregor. Dial. I prol. 1. 2. 4. 5. II, 2 etc. 12) III, 1. 4. 8; cf. Gregor. Dial. II, 8. 13) I prol.; cf. Gregor. Dial. I, 8. 9. II, 8 etc. 14) I, 6. 8. II, 5. 18. III, 5; cf. Gregor. Dial. I, 2. 10. 12 etc. 15) Cf. Bibliotheca Casinensis I (Monte Cassino 1874), p. LXIII. 16) Elenchus iste fortasse illi similis erat, quem Theobaldus abbas (a. 1022—1035) de paramentis codicibusque suo tempore confectis componi iussit (Bibliotheca Casinensis I, p. LXI).

de causa eis, quae laudata sunt, eadem fides exhibenda est, quae alteri Petri loco, ubi opera a Desiderio composita enumerat (Lib. de ill. viris Casinensis archisterii 18, *ap. Muratori, Rer. It. SS. VI,* 32*)*: De miraculis praeterea, quae a beato Benedicto et a monachis Casinensibus gesta sunt, una cum Theophilo diacono libros edidit quatuor; *quae libro ipso inspecto eum dixisse puto. Verba superius e Chronica laudata fortasse nihil aliud sonant, nisi quod Albericus diaconus Desiderii cooperator exstitit; sed potius ei Desiderium opus suum, ut ita dicam, dedicasse crediderim. Illum Desiderius alloqui mihi videtur, cum dicit:* frater Theophile levita karissime[1]. *Albericus iste*[2] *varia opera composuit, inter alia librum dictaminum et salutationum*[3]*, vitas s. Dominici (abbatis Sorani)*[4] *et s. Scholasticae*[5]*, libellum contra Heinricum imperatorem de electione Romani pontificis*[6]*, opusculum ad Berengarii Turonensis haeresim refellendam in synodo a.* 1079. *Romae habitu una, ut refert Petrus, septimana compositum*[7]. *Denique ad illum Petrus Damiani opusculum quoddam (*37, *Opera ed. Caietanus,* 1642, *III,* 280 *sqq.; Migne, Patr. Lat.* 145, 621 *sqq.) cum dissertatione annexa direxit, in quibus dubitationes aliquas de nonnullis obscuris aut cum aliis discrepantibus sanctae scripturae locis aliasque quaestiones precibus Alberici commotus dissolvere conatus est*[8]. *Quibus rebus optime concordat, quod etiam in Desiderii opere similis explicatio cuiusdam scrupuli exstat: in prologo libri I. exquiritur, qua de causa Paulus se Romanum dixerit, cum Iudaeus fuisset; facile concedas haec a Desiderio Alberici gratia inserta esse.*

Ratio operis, ut iam diximus, talis est: In duobus prioribus libris miracula in Casinensi monasterio eique subditis in cellis acta, in aliis duobus ea, quae extra monasterium facta sunt, referuntur. Tertio libro praefixit brevem de gestis Romanorum pontificum inde a Benedicto IX. usque ad Leonem IX. narrationem. Quartus liber et finis tertii hodie desiderantur; auctorem enim opus suum perfecisse mihi persuasum est, nam vixit octo vel novem annos, postquam capitulum, quod nunc ultimum est, finivit, et in chronica Petri diaconi quaedam continentur, quae ex Dialogorum perdita parte deprompta esse videntur[9]. *Maiorem miraculorum partem Desiderius ex relatione eorum tradit, qui illa vidisse se vel audisse putaverunt, quorum nomina saepe affert; inter quos cum alii tum Alexander II.*[10] *et Gregorius VII.*[11] *pontifices eminent. Alia, quae sine testium nominatione narrat, vel in coenobio plurimis innotuisse videntur*[12] *vel ex scriptis deprompta sunt*[13].

Nam praeter Gregorii Magni Dialogos haec ei praesto erant opera: eiusdem homiliae super evangelia[14]*, sacra scriptura, Pseudo-Fausti Vita s. Mauri*[15]*, Chronica S. Benedicti Casinensis*[16]*, Petri Damiani sermo in vigilia s. Benedicti*[17]*, Catalogus quidam pontificum*[18]*, sermo de Leone papa*[19]*, quaedam 'vetus paginula imperito satis stilo exarata', ex qua duo miracula*

1) I prol.; notandum est haec verba in loco raso exstare. 2) De quo Petrus diac. (Chron. III, 35, eadem fere in libro de illustr. viris c. 21 ap. Muratori Rer. It. SS. VI, 37) agit; cf. Hirsch l. c. p. 49, Caspar l. c. p. 8. 3) Partim ed. Rockinger, 'Quellen u. Erörterungen zur deutschen und bayrischen Geschichte' IX (1863), 29 sqq.; cf. Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre' I^1, 625 [^{2}II, 1, 248 sq.]; 'Neues Archiv' XVIII, 357; XXXII, 701. 4) Acta SS. Ian. II, 442 (^{3}III, 56). 5) Ed. Iustinianus ap. Mabillon, Annales ord. s. Benedicti ^{2}VI (Lucae 1745), 737—40; cf. carmina Alberici de eadem ap. Mabillon, Acta sanctorum ord. s. Benedicti I, 42. 6) Deperditum. 7) *Casinus non monachus, sed daemoniacus Albericus* appellatur a Berengario (Mabillon, Acta sanct. ord. s. Benedicti sacc. VI, 2 praef. § IV, 62 p. XXVI, Venetiis 1740; cf. I. Schnitzer, 'Berengar v. Tours', Monaci 1890, p. 105). 8) Petrus diaconus inter Alberici opera epistolas ad Petrum Ostiensem episcopum commemorat; Albericus in libro dictaminum ad exemplum vituperationis Petri Damiani in meretrices sermonem allegavit (ed. Rockinger p. 33, cap. 5). 9) Chron. Cas. III, 40 (duo priora miracula, quae ibi relata sunt) et 64. 10) I, 5. 11) III, 1. 2. 5. 12) I, 9—12. II, 22. Etiam in capitulis 7. 8. 11. 14. 15. libri II testes non affert. 13) Unum sibi ipsi contigisse narrat: II, 24. 14) I, 6. 15) I prol., 2. Illius operis tempore Desiderii magnificus codex Casini scriptus est, Cod. Vat. Lat. 1202 s. XI, cf. Caspar l. c. p. 51 n. 3. 16) I, 2. Codex adhuc Casini asservatur (nr. 353, s. X inc.; cf. Waitz in praefatione editionis suae, SS. rer. Langobard. p. 467). 17) II, 12. 18) III prol. Exemplar, quo usus est, non erat ille catalogus Casinensis tempore Gregorii VII. confectus, quem Holder-Egger ('Neues Archiv' XXVI, 548 sqq.) edidit; nam Desiderius et Gregorio VI. non, ut ille, annos duos, dies sex, sed annos duos, menses octo tribuit (alii catalogi praebent annos duos, menses sex; re vera sedit annum unum, menses septem, dies viginti[; cf. quae infra ad III prol. adnotata sunt]) et plura cum aliis catalogis tradit, quae in illo non inveniuntur: Benedictum Alberici consulis filium fuisse, Silvestrum III. tribus non amplius mensibus (catalogi: 56 dies) sedisse. Exemplar Desiderii catalogo Cavensi (Duchesne, Liber pontificalis II, p. XVII) consimile, fortasse idem erat, ex quo catalogus supradictus exscriptus est. 19) III prol. Quis sit iste libellus, nescio; fortasse Vita brevis, quam v. v. Poncelet S. I. ex codice Vallicell. s. XI. ex. edidit (Anal. Bollandiana XXV, 275 sqq.), vel ea, quae exscripta est in priore parte cuiusdam opusculi

in monasterio S. Liberatoris facta exscripsit[1], *fortasse epistula illa, quae a clero populoque Florentino de famosa episcopi sui simoniae comprobatione ad Alexandrum papam missa longe lateque divulgata est*[2].

Stilus operis satis planus est ornatusque rhetorico caret. Cursum Leoninum, quem Alberici diaconi discipulus Iohannes Gaetanus primus in curiam Romanam introduxit, adhibuisse non videtur. Auctorem talis operis plus aedificationem quam rerum veritatem assectari non est, quod miremur; tamen, quae tradit, neque ab ipso conficta neque etiam valde commutata, sed, qualiter ipse ea facta esse credidit, narrata esse existimo. Praecipue in prologo libri tertii, ubi, quae tradit, cum aliis comparari possunt, omnia fere recta videntur, excepto quod Gregorium VI., qui a rege synodoque deiectus est, se ipsum deposuisse dicit. Quam rem ei imputandam esse credo, qui Desiderio de illis rebus rettulerat; non inepte Steindorff (‘Jahrbücher Heinrichs III.’ I, 464) illum fuisse Gregorium VII. coniecit[3].

Liber Desiderii extra monasterium Casinense ignotus fere mansit. Mentionem eius primus Amatus (III, 52, ed. Delarc p. 150) fecit; multa ex eo Leo Ostiensis[4] *et Petrus diaconus*[5] *deprompserunt; etiam auctor vitarum patrum Cavensium, qui sub Simeone abbate Cavensi (a. 1124—1141) scripsit, Desiderii Dialogis, ut ipse ait, usus est*[6]. *Exeunte medio aevo Ambrosius Traversari, Camaldulensis congregationis generalis († a. 1439. Florentiae), Cosmo de Medicis aliisque intermediantibus, Desiderii opus cum Leonis chronica sibi transmitti et describi fecit*[7], ‘*in elegantissimum stilum vertens*’.

Ad editionem nostram adhibuimus solum codicem Romanum Vaticanum Lat. 1203 *(olim* 187)[8], *membr. fol. min., optime Beneventana scriptura ab uno scriptore saec. XI. in Casinensi coenobio exaratum, nihil nisi Desiderii Dialogos continentem (= c.). Cum speciosis litteris initialibus ornatus sit primaque prologi verba etiam auro in purpure scripta, nomina personarum (Theophilus et Desiderius) rubricata sint, non autographum est; fortasse illud exemplar est, quod iussu Desiderii ipsius cum tot aliis codicibus exaratum est*[9]. *Alterius, sed aequalis scribae manu pauca correcta sunt (man. 2)*[10]. *Hamuli litterarum e caudatarum saepissime postea erasi sunt. Scriba opus non finivit, sed in libro tertio desiit; litterae initiales libri secundi nonnullae, libri tertii omnes desunt, sed partim a manu saeculi XV. suppleta sunt. Codex etiam sub Paulo II. papa (abbate Casinensi a. 1465—1471) in monasterio fuisse videtur, nam in catalogo eo tempore*[11] *exarato inter libros de vita et miraculis sanctorum enumeratur:* Dialogus Desiderii de miraculis s. Benedicti[12]; *illud manuscriptum autographum fuisse non putaverim. Nobis apographum a b. m. O. Holder-Egger et iterum a v. d. Koch cum codice collatum praesto est.*

Apographa huius codicis sunt:

1) *Codex Romanus San Gregorio C 4 membr., fol. min., s. XV, quem Ambrosius Traversari pro Paulo Venerio abbate S. Michaelis de Muriano a.* 1434. *fieri fecit*[13]; *notatum est in calce:* ‘727.’ Iste liber est S. Michaelis de Muriano. Quem Ambrosius generalis noster de rudi

(ed. Stef. Borgia, ‘Memorie istoriche di Benevento’ II, 299 sqq. ex cod. capit. Benevent.), cuius auctor, ut ipse ait, *venerabilium virorum scriptis seu relatione* usus altera in parte ex aliis, quae cognovimus, scriptis (cf. Poncelet l. c. p. 267 sqq.) hausit. Ambo haec opuscula, quae inter se diversa esse facile cognosceres, in Beneventanis partibus composita esse videntur.

1) II, 19. 20. 2) III, 4. Hoc coniecit R. Davidsohn, ‘Forschungen zur Gesch. von Florenz’ I (Berlin 1896), 49. 3) [Ita etiam R. L. Poole, ‘Benedict IX and Gregory VI’, in ‘Proceedings of the British Academy’ 1917—1918 p. 199 sqq., imprimis p. 209 sq., qui de bona fide Desiderii non dubitat; cf. etiam G. B. Borino, ‘Arch. d. soc. romana di storia patria’ XXXIX (1916), 204 sqq. 321 sqq. 349 sqq.] 4) Chron. Cas. I, 19. 27. II, 21. 22. 34. 38. 49. 56 (in cod. 1. 2). 59. 60. 63. 71. 72. 77. 79. 80. 84. 90. III, 7. 5) Chron. Cas. II, 59. 64 (leonis textum augens, cod. 2). III, 38. 43. 51. 64. 6) Muratori, Rer. It. SS. VI, 211. 7) Vide infra l. 84 sqq. Ambrosii Traversarii Camaldulensium generalis epistol. et orationes ed. P. Canneto (Florentiae 1759) p. 367. 371. 373. 375, ep. libr. VIII, 8. 9. 10. 8) Cf. Bethmann, ‘Archiv’ XII, 224; Poncelet, Catalogus codicum hagiographicorum Latinorum bibl. Vaticanae (Bruxellis 1910) p. 73 [; E. A. Loew, ‘The Beneventan Script’ (Oxford 1914) p. 72. 362]. 9) Petr. diac. Chron. III, 68 ait: *Dialogum, quem ipse cum Alberico diacono edidit de miraculis monachorum loci istius. Dialogum aliud.* Fortasse unum autographum, alterum hoc exemplar erat. 10) Ab eadem manu 2. in margine quaedam nullius momenti adnotata sunt, ut ad I, 2: *Agareni italiam vastarunt* etc. 11) Nam armis Pauli ornatus est; numerus 1532, qui in calce notatus est, non ad tempus confectionis spectat (Gottlieb, ‘Über mittelalterliche Bibliotheken’, Leipzig 1890, p. 210, n. 1). 12) Bibliotheca Casinensis (Monte Cassino 1873) I p. LXXXVII. 13) Quod patet ex Ambrosii epistolis l. c. XI, 75. XIX, 19. 21. 22, p. 566. 875. 876.

et ferme vernaculo quo fuerat scriptus stilo in hunc elegantissimum dil. vertit'[1]. *Postea in monasterium S. Gregorii Romanum transiit; hodie ubi sit, incompertum nobis est. De hoc codice, qui et Leonis chronicam. Catalogum abbatum et notas breves Casinenses continet, Franciscus, praelector in coenobio S. Michaelis Muriani, fusius egit in epistola ad Gattolam missa et a Gattola[2] publici iuris facta; in qua exordia et fines trium librorum laudantur.*

2) *Codex Mediolanensis Ambros. D* 110 *inf., chart., s. XVII, solum Desiderium continens; in calce tegumenti anterioris Antonius Olgiatus, primus Ambrosianae bibliothecae praefectus, notarit:* Anno 1606. Hic Codex fuit Roma transmissus ad Ill^m^ D. Card. Federicum Borrh. Bibliothecae fundatore[m a D.] Marino bibliothecae Vaticanae praefecto. Olgiatus[3]. *Ex imaginibus primae et ultimae paginarum lucis ope factis eum non plus Vaticano continere vidimus.*

3) *Codex Romanus Minerva* XX, 1, 28 *s. XVII, qui inter alia librum Desiderii primum totum et librum secundum omissis magnis partibus continet; tertius liber deest*[4].

Primus Caesar Baronius partes quasdam[5] *libri Desiderii publici iuris fecit in undecimo Annalium ecclesiasticorum tomo, cuius praefatio a.* 1604. *data est, ex codice Vaticano*[6]. *Ex eodem edidit totum opus notisque illustravit Iohannes Baptista Marus Romae a.* 1651 *(p.* 1—165*) et Parisiis a.* 1666 *(p.* 1—111*)*[7]; *quam editionem cum annotationibus etiam in Maxima bibliotheca veterum patrum (Lugduni* 1677*) XVIII,* 836—857 *invenies. Textum Mari cum parte annotationum repetiverunt d'Achéry et Mabillon, Acta sanctorum ordinis s. Benedicti saec. IV. 2 (Lutetiae Paris.)* 425—461, *ed. sec. (Venetiis* 1738*)* 434—469; *quae illi praebent, exstant etiam in Migni Patrologia Latina* 149 *(*1853*),* 965—1018.

Gerhardus Schwartz (†).

Editionem a Gerhardo Schwartz optime de his studiis merito diligentissime praeparatam doctissimaque praefatione ornatam, cum extremum perpoliendi operis laborem gloriosa morte nobis et litteris praeceptus adhibere ipse non potuisset, totam recognovi, ita ut, quae bene in ea posita sunt, illi, quae autem minus placeant, mihi tribuantur; textum et apparatum criticum codice Vaticano Romae nonnullis locis denuo evoluto retractavi, annotationibus ad res pertinentibus et praefationi, quae ad rem facere videbantur, uncis quadratis [ ] inclusa addidi, numeris etiam annorum secundum usum nostrum in margine adscriptis. Rem orthographicam secundum Vaticanum moderatus, sed nimiam scribendi inconstantiam quodammodo expolire conatus sum. Itaque in clausulis primae declinationis semper ae *scripsi itemque etiam alias passim* ae *aut* oe *posui, ubi codex* ę *et* e *litteris promiscue utitur, saepissime etiam litteram* ę *initio scriptam radendo in* e *mutatam exhibet; raro etiam codex ipse* ae *et* oe *habet. Capitula in codice non numerantur; quae iam O. Holder-Egger, qui olim Dialogis Desiderii in collectione nostra edendis curam adhibuit, codicis distinctiones secutus numeris signare coepit. Gerhardo Laehr v. d. in libris evolvendis fideliter me adiuvanti et Theodoro Zwölfer v. d. plagulas mecum corrigenti lectores etiam ut gratiam habeant, rogo.*

A. Hofmeister.

[PROLOGVS[a].]

Quia donante Deo miracula, quae ipse ad laudem sui nominis in hoc Casinensi coenobio fieri voluit[8], quaeve nostra memoria facta sunt vel a senioribus nostris relata cognovi, scribere disposui, licet omnia nequeam stilo comprehendere, cum[b] quia plura

a) PROLOGVS *om. c.* b) cum *postea manu secunda corr.* tum *c.*

1) Cf. Bethmann, 'Archiv' XII, 400 sq. 2) Hist. abbatiae Casinensis (Venetiis 1733), P. II, 879 sqq. 3) Haec nobis Sua Sanctitas Pius papa XI, tunc temporis Ambrosianae bibliothecae praefectus, scribere benigne voluit. 4) Cf. Bethmann, 'Archiv' XII, 407; Holder-Egger, 'Neues Archiv' X, 226, cuius notas adhibuimus. 5) Ed. Coloniae a. 1609. factae p. 186 sq. (a. 1049 nr. 25—27); p. 230 sq. (a. 1054 nr. 48—51); p. 238 sq. (a. 1055 nr. 18); p. 361 (a. 1063 nr. 60); omnia ex libro tertio desumpta sunt. 6) Plut. 8 nu. 187 sub nom. Dial. Greg. Pap. p. 186. 7) Sub titulo 'Victoris tertii R. P. . . . dialogi'. Stili emendandi causa verba hic illic mutavit, nonnulla prave legit; quaedam etiam non invitus omisit (e. g. in prologo libri III. desunt verba: *maximeque Romanorum pontificum*). 8) Vita s. Mauri prol. 5 (Acta SS. 15. Ian. I, 1040; [2] II, 822): *de miraculis, quae per illum Dominus ad laudem et gloriam nominis sui operari dignatus est, . . . scribere sum aggressus.*

exciderunt memoria, tum quia occupatus regimine vel ea, quae scribo, discutere ipse non possum, pauca tamen de pluribus[1] ad aedificationem[2] audientium mandare curabo memoriae. Nam si omnia, quae vel ipse vidi vel quae michi relata fuere, per ordinem referre velim, dies me, ut aestimo, antequam sermo, deficiet[3]. Et haec non tam fretus ingenio quam, quia res omissa videbatur, scribere sum aggressus, metuens, ne, sicut hactenus, ita etiam amodo scriptorum neglegentia derelicta, a memoria elapsa oblivioni traderentur. Insuper etiam rogatus a fratribus et praecipue a[a] te, frater Theophile levita[4] karissime[a], ut cuncta vel audita vel visa memoratu digna tuis eorumque auribus studiose fideliterque referre deberem, rusticano licet stilo, tam devotae atque sedulae studui parere petitioni, omnipotentem Dominum deprecans, ut, qui servis suis gratiam tribuit ad virtutes et mirabilia facienda, michi quoque sermonem non deneget, quatinus ea digne ac fideliter ad multorum profectum valeam enarrare.

Theophilus[b]: Ego quidem non solum ea, quae in hoc Casinensi coenobio miracula Domino largiente patrata sunt, nosse desidero, verum etiam ea, quae in aliis partibus his vicinis temporibus Christus dominus per servos suos dignatus est operari, si qua nosti, michi haec audire sitienti te, quaeso, narrare ne pigeat. Et haec iccirco te maxime scribere rogo, quia plerosque magis virtutum exemplis quam exhortationum verbis ad exercitium boni operis ac ad amorem patriae caelestis accendendos[5] esse non dubito.

Desiderius: Primum equidem voluntati tuae favens ea, quae in hoc nostro coenobio facta sunt, duobus comprehendam libellis, dein cetera, quae ex aliis partibus vel audisse vel vidisse me contigit, aliis duobus libellis concludere comite vita[6] studebo. Et ut omnem dubitationis scrupulum legentibus auferam, per singula quaeque personas, a quibus haec michi sunt relata, subnectam[7], melius esse deputans ex toto silere quam aliquid falsum mendosumve narrare[8].

Theophilus: Cum scriptura dicat: 'Os, quod mentitur, occidit animam', quare beatus Paulus una cum Sila carceris custodiae mancipatus Romanum se esse asseruit[9], cum non Romanum eum, sed Iudeum fuisse luce clarius constet? Sap. 1, 11.

Desiderius: Absit hoc a fidelium cordibus, ut veritatis praedicator doctorque gentium mendacium in aliquo incurrisse credatur. Beatus enim Paulus et Romanus erat et Romanus non erat. Romanus non erat, quia ex Romana urbe oriundus non fuerat. Romanus vero erat, quia omnis Iudaica plebs ut universus pene orbis sub Romani tunc temporis imperii dicione degebat; vel etiam propterea, quia Romanus interpretatur excelsus, congruentissime iustissimeque se Romanum potuit appellare, quia se excelsum esse nullatenus hesitabat, sicut ipse dicit: 'Nostra autem conversatio in caelis est'. Philipp. 3, 20.

Theophilus: Fateor[10], valde michi sunt grata, quae dicis; sed ea, quaeso, quae promiseras, narrare iam incipe.

a) a — karissime *manu prima in loco raso c.* b) *haec nomina personarum colloquentium semper minio in linea singulari scripta sunt c*

1) [Similiter infra III, prol. fin.] 2) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. I, 2, ed. U. Moricca (Romae 1924, 'Fonti per la storia d'Italia') p. 23; I, prol. p. 16; III, 38 p. 227; saepius; 1. Cor. 14, 3. 26; infra II, 18 fin.] 3) Gregorii M. Dial. I, prol. (Opp. ed. Gallicciolli VI, Venetiis 1769, 55; ed. Moricca p. 15 sq.): *Si sola, Petre, referam, quae de perfectis probatisque viris unus ego homuncio vel bonis ac fidelibus viris attestantibus agnovi vel per memet ipsum didici, dies, ut opinor, antequam sermo, cessabit.* Patet hunc potius locum Desiderio exemplo fuisse quam illum Sulpicii Severi (Dialog. I, 19, 6): *Sed me dies ante deficiet, quam diversa miracula, quae mihi de virtutibus sanctorum sunt comperta, consummem,* quem a Desiderio hoc loco esse laudatum putat Manitius ('Neues Archiv' XV, 195). 4) Albericus diaconus, cf. praef. p. 1113 sq. 5) Gregorii M. Dial. I. c., ed. Moricca p. 16: *et sunt nonnulli, quos ad amorem patriae caelestis plus exempla quam praedicamenta succendunt.* 6) [Cf. Gen. 18, 10. 14: *vita comite.*] 7) Gregorii M. Dial. I. c.: *Sed ut dubitationis occasionem legentibus subtraham, per singula, quae describo, quibus mihi haec auctoribus sint comperta, manifesto.* 8) Vita s. Mauri prol. 5, l. c.: *quia multo melius de toto silere esse scio quam aliquid frivolum confictumque narrare;* [Sulp. Sev. V. Martini 1, 9, ed. Hahn p. 111: *alioquin tacere quam falsa dicere maluissem*]. 9) Act. ap. 22, 25 sqq. 10) [Cf. Greg. M. Dial. II, 2 fin., ed. Moricca p. 80: *Fateor, placet, quod dicis; sed quia prolati testimonii claustra reserasti, quaeso, ut de vita iusti debeas ea, quae sunt inchoata, percurrere;* II, 8 p. 88: *Placet, quod dicis; sed quaeso respondeas* etc.]

[LIBER PRIMVS[a].]

1.[b] Desiderius: Res valde est nota, quam narro, et seniorum nostrorum assertione
817—828. roborata de reverentissimo viro Apollinare, abbate[1] scilicet nostri monasterii, cui Deo fautore, licet indignus, deservio[2]; cuius sanctitas, benignitas, largitas omnibus pene in hac provincia commorantibus lucidissime patuit. Qui dum quadam die necessitate cogente praedia requireret monasterii, venit ad fluvium Lirim[3]. Cumque navis deesset, qua fluvium transire potuisset, plenus fide signaculo sanctae crucis se muniens accessit ad oram fluminis atque, ut erat indutus vestibus, calciatus pedibus, fluvium est ingressus et ita sicco vestigio ad alteram ripam devenit, ut nec calciamenta quidem ipsius madefacta viderentur. Animadverte, precor, quantae sanctitatis quantaeque religionis ac meriti apud omnipotentem Dominum iste vir extitit, cui adhuc pondere gravato corporis concessum est elementum super liquidum ac si super aridam ambulare, ut videlicet apostolorum principi similis hoc in facto habeatur, cum desuper undas iubente Domino sicco vestigio gradiebatur[4].

Theophilus: Animadverto utique et vehementer admiror, cum in nostris temporibus,
Psalm. 11, 2. in quibus iuxta prophetae vaticinium 'defecit sanctus, diminutae sunt veritates a filiis ho-
ib. 13, 1. minum', 'non est qui faciat bonum, non est usque ad unum', omnipotens Dominus talia dignatus est operari.

Desiderius: Si illud, karissime frater, attendas, quod Dominus discipulis suis pro-
Matth. 28, 20. mittere est dignatus: 'Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi', laetari potius poteris quam mirari.

Theophilus: Et laetor quidem et vehementer exulto. Sed prorsus, precor, inchoata prosequere[5].

846. Chr. S. Bened. c. 6. 2. Desiderius: Eo quoque tempore[6], quo gens Agarenorum[7] devecta classe late divastavere Italiam, qualiter omnipotens Deus hoc de manibus illorum liberaverit monasterium, non duxi dignum silentio praeterire. Cum igitur omnia circumcirca igni ferroque consumpsissent, ecclesias etiam beatissimorum apostolorum Petri[8] ac Pauli[9] adeuntes depraedati sunt. Dein Appiae carpentes iter[10], Fundanam[11] aggressi urbem, igne eam cremaverunt, cunctique in ea commorantes ab eis vel occisi vel capti sunt. Indeque digressi, in vicinia nostri monasterii trans[12] Lirim fluvium applicantes, quia nox iam imminebat terris, castra posuerunt, ut facto mane omne monasterium funditus diruerent vel, quicquid ibi inveniri posset, in praedam ducerent et, ut sunt nimis sitientes sanguinem, omnes, quos illic repperissent, fratres gladio iugularent. Cumque hoc tam horrendum, tam immane tamque formidandum periculum esset in monasterio nuntiatum, omnes fratres nimio pavore perculsi terrae consternati sunt, divinam maiestatem obnixe precantes, ut illorum animas benigne recipere dignaretur, quorum corpora tam subitae, tam formidandae morti peccatis exigentibus tradere decrevisset. Non enim amplius de in hoc seculo victuros credebant, qui tam proxime mortis gladium sibi imminere cernebant. Igitur cum per totam noctem aspersi capita cinere vigiliis et orationibus essent intenti, reverentissimus vir Apollinaris abbas, cuius superius memoriam feci[13], Bassacium abbatem, religiosum scilicet virum[14], per visionem allocutus est, dicens: 'Nolite timere[15] nec mestum geratis animum; non enim hoc in tempore ab Agarenis capiemini, nec aliquid damni divina protegente dextera vobis inferre poterunt, sed quantocius revertentes suos adire temptabunt fines. Vos autem deinceps securi ac illesi manebitis, quia sanctissimus pater Benedictus vestram ab omnipotente Domino salutem optinuit. Ipse etiam venit ad adiuvandum vos, nosque omnes cum eo simul.' Igitur venerabilis vir Bassacius abbas expergefactus somno convocatis in unum fratribus retulit, quae vidisset vel quaeque[c] sibi revelata fuissent, et, ut instanter omnipotentem Dominum precarentur, admonuit. At illi certi de divina misericordia, alacres effecti, laudantes ac benedicentes Dominum, quod reliquum erat noctis, precibus orationibusque

a) LIBER PRIMVS *om.* c. b) *capitula non numerantur* c. c) queque c.; quaeque, *om.* vel, ed.

1) Apollinaris abbas Casin. a. 817—828. 2) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. I, 8 in.: *Anastasius . . . sanctae Romanae ecclesiae, cui Deo auctore deservio, notarius.*] 3) Garigliano. 4) Matth. 14, 28 sqq. [Similia saepissime narrantur; cf. H. Günter, 'Die christl. Legende d. Abendlandes' (Heidelb. 1910) in ind. s. v. 'Wasser-Wandeln'.] 5) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. II, 21 fin., infra ad III, 2 fin.] 6) A. 846. [Ad ea, quae sequuntur, cf. Chron. S. Bened. Cas. c. 6, SS. rer. Lang. p. 472 sq.; G. Lokys, 'Die Kämpfe der Araber mit den Karolingern' (Heidelb. 1906) p. 48 sqq.] 7) Cf. Psalm. 83, 7: *Agareni.* 8) In Vaticano. 9) S. Paolo fuori le mura prope Urbem. 10) *Appiae carpebat iter. Qui ad Fundanum civium perveniens . . .*, Greg. M. Dial. III, 7 (ed. Gallicciolli p. 182; ed. Moricca p. 149). 11) Fondi. 12) Scil. ad meridionalem ripam. 13) I, 1 in. 14) A. 838—856. 15) [Ita passim in Vulg., ex. gr. Gen. 50, 21; Exod. 14, 13. 20, 20; Iosue 10, 25 etc.]

consumunt. Tanta vero erat serenitas aeris, ut nulla in eo vel tenuis quidem nubecula videretur. Cum subito caelum densatur nubibus, tonitrua concrepant, coruscationes ac fulgura crebra micant[1], tantusque imber effusus est terris, ut Liris fluvius late redundans quasi mare videretur. Igitur illucescente diluculo surgentes e castris barbari accesserunt ad oram fluminis, diligentius perscrutantes, si quam forte navim vadumve repperire possent, quo fluvium transmeare valerent. Sed cum omnis transeundi spes eis esset ablata, dira incitati barbarie, manus sibi digitosque corrodentes, quod spe frustrati praedae vacui remanserant, cellas nostri monasterii trans Lirim positas[2] igne cremantes, verso exercitu quantocius abire coeperunt. Cumque ad eum locum pervenissent, quo praedictus Liris fluvius patenti ostio mare influit, omnes, quos habebant, equos debilitatis cruribus, praecisis nervis, quia secum ferre nequibant, reliquerunt. Ipsi vero ascensis navibus, dantesque carbasa ventis[3], recto cursu sulcantes aequora[4], Siciliam tendunt. Cum autem iam prope Siciliam devenissent et se celeriter aridam capere sperarent, repente parvam cernunt naviculam huc illucque inter suas naves liquidas super undas celeriter discurrentem, in qua clericus veneranda canitie[5] et alter monachus sedere videbantur. Et cum ab eis sollicite interrogarentur, unde tam laeti, tam alacres vel tam onusti repedarent, ab Italia se venire professi sunt ibique omnia igni ferroque tradidisse, domos etiam Petri ac Pauli necnon Benedicti se expoliasse gloriati sunt. 'Et vos', inquiunt, 'qui estis, qui tam sollicite, tam diligenter tamque curiose nos interrogare nitimini?' 'Nos', inquiunt, 'unus Petrus, alter Benedictus vocamur, quorum domos vos invasisse iactatis. Sed cuius virtutis cuiusve potentiae simus, quam citissime experiemini.' Et his dictis ab oculis eorum ablati sunt. Mox igitur undique furentibus ventis fluctibusque tumescentibus tanta subito tempestas exorta est, ut naves omnes vel collisae inter se vel impulsae scopulis confractae sint, ita ut ex omni illa paganorum copia vix pauci[6] superfuerint, qui suis haec, a quibus missi fuerant, civibus nuntiare potuissent. Et quidem permisit omnipotens Deus ad tempus suas ab eis ecclesias divastari, sed non est passus eos super tanto facinore diutius gratulari. Hoc in facto illud michi videtur esse impletum, quod beatus pater Benedictus suis olim discipulis promiserat, dicens: 'Praesentior vobis, dilectissimi filii, carnis deposito onere vestrique per Dei gratiam cooperator existam assiduus'; illud etiam, quod beato Petro Dominus intulit, dicens: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam'. Non inquit 'non valebunt', sed 'non praevalebunt'. Portae enim inferi pagani sunt, heretici atque Iudei, qui tunc adversus Dei valere videntur ecclesiam, cum per eos Dominus suos flagellari fideles permittit. Sed non praevalebunt, quia omnipotens ac misericors[7] Deus non eos de ecclesia sua perpetuos sinit habere triumphos. Unde[a] et apostolus hortatur, dicens: 'Tribulationem patimur, sed non coangustamur; aporiamur, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; humiliamur[8], sed non confundimur; tribulamur, sed non perimus'.

Chr. S. Ben. l. c.

847 in.?

V. s. Mauri 9, 17.

Matth. 16, 18.

2. Cor. 4, 8. 9.

Theophilus: Placent[9] vehementer, quae dicis.

3. Desiderius: Iohannes sanctae recordationis presbyter[b,10], qui in nostro monasterio decanatus officio aliquanto tempore functus est[11], nostri postmodum monasterii, quod intra Lucensem urbem constructum est[12], praepositus fuit. Qui quantae obedientiae quantaeque humilitatis fuerit, plures, qui eum noverunt monachi et adhuc supersunt, testes existunt.

a) *dehinc alio atramento c.* b) pbt *semper c.*

1) [Cf. Lucan. Phars. IV, 76 sqq.: *Iamque polo pressae largos densantur in imbres | Spissataeque fluunt, nec servant fulmina flammas, | Quamvis crebra micent; extinguit fulgura nimbus.*] 2) S. Stephani et S. Georgii (Chron. S. Benedicti l. c.). 3) Cf. Lucan. V, 560: *dat carbasa ventis;* Ovid. Fast. VI, 715: *Si qua fides ventis, zephyro date carbasa.* Ovidii Fastorum codex iussu Desiderii in Casinensi monasterio exaratus est, Petr. diac. Chron. III, 68. 4) Cf. Seneca, Agamemno 440: *sulcata vibrant aequora* (Petr. diac. l. c. *Senecam* laudat, sed nescio an tragoedias continuerit); Ovid. ex Ponto I, 4, 35: *ligno sulcavimus aequor.* 5) [Eadem verba habes infra II, 17; cf. ex. gr. Greg. Tur., De virt. s. Mart. I, 6, SS. rer. Mer. I, 592; Vita Ottonis ep. Babenberg. auct. monacho Prüfening. III, 10 ed. Hofmeister ('Denkmäler der Pommerschen Geschichte' I) p. 98; etiam Raineri V. Gisleni c. 17, Anal. Boll. V, 285 sq., et V. Aldegundis (perperam Hucbaldo adscripta) c. 6 § 25, Migne, Patr. Lat. 132, 871.] 6) [Aliter] Chron. S. Benedicti l. c.: *nullus umquam ex eis penitus remansit, qui ceteris talia nuntiaret.* 7) [Cf. ex. gr. 2. Mach. 1, 24 sq.] 8) [*humiliamur, s. n. conf.* desunt in Vulg., ubi *deicimur* pro *tribulamur* legimus.] 9) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. I, 1 fin., ed. Moricca p. 20: *Placet, quod dicis . . .*; I, 9 p. 53: *Placet, quod dicis;* passim.] 10) *Genere atque cognomine Apulus* add. Leo Ost. II, 90 (SS. VII, 689). 11) *Iohannes decanus et monachus* subscripsit chartam Richerii abbatis (1038—55), Gattula, Hist. abb. Casin. I, 72. 12) Monasterium S. Georgii prope ecclesiam a. 1056. coenobio Casinensi oblatam conditum (v. chartam ap. Gattula, Ad hist. abb. Casin. accessiones 200 sq.; Leo Ost. II, 90, SS. VII, 689). [Cf. Kehr, Ital. pont. III, 441.]

De mirabilibus vero, quae per eum divina maiestas operari dignata est, quia plura a memoria lapsa sunt, quae recolo, pauca narrabo. Cum isdem vir Dei ieiuniis, vigiliis, orationibus maximeque largitati elemosinarum esset intentus, tantam lacrimarum gratiam Domino largiente promeruit, ut dubium non esset, quod illae lacrimae multa apud eum impetrare valuissent, quae ex tam simplici humilique corde editae fuissent. Cumque fama sanctitatis eius totam per eandem urbem claresceret, daemoniaca quaedam, quae graviter vexabatur, ad monasterium, cui ipse praeerat, adducta est. Et cum ab eis, qui eam duxerant, ut pro ea Dominum precaretur, magnis precibus fuisset obstrictus, convocatis fratribus oratorium intravit atque multis effusis lacrimis preces pro ea Domino fudit statimque ab ea daemonium effugavit.

4. Sed neque hoc sileam[1], quod veridicis[2] viris de eodem venerabili viro narrantibus agnovi[1], quod videlicet ita clarum est, ut nullis pene, qui intra moenia eiusdem praefatae Lucensis civitatis commorantur, occultum sit vel incognitum. Cuiusdam nanque[a] illustris viri uxor infirmitate detenta iacebat in lectulo, quae adeo crescente languore ad extrema perducta est, ut per tres dies sine sensu, sine voce recubans velut mortua haberetur. Cumque omnes, qui aderant, funditus de eius vita desperarent, ad Dei hominem missum est, ut pro ea omnipotenti Domino hostias precesque offerre dignaretur. At ille, ut erat benivolus animo et ad supplicantium vota paratus, mox sacerdotalibus indutus vestibus, ad altare omnipotenti Domino sacrificium oblaturus accessit. Igitur cum intra sacra missarum sollemnia nomen illius memoraretur, illa in domo propria longe a monasterio posita ex lectulo, in quo quasi exanimis iacebat, tanquam si ab aliquo vocaretur, respondit. Cumque ab illis, qui aderant, interrogaretur, quid diceret vel cui responsum dedisset, illa inquit: 'Domnus Iohannes praepositus nunquid[a] non est hic? Ipse enim vocavit me, illique respondi.' At illi obstupefacti ex tam inusitato, tam celebri tamque obstupescendo miraculo, tum quia illam, quae fere exanimis iacuerat, sanam pene et incolumem videbant, cum[a] quia vocem illius tam longe positi audisse se referebat, statim ad monasterium curaverunt nuntios mittere, ut, quid Dei servus ageret, agnoscerent et indicarent, procul dubio credentes, quod non ab re mulier tam celeriter in lecto surrexisset responsumve dedisset. Cumque illi, qui missi fuerant ad monasterium, oratorium intrassent, virum Dei invenerunt iuxta altare stantem ac pro ea sospitatis auctori Domino sacrificium offerentem. Et suptiliter[a] notantes horam reppererunt eodem momento[3], quo intra sacra missarum sollemnia nominata est, eam ex lecto surrexisse responsumque dedisse.

5. Felicis etiam memoriae Alexander papa[4] vir disertissimus ac eruditissimus extitit, qui primum Lucensem[5], postmodum vero Romanam ecclesiam rexit; ex cuius ore ea, quae nunc referam, de eodem venerabili viro audisse me contigit. Cum quodam tempore idem praefatus pontifex febre correptus graviter aegrotasset et cotidie languore crescente vehementius fatigaretur, repente ei ad memoriam rediit, quod fama vulgante de praedicto servo Dei saepius audierat, quod videlicet, quicumque febre detentus hausisset ex aqua, quae de manibus illius defluebat, dum post missarum sollemnia abluerentur, mox recepta sanitate liberaretur[6]. Latenter igitur misit, qui sibi ex illa aqua aliquantulum afferre debuissent. Cumque hii, qui missi fuerant, aquam, quam postulaverat, attulissent, mox ebibit atque ita repente sanitati pristinae restitutus est, ut nulla in eo languoris illius indicia remanerent.

6. Alius quoque vir venerabilis vitae, Gumizo[b] nomine, mente et habitu monachus fuit, qui ex ulteriori Hispania nostrum ad coenobium veniens in hac vicina silva non

a) *ita hoc loco c.* b) *ita a.;* Guinizo *ed. Iam Petrus diaconus, qui vitam eius in opere suo q. d. 'Ortus et vita iustorum cenobii Casinensis' c. 29 tractavit, praebet formas:* Guinizo, Uuinizo, Guinyzo *(Caspar, 'Petrus diaconus und die Monte Cassinenser Fälschungen', Berol. 1909. p. 207 sq., cf. p. 381 sq.). Sed, ut docet nos v. cl. Baist, Guinizo nomen Hispanum non est, Gumizo econtra 'Gomez' esse potest. Schwartz.*

1) Cf. Greg. M. Dial. III, 9 in. (ed. Gallicciolli p. 186; ed. Moricca p. 153): *Sed neque hoc sileam, quod narrante viro venerabili Venantio Luccnsi episcopo me ante biduum contigit agnovisse;* cf. etiam III, 6/15, [passim, cf. Moricca p. XXIII sqq. Cf. infra I, 8 in.]. 2) [Cf. Marie Schulz, 'Die Lehre von der historischen Methode bei den Geschichtschreibern des Mittelalters' (Berol. et Lips. 1909) p. 34 sqq.; infra III, 3 in.] 3) [Cf. infra I, 7 fin., II, 7 fin., et quae ibi adnotavimus.] 4) II, a. 1061—1073. 5) A. 1055—1073. 6) [Cf. quae tradit Leo Ost. II, 90, SS. VII, 690; A. Franz, 'Die Messe im deutschen Mittelalter' (Freib. 1902) p. 108.]

parvo tempore vitam solitariam duxit ibique in[a] omnipotentis domini Iesu Christi[a] servitio vitam finivit. De quo venerabili viro Iohannes[1] abbas monasterii sancti Vincentii siti iuxta ortum Vulturni amnis, qui ei familiarissimus fuit, multa miranda michi, cum adhuc in nostro monasterio praepositurae curam gereret, referre solitus erat. Cuius discipulus Ianuarius nomine magnae obedientiae magnaeque abstinentiae monachus extitit; qui dum quodam tempore a magistro suo, venerabili videlicet Gumizone, ut ferramenta, quibus operari soliti erant, reficeret, Aquinum[2] missus fuisset, domum fabri ferrarii adiit atque ab eo eadem ferramenta reparari data mercede poposcit. Faber vero ferrarius coepit eum irridere, dicens: 'Num ex pane et aqua solitarius iste tam rubicundus tamque pinguis extat? Rubor iste, ut michi videtur, magis ex vino quam ex latice hausto procedit.' At ille: 'Hodie', inquit, 'tibi, utrum ex natura an ex assidua vini potatione rubore conspergar, ostendam[3].' Cum vero ferrum in ignem missum vehementer ferveret et faber ferrarius id acceptum forcipe super incudem posuisset ac scintillae huc illucque undique volantes totam pene domum illustravissent, casu ferrum ex incude in terram dissiliens decidit. Igitur venerabilis vir Ianuarius ferrum ex incude cecidisse conspiciens, inclinans sese, fervens ferrum nuda manu tenuit ac super incudem ponens, malleatorem, ut quantocius id percuteret, hortatus est. At illi, qui aderant, viso tanto miraculo, nimio pavore perterriti, pedibus eius provoluti, veniam ex irrisione, quam in eum exercuerant, humiliter deprecati sunt. Sicque factum est, ut omnis illa irrisio in venerationem versa sit, quam stulti homines in Dei servum procaciter inferre praesumpserant. Itaque cum venerabilis vir ad magistrum atque ad cellam propriam remeasset, ab eo vehementer correptus est, quod insultantibus cedens talia in oculis hominum facere praesumpsisset. Cumque ille, unde hoc sciret vel quis sibi indicasset, percontaretur: 'Ille', inquit, 'qui tibi praestitit, ut posses facere, michi etiam, ut possem scire'.

Theophilus: Cum Dominus dicat: 'Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant Matth. 5, 16. vestra bona opera et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est', quid est, quod sancti viri bona sua occultant et, ne ab aliquibus videantur, omni nisu elaborant?

Desiderius: Sancti viri etsi quando opera sua ostendunt in publico, intentio tamen illorum manet in occulto. Per hoc enim, quod intus agunt, laudes exterius non requirunt, quia et de bono opere proximis cupiunt praebere exemplum et tamen per intentionem, qua Deo placere desiderant, semper optant esse secretum[4]. Tunc, inquam, bona sua occultari appetunt, quando ex eorum propalatione nullum animarum lucrum, nullum fraternae salutis emolumentum cernunt affuturum. Cum autem exinde ad gloriam omnipotentis Dei aliquid se lucrari posse conspiciunt, tunc bona sua declarari et propalari patiuntur, quia non suam sed conditoris sui laudem requirunt.

Theophilus: Satis aperta ratio patet, nec aliquid inde ultra requirendum puto[5].

7. Desiderius: Ea quoque, quae de hoc egregio viro, videlicet Gumizone, Iohannes religiosus monachus, qui in hac vicina silva sub anachoretica disciplina solitarius commoratur, solitus est referre, dignum duxi huic nostro associare libello. Dicebat enim, quia, cum adhuc in Beneventana civitate in suo monasterio degeret, quadam die quidam Dei servus sibi aliisque fratribus, qui ibi aderant, intulerit, dicens: 'Pro certo sciatis hodie aliquem magnum virum e monachis apud Montem Casinum ex hoc mundo migrasse ad Dominum'. Quod illi audientes mirati sunt, quod per octoginta fere miliaria egredientem

a) in — Christi *manu prima in loco raso c.*

1) Abbas S. Vincentii ad Vulturnum a. [1058—1080 (Leo Ost. II, 97, SS. VII, 694; Chron. S. Vinc. Vult. ed. Muratori, Rer. It. SS. I, 2, 514). 2) Aquino. 3) Cf. Greg. M. Dial. III, 6 (ed. Gallicciolli p. 180; ed. Moricca p. 147), ubi similia de Cassio episcopo et Totila rege narrantur: *.. hoc rex Totila non conspersionis esse credidit, sed assiduae potationis.* [Ad sequentia cf. H. Günter, 'Die christl. Legende d. Abendlandes' (Heidelberg 1910) p. 94.] 4) Greg. M. Homil. in Evangelia I, 11, 1 (ed. Gallicciolli V, 183): *Hoc autem dico non, ut proximi opera nostra bona non videant, cum scriptum sit: 'Videant opera bona' etc., sed ut per hoc, quod agimus, laudes exterius non quaeramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, ut et de bono opere proximis praebeamus exemplum et tamen per intentionem, qua Deo soli placere quaerimus, semper optemus secretum.* 5) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. IV, 30 fin., ed. Moricca p. 274: *Patet ratio, nec debet animus de hac ulterius quaestione dubitare*: cf. III, 24 fin., p. 194: *aperta ratio*; I, 8 fin., p. 49.]

e corpore animam illius videre potuerit; et non adhibentes fidem subtiliter studuerunt indagare, et repertum[a] est eo die illum venerabilem virum emisisse animam, quo praedictus Dei servus Beneventi positus agnovit[1].

8. Sed neque hoc taceam, quod de Mancuso monacho fratribus referentibus agnovi[2], quem ipse in monasterio positus vidi, nostroque iam tempore defunctus est. Qui cum
1038—1055. ex Apuliae partibus conversionis gratia huc venisset, a Richerio abbate[3], nostro praedecessore, susceptus fratrum congregationi associatus est. Itaque in monasterio corpore, in seculo mente degens, semper terrena quaeque ac secularia meditabatur; omne magisterium regularis disciplinae sibi grave ac importabile videbatur. Tunc coepit ab abbate licentiam petere multasque occasiones adinvenire, quo patriam parentesque posset revisere.
Ps. 118, 30. Cumque ab abbate suo saepius fuisset admonitus, ut viam veritatis, quam semel arripuerat, in melius proficiens de die in diem ad finem usque perducere deposita omnis torporis
Luc. 9, 62. ignavia summopere studeret, ne forte iuxta sententiam Domini aratrum tenens retroque
Genes. 19, 26. respiciens regno caelorum aptus esse non posset, et ne uxorem Loth imitans in statuam salis versus horrendum cunctis spectaculum praeberet[4], ille nichilominus, cuius mens semel a maligno obsessa fuerat, nullo modo quiescebat, sed cotidie abbatem fratresque precibus fatigando, ut eum patriam revisere sineret[b], omnimodis postulabat. Cumque spem redeundi frustratam sibi esse conspiceret, clam de monasterio egressus, more fugacis
Prov. 26, 11. servi nocturnas tenebras captans, ut canis ad suum vomitum, ad patriam diabolo instigante reversus est atque in parentum domo mansitans seculariter ibi, ut iam dudum mente conceperat, vivere coepit. Sed cum ab abbate suo per nuntium saepe fuisset admonitus, ut ad monasterii claustra rediret, et ille salutaria monita parvipendens optemperare[c] neglegeret, ab eodem abbate communione privatus est. Cum itaque post non multos dies paululum languore correptus in lectulo resideret, immanem leonem ingredientem hostium ac contra se aperto ore venientem cernit. At ille ad ingressum ferocis bestiae territus coepit magnis vocibus clamare, dicens: 'Currite, currite, quia leo iste me devorare contendit[5].' Leo vero rugiens irruit in eum et mordicus coxam illius apprehendens maximum ex ea carnis frustum abstraxit sicque eum cruentatum ac seminecem relinquens disparuit. Cumque plures ad clamorem vocis illius obstupefacti concurrerent, leonem quidem minime viderunt[6], sed cruentatum ac semivivum monachum in terra prostratum inveperunt. Itaque cum eum a terra elevassent, paululum recepto spiritu, cuncta, quae sibi acciderant, per ordinem pandit et, ut quantocius se ad monasterium reducerent, propinquos ac vicinos obnixe precatus est. Propinquis igitur eius voto optemperantibus[c], ad cellam[7] huius nostri monasterii, quae intra Asculanum oppidum[8] sita est, eum portaverunt; ibique post paululum recuperata sanitate hoc ad monasterium est reversus ac ex perpetrata culpa poenitentia accepta plures postea in sanctae conversationis habitu vixit annos.

Theophilus: Monachus iste, ut video, iccirco leoni, id est diabolo, visibiliter ad tempus traditus est, ut postmodum invisibiliter ab eius potestate liberari in perpetuum mereretur.

9. Desiderius: Vis etiam, ut narrem tibi[9], qualiter omnipotens Deus hoc monasterium de tyrannorum manibus semper eripuit[10] atque ab inimicorum infestatione meritis beati patris Benedicti dextera suae divinitatis protexit?

Theophilus: Narra, quod libet[11]; nam alacri animo, devota mente attentisque auribus me cuncta haec auscultare profiteor.

a) reppertum *radendo corr.* repertum *c.* b) *ita c.;* sinarent *ed.* c) *ita c.*

1) [Cf. supra I, 4 fin., infra II, 7 fin., et quae ibi adnotavimus.] 2) [Cf. supra I, 4 in. p. 1120 et n. 1.] 3) A. 1038—1055. 4) [Cf. ex. gr. Hier. V. Pauli 8, Migne P. L. XXIII, 24: *magnum populo spectaculum praebuit.*] 5) Cf. Greg. M. Dial. II, 25 (ed. Gallicciolli p. 149; ed. Moricca p. 117), ubi de monacho agitur, qui de monasterio discedens draconem in itinere invenit: *Qui . . . contra se assistere aperto ore draconem in ithmere invenit. . Cumque eum idem draco, qui apparuerat, devorare vellet, coepit ipse tremens et palpitans magnis vocibus clamare dicens: 'Currite, currite, quia draco iste me devorare vult.'* 6) *Currentes autem fratres draconem minime viderunt* ibid. 7) S. Benedicti (J.-L. 4868). 8) Ascoli, prov. Foggia (Capitanata). 9) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. I, 8 fin., ed. Moricca p. 50: *Vis, tibi aliquid de Tusciae partibus narrem . . .?* Cf. infra II, 18 fin.] 10) [Cf. infra I, 9 p. 1123, l. 15. 31 sq.; II, 22 in.] 11) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. III, 80 fin.; ed. Moricca p. 204: *Perge, quo libet; nam laetus ducor, laetus reducor.*]

Desiderius: Pandulfus Capuanus princeps[1] vir potentissimus ac ditissimus fuit, qui latrocinando, humanum sanguinem fundendo, civitates, oppida ac aliorum praedia circumcirca manenthum crudeliter auferens suo subdidit dominatui, quique stupra, caedes, rapinas, distractiones bonorum ecclesiarum multa per tempora absque ulla miseratione insatiabiliter exercuit. Igitur cum plurimas opes Christi ecclesiis diripiens abstulisset, c. 1027/28.
omnia castra, villas ac praedia huius monasterii cupiditate ductus sacrilega abstulit, ita ut nec unum rusticum, qui rura coleret, vel rura, quae a rustico colerentur, monachis reliquisset. Insuper etiam omnem thesaurum huius monasterii auferens asportavit ac in arce, quam non longe a Capuana urbe in monte, qui Sanctae Agathae martyris dicitur[2], construxerat, in qua multa spolia orphanorum, viduarum, ecclesiarum ac pauperum intulerat, condens reposuit. Cum vero iam omnipotens Deus tantis sceleribus finem vellet imponere et lacrimae ac voces pupillorum, viduarum ac pauperum necnon orationes precesque servorum Dei in conspectu divinitatis eius essent admissae, sicut scriptum est: 'Cor regis in manu Dei[3]', Chuonradi imperatoris[4] menti inspiravit, ut ad vindicandas eius Prov. 21, 1.
ecclesias ac de tyrannorum manibus eruendas[5] Italiam revisens Romam veniret. Cum igitur magno exercitu congregato Italiam ingrediens[6] Romam[7] venisset, optimos ex latere 1038. A
suo viros Capuam Pandulfo principi mittere placuit, cui, ut bona sancti Benedicti iniuste a se ablata omni postposita mora restitueret et nobiles vel cuiuslibet generis viros, quos captos ac magno ferri pondere conexos multos in carcere detinebat, dimitteret omnesque res illorum eis festinanter redderet, per eosdem viros voluit imperare. Nam voluntas veniendi ad has partes minime animo eius insederat, si ea perficere posset, quae per praefatos viros eidem Pandulfo praecipiebat. Sed Deus omnipotens, qui cor Pharaonis Exod. 7, 3 sqq.
induravit ob multa, quae in populum Dei sine causa irrogaverat, mala, ut Moysi servo suo signa et prodigia mirabiliter ostendenti non crederet, induravit etiam cor istius, ne iussioni imperatoriae obediret. Cumque hii, qui missi ab imperatore fuerant, Capuam venissent, multis cum eodem Pandulfo verbis frustra habitis ad imperatorem sine effectu reversi sunt. At vero postquam imperator se contemptum a principe vidit, ira commotus, Roma[7] exercitu amoto egrediens, Casinum venit ac ad beati patris Benedicti limina conscendit; facta oratione fratrum capitulum intravit congregatisque in unum fratribus, ut pro se Dominum precarentur, rogavit ibique coram eis Deum beatumque Benedictum non ob aliud se ad has partes venisse, nisi ut eius monasterium de manu crudelissimi tyranni eriperet, testatus est. Dein benedictione petita inde egressus Capuam (Mai. 13.)
venit[8]. Satellites vero praefati principis, qui monasterii bona eius imperio ad sui usum detinebant, postquam de augusti adventu certificati cognoverunt, omnes huc illucque fugientes dispersi sunt. Sicque factum est, ut monasterium omnia castra, villas ac praedia sibi ablata uno die reciperet et ea, quae ibi ad alienum usum ministri scelerum congregaverant, in monachorum potestatem devenirent. Unde eis michi contigisse videtur illud, quod beatus pater Benedictus discipulis suis ex inopia panum tristantibus olim praedixerat, ut hodie minus, crastina vero abundanter haberent[9]. Praefatus igitur augustus Capuam ingressus[10], eidem Pandulfo principatus honorem auferens, alterum[11] in loco eius constituit. Ipse vero in arcem, quam in monte Sanctae Agathae martyris summo studio munierat, ex eadem urbe fugiens se contulit. Unde divina dispositione contigit, ut omnia, quae latrocinando, peierando multorumque cruorem innoxium effundendo multa per tempora adquisierat, in spatio unius septimanae amitteret nichilque sibi ex tot et tantis acquisitis municipiis praeter arcem, quam praediximus, remaneret, et qui multos aliorum natos suis ablatis rebus mendicare coegerat, qui ex eo orti sunt usque hodie huc illucque

1) Pandulfus IV, mortuus a. 1049. [Ad ea, quae sequuntur, cf. Bresslau, 'Jahrb. Konrads II.' t. II, 297 sq. 305 sqq.] 2) [Rocca S. Agata.] 'Nunc dicitur S. Nicolai' adnotavit Marus. 3) [*Domini* Vulg.] 4) II. 5) [Cf. supra I, 8 fin. p. 1122, l. 40, infra l. 31 sq.; II, 22 in.] 6) A. 1038. 7) [Sed vide infra p. 1124, l. 4 sq.] Imperatorem Urbem tunc non visitasse, sed per orientalem Italiae partem esse profectum ex Wipone c. 37 constat; cf. Bresslau, 'Jahrbücher Konrads II.', II, 285 n. 5. 8) 18. die Mai mensis a. 1038. [Postero die, in festo pentecostes, ibidem coronatus processit, Bresslau l. c. p. 309.] 9) Greg. M. Dial. II, 21 (ed. Gallicciolli p. 142; ed. Moricca p. 110). [Cf. D. Conr. II. 270.] 10) [Depositio Pandulfi et promotio Waimarii apud Capuam veterem ('S. Maria Capua vetere'), ubi *altera die* imperator tentoria posuerat, facta est, Leo Ost. II, 63, SS. VII, 671 sq.; cf. D. Conr. II. 268, MG. Dipl. IV, 369 sqq.] 11) Waimarium [IV.] principem Salernitanum.

mendicatum pergant[1]. Quae omnia meritis beati Benedicti sibi evenisse quis dubitet, cuius ipse bona iniqua ductus cupiditate distraxit!

Theophilus: De hac re minime dubitandum est, quando coram fratribus praefatus imperator non ob aliud nisi ob defensionem sancti Benedicti monasterii se Romam[2] transisse testatus est.

10. Desiderius: Alio tempore[3] quidam Capuanus Pandulfus nomine[4] collectis ex amicis et vicinis undique equitibus ac non parvo militum numero congregato castellum huius monasterii, quae Conca dicitur[5], diabolo instigante aggredi ac capere conabatur. Qui e Capuana urbe suis cum sequacibus inclinato iam ad vesperam die egressus, ut per totam noctem deambulans, antequam dies illucesceret, cunctis adhuc secure illic quiescentibus, praedictum castrum aggredi et capere posset, iter arripuit. Cum vero egressi urbe aliquantulum processissent atque in eum locum, ex quo ipsi iam non in die, sed in nocte, ne ab aliquibus viderentur, ambulare disposuerant, pervenissent, eis paululum ibi remorantibus optata nox supervenit. Qui ut filii tenebrarum magis tenebras quam lucem
Ioh. 11, 10 diligentes[6] ac illud, quod Dominus in euangelio dicit: 'Qui ambulat in nocte offendit'[7], minime attendentes per agrum unius fundi coeperunt ambulare et ad invasionem praefati castri quantocius properare. Igitur equis calcaribus cruentatis, recto se itinere ire putantes, per totam noctem praedictum agrum discurrentes circumierunt. Sed omnipotentis Dei mirabili dispositione facto mane ibi se, eos[a] ubi nox ceperat, invenerunt. Sicque eis, quae cupierant, frustrati, confusi ac mirabiliter fatigati ad domum suam vacui sunt reversi.

11. Alio quoque tempore[8] dum piscatores huius monasterii retia in mare, quo pisces ad refectionem fratrum caperent, misissent, Normannus quidam[9] mente tumidus ac inflatus superbia furibundo spiritu supervenit; et, ut sunt ad rapinam avidi, ad invadenda aliena bona inexplebiliter anxii, comprehensum unum e piscatoribus, vestimentum ei, quo erat indutus, abstraxit sibique mox induit. Dein naviculam ingressus piscatorem cogere coepit, ut retia ex alto educeret, quatinus pisces, qui in ea[b] inventi essent, secum abstrahens deportaret. Cumque piscator renueret et se pisces ad monachorum, non ad Normannorum refectionem capere velle se diceret, valde caesus ab eodem Normanno in mare proiectus est. Cum vero isdem Normannus piscium praeda[c] avidus retia ex alto per semetipsum trahere et pisces legere coepisset, subito in mare ex navicula cecidit atque interclusus ab aequore spiritum exalavit. Sed mirabile dictu! ante illum unda mortuum proiecit in litore, quam piscator, qui ab eo proiectus in aquas fuerat, vivus natando venire potuisset.

12. Alio etiam tempore[10] latrones noctu huius nostri monasterii cellarium ingressi, carnes, caseum lardumque exinde subripientes, suos sacculos impleverunt; sed foras egressi, sacculos, quos impleverant, levare conati minime potuerunt[11]. Dein relicta sarcina temptantes fugere, per totam noctem hac illac per claustra monasterii deambulantes, foras egredi nullatenus valuerunt[12]. Igitur facto mane, cum se intra monasterii claustra conspicerent, timore exterriti ac sui reatus conscii, quid facerent, nesciebant. Tandem reperto inter se consilio exeuntes per portam monasterii, si quo modo possent evadere, quasi nichil mali perpetrasse viderentur, ceteris se, qui de monasterio ad quodlibet opus egrediebantur, miscuerunt et lento pede, ne aliqua de eis suspicio oriretur, carpentes iter haud longiuscule a monasterio substiterunt. Cum interea cellararius[d] fratribus solita stipendia praebiturus cellarium ingrederetur, refertos ante aditum sacculos invenit et

a) Eos *c.* b) *ita c.*; eis *ed.* c) *ita* (preda) *c.*; praedae *ed.* d) *ita c.*

1) Principatum Capuanum ab Heinrico III. Pandulfo restitutum Richardus Normannus Landulfo, Pandulfi nepoti, a. 1058. abstulit; sed alter Pandulfi nepos, Hildebrandus, archiepiscopus Capuanus erat. 2) [Cf. supra p. 1123 n. 7. Hoc ita mutavit Leo Ost. II, 63 p. 671 l. 12 sq.: *Tunc imperator ob eam solummodo causam se ad partes istas transisse iureiurando affirmans* etc.] 3) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. I, 2 ed. Moricca p. 22: *Alio quoque tempore . . .*; I, 9 p. 54. 55 etc.] 4) [*quidam Capuanorum nobiles*] Leo Ost. II, 80, SS. VII, 684. 5) Prope Venafro (Molise). 6) [Ioh. 3, 19: *lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; erant enim eorum opera mala.*] 7) Ioh. 11, 10: *si autem ambulaverit in nocte, offendit.* [Cf. etiam ex. gr. Greg. Tur. De virt. s. Iuliani 18, SS. rer. Mer. I, 572, et infra n. 12.] 8) [Cf. supra n. 8.] 9) De Normannorum contra monasterium oppressionibus vide infra II, 22. 10) [Cf. supra n. 3. 8.] 11) [Simile aliquid habes ex. gr. in Transl. Phil. Cell. 3, supra p. 802. Cf. infra n. 12.] 12) [Cf. etiam ex. gr. Greg. Tur. De virt. s. Iuliani 20, p. 573; H. Günter, 'Die christl. Legende d. Abendlandes' p. 101 sq.; P. Toldo, in 'Studien zur vergl. Literaturgesch.' IV (1904), 83 sq.]

miratus ignoransque, quid esset, quaeque condita requisivit. Cum autem reposita ablata conspiceret, turbatus damno, foras egressus, quicquid perdiderat, in ipsis sacculis reperit. Qui vehementer attonitus et iam, quid esset, intellegens, mox convocatis ad se duobus vel tribus pueris, per viam vergentis deorsum montis, si forte latrunculos, qui id admiserant, invenire possent, mittere curavit. Illi autem iussa complentes, cum monasterio egressi paululum processissent, reppererunt illos iuxta stantes in ipso itinere montis. Cumque iam pene pertransissent eos ac nullam in eos, quia noti erant, suspicionem haberent, cito gressu iter, quod ceperant, peragebant. Illi vero divinitus exterriti ac velut amentes caeci coeperunt post eos clamare et dicere: 'Scimus, domini, quia, ut nos comprehendatis, venistis, sed miseremini nostri; nichil enim inde asportavimus, sed ablata omnia in ipso cellarii ingressu dereliquimus'. At illi talia audientes comprehenderunt eos ligatisque post tergum manibus ad monasterium perduxerunt atque ita, ut erant conexi vinculis, fratribus praesentaverunt. Praeterea fuere nonnulli, qui minus circa praeceptum Domini cauti caedi eos ac sic dimitti iudicaverunt. Ceteri autem, quorum mens pia in Domino erat et magis erga divina mandata sollicita, studentes iussa complere dominica, solutos vinculis, cibo potuque refectos, liberos abire permittunt. O mira domini Iesu Christi benignitas, mira pietas, mira, quam docuit, patientia! Cum in lege scriptum sit[1]: 'Diliges amicum tuum et odio habebis inimicum tuum', necnon: 'manum pro manu, dentem pro dente, oculum pro oculo', talionem pro talione reddi mandatum sit, ipse diligere inimicos, benefacere se odientibus, salutare non resalutantes, auferenti tunicam dimittere pallium ac bona pro malis reddere se sequentibus voluit imperare.

Theophilus: Grata michi nimium fateor esse, quae narras.

13. Desiderius: Res est mirabilis et vehementer stupenda[2], quam narro, sed ita a pluribus cognita, ut de ea ab aliquo in nullo debeat dubitari. Quodam itaque tempore Sergius magister militum[3], qui Neapolitanae praeerat urbi, venatum in ipso sancto paschali sabbato pergens silvam suis cum pueris, ut apros caperet, est ingressus, tensisque retibus ad insequendos eos sese cum canibus huc illucque unanimiter omnes per silvam diffundunt. Sed antequam aper a retis laqueo fugiens involveretur, occupatus a venatoribus, confossus captusque est. Cum autem hora iam tardior esset et sol ad occasum vergens atram umbram iam pene induceret terris, praedictus magister militum, ne noctis tenebris occuparetur, sumpta, quam ceperat, venatione, omni cum clientela domum quantocius repedare coepit; uni tantummodo puero Pytagorae[a] nomine, ut retia colligeret et se perniciter sequeretur, imperavit. Igitur cum puer, qui relictus fuerat, collectis retibus recto calle suum dominum sequeretur, subito duo monachi reverendi admodum vultus ei se in itinere contulerunt[b]. Cumque timore exterritus, quinam essent, inquireret, illi: 'Ne timeas', inquiunt, 'tantummodo sequere nos!' Cum itaque aliquantulum simul per eandem silvam graderentur, venerunt ad quendam lacum cenosum valde atque horribilem aspectu; ibique Pandulfum Capuanum principem, cuius superius memoriam feci[4], qui non longo ante tempore defunctus fuerat[5], ferreis nexum vinculis atque in illius ceno laci ad gulam usque demersum ei miserabiliter ostendunt. Interea duo nigerrimi spiritus reiortas ex agrestibus vitibus facientes per gulam eum ligaverunt ac in ipsam lacus profunditatem merserunt iterumque sursum extraxerunt. Cumque haec sepius facerent, praedictus puer Pytagoras, 1949.

a) Pytagore *c.* b) *ita c. et Leo Ost. II, 59, SS. VII, 608, l. 18.*

1) Matth. 5, 43—45: *Audistis, quia dictum est: 'Diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum'. Ego autem dico vobis: 'Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos . . .*; 47: *Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis?*; et antea ib. 38: *Audistis, quia dictum est: 'Oculum pro oculo et dentem pro dente'*; 40: *et ei, qui vult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium*; [Lev. 19, 18: *Diliges amicum tuum sicut te ipsum*; 26, 7: *Persequemini inimicos vestros*;] Exod. 21, 24: *oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu.* 2) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. II, 35 ed. Moricca p. 130: *Mira res valde et vehementer stupenda, sed . . .*; similia passim.] 3) Sergius V, qui primo a patre in ducatus Neapolitani consortium associatus, in charta a. 1050. data commemoratur ('Società Napoletana di storia patria, Monumenti storici Serie II', Monumenta Neapol. ducatus ed. B. Capasso II, 2, Neapol. 1892, 85 app. nr. 2); postea solus gubernans postremo 20. die m. Novembr. a. 1075. occurrit (ib. II, 2, 53 nr. 19). 4) Supra I, 9. 5) [Obiit a. 1049, d. 19. Febr.; F. Hirsch, 'Forsch. zur deutschen Gesch.' VIII, 282; Steindorff, 'Jahrb. Heinrichs III.' t. II, 452 sqq. — Ad sequentia cf. etiam H. Günter l. c. p. 214 n. 289.]

tremula licet voce, eum alloquitur, ut sibi, qua de causa talia pateretur, ediceret. Ille vero flens et eiulans ad verba interrogantis pueri mox tale responsum protulit, dicens: 'Quamvis, o puer, ex innumeris meis sceleribus michi plurima et infinita poena praeparata sit, tamen ob nullam aliam causam hanc, quam cernis, patior poenam nisi propter aureum calicem, quem de monasterio beati Benedicti sacrilega ductus cupiditate abstraxi eique etiam moriens reddere neglexi. Sed obnixe deprecor ac per Iesum Christum dominum salvatorem omnium, cuius ego miser praecepta contempnens in hanc sum voragimem mortis demersus, te optestor[c], ut Capuam ad uxorem meam vel ipse pergas vel nuntium dirigas, qui ei et tormenta, quae patior, et, ut calicem monasterio sancti Benedicti reddat, insinuet.' At ille: 'Quid prodest', inquit, 'si ei nuntiavero? Non enim, quod te vidissem, vel quod talia patiaris, michi creditura est.' Cui ille respondit: 'Hoc sibi signum ex mei parte denuntia, quod Pandulfus Gualae filius calicem ipsum pro pignore habeat, et, ut datis solidis, quos ei debuimus reddere, illum recipiat atque sancti Benedicti monasterio omni postposita mora restituat, sibi celeriter rogo insinuare ne differas'. Quibus dictis visio illa ab oculis eius ablata est. Puer vero statim ut domum regressus est, infirmitate detentus, intra paucos dies defunctus est. Ea vero, quae viderat quaeve sibi dicta fuerant, omnibus ad se venientibus patefecit. Pandulfus etiam ipse, qui causa pignoris calicem apud se habebat, hoc ipso tempore, nescio qua de causa, Neapolim pergens, haec omnia ex ore ipsius Pytagorae[b] se audisse michi retulit; per quem quoque idem Pytagoras uxori illius omnia, quae de viro eius viderat vel quae ipse ei mandaverat, Capuae nuntiavit. Illa autem sibi potius quam marito consulens, pretium, quod vir eius accommodaverat, reddere nolens, nec calicem recipere nec monasterio reddere curavit.

Theophilus: Mirandum[1] valde est ac magna cum cautela pensandum[2], cur omnipotens Deus talia huic puero ostendere voluit, cum ille, qui sibi ostensus est, a poena liberatus non est, vel cur tot tantisque sceleribus occultatis pro solo aureo calice cruciari visus est, vel cur ipse, cui haec ostensa sunt, ex nimio terrore languore correptus mortuus est.

Desiderius: Quod vir iste in poenis visus est et tamen, uxore calicem reddere parvipendente, a poenis liberatus non est, iusto, occulto tamen, omnipotentis Dei iudicio factum est eiusque pia ac benigna providentia in notitiam hominum deductum est, ut videlicet, quicumque haec audierit, pertimescat et a rapinis ecclesiarum mentem manusque compescat, ne et ante mortem sese poenitere non liceat et post mortem parentibus propinquisve ea, pro quibus ipse a suppliciis liberetur, operari non libeat sicque fiat, ut pro eis supplicia aeterna possideat, quae Dei timore postposito in vita positus nullatenus perpetrare formidat, et[c] iam[c] veniam non mereatur in vita illa, quam bonis sanctisque operibus neglexit promereri in ista. Quod vero ceteris facinoribus tacitis de solo aureo calice iudicari visus est, aperte datur intellegi[3], quam fortiter, quam atrociter quamque miserabiliter pro aliis plurimis immensisque sceleribus torquebatur, quando pro unius parvi calicis rapina tam dire tamque crudeliter cruciabatur. Namque superius retulimus, quod idem Pitagorae[d] puero dixerit, quod multa et immensa pro aliis delictis fuerant sibi praeparata tormenta. Quod vero is, qui eum in suppliciis vidit, continuo languore correptus non post multum temporis mortuus est, non multum miramur, si illud, quod Danieli, viro desideriorum et somniorum veridico interpretatori, contigit, attendamus. Nam post visionem spiritualium mysteriorum continuo aegrotavit et per dies plurimos, sicut idem testatur[4], elanguit. Si autem talis tantusque vir spiritualia visa non tulit, sed continuo languore apprehensus per dies plurimos infirmatus fuit, quid mirum, si puer iste curis secularibus deditus, carnalibus desideriis pressus, visionem spiritualium rerum ferre non potuit, sed infirmitate detentus ad extrema devenit? Sed in his omnibus divina iudicia magis metuenda quam indaganda sunt, quia magna et inscrutabilia[5] sunt, teste psalmista, qui ait: 'Iudicia tua abyssus multa', testante quoque Paulo, qui dixit: 'O altitudo divitiarum

Ps. 35, 7. Rom. 11, 33 sqq.

a) *ita c.* b) Pytagore *c.* c) *ita (non* etiam*) c.* d) Pitagore *hoc loco c.*

1) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. III, 32 ed. Moricca p. 208: *Mirandum valde et vehementer stupendum.*] 2) [Cf. ib. IV, 60 p. 322: *Inter haec autem pensandum est ...*] 3) [Cf. ib. II, 9 p. 96: *ut palam daretur intelligi;* III, 11 p. 157; III, 16 p. 177; cf. etiam infra II, 6, 25. III, 2.] 4) Daniel 8, 27. 5) [Cf. Iob 5, 9. 37, 5: *Qui facit magna et inscrutabilia.*]

sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae Rom. 11, 33 sqq.
eius! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria' et imperium 'in secula' seculorum. 'Amen.'[a]

[LIBER SECVNDVS[b].]

[PROLOGVS.[c]]

Praemisso utcumque primo, quemadmodum promiseramus, libello, nunc secundum Deo auxiliante scribere aggrediar, in quo cetera, quae supersunt, in hoc monasterio vel a monachis huius sacri coenobii ubicumque divina largiente clementia his temporibus facta miracula, quae nostrae occurrunt memoriae, curabo concludere.

1. Cum adhuc essem laicus[1] et intra annos adolescentiae[2] aetatem ducerem, quae a c. 1042/50?
multis in Beneventana civitate degens audivi de Iohanne, tunc eiusdem Beneventanae ecclesiae archidiacono[3], postmodum vero huius sancti coenobii abbate[4], silenter non transibo. Cum idem Iohannes de illustri prosapia originem duceret et, quod maius est, religiose viveus omnipotenti Domino omnimodo placere studeret, ita a clero et populo diligebatur, ut omnes ei unanimiter post mortem archiepiscopi eiusdem urbis[5] summum sacerdotium c. 978/83.
peroptarent. Alter quidam in eadem ecclesia, Alax nomine, diaconus erat, qui ad adipiscendum pontificium omni nisu aspirabat nec, quo ordine id assequi posset, quicquam pensi habebat; sed dum idem Iohannes archidiaconus superesset, ad culmen tanti honoris se posse pertingere desperabat. Cumque haec cotidie in animo volveret, vana illum cogitatio haud quiescere permittebat. Cum quadam die uterque secreto in loco consedissent et nemo alius cum eis esset, sermo inter eos ortus est de huius miserae vitae fragilitate, de caelestis ac perpetuae vitae iocunditate, de poena peccatorum ac de gloria sempiterna iustorum. Itaque statuerunt inter se huius gloriam mundi relinquere ac sanctae conversationis habitum suscipere; et ut magis fidi esse possent, iuramento, quod statuerant, firmaverunt. Dein diem decernunt, quo apud castrum Casinum limina beati Benedicti peterent ac sub eius magisterii regula Iesu Christo domino deservirent. Igitur postquam ad statutum diem ventum est, quo ab eis aggrediendum erat iter, Alax, qui aliud animo, aliud gestabat in ore, Iohanni archidiacono dixit: 'Karissime frater, quoniam de rebus meis aliquid adhuc superest, quod secundum Deum ordinare cupio, tu, obsecro, praecede, et mox ut sanctae conversationis habitum susceperis, michi nuntium mitte. Ego autem interim his expletis quantocius te subsequi curabo.' Archidiaconus vero ad monasterium beati patris Benedicti veniens, mox ut sacrum habitum suscepit, nuntium, ut decreverant, socio direxit, qui eum sub sanctae institutionis regula iam colla summisisse et, ut ipse celeriter veniret, ut pollicitus fuerat, nuntiaret. At ille, mox ut talia audivit, alacer effectus, quod illum, qui sibi in ecclesia praeminebat, recessisse cernebat, omnino se ad eum accedere atque tam artam aggredi viam posse negavit. Deinde ad acquirendum culmen pontificatus honoris totis viribus nitebatur. Sed omnipotens ac iustus[6] Deus aliter, quam ipse sperabat, disposuit. Nam cum imperator Otto[7] egressus Germania[8] Italiam intrasset, postquam Romanas res, prout sibi videbatur, disposuit, Beneventum adiit[9]: cui 981.
Alax ita familiaris effectus est, ut idem augustus eum eligi in pontificem, ecclesia renuente, praeciperet. Postmodum vero imperator Romam rediens Romanum pontificem[10] eum 983.

a) *sequ. una pagina (f. 24r) vacua, textus libri secundi inc. in p. 24v c.* b) LIBER SECVNDVS *om. c.* c) PROLOGVS *om. c.*

1) [Cf. Greg. M. Dial. IV, 42 in. ed. Moricca p. 297: *Nam cum adhuc essem iuvenculus atque in laico habitu constitutus, narrari a maioribus atque scientibus audivi . . .*] 2) [Id est, si Isidorum noster sequitur, intra annum 15. et 28, si 'Hippocratem', intra annum 15. et 21; cf. quae exposui in dissertatione 'Puer, Iuvenis, Senex' in: 'Papsttum und Kaisertum' (Monaci 1926) p. 287sqq.] 3) Cf. chartam Landulfi archiepiscopi a. 971. datam, quam inter clericos Beneventanos subscripsit *Iohannes archisubdiaconus* (St. Borgia, 'Memorie istoriche di Benevento', Romae 1764, II, 274). 4) Iohannes III, a. 998—1011. 5) Landulfi, cuius ultra annum 978. non exstat memoria (vide chartam apud Ughelli VIII, 66). 6) [2. Mach. 2, 25: *(Deus) solus iustus et omnipotens.*] 7) Otto II. 8) Iam a. 980. 9) [Ubi ab d. 7. usque ad d. 18. Oct. a. 981. occurrit; cf. Uhlirz, 'Otto II.' p. 171.] 10) Iohannem XIV, qui d. 6. m. Dec. an. 983. Aloni (scil. Alaci)

988. consecrare rogavit et consecratum Beneventum remisit. Imperator deinde febre correptus[a]
(Dec. 7.) post aliquot dies divina dispositione defunctus est[1]. Ille vero Beneventum rediens ne
moenibus quidem civitatis appropinquare ausus fuit; sed cum dedecore illo repulso alium
984. sibi cives pontificem[2] elegerunt. Fecit quidem haec omnipotens Deus ad vindictam male-
factorum, laudem vero bonorum, ut qui cupiditate honoris ductus fraudulenter fratrem
suum studuit ab ecclesia pellere, ipse pulsus patria exul in alieno solo vitam finiret.

2. Praeter haec ea, quae sequuntur, Leone venerabilis vitae, qui ante paucos annos defunctus est, et aliis veteranis monachis narrantibus audivi. Cum igitur idem Iohannes aliquantos in monasterio sub sanctae institutionis regula explesset annos, petita ab abbate
c. 990/95? suo licentia Ierusolimam[b] perrexit atque in Syna monte per sex continuos in Dei servitio degit annos. Postmodum vero in Grecia in monte, qui Agyon[c] oros[c,3] dicitur, aliquanto tempore mansit. Sed ea, quae illo in loco eum vidisse contigit, haudquaquam michi reticenda videntur.

Quidam nanque[b] heremita in eodem monte manens a paucis vel frequentabatur vel noscebatur. Dum quadam die frater, qui ei ministrabat ac certis diebus victum deferebat, supra memoratum Iohannem, venerabilem virum, ad eundem Dei servum duxisset, sicut ipse postmodum discipulis suis cum lacrimis solitus erat referre, benigne, ut decebat, ab eo susceptus est. Et cum sermo inter eos de caelestis vitae gaudiis diutius agitaretur, servus Dei hiis, qui advenerant, dixit: 'Venite, fratres, quia iam hora est[4], alimenta sumamus corporis, ne revertentes in via deficiatis; nec enim ieiuni recedere debetis a nobis, propter quem tanti subistis iter laboris'. Et haec dicens mensam praeparat, prandium apponit. Cum denique oratione facta ad mensam consedissent, mirabile dictu, ecce immanis ursus e vicina silva veniens, sese ante ora prandentium favum dulciflui mellis ferens exhibuit. Cumque illi valde perterriti fugam inire temptarent, venerabilis heremita ille eos compescuit et, ne terrerentur, admonuit, dicens multos esse iam annos, quo sibi omnipotens Dominus per bestiam illam saepissime hoc melliflui nectaris donum sua pietate transmiserit[5]. Peracto itaque prandio surgentes a mensa, animo magis satiati quam corpore, percepta benedictione ad monasterium sunt reversi.

Post non multos vero dies beatissimus pater Benedictus eidem Iohanni per visionem apparuit et dans ei pastoralem virgam, quam manu gestabat, ut Casinum ad suum monasterium quantocius reverteretur, admonuit. Facto itaque mane abbati ipsius monasterii, religioso videlicet viro, visionem, quam viderat, per ordinem pandit. At ille, ut erat vir providus atque discretus, voluntatem Dei in hac visione cognoscens intulit, dicens: 'Frater Iohannes, celeriter ad tuum monasterium reverti festina, ne tanto patri, qui tibi per visionem apparuit, esse inobediens videaris. Decrevit enim, ut michi videtur, omnipotens Deus te suo gregi praeponere et, ut suas fideliter pascas oves, sua miseratione eligere.' Ille igitur visioni et admonitioni optemperans[d], transmarina relinquens arva
997.98. Christo duce reversus est atque a religiosissimo viro Iohanne, qui tunc fratribus praeerat[e], praepositus factus non multo post tempore, quia idem abbas corpore iam debilis erat atque pondus tanti oneris ferre nequibat, consilio et electione cunctorum fratrum ab eodem
998. venerabili patre abbas est ordinatus. Ille vero abbatia relicta in vicina[e] silva[c] secessit atque ibi usque ad vitae suae terminum solitarius degens in omnipotentis Dei servitio vitam finivit[7].

3. Interea nec ea, quae de beato Felice audivi, monacho videlicet huius monasterii, silentio sunt praetermittenda. Quodam tempore, nescio qua de causa, ad Teatinam urbem[8]

a) correptus *manu prima mut.* correctus *c.* b) *ita c.* c) Agyonoros *c.* d) *ita c., semper.* e) *ita c.*

archiepiscopo cum pallio privilegium admonitionibus, quales ad novum archiepiscopum decet dirigere, auctum dedit (J.-L. 3822).

1) Die 7. m. Dec. a. 983. 2) Alfanum, qui inter Ian. a. 984. et Ian. a. 985. archiepiscopus factus est, nam Ian. a. 988. quarto pontificatus sui anno chartam dedit (Gattula, Hist. abb. Casin. I, 85 col. b, l. 39sqq.; falso p. 86 col. a l. 27 an. inc. 985. dicitur, cum indictio prima, an. sextus Paldolfi principis, an. primus Landolfi eius filii anno 988. consentiant). 3) Athos. 4) [Cf. Rom. 13, 11: *quia hora est iam.*] 5) [Cf. ex. gr. 50 Hier. V. Pauli 10. de corvo panem afferente.] 6) II, a. 997—998. [A. 996—997. minus recte, ut videtur, habet W. Franke, 'Romuald von Camaldoli', Berol. 1918, p. 210sq.] 7) [V. infra II, 11.] 8) Chieti

isse me contigit; et cum ab episcopo[1] et clericis illius ecclesiae benigne ac amicabiliter susceptus essem atque orationis gratia ad ecclesiam me duxissent, facta oratione ad dexteram me ecclesiae contuli ibique aedeculam[a] et altare conspexi. Cumque episcopum et clericos interrogassem, in cuius honore altare illud conditum esset, responsum michi est, quod in honore beati Felicis confessoris Christi altare illud esset dedicatum. Cum autem, quis fuerit ille Felix, inquirerem, dixerunt michi, quod monachus Casinensis congregationis fuerit atque ab abbate suo illis in partibus, ut pastoribus et gregi praeesset, missus[2], ibi vitam finierit et, cum ad corpus eius omnipotens Deus multa mirabilia operaretur, a maioribus suis de loco, in quo prius iacuerat, levatus atque in hac ecclesia, 'sub hoc, ut cernis, altare' conditus fuerit. Igitur quoddam memorabile illo in loco nuper ab eo patratum omnipotente Domino largiente narrabant. Cum quidam caecus ad cuncta obstantia pedes offendens, misericordem Dominum rogaturus ante eius altare venisset et prostratus toto in terra corpore gemitu ac suspiriis, ut meritis beati Felicis sui misereretur, orasset, mox depulsis caecitatis tenebris ita sanus et incolumis surrexit, ut mirantibus cunctis ipse suis oculis lucem coeperit cernere, quam semper ab aliis desiderarat audire.

Theophilus: Velim scire, si vir iste venerabilis, qui ita post mortem claruit, in hac vita positus aliquod signum de vitae suae merito dedit?

Desiderius: Non quidem hunc venerabilem virum, dum in hoc saeculo vixit, aliquod indicium suarum virtutum dedisse comperi; verumtamen omnipotens Deus plerumque agere consuevit, ut illi[b], qui devota mente sibi servire student, licet in carne positi nullum signum suae sanctitatis ostendant, post mortem tamen, cuius meriti fuerint, celari minime patiatur, ut, dum extincta eorum corpora ita miraculis coruscare cernuntur, in ipsius servitio humanae mentes acrius accendantur.

Theophilus: Fateor[3] michi placere, quae dicis; sed, quaeso te, inchoata prosequere, ut, dum, quae valde cupio, audio, ad amorem supernae patriae fessus animus relevetur.

4. Desiderius: Gregorius quidam summae religionis monachus in hoc coenobio dictus est, qui, sicut a plerisque huius loci fratribus audisse me reminiscor, dum in praesenti vita moratus est, sub monasticae disciplinae regula omnipotenti Domino studuit strenuissime deservire. Cumque expleto vitae termino ex hoc mundo migrasset, tanta odoris flagrantia de loco, in quo exanimis iacebat, emanavit, ut omne subito monasterium illius odoris suavitas, quasi unius angulum domatis, mirifice resperserit. Et dum omnes odoris illius ineffabili quadam suavitate recreati mirarentur ac, quid esset, omnino nescirent, nuntius repente ab infirmorum domo properans venit, qui Gregorium monachum obisse retulit. Voluit itaque omnipotens Deus ostendere, quanti meriti iste vir fuerit, cuius egrediente anima tam mirifico odore coenobium omne repleverit.

5. Alter quidam, ut fratres, qui adhuc supersunt, referunt, Angelus in hoc monasterio monachus dictus est, cuius profecto vita nomini dissimilis visa non est. Qui dum infirmitate tactus corporis ultimum diem clausisset, daemoniacus quidam forte in coquinam intraverat: et ecce subito coepit strepere ac se furibundus a terra dissiliens in aera elevare, magnisque vocibus clamans vim se a Benedicto perpeti conquerebatur, dicens: 'O quid nunc michi modo Benedictus fecit, animam Angeli monachi ob parvum cucullum, quod gestavit in capite, michi auferens secum detulit'. Cumque omnes, qui aderant, ad verba illius stupefacti intenderent et, quid diceret, ignorarent, repente signum, quo fratrum obitus significari solet, insonuit; statimque fratres omnes festinanter ad domum infirmorum pergunt et Angelum monachum iam defunctum repperiunt[c]. Qua de re aperte monstratum

a) *ita (edeculam) c.* b) *ita c., pro* illos. c) *ita c.*

1) Arnulfus (a. 1049) vel Atto (a. 1057—1071, Casini sepultus) vel Teuzo (a. 1073—74 consecratus). 2) Ut administrationi cellarum Casinensium operam daret, ab abbate videtur esse missus; nam in Teatino-Pennensique comitatibus cum alia (cf. Leo Ost. I, 45, SS. VII, 610 = Gattula, Hist. abb. Casin. I, 78 sq.), tum s. Liberatoris monasterium cum quadraginta cellis (J.-L. 4397) Casinensibus erant subdita. 3) [Cf. supra p. 1117, n. 10 ad prol. libri I.]

est, quod animam illius in aliquo nocere non potuit, de cuius morte coram fratribus tam tristem, tam lugubrem se antiquus hostis ostendit.

Theophilus: Quaeso, dicas, cur diabolus tantum inimicetur humano generi, ut ab ortu nativitatis usque ad exitum vitae omnibus modis elaboret a mandatis creatoris sui hominem avertere atque ad aeternam patriam tendenti quascumque poterit insidias tendere.

Desiderius: Aperta ratio patet, quod antiquus hostis, qui se creatori suo aequiperare contendit, passus magnam ruinam in voraginem profundi baratri demersus sit et iccirco humano generi omnibus modis contrarius existat, quia illuc eum ascendere cernit; unde ipse per superbiam delectus irrecuperabiliter cecidit. Inde est, quod strepere, insanire, frendere in electorum Dei transitu terribiliter videtur.

6. Azo etiam quidam religiosae satis vitae monachus[1] fuit, qui ecclesiam beati Michaelis archangeli in valle, quae dicitur Regis[2], a Lodoico christianissimo imperatore[3] mirifico opere constructam, postmodum vero a Saracenis destructam[4], omni cum studio restauravit ibique fratres ad omnipotentis Dei servitium, prout potuit, congregavit. Cumque ibidem multos in Dei servitio explesset annos, ultimam iam pene agens aetatem ad
1011/22. monasterium nostrum, ex quo ab abbate suo[5] missus fuerat, est reversus. Qui senio morboque confectus, in domo infirmorum in lectulo iacens, extremum vitae spiritum iam moriturus trahebat, multique e fratribus excubantes circa lectum ipsius ymnis et psalmis vacantes eius exitum expectabant. Quidam vero frater[6], qui adhuc superest et nobiscum in monasterio conversatur, tunc iuvenis, nunc autem aetate moribusque grandaevus, in dormitorio cum ceteris fratribus quiescebat; cum ecce subito nocte intempesta respiciens vidit per visionem beatum Michaelem archangelum, cuius vultum pictura eum docente cognoverat, per dormitorium venientem[7], cuius alter angelus vestigia subsequens paulo longius gradiebatur. Quem intuens dixit: 'Domine, nonne tu es beatus Michael archangelus?' Et ille: 'Ego utique'. At ille: 'Quo tendis', inquit, 'domine?' 'Ad domum', inquit, 'infirmorum, ut fratrem Azonem[a] mecum assumam, quia iam tempus est, pergo'. Et his dictis visio, quam videbat, disparuit. Qui statim evigilans surrexit, festinanter ad domum infirmorum perrexit fratremque Azonem[a] e corpore animam exalasse invenit. Qua de re aperte datur intellegi[8], quod isdem beatus Michael eum secum detulerit, qui ad assumendum eum se venisse testatus est.

7. Frater quidam in nostro monasterio Stefanus Veneticus dicebatur, qui ex Venetiae partibus adveniens in sanctae conversationis habitu studiosissime vixit. Cuius humilitatis, patientiae ac oboedientiae bonum omnibus, qui tunc in omnipotentis Dei servitio ibidem congregati erant, fratribus liquidissime patuit. Cumque iam tempus esset, ut eius digna conversatio a iustissimo Domino remunerari debuisset, molestia gravatus corporis fratribus coram positis diem clausit extremum. Tunc quaedam religiosissima anus, Agundia nomine, virgo mente et corpore, quae in sanctimoniali habitu iuxta ecclesiam beatae Mariae semper virginis sitam in civitate, quae circa radicem Casini montis est condita[9], manebat, more solito, antequam clerici eiusdem civitatis ad reddendas nocturnas Deo laudes surrexissent, ante praedictam ecclesiam Dei genitricis stans gemitu, lacrimis ac suspiriis omnipotentem Dominum precabatur: cum ecce subito intempesta noctis hora respiciens[10] vidit columnam

a) Azzonem *radendo corr.* Azonem *a.*

1) Uberius de illo egit Leo Ost. II, 34, SS. VII, 650. 2) Barregium, Barrea, dioec. Valva-Sulmona. 3) II. (a. 850—875), cuius privilegium pro monasterio S. Angeli commemorat Leo Ost. I, 37, SS. VII, 607, ex quo tamen patet monasterium iam a Ludovici praedecessoribus privilegiis munitum esse. [Cf. Reg. imp. I², 859 dep. nr. 325—327; Th. Sickel, 'Mitt. d. Inst. f. österr. Geschichtsforsch. Erg.-Bd.' I, 129 sqq.] 4) Immo, ut refert Leo Ost. II, 34, a Marsis Pelignisque, qui cum Saracenis ibidem post cladem reconditis etiam monasterium conflagraverunt. Ad hunc locum b. m. Wattenbach nota 41. — minus recte, ut videtur — coniecit Ungaros potius destructionis auctores fuisse, quos etiam a Marsis ac Pelignis superatos fugatosque esse Leo Ost. I, 55, SS. VII, 619, narrat. 5) Atenulfus, a. 1011—1022, Leo Ost. II, 34. 6) *Petrus nomine,* Leo ibid. 7) Cf. E. Gothein, 'Die Kulturentwicklung Süditaliens' (1886) p. 59, qui tamen in n. 4. per errorem '*Chron. Cassin. MG. SS. rer. Lang.*' pro nostro laudat. 8) [Cf. supra I, 13 p. 1126 n. 3.] 9) San Germano. 10) [Cf. Greg. M. Dial. II, 35 ed. Moricca p. 129: *Cumque vir Domini Benedictus, adhuc quiescentibus fratribus, instans vigiliis nocturnae orationis tempora praevenisset, ad fenestram stans et omnipotentem Dominum deprecans, subito intempesta noctis hora respiciens, vidit fusam lucem* etc. Cf. infra II, 11.]

igneam e cella, in qua infirmi fratres quiescere erant soliti, exeuntem caelumque tendentem. Quae statim nuntium monasterium subire praecepit, qui studiose inquireret, si aliquis ex infirmis fratribus in cella illa degentibus ex hoc mundo migrasset. Tum is, qui missus fuerat[1], nuntius perniciter montem ascendit, monasterium intravit, domum infirmorum adiit atque Stephanum religiosum monachum defunctum repperit[2]. Et studiosius inquirens invenit[3] eum ea hora emisisse animam, qua columna ignea ab ancilla Dei visa est celsa penetrare polorum[4].

8. Alter quidam in iam dicto nostro monasterio Iohannes Veneticus dictus est mirae patientiae, oboedientiae ac humilitatis monachus, qui quanti meriti apud Iesum Christum dominum fuerit, suum post obitum manifestissime claruit. Cum quidam frater, cuius nomen[4] a memoria excidit, casu in inguine crepuisset, ita ut interiora eius membrano dirupto inter carnem et corium dilaberentur, sepulcrum ipsius adiit ac se super illud prosternens lacrimis gemitibusque, ut pro se Dominum precaretur, ex intimo cordis postulabat affectu, procul dubio credens eius meritis se posse sanitatem recipere, qui in hac vita positus omnipotenti Domino totis cum viribus studuit deservire. Cum igitur aliquantulum super sepulcrum eius orans incubuisset, ita restitutus est sanitati, ut languoris pristini nec ullum quidem in eo indicium remansisse videretur.

9. Smaragdus monachus, qui adhuc superest[5] et in nostro monasterio commoratur, retulit michi, quod narro, quod a Leone venerabili presbytero, avunculo scilicet suo, se audisse referebat, de Antonio monacho atque presbytero, qui secularibus ac divinis litteris haud mediocriter eruditus, ab adolescentia usque ad vitae exitum in saepe dicto monasterio degens, omnibus pene in hac provincia notus extitit. Qui dum quodam tempore casu accidente, sicut praedictus presbyter ex ore illius accepit, loco in secretiori crepuisset et languore crescente cotidie vehementer fatigaretur, medicum, a quo secari vel exuri deberet, si quo modo posset sanitatem recipere, conducere meditabatur. Timebat tamen, si secaretur a medico, ut multotiens evenire solet, ne forte moreretur; et rursus, si non secaretur, sedulum sustinere dolorem, quod est ipsa morte deterius, periculosius sibi videbatur. Igitur cum intra se haec diutius agitaret, unum sibi fore remedium credidit, ut ad sepulcrum beati Benedicti pergens ipsius misericordiam imploraret, sperans se eius patrocinio posse salvari, sub cuius magisterio se recedens a seculo devotissime contulerat. Statim igitur ecclesiam intravit ac se coram altari humiliter prosternens diutius oravit, ut omnipotens Deus meritis tanti patris salutem sibi conferre dignaretur. Expleta vero oratione e pavimento, in quo prostratus iacuerat, surrexit atque ex crepidine altaris pulverem collegit et ligans in panno loco, in quo patiebatur, superimposuit; atque die altero ita sanus repertus est, ut nec signum quidem praeteritae infirmitatis in eo omnimodo remaneret.

10. De Paulo sanctae conversationis monacho, quod a fratribus, qui adhuc in hac praesenti vita vivunt et eum optime norunt, audisse me memini, referre curabo. Cum idem Paulus salutis suae causa nostrum ad coenobium devenisset, a Theobaldo abbate[6], 1022/35. religioso videlicet viro, qui tunc fratribus honestissime praeerat, devote susceptus est. Quem venerabilis pater in monasterio beati patris Benedicti, quod intra Capuanam urbem constructum est[7], habitare praecepit. Qui postquam ad eundem locum pervenit, ita se sub sanctae institutionis regula constrinxit, ut ob hoc omnibus mirabilis haberetur. Sed omnipotens, misericors ac pius Deus[8], quantum sibi eius digna conversatio in hac vita placuerit, illius post obitum ostendere est dignatus. Cumque in eodem monasterio religiosam, honestam ac dignam Deo conversationem exercens aliquantos explesset annos,

1) [Cf. Greg. M. Dial. II, 35 p. 180: *et reverentissimum virum Germanum episcopum is, qui missus fuerat, iam defunctum repperit.* Cf. infra II, 10 fin.] 2) [Cf. Greg. M. ib.: *et requirens subtiliter agnovit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir Domini eius cognovit ascensum*; Greg. M. Dial. IV, 36 p. 282: *subtiliter inquirentes ipso eum momento cognoverunt exisse de corpore, quo* ... Cf. etiam supra I, 4 fin. p. 1120; I, 7 fin. p. 1122; infra II, 11 fin.] 3) [Cf. Dracont. De laud. Dei II, 3, MG. Auct. ant. XIV, 66: *celsa polorum.*] 4) Quia Petrus diaconus, qui hanc historiolam in Chron. Casin. III, 42 exscripsit, dixit: *frater quidam ramicis incommodum ita patiens*, Marus et Mabillon morbi nomen *ramicis* nomen fratris fuisse putaverunt. 5) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. I, 9 ed. Moricca p. 50: ... *is, qui adhuc superest, Gaudentius presbiter narrat*; III, 12 p. 159: *quidam clericus senex, qui adhuc superest* ...] 6) A. 1022—1035. 7) Cella monasterii Casinensis, cuius fundationem tradit Leo Ost. I, 53, SS. VII, 617 sq. 8) [Eccli. 2, 13: *Quoniam pius et misericors est Deus*; cf. 2. Mach. 1, 24 sq.]

infirmitate pulsatus corporis e carnis ergastulo iubente Domino exilivit. Igitur quidam venerabilis vitae episcopus ex Galliae partibus veniens orationis gratia ad ecclesiam beati Michaelis archangeli in Gargano monte conditam[1] properabat. Cum autem ad Capuanam urbem devenisset, iuxta ecclesiam beati protomartyris Stephani[2] divertens hospitatus est. Denique cum nocte intempesta e lectulo surrexisset, ante ecclesiam praedicti martyris stans vicinas sibi omnipotentis Dei aures precibus lacrimisque reddebat: cum ecce subito ad dexteram orientis partem oculos porrexisset, vidit instar solis radiis lucem splendidam e monasterio per aera mirabiliter advolare. Cumque diu lucem, quam videbat, attonitus miraretur, signum in monasterio insonuit, quo fratris exitus significabatur. Intellexit protinus e fratrum numero aliquem magni meriti ex hoc mundo migrasse simulque cum ipsa luce caeli sublimia penetrasse. Mox itaque convocatis clericis, quae viderat, enarravit statimque ad monasterium nuntium misit, ut, quis ibi defunctus esset, agnosceret sibique ex nomine nuntiaret. Cumque is, qui missus fuerat, monasterium intrasset, invenit Paulum venerabilem monachum e corpore animam emisisse.

11. Iohannes admodum religiosus monachus et sacerdos, cuius superius memoriam
998. feci[3], qui relicto regimine monasterii ad heremi secreta se contulit, in hac vicina silva usque ad extremum vitae suae terminum solitarius mansit ibique ieiuniis, vigiliis ac orationibus operam dans studuit omnipotenti Domino sollicita mente servire. Hic vero cum
1022/35. temporibus Theobaldi abbatis[4] ex hac luce migrasset, monachus quidam Iohannes nomine in monasterio beati Laurentii martyris, quod intra Capuanam urbem situm est[5], studiosissime in Dei servitio conversabatur. Qui[6] dum quadam nocte, antequam fratres ad vigilias surgerent, e lectulo more solito omnipotentem Dominum precaturus surrexisset, dum attenta mente stans misericordem Dominum precaretur, subito respiciens clarissimam lucem in aere et intra ipsum venerabilis viri Iohannis monachi animam caelum penetrare conspexit. Igitur facto mane certius scire volens, quod viderat, venit ad Andream, qui cellae huius monasterii, quae intra eandem Capuanam urbem sita est[7], tunc praepositus erat, eaque, quae viderat, per ordinem retulit et, ut ad hoc monasterium nuntium dirigeret, qui diligentissime rem, quam viderat, investigaret, obnixe poposcit. Qui eius voto parere studens nuntium mox direxit, qui diligenter ea, quae dicta sunt, agnosceret citiusque reversus indicare curaret. Tum is, qui missus fuerat, nuntius dum festinanter pergeret, ei in ipso itinere alter a monasterio veniens occurrit, qui fratribus in praedicta cella Capuae commorantibus praefati servi Dei obitum nuntiavit; a quo subtiliter inquirens invenit praedictum Dei servum ea hora ex hac luce subtractum, qua eum Iohannes religiosus monachus Capuae positus caelum mirabiliter penetrasse cognovit[8]. Tunc uterque ad eos, a quibus missi fuerant, reversi, alter servi Dei obitum, alter vero visionem, quae de illo visa est, retulerunt[9].

12. Multorum fratrum testimonio didici[10] haec, quae nostro curavi annotare libello. Et licet Petrus venerabilis Hostiensis episcopus[11] in sermone, quem in vigiliis beati patris Benedicti legendum luculentissime composuit[12], id eleganter decenterque inseruerit, tamen

1) Monte Sant' Angelo, prov. et distr. Foggia. 2) l. c. cathedralem. Leo Ost. II, 55 (56, codd. l. 2, SS. VII, 664 n. *) et Petrus diaconus (Liber de ortu et vita sanctorum 43), qui eandem historiam Desiderium pedetemptim secuti narrant, hoc loco praebent *ecclesiam s. Laurentii*, quae erat monasterium a cathedrali ad meridiem situm in burgo S. Victoris q. d. (cf. Granata, 'Storia civile di Capua', Neapol. 1752, p. 345); quod cum Desiderii verbis: *ad dexteram orientis partem oculos porrexisset*, minus convenit. [Ad ea quae sequuntur cf. supra II, 7 p. 1130 n. 10, p. 1131 l. 3 sqq. et n. 1; infra n. 6 et 8 ad II, 11.] 3) Supra II, 2 fin. 4) A. 1022—1035. 5) [Cf. supra n. 2.] 6) Cf. Greg. M. Dial. II, 35 (ed. Gallicciolli p. 168; ed. Moricca p. 129), ubi similia narrantur: *Cumque vir Domini Benedictus quiescentibus adhuc fratribus instans vigiliis, nocturnae orationis tempora praevenisset, ad fenestram stans et omnipotentem Dominum deprecans, subito intempesta noctis hora respiciens vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse . . . Qui . . . vidit Germani Capuani episcopi animam in sphaera ignea ab angelis in coelum ferri.* [Cf. supra II, 7.] 7) S. Benedicti, cf. supra II, 10. 8) Greg. M. Dial. II, 35 [ed. Moricca p. 130]: *is, qui missus fuerat, . . . requirens subtiliter agnovit eodem momento fuisse illius obitum, quo vir Domini eius cognovit ascensum.* [Cf. etiam Greg. M. Dial. IV, 36 p. 282; supra II, 7 fin.] 9) Cf. Greg. M. Dial. IV, 36 (ed. Gallicciolli p. 310; ed. Moricca p. 283). 10) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. I, 8 fin. ed. Moricca p. 27: *Fortunati . . . aliorumque etiam virorum venerabilium didici relatione, quod narro;* I, 5 in. p. 39; passim.] 11) Petrus Damiani, card. ep. Ost. a. 1058—1072. 12) Sermo octavus in vigilia s. Benedicti abbatis et conf. (Opp. ed. Caietanus, Paris. 1642, II, 18; Migne, P. L. 144, 546 sq.).

inter cetera miracula, quae omnipotens Deus ad laudem sui nominis nostra etiam memoria vel seniorum nostrorum, quos ipsi vidimus quibusque referentibus agnoscimus hoc, in nostro monasterio ostendere est dignatus, inserere curavi, ut, in cuius forte manus sermo ille non venerit et hoc in nostro libello cognoverit, Deum laudet in mirabilibus suis, qui omni tempore, novo videlicet cibo, alit teneras mentes suorum. Igitur quodam tempore ab initio Maii mensis usque ad extrema mensis Iulii[1] tanta siccitas aeris extitit, ut ne paucissimis quidem guttis arens terra et crebris discissa rimis aliquo modo madefacta videretur. Tunc quadam die quidam rusticus, ut stipulam triticeae messis suo in agello succenderet, quo liberius terram excolere posset, allatum ignem incaute supposuit; cumque ignis paulatim stipulam lambendo flammam in altum porrigeret, flante aura in proximam silvam, quae subiacet monasterio, rustico renitente dissiluit. Igitur infinitas sibi silva ministrante materies, ignis huc illuc per latera montis discurrens omne monasterium incendio se crematurum populis undique spectantibus minabatur. Cum[2] itaque fratres flammis crepitantibus, timore exterriti atque turbati animo, expergefacti e lectulis surrexissent — nam in meridiano tempore illis quiescentibus res ista contigerat —, videntes tam immane, tam subitaneum periculum et ei, qualiter resistere possent, nullo modo excogitare valentes ad divina se statim contulere praesidia[2]. Totis[3] itaque viribus et ex intimo cordis affectu omnipotentem Dominum rogare coeperunt, ut meritis beati patris Benedicti, quo ordine vellet, sua virtute monasterium ab incendio eriperet, quod humana manu defendi posse penitus desperabant. Cumque alii erectis in caelum manibus atque alii prostratis in terra corporibus, alii flexis genibus ac in terra demissis capitibus omnipotentem Dominum precarentur, subito parva nubecula se in huius latere montis colligens, supra cacumen ipsius divina imperante potentia sese extendens dilatavit, quae mox tantum imbrem ex se effundens expressit, ut et incendium omne extingueret et omnino monasterium liberaret. Studeamus igitur, fratres, religiose ac pie vivere et tantum patronum Deo serviendo propitium acquirere; quia[4] cuius meritis nubes huius cacumen montis obtexit atque ex se copiosum imbrem exprimens incendium extinxit, eius nichilominus precibus, si eum sedule ac devote, praeveniente bono opere, rogaverimus, ab aestuantium vitiorum flamma divina concedente misericordia liberabimur. Mai.—Iul.

13. Quodam tempore, sicut ab his, qui optime noverunt, agnovi, dum fratres huius monasterii ecclesiam beatae Scholasticae virginis intra Caietanam urbem[5], quatinus, cum ad aliquas res emendas ibidem pergerent, receptaculum habere possent, construerent, quidam ex operariis in summitate rupis, quae in capite civitatis mari praeminet, saxa, quibus ecclesiae parietes construerentur, frangebat. Qui cum attentius eadem saxa malleo quateret, isdem malleus de manubrio excidit ac per ingens praecipitium, quod ibidem patebat, delapsus in mare cecidit. Qui valde contristatus, quod evenerat, damno ad fratres, ubi parietes ecclesiae aedificabant, protinus venit et ea, quae sibi acciderant, merens retulit. Cumque spes recuperationis esset ablata et alterum sibi malleum, quo saxa ad ecclesiae aedificium frangerentur, fieri decernerent, unus e fratribus dixit: 'Descendamus illuc, fratres, forsitan beatus Benedictus suis meritis malleum nobis restituet, qui quondam Gotho ferramentum ex profundo lacus mirabiliter abstrahens reddidit atque ad opus, quod coeperat, laetum remisit[6]'. Placuit sermo coram ceteris[a], et descendentes ad mare naviculam sunt ingressi regirantesque sinum civitatis venerunt ad locum, in quo sub praedicto praecipitio ex operarii manibus dissiliens malleus ille ceciderat; in quo videlicet tanta erat aquarum profunditas, ut spes recuperandi illum per aliquod humanum ingenium nulla omnino persisteret. Igitur confisi de omnipotentis Dei adiutorio et meritis beati

a) cet. *hoc loco c.*

1) *usque ad quintum diem ante Kal. Aug.* Petrus Damiani [, qui id *nuper* contigisse dicit]. 2) [*Cum — praesidia* apud Petrum Dam. desunt.] 3) Orationes fratrum Petrus non commemorat. 4) *Qui enim saevientis incendii flammas a vilium lignorum vel lapidum conflagratione prohibuit, quam valido putamus auxilio animas nostras ad imaginem Dei factas ab aestuantium vitiorum ardore defendet!* Petrus Damiani. 5) Quam Stephanus episcopus Caietanus (962, 998, Tabularium Casinense, Cod. Caietan. I, 116. 169 nr. 62. 91) Casinensibus donavit, ut ex chartula successoris Bernardi a. 1009. data patet (ib. 223 nr. 117). 6) Greg. M. Dial. II, 6 (ed. Gallicciolli p. 118; ed. Moricca p. 89).

patris Benedicti manubrium in aequora mittunt. Mirum in modum mox ferrum manubrio adhaesit, et extrahentes eum foras, gratias agentes Deo et beato Benedicto, gaudentes ad opera sua reversi sunt.

Theophilus: Hoc miraculum et in veteri testamento a beato Heliseo[1] et in novo a sanctissimo patre Benedicto factum reminiscor. Sed dum merita istorum illorumve longe distantia esse perpendo, maiorem, fateor, admirationem de hoc nuper patrato miraculo in animo meo concipio.

Desiderius: Hoc factum, karissime frater, non tantum istis imputare debemus, quantum illi, de cuius meritis confisi id agere temptaverunt. Verumtamen vis narrem[2] aliquid de obsessis a daemone divina largiente clementia, suffragantibus beati Benedicti meritis, in hoc eius monasterio curatis, ut[a] audientium animus magis ac magis in Dei laudibus convalescat atque in amorem summae divinitatis multipliciter incalescat?[3]

Theophilus: Quicquid ad aedificationem[4] audientium dicere velis, prosequere; ego autem haec gratanter me auscultare profiteor.

14. Desiderius: Quidam puer in domo hospitum simul cum patre in lectulo cubans cum ad necessitatem corporis in ipso noctis silentio surrexisset, subito ingens leo dentibus fremens, eum paratus discerpere unguibus, sibi horrendus apparuit; qui pavore nimio exterritus, vociferans in terram corruit. Ad cuius vocem mox turbatus pater e lecto surrexit, festinus ad eum valdeque anxius accessit; cur ita clamasset vel quid sibi evenisset, paterna diligentia sollicitus interrogavit. Ille vero immanem leonem contra se venientem tremebundus ac palpitans vidisse se retulit. Quem pater blanditiis demulcens in ulnis propriis acceptum reduxit ad lectulum. Sed diabolus, qui in specie sibi leonis apparuerat, in eum ingressus post aliquot dies vehementissime vexare coepit. Cumque ad ecclesiam ante altare beati Benedicti esset adductus, mirum in modum in pavimento clausis oculis prostratus iacens, quicunque monasterii portam ingrediebatur, mox eius nomen exprimebat, dicens: 'Talis vel talis homo per portam modo monasterii ingreditur.' Quidam etiam frater cum causa oboedientiae e monasterio ad civitatem descendisset, duodecim a quodam accipiens denarios eosque propriae utilitatis gratia occultare cupiens sibi in sinum misit. Cum autem ad monasterium reversus ad puerum in locum, quo vexabatur, accessisset, statim diabolus hoc modo eum per os pueri coram fratribus infamare coepit, dicens: 'Monachus iste contra regulam sui ordinis duodecim denarios a tali viro accipiens causa proprii commodi occultatos retinet in sinu.' Igitur cum a fratribus interrogaretur, utrumnam vera essent convicia, quae antiquus hostis per os vexati sibi obiceret, mox ille suam clamitans culpam omnino id ita esse professus est.

Alter quoque frater, cuius nomen, ne verecundiam patiatur, omitto, ex alio monasterio suae salutis causa ad nostrum deductus quadam nocte ad nocturnas vigilias lectionem de veteri testamento in ecclesia more solito fratribus residentibus recitabat, cum forte puer, qui vexabatur, aderat. Et ecce subito diabolus per os eius exclamans illa omnia, quae legebantur, sese ad liquidum nosse ibique fuisse protestabatur et adiungens huiusmodi lectori verba exprobrabat: 'Sed si ea', inquit, 'quae de te scio, referre coram praesentibus vellem, magnam profecto tibi verecundiam incutere possem.' Et re vera fratrem illum abunde in suo monasterio seculariter vixisse compertum est. Postquam igitur pro vexato puero ante sepulcrum beati patris Benedicti diutius a fratribus est oratum, ita sanus effectus est, ut amplius a maligno spiritu vexari minime visus esset.

15. Eodem etiam tempore alter puerulus ingentem aethiopem[b] super tectum domus stantem conspexit, qui valde territus mox fugam arripuit. Sed idem daemon eum insequens ad hostium domus impulit, in terram prostravit statimque in eum ingrediens acriter miserum fatigabat. Cumque in oratorium ad sepulcrum praedicti patris per aliquot

a) *supra* ut *tres vel quattuor literae erasae c.* b) eth. *c.*

1) 4. Reg. 6. 5—7. 2) [Cf. supra I, 9 p. 1122 n. 9.] M. Dial. I, 2 ed. Moricca p. 23: *estne aliquid aliud, quod adhuc de ipso ad nostram aedificationem narres?* 3) Cf. Petr. Damiani sermo 8 in.: *flamma divini amoris solito ferventius incalescat.* 4) [Cf. ex. gr. Greg. Cf. supra prol. I, p. 1117 l. 2 et n. 2.]

dies saepe fuisset adductus, eiusdem patris meritis, qui eum invaserat, daemon relinquens abscessit, sic ut ad eum accedere ulterius ausus non fuerit.

16. Alius quidam Iohannes nomine, qui aetate provectus adhuc superest atque in infirmorum domo deservit, ex provincia Marsorum, de qua ortus fuerat, cum a pessimo daemone teneretur, hoc ad coenobium gratia recuperandae salutis a propinquis adductus est, procul dubio credentibus eum meritis beati Benedicti salutem posse recipere, ad cuius limina multos diversis languoribus occupatos audierant saluti pristinae restitutos. Et ipse post non longum tempus expulso hoste sanitate recepta magnam exultationem videntibus intulit.

17. Theodericus etiam monachus atque sacerdos, qui adhuc vivit ac nobiscum in hoc coenobio religiosam vitam ducens conversatur, nepotem habuit, quem valde diligebat in saeculo, in quem antiquus hostis ingressus est, non tamen, ut aperte eum vexaret, sed latenter languorem inferens quasi paraliticum videntibus exhiberet. Hunc itaque praedictus avunculus eius causa recuperandae sanitatis ad se de beati patris Benedicti confidens meritis adduci fecit. Sed cum in hoc monasterio aliquandiu infirmus, ita ut venerat, perduraret et a nullo, quod eum daemon possideret, aestimaretur, quadam die ab eodem avunculo suo ad venerabilem virum Lambertum nomine, qui in hac proxima silva iuxta ecclesiam sanctorum martyrum Cosmae et Damiani[1] solitarius habitabat, ut eius benedictione potiretur[a], delatus est. Cui vir Dei panem benedictum dedit, eumque ut comederet, imperavit. Cumque sibi, quod acceperat, in os misisset idque comedens gustasset, daemon, qui hactenus in eo latuerat, benedictionem tanti muneris ferre non valens strependo, vociferando, huc illucque dissiliendo, quae causa languoris esset, innotuit. Postquam vero cum avunculo ad monasterium est reversus et aperte, quod a daemone possideretur, cognitum fuit, ductus in oratorium est, quo omnipotentem Dominum pro eo rogaturi cuncti simul fratres conveniunt. Expleta itaque oratione ac psalmodia hora sexta fratres ad refectorium, dimissis cum eo duobus vel tribus monachis, causa reficiendorum corporum pergunt. Igitur cum illi, qui remanserant, divinam pro eo misericordiam lacrimabiliter precarentur, quatinus intercessione beatissimi confessoris sui Benedicti liberare captivum hominem dignaretur, monachus veneranda canitie[2] eidem, qui vexabatur, ante altare astare visus est, qui antiquo hosti ab eo recedere potenti virtute imperavit. Mox daemon facto impetu magno cum vomitu ab obsesso exiit atque ad eum ulterius accedere minime praesumpsit. Quem videlicet senem beatum Maurum procul dubio fuisse compertum est, cuius reliquias fratres, qui cum eodem obsesso in ecclesia remanserant, supra pectus eius magna cum spe ac devotione posuerant. Is autem, qui liberatus a daemone est, monachus factus in hoc monasterio ceteris cum fratribus in Iesu Christi domini servitio perseverans consistit.

18. Rusticus quidam in vicinia huius monasterii in castello, quod Sancti Angeli nominatur[3], habitabat; qui festivitatem beati Nycolai confessoris Christi per annos singulos una cum familiola sua, prout poterat, devotissime celebrabat. Ea igitur die, qua eius sacra a fidelibus colebatur solemnitas[4], ad basilicam illius nomini consecratam cum uxore et filio in puerili adhuc aetate manente oblationem Domino oblaturus accessit. Postquam vero expletis missarum solemniis et communione sacri corporis et sanguinis Domini participati ad domum propriam sunt reversi, puer a patre agrum revisendi licentiam petiit; quem pater compescuit, dicens: 'Non est dignum, o fili, in agrum hodie ad aliquod opus exercendum exire, quia licet indigni divina sacramenta percepimus et festivitas patroni nostri, beatissimi scilicet Nycolai, ab omnibus magna cum devotione ubique recolitur'. Sed ille puerili levitati deditus, postquam, quod petierat, a patre impetrare nequivit, paterna iussa parvipendens, clam de domo avolans, solus ad rura visenda contendit. Ubi vero

Doc. 6.

a) patiretur *c.*

1) Eandem esse atque illam puto, quam Iohannes abbas post resignationem a. 998. factam *in loco qui hodie Piretum appellatur* aedificavit (Leo Ost. II, 20, SS. VII, 641), [de qua cf. etiam W. Franke, 'Romuald von Camaldoli' p. 213]. 2) [Eadem verba habes supra I, 2 p. 1119 l. 12.] 3) S. Angelo in Teodice. 4) Die 6. m. Decembris.

aliquandiu in agro moratus solem ad occasum vergere et opacam noctem iam pene terris imminere conspexit, ad vicinam silvam, ne vacuus redire videretur ac per hoc gratiam patris, cuius verba contempserat, recipere posset, ligna caesurus domumque delaturus accessit. Cumque ligna iam componere coepisset in sarcinam, subito quasi vehementis spiritus sonitum contra se venire persensit elevatoque sursum capite nigerrimam avem in modum vulturis magno cum impetu per aera supra se volantem conspexit; quae haud longiuscule in semita, qua puer regredi debebat, sese obviam posuit. Itaque cum timore perterritus ac tremebundus[1] in eam intenderet, illa in speciem nigerrimi pueri, cuius capilli hispidi ac sursum erecti, extrema pars vestium in rubore desinere videbatur, sese transformans ostendit. Igitur puer, dum id, quod videbat, pavidus ut erat, animo inspiceret, isdem antiquus hostis eum taliter allocutus est: 'Efficere', inquit, 'o puer, ex toto meus et una mecum ad huius proximi fluminis oram accede; ibique auri et argenti magnam copiam tibi tribuam, ut non lignis, sed auro argentoque domum revertaris onustus, quatinus, dum superfueris, omnes propinquos vicinosque tuos divitiis excellens nobiliter deliciosa fruaris vita in terris.' Haec autem ei antiquus hostis non ideo persuadebat, ut, quae pollicebatur, tribueret, sed ut eum mergens necare posset in flumine. At puer frequenter Christi nomen invocans crucis se studebat munire signaculo flebilique voce talia responsa reddebat: 'Absit a me, absit, ut alicuius aliquando efficiar famulus, nisi, qui me creavit, omnipotentis Dei et, qui me generavit, patris mei'. Cum itaque iterum atque iterum signum sibi salutis apponeret, daemon, qui videbatur, in undas vicini fluminis inde se summovens magno cum strepitu mersit ibique serpentum sibilare, asinorum rudere, mugire taurorum, rugire leonum more coepit[2] atque tantum timorem misello incussit, ut tota sibi silva rotari in vertiginem videretur. Cumque in terra fere iaceret exanimis et, quid ageret, penitus ignoraret, ecce subito senex mitrato capite, candida stola indutus, sibi astans apparuit et inquit ad eum: 'Quid hic agis, cum se iam tardior hora protrahat, et recedentibus cunctis solitaria iam paene arva remanserint? Surge quantocius domumque redire festina, ne, si amplius hic moratus fueris, grave periculum incurras'. Surgens itaque de terra, cum se ad levandam sarcinulam inclinasset, isdem, qui visus fuerat, senex, disparuit, et ecce iterum malignus spiritus ante oculos eius se ingerens eisdem quibus prius verbis affari puerum coepit. Sed ille nichilominus, quae hortabatur, se facturum omni modo denegans, flens et eiulans in terram decidit ac, prout poterat et sciebat, salvatoris omnium Iesu Christi clementiam, ut sibi praeberet auxilium, flagitabat. Mox ille venerandus senex, qui ei dudum visus fuerat, rursus apparuit et, ut citius surgeret lignaque auferens asportaret, hortatus est. Ad cuius adventum inimicus, qui videbatur, ut fumus evanuit. Quem utique senem beatum fuisse credimus Nycolaum, cuius celebrandae festivitati praedictus rusticus eo die operam dederat. At puer ad senis imperium surgens a terra, levata sarcinula, summa cum velocitate domum rediit et, ut ipse postmodum referebat, tam levis sibi illa lignorum sarcinula, quae vehebatur, facta est, ut nichil ponderis habere videretur. Cum autem domum regressus paululum remoratus esset, qui ei apparuerat daemon, in eum ingressus coepit horribiliter fatigare. Uterque turbatus parens affuit lugens, et perstrepens familiola cuncta circumstetit. Sed cum nullum illi auxilium impendere posse se cernerent, salubri reperto consilio hoc ad monasterium ad limina eum beati Benedicti perducunt atque ad eius venerandum sepulcrum in dextera parte altaris misericordiam Domini lacrimabiliter postulantes prosternunt, ibique obsessus vehementer fatigatus obdormivit. Igitur dum sic fessus dormiens iaceret, aperiri sibi subito a latere visum est, indeque vir clarissimo aspectu candidoque amictus habitu procedens eius alvum pectusque diu contrectans ei, ut surgeret ac discederet, imperavit. Qui mox expergefactus ita sanus surrexit, ut daemonicam[a] infestationem in se ulterius non

a) *ita* (dem.) *c.*

1) [Hebr. 12, 21: *Exterritus sum et tremebundus.* Cf. supra II, 14 p. 1134, l. 18 et 21.] 2) Greg. M. Dial. III, 4 (ed. Gallicciolli p. 177; ed. Moricca p. 144): *antiquus hostis immensis vocibus magnisque clamoribus coepit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus asinorum, sibilos serpentium, porcorum stridores et soricum.*

sentiret. Haec omnia per ordinem ex ore ipsius pueri, qui passus fuerat, lacrimabiliter referentis agnovi.

Theophilus: Haec, quae puero contigisse narras, valde admiror atque ad omnipotentis Dei occulta iudicia tremens obstupesco[1], cur illum, qui una cum patre festivitatem beati Nycolai devote celebrans communionem dominici corporis et sanguinis percepit, immundo spiritui mancipari permiserit.

Desiderius: Si animadvertas utique, quantum parentibus non oboedire delictum sit, cum scriptura dicat: 'Honora patrem tuum et matrem, ut sis longaevus super terram', Exod. 20, 12. et item: 'Melius est oboedire quam sacrificare[2], et auscultare magis quam offerre adipem 1. Reg. 15, 22 sq. arietum; quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idolatriae nolle acquiescere', et Salomon: 'Audi, fili mi, disciplinam patris tui et non dimittas legem matris Prov. 1, 8 sq. tuae, ut addatur gratia capiti tuo et torques collo tuo', et alio loco: 'Quam malae famae Eccl. 8, 13. est, qui relinquit patrem, et est maledictus a Deo, qui exasperat matrem', iusto Dei iudicio id accidisse probabis. Permisit itaque Deus puerum hunc pro sua inoboedientia flagellari, sed solita pietate non est passus eum sub eodem verbere diutius immorari, ut ex hoc quisque intellegat, quantum inoboedientia periculum pariat atque ad optemperandum parentibus quantum sese humiliter subdere debeat.

Theophilus: Verba responsionis tuae satisfecisse videntur interrogationi meae.

19. Desiderius: In diocesi Teatini[3] episcopatus est monasterium nobile iuxta radicem Magellici montis in honorem sancti Liberatoris constructum et huic nostro Casinensi coenobio subditum, ubi magna fratrum multitudo commorantes, iuxta almi beati Benedicti mandatum Christo domino vero regi militantes[4] deserviunt. Quodam igitur tempore[5], dum fratres in eodem monasterio in noctis silentio iuxta morem quiescerent, quidam reverendus vir monachico indutus habitu uni eorum apparuit eumque excitans, ut velociter de lectulo, in quo iacebat, surgeret, hortatus est. Cumque ille ad eius imperium expergefactus perniciter surrexisset, inquit ad eum: 'Accelera et excita omnes fratres et, ut velociter surgant atque ad ecclesiam pergant, magnis clamoribus insta, quia haec, in qua quiescunt, cella sub omni est celeritate casura'. Ille autem iussis optemperans magnis vocibus clamare coepit: 'Surgite', inquiens, 'fratres, surgite atque ex hac cella, quia protinus ruitura est, quantocius exite, ne moram in ea amplius facientes a ruinis eius, quod absit, opprimamini'. Cum igitur illi expergefacti eiusque clamoribus turbati, unde hoc nosset, inquirerent, ille, quae viderat quaeve sibi dicta fuerant, ordine retulit. Mox itaque fratres inde celeriter exeuntes ecclesiam intraverunt nocturnamque sinaxim more solito pulsatis signis Domino decantare coeperunt. Cumque intentis mentibus officia consueta persolverent, subito praedicta domus dato magno strepitu funditus corruit. Exterriti fratres festine pergunt, solliciti, ne quis eorum illa ruina oppressus esset, inquirere; et cum delapsam materiem huc illucque devolverent, invenerunt unum e fratribus senectute gravatum sub ruinis undique circumiacentibus incolumem remansisse extractumque foras, quonam modo evasisset, curiose interrogant. At ille: 'Cum domus', inquit, 'funditus fatiscens super me dilaberetur, subito quidam splendidus vir, monachica veste indutus, michi astitit ipsamque ruinam iam iamque super me ruentem meque opprimere minitantem brachio suo sustentans, incolumem, ut ipsi cernitis, conservavit'. Qui videlicet beatus Benedictus fuisse creditur, qui et antea paterna pietate dominicum gregem sub suo magisterio militantem sua admonitione et protectione eripuit et senem fugere non valentem manu sollicitudinis suae defendit.

20. Quidam etiam frater in eodem monasterio Iohannes dicebatur, qui aetate ac aegritudine pressus extremum vitae spiritum trahebat. Cum igitur quadam die aliqui e fratribus more solito decantaturi matutinas laudes ad eum venissent, ille eos voce, qua potuit, compescuit, dicens: 'Nolo', inquit, 'ut michi canonicas horas amplius decantetis,

1) [Similia saepe in Greg. M. Dial. occurrunt, ex. gr. II, 35. I, 6. 12, ed. Moricca p. 130. 42. 69.] 2) 1. Reg. 15, 22 sq.: *Melior est enim obedientia quam victimae* etc. 3) Chieti. 4) [Cf. Reg. s. Bened. prol. in.: *domino Christo vero regi militaturus.*] 5) [Post a. 1019, quo Theobaldus prior monasterium a Saracenis destructum instauravit, aut longo ante tempore, saec. IX. vel X. priore, hoc factum esse conicias. De monasterio s. Liberatoris de Maiella cf. P. F. Kehr, Italia pont. IV, 273 sq.]

quia dominus abbas cum multis fratribus albis vestibus indutis ad me modo gratia visitandi venerunt michique matutinale officium decantantes post paululum se huc venturos meque secum assumpturos esse dixerunt'. Dum itaque fratres, qui ad eum venerant, ad eius visionem intenti et, si vera essent, quae retulerat, sollicite praestolarentur, post unius horae spatium frater ille magna cum exultatione emisit spiritum. Ex quo animadvertere possumus beatissimum patrem Benedictum fuisse, qui ei cum illa albatorum contione apparuit eumque secum, ut promiserat, assumpsit. Haec, quae retuli, in quadam veteri paginula imperito satis stilo exarata repperi nostroque nunc associare libello studui.

21. Quia vero omnipotens Deus non tantum in magnis, sed etiam in minimis rebus aliquando ostendit mirabilia[1] sua, ut fides credentium magis ac magis augeatur ac in laudibus creatoris sui universa creatura prorumpat, cum in cunctis usui humano concessis paterna pietate curam habere conspicitur, quid de lampadibus in hac ecclesia nostris temporibus actum sit, sicut a Georgio[a] venerabili monacho, qui eiusdem ecclesiae custos adhuc superest[2], didici, ex parte referre non neglegam.

Cum quadam die unus e custodibus lampadem in oratorio ante altare igne admoto accendisset eamque sursum paene usque ad laquearia elevasset, repente delapsa ante altare in pavimentum cecidit. Mirabilis Deus in factis suis![3] non solum fracta non est, sed nec oleum effusum nec ignis in ea accensus extinctus est.

Alio igitur tempore, cum praefatus Georgius[b] lampadem ante imaginem Salvatoris, quae supra fores ecclesiae depicta erat, vellet reficere, invenit eam extensis uncinulis ita in aere dependere, ut nulla prorsus materie sustentaretur. Qui mox convocatis fratribus, qui prope astabant, eis, ut tanti testes miraculi esse deberent, quod miratur, ostendit.

Praeterea alio tempore in hac eadem ecclesia beati Benedicti ea nocte, quae praecedebat diem[4], qua eius festivitas agebatur, sicut ab eis, qui huic miraculo interfuere, accepi, dum ad vigilias unus e custodibus lampadem ante imaginem eiusdem beati Benedicti reficeret, repente delapsa in pavimentum corruit ac illaesa permansit. Quae iterum ter sursum elevata ter cecidit et, quod mirabilius est, nec ipsa frangi nec oleum effundi nec lumen in ea accensum extingui divina conservante virtute potuit.

21. Mart.

Plura sunt in huius monasterii oratorio ex lampadibus huiusmodi facta miracula, quae, quia valde similia sunt, superfluum scribere duximus; haec autem iccirco scripsimus, ne, quia parva sunt, omnino contemni[c] viderentur.

22. Unum autem, quod in superiori libro a memoria excidit suo in ordine[5] referre, in quo me tibi narrare promiseram, qualiter omnipotens Deus hoc monasterium saepe de tyrannorum manibus eripuerit[6], in hoc secundo, ne a memoria laberetur, scribere oportunum duximus.

1011/22. Dum praedecessoris nostri Atenulfi[7] tempore praedia huius monasterii acriter ab Aquinensi comite infestarentur et neque monachorum precibus neque reverentia almi patris Benedicti, qui fundator et aedificator huius coenobii extiterat, animus eius emolliscret[d], ut ab huius loci laesione se aliquo modo temperaret, praedictus abbas necessitate compulsus, postquam vidit ferocem animum viri nullo modo mitigari[e] posse, aliquot ex Normannis, qui tunc temporis conductu nostrorum principum Italiam adventabant, in possessiones[f.8] huius monasterii, quatinus eas a praedicto comite per eos tueretur, induxit[9]; qui, postquam et domos ad manendum et stipendia, quibus sustentarentur, abunde percepere, coeperunt quaeque monasterii pertinentia more strenuorum militum inimicis longe repulsis circumcirca nobiliter fideliterque defendere. Igitur dum[g] praedictus abbas et, qui ei in regimine secundo gradu successerat[10], supervixere, conducti milites satis honeste in

a) *ita c.*; Gregorio *ed.* b) *ita c.*; Gregorius *ed.* c) contempni, p *eras. c.* d) *ita c.* e) metigari *c.* f) possesiones *radendo mut. -ne c.* g) cum *ed.*; enim *c.*

1) [Cf. Ps. 77, 11: *mirabilium eius, quae ostendit eis;* Mich. 7, 15.] 2) De eo cf. Petr. diac. Chron. Casin. III, 38 (SS. VII, 730, l. 44). 3) Ps. 67, 36: *Mirabilis Deus in sanctis suis.* 4) D. 21. m. Martii. 5) [Cf. supra Prol. I, p. 1117 l. 8.] 6) [Cf. supra II, 9 in., p. 1122 n. 10.] 7) Abb. Casin. a. 1011—1022. 8) *in oppido quod Piniatarium nuncupatur* (ad ripam Gariliani, iuxta oppidum S. Angeli) Leo Ost. II, 88, SS. VII, 658. 9) Amatus I, 22. 10) [Basilius, qui secundus post Atenulfum abbatiam a. 1036—1038. rexit

eorum fidelitate manserunt. Postquam vero infelix[a] hac vita subtractis fortuna nostrorum principum immutata aliquantulum vacillare coepit, Normannica cohors, quae ob nostram defensionem admissa fuerat, nobis infida atque adversa paulatim esse coepit. Quae cotidie ad nostram perniciem, ut cancer serpens[1], modo haec modo illa nobis auferens, ad dominationem sui iuris sacrilega ducti cupiditate[b] devolvunt. Unde factum est, ut ex tanta tamque ampla possessione nil aliud ad nostri commodi usus praeter civitatem, quae ad radicem Casini montis sita est[2], cum quattuor vel quinque villarum fundis remanserit; qui etiam, sicut barbarica avaritia nescit tenere modum, cotidie ab[c] eis oppressi, illis opes, nobis miseriam atque inopiam tribuebant. Cum igitur per aliquanti spatium temporis sine ulla animi pietate id incessanter agerent et misericors ac pius Deus[4.3] servis suis fame atque inopia laborantibus sua benignitate subvenire decrevisset, beatissimus pater Benedictus cuidam rustico in agello cuiusdam nostrae villulae commoranti per visionem apparuit eique, ut egrediens se sequeretur, iussit. Cumque idem rusticus ad eandem visionem animum intenderet, visum est ei, quod beatissimus Benedictus cunctos Normannos, qui eius bona invaserant, cum virga, quam manu gestabat, potenti virtute a finibus huius terrae expelleret eosque vacuos rebus oneratosque ignominia a sui hereditate monasterii eliminaret. Eodem itaque anno[4] praefata cohors Normannica amplius, quam solebat, per audaciam insolescens 1045.
ad nostram calamitatem arcem, quae Sancti Andreae[5] nuncupatur, ut securius nobis sublata retinere posset, occupavit. Quae videlicet res illorum animum ad dominationem, nostrum[c] ad desperationem adduxit. Postquam ergo eadem arce potiti sunt, quadam die in unum conglobati, magna cum superbia in praefatam Casini civitatem venientes intraverunt ibique nutu Dei a populo civitatis oppressi aliquanti eorum vel occisi vel capti sunt. Ceteri autem, qui remanserunt, in munitionem praedictae arcis fugientes se contulerunt. Igitur habitatores huius terrae omnes unanimiter facto grege, vicinis undique auxiliantibus, ad obsidionem eiusdem arcis animum intendunt. Mira dicturus sum. Obsessione facta, dum iacula ex utraque parte acriter impulsa mitterentur, Normannorum pila velut a ventorum flamine retorta eos, a quibus missa fuerant, sauciabant[6]. Quid multis opus est? Cum se a semetipsis ita impugnari conspicerent et iam amplius resistere minime valerent, cernentes 'durum' sibi esse 'contra stimulum calcitrare', eo quod contra Act. ap. 26, 14.
se divinam dexteram dimicare cognoscerent, facta deditione, in manibus abbatis[7] et monachorum se tradunt; a quibus vix defensi ad socios, qui in Aversano oppido morabantur, remissi sunt[8]. Sicque factum est, ut ab eo tempore beati Benedicti meritis haec, in qua degimus, terra ab eorum infestatione illaesa permaneat atque sub ipsius sancto tutamine secura persistat.

23. Modus libelli huius nos ad finem tendere cogit, sed bonum oboedientiae, quae inter ceteras[f] virtutes prima est[9], non sinit nos virtutem cuiusdam fratris, qui eam tota cordis humilitate usque ad mortem quoque sectatus est, penitus[g] silentio praeterire, illum videlicet imitans, qui factus oboediens Patri usque ad mortem[10] oboedientiae nobis pariter ac patientiae reliquit exemplum. Qui videlicet frater huius nostrae congregationis Rainerius nomine, iuvenis quidem aetate, sed moribus grandaevus fuit, cui multi e fratribus, qui adhuc supersunt et eum optime noverunt, testimonium perhibent, quod tantae humilitatis tantaeque oboedientiae fuerit, ut ex hoc mirabilis ab omnibus haberetur. Cui dum quadam die ab abbate suo esset iniunctum ad aliquod opus pro utilitate monasterii peragendum

a) infelx *c.*; ipsis *ed.*; ipsis ex *proponit Zwölfer.* b) scqm. *una vox erasa c.* c) ab eis *manu prima supersor. c.* d) *ita c.* e) nrm *supersor. manu secunda a (= nostram) c.* f) cęt. *c.* g) pęn. *c.*

post immediatum Atenulfi successorem Theobaldum abbatem a. 1022—1036, sedentem, a. 1038. non mortuus, sed ab imperatore expulsus est; cf. etiam Leo Ost. II, 62 sqq.]

1) [Cf. 2. Tim. 2, 17: *sermo eorum ut cancer serpit.*] 2) San Germano. 3) [Eccli. 2, 13: *Quoniam pius et misericors est Deus.*] 4) A. 1045. m. Maio (Leo Ost. II, 72, SS. VII, 680). 5) De qua cf. Gattula, Ad hist. abb. Casin. accessiones p. 750 [; Leo Ost. II, 71 sq.].

6) Cf. ex. gr. Oros. VII, 35, 18: *tela etiam, quae ipsi vehementer intorserant, excepta venti impetu supinato ac retrorsum coacta ipsos infeliciter configebant.* 7) [Richerii, qui sedit a. 1038—1055.] 8) Cf. Ann. Cav. 1045 (SS. III, 189) = Ann. Casin. 1044 (SS. XIX, 306); Amatus II, 41; Leo Ost. II, 71 (SS. VII, 678). 9) [Cf. Reg. s. Bened. c. 5.] 10) [Phil. 2, 8: *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem.* Cf. Reg. s. Bened. c. 7, ed. Linderbauer p. 47.]

Teatinum adire territorium, ille laeto ut semper animo ad oboedientiam promptus, iussa implere festinans iter arripuit. Qui dum pergeret et aliquanti iam itineris spatium profligasset, a latrunculis cuiusdam potentis viri Oderisii, qui ex praecepto eius, si quid ex huius monasterii rebus diripere possent, viam observabant, omnibus, quae deferebat, sublatis interfectus est. Cuius quidem corpus vel propter inimicorum insidias, vel quia longe erat, ad hoc coenobium deferri non potuit, sed in quadam ecclesia iuxta posita humi traditum est. Sed quantum illius oboedientia omnipotenti Deo fuerit accepta, ad extinctum eius corpus ostendere est dignatus. Coeperunt itaque multi infirmitate detenti ad eius sepulcrum accedere et recepta sanitate ad sua incolumes remeare. Inter quos Atto comes, magni Attonis comitis filius[1], praefati quoque Oderisii gener, cum graviter detentus a febribus fatigaretur, ad sepulcrum illius fama ducente pervenit ibique in oratione prostratus, recedente febre, ita sanus surrexit, ut malae illius valetudinis[a], qua antea laborabat, nichil prorsus in se sentiret. Qui pro recepta sanitate gratias referens, ob retributionem tanti muneris optimo super eius sepulcrum oblato pallio, gaudens discessit.

24. Et quoniam de mirabilibus Dei facere coepimus mentionem, quod michi ipsi
Tob. 12, 7. contigit, silentio praetereundum non duxi, dicente scriptura, quod 'secretum[2] regis abscondere bonum est, opera vero Dei' manifestare ac 'revelare[3] honorificum est'. Cum intra annos pueritiae[4] positus vi febrium laborarem, beatae memoriae Iohannes reverendae dignitatis sacerdos, qui tunc in nostra Beneventana urbe in Dei servitio celebris habebatur, visitationis gratia ad me properans venit. Cumque paululum cum ceteris[b], qui advenerant, consedisset et me vehementius a tertiano tipo urgeri conspiceret, motus caritate, quam erga me habebat, surrexit ac perfusus ora lacrimis, lenta Dominum voce invocans, manum capiti meo imposuit, et febris, quae me acrius infestabat, mox effugata discessit.

25. Et etiam, quae Leone abbate monasterii sancti Pauli apostoli secundo ab urbe Roma miliario constituti[5], ubi sacratissimum eius corpus signis prodigiisque coruscans veneratur et colitur, referente cognovi, in calce huius libelli scribere curabo. Dicebat enim, quod sibi Adam reverentissimus valde monachus et custos ecclesiae huius nostri monasterii retulerit, quia quadam die, dum isdem venerabilis Adam portam monasterii ad aliquod opus faciendum esset egressus, duo iuvenes in habitu monachi sibi in ipso introitu monasterii obviaverunt. Cumque salutatos eos studiose, qui essent, inquireret, audivit ab eis, quod unus eorum Protus, alter vero Iacinthus diceretur. At ille cum obstupefactus, cur venissent, percontaretur, illi inquiunt: 'Ad fratres, qui hodie nostri memoriam mente
11. Sept. devota recolunt, visitandos venimus'. Erat enim ea dies, qua pro Christo effuso sanguine palmam martyrii ipso donante meruerunt[6]. Cum ergo attonitus paululum substitisset et illi coepto itinere monasterium essent ingressi, ad se reversus[7], certius, quod audierat, cognoscere volens, rapido eos cursu prosequitur. Dumque eos huc illucque per monasterium studiose requireret ac minime invenire posset, quosque sibi obviantes interrogare coepit, ubi essent monachi, qui modo secum loquentes monasterium essent ingressi, sed illi nullum in monasterium introisse praeter illum se vidisse professi sunt. Qua de re aperte datur intellegi[8] eos, qui sibi apparuerant, sanctos martyres Protum et Iacinthum, quorum festivitas a fratribus eo die celebrabatur, veraciter fuisse. Quae omnia eodem ordine a Firmo huius monasterii veterano monacho, nepote scilicet ipsius Adae, quo ille michi Romae positus dixerat, reversus ad monasterium acta fuisse percepi.

Hic finem faciat huius diei oratio, quatinus in honore tantorum martyrum liber iste conclusus, recreato per huius noctis spatium animo, ad cetera[b], quae restant, sanctorum acta ipsorum omniumque sanctorum precibus adiuti enarranda fideliter veniamus[c].

a) valętudinis *c.* b) cęt. *c.* c) *sequ. duae fere paginae vacuae (f. 56v, exceptis primis versibus, et f. 56 bis totum) c.*

1) Fortasse idem qui Atto comes Teatinus, quem Amatus appellat (VII, 34 p. 308): *Un grand home, qui se clamoit Attône;* cuius filii erant Atto et Transmundus. [Sed cf. quae Herm. Müller, 'Topographische und genealogische Untersuchungen zur Geschichte des Herzogtums Spoleto und der Sabina', in dissert. Greifsw. exponet.] 2) [*sacramentum* Vulg.] 3) [*revelare et confiteri* Vulg.] 4) [Cf. diss. supra p. 1127 n. 2 allata.] 5) San Paolo fuori le mura. 6) Dies 11. m. Septembris. 7) [Cf. Act. ap. 12, 11: *Petrus ad se reversus.*] 8) [Cf. supra I, 13 p. 1126 et n. 3; infra III, 2 p. 1144 l. 37.]

[LIBER TERTIVS][a].

[PROLOGVS][b].

Expletis[c] duobus Christi gratia comitante libellis, quos de mirabilibus Dei vel in hoc coenobio vel in sibi subditis cellis ipso largiente patratis descripsimus[1], ad narrationem tertii concedente Domino veniamus. Et quia cetera[d], quae extra huius monasterii claustra facta sunt, quaeque visu vel auditu percepimus, in aliis duobus libellis adhuc exaranda remanent[2], opere[e] pretium michi videtur ab ipso capite ecclesiae exordium sumere sicque postea seriatim stilo prosequente ad singula membra venire.

Dum igitur neglegentia sacerdotum maximeque Romanorum pontificum Italia a recto religionis tramite paulatim devians labefactaretur, in tantum mala consuetudo adolevit, ut sacrae legis auctoritate postposita divina humanaque omnia miscerentur, adeo ut populus electionem et sacerdotes consecrationem donumque sancti Spiritus, quod gratis accipere et dare divina auctoritate statutum fuerat[3], data acceptaque per manus pecunia, ducti avaritia, venderent, ita ut vix aliquanti invenirentur, qui non huius symoniacae pestis contagione foedati, mundi coram Deo praecepta dominica observantes existerent.

Itaque cum vulgus clericorum per viam effrenatae licentiae nemine prohibente graderetur, coeperunt ipsi presbyteri ac diacones, qui tradita sibi sacramenta dominica mundo corde castoque corpore tractare debebant, laicorum more uxores ducere susceptosque filios heredes testamento relinquere, nonnulli etiam episcoporum verecundia omni contempta cum uxoribus domo simul in una habitare. Et haec pessima et execranda consuetudo intra Urbem maxime pullulabat, unde olim religionis norma ab ipso apostolo Petro eiusque successoribus ubique diffusa processerat.

Igitur[4] dum per aliquot annos nonnulli solo nomine pontificum cathedram optinerent, Benedictus[5] quidam nomine, non tamen opere[e], cuiusdam Alberici consulis filius, magi potius Symonis quam Symonis Petri vestigia sectatus, non parva a patre in populum profligata pecunia, summum sibi sacerdotium vendicavit[7]. Cuius quidem post adeptum 1032.
sacerdotium vita quam turpis, quam foeda, quamque execranda extiterit, horresco referre[8]; ea potius, qualiter omnipotens Deus in faciem ecclesiae suae sit dignatus respicere[9], exordiar enarrare. Denique cum rapinas, caedes aliaque nefanda in Romanum populum aliquanta per tempora[10] sine ulla dilatione ageret, congregati in unum populi, quia eius nequitiam amplius ferre nequibant, eum a pontificali cathedra exturbantes Urbe pellunt[11] 1044.
alterumque in loco eius, Iohannem videlicet Sabinensem episcopum[12], non tamen vacua cf. Ost. post.

a) LIBER TERTIVS *om. c.* b) PROLOGVS *om. c.* c) Expletis *om., spatio vacuo imagini et magnis literis initialibus relicto, sed manu saec. XV. in margine suppl. c.* d) cęt. *c.* e) *ita c.*

1) [Cf. supra I, prol. p. 1117; II, prol. p. 1127.] 2) [Cf. supra in praef. Schwartzii p. 1113 n. 7, 1114.] 3) [Cf. Matth. 10, 7: *gratis accepistis, gratis date.*] 4) Cf. de hoc loco Steindorff, 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich III.', I, 484 sqq.; Giesebrecht, 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' II[4], 411 sqq.; Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' III[3-4] (1906), 583 sqq.; Hedwig Kromayer, 'Über die Vorgänge in Rom im Jahre 1045 und die Synode von Sutri 1046' ('Histor. Vierteljahrschrift' X, 1907, 161 sqq.); R. Bock, 'Die Glaubwürdigkeit der Nachrichten Bonithos v. Sutri ('Histor. Studien herausgeg. v. Ebering' 78, Berol. 1909, p. 38 sqq.). 5) Benedictus IX, qui et Theophylactus (a. 1032—1045). 6) *qui cata antifrasin vocabatur Benedictus*, Bonizo Lib. ad am. V (Libelli de lite I, 584). 7) Die 12. m. Nov. a. 1032. secundum L. M. Hartmann, 'Mitt. d. Inst. f. öst. Geschichtsf.' XV, 483 sqq.; cf. tamen P. Fedele, 'Arch. d. soc. romana di storia patria' XXII, 67 n. 1. XXIII, 206 n. 2. [Cf. etiam R. L. Poole, 'Papal Chronology in the Eleventh Century (Engl. Hist. Review XXXII, 1917, p. 208), et 'Benedict IX. and Gregory VI.' ('Proceedings of the British Academy' 1917/18, London, p. 204), qui Benedictum IX. circa m. Dec. a. 1032. papatum accepisse putat; S. Messina, 'Benedetto IX pontefice romano', Catania 1922, p. 46 sqq., qui cum G. Buzzi ('Per la cronologia di alcuni pontefici dei secoli X e XI', 'Arch. d. soc. rom.' XXXV, 1912, 619 sqq.) initium pontificatus Benedicti IX. inter d. 28. Aug. et 7. Sept. a. 1032. definire studuit et maxime de die 3. Sept. cogitavit.] 8) *Horrori est quippe referre turpitudo illius conversationis et vitae*, Rod. Glab. V, 5, 26 (SS. VII, 72; ed. Prou, Paris. 1886, p. 135); cf. Bresslau, 'Jahrbücher Konrads II.', II, 174 n. 2. [Sed cf. Poole, 'Proc.' etc. p. 213 sqq.; Borino loco infra n. 11 citato p. 144 sqq.] 9) [Cf. Ps. 83, 10: *(Deus) respice in faciem Christi tui.*] 10) [*Per annos 12* Leo Ost. II, 77 in.] 11) A. 1044. [Cf. Hauck, 'KG. Deutschlands' III[3-4], 569 n. 9; G. Borino, 'L'elezione e la deposizione di Gregorio VI', 'Arch. d. soc. rom.' XXXIX, qui p. 180 Benedictum IX. inter d. 1. et 7. (vel 1. et 8.) Sept. expulsum esse putat; Poole, loco supra n. 7 citato.] 12) Cf. Catalogi pontificum Romanorum cod. Cavensis aliique apud

1045. (Ianuar.) manu, canonica parvipendentes decreta, substituunt[1]. Qui tribus non amplius mensibus[2] Romanae usus cathedrae sessione, Benedicto undique suis cum propinquis infestante Urbem, quia ex consulibus terrae ortus erat et in eis maxima virtus, Urbe cum dedecore pulsus, (Mart.) suum ad episcopatum reversus est[3]. Benedictus igitur, quod amiserat, sacerdotium recepit, Prov. 22. 6. pristinos tamen mores minime mutavit, secundum quod scriptum est: 'Adolescens iuxta vias[a] suas[a], etiam cum senuerit, non recedet ab ea'[4]. Et quia durum est in corde veteri nova meditari, in eisdem pravis et perversis operibus, ut antea, perseverabat. Cumque se a clero simul et populo propter nequitias suas contemni conspiceret et fama suorum facinorum omnium aures impleri cerneret, tandem reperto consilio, quia voluptati deditus cf. Obt. pont. ut Epycurus magis quam ut pontifex vivere malebat, cuidam Iohanni archipresbytero[5], qui tunc in Urbe religiosior ceteris clericis videbatur, non parva ab eo accepta pecunia[6] (Mai. 1.) summum sacerdotium relinquens tradidit[7]; ipse vero in propriis se castellis recipiens Urbe cessit. Interea Iohannes, cui Gregorius[8] nomen inditum est, cum duobus annis et octo mensibus[9] sacerdotium administrasset, Heinricus rex, qui tunc Germaniae, Pannoniae ac Italiae imperabat, ad suscipiendam de manu Romani pontificis imperialem coronam, quatinus deinceps augustus appellari posset, Italiam ingressus Romanam adiit urbem. Sed antequam Urbem ingrederetur, plurimorum episcoporum necnon abbatum, clericorum 1046. (Dec. 20.) quoque ac religiosorum monachorum in Sutrina urbe concilio congregato, Iohannem, qui Gregorius dictus est, missis ad eum episcopis, ut de ecclesiasticis negotiis maximeque de Romana tunc ecclesia, quae tres[b] simul pontifices habere videbatur, ipso praesidente[10] tractaretur, venire rogavit[11]. Sed haec de industria agebantur. Iam enim dudum regio animo insederat, ut tres illos, qui iniuste apostolicam sedem invaserant, cum consilio et auctoritate totius concilii iuste depelleret et unus, qui secundum statuta sanctorum patrum dominico gregi sollicite praeesset, clero et populo eligente ordinaretur. Praedictus itaque pontifex exoratus a rege ceterisque pontificibus Sutrium, ubi synodus congregata erat, allectus spe, quo[c] aliis duobus depositis sibi soli pontificatus confirmaretur, gratanter perrexit. Sed postquam eo ventum est et res agitari ac discuti a synodo coepta est[12],

a) *ita c.*; viam suam *Vulg.* b) *r manu prima in loco raso c.* c) *ita c.*; quod *ed.*

Duchesne, 'Le Liber Pontificalis' II, 270[, Watterich, Pontificum Romanorum Vitae I, 70, imprimis Catal. Casin. ed. ab O. Holder-Egger in 'N. Archiv' XXVI, 548, quo tamen ipso Desiderium non usum esse monet Schwartz supra in praef. p. 1114 n. 18; Cron. pont. et imp. S. Bartholomaei in insula Rom., SS. XXXI, 216; Cron. pont. et imp. Tiburt., ib. p. 259; Cron. apost. et imp. Basil., ib. p. 289sq. Cf. Poole, 'Engl. Hist. Rev.' XXXII, 204sqq. et 'Proceedings' etc. p. 201sqq.]

1) Circa diem 21. m. Ian. a. 1045; vocatus est Silvester III. [Cf. Borino l. c. p. 180; Poole, 'E. H. R.' XXXII, 209sq. et 'Proc.' etc. p. 208sq., qui de die 20. m. Ianuarii a. 1045. cogitat.] 2) *Diebus 66* (Catalogi pontificum cod. Cavensis [unde Watterich l. c. I, 70 n. 14 *LXI* habet] aliique, Duchesne, 'Le Liber Pontificalis' II, 270 [cf. catal. ab Holder-Egger editi supra p. 1141 n. 12]); *diebus 49* (Ann. Romani, Duchesne l. c. II, 331[, Watterich l. c. I, 72, SS. V, 468]). 3) Cf. quae de hoc loco H. Kromayer l. c. p. 163 contra Steindorff (l. c. t. I, 258sq.) et Hauck (l. c. III, 583) disseruit[; Borino l. c. p. 179: c. d. 10. Mart. 1045; Poole l. c.: mense Martio a. 1045]. 4) [Etiam propter hunc locum iis assentiri non possum, qui Benedictum IX. a. 1032. propius ad 30 quam ad 10 annorum aetatem accessisse putant, ut Poole, 'Proc.' etc. p. 217, cf. etiam Borino l. c. p. 144sqq.] 5) *Archipresbytero* (al. *Archicanonico*) *S. Iohannis ad Portam Latinam* (Catalogi pontif. [et Ann. Rom.], Duchesne l. c. II, 270[, 331]; Holder-Egger, 'Neues Archiv' XXVI, 554[; SS. XXXI, 216. 259. 289]). [Quem Poole, 'Proceedings' etc. p. 219sqq. (cf. iam P. Fedele, 'Arch. d. soc. romana' XXVII, 1904, p. 409sq.) patruum Petri Leonis, filium Benedicti Christiani esse putat. Cui assentiri non possum.] 6) [Cf. locos, quos congessit Hauck, 'KG. Deutschlands' III[3.4], 571, n. 1; Otto Fris. Chron. VI, 32 ed. Hofmeister p. 299; tract. De ordin. pontif., Lib. de lite I, 10 l. 34sqq.; Borino l. c. p. 221sqq.; Poole, 'Proc.' etc. p. 227sq.] 7) Die 1. m. Mai. a. 1045[, Ann. Rom. l. c. Cf. Borino l. c. p. 209—211; Poole l. c.] 8) VI. 9) Cf. Duchesne, Lib. pont. II, p. LXXII[; Poole, 'Proc. of the Brit. Acad.' 1917/18 p. 205, qui Desiderium discrepantes computationes diversorum catalogorum, aut unum annum et 8 menses minus 11 diebus (ex. gr. Ann. Rom. et Cat. cod. Cav. secundum Watterich I, 70) usque ad synodum Sutrinam (a. 1046, d. 20. m. Dec.) aut duos annos et 6 menses usque ad mortem Gregorii VI. (quam c. d. 1. m. Nov. a. 1047. evenisse putat) praebentium' confudisse existimat]. 10) Regem, non papam praesedisse synodo constat (cf. Hauck l. c. 588 n. 4). [Sed num verba *ipso praesidente* recte ad papam referantur, dubitari potest. De synodo Sutrina cf. etiam G. Tangl, 'Die Teilnehmer an den allgemeinen Konzilien des Mittelalters' (Weimar 1922) p. 130.] 11) [Cf. Ann. Rom.; SS. V, 469, Watterich I, 78, Duchesne II, 332.] Immo iam Placentiam obviam ierat regi Gregorius (cf. Kromayer l. c. p. 180sqq., aliter Hauck III, 587. 588 n. 4). 12) Die 20. m. Dec. a. 1046.

agnoscens se non posse iuste honorem tanti sacerdotii administrare, ex pontificali sella exiliens ac semetipsum pontificalia indumenta exuens, postulata venia, summi sacerdotii dignitatem deposuit[1]. 1046.

Post haec rex Urbem ingressus, congregato in ecclesia beati Petri apostoli Romano clero et populo, una cum episcopis, qui in praedictam convenerant synodum, communi consilio Clementem Pavimbergensem episcopum elegerunt, quia in Romana ecclesia non erat tunc talis reperta persona, quae digne posset ad tanti honorem sufficere sacerdotii[2], eumque in apostolica sede ad regendum dominicum gregem inthronizantes constituunt. (Dec. 25.) Quo non amplius novem mensibus[3] sacerdotio functo ex hac vita decedente Damasus ex Germania ortus, fultus auctoritate regia, eidem succedens, sacerdotium est adeptus. Qui- que non amplius quam viginti et tribus diebus[4] sacerdotio administrato diem clausit ex- tremum. 1047. (Oct. 9.) 1048. (Iul. 17.) (Aug. 9.)

Huic successit Leo, de quo nobis est sermo prae manibus[5], vir per omnia apostolicus, regali genere ortus[6], sapientia praeditus, religione conspicuus omnique ecclesiastica doctrina apprime eruditus, ac, quemadmodum scriptum est, 'iste coepit invocare nomen Domini'. Quem ipse etiam vidi eiusque familiaritatem habere merui; saepe etiam eo in ecclesia missas celebrante cum illo ad divinum altare sacris indutus vestibus steti eique euangelium legi. A quo omnia ecclesiastica studia renovata ac restaurata, novaque lux mundo visa est exoriri. 1049—1054. Gen. 4, 26.

Hic saepe sacerdotale concilium advocans sacerdotes, diaconos et reliquos clericos non legaliter ordinatos removit ac in eorum locis ad veri et summi Dei cultum, qui digne ministrare possent, constituit. Cotidie quoque per se suosque discipulos ubique missos populis viam Domini litteris et verbis praedicans ostendebat. Qui per apostolicam viam semper gradiens apostolicos etiam viros in miraculis est imitatus. De quo quidem plura audisse me contigit; sed multis occupatus negotiis, singula quaeque discutere non valens, pauca referre de pluribus[7] satagam, ut per haec, quanti vir iste meriti fuerit, quicumque in posterum legerit, agnoscat.

1. Gregorii itaque pontificis[8], qui ab eo educatus ac subdiaconus ordinatus[9], nunc autem in Romana urbe culmen apostolicum tenens Christi ecclesiam verbis simul et exemplis illustrat, didici relatione, quod narro[10], cuius utique verbis ita me credere oportet, ac si ego inpraesentiarum adessem oculisque vidissem[11]. Dum quodam tempore[12] praefatus Leo venerabilis pontifex ecclesiasticis intentus negotiis in Gallia moraretur, a quodam abbate[13] monasterii sancti confessoris Christi Remigii[14] ligneum poculum[15] benedictionis[16] causa oblatum suscepit, quod videlicet pro amore tanti confessoris valde diligebat, ac in eo refectionis hora ad mensam sedens aureis argenteisque posthabitis bibere consueverat, 1073—1085. 1049.

1) Gregorium non abdicasse, sed depositum esse omnes fere illius aevi scriptores (praecipue Ann. Romani, SS. V, 469, Duchesne l. c. II, 332; Cat. pontif. ib. 270; [Cat. pont. Cas., 'N. Archiv' XXVI, 554;] Ann. Corb. SS. III, 6 [, Jaffé, Bibl. I, 89]) exceptis Bonizone et Bernoldo (Libelli de lite I, 585 sq.; SS. V, 425) tradunt. [Cf. Borino l. c. p. 321—329, imprimis p. 322 sq. et 328 sqq., qui Gregorium a rege depositum esse contendit; similiter Poole, 'Proc.' etc. p. 209 sqq.] 2) Cf. Boniz. Lib. ad am. V (Libelli de lite I, 586). 3) [*Men. IX d. VII* Cat. pont. Cas., 'N. Archiv' XXVI, 554; cod. Cav., Watterich I, 71 n. 1; cf. SS. XXXI, 259. 290; *men. IX d. VI* (SS. XXXI, 216) vel *XVI* (Watterich I, 71; Duchesne II, 273; Ann. Rom. SS. V, 469, Watterich I, 74, Duchesne II, 332) alii.] 4) Ita Cat. pont.[, Ann. Rom.]. 5) Cf. praefat. p. 1114 n. 19. 6) Cf. Bresslau, 'Jahrbücher Konrads II.' I, 119 n. 6. 7) [Similiter supra I, prol. p. 1117 l. 1 sq.] 8) VII. 9) Cf. Bonizonis libr. ad amic. V (Lib. de lite I, 588 l. 10); (Leo) *venerabilem Hildebrandum ... ad subdiaconatus provexit honorem.* 10) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. I, 3 fin., ed. Moricca p. 27: *Fortunati viri venerabilis ... didici relatione, quod narro;* I, 5 in., p. 39: *Cuiusdam coepiscopi mei didici relatione, quod narro;* I, 10, p. 58.] 11) Quae sequuntur, etiam Wibertus Tullensis archidiaconus (Vita Leonis IX. papae II, 6, ed. Mabillon, Acta sanct. ord. s. Benedicti saec. VI[2], 2, 70 sq. [, Watterich I, 157]), Anselmus S. Remigii Remensis monachus (Historia dedicationis eccl. s. Remigii c. 7, 18, ed. Mabillon ib. saec. VI[2], 1, 628, 636[, Watterich I, 114]), Bruno Signinus episcopus (Sermo de symoniacis 4, Libelli de lite II, 549) tradunt testibus, qui ipsi viderunt, nominatim vocatis; inter quos Bruno Gregorii etiam papae testimonio usus est (cf. B. Gigalski, 'Bruno Bisch. v. Segni', 'Kirchengesch. Studien hrsg. v. Knöpfler, Schrörs, Sdralek' III, 4, 1898, p. 164 n. 4). 12) A. 1049. 13) Herimaro. 14) Remensis. 15) *quendam scyphum pretiosi materis* (Wibertus l. c.); *vas ad bibendum idoneum, intus et exterius auro decentissime decoratum* (Anselmus l. c.); *scyphum ligneum* (Bruno l. c.). 16) Die 2. m. Oct. a. 1049. Leo papa ecclesiam novam monasterii S. Remigii ipse consecravit (Anselmus l. c.).

Igitur dum quadam die ei ad mensam sedenti pincerna ex more poculum vellet porrigere, qua nescio neglegentia tenentis de manu cecidit moxque confractum in partes[a] est. Cum denique beatissimus papa bis terque vinum requireret et pincerna hac de causa venire differret, nuntiatum est ei, quod poculum, in quo bibere consueverat, de manu ferentis cecidisset fractumque fuisset. Quod ille audiens valde tristatus est, non tantum damno scifi, quantum quod vase de monasterio sancti Remigii benedictionis causa accepto se frustratum cernebat, sibique astantibus: 'Fractum', inquit, 'michi scifum afferte'. Cumque sibi allatus fuisset, tenens utramque fracturam omnipotentem Dominum deprecatus est, ut meritis beati Remigii fractum sibi scifum, quem pro amore eius tantopere diligebat, restitueret. Moxque alteram alteri adiunxit, sicque eodem momento solidatus est, ut nullum in eo, quod fractus fuisset, indicium remaneret. Cunctisque, qui aderant, mirantibus ac in eius veneratione acclamantibus ille non suis hoc, sed beati Remigii meritis imputare coepit, cuius de monasterio caritatis gratia id munus acceperat.

Theophilus: In hoc utriusque alteriusve miraculo illud beati patris Benedicti, de re licet dissimili, similiter audio[1] primum renovari miraculum, dum in partes divisum reiunxit capisterium[2].

2. Desiderius: Interim te, karissime frater, silere oportet, quatinus intentus animo adhuc de illo maiora cognoscas[3].

Alio itaque tempore, sicut michi praefatus papa Gregorius retulit, quidam Galliarum episcopus ab eodem beato Leone episcopali fuerat officio suspensus. Cuius quidam presbyter, Gibbertus nomine, facundus sermone et litteris haud mediocriter eruditus, eidem promiserat episcopo se Romam venire atque callidis suis assertionibus eundem beatum pontificem decipere eique sublatum officium restitui impetrare. Sicque ab eo accepta pecunia Romam venit. Cumque se beato pontifici praesentasset, coepit se huc illucque ut callidus serpens vertere episcopumque suum verbis rhetoricis excusare, blandis et humillimis precibus, ut ei interdictum officium iniuste, ut asserebat, ablatum deberet restitui, flagitare. Sed cum id, quod petebat, sibi denegatum fuisset nec eum, ut speraverat, decipere potuisset, ne ad episcopum suum, a quo non parvam acceperat pecuniam, sine effectu reverti videretur, aliud exquisivit ingenium. Adiit itaque apostolicae sedis cancellarium[4] eique oblato pretio persuasit, ut sibi furtivas litteras et apostolico sigillo signatas ad suum episcopum deferendas tribueret, quae et episcopale officium et gratiam apostolicae sedis sibi redditam significarent. Quae res beatum Leonem minime latuit moxque praedictum presbyterum advocans, accepta quam optulerat pecunia eique in sinum
Act. ap. 8, 20. mittens, dixit: 'Pecunia tua tecum sit in perditione, quia donum Dei furtim temptasti pecuniis optinere[5]'. Cuius sermonem ultio mox divina secuta[b] est, ita ut amissa mente ab illa die usque nunc ubique vagabundus incedat nec ulla domus vel claustra ultra duos vel tres dies eum valeant retinere. Qua de re aperte datur intellegi[6], quod, quisquis temerario ausu Dei famulos vel decipere vel ad iracundiam provocare temptaverit, eum, qui in ipsis habitat, procul dubio Deum offendat eiusque vindicem iram in se sentiat, quam non expertam temere devitare neglexerat.

Theophilus: Ita[7] est, ut asseris. Sed quaeso te, de virtute tanti patris, si qua adhuc occurrunt animo, incunctanter prosequere[7].

a) partes, *radendo corr.* parte, c. b) sequta c.

1) [Cf. Greg. M. Dial. II, 18, ed. Moricca p. 184: *Antiquum trium puerorum miraculum audio.*] 2) Greg. M. Dial. II, 1 (ed. Gallicciolli p. 1055; ed. Moricca p. 73 sq.). 3) Greg. M. Dial. II, 14 (ed. Gallicciolli p. 131, ed. Moricca p. 101): *Oportet, Petre, ut interim sileas, quatenus adhuc maiora cognoscas.* 4) Sub Leone IX, cancellarii munere functi sunt primo Petrus (ab a. 1042. usque ad m. Oct. a. 1050), deinde Udo (primo 22. die m. Oct. a. 1050, postremo 16. d. m. Ian. a. 1051, quo in tempore papa non residebat Romae, cartas dedit), tandem Fridericus cardinalis, postea Stephanus papa IX (cf. Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre' I², 225. 281). 5) [*quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri* Vulg.] 6) [Cf. supra p. 1140 n. 8; infra III, 9 fin., p. 1150 l. 12 sq.] 7) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. II, 21 fin., ed. Moricca p. 112: *Ita hoc esse, ut adseris, magna ratio clamat. Sed, quaeso, de venerabili patre Benedicto quicquid adhuc animo occurrit, exequere;* II, 32 fin. p. 125: *Si cuncta esse, ut asseris, constat patenter ... Sed quaeso te, ut ...;* I, 2 p. 23; II, 8 p. 94; III, 17 fin. p. 183; saepius.]

3. Desiderius: Dum beatissimus pontifex Leo quinque per annos divinitus sibi 1049—1054.
concessum sacerdotium pie ac religiosissime administrasset, ab hac instabili luce ad Christum, qui vera et aeterna lux est, caelorum laetantibus civibus, angelicis subvectus manibus commigravit. Et illi quidem paradysus patuit, sanctorum recepto consortio, sed 1054. (Apr. 19.)
infelix mundus, qui talem pastorem diu habere non meruit! Cuius post obitum multa et magna eius ad tumulum aliisque in locis per eum Domino tribuente claruere miracula, e quibus omissis ceteris duo tantum, quia ad aliorum gesta narranda festino[1], aedificationis gratia huic libello subnectam.

Victor papa[2], qui ei in regimine sacerdotali successerat, sicut a veridicis[3] viris nobis 1055—1057.
relata sunt, audita fama miraculorum eius nullatenus, quod per eum Dominus talia operaretur, fidem accommodabat. Sed quia, ut ait apostolus, 'linguae in signo sunt non fidelibus, 1. Cor. 14, 22.
sed infidelibus', omnipotens Deus experimento eum docere voluit, quae audita a pluribus minime credere volebat.

Curiensis quidam episcopus, cuius nomen a memoria excidit[4], cum supra nominato 1055.
pontifice Victore Germania veniens[5] eius in obsequio Romae morabatur. Hic puerum ab utero matris mutum habebat, quem pro mercede animae suae pascens ac vestiens, quocumque ibat, secum ducere consueverat. Cuius vacuo ore nec indicium quidem linguae inesse videbatur. Qui etiam episcopus ex mirabilibus ad beati Leonis tumulum patratis similiter ut papa incredulum animum gerebat. Cum igitur quadam die ad sedem sui episcopatus iam accepta licentia reverti decrevisset, ecclesiam beati Petri apostoli orationis gratia ingressus, postquam beato Petro se attentius commendavit, suis cum clientibus equis ascensis, puero in eadem ecclesia oblito, festinus viam, quae eum ad suam ducebat patriam, egressus Urbe gradiebatur. Cum itaque longiuscule adhuc esset Urbe profectus, repente ei ad memoriam redit, quod mutum puerum in ecclesia beati Petri apostoli reliquisset. Qui mox substitit atque ex suis famulis, a quibus puer reduci deberet, quosdam remisit. Igitur cum illi apostolorum principis basilicam fuissent ingressi, conspiciunt puerum ante tumulum beati Leonis stantem atque cum his, qui circumastabant, loquentem. Illis itaque mirantibus et, qualiter hoc sibi evenisset, quaerentibus puer inquit: 'Postquam dominus meus hac in ecclesia me relinquens discessit, huc ad sepulcrum beati Leonis me contuli, si forte omnipotens Deus officium, quo carebam, vocis meritis eius mihi restituere dignaretur; nec sum meo, quod corde petebam, voto fraudatus. Sed mox ut ante eius venerandam memoriam lacrimans aliquantulum prostratus iacui, ilico recepta voce loquens, ut ipsi videtis, surrexi.' Ab illa itaque die, quod mirabilius est, coepit in ore eius lingua, quae defuerat, paulatim crescere, ita ut intra paucos dies pleno ore linguam perfecte reciperet et verba sine aliquo impedimento sonaret. Denique, qui missi fuerant, curaverunt puerum ad episcopum ducere; et quem tacentem reliquerant, beati Leonis suffragantibus meritis ei loquentem reducunt. Regressus igitur episcopus Romanum pontificem adiit et, quid omnipotens Deus per beatum Leonem operari dignatus fuisset, ostendit. Extunc coeperunt ipsi eius veneranda merita cunctis praedicare, quae aliis antea referentibus non patiebantur audire.

Theophilus: Placent, quia mira sunt, sed magis, quia nova sunt[6].

Desiderius: Illustris vir Maximus, Romanae urbis civis, nuper retulit mihi de eodem venerabili praesule, quae narro. Bernardus quidam pessimae mentis miles extitit, qui apostolicae sedi contrarium se omnibus, quibus potuit, modis exhibuit; sed in bello, quod 1062/63?

1) [Cf. infra p. 1146 n. 3.] 2) II., a. 1055—1057. 3) [Cf. supra I, 4 p. 1120 l. 11.] 4) Thietmarus[, qui a. 1070. obiit]. Quae sequuntur, etiam Bruno episcopus Signinus (Lib. de symoniacis c. 8, Libelli de lite II, 552 sq.) Iohanne episcopo Portuensi referente tradit. [Iohannes card. episcopus Portuensis, illo a sede Tuscanensi translatus, inde ab a. 1049. occurrens postea a. 1085. vel circa Wiberti causam amplexus est; cf. P. Kehr, 'Zur Geschichte Wiberts von Ravenna' II ('Sb. d. Preuß. Akad.', Berol. 1921, p. 979. 984). Ordo episcoporum Portuensium, quem Kares in 'Festschrift zur Jahrhundertfeier des Gymnasiums am Domplatz in Essen' 1924, p. 21 constituit, quantum ad haec tempora, stare non potest; cf. etiam W. Holtzmann in 'N. Archiv' XLVI (1925), 228 sq.] 5) [Victor II. papa a. 1054. m. Sept. Moguntiae electus et a. 1055. m. Martio iter Italicum aggressus Romae in coena Domini (13. Apr.) ordinatus est. Paulo post in die pentecostes (4. Iun.) cum imperatore Florentiae, ubi iam d. 27. Mai. occurrit, synodum habuit.] 6) Cf. Gregor. M. Dial. III, 16 fin. (ed. Gallicciolli p. 209; ed. Moricca p. 180): *Facta haec placent, quia mira, et multum, quia recentia.*

1062/63? a vicinis circa Urbem manentibus coniurantibus cum Kadulo Parmensi episcopo, qui tunc apostolicam sedem invadere temptabat[1], cum militibus, qui Romanam ecclesiam defensabant, commissum est[2], iusto Dei iudicio confossus interiit. Hic igitur audita fama miraculorum, quae omnipotens Deus meritis beati Leonis fidelibus populis exhibebat, non solum non credebat, verum etiam ore sacrilego deridebat et blasphemabat. Cum denique quadam die in conventu astaret populi et sermo inter eos de signis et virtutibus beati Leonis exortus esset, coepit irridere, dicens: 'Si sanctus est, ut dicitis, contrahat michi digitum meum'. Cumque compesceretur ab his, qui astabant, ne de sancto viro talia loqueretur, dimisso conventu discessit. Cum ecce forte canis, qui eum sequebatur, suem in platea inventum invasit. Ille vero, ne porcus discerperetur, festine cucurrit ac iniecta manu canem tenere voluit; sed mox porcus hianti ore digitum eius momordit. Sicque ex illa die omni tempore, quo advixit, digitum contractum habens nullatenus eum extendere potuit. Unde factum est, ut, qui Dei famulum irridere praesumpserat, ipse contracto digito omnibus derisui haberetur. Haec de tanto patre beato Leone dicta sufficiant, ut, quia ad aliorum narranda gesta properamus[3], alii, cui otium est, quae multa de illo et mirabiliora dicuntur, scribenda relinquamus.

Ioh. 5, 17. 4. Quod[a] Dominus in euangelio dicit: 'Pater meus usque modo operatur, et ego operor', cotidie ceruimus adimpleri et antiqua novis temporibus miracula innovari. Haec itaque, quae dicturus sum, adeo clara sunt, ut non solum in Florentina diocesi, in qua facta noscuntur, verum etiam in tota Tuscia ac in urbe, quae caput mundi est, Roma constet esse notissima[4].

Petrus quidam clericus[5] dictus est, qui occulte data pecunia regio adminiculo in prae-
1061? dicta Florentina civitate cathedram episcopatus accepit[6]. Cum denique a clericis et populo, ut episcopum decebat, benigne fuisset susceptus, post non multi spatium temporis fama per eiusdem episcopatus diocesim increbuit, quod symoniacae heresis peste foedatus, quod gratis Domino iubente accipere et dare[7] statutum est, pecunia mercatus fuerit. Cumque tam horrenda, tam execranda fama primitus ad religiosorum, dehinc ad aures vulgi pervenisset, coeperunt se plures ab eius communione subtrahere Romanoque pontifici[8], quae-quae[b] super hac re cognoverant, divino exardescente zelo studuerunt insinuare. Qui episco-
1067. porum concilio congregato[9] eundem episcopum, ut rem diligenter agnosceret, convocavit. Sed cum se synodo praesentasset, accusatoribus undique acclamantibus sacramento sese purgare nitebatur. Cumque coram praesentibus res aliquantulum agitata fuisset, datae indutiae sunt, ut per easdem forsitan indutias divinum expavescens iudicium, quod pertinaciter negabat, humiliter confiteretur, quatinus ab aeterno non removeretur altari, si ab hoc praesenti, cui ministrare iuste non poterat, se abstinuisset[10]. Interim populus in duas dividitur partes, quarum[c] altera, quae amorem Dei muneribus praeferebat, clericos et religiosos monachos, qui contra episcopum rem comprobandam susceperant, altera vero, quae munera et favorem diligebat, episcopum est secuta. Cum crebro igitur inter se altercaretur populus et altera alteri obstaret parti, in tantum exorta augebatur contentio,

a) Q *littera deest, spatio vacuo relicto, c.* b) quęque *c.* c) quorum *c.*

1) Honorius II. antipapa. 2) Cadaloi sequaces et mense Aprili a. 1062. et per aestatem a. 1063. cum eis, qui Alexandro II. favebant, Romae pugnaverunt. 3) Cf. Gregorii M. Dial. II, 36 in.' (ed. Gallicciolli p. 165; ed. Moricca p. 131); *sed quaedam eius studiose praeterea, quia ad aliorum gesta evolvenda festino*[; cf. etiam supra III, 3, p. 1145 l. 7]. 4) Quae sequuntur, referuntur etiam in epistola a clero populoque Florentino Alexandro II. papae directa longe lateque divulgata (Acta SS.[3] 12. Iul. III, 358 sqq.[, supra p. 1096 sqq.]), quam Desiderio et Bertholdo praesto fuisse coniecit v. cl. Davidsohn ('Forschungen zur Geschichte von Florenz' I. Berol. 1896, 49); cf. Bertholdi chron. ad a. 1067 (SS. V, 273 sq.), Bernoldi chron. ad a. 1079 et 1089 (SS. V, 486, l. 8, 449, l. 42. et libellos (Lib. de lite II, 108, l. 13), Vitam Iohannis Gualberti anonymam [c. 5, supra p. 1106, Vitam eiusdem auct. Andrea Strum. c. 69 (81) sqq., ubi c. 75 (89 sqq.) epistola modo laudata inserta est, supra p. 1094 sqq.], Bonizonis lib. ad amicum l. VIII (Lib. de lite I, 612, l. 2), Rangerii Vitam Anselmi [infra editam] v. 1807 sqq. 5) Mezzabarba Papiensis. [Cf. G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens p. 210.] 6) [Post mortem Nicolai II. papae, qui episcopatum Florentinum etiam papa tenuerat.] 7) [Matth. 10, 8.] 8) Alexandro II. 9) Romae a. 1067. 10) Immo a synodo liberatus est episcopus monachique ab omnibus fere compulsi vix Hildebrando archidiacono adiuvante libere potuerunt reverti; Andr. Strum. Vita Ioh. Gualb. c. 73 (87), supra p. 1095[; V. Ioh. Gualb. anon. c. 5 p. 1106 sq.].

ut inter se dimicantibus saepe etiam usque ad effusionem sanguinis veniretur. Cumque haec diutius agerentur et neutra pars parti cederet, Iohannes[1] reverentissimus abbas monasterii, quae[a] Umbrosa Vallis dicitur, saepe ad hunc conflictum advocatus, zelo Dei ductus suis cum monachis veniebat, qui exhortando, praedicando, divini examinationem iudicii intentando episcopum admonere non cessabat, quatinus ex perpetrata culpa poenitentiam ageret et sacerdotio minime legaliter acquisito humiliter cederet, ne sibi suisque subiectis, quibus incremento esse debuerat, detrimento foret, illud de euangelio ei saepe proponens, quomodo dominus Iesus vendentes et ementes columbas de templo proiecerit Matth. 21, 12. cathedrasque subverterit et aes nummulariorum effuderit, videlicet demonstrans, ut, quicumque Spiritus sancti donum, quod per columbam significatur[2], ductus avaritia vel vana gloria elatus pretio acquirere vel vendere temptaverit, ab illo caelesti templo et aeterno altari se procul dubio eliminandum[3] noverit. Sed ille nichilominus praesentis vitae honoris cupidus pro nichilo monita sancti viri ducebat, immo potius pertinaciter et armis et verbis omnibusque modis, quibus poterat, se defendere nitebatur. Cumque isdem venerabilis abbas incassum procedere sua verba videret, utraque parte populi advocata: 'Quoniam', inquit, 'verba non prosunt, veniamus ad signa. Construatur rogus et igne supposito accendatur, per quem unus e nostris ingrediatur, ut, utrum vera an falsa sint, quae de episcopo dicimus, Domino discernente probetur'. Placet utrique parti sententia; rogus 1068. (Febr. 18.) mox duodecim pedum[3] mensura extruitur, intra quem parva semita, qua unius tantum hominis persona transire posset[4], relinquitur; quae etiam ex accensis lignis, ne aliquis ibi locus a flamma vacaret, consternitur. Interim autem dum haec praeparantur, praefatus abbas Iohannes[b] [Petro[b]] suo discipulo, reverentissimo videlicet viro, qui postmodum[5] in Albanensi urbe episcopus ordinatus est quique etiam adhuc superest[6] eandem ecclesiam regens, praecepit, ut indutus sacris vestibus omnipotenti Deo sacrificium offerret et sic demum confisus de misericordia Dei per accensi rogi flammas indubitanter intraret. Qui iussis patris optemperans, postquam sacrificium Deo optulit, casulam se expolians ad ignem venit et magna voce: 'Oro', inquit, 'Deus omnipotens, si Petrus, qui episcopus dicitur, symoniaca est peste foedatus, ne ecclesia tua amplius polluatur, iudicio sancti Spiritus tui ostende virtutem[7] et illaesum me per hunc ignem transire concede. Quodsi nos fallacia pleni[8], causa invidiae ducti hanc contra eum tulimus questionem, ardor istius ignis me tua gratia derelictum consumat'. Haec dicens et sanctae crucis se signaculo muniens per medias flammas constanter ingressus est. Cum igitur undique esset flammis circumdatus, ita ut a nemine prorsus videretur et omnes eum iam consumptum putarent, subito ex alia parte Christi comitante gratia egrediens prosilivit, ita ut non modo vestimenta eius, sed ne capillus quidem laesus ab igne in aliquo videretur[9]. Sed ut idem venerabilis vir postea referebat, cum per medias flammas graderetur, mappula ei de manu cecidit[10]. Cumque iam paene egredi ex igne deberet, vidit se mappulam in manibus non gestare ac in igne sibi eam cecidisse considerans per medias iterum flammas revertitur et secum mappulam extrahens reportavit. Tunc omnes, qui aderant, viso tam maximo, tam obstupescendo miraculo immensas Deo gratias agentes, mox diversa pars una effecta, praefatum episcopum de ecclesia pellunt[11], qui postea poenitentia ductus, mutata veste, 1068. sub sanctae conversationis regula religiosam agere vitam visus est[12].

a) *ita c.* b) *ita emendavit Marus;* Iohanni, *omisso* Petro, *c.*

1) Iohannes Gualberti, primus abbas, qui ab a. 1039. usque ad a. 1073. regnavit. 2) [Cf. Greg. M. Hom. 89, 2, Migne P. L. 76, 1295. Zwölfer.] 3) Ita Bertholdus (SS. V, 273); decem pedes dicuntur in epistola cleri populique Florentini (Acta SS.[3] 12. Iul. III, 359 C[, supra p. 1098 l. 5]); cf. Davidsohn l. c. 4) Unius brachii (Bertholdus l. c.; Epist. cleri populique l. c.). 5) [Inter a. 1070. (post d. 15. Maii) et 1077, verisimiliter iam ante d. 21. Oct. a. 1072; cf. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' I, 250 'n. 2; Kehr, Italia pont. III, 103; Kares l. c. p. 23. 26.] 6) Mortuus est a. 1089 (Bernoldi chron. SS. V, 449). 7) [Cf. Rom. 9, 17: *ut ostendam in te virtutem meam.*] 8) [Act. ap. 13, 10: *O plene omni dolo et omni fallacia, fili diaboli* etc.] 9) [Cf. ex. gr. Greg. M. Dial. III, 18 de Benedicto solitario a Gothis in cibanum proiecto: *ita inlesus inventus est, ut non solum eius caro ab ignibus, sed neque extrema ullo modo vestimenta cremarentur.*] 10) Secundum epistolam supra memoratam crucem per ignem portavit. 11) [A. 1068, inter d. 8. Iul. et d. 29. Dec., episcopatu cessit; Schwartz, 'Bistümer' p. 210.] 12) In Pomposiano monasterio (Bertholdus l. c.).

Theophilus: Ut laetando miror et mirando laetor, quod mediocritatis nostrae tempore illud antiquum et gloriosum trium puerorum miraculum[1] intueor, cum de camino aestuantis incendii integri et incorrupti toto corpore prodierunt.

5. Desiderius: Venerabilis Gregorius papa, cuius superius memoriam feci[2], quid contra eandem symoniacam heresim se praesente Dominus ostendere voluit, saepe michi solitus est referre[3]. 'Cum essem', inquit, 'subdiaconus et a beatae memoriae Victore huius apostolicae sedis pontifice in Galliam pro ecclesiasticis negotiis discutiendis essem
1056. transmissus[4], curae michi fuit episcoporum vocare concilium, ut illis coram positis de rebus ecclesiasticis tractaremus. In eadem vero civitate[5], in qua synodus agebatur, episcopus erat[6], qui pretio honorem comparasse episcopatus a multis infamabatur. Igitur vocatus episcopus venit in medium. Cum itaque eum exhortari salutaribus monitis coepissemus, ut quid de his, quae sibi opponebantur, conscientia ferret, humiliter confiteretur, ille, tum quia eiusdem civitatis episcopus, cum quia fretus auxilio comitis terrae ipsius[7] erat, plenus superbia, omnino verba nostra vilipendebat. Sed cum a nobis et a ceteris, qui aderant, episcopis sub iustitiae regula se, quod non speraverat, constringi conspiceret nec effugiendi haberet licentiam, negare pertinaciter coepit, quod antea vix audire dignabatur. Cumque verba producerentur in longum et maximum iam diei spatium esset consumptum et ille nichilominus in sua, ut coeperat, pertinacia negando persisteret, hoc modo eum cum ceteris, qui aderant, religiosis episcopis nobis adiurare visum fuit et totum iudicium in ostensione Spiritus sancti committere: "In nomine", inquam, "Patris et Filii et Spiritus sancti, cuius donum gratiae te pro certo comparasse audivimus, ut huius rei nobis veritatem edisseras, adiuramus. Quodsi amplius, ut coeperas, pertinaciter negare temptaveris, Spiritum sanctum, donec, quae vera sunt, confitearis, nominare non valeas." Qui episcopus, cum abunde eloquens esset et a nobis exhortaretur, ut Spiritum sanctum nominaret, Patrem quidem et Filium satis diserte nominabat, Spiritum vero sanctum mirum in modum nominare nullo modo poterat. Tunc omnibus, qui aderant, luce clarius patuit, quod honorem episcopatus dato pretio emerat, qui non nisi gratia Spiritus sancti largiente tribuitur. Tunc virtute Spiritus sancti tremefactus episcopus humiliter coram omnibus confiteri coactus est, quod antea inflatus superbia, Dei timore postposito, procaciter negare praesumpserat.'

Theophilus: Cum[a] Pater et Filius et Spiritus sanctus unum sunt[b] nec aliud de Patre et Filio quam de Spiritu sancto sentire fas est[b], cur in Patris et Filii vocabulis proferendis solutam atque disertam, in solo vero Spiritus sancti nomine, quasi praecellenti[8], linguam mutam et omnino habuit colligatam?[9]

a) C *littera deest, spatio vacuo relicto,* c. b) *ita* c.

1) Cf. Greg. M. Dial. III, 18 (ed. Gallicciolli p. 213; ed. Moricca p. 184): *Antiquum trium puerorum miraculum audio, qui proiecti in ignibus laesi non sunt.* 2) [III, 1, p. 1143.] 3) Eandem historiam referunt Petrus Damiani (De abdicatione episcopatus c. 6, Opp. ed. Caietanus III, 1642, op. 19 p. 188; Migne, Patr. Lat. 145, 433), Wilhelmus Malmesb. (Gesta reg. Angl. III, 265, SS. X, 475), Bonizo (Lib. ad amicum VI, Lib. de lite I, 592, ex quo auctor Chronici q. d. fratris ordinis Theutonicorum, SS. XXIV, 152, et Iacobus a Varagine, SS. XXIV, 170, quem alii secuti sunt, hauserunt), Paulus Bernried. (Vita Gregorii VII. papae c. 17 ap. Watterich I, 479 sq.); falso Bruno episcopus Signinus eadem de Leone papa narrat (Lib. de lite II, 549). Cf. Baxmann, 'Die Politik der Päpste' II (1869), 256 n. 4; Delarc, 'Saint Grégoire VII et la réforme de l'Église' I (1889) 369 n. 1. II, 29 sqq.; Greving, 'Pauls v. Bernried Vita Gregorii VII. papae' ('Kirchengeschichtl. Studien hrsg. v. Knöpfler, Schrörs, Sdralek' II, 1, 1893) p. 27 n. 4. 4) A. 1056, ut videtur; die 2. m. Ian. a. 1056. et die 13. m. Maii a. 1057. Hildebrandus apud curiam erat (J.-L. 4346. 4367). 5) Lugdunum eam appellat Paulus Bernried., qui tamen ex Bonizonis verbis: *ad Lugdunensem Galliam usque pervenit* id deprompsisse videtur. 6) Hebroniensis archiepiscopus (Bonizo), i. e. Ebredunensis (hodie Embrun); in qua ecclesia Victor II. papa Winimannum archiepiscopum ordinavit eique privilegium die 7. m. Iulii a. 1057. concessit, in quo ecclesiam Ebredunensem antea simoniaca heresi maculatam esse affirmat (J.-L. 4369); praedecessor vero eius delectus Hugo fuisse videtur, Gallia Christiana nova, III, 1725, 1069—70, cuius auctor minus recte historiam illam Riperto episcopo Vapincensi (Gap) ab Alexandro II. demum deposito attribuit, cf. Gallia Christiana novissima I, 1899, 467 sq. 7) Sive Godfredus comes Provinciae (Manteyer, 'La Provence du Ier au XIIe siècle', 'Mém. et Docum. p. p. la société de l'école des chartes' VIII, 1908, 291) sive vicecomes Vapincensis, qui et in Ebredunensi comitatu vices comitis Provinciae agebat (F. Kiener, 'Verfassungsgeschichte der Provence', 1900, p. 124 n. 217; 125 n. 221). 8) [Cf. 1. Petr. 2, 13: *sive regi quasi praecellenti.*] 9) Secundum Paulum

Desiderius: Iusto Dei[a] iudicio contigit, ut, qui donum Spiritus sancti gratiae, quod gratis et datur et accipitur[1], lingua placitante mercatus est, in proferendo Spiritus sancti vocabulo specialiter linguae officium non haberet.

6. Alferius abbas[2] monasterii sanctae Trinitatis ab ipso in latere montis aedificati, c. 1035—1050. qui inter Salernitanam et Amalfitanam civitatem praeminet mari, extitit; cuius religiosam et Deo amabilem vitam et ipse ex parte vidi, qui apud eum aliquantulum familiariter mansi[3], et aliis referentibus agnovi. Miraculum vero, quod divina virtus in eo operari dignata est quodque a quam plurimis didici, aequum est silentio non transire. Denique dum quadam die pro utilitate monasterii Salernitanam urbem adiret, per viam praecisi montis gradiens, deorsum cum equo, quo sedebat, per immane praecipitium cecidit, quod tanta altitudine mari superiacet, ut quinquaginta et eo amplius passus in altum praetendi videatur. Dum igitur, qui cum eo pergebant, illum sine dubio extinctum putarent, nimium tristes ac flentes per quoddam diverticulum ad mare, si saltem illum aliquo modo invenire possent, ut sepulturae traderent, descendere curaverunt. Cum autem sub radice montis molles iuxta litus maris calcantes arenas festinanter ad locum, quo ceciderat, pergerent, invenerunt eum in via sanum et incolumem, equo, cum quo ceciderat, insidentem Salernum propere coepto itinere tendere. Cumque illi obstupefacti, qualiter res evenisset, omnino nequirent perpendere, coeperunt Deo gratias agere vocesque quasi tumultuantes in altum levare. Sed ab illo repente compressi praeceptum audiunt: 'Si meis', inquit, 'benedictionibus frui vultis, nulli, quandiu[b] vixero, quae ex me vidistis, dicatis[4]'.

7. Dicitur etiam de illo, quod mortuum suscitaverit. Quod videlicet illis, qui eum eiusque vitam ad liquidum noverunt, incredibile minime videtur.

8. Leo abbas[5], qui ei in monasterii regimine successit, sub eius magisterio educatus, eius in obsequio praepositurae officium gerens[6], qui prae ceteris fratribus ei familiariter adherebat, nuper michi retulit, quia quodam tempore saeculares viri, ut eius orationibus fruerentur, visitationis gratia ad eum[7] venerunt. Quibus post spiritualem corporalem etiam refectionem praebere cupiens praefato Leoni, suo videlicet praeposito[6], praecepit caritatis causa mensam eis apponere et prandium praeparare. Qui nil aliud praeter panem et vinum et quinque ova gallinacia, quod eis ad manducandum praebere posset, se habere respondit, sed, qualiter inter eos ipsa ova dividi deberent, ignorare. Erant[c] illi utique[d] septem. Cui ille: 'Festina', inquit, 'quantocius et eadem ova igne adhibito praepara michique, ut eis apponam, deporta'. Cucurrit ille et, sicut sibi fuerat imperatum, ova decoxit eique, ut praeceperat, detulit. Qui accipiens benedixit[8] et ex quinque ovis septem viris, quod mirabile est, singulis singula praebuit.

Theophilus: Cum[e] septem distributa hominibus sic augeri quinque ova considero, ut singuli singula aequali sorte accipiant, illud quodammodo miraculum video, quo auctor omnium de quinque panibus quinque milia hominum saturavit[9].

9.[10] Desiderius: Amita[f,11] patris mei, Bella nomine, in monasterio beati Petri apostoli intra Beneventanam urbem posito in sanctimoniali habitu a primevo iuventutis flore usque ad ultimam senectutem degit; quae cum esset desponsata viro, occulte de domo

a) *super* di *manu secunda superscr.* nanq; *c.* b) *ita c.* c) *super* Erant *manu secunda superscr.* aũ *c.* d) utique *manu secunda linea subducta del. c.* e) C *littera deest, spatio vacuo relicto, c.* f) A *littera deest, spatio vacuo relicto, c.*

Bernried. episcopus versiculum ter recitare conatus secunda vice in verbo 'filio', tertia in verbo 'patre' defecit.

1) [Cf. Matth. 10, 8: *gratis accepistis, gratis date.*] 2) Cavensis. Obiit a. 1050. (Ann. Cav., SS. III, 189). [In chartis Cavensibus inde ab a. 1025, m. Mart., usque ad a. 1049, m. Iul., occurrit, Cod. dipl. Cav. V, 93 nr. 764. VII, 111 nr. 1120.] 3) Cf. Ann. Cav. 1058, SS. III, 189: *Desiderius, monachus domni Adelferii abbatis sanctae Trinitatis Cavensis, ...* 4) [Cf. Matth. 17, 9; Marc. 9, 8; Greg. M. Dial. I, 9 ed. Moricca p. 52.] 5) Obiit a. 1079. (Ann. Cav., SS. III, 190). 6) [Leo praepositus in chartis Cavensibus primum a. 1045. m. Dec. occurrit, Cod. dipl. Cav. VI, 286 nr. 1054.] 7) [Sc. Alferium.] 8) [Cf. Matth. 14, 19; Marc. 6, 41; Luc. 9, 16.] 9) [Matth. 14, 17 sqq.; Marc. 6, 37 sqq.; Luc. 9, 13 sqq.; Ioh. 6, 5 sqq.] 10) Quae in capitulis nono et decimo narrantur, [ex parte] etiam Petrus Damiani Desiderio referente tradit (lib. VIII, ep. 5, Opp. ed. Caietanus I, 1642, 126; Migne, Patr. Lat. 144, 472 sq.). Cf. Mabillon, Acta ss. ord. s. Benedicti saec. VI², 2, 251 sqq. (ed. prima p. 243 sq.). 11) [*Amita p. m.* Petr. Dam. non habet.]

parentum fugiens ad monasterium contendit ibique virginitatem suam omnipotenti Domino dicavit; et quia terrenum in terra sponsum habere contempsit, procul dubio meruit habere caelestem in caelis[1]. Ipsa michi solita erat referre de abbatissa sua, quae Offa dicebatur, quia[2] in monte, qui sanctae Agathae martyris dicitur, prope Capuanam urbem, antequam regimen monasterii susciperet, longo tempore habitaverit ibique vitam heremiticam duxerit. Dehinc monasterii suscepto regimine, quadam nocte sororibus adhuc quiescentibus oratorium ingressa accepit turibulum, ut more solito tura adoleret altaribus. Cum itaque tus in turibulum mittere vellet, e manu eius cecidit et lampade a vento extincta tus invenire non valuit. Repente vero quidam iuxta illam astitit et tenens manum eius timiama, quod in turibulum posuerat, dedit. Tantus igitur odor ex illo incenso timiamate emanavit, ut per totum, quod reliquum erat noctis, usque ad horam diei tertiam non solum ecclesiam, sed etiam omne illud monasterium mira suavitate repleverit. Ex quâ re sine dubio datur intellegi[3], quod angelus Domini fuerit, qui illi thimiama tanti flagrantiae odoris tribuerit.

10. Haec[a] eadem autem religiosissima abbatissa dum multa per tempora sollicite virginibus praefuisset, verbis et exemplis sibi commissas Dei famulas instruere non cessans, languore tacta corporis venit ad mortem. Cumque in extremo posita iam prope esset, ut Christo, cui servierat, animam reddere deberet, videntibus cunctis, qui aderant, e lectulo se quasi ad mensuram trium cubitorum in aere elevans, expassis in caelum manibus stetit et facta oratione, iterum se in lectulo collocans, ultimum spiritum exalavit. Sed[4] ex hoc, quantae fuerit abstinentiae, dinosci potest, quae, dum infirma iaceret in lectulo et a multis honestioribus viris ac mulieribus visitationis gratia ad eam venientibus, ut aliquantulum cibi, quo infirmum corpus sustentaretur, caperet, rogaretur, illa desueta deliciis: 'Si aliquid', inquit, 'michi de infusis leguminibus attuleritis, forsitan aliquantulum inde potero degustare'. O abstinentiam in femina praedicandam, quae in infirmitate posita infusis leguminibus pro summis etiam deliciis utebatur! Quae cum fuisset defuncta et in ecclesia sepulta, quadam die rusticus quidam frumento onustus per eandem ecclesiam transiens supra sepulcrum eius, parvipendens, cuius meriti esset, quae ibi sepulta iacebat[5], saccum cum frumento deposuit et fessus, ut aliquantulum pausaret, iuxta consedit. Repente igitur saccus divinitus de eodem sepulcro sublatus longeque proiectus omne illud, quo plenus erat, frumentum passim per eandem ecclesiam sparsit. Rusticus ergo vehementer conterritus ab illa die didicit, quantum Dei homines in corpore venerandi sunt, cum extincta illorum corpora ac in sepulcro posita, ne ab aliquibus parvipendantur, divina sibi virtus voluit demonstrare.

11. Alter quidam nobilis vir de eadem Beneventana civitate, nescio qua causa, monasterium[6] adventarat ac nescius forte eius[7] supra sepulcrum consederat. Cum subito tantus dolor viscerum eum invasit, ut vociferans atque eiulans se eadem hora moriturum putaret. Ad cuius voces, quae in monasterio erant, virgines protinus cucurrerunt eique, cuius esset sepulcrum, supra quod sederat, indicaverunt. Qui pro ignorantia venia postulata meritis Dei famulae caelitus meruit medicinam.

12. In eadem Beneventana urbe[b] monasterium est, quod sanctae Sophiae dicitur[c], huic Casinensi coenobio subditum[8], in quo quidam a pueritia sanctae conversationis et magnae humilitatis monachus extitit, qui infra annos adolescentiae nimio languore praeventus ad extrema perductus est. Ad cuius exitum congregati fratres, ut moris est, ymnis et psalmis Deo, cui omnia vivunt[9], eius coeperunt animam commendare sanctorumque coetus

a) H *littera deest, spatio vacuo relicto, c.* b) urbe — subditum *(l. 41) in loco raso (vide supra in praef. p. 1113 n. 7) c.* c) dic *c.*

1) Cf. Gregor. M. Dial. III, 14 (ed. Gallicciolli p. 194; ed. Moricca p. 164): *Quae quia sponsum fugit in terra, habere sponsum meruit in coelo.* [— Petr. Dam. hic Bellae vitam rigidissimam laudat.] 2) [Sequentia usque ad l. 5 Petr. Dam. non habet.] 3) [Cf. supra p. 1140 n. 8.] 4) [Sequentia usque l. 25 Petr. Dam. non habet.] 5) Simillimam historiam verbis similibus tradit Gregorius Magnus de sepulcro s. Equitii (Dial. I, 4 ed. Gallicciolli p. 74; ed. Moricca p. 38): *ut palam cuncti cognoscerent, quanti esset meriti is, cuius illic corpus iaceret.* 6) S. Petri ap. Beneventi. 7) Scil. Offae abbatissae. 8) Vide praef. p. 1113 n. 7. 9) [Cf. ex. gr. Eccli. 42, 24: *Omnia haec vivunt ... et ... omnia obaudiunt ei;* Rom. 6, 10: *quod autem vivit, vivit Deo.*]

in eius auxilium attentius invocare. Qui crescente languore defunctus est. Sed dum ad lavandum eius corpus aqua praepararetur, per unam fere horam exanimis iacuit. Cumque, qui aderant, orationi et psalmodiae insisterent, subito corpus eius omne contremuit ac paulatim reviviscens cunctis, qui astabant, mirantibus in lectulo consedit. Dehinc interrogatus coepit illis, quae egressus de corpore viderat, referre, dicens: 'Cum anima mea vobis letanias canentibus sanctosque Domini invocantibus de corpore egrederetur, mox ad preces vestras sancti, quos invocastis, meum in auxilium advenerunt'. Cumque illi ab eo requirerent, si illos, quos nunquam viderat, cognoscere potuisset, respondit: 'Sanctum Benedictum et sanctum Gregorium cognovi; beatum Donatum et Felicem cum reliquis, qui in hac ecclesia requiescunt, sanctis meum in auxilium venire conspexi. Inter quos beatus Mercurius, patronus noster[1], velut splendidum sydus rutilans videbatur'. Quem cum interrogassent, utrumnam in hac esset vita moraturus: 'Minime', inquit, 'nam beatus Mercurius hodie se ad me assumendum venire spopondit'. Quae, ut dixerat, vera fuisse rei exitus comprobavit. Eodem nanque die ex hac luce subtractus ab illis procul dubio est receptus, quos antea moriens suum in auxilium venire conspexit. Ego denique in eodem monasterio positus[2] unum ex illis, qui affuerant, testibus, Sikenolfum nomine[3], superstitem vidi, qui cuncta haec, ut dicta sunt, se vidisse et audisse profitebatur[a].

a) *secunda columna folii* 76^r *et folium* 76^v *vacua c.; finis operis interisse videtur.*

1) Corpus sancti Mercurii in monasterio reconditum putabatur (Leo Ost. I, 9, SS. VII, 586). 2) Vide praef. p. 1111. 3) Fortasse idem Sigenolfus, qui a Leone papa IX. abbas eiusdem monasterii ordinatus est (J.-L. 4276, d. 21. Mai. a. 1052).

VITA METRICA S. ANSELMI LVCENSIS EPISCOPI AVCTORE RANGERIO LVCENSI.

EDIDERVNT

ERNESTVS SACKVR B. M., GERHARDVS SCHWARTZ B. M., BERNHARDVS SCHMEIDLER.

Rangerius[1] *vel Reingerus*[2], *Reingarius*[3], *Rogerius*[4], *Raginerius*[5] *episcopus Lucensis quin ante electionem clericus Lucensis fuerit, nemini dubium esse potest, qui cognovit, quanta rerum cognitione, quanto studio atque animi fervore tempora Petri schismatici, qui ab Heinrico IV. episcopus creatus inde ab anno* 1081. *Anselmi expulsi sedem occuparit*[6], *in carmine suo de sancto Anselmo descripserit. Cum enim in ceteris operis illius partibus, quae a rege Germanorum vel a Gregorio papa gesta fuerant, tantummodo quasi adumbret leviterque perstringat, quae de studiis minorum gentium Lucensium*[7], *de susceptione regi a rusticis parata*[8], *de obsidione castelli Morianae*[9], *de seditione civium contra Petrum facta*[10], *de disputatione Lucae habita*[11] *refert, tam perspicue, tam lucide illustravit, ut ipsum his eventibus interfuisse et adstitisse conicendum sit*[12]. *Eadem rerum scientia nomina quoque clericorum adnotat, qui tum aliquid in civitate egerunt, quod vix potuisset, si eo tempore in monasterio Padolironensi, ut Barsocchini*[13] *suspicabatur, Domino servisset. Huc accedit, quod ipse Raginerum quendam inter Anselmi sectatores nominat*[14], *quem quominus Rangerium nostrum fuisse opinemur, ratio et nomen ipsum impediunt. Quo anno episcopatum impetraverit, certo enucleari nequit, quia antecessor eius Gotefridus nisi usque ad annum* 1091[15] *ipse nisi ab anno* 1097[16] *in chartis non invenitur. Id tantum constat aetate iam provecta*[17] *eum in sedem Lucensem esse promotum. Ut Anselmus, quem summa cum veneratione coluit, adversarium obstinatissimum simoniae laicalisque investiturae et ipse se praebuit, quod cum ex eius opusculo de lite investiturae scripto, tum ex orationibus disputationibusque carmini de s. Anselmo insertis intelligitur. Neque igitur mirum, quod eodem studio, quo Heinricum regem*

1) Ita se ipse in prologis carminum suorum nominat; ita etiam apud Donizonem, Vita Mathildae lib. II, v. 390, 436 et in quibusdam chartis in 'Memorie e documenti per servire all' istoria del ducato di Lucca' IV, 2 p. 160, 163, app. p. 123, 125. 2) Ita in Eadmeri Hist. nov. II (S. Anselmi Opp. ed. Gerberon ed. alt., Paris 1721, p. 55 et MG. SS. XIII, 143). 3) 'Mem. Lucch.' IV, 2 p. 159. 4) 'Mem. Lucch.' V, 3 p. 677. 5) 'Mem. Lucch.' IV, 2 p. 161. 6) Rang. V. Ans. v. 4277, 4792. 7) V. 4545 sqq. 8) V. 4777 sqq. 9) V. 4865 sqq. 10) V. 5055 sqq. 11) V. 5335 sqq. 12) Quod idem A. Overmann, 'Neues Archiv' XXI, 405 opinatur. 13) 'Mem. Lucch.' V, 1 p. 378 sq. ubi, quod episcopus monasterio Padolironensi donationem fecit ea conditione, ut monachi canonicos suae ecclesiae semel quotannis ad cenam invitarent, Rangerium huius abbatiae monachum olim fuisse coniecit. Quae argumentatio eo minus laudanda est, quod non, ut auctor anonymus in Vita priore s. Anselmi, in Padolironense coenobium, sed ad S. Aegidium eum se recepisse tradit. Nullo igitur pacto Rangerius, ut Barsocchini cogitavit, Anselmum illuc comitatus esse potest. 14) V. 5211: *Adsunt Martinus compresbiter et Raginerus.* 15) Postremo 'Mem. Lucch.' IV, 2 p. 156. 16) Primo in charta pridie id. Aug. a. 1097 data ('Mem. Lucch.' IV, 2 p. 159) invenitur. 17) Ut ex prologo Vitae v. 60 sequitur.

Teutonicosque[1] *detestatus, fortitudinem virtutemque Mathildis comitissae, cui devotissimus adhaerebat, admiratus sit*[2]*, quod etiam Donizo*[3] *his versibus indicat:*

Plus laicis cunctis Mathildim Rangerius scit
Intentam legi Domini vitaeque perhenni;
Hoc sibi perlucens ob id edidit ipse volumen.

Quam devotionem certe auget[4]*, quod etiam in causis privatis pro ecclesiae suae possessionibus vel iuribus agendis eiusdem comitissae favore saepius fruebatur*[5].

Primis episcopatus sui annis, qui Urbani II. papae postremi fuerunt, vitam sancti Anselmi versibus persecutus est, de qua idem Donizo in Vita Mathildae lib. II, v. 385*sqq. ita canit:*

Cumque daret tumba sancti miracula multa,
Proderet ut multis post nos per secla futuris,
Iusticiae cultrix ea partim fingere iussit;
Quae simul et vitam cappellani sibi dictant;
Tercius existens ab eo Lucensis et ille
Rangerius rector dictavit eam sibi metro.

[Rangerium ca. annum 1096. *scripsisse certissime ex versibus* 6961*sqq. cognoscitur, qui ad Urbani II. papae iter Gallicum annorum* 1095/96. *et consecrationem Magalonensis ecclesiae a.* 1096. *die* 28. *mensis Iunii factam respiciunt; sed aliae quoque res suadent, ut Rangerium hoc fere tempore scripsisse censeamus. B. Schm.] Cum enim in laetitia et victoria ab Urbano papa de Wibertistis reportata sine dubio scripserit; tum illum, non Paschalem, qui Clementem prorsus devixit et superavit, ut domitorem adversarii in caelum tollit*[5]*. Huc accedit, quod non modo neque Urbani II. neque Wiberti mortis ullo loco mentio fit, sed etiam hunc ut viventem alloquitur*[6] *et, ut inceptis suis nefariis desistat, argumentis ex sacra scriptura sumptis commovere conatur. Ceterum omnino Urbano, quocum per litteras colloquebatur*[7]*, eum amicitia coniunctum fuisse etiam ex eo, quod in synodo Romana die* 30. *Aprilis a.* 1099. *habita decreta statutaque papa iubente pro contione legerit*[8]*, conici potest, quamvis an re vera ille Rangerius sit dubitem, qui in satira*[9] *quadam de curia Romana illius temporis composita inter Urbani compotores perstringitur. Neque silentio praetereamus eum in concilio illo, quo in patres tumultuantes et clamantes invectus est, ut Anselmo Cantuariensi archiepiscopo, qui de sede sua pulsus Romam*

1) Cf. v. 99, 254, 871, 2875, 5769, 5863. 2) Cf. praecipue v. 3555 sqq. 3) Lib. II, v. 485 sqq. 4) Cf. chartam a. 1099. in 'Mem. Lucch.' V, 3 p. 677, Fiorentini, 'Memorie della gran contessa Matilda' ed. 2 (Luca 1756) 'Documenti' p. 64, Ughelli, Italia sacra I², 816; chartam a. 1100, 'Mem. Lucch.' IV, 2 p. 160, Fiorentini l. c. doc. p. 69, Ughelli l. c. col. 818; chartam eiusdem anni 3. non. Apr., 'Mem. Lucch.' IV, 2, app. p. 122, Ughelli l. c. col. 817. 5) Cf. v. 3438: *Urbanus veniet, qui sibi colla premet*; v. 3818: *Et novat Urbanus urbis et orbis opus*; v. 3883 sq. — In prologo carminis de anulo et baculo canit v. 11: *Quique duas fregit statuas Urbanus.* De Heinrici et Wiberti calamitatibus inter annos 1092—1097 v. O. Köhncke, 'Wibert von Ravenna' (Lipsiae 1888) p. 87—90. — Denique de Petro episcopo Lucensi v. 5117 haec leguntur:

Multos, qui nondum poterant discernere, perdit,
Quos hodie flentes cernimus et vacuos.

Non multo igitur post Petri cladem id dixisse eum opinor, quae quo anno contigerit, utinam sciremus! Tantum compertum habemus, mense Novembri a. 1086. Petrum Lucae sedisse ('Mem. Lucch.' IV, 2 p. 155) Urbanumque II. inter annos 1088. et 1095. Gotefredo episcopo Lucensi mandasse, ut excommunicatorum interfectoribus satisfactionem iniungeret (Jaffé, Reg. nr. 5536). Intra hos igitur annos, non a. 1087, ut Wilmans dissertationem Barsocchinii ('Mem. Lucch.' V, 1 p. 366) perperam interpretans statuit, Petrum episcopatu deiectum esse arbitror. [De tempore, quo Petrus episcopus deiectus sit, fusius egi 'N. Archiv' XLIII, 544—547. B. Schm.] 6) Cf. praecipue v. 3341 sq. 7) Harum epistolarum fragmentum in litteris papae Jaffé, Reg. pont. ed. 2 nr. 5769, ap. Pflugk-Harttung, Acta pont. Roman. II, 169, nr. 205 exstat. 8) Eadmeri Hist. nov. II, l. c.: *Praecepit ipse pontificum summus Lucensi episcopo Reingero nomine, quatinus in medio caeteris eminentior staret ac sonora qua pollebat voce, quae statuta erant, cunctorum auribus expresse deponeret.* 9) Ed. Pflugk-Harttung, Iter Italicum p. 439 sqq., ubi Rangerus quidam loquens inducitur, quem episcopum Lucensem fuisse W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' II⁵, 201 contendit. Cum vero eiusdem nominis archiepiscopus Regiensis cardinalis exstitisset, de hoc potius, quam de nostro cogitari potest. De Rainerio quodam tum presb. card. Pflugk-Harttung cogitat, cf. p. 451 n. 1. SS. Rufinum et Albinum martyres, quibus aurum et argentum significantur, per totam Italiam illo tempore proverbii locum obtinuisse testatur Landulfi Hist. Mediol. III, 31 et 33 (SS. VIII, 98 et 100). [V. nunc Garsiae Tholetani de Albino et Rufino tract. c. 5 et 7, MG. Lib. de lite II, 430. 432 sq., cf. 424, ubi E. Sackur et ipse hos locos ad Rangerium Lucensem rettulit.]

tum venerat, contionis aures impetraret[1], *eundem vigorem fervoremque mentis ostendisse, quo alios quoque mores pravos, ut canonicorum usum rei familiaris privatum vel simoniam, corripere solebat*[2]. *Num vero eiusdem tempore et auxilio omnes suae sedis canonici communem vitam professi sint*[3], *eo magis dubito, quod Paschalis papa ipse ei mandare coactus erat, ut praebendam cuiusdam Ildebrandi in privatos usus delapsam in communia rediget*[4] *et quod S. Frigdiani Lucenses canonicos, qui eodem tempore sua sponte et voluntate, ut videtur, regularem vitam voverant*[5], *ipsos infestavit atque molestavit*[6]. *Quamquam autem papa saepius cum reprehensione dignum habebat, tamen, ut ei scripsit, episcopum 'tanquam carissimum fratrem'*[7] *dilexit et 'de probitate et caritate eius nullatenus ambigebat, quod religiosos viros diligeret et eos secundum facultatis suae modum fovere studeret'*[8]. *Re vera mense Novembri a.* 1101. *Romae moratus est, ut ex privilegio quodam Paschalis papae cognoscimus*[9], *et d.* 18. *Sept. a.* 1107. *ab ipso papa chartam impetravit in suum favorem*[10]. *A.* 1110, *cum lis de episcopis investiendis denuo exorta esset, Rangerius libellum de anulo et baculo composuit*[11]. *Paulo post auctor mortuus est, scil. d.* 25. *Ianuarii a.* 1112[12].

Vitam s. Anselmi, ut ipse in prologo canit, iam scaber et senio fessus[13] 64 *et* 7300 *versibus imparibus modis ita condidit, ut auctoris anonymi*[14] *operis orationc soluta brevi post Anselmi mortem exarati*[15] *maiorem partem iisdem fere verbis, sed argumentis commentationibusque adiunctis et insertis exscriberet, postremum vero accuratissime et ad verbum fere in versus rediget*[16]. *Eodem quoque loco, quo anonymi illius Vita, etiam carmen Rangerii abrumpitur, ex quo illam ne tum quidem amplius pertinuisse satis elucet*[17]. *Quaedam ex Bonizone*[18], *praecipue argumenta, quibus adversarios confutaret, hausta sunt; quaedam ex Anselmi collectione canonum sumpsisse videtur*[19], *quae typis nondum mandata est*[20]. *Chartas ecclesiae Lucensi ab apostolicis concessas saepius evolvit*[21]. *Praeterea Gregorii M. dialogos*[22] *eiusque registrum*[23], *Sulpicii quoque Severi Vitam s. Martini et dialogos*[24] *in usus suos vertit. [Praeterea Gregorii libros Moralium super Iob*[25] *et homiliam in evangelia* 29[26], *Iohannis Cassiani librum De institutis coenobiorum etc.*[27], *Vitam s. Gregorii auctore Iohanne diacono*[28], *Isidori libros Etymologiarum*[29], *Capitula Angilrammi*[30] *et decretum falsum Constantini dictum*[31] *legisse videtur. De antiquis Romanorum et Graecorum temporibus multa legisse videtur bonamque fabularum et historiarum eorum notitiam ubique prae se fert; et certe legit, quos imitatus est vel ad quorum dicta respicit. Horatium*[32], *Vergilium*[33], *Lucanum*[34], *Sallustium*[35], *verisimiliter etiam Ovidium*[36], *fortasse Statium*[37]. *Aliorum certa vestigia non deprehendi, sed puto cum plures auctores antiquos vel etiam scripta medii aevi ex eis excerpta et de rebus antiquorum composita legisse. De Alexandro Magno et Amazonibus falsum quam-*

1) Eadm. Hist. nov. l. c. 2) Saepius in Vita s. Anselmi passim. 3) Quod Barsocchini, 'Mem. Lucch.' V, 1 p. 380 opinatur, Sacramentum, quod canonici Rangerio iurabant, exhibent Mabillon, Acta SS. ord. S. Ben. saec. VI, pars 2 p. 470 et 'Mem. Lucch.' t. V, 1 p. 381 n. 1. 4) 'Mem. Lucch.' IV, 2 app. p. 122; Jaffé, Reg. ed. 2 nr. 5965. 5) Cf. Pasch. II. bullam d. 28. Oct. 1104, apud Migne, Patrol. Lat. CLXIII, 131; Jaffé, Reg. nr. 5984. 6) Cf. Jaffé, Reg. nr. 6182—6185. 7) Jaffé, Reg. nr. 6183: *Nos te tanquam carissimum fratrem diligimus.* 8) Jaffé, Reg. nr. 6182. 9) Ed. v. Pflugk-Harttung, Acta pont. Rom. II, 172, Jaffé, Reg. nr. 5879, ubi inter testes occurrit. 10) 'Mem. Lucch.' IV, 2 app. p. 125; Jaffé, Reg. nr. 6167. 11) V. Libelli de lite II, 596. 12) Ib. p. 505. 13) V. 60. 14) [Hunc Sackur cum omnibus aliis viris doctis Bardonis nomen habuisse et Lucensis ecclesiae primicerium fuisse putavit; quam opinionem refutavi 'N. Archiv' XLIII, p. 527 sqq. B. Schm.] 15) V. SS. XII, 11. 16) Recte igitur iudicavit Wilmans SS. XII, 12: *Hic enim, meo saltem sententia, nihil erat nisi Bardonis opus a Rangerio versibus traditum.* 17) Quod Wilmans sperâverat Rangerii opus fortasse damnum sanaturum et finem in anonymi vita desideratum exhibiturum esse, nequaquam evenit. [Paucis verbis nunc deperditis Vita anonymi illius ad suum finem pervenit, quae codex, quo Rangerius usus est, etiam exhibuit, ut ultimi Rangerii versus cum Vita prosaica comparati docent. B. Schm.] 18) Praecipue aliqua ex Bonizonis Libro ad amicum VII; Libelli de lite I, 607 et 608, in. versus redacta sunt, v. 2511—2532, 3047—3094. [Cf. etiam versus 2080, 2628, 2807, 2912. B. Schm.]. 19) Ex hoc fonte l. II. et III, ubi de ordinationibus episcoporum, presbyterorum et aliorum ordinum agitur, praecipue fluxisse videntur. 20) [Hanc nuper edidit F. Thaner, Anselmi ep. Lucensis collectio canonum. Fasc. I (Oeniponte 1906).] 21) Cf. v. 409—426, 1740, 1847 sqq. 22) Cf. v. 1045 sqq., 1188 sqq., 1192 sqq., 4384, 4875, 4968 sqq. 23) Cf. v. 1405, 2598. 24) Cf. v. 1695 sq., 4384. [Cf. v. 987 sq. B. Schm.] 25) [V. 465 sqq.] 26) [V. 6804.] 27) [V. 478 sqq.] 28) [V. 2461, 2596.] 29) [V. 3371, 4154, 4573, 4698, 5747.] 30) [V. 2392, 2418.] 31) [V. 159—164, 2139—2142, 2435 sq.] 32) [V. 2508, 3349 (Ars poetica); 1037 (Epod.); 5309 sq. (Carm. III, 2, 20); sed dicto: *popularis aura* etiam aliunde sumpta esse potest.] 33) [Prologus v. 16, 20, Vita v. 680, 2275, 3307, 3533, 3705, 5881, 6223, 6520, 6961 (Aeneis); v. 540, 3624.] 34) [V. 4522, 6251.] 35) [Prolog. v. 15; cf. etiam Vitam v. 1717.] 36) [V. 261.] 37) [V. 6129.]

dam sententiam[1] *profert. B. Schm.] Maiorem carminis partem allocutiones, orationes, epistolae, commentationes insertae implent, quas ficticias nullaque fide dignas esse lectori primo aspectu apparet.*

Vita s. Anselmi eadem fata quae opusculum de anulo et baculo editum habuit. Codice enim saec. XII. in incendio monasterii S. Mariae de Ripoll a. 1835. *flammis consumpto apographum undecim quaternionibus factum solum exstat, quod Iacobus a Villanueva et Ignatius Herrero fecerant, hodie Matriti in Academia Regali Historiae Hispaniae conservatum*[2].

Editionem principem Vitae nostrae minus diligenter et satis mendose paravit De la Fuente a. 1870[3], *quam b. m. Paulus Ewald in Hispaniam profectus a.* 1879. *cum schedulis asservatis accurate contulit. Librorum capitumque inscriptiones, quas De la Fuente sua sponte adiunxerat, apographum strictius sequens omisi. Praefatione editioneque nostris iam anno* 1888. *mense Novembri absolutis Iosephus Colucci in libro, cui inscripsit: 'Un nuovo poema latino dell' XI secolo', Romae* 1895, *et Alfredus Overmann, 'Die Vita Anselmi Lucensis episcopi des Rangerius', 'Neues Archiv' XXI, 403—439 de opere nostro egerunt, hic schedulis nostris iam usus, quas dissertationes grato animo in usus nostros vertimus.*

Argentorati a. 1896, *mense Octobri.* ***Ernestus Sackur.***

Post Ernestum Sackur Gerhardus Schwartz socius iubente H. Bresslau v. cl. editionem revisit multaque utilia in schedis collegit, quibus ipse ad notas nomine eius insignitus (G. Schw.) conficiendas usus sum; quo in magno bello praematura consumpto ipse ultimus eodem vivo clarissimo iubente quaedam addidi et omnia revisi, notas ab Ernesto Sackur confectas, quas retinui, littera S., meas ipsius non insignivi. De quibusdam rebus maioris momenti a Gerhardo Schwartz et me perspectis cf. quae egimus in annalibus nostris 'N. Archiv' XLIII, 513—550.

Quibus omnibus iteratis perfectis cum Rangerii opus ab Ernesto Sackur annis 1888. *et* 1896, *a Gerhardo Schwartz a.* 1914, *a me annis* 1918. *et* 1927. *tractatum demum a.* 1928. *prelo dari posset, A. Hofmeister, v. d. Th. Zwölfer, alii, multis laboribus me oppressum adiuverunt et magnam partem operis susceperunt. Non omnia in hoc tanto tempore a diversis editoribus uno animo eodemque modo percipi potuerunt, nec poema ipsum tanti est (vide supra l.* 1 *sq.), ut omnia eius dicta ad ultimum exponere operae pretium sit. Quare ne lector offendatur, si non omnia hic ad unguem perfecta sunt, rogito.*

Erlangae, mense Februario a. 1929. ***Bernhardus Schmeidler.***

f. 1. Omnibus in toto Dominum metuentibus orbe
Rangerius Christi servus et ecclesiae.
Quae laudabiliter faciunt, qui religiose
Vivunt, et scribi condecet et recoli,
5 Non quia fama sequens prosit facientibus illa,
Cum, quae sufficiant, celitus obtineant,
Sed quia, cum sit opus formam dare posteritati,
Si bona non clarent, utilitate carent.
Romani veteres ingentia facta suorum
10 Tempore celari non potuere pati.
Ac primo vivas ex aere et marmore formas
Ad stimulum laudis proposuere suis.
Mox ubi iam titulos fora maxima non capiebant,
Apcius et brevius littera cepit opus.
15 Et laudem[4] meruit sicut, qui fortiter egit,
Sic quoque, qui potuit forcia facta[5] loqui.

1) [V. 4048 sqq.] 2) Cf. praefationem ad carmen de anulo et baculo, Lib. de lite II, 507; [P. Kehr, 'Papsturkunden in Spanien', in 'Abh. d. Ges. d. Wiss. zu Göttingen, phil.-hist. Kl., n. F.' XVIII, 2 (1926), 38 sq.] 3) S. Anselmi Lucensis episcopi Vita a Rangerio successore suo saeculo XII. ineunte Latino, carmine scripta. Opus hactenus ineditum valdeque desideratum nunc primum annotationibus illustratum iurisque publici factum a Doctore Dño Vincentio de la Fuente, Matriti 1870. Cf. praefationem ad libellum de anulo et baculo, Lib. de lite II, 506 sq. 4) Cf. Sallust. Catil. 3, 1: *Et qui fecere et qui facta aliorum scripsere, multi laudantur.* 5) Vergil. Aen. I, 640/41: *caelataque in auro Fortia facta patrum.*

Maiores nostri verbis et rebus agendo
Hostendere bonas et sine sorde vias;
Qui nisi cavissent in tempora longa futuris,
Non esset nostro tempore tuta fides[1].
Errores etiam dampnati iam rediissent,
Si sine perspicua cognitione forent.
Arrius et pestes aliae, dum sepe leguntur,
Informant animos, ut caveamus eos.
At nunc non tantum dilectio vera refrixit[2],
Sed quamvis proprium credat[3] ad arbitrium,
Ut, quod erat missum, non cresceret utile semen, *f. 1v.*
Matth. 13, 25. Inmisit lolium nocte malignus homo.
Inde per errores ruitur, quia vita bonorum
Rara quidem, sed laus atque litura magis,
Dum dormitamus[a] et nec bona glorificamus
Et celebrem vitam ducere neglegimus.
At vero, si quis vigilat, si providus urget,
Si de nocte vocat et vigilare monet,
Non modo non laudem pro sedulitate meretur,
Sed cupidus vani nominis arguitur.
Castigare gulam, frenare libidinis ignes,
Id vero populus exiciale putat.
Assumptisque sibi doctoribus arma capessunt
Et faciunt hereses scismaticosve greges.
Sed de consilio venit haec quoque cura superno,
Quae facit ex istis utiliora malis,
Ut, qui maluerant dormire vel ire soluti,
Ad lucem redeant et vigilanter agant.
Ergo dum tenebrae faciant exordia lucis,
Quis non suscipiat haec quoque dona Dei?
cf. I. Cor. 11, 19. Si prosunt hereses et scismata, quid trepidamus?
f Guibertus[4] veniat et sacra diripiat,
Seviat Henricus, vas impietatis et irae[5],
In laudem Anselmo Gregorioque patri,
Quos inter tenebras densae caliginis huius
Accendit Christus et nova signa dedit;
E quibus orta dies et semita visa salutis
Compulit innumeros ad sua septa greges.
Quorum magnanimos actus fideique calorem
Ad Domini laudem[b] scribere disposui;
Non quia sufficiam tantis in carmine rebus,
Sed, qui corda movet, sufficit ipse Deus. *f. 2.*
Ac primum posco, ne quem stilus iste fatiget,
Iam scaber et senio fessus et arte carens:
Quem sua non movit praesumpcio laudis amore,
Sed pietas et amor ad sacra gesta virum.
Ergo procul livor, procul extollencia, solum
Anselmum siciens Gregoriumque legat.

a) dormittamus c. b) *fortasse legendum est:* Ad laudem Domini; *cf. infra v.* 2178.

1) Vergil. Aen. IV, 373: *Nusquam tuta fides.* 2) Matth. *(mal. homo, tamen) . . inmisit . . , ut . . cresceret.* 50 24, 12: *refrigescet charitas multorum.* 3) Scil. 4) Wibertus antipapa. S. 5) Rom. 9, 22: *vasa irae. malignus homo.* Coniunge: *Sed, quamvis . . credat*

I.

1.

Clarus nobilium claro de sanguine patrum
Anselmus nostra presul in urbe fuit,
Dignus Alexandri[1] successor eique propinquus,
Quem sibi de nostro munere Roma tulit.
Magna quidem sunt ista satis praeconia famae,
Et facit ad laudem patria sive genus.
Sed nos Anselmum non magnificamus, et ille
Ad famam nostro non eget eloquio. cf. Ioh. 13, 7.
Sed quia sunt hereses et scismata longa per orbem,
Quae non desistunt nunc quoque vana loqui,
Ut convertantur et ament et confiteantur,
Hoc robur geminum[2] ducimus in medium[a].
Christus heri, Christus hodie, per secula Christus,
In[b] multos testes, inprobe livor, habet[c].
Quid simulas Christi falso sub tegmine nomen?
Christus scissuram nescit et invidiam.
Non potes a Patris solio deducere Christum,
Et, quos Christus habet, tollere quando potes?
Symon in astra tuus[3] cum moliretur habire,
Corruit in preceps, Symone[4] dante praeces.
Symon humi stratus iam cor super hastra levarat:
Quem gravat impietas, non valet alta sequi.
Ecce iacet, sed pestifero de sanguine proles
Impia non cessat surgere, non furere.
f. 9v. Que venale putans Christy cum numine nomen
Pontificale decus vertit in opprobrium.
Hoc vicium tam turpe volens extinguere Symon
Noster[5] virtutis format et ipse viros,
Et fidei quorum paciencia fortiter instat
Gratis accipiens, vendicione carens. cf. Matth. 10, 8.
Sic a principio Symon cum Symone pugnat
Et sibi tyrones Symon uterque facit
Et faciet, dum tempus erit, quia pestis avara
Prima quidem cecidit, sed nova semper erit
Et velut idra capud geminum de vulnere tollens
Crescit in augmentum vulneris et capitis.
Set iam magnanimum pugilem[6] formemus, et ante
Circumducamus per leviora parum.
Pascat oves[7], studeat cythare per pascua, noctu
Defensor[d] pecudis excubet intrepidus.
Iam post ursorum dentes, post ora leonum
Audenter forti dilacerata manu,
Si veniet terrere volens fortissimus ille[8],
Subsannet puerum, sed ruat ante virum,

a) Anselmum istum propter duplicem virtutem mentis scilicet et corporis in *margine manus* l. c. b) En *Zwölfer*.
c) habes *Zwölfer*. d) Deffensor c.

1) Alexandri II. papae et Lucensis episcopi. S. 2) Scil. patriam sive genus (v. 6) Anselmi, quae quidem vanae gloriae tribuenda esse autor non diffitetur, sed propter haereticos et scismaticos (v. 9—12) in medium ducenda esse censet. Ideo v. 47 sq. de origine Anselmi loquitur. 3) Simon magus. LAF. Cf. Acta s. Petri c. 10, Acta SS. Iun. V, 427 (edit. novissima Iun. VII, 390). Schw. 4) Simone Petro. LAF. 5) Id est Simon Petrus, dux et princeps catholicorum, oppositus Simoni mago, principi impiorum. Cf. v. 32. Schw. 6) Anselmum iuniorem. Schw. 7) Sicut David, de quo, quae 1. Reg. 17, 34. 35. 40 leguntur, hic ad versus 39—46 conferenda sunt. 8) Goliath Philistaeus.

Qui veniat non in gladio confisus et asta,
Sed facili funda cum lapide et baculo.
Hunc[1] igitur, sicut breviter premisimus ante[2],
A Mediolano[3] germine Luca tulit.
Quae tulerat patruum[4], tulit et gavisa nepotem,
Felix, si gemina perfrueretur ope,
Ut sicut patruo[a] vellet parere nepoti,
Dum sicut patruum Roma vocaret eum.
Sed, ve, Nero[b], tibi! Ve, Symonis empcio caeca!
Quando satellicius concidet iste furor?
Quando sines catedram Petri sessore sub uno?
Quando pontifices aequa docere sines? *f. 3.*
Tempus erat, cum multa dolens ob vulnera Symon
Inter oves rabidos cogeret ire lupos.
Iam Leo Romanus[5] pugnaverat et Nicholaus[5]
Et plures alii, quos numerare gravat.
1061. (30. Sept.) His ita sublatis sedes Romana priorem[c]
Evocat Anselmum, praecipit esse ducem.

Concitus his odiis totas magus[6] excitat artes
Et Cadulum a Parma cogit in auxilium;
De quo pauca loqui satis est, quia dicere totum
Nulla potest racio, scribere nulla manus:
Sic animus frendet, sic alta mente superbit
Humani siciens sanguinis. His adeo
Quid sceleris non conveniat, quid flagitiorum
Possit abesse malis, fingere nemo potest.
Iam qui iusticiae locus hic, quis religioni?
Inveniant, quibus est gloria miliciam
Ducere, sacratis altaribus ordinibusque
Per praecium fures sacrilegosque dare.
Haec illi[7] tanti fiducia nisibus, haec est
Ad pastoralem gracia tota gradum,
Haec ad Romanam virtus et scala cathedram:
Opganire Petro, Symonis arma sequi,
Regibus assensum prebere manumque fidemque,
Ut decus ecclesiae non sit in urbe sua.
Nomine mutato cum sacrae sedis honore
Surgit Alexander et pia bella facit.
Quo valide culmen Romanae sedis agente
Luca tamen proprio non erat orba patre.
Nec dedit ille vices alii moderaminis[8] huius
Dum parat et nutrit, qui bene portet honus,
Et similes actus simili de nomine pensans *f. 3'.*
Informat puerum, qui regat ecclesiam[9].
Quo monitore puer puero maiora secutus
Florescit studio, sed bonitate magis.

a) paruo *c.* b) *corr. ex.* venero *c.* c) propter posteriorem hunc Anselmum, qui successit in *marg. manu* 1. *c.*

1) Anselmum iuniorem. 2) Minime de Mediolanensi utriusque Anselmi origine auctor quidquam iam praemisit, sed cf. v. 1—3 et v. 12 cum nota. 3) De Anselmi iunioris origine Mediolanensi cf. Vitam eius c. 17, SS. XII, 18: *sanctum vero Anselmum nequaquam ausi sunt tangere* (milites Mediolanenses), *quoniam indigena fuit et nobilis prosapia.* De Alexandro papa patruo eius indidem orto multa testimonia existunt. 4) Alexandrum II. papam. 5) Leo IX. et Nicolaus II. papae. Schw. 6) Simon magus. 7) Scil. Cadalo. 8) Id est Alexander II. mansit episcopus Lucensis, cum papa Romanus electus esset. 9) Lucensem.

Ille ergo varios estus et pontificales
Curas inmotus portat et intrepidus.
Et modo Romanis, modo se Lucensibus offert,
Et quoquo vadit, Symon ab arce cadit.
Non illum regalis apex, non barbarus hostis
Terruit, ut sacram desereret catedram.
Et rex multa quidem multumque timenda minatur,
Sed rex pontifici non nisi Christus erat.
Rex, ut Teutonicus, frendens sibi cuncta licere,
Se sine susceptum dampnat episcopium,
Dampnat pontificem sine venditione sedentem,
Et Christy donum clamitat esse suum.
Et quia Romanas arces pater emerat olym[1],
Ecclesiae summam deputat esse suam.
Inde furit dampnumque suae putat esse coronae,
Si liceat patrem civibus eligere.
Mente ergo captus ductusque cupidine caeca
Temptat Alexandrum terrificare minis.
Emittit procerem[2] de stipatoribus unum,
Qui perterreret atque fugaret eum,
Et Cadulum catedra sublimem pontificali
Terrarum et caeli clavigerum faceret.
Qui simul intravit multis comitantibus Urbem[3],
Teutonicos apices iussaque nota facit.
Ponit in altari demens regale sygillum,
Per quod Alexandro tollat[4] episcopium.

Iam clarescebat, iam toto ceperat orbe
Lucifer ille faces spargere multimodas;
Lucifer ad cuius radios flamasque calentes
Frigore cum tenebris sol cariturus erat:
Inter praecipuos vir summae religionis
Hildebrandus, apex et columen fidei,
Qui simul[a] accepit vanis terroribus Urbem
Sollicitam, medios proruit in populos,
Et fidei clipeum tanquam Vincentius alter[5]
Arripit elinguem[6] solvere pontificem.
Et bene, nam sicut lingua Valerius[7] uti
Non poterat nimiae simplicitatis homo
Et verbi curam iam comendaverat illi,
Quem gemino clarum noverat eloquio,
Sic et Alexander verbis vulgariter utens
Sepe vacillabat retro vel ante cadens.

a) *exspectares:* simulac; *sed* simulac cepit *scribi non potest,* simul *hic et supra* v. 113 *pro* simulac *positum est.*

1) Heinricus III, qui patriciatum acceperat. S. *Data pecunia* hoc actum esse etiam Chron. S. Benigni Divionensis (SS. VII, 237) contendit. Cf. Steindorff, 'Jahrb.' I, 506—510. Infra v. 245. 2) Benzonem episcopum Albensem. S. Longe aliter ac Rangerius Benzo ipse de sua legatione loquitur in libro ad Heinricum IV. lib. II, c. 1—8 (inprimis c. 1. 2), SS. XI, 612 sq. Etiam ex eis, quae Bonitho in libro ad amicum (Dümmler, Lib. de lite I, 596) de legatione Annonis narrat, Rangerius, qui haec legit, narrationi suae quaedam immiscuisse videtur. Cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrb.' I, 247 sqq. 3) Cf. Donizonis Vita Math. lib. I, v. 1181 (SS. XII, 375): *Multos conducens caput orbis venit ad Urbem.* S. 4) Cf. ibidem v. 1173: *Tollere Romanum cui temptat pontificatum.* S. 5) Vincentius archidiaconus Caesaraugustanus, cf. Acta eius in AA. SS. Boll. Ian. II, 394 (ed. novissima Paris. 1866 Ian. III, 6). S. 6) Cf. Overmann, 'N. Archiv' XXI, 424. S. 7) Valerius episcopus Caesaraugustanus, de quo Acta laudata tradunt: *impeditioris linguae fuisse dignoscitur* (c. I, 2, p. 7), et: *erat enim miræ simplicitatis et innocentiae . . impeditioris linguae* (c. I, 6, p. 7).

Hildebrandus erat vox eius, ut illius ille,
Iam tunc ardescens pectore principibus
Iudicibusque fidem vastantibus obvius[a] ire
Proque Deo vero fortis acerba pati.
Ac primum populi paccata sedicione
Contra legatum talia verba facit:
'Rex', inquit, 'nobis non est, homo fallitur ille,
Qui putat hanc urbem subdere servicio.
Roma per antiquum non servit, sed dominatur:
Roma sibi famulos novit habere duces.
Hystoriae narrant et regum gesta locuntur,
Quae sibi Romanus subdiderit populus.
Sed iam preteream reges populosque subactos
Et Gallos etiam complicuisse manus.
Ad Christum veniam, regem super omnia regna
Et dominatorem tocius imperii.
Cui recte binos priscae rationis ad instar[b]
Rectores[1], sed non annua sceptra dedit.
His longe lateque suam ditantibus urbem
Crevit Romani nominis imperium.
Et multo melius Christo sub principe pollet,
Quam cum regnaret subdita demoniis.
Qui Christum sequitur, Petri quoque novit habenas
Et Pauli lumen suscipit et regimen.
Hoc de fonte fluit totum divisa per orbem
Gracia celestis et decus ecclesiae.
Hoc Constantini prudentia sensit et illi
Qui sibi doctor[2] erat, noluit esse caput.
Noluit auctorem fidei sub condicione
Terreni fastus moleque posse premi.
Sic habiit, sic instituit, qua viveret, urbem[3],
Silvestroque decus et diadema dedit.
Qui monitus causas discernere pontificales
Horruit addictos litibus esse deos.
"Vos", inquit, "vestras per vos decidite lites,
Nam non est hominis ponere iura diis[4].
Ps. 81, 6. Vos autem Deus ipse deos testante propheta
Astruit et sobolem non negat esse suam.
Me vero sicut relicos ubicumque potentes
Exequare Deo gloria nulla potest".
Sic Constantinus et eum per longa secuti
Tempora senserunt et tenuere patres.
Et Christum in Petro venerantes eius honorem
Tanquam divinum tangere sunt veriti.
Si Christus Deus est et Petrus claviger eius,
Iaut, nisi per Petrum, nemo videbit eum.

a) obvium, *manu* 1. *corr.* obvius, *c.* b) Quando electo Tarquinio binos imperatores et annua imperia sibi Romani fecere *in marg. manu* 1. *c.*

1) Binos rectores, scilicet Petrum et Paulum. 2) Cf. constitutum Constantini § 3. ed. K. Zeumer ('Die Konstantinische Schenkungsurkunde' in 'Festgabe für R. v. Gneist', Berlin 1888) p. 48: *summus pater et doctor noster, Silvester*. 3) Constantinopolim. 4) Cf. Bonithonis librum (l. l. p. 574), ex quo versus 165—169 sq. de Constantino pendent. Cf. etiam Gregorii VII. epistolam ad Hermannum episc. Metten sem (Registrum VIII, 21) ed. Caspar p. 544 sqq. (J.-L. n. 5201) illiusque fontem Gregorii I. epistolam Reg. V, 36 (ed. Ewald, Epp. I, 317 sqq.), J.-E. n. 1359. S. Cf. Rufinum, Histor. eccl. X, 2; Migne, PL. XXI, 468.

Quisquis in ac cathedra[a] post Petrum iure sedebit,
De virtute Petri claviger eius erit.
f. 5. Petrus Clementem[1] supera cum sede locaret,
Non invidit ei solvere vincla reis,
Quamque potestatem per Christum Petrus habebat,
Pascendis ovibus pleniter atribuit.
Non quia de Petro procedat gratia tanta,
Sed, quod Petrus agit, nonnisi Christus agit.
Fons fidei Christus, fons vitae spiritualis,
Et pastoralis arbiter officii.
Ipse suis ovibus per se fomenta ministrat
Et dat pastori[b], quod scit opus pecori[b].
Non est humanum, sed nec magis imperiale
Divinum munus vendere sive dare.
Quando sacerdotem rex ordinat aut sacrat aram?
Quando crisma facit? Quando reformat Adam? 1. Cor. 15, 45.
Tolle sacerdotem, iam non erit unctio vestra;
Quae si non fuerit, rex quoque nullus erit.
Iamne vides regem de munere pontificali,
Et non de regis munere pontificem[2]?
Sic a principio Saul a Samuhele creatur, 1. Reg. c. 9. 10.
Et regni leges ipse propheta dedit.
Denique non recolis huius primordia fastus,
Cum sub iudicibus rexerat ipse Deus?
Omnia florebant. Quid narrem clara virorum
Praelia? Debboream[c] respice miliciam. Iud. 4, 14.
Ut vero regem populus quaesivit habere,
In Samuhele suo spernitur ipse Deus:
Spernitur, et regem primum non gratia fecit,
Set Deus ad penam plebe merente dedit. 1. Reg. 8, 7. 8.
Unde vides, regnum quae corruptela sequatur,
Cum Saul ante puer annuus exprimitur[3]
Et mox tam vehemens monstratur et exicialis[d],
Ut regnum tollat tertius annus ei.
f. 5'. Regnavit vero super hoc et pluribus annis,
Et quod regnavit, perdere regna fuit;
Et quod de puero, spretis maioribus, uncto, 1. Reg. 16, 6—13.
Quem leo non superat[4], morbida fregit ovis[5].
Et post Goliam pro coniuge truncat Uriam. 2. Reg. 11.
Sic trait ad vicium, quod venit ex vicio.
Sed iam ne longum faciat narracio funem,
Licet et domino[6], quae loquor, ipse refer:
"Fallere, Ieroboam. Regni[e] potes integritatem,
Si tamen ipse potes[8], in duo dividere[7].
Iura sacerdotum tam non potes ipse secare,
Quam neque lata[f] Deo sacrificare potes. 3. Reg. 12, 32.

a) *ita c.* b) pastorum — pecorum, *manu 2. corr., c.* c) Ded Boream *c.* d) exiciale *c.* e) *ita (.* Regni *et* potes, in*) distinxit Hofm.* f) lita *c., emendavit Schw.*

1) Cf. Jaffé, Reg. pont. ed. alt. p. 2 sq. S. Inprimis J. K. n. † 10. 2) Simili modo [attamen alio fine Schm.] Rangerius in opusculo de anulo et baculo v. 597—606 argumentatur (MG. Libelli de lite II, 521). S. 3) 1. Reg. 13, 1: *Filius unius anni erat Saul, cum regnare coepisset, duobus autem annis regnavit super Israel.* Textus Bibliae hic corruptus est; cf. E. Kautzsch, 'Die heilige Schrift des Alten Testaments' p. 294, n. *. 4) Cf. 1. Reg. 17, 34. 36. 37. 5) 2. Reg. 12, 1—4. 6) Heinrico IV. Schw. 7) Cf. 3. Reg. 12, 16—19.

Peccavit[a] Roboam[a.1]. De[b] servo ad regna vocatus[b]
Non debes veteris inmemor esse gradus[2].
3. Reg. 12, 7. Et debes etiam vati persolvere grates,
Qui de servicio[2] te tulit ad solium.
Quod si sacrificas vel sacris erigis aram,
3. Reg. 13, 4. 5. Ibid. v. 33. Et manus arescet et sacra falsa ruent.
Si vero tibi pontifices pro munere ponis,
Noveris illicitum ritibus esse sacris,
Et licet occidas, licet et tormenta mineris,
Numquam deficiet Omnipotentis opus.
Denique quid tantos nobis[3] molire tumultus?
Quae sunt cesarei iuris, habere licet.
Cesaris est armis patriam deffendere, fures
Et saevos homines perdere; pacificis
Leges, iudicium, mores formare, tributa
Et reditus equos per loca suscipere.
Cesaris est, qua vult specie formare monetam,
Matth. 22, 20. 21. Luc. 20, 24. 25. Quam formam Christus noluit esse suam.
Tu tamen, unde tibi Romani iuris honorem,
Unde tibi sceptrum nominis huius habes?
An quia patricium pro munere Roma vocavit[4], *i. e.*
Et diadema simul obtinuisse putas?
O male consultum Romanis! o Adriane,
Eripior canibus, mittor in ora lupis!
Si Longobardum metuis, ne dissipet Urbem
Et libertatem civibus eripiat,
Intolerabilius et multo sevius illut
Arbitror, ut veniat, qui sacra diripiat.
Ne Longobardi nostra dominentur in urbe,
Invitas Karolum; Gallica frena time!
Iam luimus nimium graviter suffragia tanta,
Qui tulit auxilium, subdola bella facit.
Divisit populum, quem decipit Alcimus iste[5],
Et papam proprium subrogat ad praecium[c].
Sed redeat, ne dispereat, Parmamque reversus
Contentus propriis finibus esto miser,
Ne crepet atque ruat deceptus inanibus alis[6]
Neronique suo flat in oprobrium".
Dic ita; nos vero non formidamus habere
Pontificem, nobis quem dedit ipse Deus;
Quem nisi maluerit patrem sibi rex tuus esse,
Deserat officium, quod sibi Roma dedit'.
His ita responsis legatus mollior esse
Incipit et Cadulum deserit in dubiis[7].

a) *ita c.*; Peccas Ieroboam *emend. Schw.* b) *ita (*De *et* vocatus Non*) distinxit Hofm.* c) *in marg. manu 2. c.*: Alcimum dicit ipsum Cadolum Parmensem, qui turbabat regem contra Romanos sicut ille in istoria legitur apud regem nocuisse suos.

1) Non Roboam, filius Salomonis, sed Ieroboam 'de servo ad regnum vocatus' est, 3. Reg. 11, 26 sqq. Schw. 2) Quid Rangerius versibus 226 et 228 dicere velit, non video, cum Heinricus IV. filius et nepos regum, minime servus natus fuerit. 3) Haec omnia legatus a Gregorio regi referre iussus est (v. 220, cf. v. 263); sed in verbo *nobis* et in versibus sequentibus autor huius fictionis oblitus est. 4) Cf. supra v. 103. 5) Scil. Cadolus. De Alcimo cf. 1. Mach. 7, 5, ubi legitur: *venerunt . . viri iniqui et impii ex Israel, et Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos.* 6) Cf. Ovidi Met. VIII, 227 sq. 7) Cf. Donizonis lib. I, v. 1188 (SS. XII, 375): *Pontificem solum linquunt proprium Cadalóum.* S. Cf. etiam Bonizonis librum VI, Lib. de lite I, 595, quo Rangerius in versibus 269—274 usus est. Meyer v. Knonau I, 816 sq., 377 sq.

At vero Cadulus post multas seditiones
Exaustis opibus flensque dolensque redit,
Et qui Romanae pacem turbaverat urbis,
Ulciscente Deo traditur exicio
Pro tantis rebus adeo crudeliter actis
Laturus longo carcere supplicium[1].

Rex, qui terruerat, ad se quandoque reversus[2]
Mittit magnificos in sua verba viros.
f. 6v. Mittit Agrippinae rectorem plebis, amicum
Sedis apostolicae catholicumque virum.
Hic papam alloquitur lingua promptissimus Hanno[a. 3],
Et pedibus figens oscula cum lacrimis
Sic est exorsus: 'Peccavimus, optime pastor,
Et rex peccavit, sed redit ad veniam.
Et nos ploramus tundentes pectora: noli,
Obsecro, tristitiam iungere tristitiae.
Cernis squallentes habitus et pulvere longo
Faedatas facies, aspicis et lacrimas;
Et nunc quid superest? Dominum patremque fatemur
Et tanquam Petro colla manusque damus.
Tu quoque, sicut habes a Christo pontificatum,
Fac nos caelestis participes patriae[4].
Sit pax ecclesiis, sit sancta, sit inclita Roma,
Et nos letemur te patre sicut ea'.
His flexus tantique viri devictus amore
Solvit et expletis omnibus ire sinit.
Illi ergo redeunt et papa quievit in Urbe,
Ad res Lucensis vertitur aecclesiae.
Instruit Anselmum, quo successore fruatur
Heredemque sui suscitet officii.
Ergo datus primis doctoribus absque labore
Et grandi cura dogmata prima capit.
Multa quidem puero vigilantia, discere leges,
Formas et numeros, tempora sive modos,
Et quae grammaticae ratio complectitur artis,
Omnia colligere sollicitudo fuit.
Inde per anfractus atque argumenta loquendi
Equatur summis ocius ingeniis.
Haec illi non doctus homo, sed spiritus ille
Scire dabat, qui mox et meliora dedit.
f. 7. O pietas, o summe Deus! quam magnus et altus
Et quam clausa tui semita consilii!
Tu Romae Cadulum superasti, sed redivivo
Succrescente malo rursus ad arma vocas.
Et quia bella moves, ut sit laus magna tuorum,
Non sinis, ut duret longius iste labor.
Sed labor ad modicum, laus et retribucio longa
Non claudenda die, non habitura modum.

V. Ans. c. 1.

a) Hanno proprium nomen *in marg. add. manus 2. c.*

1) Cf. Donizo lib. I, v. 1190. 91. 93. 95; Jaffé, Regesta ed. altera I, 594. S. 2) Luc. 15, 17: *In se autem reversus.* 3) Legatio Annonis Coloniensis archiepiscopi, Heinrici Tridentini episcopi, Ottonis ducis Baioariae anno 1068. suscepta, cuius Ann. Altahenses maiores (SS. rer. Germ. ed. 2, p. 74) mentionem faciunt, hic significari videtur. S. Cf. Meyer v. Knonau I, 585—589. 4) Hebr. 11, 14. 16: *patriam . . . coelestem.*

At vero meritis tandem mercede soluta
Precipis[a], ut veniat, qui nova bella gerat.
Ut quondam populus Romanus[1] regna removit
Et dedit ad modicum temporis imperium,
Ne, qui fortis erat, iam non speraret honorem
Neu fragilem posset frangere longus honor,
Sic, inquam, Domine, nec iustis praemia differs
Et das miliciam bella sitire nova;
Non quia non valeas semel extirpare malignum
Et fraudes eius evacuare semel,
Set, quia sic opus est nobis certamine longo,
Quod non suffugiat tempore quisque suo,
Ut per sudorem caeli rapiamus honorem
Et pro milicia sit decus in patria[2].
Ergo nec ipsa mihi sine fructu praelia surgunt
Et mihi servus homo, non sibi bella facit[3].
Qui dum luctatur, dum fraudat et insidiatur,
Plus aliquando boni quam superatus habet.
Cum vero superat, nec tum victoria laedit[4],
Si non ad vicium calliditate trait.
Si trait ad vicium vel vi vel qualibet arte,
Cum lapsus resipit, utiliter cecidit.
1 Cor. 10, 12. Si iacet in vicio talis, cum stare videtur,
Non est de numeri condicione mei.
Haec est miliciae racio caelestis, ad illam
Conscripti faciunt fortiter et superant. f. 1r.
Rom. 8, 28. Et nichil est illis, quod non sit ad utilitatem,
Quando nec ipsa nocent, quae facit hostis homo,
Et quibus est donum non iam victoria sola
Aut merces eius, sed labor ipse etiam.
Ergone nulla mihi, Deus, haec aut parva putanda
Gratia pro Domino per mala longa mori[b].
Parva mihi laus est et gloria parva videtur
Pro patre, pro patria, pro pietate pati.
Denique et ipsa fides, Paulo quoque significante,
Ephes. 2, 8. De largitoris munere prima venit.
Sic non est hominis, sed distribuentis habendum,
Ut credamus ei sive sequamur eum.
Ipse fidem donat, animos ad praelia format,
Et per verba foris edocet interius;
Qui nisi formaret teneris aetatibus aptos
Sensus, ut caperent, quae capienda forent,
Quando curas[c] hominum, quamvis ratione vel arte
Singula, quae vellet[d], mentibus ingereret?
Quando scire daret pueris aut flectere linguam,
Aut formare habiles in nova verba sonos?
Sic hunc[5], sic alios superandis hostibus aptos
Aptis temporibus ordinat[6] ipse Deus.
Hunc autem tanta prevenit gracia dote,
Ut iam de puero gaudeat omnis homo.

a) Precipit *c., emendavit Ew.* b) v. 348 *prius ante* v. 346 *scriptus manu 2. ibi deletus et transpositus est c.* c) curat *c.*
d) vellet *manu 2. in spatio vacuo relicto suppletum est c.*

1) Cf. supra v. 149—152. 2) Scilicet coelesti. LAF. pro *nec tum.* 5) Anselmum. 6) Cf. supra
3) Cf. infra v. 526. 4) Cf. infra v. 513, ubi *necdum* v. 31/32.

Sic loquitur, sic blandus adest, affabilis, aptus,
Sic se disponit omnibus ad placitum,
Ut iam non lateat illo de fonte rigari,
Quem quisquis biberit, flumina larga pluet. Ez. 13, 9; Ioh. 4, 14.
Proficit ergo puer, pueri[1] monimenta sequendo,
Qui natus nobis filius et datus est, Is. 9, 6.
Qui corpus mortale gerens mortalia nostra
f. 8. Flevit et ignorans et sine voce fuit,
Temporibus non eripiens sua iura quibusque,
Ut maior fieret atque magis saperet;
Non quia, quod Deus est, vel crescat vel minuatur,
Sed, quae sunt hominis, sunt minus atque magis.
Hos ergo ascensus et temporis et racionis
Anselmus graditur et puerum sequitur;
Non sine peccato penitus, quod nesciit ille,
Utpote virginei flos et honos uteri;
Set mores, sed mundiciam, sed simplicitatem
Amplexus, superas nititur ire vias.

Gaudet Alexander nec iam se cernit in illo,
Et senior gaudens vincitur a puero
Hunc[a] alias temptare vias, maiora minari[2],
Scutum cum gladio forcius arripere,
Atque ita conversus: 'Tibi laus, tibi gloria, Christe,
Martinoque tuo[3] perpetualis honor,
Qui[b] tantum decus hoc tantillo in corpore formas
Et nares nostras spargis hodore bono.
Quas mihi, Christe, rosas et quam bona lylia fingis!
Et quam purpureas aspicio violas![4]
O quae bella manent, quae vulnera symoniales
Et quam scismaticis intolerabilia!
Non hunc sub specie cuiuslibet utilitatis
Inficies maculis, Symon avare, tuis,
Quae me, cum fureres Cadulumque in bella vocares,
Aspersere notis turpibus et variis,
Cum miser et captus Romanae sedis amore
Distraxi decimas militibusque dedi,
Distraxi praetio curtes fecique libellos[5],
Prebendas praetii sub datione dedi,
Et quae multa mihi longo plangenda dolore,
Ne his incorrectis tollat amara dies.
f. 9. Sed quia[c] poeniteo, iam, quae inconsultius egi,
Permutare libet et melius sapere.
Iam canonum decreta sequar scriptumque Leonis[6], V. Ann. c. 7.
Quod proprium nostrae contulit ecclesiae,
Et si quid patres proprium sancxere priores,
Quod sacrosanctis usibus expediat.

a) Hinc *coniecit Lafuente.* b) *abhinc pergit manus 2. c.* c) *sequ. iam hic abundans c.*

1) Scil. Iesu. LAF. 2) Minari hic = 'verheißen', 'geloben'. 3) S. Martino ecclesia maior Lucensis dedicata erat. S. 4) Cf. Rangerii versus primos libri de anulo et baculo (in exemplari Mathildi oblato) a Donizone lib. II, v. 395sqq. (SS. XII, 387sq.) citatos. LAF. 5) Alexandrum aliquoties bona ecclesiastica in precariam seu emphyteusim collocasse etiam chartae a I. de Pflugk-Harttung in 'Itinere Italico' p. 431. 433 editae (a. 1068. datae) testantur. S. Cf. etiam Italia pontificia III, 487–492. 6) Cf. tabulam Leonis IX. d. 12. Martis a. 1051. datam, J.-L. n. 4254; Kehr, Italia pontificia III, 397sq., n. 1. S.

Sic iubeo, sit legitimum, sit perpetuale,
Ut res[a] ecclesiae non cadat in praetium.
Hac in sede volo, nemo sibi proprietatem
Vindicet et partes nemo sibi faciat.
Bis sex presbiteri, VII[m] sint[b] officiales
Et sub eis totidem, qui sacra vasa ferant.
Quatuor addantur, qui non hac sorte fruantur
Nec sint in gradibus his vel in ordinibus.
Quisquis presbitero succedit, presbiter esto,
Et gradibus reliquis sit ratio similis.
Si nondum est, ipso fieri non differat anno,
Aut cadat et stipem perdat et officium.
Quaque die missae celebris sollempnia fiant,
Ut mos est primis omnibus ecclesiis[1].
Et si quid minus est aut amplius ad rationem,
Tu, Deus, huic puero scire et amare dabis,
Quem volo, quem cupio pro me tua pondera ferre.
Non iam, quod meus est, sed quia te sequitur'.
Haec senior secum. Post haec, ut corde gerebat,
Devotus properat omnia perficere.

At puer, ut puerum, sed non pueriliter egit
Et laqueos huius temporis explicuit,
Sentit adesse dolos iuveniles et graviori
Tactus ab ygne tamen pugnat et esse puer
Incipit[2] et pueri motus et simplicitatem
Affectare magis et magis exprimere.
Integer a vitiis puerilibus ad iuveniles
Annos accedit, nec puer esse sinit.
Et sicut radix generosi germinis, altos
Cum fecit ramos et decoravit eos
Floribus et fructu, non perdit proprietatem,
Set sapit et flagrat dulcius et melius,
Sic innata semel divini gratia roris
Festinat fructum tempore ferre suo,
Nullis turbinibus, nullius grandinis ira
Florem cum foliis non habitura suum.
Non illum levitas ad inania precipitavit,
Nec caro traxit eum quodlibet ad vitium:
Inter divitias et tanti patris[3] honores
Non est mutatus a bonitate sua.
Qui putat hanc facilem Christo sub iudice pugnam
Non flecti levibus atque libidinibus,
Iste potest gelidas ygnis contendere flamas
Et mare paccatum ducere, quando tumet.
Si tamen est aliquis, qui tantos nesciat estus
Et sine naufragio transierit pelagus,
Non tamen idcirco credat non esse periclum
Quamvis tranquillo pandere vela salo;

cf. Ioh 14, 7—9.

a) *sic manus* 1, rex *superscripsit manus* 2, c. b) sunt c.

1) V. 415—426 pendent ex tabula Alexandri II. s. d. tradita et saepe prelo data, J.-L. 4723; Kehr, Ital. pontif. III, 399, n. 7, 'Regesto del capitulo di Lucca vol. I a cura di P. Guidi e O. Parenti' (Regesta chartarum Italiae; Roma 1910), p. 153 sq., n. 389. Cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' II, 57. S. 2) Coniunge: *magis incipit esse puer et . . affectare et . . exprimere.* 3) Alexandri II. LAF.

Equoris instar habet miserae temptatio carnis
Et circumfertur turbinibus variis;
Instar habet calidae sartaginis, utque voraci
Tangitur afflatu, fervet ab ygne suo.
De[1] tactu carnis oritur contagio mentis,
Et fiunt oculi pervia porta mali;
Perque alios sensus quasi quelibet ostia mortis
Introeunt propriis quaeque nociva viis;
Quae nisi conservat vigili custodia visu,
Non est virtutis aut rationis opus.
Et quis ad haec fortis, quis ydoneus ista cavere,
Si non advigilet desuper ipse Deus?
Quem gula non capiat? Quis non in fornice ludat?
Et quis avaritiae non paret[a] ultro sinum?
f. 9v. Quis gratis etiam non succendatur ab ira?
Et quis tristitiam frangat et accidiam?
Quis non infletur? Quis non amet altior esse?
Quisque ferat similem cernere sive parem?
His octo vitiis[2] tantus comitatus adheret,
Ut quodvis habeas, cetera vix caveas.
Haec contra vitam disponere maxima lis est
Et bellum vehemens et grave martirium,
Et quanto lubricis affectibus aptior aetas,
Tanto debetur gloria maior ei.
Miramur pueros gladiis et fustibus olym
Sustinuisse mori, quam violare fidem.
Miramur teneras gladios optasse puellas,
Quam potuisse pati damna pudicitiae.
Fortis amor, quem nulla potest tortura domare,
Et fugit ad gladium, ne cadat in vitium.
Fortis amor, quem non superat violentia carnis,
Nec sequitur curas eius et inlecebras.
Fortis amor, qui sic hominem corroborat intus,
Ut non attendat tristia quaeque foris.
Sed quod tempestas non[b] excutit, excutit hestas,
Atque potest luxus, quod nequit ipse furor.
Multi tortores et multae sustinuerunt,
Et[c] proprios motus non potuere pati
Et, cum sevitias superassent imperiales,
Cesserunt flamis mollibus et vitiis.
Sic sic non minus est vitiosos frangere motus
Quam superasse minas iudicis et gladios.
Hunc ergo iuvenem, sed non iuveniliter, esse
Quis non miretur? quis queat exprimere?
Non amplexari, non ludere, non epulari
Inter consimiles, bellica causa patet.
Bellica res plane, nisi quod neque gloria par est,
Et minus est gladio cedere quam vitio.
Qui fortem superat, necdum satis usque triumphat,
f. 10. Dum superest vitium litigiumque facit.

a) parat *manu 2. corr.* paret, *c.* b) non *deest c., suppleri.* c) *sic c.;* At *coniecit Zwölfer.*

1) Cf. Gregor. Moralia super Iob lib. XXXIV, c. 22, Migne, PL. LXXVI, 748 sq. 2) Cf. Iohannis Cassiani de institutis coenobiorum et de octo principalium vitiorum remediis libri XII (ed. M. Petschenig, CSEL. XVII), lib. V, 1, p. 81, ubi octo principalia vitia eodem modo et ordine quo hic enumerantur. Schw.

Qui vincit vicium, tanto est victoria maior,
Quam sibi substernit se quoque cum vicio.
Qui cedit[a] gladio, necdum victoria laedit[1],
Dum superest animus et bene castra regit.
Adde, quod hostis homo[2] foris est, cum forcius urget;
At vicium, vel cum vincitur, intus agit
Atque, ubi deficiunt vires, se fingit abesse
Et latet ad tempus, ut noceat gravius.
cf. Matth. 12, 43—45.
An non intus agit, tenui cum pectora telo
Perforat et loquitur cordis in aure tibi?
Iam peregrinatur mulier vel forsan obivit[b],
Et tamen hanc intus seva libido facit.
Hostis habest, tamen hunc[c] odio quasi cominus urget[d],
Et dum persequeris, corda cruenta facis.
Sic trahitur, sic distrahitur miseranda iuventus
Et se dilacerat et sibi bella facit[3].
Spiritus est intus et spiritualia querit,
At caro, quae sua sunt, captat agitque foris.
Rom. 7, 23.
Hanc legem carnis puerilis non habet aetas
Et carnis[e] stimulos non videt ante suos.
Ut quasi per legem valet aetas ad[f] rationem,
Fervet peccatum cognicione boni.
Et sic comota civili sedicione
In binos homines scinditur unus homo:
Alter amat pacem, litem desiderat alter,
Alter amat superos, alter ad yma ruit.
Iste voluptatem mavult, hic sobrietatem,
Hic sua largitur, ille aliena rapit.
In tam diverso sub eodem pectore motu
Felix, qui[4] gladio non cadit ipse suo.
Prov. 16, 32.
Forcior est, inquit sapiens, quisquis dominatur
Ipse sibi, turres exsuperante[g] viro.
Hanc qui vincit aquam neque tanto leditur ygni,
In refrigerium perveniet facile.
Non illum carnalis homo, non gloria mundi, f. 10v.
Non terrena lues auferet ulla sibi.
Thren. 3, 27.
ib. 28.
Hunc adolescentem dicit scriptura beatum,
Quem iuvat a primo tempore ferre iugum.
Et causam dicit, quia se super ipse levavit,
Hoc est, de lecto languida membra tulit,
Vel quasi sordentem rapuit de stercore carnem
Atque coegit eam non sibimet sapere.
ib.
Et bona subiungit, quae sint factura beatum,
Scilicet, ut sedeat solus et ut taceat.
De tali pugna sequitur victoria talis,
Victoremque suum gloria talis habet,
Ut sedeat cum principibus soliumque tenere
Ps. 112, 8.
Incipiat, de quo iudicet et doceat.

a) cedit *c.* b) *haud scio an forte* abivit *legendum sit; neque sensum versuum 521—524 plane me perspicere fatear.* c) hc *c.* d) urges, *superscripta littera* t *corr.* urget, *c.* e) ramis *c., emendationem proposuit L.A.F.* f) *abhinc iterum pergit manus* 1. *c.* g) exuberante *c., cf. infra v.* 1810.

1) Cf. supra v. 335. S. 2) Cf. supra v. 344. S. Vergil. Georg. II, 490: *Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.* Ad vocem *homo* cf. prologum v. 28; in poemate ipso v. 332. 66. 534. 45. 3) Cf. supra v. 332. 4) Cf.

Grandis honor grandem desiderat ante laborem,
Recturusque alios se regat ipse prior.
Si quis non didicit proprios sedare tumultus,
Turbati populi non bene frena reget.
Quando pudiciciam suadebit luxuriosus?
Quando pauperiem servus avariciae?
Et sic in reliquis; numquam potes illa docere,
Quae non ipse facis; quae facis, illa doces.
Ergo Anselmus adhuc iuvenis tot praelia secum
Et tantos strepitus excitat et patitur,
Inter tot mundi laqueos, incendia tanta,
Semper inexustus et sine sorde manens.
Hi mores, haec egregiae constancia mentis,
Iamque patet patruo dignus episcopio,
Non quod adhuc satis esse putet racionibus annos,
Set quia, quae faciunt, plurima conveniunt.
Porro quid est tempus, nisi sit cum tempore virtus?
At probitas tempus anticipare solet.
Si numerum curas hac in racione dierum,
Multos invenies non gravitate senes;
Multos invenies, quibus est lasciva senectus,
f. 11. Et multos iuvenes tempore, non animo.
Arsit adhuc iuvenem mulier temeraria Ioseph, Gen. 39, 7.
Sed nec blandiciae, nec valuere minae.
Presbiteri turpes Susannam concupierunt, Dan. 13, 23.
Presbiteros dicit Attica lingua[1] senes,
Quos Danihel monitu predoctus spirituali
Convicit falsos atque peremit eos.
Ergo spernendi canones[2], qui constituerunt
Etatis sumam talibus officiis?
Scilicet accepta Christo de presule forma[3],
Qui metam posuit tempore, quo docuit?
Nequaquam, sed ob id revocat sapiencia dignos,
Ut caeci videant et magis abstineant.
Verum canicies illa est, et vera senectus[4],
Quae sensus niveos et sine labe facit.
Hoc sensit vir multa videns, et non male sensit,
Curam divino de grege semper habens.
Set quis consilium valeat penetrare supernum cf. Sap. 9, 14.
Aut videat tenebras illius ~~ob lutebras~~?
Papa videt iuvenem sese sapienter agentem
Et vult pondus ei tradere, quo premitur.
Set pietatis opus non tractat cum pietate,
Qui petat a mundi principe dona Dei.
O quod agis, Petri successor, tune cruentas
Arbitrare manus haec sacra posse dare?
Quis te pontificem Romana sede locavit?
Nunquit non clerus, qui solet, et populus?
Si licuit, proprium noli dampnare nepotem,
Et si non licuit, quid Cadulo nocuit?

1) Cf. Rangerii librum de anulo et baculo v. 849 sq., MG. Libelli de lite II, 516. 2) Cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' I, 17 sq. 3) Luc. 3, 23: *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.* 4) Cf. Sap. 4, 8: *Senectus enim venerabilis est non diuturna neque annorum numero computata; cani autem sunt sensus hominis;* 9: *Et aetas senectutis vita immaculata.*

Si Caduli mortem credis solvisse reatum,
Ergo cum fureret, non bene praesul eras.
Si vero regi Christy partiris honorem,
Ut res terrenas ille, det iste sacras,
Dampnantur canones, veterem pervertimus usum f. 11.
Et libertatem perdimus ecclesiae.
De vestitura legisti pristina iura:
Usum, si quaeris, haec tua sella docet.
Si sumus ancillae, vendat vel prebeat ille,
Si libertatis, hactenus esto satis.
Mittitur[1] ille tamen, sed qui cum Symone saevo
Pugnaturus erat, Symonis acta fugit.
Legerat ante libros Romanae tradicionis,
Legerat et veterum plurima iussa patrum,
Etiam dampnarat sacrorum vendiciones
Et sordes magicas Symonis et cavéas,
Nec dubitat regem contemnere; sed quia mittis
Et mansuetus erat, sic pacienter agit[a]:
'Rex', inquit, 'baculum non tollo pontificalem
Nec modo sub tanto pondere pono caput.
Res est ista gravis et formidanda; mederi
Corporibus dubitat, qui bene non didicit.
Qui nescit regimen, qui nescit sydera, ventos,
Et quae sit facies quandoque[b] futura poli,
Non bene praesumit pelago comittere navem
Et sero tumidas frangere[c] discit aquas.
Quid referam patruo, qui me tibi misit, an illi
Demulcere capud credis honore meo?
Non ita, quem fovit, populum[2] crudeliter odit,
Ut non tam fragilem nolit habere ducem.
Non ita vel Christum vel se non diligit ipsum,
Ut Christy dampno gaudeat atque suo'.
Ille ita contemptus gemitu tabescit et ira
Iamque timet vacuam ferre aliquando manum,
Cum videat, qui non timeat contemnere munus,
Quod soleat multa vendicione dari. f. 12.
O, si vidisset mortes et dampna futura
Et per se iacere dedecus ecclesiae!
O, si vidisset, quae nos aliquando videmus.
Et se corrigeret, ne sine mente foret!
An sine mente fuit Babilonius ille superbus,
Dan. 4, 30. Cum silvas adiit et cibus herba fuit?
Et mentem plane non amississe putamus,
Qui sine consilio vivit et absque Deo?
Consilium credas, qui non est ad rationem?
Aut quaenam racio sedet in idolio[d, 3]?

a) *id est* ait. b) *sillaba una abundat in voce* quandoque *c.; -que fortasse delendum Hofm.* c) flangere, *manu 2. corr.* frangere, *c.* d) Quia dicitur idola colere Enricus *in marg. manu 1. c.*

1) Cf. Vita Anselmi c. 2. Comes in hac legatione Megi. nardus episc. S. Rufinae fuit. Quodsi Wilmans (SS. XII, 14, *n.* 1) Anselmum tum non ad sedem Lucensem designatum fuisse eo coniecit, quod auctor in *c.* 3 non 'reelectus' vel 'denuo promotus' dixisset, ei obiciendum est talem designationem non potuisse considerari electionem canonicam. Huc accedit, quod ex v. 298 et 600 (et maxime ex v. 637. Schm.) Alexandrum II, qui so tiaram adeptus episcopus Lucensis manserat, nepotem adultum in locum suum substituere voluisse intellegitur. S. 2) Lucensem. 3) Cf. Ephes. 5, 5: *avarus, quod est idolorum servitus.*

Quae racio sedem divisit pontificalem?
Quae racio potuit participare thorum?
Haec nobis operum magnalia prima suorum
Anselmus tribuit nec sine laude fuit.
Iam pugnat, iam mirificos examinat ictus,
Iam miscet gladios Symonis atque suos.
Post cuius reditum non longo tempore papa 1078. (21. Apr.)
Decubat[1] et claustro corporis exuitur.
Mox inter lacrimas cleri populique dolores
Hildebrandus oves suscipit a Domino.
Dum lugent, dum vota Deo pro funere solvunt,
Conclamat populus, concio sacra rapit[2].
Et ne quid[a] vel sedicio vel factio temptet,
Flens et multa quaerens ponitur in cathedra.
Vita, fides comendat eum, virtusque probata
Et studium patriae subrogat ecclesiae;
Et quia propter oves pernox erat excubiturus[b],
Dicitur a veteri praesule Gregorius[3].
Luca etiam turbata malo solacia quaerit 1078. (Ante 25. Mai.)
Et iubet Anselmum laeta praeesse suum[4].
Clerus cum populo sollempniter absque tumultu
Hoc in consilio gaudia festa canit.

Sume Deus, qui corda moves, sapiencia cuius
Dat brutis etiam non sua verba loqui f. 12ᵇ. Num. 22, 28, 30.
Et racionalem privat racione prophetam,
Da, pater[5], egregios scribere posse viros.
Anselmus tuus est, tuus, inquam, Gregoriusque,
Et de fonte tuo rivus uterque fluit.
Nos quoque te canimus, tua sunt certamina, tu nos
Et potes et debes magnilocos facere.
Hactenus exorsi fuimus praeludia quaedam,
Ut mare mensurus navigat in fluvio.
Nunc labor in manibus[c] et rerum copia tanta est,
Ut caedat veterum lingua vel ingenium.
Nunc opus est maiore sono, graviore loquela,
Quo magis accensus hostis in arma redit.
Tollis Alexandrum, fidei per devia lumen,
Et lumen minuis et diadema tuis.
Sed cito paccatus luctus in gaudia[6] mutas
Et lucem geminas et decus amplificas,
Ut nec Romanae fiat deiectio sedis,
Dum se Lucanae dimidiare cupit,
Et Lucanus apex non hoc magis inminuatur,
Quo supra modulum non pudet ire suum,
Roma Petri sedes et rerum prima per orbem,
Sed nec Luca sacris sedibus inferior.

a) nequit *c.* b) Nota *in marg. manu* 1. *c.* c) *fortasse corrigendum est:* inmodicus, *cf. v.* 718.

1) Cf. V. Anselmi c. 8. 2) V. Anselmi c. 3: *voto communi clericorum et laicorum, diu renitens.* S. 3) A veteri, id est primo, non sexto huius nominis. Cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrb.' II, 209, n. 86; infra v. 799 sq. De vi nominis Gregorius, id est Vigilantius, cf. infra v. 2471 cum nota. 4) V. Anselmi l. c.: *in Lucanam ecclesiam est et ipse electus episcopus.* S. 5) Cf. Vergil. Aen. III, 89: *Da, pater;* cf. II, 691. 6) Cf. Esther 18, 17; 16, 21, et similiter saepius.

Roma viris, opibus omni sublimior urbe,
Et fidei titulo claruit et solio.
Luca fuit lucens et lucis tramite ducens[1],
Et de Romana nobilitate cluens.
Nobilitas fidei de prima tradicione
Lucensi formam contulit aecclesiae[2].
Contulit et mores festivos et staciones,
Quod non est Tusscis omnibus aecclesiis.
Illa patres habuit claros et habebit in aevum,
Haec quoque magnanimos novit habere duces, f. 13.
De quorum meritis, virtutibus et pietate
Tanquam sole suo Tuscia sola nitet.
Hinc igitur quis non videat divinitus actum,
Ut pariter flerent et gemerent pariter
Et simul esset eis et consolacio compar
Et, quem non violet lancea, par clipeus.
De quorum gemina virtute fideque vicissim
Dicere nunc opus est, et labor inmodicus.
Nam quae lingua potest, quae mens describere digne
Expertos tociens tanta pericla viros?
Si Cicero redeat, si reddant fata Maronem,
Subcumbant operi nec satis expediant
Res tam nodosas, artes tam perniciosas,
Et furias regis[a], scismaticumque nefas.
Sed, qui bella moves, ut cum victore triumphes,
Ipse dabis titulos dicere posse tuos.

2.

Ergo Gregorius accepta pontificali
Cura non tacuit, quod prius edocuit.
Et mox Anselmum sacrat[3] et transfundit in illum
Curam servandae coelitus aecclesiae.
'Frater', ait, 'cura, quae sunt celestia rura,
Celica caelesti conveniunt pecori[b].
Pascua sunt animae scripturae spirituales,
In quibus est pecori potus et herba sacro.
Sed cave, ne lacerent, qui nos aliquando fatigant
Et sermone vago sollicitant populos
Et de scripturis intendunt recia nobis
Telaque vipereis illita sanguinibus.
Hos autem moneo prae cunctis esse cavendos,
Quos magus ille suis artibus implicuit,
Qui credunt claves et sacrae sedis honorem
In regum manibus et dacione situm, f. 13'.
Ut gregibus sacris pastor quandoque futurus[c]
Ante manus homini conferat, inde Deo,
Ante potestati servitem iuret in usum,
Quam regi summo spondeat obsequium.

a) *fortasse legendum est:* regis furias, *cf. v.* 842. b) peccori *c.* c) futuris *c., emendationem proposuit* LAF.

1) Ita et infra v. 4426. Paulinum misisse narratur, cf. Bart. Beverini, Annales ab origine Lucensis urbis (Lucae 1829) I, 29. S.

2) Petrus ipse Lucensibus *consecratus*, S. Mense Martio vel Aprili anni 1074. hoc factum esse videtur, cf. Meyer von Knonau, 'Jahrb. II, 354 et p. 364. Cf. Reg. Greg. I, 21, ed. Caspar p. 34 sq.

3) V. Anselmi c. 3: *atque ab illo postmodum religiose*

Ergo sedent, qui pontifices hoc ordine fiunt?
Et Christo minuunt imperiale decus?
Christus ait nullum dominis servire duobus; Matth. 6, 24.
Illi se gemino substituunt domino.
Christus ait pecudes ipsius solius esse; Ioh. 21, 17.
Illi ius ovium regibus attribuunt.
Christus ait: Per me, qui non intraverit, ille Ioh. 10, 8—10.
Fur est et pecorum cogitat exicium;
Illi per regem decertant ingrediendum
Et claves ab eo turpiter accipiunt.
Non est ista levis et contempnenda quaerela
Et contra caelum sediciosa parum.
Set non est, aiunt, mercatum symoniale,
Cum cadis in praecium propter episcopium.
Sed quid habet tanti rerum possessio tota,
Quam concessa homini forma decusque Dei?
Caetera cum brutis comunia participamus,
Haec habet a Domino solus et omnis homo.
Quare plus peccat, qui se pro munere donat,
Quam qui denarium derogat in praecium.
Denique, qui iurat, iam non est liber, et illi
Debet in obsequium, quas dedit ante manus.
Ecce vides[1], quantus et quam miserabilis error
Divinas homini complicuisse manus.
Quae te culpa quidem, fili karissime, laesit,
Set lotam debes credere tot lacrimis[2].
Quae lacrimis virtus et quanta potencia, nosti,
v. 14. Et ter collapsus edocet ipse Petrus, Matth. 26, 69—75.
Qui, nisi per fletum meruisset pontificatum,
Ad fratres alios non rediturus erat.
A![a] quanto melius et religiosius actum,
Cum te non potuit illa ligare manus,
Cum se contemptum doluit cum Symone Nero[3],
Remque novam stupuit curia cuncta diu.
Sed casus varios belli solet usus habere, cf. 2. Reg. 11, 25.
Et, qui nunc superat, mox tibi terga dabit.
Nunc igitur multo robustior esse labora
Et tales multo tudificare magis,
Ut per te videant, qui nondum penituere,
Quid sibi, ne pereant, conveniat facere.
Insta prudenter et te circumspice, fili,
Actus et mores clarificare tuos.
Ieiuna, vigila, lege, disce, corripe, palpa,
Et mala quanta vides, corrige quando potes'.
Haec ait, ille nichil contra, sed gaudet et illi
Supplicat et sese spondet in obsequium.

a) *fortasse corrigendum est:* Ah, *et signum* ! *post* v. 780 *ponendum est.*

1) V. Anselmi c. 4 (SS. XII, 14): *sed et dominus papa id solum aliquando vituperavit in illo,* scilicet quod anulum et baculum e manu regis acceperit; cf. notam sequentem. 2) Cf. ibidem: *incipit vitam suam perditissimae dampnationis aestimare . . ., illud vero ante omnia metuens, quod post catholicam electionem de manu regis annulum suscepit et pastoralem baculum.* Cf. Hugo Flav. SS. VIII, 411. S. Secundum Hugonem Gregorius ipse petente Heinrico; *in Lucensi . . electo eis* (cardinalibus) *adquievit, ut consecrationem eius differret, donec investituram episcopatus ex regio dono accepisset.* 3) Cf. supra v. 619—642. S.

At vero gemitus mesto sub corde volutat,
Atque suum Christo iudice dampnat opus.
Dum tamen omnino possit complere, quod optat,
Pervigiles curas pro grege cautus agit.
Gregorium sequitur et ei devotus adhaeret,
Quem videt in tanta sedulitate situm,
Ut iam per modicum distare putetur ab illo,
A quo principium nominis huius habet[1].
Sic vigilat, sic se macerat, sic plangit et orat
Et semper sese promptior efficitur.
Ecclesiis priscum certat renovare decorem
Et canones sacros discutit et renovat.
Ac primum Romam longeva febre dolentem
Et bellis scissam colligit et recreat.
Civiles motus et causas sedicionum f. 14v.
Sollicite quaerit et sine lite domat.
Et facto populi conventu sepe[a] per Urbem
Informat patriis legibus atque suis.
Inque brevi populum tanto devincit amore,
Et tanta legum comoditate ligat,
Ut nemo civem, nemo spoliare viantem
Audeat aut facti supplicium subeat.
Inde per externas legatos dirigit urbes
Et mandata facit regibus et populis.
Corripit, emendat, meritos pro crimine dampnat
Et non personam respicit aut faciem.
1075. (Febr. 24—28.) Format decretum[2] terras generale per omnes,
Ut nemo uxorem presbiter accipiat.
Si quis habet, sacris altaribus amoveatur;
Si contra fuerit, prorsus abesto foris
Inque sacris gradibus nulla racione ministret,
Qui[b] prius ex modico tempore continuit:
Qui vero cecidit sub sacri tempore cultus,
Lugeat et sacris cedat ab ordinibus.
Addit et, ut nullus regum, non ulla[c] potestas
Vendere presumat spirituale bonum.
Nemo per laicum sacros sibi tollat honores,
Sed neque per regem quemlibet aut dominum.
Sin alias, consors habeatur Symonis ille,
Et qui investierit Nero profanus erit.
Haec iubet et missos[3] ad eas res ordinat aptos,
Et qui non metuant pro pietate mori.
Iam nova iusticiae lux emicat et pietatis,
Iam scola tyrones in nova bella facit.
Haec videt Anselmus et, quem non senserat ante,
Concipit ardorem sanctificare fidem.
Haec[d] ubi per terras longe perlata fuerunt, f. 16.
Turbantur reges, desipiunt populi.

a) seppe c. b) *an legendum sit:* Ni (= Nisi)? c) nonnulla *a., emendavit S.* d) *fol.* 16 *loco folii* 15 *ponendum est, haec duo folia a bibliopego inter se commutata sunt; quod vidit G. Schwartz, 'N. A.' XLIII, 523—527.*

1) Cf. v. 672 cum nota. 2) In synodo Romae diebus 24.—28. mensis Februarii habita; Greg. VII. Registr. II, 52a, ed. Caspar p. 196 sq.; Meyer von Knonau, 'Jahrb.' II, 454; Hefele-Leclercq, 'Histoire des conciles' V, 1, p. 127—131. 3) Quorum nomina non constant; cf. O. Schumann, 'Die päpstlichen Legaten in Deutschland zur Zeit Heinrichs IV. und Heinrichs V.' (diss. Marburg 1912), p. 28 sq.

Turba sacerdotum miscet fervoribus ygnem
Et regum furias concitat in facinus.
Dumque cupit scelerum sordes celare suorum,
Fert contra papam regibus auxilium.
Nec sinit, ut reges subdant sua colla magistris,
Dum peccare libet et nichil inde pati.
O semper caecam, quo plus videt, ambicionem!
Dumque tegit foveam, quam male vitat eam!
Iudicium metuit, quoniam carnaliter egit,
Et quod iudicium triste, sed ad modicum;
At vero caeli censuram perpetualem
Non metuit, Christo discuciente reos.
Et quid? nunc etiam cecos non iudicat ille
Et non tradit eos cladibus et gladiis
Et dat in obprobrium et ventum dispergit in omnem
Et cum rege suo vel duce flere facit?
Ergo fremunt gentes et consiliantur in unum cf. Ps. 2, 1.
Perdere catholicos aut removere patres.
Francigenae[1] cum Teutonicis reges populique
In facinus iurant sacrilegumque nefas.
Lingua sacerdotum, gladio truculentior omni, cf. Ps. 56, 5.
Regibus et populis arma nefanda parat.
Mitius ille tamen populus[a] cum rege superbit,
Quem sua libertas nominat atque regit;
Et minus in populo desciscit clericus illo
Et minus in canones et sacra iura facit.
Et per multimodas raciones conciliorum
Ad fidei formam iusticiaeque redit[2].
Si qui non redeunt, non se per inania scindunt
Nec se iustificant, ut mala tanta tegant.
f. 16r. Teutonicam rabiem si pacificare laboras
Et revocare studes ad pietatis opus,
Hic labor est pugnare feris, mollire leones
Et quasi Lerneos evacuare lacus.
Interea sacri custos Anselmus ovilis
Non cessat rebus invigilare piis.
Et nunc hos pretergradiens, nunc otior illos,
Dum superest aliquid, nil satis esse putat.
Qualis ab exilio patriam per longa revisens
Equora, iam prolem, iam meditatur opes.
Sed licet aut zephiri molli fervore sequantur
Aut spumet gravibus acta carina nothis.
Nil satis est desiderio, dum litus amicum
Et domus obtatae plena quietis abest.
Quae retro sunt[3] non aspiciens, ardencius ille cf. Luc. 9, 62
Instat agenda sibi, quae[b] superesse videt;

a) Francorum scilicet *in marg. manu 2. c.* b) quem *c.*

1) In concilio Parisiensi, Mansi XX, 437. S. Cf. Hefele-Leclercq V, 1, p. 111. Concilium hoc falso anno 1074. adscribitur et ante a. 1075. habitum esse non potest. 2) Rangerius spectat ad concilia illa, quae annis 1076. et 1077. Hugone Diensi legato apostolico praesidente Ansae, Claromonte, Divione, Augustoduni, a. 1078. Pictavi, 1080 Iulioboni, Avenione etc. habita sunt. V. Hefele-Leclercq V, 1, p. 217—232, 280—283. De successu, quem Gregorius in Gallia habuit, cf. G. Hoffmann, 'Das Verhältnis Gregors VII. zu Frankreich' (diss. Wratislav. 1877) p. 51. S. Willi Schwarz, 'Der Investiturstreit in Frankreich', 'ZKG.' N. F.' V (1923), 255—328, praesertim p. 279 sqq. 3) Cf. infra v. 1159.

Quoque magis pensat honus et quem portat honorem[a],
Hoc minus esse videt[b] quelibet acta prius.
In tanta cura sub tanto iudice ponit
Inde suas vires, hinc mala tanta gregis,
Hinc etiam sevos morsus unguesque leonum,
Qui circumveniunt et pecus omne vorant.
His ergo in dubiis, quid agat pia sollicitudo?
Quid nisi lamentis incubet et praecibus?
Ut qui pastorem se nominat ex bonitate
Ioh. 10, 14. Et cognoscit oves, ipse potenter alat.
Hoc facit et Domino praecibus comendat ovile,
Quod comendatum sumpserat a Domino;
Perque graves estus et multa frigora noctis
Ocursat rabidis tygribus atque lupis.
Haec dum pervigili rimatur sobrietate,
Invenit obtectas dupplicitate feras.
2. Tim. 3, 5. Invenit errantes speciem pietatis habentes,
At vero solida de pietate nichil,
Matth. 7, 15. In[c] vestimentis agnilibus advenientes, *l. 15.*
At subtus cupidos dilacerare lupos;
Hos dum voce fugat et paulo durius arcet,
Non sine scissura vulneribusque redit.
Sed non terretur, quia scit non militis esse
Ante coronari, quam fera bella pati.
Dum tamen ad mentem redit anulus, omnia cedunt,
Omnia vilescunt et leviora patent,
Nec tanti putat graves perferre tumultus
Atque impugnari talibus insidiis.
Quamquam per regem suscepit pontificatum
cf. Ioh. 10, 1. Et non per portam venit in aecclesiam,
Hinc neque pastorem se iudicat[1]: ergo frequentes
Fundentem lacrimas non iuvat[d] ipse cibus.
Hunc nec papa potest verbis[e] lenire dolorem
Nec quisquam penitus religiosus homo.
Ad quoscumque venit, quantis sua facta fatetur,
Hoc vulnus reliquis omnibus ante facit.
Sed quis eum dicat delicti vulnus habere?
Quis laesam dicat sentibus hanc animam?
Non ita primevam duxit per lubrica vitam,
Non ita se docuit molliter, ut potuit.
Sed si dixerimus, quod ab omni sorde vacamus,
Nos ipsos falso nomine decipimus.
Hinc adeo plorat, qui mentis vulnera curat,
Et lapsum linguae[2] deputat in scelere.
Deputat herrorem, quod non facit ad racionem,
Et quodcumque facit plusve minusve luit.
Ipsos defectus humanae debilitatis
Ut quaedam laesae vulnera mentis habet.
Iudicium vulgi de se non curat habere,
Intus miratur se[f] suumque decus;

a) honore *c.* b) vides *c.* c) *cf. supra p.* 1174 *n.* d. d) vivat *manu 1, corr.* iuvat *manu 2. c.* e) vobis *manu 1, corr.* verbis *manu 2. c.* f) *legendum videtur:* seque suumque.

1) *V. Anselmi c.* 4, SS. XII, 14: *Nam irritum prorsus illius abominabilis investiturae aestimavit, quidquid operatus est quasi auctoritate* S. 2) Cf. Eccli. 20, 20: *Lapsus falsae linguae.* Zw.

Ad formam remeat, forma se cernit in illa,
f. 15'. Ad quam se factum caelitus esse videt.
In tantum gaudet, quantum non discrepat illi,
Quod minus aut contra, purificat lacrimis.
Et quid ad haec satis est? quid ad istam simplicitatem
Hoc in mortali carcere sufficiat?
Quid sibi vult Paulus raptus super ardua caeli,
Cum se infelicem corpore mortis ait? Rom. 7, 24.
Cumque creaturam vanis probat esse subactam, Rom. 8, 20—23.
Hoc est a veteri condicione novos,
Flere tamen iuges lapsus semperque timere
Hos quoque, quos primos spiritus ipse facit?
Et cum deplangit necdum se iustificatum,
Quamvis nequaquam conscius ipse sibi?
Hic dolor Anselmum cruciat; solacia nulla,
Set cinere et sacco languida membra domat[1].
Ipsa etiam sacrae sacra vernula religionis,
Perfidiae terror, subsidium fidei,
Sedula pontificum nutrix Matilda piorum,
Sepe[a] illum lacrimis et racione monet,
Ne se destituat, ne se sine patre relinquat
Implicitam tantis cladibus atque minis,
Neve locum faciat doctoribus impietatis,
Quod, si deficiat, machina tota ruat.
'Ecce vides', inquit, 'quia concutit[b] omnia Symon
Et iam pontificum forcior hasta tremit.
At tu, quem potui fortem sperare columnam,
In qua subsideam[c], si qua ruina labam[c],
Tu fugis et latebras in tali tempore quaeris?
Et quis servabit, te fugiente, locum?
Si metuis, recte; sed habet dilectio vires,
Ut, si perstiteris, ex pietate tegat.
Peccasti; sed habes medicinam spemque fidemque,
Sicut saepe doces, cum pia corda mones.
f. 17. Petrus[d] peccavit Dominumque Deumque negavit, Matth. 26.
Set lacrimis lotus mansit apostolicus,
Ipse miser Symon, si vere penituisset,
Quod precio peciit, gracia sola daret. Act. ap. 8, 22.
Te quoque, quandoquidem sentis cum Symone nostro,
Symonis alterius actio nulla nocet.
Omnia munda facit prorsus confessio munda,
Et te nequaquam purificare potest?
Si nos decipitis, cur haec sic esse docetis?
Si non decipitis, cur aliter facitis?
Sed me contempnis, sed non sum te patre digna;
Lucensis populus, obsecro, quid meruit?
Si meruit, quia lubricus est et sediciosus
Et cum rege suo desipit atque facit[2],
Non desunt plures, quibus error displicet iste
Et quibus est odio nominis huius odor.

a) sepae c. b) concuttit x. c) subsideat .. labat c. d) *cf. supra p.* 1174 n. d.

1) V. Anselmi c. 4: *committens se non solum assiduae lectioni, verum etiam continuae afflictioni.* S. 2) Anticipatur hic seditio Lucensium contra Anselmum, quam auctor inferius satis verbose describit. S. Sed cf. iam v. 901—914.

Hos quibus exponis, sub quo tutore relinquis?
Omnia pervadent diripientque lupi[1].
Hanc quoque iacturam si despicis, obsecro, saltem
Respice pastorem pontificemque tuum,
Qui commendavit tibi curam pontificalem
Et regis factum fecit abesse procul.
Ergo vel illius, si nostri non misereris,
His in temporibus auxiliare malis;
Et Ihesum metue, qui nos in sanguine sacro
Lavit et exspectat caelica regna dare'.
Ille tamen perstat; sed agit pietate dolosa,
Ne cuiquam pateat, cum fugitivus eat.
Ergo parat sumptus, et quae labor et via poscit,
V. Ans. c. 4. Et socios habiles, et peregrinus abit.
Alpibus emensis preceps[a] torrente profundo
Offertur Rodanus, post vada cuius eum
Respirare iubet patris gratissima sedes
Egidii[2], multis nota et amata domus,
Et miranda satis virtutum nobilitate
Atque novis rebus, quas facit Egidius
Per[b] Dominum, quin ymo Deus sua munera praebens
Per famulum, quorum signa patere facit[b],
Ut cum pendentes laquearibus hospes ab altis
Cereas[c] species[3] viderit, ipse quoque.
Gaudeat et similem, si forte rogaverit et non
Diffisus[d] fuerit, promereatur opem.
Quae dum perlustrat, mentem subit, ut pater ille
Patris opes, patriam cunctaque deseruit
Et post circuitus longos terraeque marisque
Duxit in angusto tempora longa specu[4],
Et: 'Quid', ait, 'facimus? aut quo discurrimus ultra,
Ut quid decipimur, o miseranda caro?
Fugisti patriam, cognatos deseruisti,
Sed dum te sequeris et tua vota tenes
Et famulos ducis et cenas deliciose
Atque licenter agis, non satis esse puto.
Ecce locus, fratres, et quae sunt religionis,
Dum circumferimur, et locus ipse fugit.
Egidius satis est exemplo regia proles[4],
Quem Gallis patrem Grecia maesta dedit.
Accedit, quia de Clunii[5] novitate redundat
Iugis et ad fundum vitreus iste liquor.
Hic tyrocinii nostri primordia sudent,
Iste locus ceram formet in effigiem.

a) precebs *c.* b) v. 1007 *et* 1008 *manus* 2. *in marg. additi sunt c.* c) ceteras *c., cf. v.* 1030. d) diffusus *c.: cf.* 45 *fere Matth.* 17, 19 *et similia dicta in Biblia.*

1) Cf. Sulpicius Severus, Epistola III. de morte s. Martini (ed. Halm, Vindob. 1866, p. 148): *Cur nos, pater, deseris? aut cui nos desolatos relinquis? invadent gregem tuum lupi rapaces.* 2) St. Gilles, dioc. Nemaus. Hoc loco Rangerius ab auctore Vitae prosaicae discrepat, qui c. 40 dicit Anselmum in monasterio S. Benedicti in ripa fluminis Eridani monachum fuisse, id est in monasterio Padolironensi, ut et 'Memor. Lucch.' V, 1, 331 et Wilmans SS. XII, 1, 24 interpretantur. S. Rangerius verum tradit, quia a. 1075 monasterium S. Benedicti inter Padum et Larionem situm abbati Cluniacensi (cf. v. 1027) nondum subiectum erat, sed monasterium S. Aegidii iam a. 1066, vel annis proxime sequentibus subiectum est; cf. 'N. Archiv' XLIII, 537 sqq. 3) Bacula vel similia, quae sanati in ecclesiis suspendere solebant. S. 4) Cf. Vita s. Aegidii, AA. SS. Sept. tom. I, 299—303. 5) Cf. v. 1004 cum nota.

Hic deponatur vetus haec et terrea vestis,
Et nova texatur, quam nova lana facit.
De veteri lana conteximus omnia vana,
Iste locus lanam fertque facitque novam.
Quid novus ad veterem? iam denique peniteamus
Et discamus in ac bellica signa domo'.
Nox erat[1], et sociis somnoque viaque gravatis[2]
Se monasterio contulit atque Deo.
f. 18. Expergiscentes et eum non invenientes
Omnia percurrunt et veneranda loca,
Quo vix invento, clamoribus omnia replent
Et lacrimis, quales tanta quaerela dabat.
Sed qui iam mundum dampnarat et eius amorem, cf. 1. Ioh. 2, 15.
Non sentit lacrimas et fugit ad latebras. 1078. Mai — Dec.
Scilicet illius non immemor, ad Benedicti
Formam nutrices deserit et socios[3].
Ergo illi redeunt miracula tanta stupentes,
Mirantes hominem non moriendo mori.
Ille autem vivit et se tum vivere primum
Cogitat et gaudet vincula rupta sibi,
Ut quem tempestas[4] longa formidine terret
Et circumducit exagitatque diu
Et nunc sublimem velut inter sydera tollit,
Nunc inter fluctus retrahit in baratrum,
Nunc rapit in scopulos, at nunc illidit arenis,
Si tamen amissis rebus abire potest,
Felicem sese tum primum sentit et illas
Sarcinulas vel opes laetus abire sinit:
Sic mundi curas et pondus diviciarum
Anselmus quoque[a] gaudet abisse modo.
Haec est excelsi manus et mutacio dextrae, Ps. 76, 11.
Qua datur, ut iustus iustificetur adhuc Apoc. 22, 11.
Et, qui sordebat, ut nix in frigore fiat
Aut sicut lanae candida forma novae.
Sic, ubi mutatus habitu veteresque professus
Exuvias iterum ponere, cura fuit
Non altum sapere, sed nec sublimia fari
Et parere patri dulciter et socio.
Et quasi tunc primum fidei cepisset odorem
Sensissetque[b] bonae gaudia longa spei,
Sic ardet fontemque novae dulcedinis istum,
Quo magis accedit, longius esse putat.
f. 18'. Ah! quociens luget, quociens mala gaudia plangit
Et plorat laqueos, terra caduca, tuos,
Cum videt e summo quasi culmine religionis,
Et quod formidat et quod habere cupit.
Aspicit hinc vallem piceo fetore calentem,
Hinc colles plenos floribus atque rosis.

a) *ita c.;* quoqqo *legendum esse videtur Hofm.* b) Sensitque *c., emendavit Schw.*

1) Cf. Horat., Epod. XV, 1, Ovid., Ex Ponto III, 3, 5: *Nox erat et ...* Initia plura: *Nox erat et ...* vide apud Paul Lehmann, 'Pseudo-antike Literatur des Mittelalters' ('Studien der Bibliothek Warburg', hrsgb. von F. Saxl XIII, Leipzig-Berlin 1927) p. 9. 2) Cf. Luc. 9, 32: *gravati erant somno.* 3) Cf. Gregorii M. Dial. II, 1 (Opera ed. Bened. II, col. 209; ed. Moricca p. 75): *nutricem suam occulte fugiens.* S. 4) Cf. v. 495.

Quis referat flores distinctos et redolentes,
Quos non ad tempus haec paradisus alit?
Hinc procul et fetor et quae loca fetida gignunt,
Quae miseras mentes turpiter afficiunt.
Haec admirari, perquirere vel memorari
Angelici plane luminis instar habet.
Vallis in abiecto vivit terraeque profundo
Deliciosa domus et speciosa lues.
Mons est a vicils et ab ac putredine magnus
In sublime poli sydereumque decus.
Ps. 120,1. Ad montes oculos collesque[a] propheta levabat,
Unde rogaret opem subsidiumque sibi.
Set mons est unus et montibus alcior istis,
Ad quem debet homo corda manusque dare.
Christus habet flores et verni ruris hodores,
De quo florescunt, qui sua iussa tenent.
Hos terrenus homo nescit, quia corde gravatur
Et sensu carnis debilitatur adhuc.
cf. Rom. 8, 6. Carnis enim dilecta Deo prudencia non est
Nec iussis eius illa subesse potest.
Et sicut tenebris lux est contraria semper[b]
Et tenebrae luci iugiter officiunt,
Sic animalis homo divinum nescit hodorem,
Et quae discernit spirituālis homo.
Sit licet eloquio fervens et noverit alta
Atque profunda Dei, dum caro regnat ei,
cf. Iob 18, 35. In tenebris palpat et adhuc caecutit et errat,
Tamque minus noscit, quam minus illut amat.
Hanc ad notitiam non multa legendo[1] venitur; 1, 19.
Solus amor sensit atque docere potest.
Hinc etiam Christus famulis sacra dona daturus
Promissumque patris exibiturus eis
Ioh. 14, 26. Dixit: 'Cum veniet, quem mittam, spiritus ille
Et vos lustrabit, omnia scire dabit'.
Omnia discuntur per amorem, quicquid amamus,
Inspirante Deo novimus et sapimus.
cf. Ioh. 4, 13. Hunc fontem quicumque bibit, non sydera curat
Et rerum causas discere vel numeros,
Atque caballini non quaerit pocula fontis[2],
Omnia cum solo novit habetque Deo.
Dumque magis purgat mentem caligine carnis
Et desideriis eius et inlecebris,
Hoc magis et lucem dulcedine conflat et ignem
Transcenditque polos angelicasque domos.
Set quibus haec loquimur, et quid per tanta moramur?
Anselmus discat intus et intus agat.
Ergo latere volens et sese dissimulare,
Matth. 5, 15. Non valet abscondi, quando lucerna potest,
Admiratur eum fratrum conventus et illi
Obsequium promta sedulitate facit;

a) collesque *addit man.* 2. c. b) *loco huius versus scripserat manus* 1: Et sicut tenebris c luci iugiter officiunt, *quod man.* 2. *correxit,* c.

1) Cf. v. 1185. 2) Hippocrene fons. LAF. Cf. Pers. prol. 1: *fonte . . . caballino.*

Inque brevi cunctos tanto perfundit hodore,
Ut lapsum coelo manna tenere putent.
Omnis in Anselmo sibi sentit ab etere missum,
Quo soleant pasci corda quieta, cibum.
Pascuntur verbis, pascuntur religione,
Pascuntur lacrimis illius atque fame.
Abbas vero virum circunspicit et notat intus
Virtutum radios, quos movet ipse Deus.
At foris hortatur, rogat, instruit et memoratur
Multiplices lapsus, insidias Satanae.
f. 19'. Exultat, quia rupta videt tot ferrea vincla
Ereptamque feris manibus hanc animam.
At quia magnus homo, magna de gente creatus,
Et capud egregiae plebis et urbis erat,
Plus metuit, ne more suo circumfluus anguis cf. Gen. 3, 1 sqq.
Suggerat et vetiti tangat amore cibi.
Hinc crebro affatur atque exemplaria patrum,
Qui mundi latas deseruere vias,
Mandat scrutari semper meliora videre cf. Hebr. 6, 9.
Atque salutiferae commodiora viae.
Laus tibi, Christe, tuos qui sic deducis alumnos
Et pro terrenis utiliora paras.
Te sitit Anselmus, tibi supplicat ante virentem
Nec veteri victum debilitate senem.
Quis ferat Anselmi fletus, et qualiter abba
Solatur lacrimas flebilis ipse pias?
Anselmus plorat, quia tempora perdidit et se
Usque modo vanas scit tenuisse vias.
At senior contra veteris dispendia vitae
Deputat in melius religione nova.
'Quae retro sunt[1]', inquit, 'iam preterisse sinamus;
Si bona sunt, videat, qui videt atque probat.
Sin aliter, multo magis est quandoque videndum,
Ne bona, quae restant, tempora depereant.
Te tamen et morum gravitas et maximus ordo,
Quem geris, hostendunt, antea qui fueris.
Nos tibi de vita meliori sive superna
Multa loqui remur[a] pene supervacuum.
Iste locus liber est scriptus non pollice docto,
Non atramenti murice sive croco.
In tabula cordis digito Deus omnia scribit,
Et multo melius, quam Moysi loquitur.
Hinc et tu poteris per te cognoscere vitae
Formandae melius quaelibet apta tuae.
f. 20. Una tamen res est, quam nos persepe docemus,
Ut, quicumque sapit, non sibimet sapiat.
Grammaticus, rethor, dialecticus omnia turbant
Et loca corrumpunt sacra tumore suo.
Quales helegit doctor bonus[2] alta docere
Et carnis sensum subdere spiritui,
Ut per stultitiam superaret philosophiam,
Non argumentis, non raciociniis,

a) remur *proponit Zacölfer*; putare rem *manu* 1, putamus *corr. man.* 2. *c.*

1) Cf. v. 885. 2) Scil. Deus, cf. 1. Cor. 1, 27: *Stulta ... elegit Deus, ut confundat sapientes*, etc.

Tales Egidius desiderat et Benedictus,
Qui nos informat atque reedificat;
Qui Romam missus, ut eorum disceret artes[1],
Advertit laqueos demonis atque dolos
Elegitque Deo non multa legendo[2] placere,
Quam tali studio tollere se Domino.
Sic fugiit, sic delituit solusque sub antro[3]
Addidicit praecibus, quod neque Roma capit.
Quis Romanorum radio conspexit in uno
Mundum[4], quae capere philosophia potest?
Adde, quod Rigonem[a.5] regalia signa ferentem
Arguit et Totilam[6] novit et admonuit.
Sed iam sufficiat, quia, qui se scire laborat,
Non eget eloquio Socratis et studio,
Non eget astrorum cursus et tempora scire,
Et quae nota Maro posse beare putat.
Et nos ergo scolas non exspectamus inanes,
Et si quae sapimus, talia reicimus.
Scire Deum satis est, quo nulla scientia maior:
Et quis scire Deum sive videre potest?
Ars est una tamen, qua[b] discitur atque videtur,
Sed non hanc docuit Tullius aut didicit.
Qui vacat et mentem rerum caligine purgat,
Comparat intuitum mente[c] videre Deum,
Non sicut corpus magnum parvumque videtur, f. 20v.
Aut sicut moles terrea concipitur,
Aut sicut pietas aut mens discernitur ipsa,
Sed miro quodam sydereoque modo.
Qui modus haec primum vult fundamenta locare,
Ut mens a levibus cesset imaginibus
Et mundi curas, ubi senserit apropiare,
Fortiter excludat et foris esse sinat.
Et cum non poterit, Ihesum vocet atque praecetur,
Ut gressum figat et fuget has tenebras.
Ihesus habet lucem, sine quo mendicat et errat,
Qui se cumque putat scire vel esse aliquit.
Hanc ad doctrinam carnem macerare valebit
Et vigili cura sollicitam facere.
Set modus est; et in hoc multos peccasse videmus,
Qui non castigant corpora, sed perimunt;
Dumque putant carnem servili more domare,
Lassescunt, languent et medicantis egent.
Ac tum solliciti fiunt et murmuriosi
Et vexant alios debilitate sua.
Ergo sit hebrietas procul atque crapula nobis,
Et satis est nullo corda[d] gravare cibo[7].

a) et Rigo *c.* b) quia *c.* c) mentem *c.* d) corde *c., emendavit LAF.*

1) Dialogorum s. Gregorii lib. II, initium (Opera ed. Benedict. II, 208). S. 2) Cf. v. 1107. 3) Cf. Gregorium l. l. c. 1, Migne, PL. LXXVI, 128. 4) Cf. Gregorium l. l. c. 35, Migne, PL. LXXVI, 198: *Mira autem res . . ., quia sicut post ipse narravit, omnis etiam mundus velut sub uno solis radio collectus ante oculos eius adductus est.* 5) Cf. Gregorium l. l. c. 14. S. 6) Ibidem c. 15. 7) Ad versus 1219—1226 cf. Iohannis Cassiani De institutis coenobiorum l. V, c. 5, 7—9 ed. M. Petschenig (CSEL. XVII, 84—88).

Prodest et linguam compescere sive ligare,
Ut vix quaesitum possit habere sonum.
Multa loqui mentis conturbat simplicitatem[1],
Et passim rapimur multiplicante sono.
Hic quoque corporeus, dum currit ad omnia, visus[a]
A contemplando fertque traitque Deo;
Non tamen illius meruit demencia laudem,
Qui sibi iam cecus lumen utrumque tulit.
Sunt et quae poteris discernere noxia quaedam,
Et quae non poteris innumerabilia.
Tu tamen esto vigil et pervigil illa[b] notare
f. 21. Atque notata semel frangere vel fugere.
Unum, quod superest, in verbi calce monemus,
Ut, quae iussus eris, continuo facias.
Iniussus nichil arripias; contende placere
Omnibus et fratres hos quasi frater habe'.
Sic senior; contra paucis ita reddidit ille,
Carne quidem iuvenis, sed gravitate senex:
'Non est discipuli sese conferre magistro; cf. Matth. 10, 24. 25.
Sufficit ad meritum, quo vocat ille, sequi;
Non ego contendo sapiens mihi velle videri, cf. Prov. 26, 5. 12.
Qui non haec facerem[c], si mihimet saperem[c].
Sed quia non sapio, subiectus ad omnia fio,
Gratulor auctori, qui mihi tanta facit.
Deserui vanos homines et sediciosos,
Deserui mortem, deserui baratrum;
Inveni patrem cum fratribus et paradisum,
Inveni vitam cumque quiete Deum.
Desipiam, si non faciam vigilanter et omni
Cura, ne perdam, quae bona tanta datis.
Adiuvet Omnipotens, sed et intercessio vestra,
Ut non deficiam[d]'. Sic ait et latebram
Laetior ingreditur, ubi caelicus ordo moratur,
Et se militiam format ad angelicam.

Erepto sociis Anselmo rumor in omnem
Spargitur Italiam[e], non sine tristicia.
Lucensis vero clerus populusque patresque
Lugent exicium corde dolente suum:
'O, quid fecisti, pastor bone, deseruisti
Plebem commissam caelitus et patriam!
Quae racio, quae causa potest purgare reatum[f]
In mortem tantas precipitasse animas?
Ut sedeas solusque vaces, pecus omne vorandum
Liquisti saevis saevior ipse feris.
Ergo boni pastoris erunt haec signa, luporum
Morsus et iuges insidias fugere?
f. 21'. Quid Petrus? Non opposuit capud ille periclo?
Et Paulus simili non cecidit gladio?
Denique Martinus, Turonorum pastor et huius
Custos aecclesiae, monachus ante fuit;

a) vissus c., *emendavit LAF.* b) ista *manus 1, correxit* illa *manus 2, c.* c) faceret, saperet *c.; cf. v. 1174.* d) deficiat *c.*
e) Italia *c., emendavit LAF.* f) *sequitur signum interrogationis c.*

1) Cf. Prov. 10, 19; Reg. Benedicti c. 6 et 7 l. 130 (ed. Woelfflin).

Sed cum tederet[1] et multis opprimeretur[1],
Ad monasterium non retro terga dedit.
Et nunc, quid facimus? Sine praesule vivere mors est;
Te vivo nobis nemo praeesse potest.
Iuncta viro mulier divina lege tenetur
Et vivente viro non erit alterius'.
Sic flentes papae rem gestam scribere curant
Et reddi patrem multa dolendo rogant:
'Si pater es nec filiolos abdicere quaeris,
Nunc erga miseros viscera patris habe.
Orbati sine morte sumus, vivoque parente
Nec pater est nobis nec sine patre sumus.
Luca quidem levis est populus[2] multumque fatigat
Atque gravat mores improbitate bonos.
Set laceras pecudes non debet spernere pastor,
Quas comisit ei provida cura Dei.
Si capud aut stomacum iam nulla molestia tangit,
cf. Matth. 9, 12 Non opus est medicis aut medicina mali.
Quo magis erramus, magis et rectoris egemus,
Et qui corripiat durius et feriat.
Nunc igitur patrem, quem desuper ipse dedisti,
Qui nos lactabat dulcibus alloquiis,
Redde peroratus per Christum, per pietatem,
Sicut oves curas, et sine fraude vivas'.
Papa videns viduam non sicut funere Lucam,
Factum miratur et dolet; at populi
Detergit lacrimas, promittit reddicionem
Et grates studio laetificatus agit.
Sicut pastoris vigilancia curat ovile,
Sic et pastorem quaerit ovile suum. — *f. 29.*
Ioh. 10, 14. Pastor oves pascit, pastorem novit ovile,
Absentem quaerit et vocat et repetit:
'Hoc bene fecistis, sed iam desistite, fratres,
Et gaudete magis glorificare Deum.
Sensistis tandem vestri pastoris amorem
Et desiderium, quo calet ante Deum.
Non est Anselmus, quales mala curia mittit,
Et si misit eum, penitet atque luit.
Nunc quasi de caelo venientem suscipiemus
Et vobis alium restituemus eum'.
Sic ait et format voces et praecipit illi,
Vita Ans. c. 4. Ut iam iam redeat aut anathema ferat.
'Peccasti: quis te docuit, quae littera monstrat,
Ut semel acceptam destituas cathedram?
Quando potest vivus nuptam viduare maritus?
Sed neque converti, si negat illa, potest[3].
1. Cor. 7, 10. 11. Hoc sacramentum Paulus declarat aperte,
Et Christus speciem dicit et ecclesiae.
Quando dimittit[a] iunctam sibi sanguine Christus?
Quando facit viduam, quam fovet, aecclesiam?

a) dimittat *man.* 1, *corr.* dimittit *man.* 2, *c.*

1) Cf. fortasse Sulpicii Severi Vitam s. Martini c. 10, § 3, nota, et versus 901—914. 3) Cf. ex. gr. Anselm. (ed. Halm, CSEL. I, 120). 2) Cf. supra v. 984 cum Coll. can. X, 20; Boniz. Decr. VI, 16. VIII, 46. Zwölfer.

Sic ergo Christy quicumque vicarius extat,
Non debet nupta sponte carere sua.
Una tamen causa est, qua posset dissociari,
Si corrupta fides, si male scisma sapit[1],
Sicut dissolvi carnalia vincula possunt, Matth. 5, 32.
Ut semel alterutrum foedat adulterium[2].
An[a] gratus[a] quippe torus est, ut decidat alter,
Et breve palliolum non bene utrumque tegit.
Sed domino Ihesu Christo miseranter agente
Catholicam servat nunc quoque Luca fidem.
Quod metuis, scimus, sed iam satis esse putamus
Planctus et lacrimas, frater amande, tuas.
f. 22r. Ergo negas Petrum dissolvere posse reatum?
Ergo negas illi tradita claustra poli?
Si sic sentimus, frater, perversa docemus,
Nec tu, si sentis talia, salvus eris.
Ieiunes licet et corpus vigilando fatiges
Et fixis genibus lumen ad astra leves,
Non potes ad veniam nisi sic credendo venire,
Sicut nos docuit, qui docet ipse Petrus.
Ergo redi veteremque tuum depone tumorem,
Quem nimium blanda simplicitate tegis.
Hiccine non tumor est et ceca superbia nolle
Credere vel patris consilium fugere?
Scilicet in latebris Deus est absconditus atque cf. Matth. 4, 1 sqq.
Destituit sedes deseruifque suas. Luc. 4, 1 sqq.
Nunc illi loqueris, illi commissa fateris
Iamque lavas nitido corda manusque nitro. Ierem. 2, 22.
Nos peccatores, qui vitae verba docemus,
Qui solem patimur[3] pro grege, quem[b] regimus.
Non sentis adeo, vel cum dolor alcius urget,
Lamentum populi tristiciamque tui?
Quantae te viduae, quibus est sollacio[4] nulla,
Quanti pupilli nocte dieque gemunt!
Non redit ad mentem Matildis, te moritura
Sublato studiis consiliisque suis?
Me taceo, me pretereo, quem si voluisses
Vivere, sub tanto pondere non fugeres.
Denique non retines, quia, cum residente Maria
Sollicitaretur Marta labore, stetit[c.5] cf. Luc. 10, 39—42.
Et doluit solam verbum gustare Mariam,
Set neque consedit nec tamen illa stetit?
Debueras ergo nobiscum sollicitari
Et non ipse tibi quaerere, quae tua sunt. Philipp. 2, 21.

a) *fortasse* Ingratus *legendum. Hofm.* b) quam *man.* 1, *corr.* quem *man.* 2, *c.* c) stetid *c.*

1) Cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' III, 265—268, § 161a ('Der Verzicht auf das Kirchenamt'), qui tamen de causa resignationis a Rangerio allata non tractat. 2) Gregorius I. papa in litteris infra ad v. 1405 adnotatis dicit: *Nam excepta fornicationis causa virum uxorem dimittere nulla ratione concedit (divina lex);* (cf. ex. gr. Anselm. Coll. can. X, 19 et Boniz. Decr. VI, 15. Zwölfer). Rangerius hoc praeceptum simili modo de spirituali matrimonio episcopi cum ecclesia (scismatica) interpretatus est. 3) Cf. Liber diurnus form. XLV (De usu pallei; ed. Sickel p. 82): *Si pastores ovium solem geluque pro gregis sui custodia . . . ferre contenti sunt* etc. 4) Haec vox aput antiquos Romanos non usitata pro solatiolum vel solatium sumpta esse videtur; italice 'sollazzo' hodie germanice interpretantur 'Vergnügen'. Cf. ex. gr. infra v. 1447. 5) Hic, ut saepissime in scriptis medii aevi, vita monachi contemplativa cum Maria (Luc. 10, 39), vita activa (clerici vel episcopi vel etiam saecularis) cum Martha (Luc. 10, 40. 41) comparatur.

Assideant Domino, quibus est permissa potestas;
Tu, cui[a] susceptum deseris officium?
Porro turbamur, sed et hoc patet esse necesse, f. 28.
Et Domino Marthae sollicitudo placet.
Ergo redi curamque datam ne desere, si me
Curas et Petrum quaeris habere ducem[1].
Abbati vero scribit[1], rogat atque decenter
Arguit et tandem non retinere iubet:
'Scimus, quicquid agis, quantum potes ipse videre,
Ad laudem Christy convenienter agis.
1 Cor. II, 1: Et sicut Paulus omnem desiderat esse
Consimilem factis consiliisque suis,
Tu quoque sic optas; sed non est, optime fili,
Una salutiferae secta putanda viae.
Conveniunt Christo virgo, thorus et viduata,
Conveniunt fortes, conveniunt fragiles.
Convenit armorum ratio pro pace tenenda,
Convenit et domitor ruris in arte sua
Convenit orator supremus et ultimus ordo,
Per quem subsistunt atque valent alii.
Nec minus apta Deo concedimus ocia vestra
Gen. 29, 16–24: Et Rachel[2] lumen novimus et speciem.
Set neque tu lippam debes contemnere Lyam[3],
Quam patriarcha[3] sibi pro grege consociat;
Nonne magis lippus iusta ratione videtur,
Qui propter speciem ducere vult sterilem?
Gen. 29, 16. 26: Adde quod et maior natu describitur ista
Atque maritali dignior ante thoro.
Sic legimus, sed vester amor, nisi decipiatur,
Semper in amplexu Rachel habere cupit,
Inde adeo quasi preter eam via nulla salutis
Iam plus, quam satis est, dicitis et facitis.
Quae ratio Lucam fecit viduare marito?
Quando potest solvi copula coniugii?
Numquid Gregorius[4] non damnat religionem,
Quam non consensus roborat atque facit? f. 93.
Nonne iubet reddi iam tonso crine maritum,
Qui contra placitum coniugis induerat?
Nonne maritus erat, quem tu tibi subripuisti,
Quem tua vel Lucae vel mihi culpa tulit?
Obsecro, nonne tibi lamenta videre videris,
Quae facit ante Deum plebs viduata suum?
Fac igitur te ipsum quasi iudicis ante tribunal
Et pro te iussum[b] dicere, quid facies?
Quid respondebis? Clamat viduata marito,
Clamat ovis metuens insidiante lupo.
Quid, cum sit Dominus, qui iudicat, et pecus eius,
Quod perit, et proles illius ipsa dolens?

a, *da y... fortasse cur legendum.* b: vissum c., *emendavit Etc.*

1: Tales litterae Gregorii, quas in aestate vel autumno anni 1075 datas esse necesse est, hodie non exstant. 2: Etiam Rachel et Lia scriptoribus medii aevi vitam contemplativam monachorum et activam cleri saecularis repraesentant. 3: Iacob. 4) Gregorii I. Registrum XI, 30 (MG. Epp. II, 300 sq.): *volumus, ut maritum suum illi, vel si iam tonsuratus est, reddere omni debeas excusatione cessante* etc. Schw. (Cf. ex. gr. Anselm. Coll. can. X, 19 et Boniz. Decr. VI, 15. Zwölfer.)

Haec tu debueras animo tractare nec unquam
Iniussu[a] nostro; pontificem sed age,
Redde virum viduae, proli quoque redde parentem,
Pastorem peccori, pontificem aecclesiae.
Sin alias, et ei non proderis et tibi durum
Iudicium facies praesule Gregorio[1].
Abba videns papam contra sua cepta iubere
Anselmum tristem tristior ire sinit.
Quis referat fletus, clamores atque querelas,
Quas fecit in celum religionis amor?
'Me miserum, quonam redeo! Quae stagna baratri,
Et quas[b] intueor Eumenidum facies!
Quos mihi terrores et quae tormenta minatur[c],
Qui cubat in Stigio Cerberus ille lacu!
O durum patrem! Quis facit[d] talia patrum,
Quis nisi crudelis audeat ista pater!
Sed quid agam, quid te cruciem venerabilis ordo,
Quem video lacrimas non bene ferre meas?
Ite Deo, laudate Deum, gustate saporem,
Quem de mellifluo flumine concipitis.
l. 94. Caelestis patriae felicia mella sitite,
Et vos a nostris eripitote malis.
Me tamen in manibus vestris clementer habete
Et memores fratris multiplicate praeces'.

3.

Sic redit. Ut primum Lucanam venit in urbem, 1075. (ante Dec.)
Occurrunt laetis vocibus et modulis.
Suscipitur cum laetitia plausuque doloris,
Sicut ab exilio redditus aut tumulo.
Ille brevi solatus eos et gratificatus
Festinat summum visere pontificem.
Hic sese in medio cleri populique senatu
Arguit et baculum ponit et officium. V. Ans. c. 4.
Sed visis adeo sacris racionibus atque
Praecepto Domini cum praece Gregorii
Sumit item baculum plorans et pontificatum
Et Lucam remeat, quam regit et recreat.
Tum vero tanquam caeli de flumine potus Ib. c. 5.
Omnia longe aliter et facit et loquitur.
Praedicat instanter nec iam velut ipse, sed alter
Martinus gemino fungitur officio;
Et sic pontificis opus exibet[1], ut tamen esse
Hoc magis incipiat monachus et studeat.
Inter utrumque tamen sic se regit et moderatur,
Ut non offendat quemlibet his vicibus.
In populi cura velut in statione fidelis
Contra latrantes pervigilanter agit;
Et longe lateque suos percurrere fines
Non cessat, ne quid[e] de grege dispereat.

a) invisu *manu* 1. *c.* b) quos *c.* c) minantur *c.* d) *ita c.*; fecit *legendum esse videtur.* e) nequit *man.* 1, *correxit* ne quid *man.* 2, *c.*

1) Cf. Sulpicii Severi Vita s. Martini c. 10 (ed. Halm, CSEL. I, 120): *adque ita ... implebat episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi virtutemque desereret.*

Per se perque suos consortes atque ministros
cf. Matth. 25, 29. Multiplicat Domini bina talenta sui,
Quos modo privatim, modo caetu conciliato
Informat sese pascere, deinde gregem.
'Clerus', ait, 'fratres, si Grecum discuciamus f. 24v.
Eloquium, sors est[1]; ergo videre decet
Huius vim vocis subtiliter et racionem.
Quando dividimus sorte, quod accipimus,
Et conservandum semel est et multiplicandum,
Nec licet eligere vel data reicere.
Ergo sortiti Dominum Dominumque secuti
Oderimus censum, qui fugit, et vicium.
Porcio nostra Deus; cur ergo sollicitamur?
Quid satis est, cui non sufficit ipse Deus?
De vestimento, de potu deque ciborum
Cura gentilis sollicitetur homo.
Qui Christum sequitur, non curis afficiatur,
Non metuat frigus despiciatque famem.
Sed nos precipue, quos sacra altaria pascunt,
Non decet augendae curam adibere rei[a].
Sic legitis, sic et canones sancire videntur,
Sic evangelicus sermo et apostolicus,
Ut, quicumque Deo pure servire laborat,
De nostro studio discat et eloquio
Spernere labentis curas et gaudia quaestus
Et desiderio iam super astra gradi.
Matth. 16, 26. Quid prodest homini numerosa peccunia? Quare
Claudimus[b] ad vitam viscera perpetuam?
Quis credet nobis, cum viderit haec facientes,
Et non nos potius hoderit et fugiet?
Inde rogo, iam sufficiat[c] tam turpis abusus,
Et memores vitae simus apostolicae.
Sufficiat nobis potus, cibus et tegumentum;
Absit avariciae quaestus et atra fames.
V. Anš. c. 6. Vivamus pariter, vivamus religiose,
Non nos confundat posteritatis amor;
Non generis nos decipiat, non cura nepotum: f. 25.
Quisquis eget, nobis sit pater atque nepos.
Matth. 12, 47—50. Illos curemus alere et vestire parentes,
Marc. 3, 31—35. Propter quos matrem Christus habere negat.
Luc. 8, 19—21. Hoc studium sequitur tanquam propagine ducta
Virtutum numerus et speciosa seges,
Sicut habere solet pestis contraria fructum
Ex omni labe criminis innumerum[d].
Haec passim dum sepe docet, conducit in unum
Plures atque simul sic habitare facit,
Ut, quod ab altari venit officioque sacrato,
In rem comunem confluat atque domum.
Multi turbantur, quibus est aliena voluntas,
Et necdum veteri purificata malo,

a) ei *man.* 1, *corr.* rei *man.* 2, *c.* b) cludimus *man.* 1, *corr.* claudimus *man.* 2, *c.* c) *vox haec aliam vim hic habet quam in v.* 1499, *nisi forte falso ex v.* 1499 *hic intrusa est pro alia (subsistat?).* d) in numerum *c.*

1) Cf. Rangerii librum de anulo et baculo v. 101 sq. p. 341); Hieronymi epistola 52, 5 (ed. Hilberg, CSEL. (MG. Libelli de lite II, 511); Deusdedit presb. cardinalis LIV, 421); Anonymi Vita Anselmi prosaica c. 5. Schw. libellum contra invasores et symoniacos cap. III, 1 (ib.

Quorum quamplures mulieribus associati
Insudant viciis et scelerum studiis.
Et quia iam turbo movet omnia sedicíosus,
Non metuunt sancti spernere iussa viri.
Ille tamen pugnat et eo maiora minatur,
Quo magis et Satanam cernit obesse sibi.
Alloquitur fratres de culmine pontificali,
Ut vivant, sicut regula sacra iubet,
Et modo blanditur, modo se quoque pollicitatur
Consortem studio participare pio. V. Ans. c. 6 et 7.
Nunc, nisi conveniant simul et simul omnia fiant,
Paenas a summo patre minatur eis.
Audierat papam sic praecepisse Leonem[1]
Et plures doctos egregiosque viros
Et per scripturam legem firmasse perhennem,
Ut vel sic faciant vel sacra non adeant.
Audierat, sed non satis est audisse, superbus
Et reprobus resilit et manifesta negat.
Vir quoque discretus et quod racione videtur
f. 85r. Subnixum trepidat, dum sine teste probat.
Ut vero legit preceptum et condicionem
Et iam iam chaos triste patere videt,
Si taceat, si disimulet[a], si denique parcat,
Post dulces monitus mellifluasque praeces,
Cum iam nulla subest curacio blanda dolorum,
Ne pereant, medicum vulnus ab ygne petit
Et maerens fratres synodum vocat ad generalem[2]
Et sic concilio se levat in medio.
Obsistunt plures numero, sed garrulitatem
Spiritus obsistit, qui docet et loquitur:
'Si moveam litem pro rebus inanibus', inquit,
'Si pro diviciis, insipienter agam.
Convenio fratres de vita, de pietate
Et iam praemonui convenienter eos.
Dixi privatim, dixi comuniter illis,
Ut iam iam vivant insimul et iaceant.
Clericus a clero si dici iure videtur[3],
Hic bene sortitur, qui Dominum sequitur.
Hoc genus acephalum, sicut sapienter habemus,
In nullo prorsus ordine stare potest.
Si laicos dicas, cleri sacra signa resistunt;
Si clerum, luxus et vaga vita negat;
Si geminas, Ianum facies monstrumque biforme,
Quas formas ideo fabula prisca tulit.
Aut igitur vivant ad nominis huius honorem,
Aut nomen ponant et sacra signa sinant.
Sic egi, sic admonui, fecine[b] decenter?
Feci sincere? Si placet, accipite

a) ita c. b) feci ne c.

1) Cf. supra v. 409 sq. S. 2) Rangerius omnia, quae Anselmus, Gregorius, Mathildis annis 1076—79 cum canonicis Lucensibus de vita communi instituenda egerunt, in synodo Romana (anni 1079?) simul acta esse fingit; cf. Overmann, 'N. Archiv' XXI, 417 sq. Sed etiam auctor anonymus Vitae prosaicae c. 8, SS. XII, 15 sq., similia quaedam de synodo Romana (anni 1079) narrat atque Rangerius. 3) Cf. v. 1471 sq. S.

Et munite meam vestra racione loquelam
Hoc in conventu; sin secus, arguite.
Non sum tam durus nec tantae simplicitatis,
Ut, si iusseritis ponere, non taceam.
At si Ieronimum mecum sentire videtis
Atque Augustinus[1] praecipit istud idem, f. 28.
Obsecro consensum vestrum vestrumque favorem,
Ad quod Alexander[2] et Leo nonus agit[3].
Quod nisi sancxissent tanto terrore minarum,
Ut se corrigerent aut anathema forent,
Quamvis iniuste, quamvis inconvenienter,
Ad tempus poteram dissimulare suum.
Nunc autem videat prudencia vestra manusque
Et mihi consilium prestet et auxilium.
Vivere non possum cum talibus, ire negatis,
Et semel expertum non tulit iste locus:
Ut redii, quia non tenui divorcia lata
Matth. 7, 14. Atque per angustum sum meditatus iter,
Horrescunt, mordent, conspirant, insidiantur
Perniciemque mihi voce manuque parant.
Si docui, quod non volui pro comoditate
Istius officii vel prius arripere,
cf. V. Ans. c. 7. Peccavi, quin et super haec maiora spopondi,
Ut vel promissis muneribus caperem.
Haec[a] quoque, sed vereor presentem magnificare,
Qualem se exibuit, ipsa referre potest.
Quam circumspectam, quam dulcem quamque benignam
Ipsis et patribus pignoribusque sacris!
Nunc, ubi non potui per me satis ipse monere,
Ad vos deduxi, ne videar premere'.
Hic aliquis contra: 'Res est ita, iamque negare
Nolumus et probro per loca multa sumus[b].
Sed quid? Apostolicas leges patrumque piorum
Novimus et norunt, qui tamen haec faciunt.
Novit Alexander, sed discretissimus ille
Sustinuit morem temporis atque modum.
Hic quoque fecisset, sed sicut monachus esse
A puero voluit et fore proposuit,
Nos et consimiles exoptat habere sodales, f. 29'.
Eph. 5, 27. Quaque potest, rugam non sinit et maculam.
Laudamus studium, complectimur utilitatem
Et grates agimus et fieri cupimus.
Quis, nisi desipiat, non optet et optimus esse
Atque inpollutam semper habere domum?

a) Matilda *in marg. man. 2. addit c.* b) simus *man. 1, corr.* sumus *man. 2, c.*

1) Rangerius hic ex libro, quem Anselmus de vita canonica scripsit, hausisse videtur. Cf. Bonizonis epise. Decretum (Lib. de vita Christiana V, 77) apud Mai, Nova patrum bibliotheca VII, 3 p. 53; ed. E. Perels p. 204: *Nostris vero temporibus in Italia apud Mediolanum ex praecepto Alexandri papae coeperunt clerici secundum praecepta beati Hyeronimi ad Nepotianum de vita clericorum* (ep. LII, ed. Hilberg, CSEL. LIV, 413 sqq.), *et secundum regulam sancti Augustini episcopi, nihil possidentes in commune vivere; quae postea a sancto Anselmo Lucensi episcopo brevi libello digesta tradita est ecclesiis observanda; quae quanto perfectiores facit, tanto amplius diligenda est et ab omnibus expetenda.* Verisimiliter iam Anselmus, cuius opus adhuc desideratur, Hieronymum et Augustinum laudaverat; cf. Vitam Anselmi c. 6: *tanquam alter factus religiosissimus episcopus Augustinus.* S. 2) Vide Alexandri bullas J.-L. n. 4497 (Kehr, Italia pontificia III, 438, n. 1) et J.-L. n. 4723 (Kehr l. l. p. 399, n. 7). S. 3) Cf. versus 409, 1529. S.

Sed modus est cuicumque suus; non omnibus una
Gratia divisim dat sua dona Deus. 1. Cor. 12, 4 sqq.
Et Paulus similes fieri desiderat omnes, Ib. 14, 1.
Non tamen et cogit aut anathema facit;
Sed quasi Iudeus Iudeis esse laborat Ib. 9, 20—22.
Et, sicut memorat, omnibus omnis erat.
Inde maritalem prudenter tractat honorem Ib. 7, 1—17.
Et de virginibus consilium tribuit. Ib. v. 25.
Consilium quare? Quia de virgine virgo
Et sine labe fuit, non tamen hoc statuit.
Quid? Ieiunantem non arguit et vehementer Rom. 14, 1—13.
Increpat, ut fratrem non gravet atque premat,
Si vel manducet vel manducanda refutet,
Et manducanti congrua iussa facit.
Sic Christus, sic discipuli pacienter agendo
Orbem terrarum restituere Deo.
At nunc continuo compellimur omnia niti
Et mox ad summum corda levare gradum.
Nunc ubi quamque viam semel arripit ire magister,
Compellit simili quosque[a] subire gradu,
Et nisi mox fuerit, sicut preceperit, actum,
Subsequitur duri virga magisterii.
Opponunt voces et Greca enigmata nobis
Et vim verborum precipitanter agunt:
Clericus[1] a clero, clerus sors esse notatur[b],
Sic eat et Grecum nomen habere iuvat[c].
Iam Grecos mores habeamus et omnia Greca;
f. 97. Greca fides Grecam debet habere viam.
Si Grece premimur, licet ergo refellere Grece
Et de consimili castra iuvare loco.
Si Grece facimus, videant, qua nos racione
Accusent Grecas discuciendo notas.
Greci non nubunt? Greci non luxuriantur?
Greci non vendunt atque patenter emunt?
Et, quod deterius, quin ymo licencius, illos,
Qui cupiunt caste vivere, corripiunt;
Et iuxta Paulum melius sibi nubere censent[d] 1. Cor. 7, 9.
Quam crebros estus illicitosque pati,
Quod vero magico cum Symone vulgo notamur,
Nos sacra nequaquam vendimus aut emimus.
Castra, domos, villas, et quae sunt talia, vendi
Quid vetat aut rursus, cum petit usus, emi?
Quid Symon voluit, nisi donum spirituale,
Ut tradendo fidem venderet illut idem?
Hoc quicumque facit, reus est et symonialis
Et nichil ad sortem pertinet ille Petri.
Sed nunquit Petrus censum non accipiebat,
Cum necdum fieret propria cuique domus?
Cur ergo Saphiram percussit, cur Ananiam, Act. ap. 5, 1—11.
Si prorsus quicquam noluit accipere?

a) quoque *man.* 1, *corr.* quòsque *man.* 2, *c.* b) nolatur *c.* c) vivat *c.* d) censetur *man.* 1, *corr.* censent *man.* 2, *c.*

1) Cf. v. 1471 sq., 1553 sq. S.

Sic Greci sapiunt, qui nobis obiciuntur,
Sic etiam nostro quilibet ex Lacio.
Set lex est posita, legem mutare nequimus,
Quam Leo Romanus[1] sanexit apostolicus.
Si Leo formavit legem vel quilibet et nos
Constrixit[a], solitum ne graderemur iter,
Fecit, quod voluit. Sed numquid Tuscia nostra
Non habet istius ordinis officium?
An vero non sunt istis in finibus urbes,
Quae Domino vivant et sua cepta colant?
Sufficiat nobis ratio, quae sufficit illis; f. 27ᵛ.
Sufficit una fides, sufficit una salus.
Cur ergo non sufficiat via publica nobis?
Cur nos non teneat regula, quae reliquos?
Nunquid pontifices non sunt in sedibus istis,
Qui sane doceant et proibere queant?
Denique, si tamen hoc liceat sine crimine dici:
Qui nos opprimitis, cur ita non facitis?
Hic quoque, qui format leges et iudicat omnem
Errorem, quare non prior ipse facit?
Cur ergo Christi mutantur traditiones?
Quis Leo tam fortis, et tamen ipse Leo
An non dormivit sicut leo? Quaeso videte,
Pontifices, et tu, maxime pontificum,
Ne vobis Christus haec debeat improperare,
cf. Rom. 12, 3. Dum vultis supra, quam satis est, sapere.
Porro, quod arguimur feraliter insidiari,
Non opus est nobis insidias facere;
Sed cum vexamur et per loca tanta vocamur,
Non est mirandum, si timeamus eum[2].
Si timet insidias, et nos manifesta timemus,
Quos velut in laqueo detinet atque lacu,
Et circumducit, fures vocat insidiarum,
Arguit, et quod agit aut timet, improperat.
Mitius ergo gerat sese, patientius instet
Et vel Martinum cogitet et videat,
Qui Briciuin sese non convenienter agentem
Sustinuit patiens et sapienter agens[3],
Rom. 12, 20. Dum caput ignitis carbonibus ureret atque
Frigus ab extincto pectore reiceret[b]
Invictus victorque mali bonitate furorem
Frangens pacificis moribus et monitis.
Ipsum porro suum se conferat ad Benedictum[4]
Nec vas confringat, dum terit atque fricat.
Non ad iudicium, non pertrahat ad comitissas, f. 28.
Aut fors[c] inveniet, quos foris esse iubet'.

Hic Matilda[5] potens eterni filia regis,
Iustitiae custos et famulans fidei,

a) *abhinc scripsit manus* 2, *c.*: *legendum esset* Constrinxit. b) rejiceret *c.* c) *ita c.*; *legendumne* foris?

1) Cf. supra v. 1572 cum nota. — 2) Scilicet Anselmum. S. — 3) Sulpicii Severi Dialog. III, c. 15 (ed. Halm p. 218 sq.). S. — 4) Cf. Gregorii Magni Dial. II, 1 ed. Moricca p. 74 de capisterii fracti reparatione. — 5) Quando vel quoties Mathildis liti Anselmi et canonicorum se interposuerit, non constat; cf. Overmann, 'Mathilde', 'Regesten' n. 27f, 37a, 40b.

Ut solet, infestos convincit et insidiosos
Et sic clamorem comprimit et loquitur:
'Patres et domini, decernite, quid statuatis;
Horum sevitiam nemo referre potest.
Ecce patrem vexant, quia vitam praedicat illis,
Contra sacrilegos sacra statuta dare.
Non agitur de morte mea vel de minuendo
Iure potestatis: corruit ipsa fides!
Horum spurcitiis et fraudibus et feritate
Iustitiae cultus et sacer ordo perit.
Hic Catilina suos acuit mucrone furores,
Etsi clam celat, unde latenter agat.
Si poterit, si non fuerit praeventus, in ygnes
Hanc sedem penitus et sacra cuncta dabit.
Quem tamen aspicitis et vos patienter habetis,
Sed tacet, ut noceat, et latet, ut feriat.
Hunc sequitur venenosa cohors armata venenis
Inmedicabilibus, quam docet atque regit.
Audistis hominem de iusto, de bonitate,
Non iam de suma religione loqui.
Non sum docta satis, non novi iura sacrasve
Leges, sed teneo iustitiam fidei,
Pro qua longa mihi lis est adversus iniquos,
Et quibus est hodium religionis: eos
Et vos debetis compescere, sed timor obstat,
Ingenuos fortes subdere iudicio.
Ille timor meus est, meus est labor et mea cura:
Ad me postremo tota querela redit'.
Sic ait et cunctos fecit sermone stupentes
Femina non modicis tanta minata viris.

f. 28'. Papa manu exortum premit et clamore tumultum
Et tandem breviter sic ait et graviter:
'Scripta patrum solvi valde temeraria res est;
Hoc ipsum Lucae diximus[1] et dedimus
Preceptum fieri, quod eorum scripta videntur
Velle, nec ulterius haec agitanda fore.
Iungitur ad nostrum contemptum iniuria fratris
Et contra Dominum verbera pontificis,
Quae, si nondum[a] dicit[a], manifeste novimus, atque
Insidias, quas non composuisse negant.
Conspiratores damnat Fabyanus[2], ut illos
In servos habeat curia perpetuo.
Quid facimus? Quid consulitis? Parere recusant,
Coniurant in eum, qui fovet et peperit.
Hic pietatis opus omni vacat a pietate;
Et nisi dampnantur, intereunt alii'.

Anno 1076 exeunte.

a) *locus fortasse corruptus;* non dicit *ex. gr. proponit Zweifler.*

1) Cf. epistolas Gregorii VII. ad canonicos Lucenses directas, ed. Caspar, MG. Epist. sel. II, 348. 412 (J.-L. 5045: 1077, Aug. 11., et 5092: 1078, Nov. 29.), ubi etiam de admonitionibus suis Lucae habitis loquitur. S. Cf. etiam anonymi Vitam Anselmi c. 8 (SS. XII, 15, n. 6) et Jaffé, Regesta (ed. altera) p. 620, qui monstravit Gregorium anno 1076 exeunte Lucae fuisse. Schw.

2) Vita Anselmi c. 8: *et lecto capitulo sancti martyris episcopi Fabiani, qui conspiratores et insidiatores suorum episcoporum curiae tradendos instituit.* Sumptum hoc esse ex Gregorii epistola die 1. Oct. 1079 data (J.-L. 5136; MG. Epist. sel. II, 460 sq.) Wilmans recte monuit. Cf. Hinschius, Decret. Pseudoisid. p. 165. S. Sed hoc Gregorii colloquium cum canonicis non in synodo quadam actum est, quae ante diem 1. Oct. a. 1079. nulla habita est.

Tum circumstantis surgit censura coronae,
V. Ans. c. 8. Et servos fieri consonat atque petit:
'Curia crudeles habeat vivantque cruori,
Act. 18, 6. Et cruor illorum in caput extet eis.
Qui patres lacerant, Fabyani lege notentur,
Conspiratores curia possideat.
Iudae consimiles habeantur seditiosi,
Gregorio longus et specialis honor'.
Hoc ubi ter dictum, servos comitissa patenter
Nominat et iuri mancipat inde suo.
Ergo confusi redeunt nec iam insidiantur,
Sed manifesta bonis omnibus arma parant.
Anselmo, papae maledicunt et comitissae,
Et quaqua possunt, agmina conficiunt.
O Sathanae fraudes! O circumventio longa!
O lumen cecum cordis et ingenium!
Quid iuvat in celum quasi turres edificare?
Et Babylon cecidit et decor eius obit.
Sola Dei virtus superest, patientia cuius
Vos male multa docet et patiendo nocet.
In[a] cassum[b] furitis, quantum sinit ille, potestis, f. 29.
Et sub iudicio iam tenet et laqueo.
O si sciretis, quia, quos aliquando nocetis,
In caeli solio clarificatis eos!
Cui Sathanas vivit, cui dimicat atque superbit,
Illi deservit quaelibet impietas.
Si Sathanas scisset, Iudae non consuluisset,
Ergo pio vivit impius atque furit.
Sed novit Dominus, qui sunt veraciter eius,
Iob 40, 20 sq. Atque potest hamo Leviatan[1] capere.
Armilla fecit illi sub fauce foramen,
Ut, quociens libeat, quem velit, eripiat.
Act. 12, 4—12. Eripuit Petrum de fauce voraginis huius,
Et qui percusso deffuere pio[2].
Matth. 27, 3—5. Iudas erubuit et nec sibi latro pepercit;
Sic se persequitur impius omnis homo.
Hoc quoque de numero[3] Christus sibi consociavit,
Quos Satanas longum tempus in hore tulit.
De quibus hic, quoniam series ita poscit, agendum est,
Atque necesse patent multa tacenda loqui.
Sed videant cum laetitia vultuque quieto
Et non se laesos ac racione putent.
Matth. 26, 69—75. Sic euangelium recitat discrimina Petri,
Et Petri laus est hoc quoque, quod cecidit;
Marc. 14, 52. Sic et Iohannes dimissa syndone fugit,
Et fugisse suo se tamen hore refert[4];
Et peccatricis[5] Mariae probra leguntur,
Seque meretricem non dolet ipsa legi;

a) *abhinc iterum pergit manus* 1, c. b) In casum *c., emendavit Schw.* c) Ille *c.*

1) Ad locum libri Iob hic adhibitum cf. Gregorii Magni Moralia super Iob lib. XXXIII, cap. 9, § 17; cap. 12, § 22 (Migne, PL. LXXVI, col. 682, 686). Schw. 2) Iacobone fratre Iohannis, cuius mortem Act. ap. 12, 2 narrant? 3) Scilicet Lucensium, qui fautores Heinrici regis et episcopi eius fuerant et, Rangerio scribente, ad partem ecclesiae conversi adhuc vivebant. 4) Nescio ubi. 5) Cf. Luc. 7, 37: *Et ecce mulier, quae erat in civitate peccatrix*, et versus sequentes, qui ad Mariam Magdalenam respicere putantur; cf. AA. SS. Iul. V, 218 C. D.

Sic quoque Matheus, qualis fuit antea, dictat, Matth 9, 9; 10, 3.
Et Paulus scribit ipse pudenda sua. vgl. 1. Cor. 15, 9.

Sancti Genesii locus[1] est famosus, agendis V. Ans. c. 8.
Aptus colloquiis hospitioque bonus.
Hic, quia Lucana non multum distat ab urbe, 1805
Conveniunt fratres precipiente patre. 1080.
f. 29ᵛ. Presidet Albanus pro sumo presule Petrus, V. Ans. c. 8.
Clarus homo vita, moribus atque fide
Contemptorque sui, quem non potuere voraces
Flammae nubiferis exsuperare[a] globis[2]; 1810 1068 (Febr.).
Qui potuit pedibus illesis ire per ygnes
Et rogis ventum fecit habere rogum. Dan. 3, 50.
Quis credat? Fuit iste rogus non segnior illo,
Qui tres innocuos non nocuit pueros. Dan. 3, 92.
Hic iterum Symon, Florentia tota cucurrit 1815
Cernere, succensus ibat in astra[b] rogus.
Petrus erat mirans carbonum culmina calcans,
Cum magis arderet Symon in ygne suo.
Nunc quoque cum sciret cum Symone rursus agendum, 1080.
Non paucos sociat, cum quibus id faciat. 1820
Multa diu tractans tandem diiudicat illos,
Ut discant melius tradere demonio.
Privantur sacris conventibus, ut nichil illis
Sit commune bonis fratribus atque locis.
Dampnati strident et caecis ygnibus ardent 1825
Et preiudicium, quod meruere, vocant.
Ergo Petrus, quo non his ausibus aptior alter, V. Ans. c. 9.
Et locuplete satus atque potente domo,
Signifer eligitur istius sedicionis
Ac primum socios convocat in latebris. 1830
Hic illos format et tanquam sanguine potat,
Divitias spondet omnibus et spolia.
'Si dolor est', inquit, 'si vel pudor aut timor ullus,
Expergiscimini post mala tanta, viri.
Dum patimur, dum iudiciis confidimus, omnem 1835
Perdidimus nobis spem quoque consilii.
Ergo sati lucente loco claroque parente
Iam sub servili conditione sumus.
Et dubitamus adhuc illos offendere, qui nos
E tam sublimi deposuere gradu? 1840
f. 30. Quamvis[c], quae possit digne vindicta referri[d],
Iam non invenias, si mala cuncta feras.
Eripias vitam, munus est, quia durior omni
Mors est insolitum vertice ferre iugum.
Ergo minora puta, quae feceris, omnia longe 1845
Et tam probroso non satis aequa malo.

a) exuberare *c., emendavit Schw.; cf. supra v.* 542. b) hasta *man.* 1, *corr.* astra *man.* 2, *c.* c) *abhinc pergit iterum man.* 2, *c.* d) refferri *c.*

1) De situ loci cf. Wilmans, SS. XII, 16, n. 10; Davidsohn, 'Gesch. von Florenz' I, 262. Sed optime de re mihi quidem F. V. di Poggio, 'Saggio di storia ecclesiastica del vescovato e chiesa di Lucca' (Lucca 1787), p. 279 sqq. egisse videtur, qui evicit locum 'San Ginese di Mammoli presso a Moriano' hic intelligendum esse. 2) De hac re cf. Davidsohn, 'Gesch. von Florenz' I, 235—241; 'Forschungen' I, 47—50. Schw.

Adde, quod ecclesiae clausere[1] limina nobis
Et vitam[2] pariter eripuere Deum[3].
Ecce duo quae dampna queunt his aequiparari,
Quando libertas et Deus eripitur?
Sed de claudendo celorum limine nobis
Ipse Deus videat, qui regit atque creat.
Et nos scripturam satis assignanter habemus,
Ut, quicumque ligat, cum ratione liget.
Sic etiam regem nostrumque suumque ligarunt,
Et multos simili crimine pontifices.
Set numquid regem potuerunt illaqueare?
Ergo quem pudeat hoc patiente pati?
Ille tamen satis egregie sua vincula solvit
Et sibi de tanto crimine consuluit.
Iamque venit[3] papamque novum[4] deducit in Urbem,
Quem sibi praefecit traditione patrum.
Ergo cum veniet, per eum gravis ultio fiet,
Et subvertet eos, qui nocuere sibi.
Et nunc quid facimus? Ad regem conveniamus,
Subdamur regi pontificique novo.
Papa novus nobis leges et sacra novabit,
Hildebrandus eat monacus[5] et pereat.
Hunc[6] quoque, qui nobis celestia regna negavit,
Pellamus nostra prorsus ab ecclesia.
Pellamus patria, pellamus sedibus istis
Et longe profugum reiciamus[a] eum.
Qui mihi crediderit et me ductore fruetur,
Inclitus et dives et metuendus erit.
Luca potest Tuscos in litem sollicitare,
Luca potest Romam perdere Marte suo'.
Haec ita privatis conventibus, at populosa f. 80v.
Conveniente manu saepius ista refert:
'Cives et socii — nec enim mihi vindico rerum
Summam, sed doleo plurima, quae video —
Cernitis, in quanto rerum discrimine sitis;
Cernitis et tempus, quod dedit ipse Deus.
Laudis amor plerosque facit turbare quieta,
Laudis amor reges ad fera bella trahit.
Multos armavit paupertas, copia multos,
Sola etiam gladios pluribus ira dedit.
Iustior illa tamen causa est et honestior omni,
Quando libertas eripitur populis.
Denique quando potest libertas sola perire?
Numquid non pereunt omnia, quando perit?

a) rejiciamus c.

1) Gregorius VII. anno 1077, Aug. 11 (MG. Epist. sel. II, 349; J.-L. n. 5045) *introitum maioris ecclesie videlicet sancti Martini, et easdem canonicas vel prebendas ulterius retinendi licentiam et potestatem* omnibus canonicis, qui canonicas pecunia adepti essent, interdixerat. Die 28. Nov. a. 1078 (ib. II, 413; J.-L. n. 5092) introitu omnium ecclesiarum, nisi satisfecerint, eosdem prohibere minatur. Die 1. Oct. a. 1079 (l. l. II, 460 sq.; J.-L. n. 5186) clero populoque Lucensi canonicos excommunicatos et praebendis suis privatos denuntiat. Synodus apud J.-L. n. 5092 memorata (a. 1078, die Nov. 19. habita) non ea est, qua Rangerius omnia superius narrata acta esse vult, quae re vera synodus non fuit; cf. supra versus 1543 et 1747 cum notis. 2) Scilicet sacramentum altaris. 3) V. Vit. Ans. c. 9, 10, ubi conspirationis illorum clericorum cum Henrico rege factae mentio fit. S. 4) Scil. Wibertum. S. 5) Monachus etiam dicitur v. 2286. 2811. 5417. 5627; cf. Overmann, 'N. Archiv' XXI, 421. S. 6) Anselmum.

Non reminiscimini veterum fortasse malorum,
Cum pater[1] istius[a] omnia vestra tulit?
Semirutae turres et menia dilapidata
In longum vobis haec mala scire dabunt.
Scilicet haec[b.2] curat de cultu pontificali
Et pro Romana dimicat aecclesia.
Set regem insequitur et diro sanguine matris[3]
Fervet et antiquo sevit adhuc odio.
Praeterea viduum metuitque fugitque maritum[4],
Sed non iudicium pontificale timet.
Regem formidat, quia convenit ille marito
Et parat exemplum non violare thorum,
Quem si non fuerit victoria laeta secuta,
Quas vobis strages saeva leena dabit?
Maiores nostri pro libertate tuenda
Oppressere duces et sine rege suos.
Nunc mihi rex pugnat et totis militat armis
Et fert Teutonicas in mea bella manus.
Iam veteres acuit gladios mea Tuscia, Roma
Iam trepidat, iam se dividit et latitat'.

quat. 4. f. 31.

Conspirant[c] comites[5], quos femina durius egit, 1080/81.
Et iam femineum deposuere iugum.
Hi[d] tibi, Luca, suo reparabunt Marte decorem,
Quam norunt Tuscis urbibus esse caput[e].
Quis[c] credat populum Lucensem posse moveri?
Quis credat tali posse carere patre?
Quem[c] modo quaerebant[6] cum fletibus et sitiebant
Dulciter, expellunt[7] turpiter et feriunt. V. Ans. c. 9.
Et que cum palmis et floribus et puerili Matth. 21, 8. 9.
Cum psalmodia gratificata fuit
Turba prius Domino venienti, mox petit illum
Ad mortem, Barabam postulat ad veniam[8]. Ib. 27, 16. sq.
Ille memor Christy sine murmure talia passi
Sustinet insanos et sine felle fovet.
Post illos plorat, Dominum cum fletibus orat,
Ut tam grande malum non sit ad interitum.
Se conculcari, se dure dilacerari
Gaudet et in Christy vulneribus numerat.
'O me felicem', clamat, 'cui contigit esse
Consimilem probris vulneribusque tuis,

a) Matildis *in marg. man. 2. c.* b) Roma *in marg. man. 2. c.* c) *altius man. 1. c.* d) hic *man. 1, corr.* hi *man. 2, c.* e) *post v. 1914 sequebantur primum versus 1915 et 1917, sed man. 1 deleti sunt, c.*

1) Bonifacius marchio, qui Rainero a Conrado II. superato et Luca expugnata a. 1027. vel 1028. marcae Tusciae praefectus est. Cf. R. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz I, 157, n. 2; A. Falce, 'Bonifacio di Canossa' II (Reggio nell' Emilia 1927), 14 sqq., 20 sq. 2) Mathildis, non Roma, ut glossa marginalis putat. LAF. 3) Beatricis. 4) Gotefridum III. ducem Lotharingiae. S. 5) Comites Anselmi (vel Petri), canonicos Lucenses (cf. v. 1830: *socios*), dictos esse puto, non comites quosdam ('Grafen') e gente Cadolingorum. Sed cf. de his Davidsohn, 'Gesch. von Florenz' I, 262; 'Forschungen' I, 61. 6) Cf. supra v. 1443—46. 7) Anselmum mense Martio vel potius Aprili vel etiam Maio Luca expulsum esse puto, quia fautores eius mensibus Februarii et Aprilis adhuc Lucae erant; cf. Reg. Lucense 1, n. 453. 457. Diebus 19. et 20. Iulii a. 1061. Heinricus rex Lucae fuit, St. n. 2837—39. 8) Similiter Anselmus in libro de psalmorum tractatibus: *Nonne iterum Barabbas eligitur et Christus sub Pilato morti addicitur, cum Ravennas Guibertus eligitur et papa Gregorius reprobatur?* Pauli Bernried. Vita Gregorii VII. c. 112, apud Watterich I, 541. S.

Ihesu, sed miserum pro perditione meorum,
Quos video morti pabula longa dari!
Si me gentiles ad mortem persequerentur,
Si cruce torquerent longius hanc animam,
Quid nisi gauderem, quoniam mea lucra viderem;
Nunc autem video, quod gravat, et doleo,
Deque mea vita semperque virente corona
Mors oritur multis atque gehenna meis.
Quae mihi, Christe, potest haec gloria tanta videri,
Cum mihi tolluntur, quos tibi parturii?
Exod. 32, 31 sq. Aspicio Moysen populi discrimina flentem
Et librum vitae non sibi iam cupere,
Si populo facili, populo male turificanti
Non fieres clemens et tua castra regens;
Et mihi cara potest sedes cum patribus esse, f. 31v.
Cum rapiat caros mors sine fine meos?
Cum David populum sub percussore videret,
2. Reg. 24, 17. Obtulit ad penam seque domumque suam.
Ib. 18, 5. Absalona suum fugiens tamen omnibus orans
Comendabat eum; mox, ubi terribili
Ib. 19, 4. Sensit obisse modo, velat capud, aëra replet
Ib. 18, 33. Quaestibus et rogitat pro misero ipse mori.
Tu quoque cum Iudae sentires perditionem,
cf. Matth. 26, 37. Non sine tristicia passus es aut gemitu.
Quod si fecisset, qui non ita proximus esset,
Deplorandus erat, sed tibi non adeo.
Ille tibi carus et in esca consociatus,
Quo magis erravit, durius interiit.
Exemplumque bonum, doctor bone, proposuisti,
Ut, qui plus peccant, plus doleamus eos.
Ierem. 9, 1. O quis det capiti maesto fontem lacrimarum,
Ut plangam populi tristia fata mei!
Qui se felicem putat et florere decenter
Et sordet maculis et iacet in foveis,
Non cernit laqueos, non aspicit insidiantes
Et credit vanis, non veniet gladius.
"Quis valet hanc urbem disperdere? Sic sedeamus,
Ut libet, in variis potibus atque cibis".
cf. Luc. 19, 42. Sic et Iherusalem presencia sola videbat
Atque repentino corruit interitu.
Ib. v. 41. At tu lugebas, quia mox ventura videbas
Et mortis laqueos, quos erat intus habens;
1080, 81. In quibus exultant, qui conturbantur et errant
Et lacerant animas impietate suas.
Et tanquam frenesi correptus ridet agitque
Forcius et pugnat et furit in medicos,
Non minus aut aliter capitis turbata furore
Haec mea Luca patrem nescia persequitur.
Ipsa sacerdotum manus et minus[a] ordo profanis f. 32.
Matth. 26, 3. 14. Insurgunt odiis, et similes Cayphae
Cum Iuda faciunt, cum Iuda consiliantur,
Ut noctu capiant atque dolo teneant.
Hos ego non plangam se primo diripientes
Et mox venturos in graviora mala?

a) minor *legendum esse videtur. Hofm.*

Ihesu, parce, praecor; cognosce peculia[a], Christe,
Que[b] comisisti multiplicanda mihi.
Hac ergo causa requies monasterialis
Eripitur populi fata[1] videre mei!
Quem si captivum traherent, trans[c] equora gentes
Paulino[a] similis subcomitarer eos.
Saevior est hostis et durior ista catena,
Quam qui portat homo, liber habire putat,
Et sequitur funem[d] spontaneus ad laberintum,
De quo non valeat iam revocare pedem.
Si tamen hoc iustum fieri decernis, ut illos,
Quos[e] nosti, facias lucidius sapere,
Utque per errores fiant et nobiliores
Et magis accepti, fiat et opprobrium,
Sustineam; paucos serva, quos religiosos
Atque pios nosti, quos minus, edifica.
Quos contra, poteris, cum videris esse salubre,
Et revocare, pater, et sociare gregi'.
Sic ait; et paucis comitantibus exit ab urbe
Et gaudens longum sustinet exilium[3].

Tune[f] dolenda tibi sacrum diadema tulisti
Et decus et sceptrum nobile, Luca, tuum?
Cum fugit Anselmus, perdis decus imperiale
Et nomen perdis nec capud urbis habes.
Erige paulisper oculos auresque per orbem,
Ut videas, qualis quamque pudenda iaces.
Non ita, si caelum nolit tibi currere solem,
Sicut in auctoris[4] tradicione fuit; Matth. 27, 45.
Plus aliquit pateris, sine cordis lumine vivis, f. 32'.
Si tamen et vivis subdita demoniis.
Ille tamen lucet, quia lux tenebrescere nescit[5],
Et velut in coelo nobiliore sedet.
Invenit, quae digna foret[6] pastore fideli,
Quem tibi subripuit Christus eique dedit —
Sic auferetur ei, qui nescit habere talentum, Matth. 25, 28.
Et qui non illum multiplicare studet —
Invenit[7] fortem mulierem[g], gloria cuius,
Scitur ab eoo vesperis[g] usque latus.
Ergo quid egisti, dum patrem perdere quaeris?
Perdis eum[h] pocius, quem[b] relevare cupis.
Nunc illi[e] iunctus, cum qua desiderat esse,
Perdere vexillum perdicionis habet.

a) pecora *man.* 1, *superscripsit* peculia *man.* 2, *c.* b) Qui *c.* c) terras *c., emendavit Schw.*; *v.* 1989 *et* 1990 *distinguere malim in hunc modum:* Quem si captivum traherent trans equora gentes, | Paulino *etc. Hofm.* d) finem *man.* 1, *corr.* funem *man.* 2, *c.* e) Quo *c., emendavit Ew.* f) Tu ne *c.* g) eo *man.* 1, *in lacunam inter* eo *et* usque latus *relictam man.* 2 *inseruit* o vesperis, *c.* h) quam *c., emendavit Schw.*

1) Cf. v. 1962. 2) Nolano episcopo. S. Cf. Greg. supra v. 1099 sq. 6) Mathildis dicitur. 7) Prov. M. Dial. III, 1; Migne, PL. LXXVII, 216 sqq. Schw. 31, 10: *Mulierem fortem quis inveniet?* Schw.
3) In exilio mortuus est. S. 4) Iesu Christi. 5) Cf. 8) Heinricum regem.

II.

1.

Gregorius regi, quem sepe notaverat ante,
Cum sub Alexandro Roma timeret eum,
Scribit et a veterum revocat fetore malorum
Et iubet, a dandis cesset episcopiis[1].
Hoc semel, hoc iterum scribit pietate paterna,
Ille nec ad modicum vertitur in melius.
Qualiter a puero vitam per turpia duxit[2],
Nunc quoque funereas gaudet habere vias,
Ut sese viciis omnem comisit habendum,
Et, quantos potuit, turpiter instituit.
De corruptela regni corrumpitur aura,
Inter pontifices plangitur et proceres.
Deplorant proceres praedas incomoda rerum
Et terras tolli fornicibusque dari.
Pontifices plangunt regni periisse[a] decorem,
Et leges proprium non retinere decus.
Ex hoc murmurio surgit tam saeva procella,
Ut nec papa queat pacificare satis.
1074. Mittit in hanc iterum causam cum matre fideles
Pontificesque duos, qui sua iussa ferant[3].
V. Ans. c. 14. Arguit Henricum materne flebilis Agnes *f. 83.*
Et quasi defunctum sedula plangit eum:
'Fili, regnantem non convenit aut dominantem
Quodlibet ad placitum dicere vel facere.
Ipse Deus, regum pater et dominator eorum,
Non temerat legem, quam tamen ipse facit.
Iusticiam dictat, intercipit impietatem,
Et quis tam iustus vel pius esse studet?
Hac igitur forma multo magis imperialem
Personam sese convenit inspicere
Et velut in speculo mores actusque notare,
Ne quid se lateat, quod male conveniat.
Quo speculo? quaeris. Gestis et fine malorum
Et regum forma, qui timuere Deum.
Felix, qui[4] metuit, felix, qui se moriturum
Cogitat et sumum credit adesse diem.
Durus et inpavide mentis, quem cura gehennae
Nulla movet, durum senciet interitum.
Ergo time regemque tuum, qui regnat ubique
Et semper vivit[b], sicut oportet, ama.
Sin alias, perdes vitae miserabilis usum
Et perdes animam, quam dedit ille tibi.
Et, quod iam metuis, regni privabit honore
Et sceptrum tollet et diadema simul.

a) *ita legendum esse videtur, Hofm.*; perisse *c.* b) *sequ. et c.*; *emend. Zwölfer.*

1) Cf. Bonizo, Ad amicum lib. VII, ed. Dümmler (Libelli de lite I, 601): *Venerabilis vero pontifex ... deliberavit .. in primordio regem ammonere, ut episcopatus non venderet;* quae Rangerius fortasse adhibuit. Ante legationem infra v. 2045sqq. memoratam Gregorius litteras ad regem non dedit. 2) Cf. Bruno, De bello Saxonico c. 1, SS. rer. Germ. ed. 2, ed. W. Wattenbach p. 2sq. S. 3) Hubertum Praenestinum et Geraldum Ostiensem episcopos, Gregorio VII. ipso teste, Jaffé, Bibl. II, 537. Auctor anonymus in V. Anselmi c. 14 Praenestinum et Cumanum nominat. S. Cf. O. Schumann, 'Die päpstl. Legaten in Deutschland zur Zeit Heinrichs IV. und Heinrichs V. (1056—1125)' (diss. Marburg 1912), p. 23—26. 4) Cf. supra v. 540.

Vel lege, si nosti, regum monimenta priorum,
Vel sapiens aliquis haec tibi sepe legat.
Quis fecit regem veteri sub lege priorem 1. Reg. 9.
Proque supercilio deposuit solio,
Cum missus gentem saevam vastare pepercit, 1. Reg. 15, 8. 9.
Et cum rege pecus et meliora tulit?
Quis puerum David patria de sorde levavit
Et, duo cum tegeret crimina, non tacuit? 2. Reg. 11, 12.
Quin ymo non deposuit, cum spiritus illum
Deseruit, per quem cernere laetus erat
f. 83v. Venturam[a] sobolem, quae tolleret impietatem
Edita virgineo corpore flore suo.
Nunquit deponi levius non esse putamus
Quam talem ac tantam perdere leticiam?
De Salomone satus[b] Roboam[c], iuvenile secutus 3. Reg. 12.
Consilium regnum perdidit atque decus.
Adde Sedechiam sine prole et lumine factum Ier. 52, 10. 11.
Et captivatum carcere perpetuo.
Et quis erit finis, si tantos enumeramus,
Quantos deposuit ordine, quo voluit?
Tu tamen aut nescis regem tibi celitus esse
Aut tibi non metuis exiciale malum?
A puero vitam duxisti perniciose,
Et tecum crevit luxus et ambicio.
E quibus orta malis tot perniciosa secuntur,
Quot[d] trahit e gemine prolis hyrudo[1] sinu.
Qui tibi doctores ad turpia quaeque fuerunt,
Post modicum sordes erubuere tuas.
Si quis corripuit, penam cum sanguine solvit[2],
Iamque timet gladios uxor et ipsa tuos;
Quae, quia non laesit te conductore pudorem,
Opprobrium patitur et quasi mecha latet.
Silva latens et opaca tuas abscondere cedes
Non valet, effusus manat ubique cruor.
Scit mundus, quia sanguis Habel de pulvere clamat Gen. 4, 10.
Et fundit gemitus, quos fugit omnis homo.
Obsita spurcitiis et prodicionibus antra
Offendunt tenebris et feritate diem.
Terra valens regesque solens probitatis habere
Fastidit mores improperatque tuos.
Contempnunt proceres, reverencia pontificalis
Odit ob illorum, quos facis ipse, mala,
Qui tibi pastores ovium fortasse videntur,
Sed manifesta lupos signa loquuntur eos.
f. 84. Sed qui sint, videant, qui[e] pontificalia curant,
Et videat summus discuciatque Deus.

a) *versus* 2081—2148 *omisit Lafuente, descripsit Ewald.* b) satu *man.* 1, *corr.* satus *man.* 2, *c.* c) Reboam *c. sec. Ew.*
d) *v.* 2096 *ita legitur in c.:* Quot trahit e sinu gemine prolia hyrudo; *emendavit Schw.* e) quit *c.*

1) Cf. Proverb. 30, 15: *Sanguisugae* (id est: *hirudinis*) *duae sunt filiae dicentes: Affer, affer,* quem versiculum exponunt Hrabanus Maurus in Expositione in Proverbia Salomonis III, c. 30 (Migne, PL. CXI, 776), Walafridus Strabo in glossa ordinaria (Lib. Proverb. 30, 15, Migne, PL. CXIII, 1118); cf. etiam Salonii Viennensis in parabolas Salomonis expositionem mysticam (Migne LIII, 987). Schw. 2) Cf. Bruno de bello Saxonico c. 10 (ed. Wattenbach, SS. rer. Germ. p. 7): *Si quis vel inscius aliquid quod nollet ei consulebat, delictum, quod ignoranter egerat, sui sanguinis effusione luebat.* S.

Me dolor excruciat maternus, me tuus error
Et furor et feritas et fuga fiere facit.
Hic finis sequitur de morum perdicione,
Et qui non metuit, non metuendus erit.
Dan. 4. 5. Sic Nabugodonosor post praelia postque triumphos
Non metuendo Deum perdidit imperium,
Perdidit et mentem, quia spreverat Omnipotentem,
Et fomenta cibi prata dedere duci.
4. Reg. 19. Is. 37. Semnacerib paciente Deo nimis alta minatus
Dicta superba luit vindice, quem genuit[1].
Matth. 2, 7—19. Herodes frustra molitus perdere Christum
Act. 12, 21—23. Unus ab innumeris morsibus[a] occubuit.
Haec tibi sint operum certa argumenta tuorum,
Cum sis deterior et magis indocilis.
Non cedis[b] papae, cedes[c] hostilibus armis
Et cedes gladiis Saxonibusque tuis.
Non credis papae, mihi saltem credere debes,
Quae genui, quae te compacienter amo,
Quae male defunctum longo iam funere planxi
Elatumque foras prosequor ad tumulum,
Dum iubeat Christus feretrum cum corpore poni
Et turbae gemitus audiat atque meos.
Luc. 7, 12—15. Unicus es viduae sine vita, Christus amare
Haec lamenta solet et vocat: "Ecce redi".
Surge[d], rogo, lacrimasque meas ne despice, fili,
Si non horrorem nominis huius habes.
Subdere divinis racionibus et sapienti
Usus consilio subdere pontifici.
Aspice rectores, quos Christy gratia fecit,
Et quibus est Christus perpetuale decus.
Quis Constantinum non nominat et veneratur,
Et quis non plangit, cum pia facta legit?
Ergo videns magnus princeps de principe Christo *f. 84v.*
Se quoque primatum ducere, constituit
Romanam sedem, fidei capud et pietatis,
Regibus et regnis omnibus esse capud[2].
Et quia, quisquis agit sub Christo principe, pastor
Aut ovis est, subdi maluit inter oves,
Pastorique suo Romam concessit in aevum,
Et regnum pariter et decus omne dedit.
Sic alii reges, sic Teodosius ipse
Summo pontifici[3] subposuere capud.
Sic Carolus, sic post Carolum generacio longa
Omnia Romanae contulit ecclesiae.
Cum Desiderius fureret, cum perfida castra
Per totam ferme spargeret Ytaliam,
Cum raperet, cum non senio, non religioni
774. Parceret, opposuit Gallica signa Deus,
Non Alpes nivibus et iniquo frigore regum
Audaces cuneos impediere satis.

a) *ita Zwolfer*; mortibus *c.* b) caedis *c.* c) caedes *c.* d) Surgo *c. secc. Ew.*

1) 4. Reg. 19, 37; Is. 37, 38: *Adramelech et Sarasar filii eius percusserunt eum (Sennacherib) gladio.* 2) Cf. supra v. 159—164. S. s. Ambrosio Mediolanensi. S. 3) Theodosius potius S. Cf. infra v. 2877 sq.

Ecce vides veterum velut exemplaria regum
Atque triumphales aspicis hos apices.
Ipse tuus genitor, quamvis diversus ab illis,
Multis et multum profuit aecclesiis.
Profuit et sedi Romanae, pontificique
Romano studuit cedere, qua licuit.
Et qua non licuit, quia sol in nube latebat,
Et magus ille dolis omnia polluerat,
Et quid[a] si fecit venaliter atque superbe:
Nunquit in inmunda sponte lavamur aqua?
Sed nec ego patrem suscepi iustificare,
Reges proposui dicere, quos potui,
Ut videas, quia nulla Deo persona resistit,
Cuius ad arbitrium tollitur imperium.
Sic age, si curas regni retinere vigorem,
Et summae sedis suscipe pontificem,
f. 85. Atque hos pontifices[1], quos misit religiosos
Atque prudentes, consule, quid facias;
De quorum verbis haec sum quaecumque locuta,
Hii dicent, quid te conveniat facere'.
Haec Agnes, et mox ita de senioribus[2] unus,
Incipit et regem se retinere iubet:
'Non debes', inquit, 'capud haec ad dicta movere,
Quae mater loquitur de pietate tibi.
Papa iubet, quem pontificem Deus ipse levavit,
Qui tibi compatitur teque valere cupit.
Ostendit plane patriae pietatis amorem,
Qui matrem misit dicere, quae decuit.
Illa tuos melius potuit discernere mores
Et tibi semota suspicione loqui.
Audisti breviter, quid senciat unus et alter,
Iam pudeat tantis testibus haec facere.
Quantus es, et quantum noster distenditur orbis,
Tanta patet vitae non bona fama tuae.
Iam quia nemo malus letatur cernere lucem,
Perdere vis solem, qua potes, atque diem.
Set tibi dulce[b] potes oculorum[c] tollere sydus,
Iusticiae solem non potes opprimere.
Quando suum celo poteris deducere lumen
Et Christum poteris pellere sede patris,
Tum, fateor, Romam proprio privabis honore
Inque die facies currere noctis equos.
Et facies, quaecumque voles, de nocte quietus[d],
Cum iam, qui valeat cernere, nullus erit.
Ergo vide, tandemque tibi iam consule, namque
Regni primates consuluere sibi;
Et nisi consilium maturius opposuisset[e],
Quem[3] male formidas et male persequeris,
Actum de regni plane racionibus esset,
Et iam nemo tuas quaereret inficias'.
f. 85'. Haec senior racione potens, quem protinus alter
Subsequitur verbo clarus et ipse satis.

a) *fortasse corrigendum est:* Et si quid. b) dulces *c., emendavit LAF.* c) occulorum *c.* d) quietis *c.* e) oposuisset *c.*

1) Legatos supra v. 2045 sq. dictos. 2) Id est e consiliariis palatinis. S. 3) Scilicet Gregorius VII. papa.

V. Ans. c. 14.

Rex quasi compunctus primo tacet, inde fatetur
Et promittit eis omnia corrigere.
1074. Papae servicium per matrem sedulus offert,
Et se comittit sicut amicus ei.
Pontificesque rogat pro se sua verba referre[a]
Et sibi clementem reddere pontificem:
'Peccavi Domino, quid prodest vera negare?
Si nego, convincit rumor et ipse Deus.
Quod si dissimulat, non[b] semper dissimulabit,
Omnia, quae tegimus, deteget ille semel.
Et si non homines mihi sunt aliquando timendi,
Divinum sane iudicium timeo.
Sed quid agam? Non[c] peniteam? Nunquid mala regum
Non possunt tergi fletibus et lacrimis?
David peccatum non est hoc flumine lotum?
4. Reg. 20, 3 sqq. Numquid Ezechias non habuit lacrimas,
Et per merorem cum vita rexit honorem
Et meruit plures posse videre dies?
Hac pietatis[d] spe[d] veniam presumo, salutem
Multis et gravibus postulo vulneribus.
Sed Deus est, qui iustificat, clemencia cuius
Non praemitur scelerum pondere vel numero.
Ad Petri claves redeo, quas credo tenere
Gregorium, qui nunc praesidet; eius opem,
Eius consilium desidero cum medicina,
Qualem collapsis scitque potestque dare'.
Haec ubi sic egit, vixdum genitrice reversa
Necdum responsis ad sua missa datis[1],
V. Ans. c. 14. Infelix operum sociosque ducesque suorum
Convocat et papae deteriora parat[2].
1076. (Ian. 24.) Conveniunt non pontifices, non conciliari,
Sed qui pontificum non bene nomen habent,
Et turbare fidem, non edificare volentes, *f. 86.*
Quae solet esse pii[e] gracia concilii.
Hoc in murmurio velut exundante procella,
Matth. 8, 23–25. Dum Christus dormit, pene carina perit.
Rex indignatur, quia papae non dominatur,
Et tolli solium plorat et imperium.

Has illi voces quasi comiserando secuti,
Contra pontificem perfida bella movent.
Non illos canonum reverencia, non Deus ipse
A tam sacrilega sedicione tenet.
Qua Mogus[f] Alpinas Reni descendit in undas,
Urbs est de fluvii nomine nomen habens[3],
Dives et innumeris quondam capud[4] et venerandis
Ordinibus, summo pene secunda loco[5].

a) refferre *c.* b) *sensus vocem* non *poscere videtur; nunc LAF.* c) *an* num *pro* non *legendum est?* d) spe pietatis *c., emendavit Schw.* e) pii *scripsit man.* 1, *delevit man.* 2, *e.* f) magis *man.* 1, *corr.* Mogus *man.* 2, *c.*

1) Hoc falsum est; nam inter hanc legationem et synodum Wormatiensem duo anni interfuerunt. S.
2) V. Anselmi c. 14: *Redeuntibus autem illis in se ipsum est ille reversus deterior quam olim effectus.* S.
3) Moguntia. S. 4) Cf. Librum de unitate ecclesiae conservanda II, 9, SS. rer. Germ. p. 55, MG. Libelli de lite II, 221: *caput autem Galliae atque Germaniae Moguntiam.* S. 5) Intellige: *pene secunda post summum locum*, id est Romam.

Martinus primam sedem tenet, additur autem
Protomartir[1] ei pro merito fidei.
Hic reges cum principibus tractare solebant,
Et magnis rebus consilium capere.
Guandia[a,2] concilio legitur, quam cesar inertem 1076. (24. Ian.)
Infidamque[3] novo nomine corripuit.
Cum blandiretur victori, sicubi fata
Versa forent, limide seva latraret eum.
Mox ubi consedit primum rex ipse, subinde
Pontifices medios se posuere duces
Post hos innumera vulgi stipante caterva[4],
Incipit et cunctos ora tenere iubet:
'Non est ignotum, patres', ait, 'atque fideles,
Quae mihi vix Nero fecerit altus homo,
Qui per cuncta malis facinus in pessima motus
Regno perniciem quaerit et aecclesiae.
Papatum turbat, Romanis fraudibus arcum
Tendit et intendit hoc lacerare caput.
Et cum pretendat speciem pietatis habendae, 2. Tim. 3, 5.
Litibus et bellis saeviciaeque vacat,
f. 86. Monachus ex habitu, sed non ex religione,
Quem tamen abscondit, ne sibi testis eat.
At pallam induitur et clara veste refulget,
Et quasi nupturus pigmea membra tegit.
An non et nupsit? Quis nescit et eius amores[5]
Et foedum Petri limen adulteriis?
Hic tamen et lacrimas mentitur et ora fluentis
Inter sacra rigat; at secus intus agit.
Hiccine non etiam patres maturius ire[6]
Fecit, ut hanc sellam posset habere sibi,
Quamvis pontificum quacumque aetate suorum
Hic magis et dominus et dominans fuerit?
Nunquid Alexandro Romam mihi subripiente
Non iste in Cadulum fulmen et arma tulit?
Quo tamen expulso contra sacra foedera patrum,
Numquit Alexander papa vel abba fuit?
Sic hunc, sic alios, qui patre[7] iubente fuerunt,
Compulit eternus papa subesse sibi.
Quod si quis voluit contra mandata venire,
Mutavit solium pulsus in exilium.
Haec sino, sit clarus, sedeat sine principe solus,
Dum mihi vel sceptrum vel diadema sinat.
Quid sibi vult auro radians gemmisque corona[8]
Et superexaltans regia palma capud?
Quem lateat, quod fulmen agat presumpcio talis
Et pudor in veri vertice pontificis?

a) *ita man. 2 in lacuna a man. 1 relicta c.*

1) Ecclesia Moguntina cathedralis sanctis Martino et Stephano dedicata erat; cf. exempli gratia St. n. 2651, d. a. 1064. 2) I. e. Wangia, 'Worms', quae Heinrico regi devotissima (cf. Lamperti Ann. a. 1073, ed. Holder-Egger p. 169) synodo ibi mense Ian. a. 1076 celebrata nominis famam adepta est. Auctor Guandiam ('Worms') aliud nomen Moguntiae putavisse videtur. S. 3) Non Moguntia urbs, sed Sigefridus archiepiscopus Moguntinus mobilis et infidus fuit. 4) Cf. Vergil., Aen. IV, 136: *magna stipatus caterva*;' ibid. I, 497. 5) De Gregorio et Mathildi huiusmodi falsi rumores tunc temporis ab adversariis vulgati sunt. 6) Id est interfecit eos (veneno); cf. infra v. 3283 sq. 7) Heinrico III. 8) Mitra vel tiara Romana, sub Alexandro II. papa in maiorem formam redacta; cf. Wetzer et Welte, 'Kirchenlexicon' VII, col. 1224.

At nos[a] arguimur, quia virgas pontificales
Tangimus et clero signa ferenda damus?
Sed neque signamus nec quemquam sanctificamus
Nec nobis ipsis talia suscipimus.
Hildebrandus, homo quasi Ianus fronte biformis,
Sicut Cesar[1] erat, omnia vult fieri.
At libertatem defendit et aecclesiarum
Rectores tutos et sine labe facit. f. 87.
Cur ergo iuratur ei? Cur munera captat,
Quae, sicut dicit, non licet accipere?
Act. ap. 8, 20—23. Set non esse sibi licitum Petrus ipse probavit;
Cur ergo proibet, quod tamen ipse facit?
Si se discipulum Petri Paulique fatetur,
Sit castus, pauper, sicut uterque fuit,
Nobis miliciam, nobis diadema relinquat,
Pauperibus, viduis auxilium tribuat.
Quod si miliciae vel regni captat honorem,
Et nobis liceat ponere pontificem.
Si non vult nobis, quae sunt sua, participare,
Senciat illicitum tollere nostra sibi.
Ad ligni calices[2] redeat, regalia nobis
Restituat, primi quae tribuere patres.
Sed pugnat, sed miliciam conducit et Urbem
Dissipat et nobis iura paterna negat.
Rex pater, ut Romam faceret residere quietam
Et per eam toti parceret aecclesiae,
Obtinuit sedem disponere pontificalem[3],
Ut iam de relico se sine nemo regat.
Hoc ita firmatum tenet Hildebrandus, et olym
Roma patris dono gaudet et imperio.
Sed puerum sprevit pueroque paterna negavit
Et trahit in votum fasque nefasque suum.
Iamque negat sedes sub quolibet orbe minores,
Insuper infamat et nova bella parat.
Ipsam, quae genuit, magico mihi carmine vertit
Et, quod mentitur, eius ab ore probat.
Turbat Saxoniam, vos, sicut scitis, habendos
Inter pontifices catholicosque negat.
Et quid ad haec facimus, ubi tam perversa videmus?
Et vos, quid facitis, qui populos regitis?
Si sic ire licet, nec vos in honore manetis,
Et mihi regis opus mox ad aratra redit.
Aut igitur solus presumpta cedat[b] ab arce, f. 87'.
Aut nos eterno fama pudore notet.
Non mihi divinae legis sollercia cessit,
Non decreta patrum, non canones didici.
Vos, quibus est horum discrecio, cura sacrorum,
His adibete manum, qua tamen usque licet,
Et capud erroris subvertite, si lacrimarum,
Si tanti luctus aut piget aut miseret.
Si scirem vos posse pati vel velle libenter,
Ante pedes vestros hoc diadema darem.

a) non *c*. b) caedat *c*.

1) Id est Gaius Iulius Caesar. 2) Cf. infra v. 4375. S. 3) Cf. supra v. 108. S.; v. 245.

Ad vos postremo, socii[1], conversio nostra,
Pontificum gladius nec sibi robur habet.
Vestra manus Romam novit spoliare, nec unquam
Cum Gallo cuneos miscuit illa volens.
Si tamen haec nostros laesit quandoque priores,
Senciat has veteres non habuisse manus.
Atque utinam redeat vetus illa potensque virorum,
Quae Pyrrum fregit Annibalemque duces.
Nunc exausta viris longoque soluta veterno
Invalidis manibus saxa sudesve feret;
Si qua feret, nam plus formido fugamque metumque[a],
Qualiter audito Cesare[2] vasta fuit'.

Hic, cum iam subtus vellet consurgere miles
Et spondere feras, qua vocet ille, manus,
Pontificumque clamore tacet; tum vero repressis
Cum ducibus mediis atque minore manu:
'Rex', aiunt, 'quicumque putat sublimia scire,
Non se magnificet, aut sua dicta probet.
Sic et qui regnant et non sub principe Christo,
Chrystus regnantes non pacietur eos.
Si nos ergo tibi nos nostraque magnificamus,
Sicut Christus ait, gloria nostra cadit. Ioh. 8, 54.
Tu quoque si vires proprias et militis huius
Magnificas, Deus est, qui tua dicta notat.
I. 39. Sic scimus, sic et loquimur Dominoque Deoque
Subdimur et subdi te quoque consulimus.
Si quis amat pompam, si quis sibi quaerit honorem,
Hunc sacri canones ponere praecipiunt.
Ambicio plecti capitali lege iubetur,
Ambiciosus homo no . placet ecclesiae.
Hanc legem nos suscipimus, si suscipit ille,
Qui nos infestat et tibi bella parat.
Set faciat, debemus eum pacienter habere
Nec nos ex eius criminibus tegere.
Quod tamen apponitur, quia regnas atque superbos
Inque probos[3] homines sub iuga restituis[b],
Crimina nescimus; si fame credere dicit[4],
In tanta causa non valet iste locus;
Si delatorem certum se dicit habere,
In delatorem criminis auctor agat[5].
Set tamen, ut regem lapsum fateamur, et aetas
Et quae sunt regis, crimen onusque levant.
Si pater ille foret aut vir discretus, haberet
Et plus consilii saeviciaeque minus.
O te felicem, regum fortissime David,
Quem Dominus curat atque propheta bonus[6]!
Hildebrandus, homo prudens medicusque fidelis
Quod non est, etiam vulnus habere facit.

a) metumque *addit man. 2. c.* b) restitui *c.*; restituis *LAF.*

1) Milites alloquitur. 2) Cf. Lucan. I, v. 486—520. 3) Intellige: *improbosque homines;* cf. infra v. 3275, 4902. 4) Scil. Gregorius. 5) Cf. Capit. Angil. ramni c. 44 sq. apud Hinschius, Pseudoisidor. p. 765. 6) Nathan; cf. 2. Reg. 12.

Et nos de sola levitatum suspicione
Dampnat et in faciem tela facesque rotat.
Ps. 50, 6. Sed cui rex peccat? Nisi soli, qui facit illum
Quique potest solus iudicium facere?
Nam reliquos homines rex et sub rege potestas
Iure suo dampnat et gladio perimit.
Rex sub rege Deo vivit[a], solius et eius
Iura timet, soli denique peccat ei.
2. Reg. 12, 1 sqq. Hinc Nathan missus David curare dolentem
Non ferrum hostendit, sed paradigma dedit.
Cumque prius sese proprio quasi fune ligasset, *f. 28v.*
Excepit vulnus atque ita convaluit.
Sat Nathan noster nec iura superna veretur
Et curat solus integra vulneribus.
Sed iam iam satis est, nisi quod, qui crimine pulsat
Nec probat, in foveam[1] corruit ipse suam.
Et canones illum peribent debere notari
Pro linguae vicio[2] supplicio simili[3],
Qui regem lacerat, cui dat rex summus honorem,
Quid nisi se regi quaerit habere parem?
Sed gladium portat quare? Respondeat illi
Rom. 13, 4. Paulus, quem formam vult adhibere sibi.
At nos comodius Salomonem respiciamus,
3. Reg. 2, 26 sq. Qui non in gladio perculit Abiathar,
At vero, quoniam tulit Ephot post Adoniam[4],
Amovit sacris atque ministerio.
Quod vero nostras sedes et munia carpit
Et baculos nobis invidet et retrahit[b],
Regnum conturbat, dampnum facit aecclesiarum,
Quae de regali convaluere bono.
Sed David videat et multos postea reges,
Qui sine sacrifica non abiere manu.
Quid Moyses? Numquid populi non castra regebat?
Lev. 8, 12. Attamen ipse Aaron unxit et instituit.
Sed Constantinus, aiunt, concessit et Urbem
Et quae sunt Urbis et diadema simul[5];
Set tamen hanc etiam longo post tempore reges
Et servavere[c] et tenuere sibi.
An non Gregorium, cuius de nomine gaudet[6],
Mauricius[7] Romam iussit habere patrem?
Quid Constantinus? Non gestis conciliorum
Praefuit et magnam non statuit synodum?
Quis nescit claram sub rege potente Niceam
Talibus et tantis eminuisse viris,
Cum, quia confinxit gnatum genitore minorem,
Arrius in tenebras non rediturus iit?

a) *virit man. 2 in lacuna supplctum c.* b) retzhait *c.* c) *nota hiatus, uni versus corruptus sit.*

1) Cf. *Prov.* 26, 27; Eccle. 10, 8; Eccli 27, 29. 2) Fortasse cogitat de Capit. Augilramni c. 44: *Delatori aut lingua capuletur . . .* 3) Capit. Angilramni c. 48 (Hinschius l. l. p. 766): *Ut, qui non probaverit quod obiecit, poenam quam intulerit, ipse patiatur.* S. 4) In Biblia tantum dicitur (3. Reg. 1, 7): *Et sermo ei (Adoniae) cum . . et cum Abiathar sacerdote, qui adiuvabant partes Adoniae.* 5) Cf. supra v. 159 sqq. S. 6) Cf. supra v. 672 cum nota, v. 799 sq. 7) Idem argumentum a plerisque iuris imperialis defensoribus eo tempore proferebatur ut a Benzone (SS. XI, 670), Widone Ferrariensi (SS. XII, 168; Libelli de lite I, 553), in tractatu de investitura episcoporum (Libelli de lite II, 499), aliis. Cf. Desiderii cardinalis Libellum contra invasores et symoniacos cap. II, 10 (Libelli II, 308). S.

f. 89. Quare non ergo studuit compescere regem,
Ut non deberet sollicitare[a] fidem,
Silvester tantus sacrarum praeco viarum,
Cum docuisset eum scire et amare Deum?
Quid regi vel[b] pontifices per scripta vocare,
Aut, ut discuterent talia, praecipere?
Sic alios claros conventus et generales
Officio summi sustinuere viri.
Constantinopoli Macedonius[1] Eunomiusque[2]
Defecere pio cesaris auxilio.
Ephesus exultat, ubi se Nestorius abdit[3]
Et gaudens summo supplicat imperio.
In Calcedonia cessere Dioscorus[4] atque
Euticis[5] annisu cesaris et studio.
At nunc regis opus et opes Vigilancius[6] iste
Respuit et gladios innovat ipse suos.
Nordmanni tamen exoptat suffragia regis
Nec vetat Hispanas tangere[7] sacra manus.
Quae vero leges audent sibi subdere regem?
Aut quis tot veterum protulit ista patrum?
Pone[c] tamen reges non haec fecisse priores
Aut patres istum non habuisse modum:
Temporibus leges mutantur; tempora prima
Ecclesiae proprium non habuisse patet.
Sic etiam diversa locis fert usus et ordo,
Nec Grecis adeo nostra statuta placent.
Si tamen est plebis electio, summa potestas
Hic quoque non minimum debet habere locum.
Set quis non videat, quo disceptatio vergat,
Ut solus sedeat[8] atque quietus agat?
Qui, quoniam novit se non sedisse decenter,
Te terrere putat, nos quoque sollicitat,
Ut, dum turbamur, dum regni summa laborat,
Non liceat nobis haec mala corrigere.
Nunc ergo regi placeat sententia nostra,
Hunc hominem summo pellere de solio.
f. 89'. Nos autem, quos ille gravat, quos dampnat et odit,
Condempnemus eum nec faveamus ei.
Roma vel admissum deponat et auferat hostem
Vel sciat irruere Gallica signa sibi'.
Haec ubi cum ducibus equitum peditumque corona
Censuit, exclamant atque anathema tonant. V. Ans. c. 14.

O furor! O stolidi! Capitis dementia non est
Haec haeresis? Non est haec via luce carens?

a) stollicitare *c.* b) quam *pro* vel *legendum esse coniecerim; post* praecipere *in v.* 2462 *non est signum interrogationis in c.* c) *abhinc iterum scripsit man. 2. c.*

1) Episcopus Constantinopolitanus a. 360. depositus. S. 2) Episcopus Cyzicensis a Constantio imperatore in exilium pulsus. S. 3) In concilio Ephesino anni 431. S. 4) In concilio Chalcedonensi a. 451. S. 5) In concilio Ephesino a. 449. S. 6) Cf. Vita s. Gregorii auctore Paulo diacono c. 1 (Migne, PL. LXXV, 41): *Gregorius namque ex Graeco eloquio in nostra lingua vigilator seu vigilans sonat;* Vita s. Gregorii auctore Iohanne diacono c. 2 (Migne, PL. LXXV, 63 sq.): *adeo ut praesagio quodam Graeca Γρηγόριος, quod Latine Vigilantius resonat, vocaretur.* Schw. 7) Gregorius VII. reges Hispanos 'sacra tangere', i. e. episcopos ordinare etc. sivisse vix aliquo iure dici potest. S. 8) Scil. Gregorius VII.

Ostendat, qui forte potest, audacius ausum
Quemlibet e tantis antea schismaticis[1].
cf. Matth. 15, 14. Ergo duces cecos non iam sine luce secuntur:
Sic quoque se cecos et magis esse probant.
Si cecus cecum sequitur per prava caditque,
Non est ridendus, sed miserandus homo;
Qui videt et sequitur per devia luce carentem,
Quis risum teneat[2], si per inane ruat?
Cecus et elata cervice Dioscorus[3] olym
Pontificem summum laedere non timuit.
Laesit pontificem scriptis et voce Leonem[4]
Et coniecit eum musculus in laqueum.
Set Leo clamavit et tanto murmure stravit,
Ut faciente Deo frangeret ora Leo.
Clamores eius orbis persensit eous,
Quique superbiit[a], pronus in ora ruit.
Hunc etiam Photius post tempora longa secutus
Non expectata cognitione ruit[5].
Si placet exemplum, videant, quia iure sequatur
Pro culpa simili iudicium simile.
Eripiunt Petro sine causa et iudice claves
Et faciunt Domino dedecus in famulo.
Quando minor sedes maiorem dampnat? Et ante
cf. Matth. 10, 24. Discipulum causam quando magister agit?
Hinc et in octava synodo sententia fertur[6]
Et per cuncta dehinc saecula praecipitur,
Ut nemo quemquam verbum ferat in patriarcam, *f. 80.*
Non homo, non ullum denique concilium.
Praecipue vero Romanum nemo notare
Audeat; audentem tam gravis ira premat,
Ut facti ratio nulli querenda putetur,
Sed cedat sacris semper honore carens.
Omnia turbastis, homines sine cognitione[b]
. . . . . .
Hunc finem meruere sibi contagia vestra,
Ut cum feceritis, pessime papa luat.
Munere, flagitiis Sodomam quoque iustificastis,
Et dampnatis eum, qui sine labe venit.
Matth. 21, 13. Per vos facta Dei domus est spelunca latronum,
Et dampnatis eum, qui iubet esse foris.
Gregorius peccat, quia regum crimina dampnat
Et de criminibus vos notat et praetiis.
Denique peccavit, quoniam sine munere sedit,
Et quia per regem non habet hunc apicem.
Haec ubi legistis? Unde haec perversa tulistis?
1. cf. ep. 4, 18. 19. Nec Symon reprobus tam reprobanda docet,

a) superbiit c.; corrad. *Hofm.* b) deest pentameter, ut *LAF.* recte monent. *Apographum quidem nullam lacunam prodit, sed puncta quibusdam in margine per duas lineas sic ⁘ ductis indicant videtur textum non certum esse.*

1) V. Anselmi c. 14: *quod a paucis non est auditum* (Ioh. 9, 32). S. 2) Cf. Horat., Ars poetica v. 5: *risum teneatis, amici?* 3) Patriarcha Alexandrinus (a. 444—451), qui Leonem I. papam a. 451. excommunicavit. 4) Omnia haec usque ad v. 2532 ex Benzone (Libelli I, 607) Rangerius mutuatus est. De Dioscori studio in Leonem M. cf. epistolam synodi Chalcedonensis ad Leonem in eiusdem operibus ed. Ballerini I, 1092. Sententiam damnationis a vicarius papae contra Alexandrinum prolatam ibid. I, 1142 habes. S. 5) In octava synodo Constantinopoli a. 869/70 habita. S. 6) Vide canonem XXI huius concilii apud Mansi XVI, 174. S.

Qui loculos farcire volens de munere Christi
Non tulit ad regem munera sive precem.
Ad Petrum venit, a Petro posse poposcit
Impositis manibus munera sacra dare.
Ecce docet Symon et vestros arguit actus,
Ergo vel hunc libeat, qua licet usque, sequi.
Qui licet erravit, quia vendi posse putavit,
Non ab[a] eo petiit, qui sibi non habuit.
Ergo penes Petrum sentit mirabile donum,
Sed quia corripitur, cecior efficitur.
Iamque placet regi, quia vult disperdere Christum
Et servos eius damnat et insequitur.
Christum fallacem mentiri non reveretur
Et fraudes magicas fingit habere Petrum.
Haec quoque parva putat et adhuc graviora fatetur,
Seque Deum credi postulat atque coli.
Non erat iste labor, falsis inducere falsa
Et regem falsum fallere posse magum.
f. 40ᵛ. Hac ex doctrina surgit vesania vestra;
Sed vos non vobis[1] obsequium facitis.
Quare non etiam temptatis subdere regem,
Ut sicut Nero tura praecesque ferat?
Audetis Christum contempnere, sacra negatis,
Scripturae sensum vertitis ad placitum.
Quid superest ad stultitiam, nisi sumere pennas
Et temptare vias, quas male Symon iit?
Sed fratrem Moyses, sicut praetenditis[2], unxit,
Cum populum regeret et sacra non faceret.
An vero Moyses non fertur et ante sacerdos
Et cum fratre sacro praeditus officio?
Qui negat, offendit vel non sacra carmina[3] novit,
Quae rex et vates ante canenda dedit.
Ergo sacerdotem potuit sacer atque sacerdos
Unguere divini conscius aloquii[b].
Quid de Mauricio[4], quem fingitis imposuisse
Gregorium summo pontificem solyo?
O fraus! O mentis vertigo seditiosae!
Tamquam non pateat, si ratio videat,
Felicem[5], reliquos, qui processere fideles,
Quos sibi Romanus[c] praeposuit populus
Nullo rege sibi vel opem vel iussa ferente[d],
Cum staret multo clarius imperium.
Et quid? Si populus, cum regem sciret amare
Gregorium, missis optinuit precibus,
Vel suadere viro vel, ut ipsis vocibus utar
Vestris, praecipere pondera suscipere?
Numquid nos non praecipimus fidenter amicis?
Numquid non etiam cogimus, ut faciant?
Quae numquam facerent, si nos offendere possent,
. . . . . [e]

a) hab *c.* b) *ita c.* c) inanus *c., emendavit Schw.* d) ferentem *c.* e) *hic lineam punctis distinctam habet c.*

1) Cf. versus Vergilio adscriptos: *Sic vos non vobis . ., Domini*) . . *Invocabant.* S. 4) Cf. supra v. 2449 sq. S. e. gr. apud Salimbene, SS. XXXII, 122 (cum n. 2) et 247 sq. (cum n. 4). 2) Cf. supra v. 2444. S. 3) Cf. Ps. 98, 6: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius* (i. e. esse videtur. 5) Felix IV. papa (526—530), Gregorii I. atavus, dictus

Quod bene Gregorii probat appellatio, ne se
Cogeret ad pondus tam grave[1], quin etiam
Cartula blanditiis nostro quoque more referta,
Cum se ridiculum scriptitat et simiam[2],
Qui non esse leo valeat vel clarus haberi,
Etsi praecipiat clarus amicus ei.
Iamne[a] videt, qui nec oculos se nescit habere,
Quae sic dicuntur, non agitanda fore?
Numquid Gregorii prudentia nota per orbem
Non est et celebri non nitet eloquio?
Denique, symoniam[b] non dampnat venditionem[3]?
Numquid et illicitum non vetat introitum?
Ergo silete magis, qui nos offendere vultis
Et sub Mauricii tegmine vos tegitis,
Ne, dum[c] Gregorii pervertere simplicitatem
Quaeritis, in reges tela reversa cadant.
Quod, si[d] quis dicat, quia regni condicione
Quivis Romano sederit in solio
Et Constantini translata longius urbe
Iam diadema sibi miserit alter ibi
Praeter pontificem sacra et non sacra regentem,
Argumenta facit non solidata fide.
Cum tamen armorum motus plerumque poposcit,
Ne Petri sedes imperiique capud
Vim ferret subitam, providit curia claros
Belligerosque duces mittere, qui tegerent
Urbem barbaricis in tempestatibus illis,
Attribuens[e] sumptus ex propriis opibus.
Quod faciunt reges fidei fervore calentes,
Moti propter eum, qui dedit imperium.
Ut Carolus quondam, Graecis trepidantibus, Urbi
In Longobardos robur opemque dare
Venit et adiuvit et barbara castra removit,
Verum non ideo sedit in imperio[4].
Si tamen indultam gestavit in Urbe coronam,
Hoc decus illius, non fuit imperii.
Francorum rex ille potens et clarus in orbe
Ornatu proprio claruit et solio,
Quod solet interdum fieri, cum tempore festo
Reges conveniunt et sua serta ferunt.
Non tamen idcirco vel regnum consociatur,
Vel perdit solium, qui recipit socium.
Ad Constantinum fugitis, quia iussit adire
Niceam celebres undique pontifices,
Et quia sic licuit Silvestro non prohibente,
Creditis in regis cedere cuncta manu[f]?

exod. 5. f. 61.

a) Iam ne *c.* b) *ita c.; symonicam emend. Zwölfer.* c) Nedum *c.* d) Quod si *c.; fortasse* Quodsi *legendum est.*
e) At tribuens *c.* f) *fortasse* manum *legendum est.*

1) Cf. Iohannis diaconi Vitam Gregorii I, 40 (Migne, PL. LXXV, 79). 2) Cf. epistolam I, 5, ed. Ewald I, 6sq.: *Ecce serenissimus domnus imperator fieri simiam leonem iussit* etc. (Hae litterae ad Theoctistem sororem imperatoris directae apud Joh. diaconum I, 47 (cf. Migne l. l. col. 84) insertae sunt. Schw.) Cf. etiam Gregorii epistolam V, 36, ed. Ewald I, 317, ubi conqueritur, quod 'fatuus' appellatus sit. S. 3) In permultis epistolis, quas omnes enumerare longum est. S. 4) Rangerius igitur Karolum Magnum cum exarchis Graecorum Ravennae constitutis comparatque negatque eum imperatorem fuisse. Simile quidquam Bonizo in Libro ad amicum lib. III (ed. Dümmler, Libelli I, 577sq.) et lib. V (l. l. p. 586sq.) sibi excogitavit.

f. 41v. Sed quis miretur, si non vel clara videtis,
Qui non ad lucem, quae regat, aspicitis?
Silvester pastor et religionis amator
Questus in aecclesiam surgere perfidiam,
2645 Cum furerent haereses, cum scismata persequerentur,
Invitavit eum certus amare Deum,
Cum solus posset compescere seditionem
Et sumptus, si quis indigeat, facere.
Haec eadem ratio super his, quos misit, habenda,
2650 Ut nichil auderet error et improbitas.
Si satis est, ceci, iam frivola tanta cavete!
Quid iuvat Ephesium[1] ponere concilium?
Et licet et licuit et adhuc per secla licebit,
Reges aecclesiis auxilium facere,
2655 Reges concilio patres ex orbe vocare,
Si iubeat primi rector episcopii,
Et gladium portare licet, cohibere superbos,
Et per miliciam vim prohibere licet.
Quod super infertis, non est electio plebis,
2660 Et fortasse patet, sed quia falsa placent,
Non vultis canones vel cernere vel meditari,
Quos nostis contra regibus ire malis.
Clerus, maiori qui praesidet aecclesiarum,
Debet pontificem, cum caret, eligere;
2665 Electum tandem plebi proponere debet,
Ut probet et videat, si vitio careat.
Si caret, ut testem se demum praebeat illi,
Sin alias, reprobet, sed ferat, unde probet.
Hac in parte licet laicis maioribus esse
2670 Et regi, si non suspicione caret.

Haec ita sunt, sed desipiunt, strepituque soluto V. Ans. c. 14.
Missus[2] ab Henrico transit in Ytaliam
Ad comparticipes et Symonis acta sequentes,
Et quocumque venit semina dira serit[3].
2675 Seminat errorem, ius opprimit et rationem
Et blasphemias spargit ubique novas;
f. 42. Suspensis et adhuc sacro de limine pulsis
Ecclesias aperit, reddit et officia[4]
Vir laicus, ratione carens et religione,
2680 Et quasi demonio praecipitante furens;
Mittitur et Romam, qui cogat[5] cedere papam
Et faciat rursus in cruce stare Petrum,
Pactus mercedem[a.6] pro tanti criminis ausu,
Ut, quam mox redeat, cum baculo sedeat.

a) *ita emend. Zwölfer;* inde cedem, *superscripta littera* s *corr.* sedem, *c.*

1) Anni 431; cf. supra v. 2467sq. S. 2) Eberhardus de Nellenburg. S. Cf. Meyer von Knonau l. l. II, 629sq. 3) V. Anselmi c. 14: *Fecit deinceps legationem in Italiam, eandem affirmans praesumptionem per schismaticos sibi complices episcopos.* S. 4) V. Anselmi l. l.: *multos certe, qui propter interdictum domini papae divino ob officio cessaverant, ipse . . . reconciliavit.* Schw. 5) Rolandus quidam clericus Parmensis Romam missus est. 6) Episcopatum Tarvisiensem; cf. Gregorii VII. Registrum V, 14 a, ed. Caspar p. 369. Schw.

2.

1076. (Febr. 14.—20.)

Legatus Sathanae, postquam pervenit in Urbem,
Ad quod missus erat, tendit, ut expediat;
Garrulus et gentem superans regemque furore
Nec minor ex vicio sive supercilio.
Gregorius sacro cetu de more vocato
Tractabat sacri dogmata misterii,
Sic aiens, sic corda sacro de flumine replens
Et contra reprobos scuta tenere docens:
'Qui vult', inquit, 'opus, quod non ruat, edificare,
Ante salutarem debet habere fidem.
Haec autem fidei ratio purgata videtur,
Quam Petri sedes et tenet et loquitur,
Ut, quicumque Deum credit veraciter unum,
Et trinum pariter confiteatur eum;
Personisque tribus equalem praestet honorem
Cum Genitore Sato Spirituique[a] sacro.
Filius est Patris, et Spiritus est utriusque:
Haec tria sunt unus rex opifexque Deus.
Qui Pater est, non est Genitus, nec Spiritus ipse,
Qui Pater aut Genitus, res tamen una tribus.
Et personalis horum divisio trina
Non facit esse tribus in deitate tria.
Omnipotens natura tribus non tempore cepit,
Et sine momento perpetualis erit.
Et sicut Deus est sine principio, sine fine,
Sic quoque, quod Genitus, Spiritus et Pater est.
Qui Pater est, semper Pater est, non incipit esse,
Ne sic et Natus ceperit esse Deus.
Et[b] sic Spiritui, quod spiritus extat eorum, f. 42r.
Non est posterius a deitate trium.
Omnia sunt equaeva tribus dumtaxat ab aevo,
Quod sine fine fluit et sine principio.
Sicut[c] habent esse pariter, sic et simul esse,
Insuper et quicquid de deitate sapis,
Tantum personae nulli confusio fiat,
Et personalis proprietas maneat.
Ergo Patris deitas non est prior a deitate
Flaminis aut Nati, sed magis una trium
Maiestas, bonitas, virtus, sapiencia, regnum
Et sine principio lumen et omne bonum.
Filius in carnis nostrae consortia missus
Nostra sibi sumpsit, propria non minuit;
Et de virgineo conceptus sanguine matrem
Esse sibi voluit, noluit esse patrem.
Qui, quia patre Deo Deus est sine tempore natus,
Tempore natus homo sed sine patre fuit.
At[d] quoniam nescit matrem deitatis origo,
Materni ventris germine cepit homo.
Sic utrobique carens nascendi duplicitate
Patrem nescit homo, qui sine matre Deus.
Verus homo, vera matris de carne creatus
Nescit Adae veteris crimen et omen Evae.

a) *ita ingendum esse videtur*; Spirituque *c.* b) *abhinc iterum pergit man. 1. c.* c) *ita emend. Zacklfer*; Sic *c.* d) *abhinc iterum pergit man. 2. c.*

Virgo salutatur, virgo sine sorde gravatur, Luc. 1, 28 sqq.
Virgo parit, salva virginitate manet,
Scit Moyses, quo teste rubus non ardet et urit, Exod. 3, 2.
Et sine materno subere virga parit[1],
Denique, quis primam fecit sine matre parentem?
Quis sine matre novo contulit esse viro?
Quis dat api fetus nullo de sanguine prorsus?
Quis dat vermiculo materiale genus?
Porro, quis totum fecit sine semine mundum
Et iussit molem ducere membra rudem?
Sic ergo nasci macula sine debuit agnus, Ioh. 1, 29.
Qui mundi maculam tolleret atque scelus.
Si non esset homo, mortem gustare nequiret,
Quod si non fieret, non mihi proficeret.
f. 48. Sic ergo natus et sic indebita passus
Armato forti fortior arma tulit Luc. 11, 22.
Et captivatam revocavit ad ethera praedam,
Ad Patrem rediens, Patris in arce sedens.
Sed bona partitus famulis celestia molles
Fecit mirificos mortis et impavidos
Spiritus adveniens linguis formavit et ygne Act. ap. 2, 3.
Et per eos sacram condidit aecclesiam,
Quam regitis, quam de fidei novitate fovetis,
Et sicut sponsam sanctificatis eam.
Sed sunt, qui lacerant et comaculare laborant
Et fidei fructum tollere non trepidant.
At quia non audent sentire, quod Arrius olym,
Aut pravum quicquam de deitate loqui,
Propter tam multos contra perversa locutos
Aecclesiam scindunt et decus eripiunt.
Sed, si dividitur, Christus quoque non erit unus,
Et, si servierit, non bene liber erit.
Unde necesse fuit et, quae sunt dicta, notare
Et, quae nunc volumus, ad pia corda loqui.
Qui putat in Patrem cum Prole et Flamine credi,
Debet aecclesiam credere catholicam.
Quae si credatur, sicut credenda docetur,
Non erit ancillae prostibulove locus.
Paulus utrumque probat et Christi virginitatem 1. Cor. 7, 27. 38.
Dicit virgineum semper amare thorum. 2. Cor. 11, 2.
Numquid et ancillam non scribit reiciendam? Gen. 21, 10—12.
Et Sarae monitus non probat ipse Deus?
Si Christus virgo est et si de virgine natus,
Virgineum pectus quaerit amatque sibi.
Haec est virginitas, ut, qui se dicit amare
Christum, non societ hoc in amore malum.
Si sacer est verbi tractator sive minister,
Noverit illicitum quaerere conubium.
De reliquis, qui se non vult omnino tenere,
Servet in uxoris cognitione fidem,
f. 48'. Sed fidei, sed iusticiae sic servet amorem,
Ut nichil ante suum curet ametque Deum.

1) Nescio, qui locus Bibliae dictus sit; Num. 24, 17, an Is. 11, 1? Num. 17, 8 respexit G. Schwartz.

Libertas vero aecclesiae, quam dicimus, haec est,
Ut iam nullus eam possideat laicus,
Nullus[a] rex, nullus princeps nullusque potentum
Edibus in sacris detve negetve locum'.
Necdum[b] finierat, cum suspirantibus illis
Et tacitis penitus ad sacra verba patris
Ingreditur vocemque levans temerarius ille[1]:
'Ildebrande', tonat, 'monache, siste parum.
Rex iubet a cathedra descendere protinus ista,
Quod si perstiteris, hostis apertus eris.
Quique tibi parent et in hoc famulantur honore,
Ad regem redeant, aut gladium timeant.
Non te decipiat moti fiducia regni
Et, quam turbasti, copia Saxonee'.
Haec autem cum perstreperet succensus ab ira,
Impetitur, capitur, scinditur, oprimitur.
Et nisi papa manum velocius oposuisset,
Ad dominum vivens non rediturus erat.
Sedato tandem multa gravitate tumultu[2]
Consedit tacitus ipse sacerque chorus.
Inde brevi vultu placido sic fatur: 'Habetis,
Fratres, quae vobis dicimus, ante oculos.
Non opus est nobis longa racione probare,
Ipse fidem. verbum prebet inanis homo.
Hoc uno satis est documento significatum,
Quos laqueos nobis quaerat et aecclesiis.
Nos tamen ad tempus haec omnia sustineamus,
Dum castiget eum, qui solet, ipse Deus'.
V. Ans. c. 15. Tum vero synodus ad Christum voce levata
Poscit, ut ipse suum iudicet opprobrium.
Henricum sane tam pernicialiter ausum,
Exutum palla pellit ab ecclesia.
Fautores simili gladio feriuntur et omnes
Solvuntur manibus illius atque fide,
Ut nullus regem vocet illum, nullus honorem c. 44.
Exibeat, nullus debita signa ferat.

Sic eat[3] et similem simili racione sequatur
Et cum delecto principe[4] facta luat,
Is. 14, 13. 14. Qui[4], quia magnifice sedem super astra levavit
Atque Deo compar ex aquilone stetit,
Corruit in preceps tantum delectus ad yma,
Quanto maior ei sella cupita fuit.
Discat depositus[3], quia, qui caelestia tempt@t,
Carcere sub Stigio debet habere locum.
Angelicos coetus bonitas divina creavit
Et se cernendum iugiter exibuit,
Cuius in aspectu felices vivere possent,
Et fieret[c] solus omnia laeta Deus.

a) *adhinc iterum pergit man. 1. c.* b) Neu dum *c.* c) *fortasse* faceret *corrigendum est.*

1) Hildebrandus Parmensis. Cf. Meyer von Knonau l. l. II, 633 sqq. 2) Cf. Bonizo l. l. p. 607: *Venerabilis vix sedato tumultu synodum cum alacritate celebravit.* S. *Gregorius secundum boni magistri exemplum communicatorem suum prius a morte liberavit, dehinc* 3) Heinricus dicitur. 4) Diabolus dicitur.

Inter[1] quos unum pociorem fecit et illi
Alcius et melius se quoque scire dedit.
Vallabant illum legiones caelicolarum,
Atque tegebatur ordinibus lapidum[2],
Sicut ad ornandos[a] vetus est industria reges
Intexi variis tegminibus lapides;
De claro lapidum numero non defuit unus,
Qui tamquam vestis non operiret eum.
Ille dabat lucem, dabat ille cognicionem,
Ex quo dicit eum leccio Luciferum.
Porro superbivit et se maiora cupivit,
At nunc luxuriae servit et invidiae,
Et pro luce data factus tenebrosa potestas
Ethream sedem perdidit atque Deum.
Sic istum regem divina potencia fecit
Et prefecit eum gentibus et populis;
Sed sacra non tribuit disponere, pontificales
Excepit cathedras et sibimet tenuit.
Praesumpsit sacros venundare pontificatus,
Quos dare si vellet, non liceat facere;
f. 44r. Ergo luat regnique sui privatus honore
Discat regna sacro cedere pontifici.
Et quia nulla Deo sic[b] est vicina potestas,
Quam quae spiritibus obstat apostaticis,
Regis opus, cure comitum, censura senatus
Cedunt divinis cuncta ministeriis.
Et minus est, quod ius tribuit regique ducique,
Quam quod et ipse suo debet episcopio.
Hoc vetus et veteri concors nova pagina monstrat,
Haec violare volens insipienter agit.
Cum propior[c] sacris vellet Teodosius esse,
Fortis et egregius non tulit Ambrosius[3].
Iam tamen ex culpa graviter confuderat illum
Atque ob saeviciam clauserat aecclesiam.
Post lacrimas, post tristiciam saccumque famemque
Venerat et iussis eius obedierat;
Non tamen obtinuit sacris assistere rebus
Et tulit expulsam laetior ipse suam.

Hunc ubi Teuthonicus tumor usurpavit honorem,
Ius et fas proprium non tenuere decus.
Gens fera non novit certo se fine tenere,
Omnia pro placito vultque facitque suo;
Rex ad comunem superaddidit improbitatem,
Quo sub lege minus atque timore fuit.
Haec mala libertas puerili cum levitate
Hunc hominem prorsus eripuere sibi.

a) adornandos c. b) sicut c. c) proprior c.

1) Ad sequentia (usque ad v. 2856) cf. exempli gratia Gregorii I. homiliam XXXIV. in evangelia § 7: *Unde et ipsi angelo, qui primus est conditus . . ex eorum comparatione clarior fuit* (Migne, PL. LXXVI, 1250 B. C). Ubi etiam versus Ezechiel 28, 12. 13 ad exponendum adhibentur. 2) Ezechiel 28, 13; *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum*, ubi novem lapides enumerati novem ordines angelorum esse putantur. 3) Cf. supra v. 2157 sq. S. Cassiodori Historia tripartita IX, 30 (Migne, PL. LXIX, 1144—1147). Schw.

Et sicut Salomon puero de rege profatur,
Rex puer in vicium seque suosque dedit.
Hinc ex iudicio miseris errantibus apto
Impetitur populi sedicione sui.
Et sicut legitur Pharao[a] percussus, eumque
Induraturum se notat ipse Deus,
Sic ad cautelam deducitur atque medelam,
Ut sciat ultorem, cum velit, esse Deum.
Sed quia clementer exuritur et modo victus
Victorem superat, hinc fugit, inde fugat,
Non animadvertit pressuram iudicialem
Nec putat ex caeli iudicio fieri.
His ergo turbata malis, quae diximus, et quae
Nulla satis racio sufficit exprimere
Terra videns illum iam frustra corripiendum
Scinditur et regem spernit et insequitur.
Conveniunt adversus eum populique ducesque
Et de Saxoniae finibus excuciunt.
1073. (8.—9. Aug.) Tum vero profugus per terras exteriores
Figmentis populos concitat atque duces.
Suevia dat fortem multa cum gente Rodulphum,
Guelphonem sequitur Bavariae populus.
Mittit in auxilium Lotheringia cum duce magno[1]
Armis assuetos ad fera bella viros.
Conveniunt et pontifices, quos curia fecit
Et pro servicio vestiit aut praecio.
Sed quo iudicio fautores impietatis
Oppressere pios, viderit ipse Deus.
1075 (13. Jun.) Victis Saxonibus et multo sanguine fuso[2],
Non est paccatus impius ille furor[3].
Pugnat item conducticiis truculentior armis,
Nec tantum superat, sed capit atque ligat.
Hic cum principibus ordo quoque pontificalis
Dispensante Deo dat sua colla reo;
Carcere claudantur et sub custode tenentur,
Et pietatis opus iudicat impietas[4].
Non satis est illi per vim, per sedicionem
Conturbasse bonos et temerasse sacra;
Clamat perimros fautores religionis
Et trahit in causam iura superna suam.
Nescit deceptus, quae sit paciencia summa,
Et nescire Deum iam sua facta putat.
Inde furit tantaque tumens de prosperitate
Ecclesiae lumen cogitat oprimere.
Iamque sedet sedemque suam sub frigore ponit
Et sua signa Deo proxima stare facit.

Exod. 7, 3. Eccl. 10, 16. cf. Is. 14, 12, 24. f. 42. f. 43.

a) Pharao legitur *scripsit mem. 1, correxit mem. 2, c.*

1) Gotefrido IV. S. 2) Pugna ad Unstrut fluvium commissa. S. 3) Hausit auctor hoc loco ex Bonizone l. l. p. 606: *Saxonibus rebellantibus intravit rex Saxoniam in manu valida et multitudine gravi, habens secum eximium ducem Rodulfum et ducem Guelfonem et preclarum ducem Gotefridum, nobilissimque Matilde consorem, et ducem Thodericum, et innumerabilem utrorumque et comitum multitudinem. Qui derepente Saxones imparatos invadunt et, quamvis crudelissime, tamen habuere victoriam. . . Marque comitumque multitudinem episcoporum . . .* S. 4) Cf. Brunonis De bello Saxonico c. 53 sq., SS. rer. Germ. ed. 2 p. 36 sq. S.

Set Michahel pugnat; solet ille fugare draconem Apoc. 12, 7 sqq.
Nec sinit in caelo tam grave stare nefas.
Iamque ruit summo regni de cardine lapsus
Ludibrium faciet regibus et populis,
Cum, quem non potuit virtus et pugna domare,
Altera demerget Iudith[1] in opprobrium.
Ergo fremat victisque cruces et claustra minetur,
Expugnet regis forcia castra novi[2],
Italiam vastet, Romam quoque depopuletur,
Ut, cum victor erit, femina[1] vincat eum,
Femina tot bellis prius attenuata[a] per ipsum,
Tot nudata viris fortibus atque locis,
Femina nobilibus longeque potentibus orta,
Diviciis potens, sed pietate magis;
Quae claro viduata viro[3], spoliata parente[4]
Totam se Domino contulit atque Petro,
De qua pauca quidem, sed magna notavimus ante,
Sed restant multis multa notanda locis.

Postquam concilium[5] divina licencia solvit, 1076.
Papa sacros apices format et ire facit.
Edificat mores, exornat religionem
Et quae sunt fidei iusticiaeque docet.
Admonet errorem fugiendum symonialem
Atque a scismaticis mandat abesse procul.
Scismaticum scribit[6] Henricum depositumque,
Cui si quis faveat, iudicium timeat,
Iudicium caeli simul et tormenta gehennae,
In quo perpetuus est dolor et gemitus:
'Principibus, populis Reni prope litus utrumque
Gregorius rector sedis apostolicae.
f. 46. Insipiens fio, quia cogitis, attamen esse 2. Cor. 12, 11.
Audeo, quod voluit Christus et aula Petri.
Debueratis eum, si non mea dicta, timere
Et sicut Petrum me quoque suscipere.
Suscipitis fatuos[b] et pro sé magna loquentes,
Quos Christus nescit atque praeesse[c] negat;
Quos facit Henricus et pontificalia vendit
Sicut Iheroboam, qui vitulos statuit. 3. Reg. 12, 28 sqq.
Quis regum Petro caeli commisit[d] habenas?
Per quem Paulus habet, quod facit atque iubet?
Creditis errori, conceditis impietati;
Nos, quia corripimus, omnia perdidimus.
Perdidimus sedem, quia sacram non damus aedem,
Perdidimus patriam; sed sino: Christus eos
Arguet et regem cicius non esse probabit,
Qui se non curat nec sua sceptra regit.
An, quia Saxoniam ferro vastavit et ultra,
Quam dici satis est, omnia comminuit,

a) atenuata *c.* b) *abhinc iterum pergit man. 2. c.* c) praesse *c.* d) comisit *c.*

1) Scilicet Mathildis comitissa. S. 2) Rudolfi ducis Sueviae. S. 3) Gotefridus dux, qui obiit die 26. Febr. a. 1076. S. 4) Beatrice matre, quae obiit die 18. Apr. eiusdem anni. S. 5) Cf. supra v. 2689—2824. 6) Ipse Rangerius confecit sequentes litteras; veram Gregorii encyclicam omnibus fidelibus hoc tempore datam vide in Registro eius III, 6 apud Caspar p. 254 sq., sed Rangerius hac usus non est. Schw.

1076. Se regnare putat et me non pontificare
Et de consilio surgit in astra suo?
Ignorat Sathanam pro se nimis alta locutum
Ob celi sedem promeruisse Stigem?
Matth. 21, 12. 13 Nescit et eiectam de templo vendicionem?
Non habet auditum Symonis[1] interitum?
Diximus haec olym per multos multa praecantes,
Misimus[a] et matrem[2] multiplicare precem.
Ille, quod est hominum perversae mentis, in ygnes
Et gladios primum iussa praecesque tulit;
Inde Petro claves extorsit pontificales
Et me praecipitem iussit habire loco.
Caetera dura quidem nec dissimulanda fuerunt,
Hic autem penitus nemo tacere potest.
At ridet veteri de nomine[3], crimina fingit,
Personam tenuem iactitat[4] atque rudem.
Sed de criminibus Deus est et mens mihi testis,
Et, quae me novit, dicere Roma potest.
Nomina mutari non est praesumptio. Quare
Non obicit Paulo, qui mihi verba facit?
Qui, quod vastabat sacro de sanguine Saulus, f. 46.
Act. ap. 13, 9 Consule de Paulo Paulus ovile regit.
Ioh. 1, 42. Et Christus voluit dici pro Symone Cephan,
Ut super hanc petram poneret aecclesiam.
Iacob cum Domino noctu certamen iniyit
Gen. 32, 28. Et post bella novo nomine clarus abit.
Denique, dum sermo sit fortis et imperiosus,
cf. 2. Cor. 10, 10. 13 sq. Cum Paulo videar corpore ridiculus.
Sed neque nos ipsi nos fecimus; arguat illud,
Si placet arguere, qui fecit ipse Deus.
At[b], quae nos facimus, sunt plurima, quae faciamus,
Quantum quisque potest apcius et melius.
Hac in factura, qui vult formosus haberi,
Crimen et omne malum curet abesse sibi.
Iustitiae studeat, pacem sociare laboret,
Invigilet patriis usibus et propriis.
Quod si fecissent, quos novimus, et docuissent,
Non esset vobis sanguine tincta manus.
Non essent gladii, non essent tela cruenta
Sanguine fraterno, sanguine Saxonico.
Ipse etiam feralis homo sine lite sederet
Et subiecta sibi commodius regeret.
Nunc autem, quia deposuit Petrumque Deumque,
Esto depositus cum sibi complicibus,
Senciat eternas vires Petrique Deique
Et sit divisus a regione bona.
Qui Christum sequitur et vult consortia Petri,
Non illi sese misceat aut sociis.
Si terret promissa fides iurataque dextra,
Plus est, qui[5] Christo nos ligat atque Deo.
Quando de tenebris fidei revocavit ad auras
Et de funerea vos ditione tulit,

a) Misimus *c.* b) *ita Zacilfer*; Atque *c.*

1) Cf. supra v. 19 sq. cum nota. 2) Cf. supra v. 2288: *pigmea membra*. S. 5) Petrus apostolus
v. 2045 sqq. 3) Scilicet Hildebrandi. S. 4) Cf. dici videtur.

Illi iurastis et vos et vestra dedistis, 1076.
Non licet ad veterem iam revocare pedem.
Qui revocat Christum, perdit vitamque fidemque
Et vitae perdit tempora praeteritae.
f. 47. Ergo dampnamus reges? Non, sed stabilimus,
Nam Christo regnum servit et imperium.
Quod, si non servit et ius et federa rumpit,
Christus iure suo privat honore dato.
An non in regem periurus et insidiator
Aut comes aut etiam dux ab honore cadit?
Et [hi][a], qui iurant aliis, sine crimine iurant?
Et regum dominus non valet hoc facere?
Quod si pontificum non est deponere regem,
Fallimur in priscis vocibus atque novis.
Quid? Samuhel regem non abstulit ille Saulem, 1. Reg. 15 16.
Et regni solium transtulit in puerum?
Ad nostros venio, quorum sententia reges
Eiecit foras et diadema tulit.
Propter[1] magniloquum, quem latravere, Iohannem[2]
Audax Theophilus cum reliquis canibus,
Archadius, quia consilio se praebuit illi,
Quod sine Romano praesule non licuit,
Cessit ab aecclesia papae[3] mandata secutus
Et se continuit, dum veniam meruit.
Constantinus[4] item, Romani pastor ovilis,
Iustinum[5] sacro limine pervetuit;
Qui cum regnaret phaleris et origine clarus,
Legatis solitum non tulit obsequium;
Sed se cognoscens et humi prostratus in ipsa
Urbis[6] platea, quod petiit, meruit.
Sic et Anastasium[7] sceptrum sublime tenentem
Fregit Anastasius papa, vir egregius.
Sed perversus homo non se respexit et iram
Desuper urguentem cernere non potuit.
Ergo cum fureret et papam persequeretur
Verbis, ignito fulmine tactus obit.
Gregorius regem, tam re, quam voce Leonem,
Tertius a magno praesule Gregorio,
Laesit et audacter anathematis igne perussit[8],
Ut iam saeviret mitius et fremeret;
f. 47'. Nec solum sacra tumidum semovit ab ede,
Sed regni solio prorsus et officio.
Sic Stephanus Carolum[9] regem regisque Pipini
Fratrem sublimi fecit abire loco
Et, quia mollis erat nec rebus ydoneus istis,
Privatum sibimet vivere iussit eum.

a) *verbum quoddam supplendum esse monuit Schw.; fortasse* Et quiqui iurant *aut* Et qui periurant aliis *legendum est. Hofm.*

1) Exempla sequentia usque ad finem litterarum nullo excepto verbotenus fere ex Bonizonis lib. VII, Jaffé l. l. p. 668 (MG. Libelli de lite I, 608, ed. Dümmler) depromta sunt. S. Notas his editionibus additas hic breviter explanationi nominum et rerum servituras repetivi. 2) Iohannem Chrysostomum a Theophilo patriarcha Alexandrino consentiente imperatore Arcadio depositum. 3) Innocentii I. 4) I. 5) Tum Iustinianus II. imperabat. 6) Constantinopolis. 7) Anastasius I. imperator, quem Anastasius II. papa excommunicasse dicitur. 8) Leo III. imperator a Gregorio III. papa neque excommunicatus nec delectus est. 9) Karolomannus frater Pippini iam a. 742, tempore Zachariae papae eponte regno se abdicavit et monachus effectus est.

1076. At quae strenuitas erat ad maiora Pipino,
Commendavit ei, quod fuerat Caroli.
Quid Nicholaus homo sapiens, qui tempore in uno
Offendit reges comminuitque duos:
Culmen sortitum Michaelem[a,1] solis eoy
Ob male depositi dedecus Ignatii;
Lotarium propter Gaudradae pellicis usum,
Frenantem Francos robur et occiduum?
Denique Gregorius[2], praecellentissimus auctor,
Regem privandum ducit honore suo,
Qui contra legem faceret, quam condidit ille
Atque Senatori presbitero tribuit,
Ob xenodochium per secla longa tuendum
Olim Franchorum sub ditione potens,
Qui contra regem praesumpsit scribere legem,
Per regem regum credidit esse ratum.
Sic alii plures alios proscribere reges
Senserunt simili iure licere sibi.
Ite igitur tuti, Christum regnare scientes,
Quem contra regem nullus habere potest'.
Haec ubi cernuntur et vulgo saepe leguntur,
Corda pavor tangit; denique post lacrimas
Et de Saxonico tot tristia vota cruore
Mandant Henrico sic habitare sibi,
Ut populus per eum non sordeat, et vel adire
Pontificem properet atque satisfacere,
Vel non praesumat sollempnem ferre coronam
Et lateat sacco tectus et in cinere.
'Nos', aiunt, 'Christum regem nos scimus habere,
Sub quo, quisquis agit, rex et honestus erit.
Ipse quidem reges superordinat atque potentes *l. 48.*
Matt. 12, 17. Luc. 20, 25. Et iubet in sumptus et[b] qua tributa dari,
Ut populus subiectus ei sine lite quiescat,
Et timeat legem noxius et gladium.
Quod si furatur rex ipse vel insidiatur
Nec de iudicio iustitiaque studet,
Frustra de solio regnique decore superbit,
Cum male conveniant regia signa malis.
Sicut, qui statuam divino pensat honore,
Fallitur et similem se facit atque parem,
Sic, qui vult dici regnans et fascibus uti,
Errat, si sese nescit adhuc regere;
Quo magis a regno procul est homo, qui pietatem
Non habet et regem spernit habere Deum,
Qui sibi cuncta putat contra ius fasque licere
Et conturbat eos, quos habuit regere;
Qui solium fedat vino cum sanguine potus,
Noctem flagitiis dat scelerique diem.
Sed iam tempus habes resipiscere, si tamen ille
Flentem suscipiat, qui tua sceptra ligat,

a) Michaelis *c.* b) atque *pro* et qua *LAF.; sed versus incorrectus vix certe emendari potest.*

1) Nicolaus Michaelem III. imperatorem non excommunicavit. 2) Gregorii I. registrum XIII, 11, ed. Hartmann II, 376; J.-E. 1875. S.

Si te suscipiet[a] Christus, cum praesule summo — 1076.
Suscipiat; rex est et dare regna potest.
Sin aliter, regnum turbari non patiemur
Et Christum sequimur, quolibet ille vocat'.
Ad papam vero praeces, lamenta feruntur,
Ut licet elato subveniat misero
Et vel eum reddat plangendo reconciliatum
Vel regnum videat, qualiter expediat,
Si vero iussis prorsus parere paratus
Cunctaque facturus illius ad placitum.

Haec ubi sunt illi sic esse reperta, timore
Corripitur, maeret et lacrimosus agit.
Canusium locus est canis in montibus; illuc
Convolat et papam tristis adesse rogat.
Tertia lux illum vidit sub frigore stantem — V. Ang. c. 16. 1077. (28. Ian.)
Et lacrimis sparsum, quas dabat ille[b] pudor.
t. 48'. Quis[c] videat flentem tanto de culmine lapsum
Et non ex animo compaciatur ei?
Venerat a Clunio vir mente simillimus agno,
Abbas abbatum maximus Hugo senex[1],
Sed circa regem tam debilis et lacrimosus,
Ut solam carnem cerneret atque decus.
Hinc adeo papam durum vocat et misereri
Iam debere rogat, ne magis interimat;
Esse patris memorem, quem luxuriosus egensque — Luc. 15, 11—32.
Invenit facilem filius, ut rediit;
'Et quis', ait, 'tantum pater est quam pontificalis
Spiritus et Petri de vice nomen habens?
Omnes peccamus, et Petrus nonne negavit? — Matth. 26, 69—75.
Et quid pro tanto crimine sustinuit?
Flevit et ad veterem sic est revocatus honorem;
Quid? Facimus durum difficilemque Deum?'
Illi se sociat et plus quam faemina plorat
Matildis, mestos ut faciat relicos.
Ut videt ille senem lacrimando defficientem,
Solatur verbis, sed dolet atque gemit.
Porro videns Martham quasi fratris funera flentem, — Ioh. 11.
Tum vero lacrimas vix inybere[d] potest.
Martha tamen, quod Martha, facit, sed mortuus iste
Non vult ad vitam surgere de tumulo.
Papa videt lacrimas, sed non de corde fluentes,
Ad Christum spectat, dum vocet et iubeat.
Sed propter stantes importuneque rogantes
Tandem solvit eum, sistit et ante Deum.
Iurat, suscipitur et participare iubetur,
Sed necdum sceptro redditur aut solio[2].
Sed quis solvat eum, quem Christus non revocavit?
Aut quis vivificet, quem Deus interimit?

a) *fortasse corrigendum est* suscipiat. *Schw.* b) *cf.* v. 3204. c) *abhinc iterum pergit man.* 1. *c.* d) *i. e.* inhibere.

1) Cf. Lamperti Annales ed. Holder-Egger p. 290. S.; adde p. 294 cum n. 6. De rebus Canusii gestis cf. Holder-Egger, 'N. Archiv' XIX, 537—563; Meyer von Knonau, 'Jahrb.' II, 756—764, 894—903, et 'Deutsche Zeitschrift für Geschichtswissenschaft' XI (1894), 359—363; Overmann, 'N. Archiv' XXI, 486—489. 2) Cf. Vita Anselmi c. 16: *tertia demum die est absolutus, verumtamen in regnum non est restitutus.* S.

Si Christus Lazarum lacrimans non vivificasset,
Non prodesset ei iussus abesse lapis;
Factorem faceret moles amota sepulchro, *f. 49.*
Sed nec virtutem vincla soluta darent.
Cum Samuhel regem iussus dampnare superbum
Fleret, non habuit ex prece, quod voluit;
Mittitur[1] ad puerum pastorem sed[1] chilaredum
Et committit ei rus et ovile Dei.
Quid tamen iste Saul comisserat? Ergone tantus
Error erat regi parcere vel pecori?
Hinc videat, quicumque putat clementer agendum,
Ne magis offendat, quando remissus agit.
Solvitur ille[2] tamen, quia plangitur et quia plangit,
Sed neque vinctus adhuc nec resolutus abit.
Nam qui non potis est necdum resolutus abire,
Tum quoque non poterit, cum resolutus erit.
Quod fuit in Lazaro preclare significatum,
Cum iussus rursum vivere vinctus iit.
Ut stupeas duo mira simul: de morte levari,
Et vinctum facilem posse movere pedem;
Christus vivificat, Christus dat posse moveri,
Ecclesiae virtus solvit et ire sinit.
Haec quoque de Christi iussu vel munere manat,
Quo sine nec solvit nec bene quisque ligat.
Quem vero veterum necdum piget improbitatum
Nec pudet in proprio computruisse luto,
Quid prodest sacris assistere sive resolvi,
Cum necdum vivat nec bene liber agat?
Quare non properet, qui solvere vincla rogatur:
Expectet, videat, quando magister agat,
Quando vocet, nec spiritui se credat aperto,
Ne sicut Iudae sit foris ille pudor.
Quem vero lateat, qui spiritus intima vexat,
Cum neque letetur nec bona verba ferat,
Stet fixis oculis tacitus meditansque cibumque *f. 49v.*
Horreat in mensam pronus et ungue notans?
Gregorius cernit et iam se dampnat, at illum
Admonet, ut sese iam sapienter agat.
At vulpes foveas habeant, volitancia nidos,
Ad Christi requiem non erat ille locus.
It tamen ut liber quamquam[a] rediturus et omnes
Imperii faleras exibiturus ei.
Sed inox ad quod erat redit et fallaciter instat,
Ut quocumque dolo possit eum capere.
Haec tibi semper erit versucia pessima, Symon,
Sic pro te fieri vota precesque rogas.
Ut videt Henricum mala curia penituisse,
Astute satagunt rumpere pacta bona.
Et mox Anselmum capiunt, sed non retinere
Audent pro tanta nobilitate viri[3].

Ioh. 11, 39.
1. Reg. 15, 35.
1. Reg. 16.
1. Reg. 15, 9.
Ioh. 11, 44.
Matth. 8, 20.
Act. ap. 8, 24.
1077. (Febr.) V. Anr. c. 17.

a) **tanquam** *man. I, corr.* quamquam *man. 2, c.*

1) Coniunge: *non habuit . . . sed mittitur.* 2) Heinricus IV. rex. 3) Cf. supra v. 48 cum nota.

Geraldum[1] retinent de cardine pontificali,
Qui causae socius atque laboris erat.
O pietas! O fortis amor! Rogat ille teneri
Et se pro socio vult dare suplicio[a].
Sed non suscipitur, quamvis nocuisse sciatur
Et plus posse bonis auxilium facere.
Interea gaudens Henricus inaniter et se
Magnificans inter regia vina suis
Complicibus, quod ei prudentia Gregoriana
Cesserit et nodos solverit arte suos,
Dum remeare parat quasi rex et crimine mundus,
Iam male securus, iam male multa minans,
Ut didicit regem contra sua sceptra levatum
Rodulphoque duci[2] iam diadema datum,
Tum vero sentit Domino nullius obesse cf. Prov. 21, 30.
Consilium, nullos posse nocere dolos.
f. 60. Sed factum papae miser imputat, arguit illum
Corruptae fidei perfidus atque redit;
Et vix susceptus pugnam parat, omnia vastans,
Omnia disperdens[3] et veneranda loca.
Scismatici, socio simul et tutore recepto,
Surgunt e latebris quisque nocere bonis.
Quis referat caedes, incendia, furta, rapinas,
Et quod inauditi fiat ubique mali?
Pseudopontifices non iam sub duplicitate
Aut quasi sub specie religionis agunt.
Omnia nudantur, timor et reverentia nulla,
Nec iam quemque pudet — denique quem pudeat! —
Sed tamen et pudor est unus vitare pudenda,
Et scelus est summum de bonitate loqui.
Haec domus, haec sedes, haec curia demonialis,
Quidquid ubique sonat improbitatis, habet.
Rex novus e contra murum se religionis cf. Ezech. 13, 5.
Opponit, pugnat fortiter et superat[5].
Sed quia nunc locus est certaminis atque laboris,
At[a] mox subsequitur et decus et requies,
Post varios belli casus et sedicionum,
Rodulphus moritur, et pietas premitur. 1080. (15. Oct.)
Tum vero subita de prosperitate levati
Gaudent et celeris[b] non meminere rotae
Caeci nec sese nec prospera discucientes,
Quae dat, ut obduret corda superba, Deus, cf. Exod. 9, 16. Rom. 9, 17. 18.
Insultant etiam papae quasi decipienti[6]
Et iam sacrilegum vulgo locuntur eum,
Se sanctos, se chrysticolas, se religiosos,
Quorum causa Deo iudice iusta patet.
'En', aiunt, 'qui nos lacerant, qui regna lacessunt,
Qui sine pontifice[c] et sine rege ferunt,

a) Et *legendum esse coniecerim.* b) sceleris *c., emendavit Schw.* c) *nota hiatum, cf. v.* 3448 *cum nota.*

1) Ostiensem, v. Arnulfi Mediolan. V, 10. S. Cf. Meyer von Knonau II, 768 sq. 2) Vita Anselmi c. 17: *volens, si posset, pro fratre suam ipsius animam ponere.* S. 3) Sueviae. S. 4) Cf. Meyer von Knonau III, 35 sq., 61 sq., 73, 96. 5) Pugnam ad Melrichstadt die 7. Augusti a. 1078. commissam dicere videtur; cf. Meyer von Knonau III, 137 sqq. 6) Cf. v. 3239 sq.

cf. 1. Macch. 5, 19.

Iam videant, quo desipiant: victoria certe
De coelo veniens haec secus esse docet.
Iam iustus Deus est et inanes arguit illos, *f. 50r.*
Qui se magnificant et sua facta probant,
Qui solvunt homines periuros inque fideles[1]
Et regnare iubent, quem Deus ipse vetat.
Non satis est papam contra decreta levasse
Et iuramentum, quod miser ipse dedit,
Si non et turbas moveant et seditiones
Et regem faciant, ut sua vota tegant.
Nunquid Alexandro non hic iuravit[2], ut illam
Sedem nullo unquam tempore susciperet,
Cum[a] languente patre, quem fecerat, argueretur
Letiferi potus conditor[3] atque cibi?
Sed nos arguimur, nos fures, nos homicidae,
Qui regem sequimur, supplicium patimur.
Nonne potestatem Deus ordinat et iubet omnem
Sicut maiori subdere semet ei?
Paulus apostolicae dux et via traditionis,
Rom. 13, 1. Sic ait et regem non sine honore facit.
1. Petr. 2, 13 sq. Hoc in decreto Petrus non discrepat illi
Et ius non aufert regibus ydolatris.
Aut haec scripta negent, aut Christi iussa sequantur,
Quem, qui non sequitur, stultitiam loquitur[4].
Sic aiunt, sic improperant, sic vociferantur,
Atque triumphali cuncta canore replent.
Inde furor cecus quasi iam non percipiente
Aut curante Deo proruit absque lugo.
Non est respectus, non est timor eius in illis,
Incedunt luteas et sine luce vias.
Iamque satis non esse putant contemnere sumum
Horrendisque malis commaculare patrem,
Sed, cum sint scelerum sordes et flagitiorum,
Ut iam non redeant et sapienter agant,
Arte nova sibi consimilem vel deteriorem
1080. (25. Iun.) Omnibus inveniunt et sibi proficiunt.
Ecce malum[5], quo non aliud deformius ullum,
Sed sedet in tali corpore tale caput.
Guibertus, quem non puduit violare pudorem,
Quem penes invenias quidquid ubique mali,
Iuravit papae[6], sed quae periuria ledant *cuat. 6. f. 51.*
Aut moveant hominem, quem Deus exposuit[6]?
Qui, si non esset veterum sentina malorum,
Non posset tantis signifer esse malis.

a: *abhinc iterum pergit man. 2. c.*

1) Intellige: *periuros infidelesque.* Schw. Cf. supra v. 2398. 2) Cf. infra v. 5590. S. Cf. C. Mirbt, 'Die Wahl Gregors VII.' (Marburg 1892) p. 15—17; epistolam episcoporum concilii Wormatiensis Gregorio datam (Cod. Udalrici n. 48; MG. Const. I, n. 58); Vitam Heinrici IV. imperatoris c. 6 (ed. W. Eberhard, SS. rer. Germ.), p. 22, n. 7; libri mei: 'Heinrich IV. und seine Helfer im Investiturstreit' (1927) cap. 3. 6. 3) Cf. supra v. 2298—2296. Similiter, sed paulo aliter Benzo Albensis VII, 2 (SS. XI, 672) Hildeprandum *vena incisa pro minuendo sanguine* effecisse, ut Alexander papa interficeretur, calumniatur. 4) Cf. Verg., Aen. IV, 174: *Fama malum, quo non aliud velocius ullum.* 5) De sacramento isto cf. infra v. 4101 et Bonizonem in Libro ad amicum lib. VI (ed. Dümmler p. 600) et Donizonem lib. II, v. 122 sq. (SS. XII, 382). De sacramento Wiberti ficto apud Deusdedit vide Löwenfeld, 'N. Archiv' X, 321. Cf. etiam O. Köhncke, 'Wibert von Ravenna' (Leipzig 1888) p. 17 sqq. S. 6) Cf. infra v. 5884.

Iudice Guiberto rerum confunditur ordo,
Solvuntur leges, desipiunt canones.
Quod fidei, quod iustitiae, quod religioni
Obstat, Guiberto iudice robur habet.
Sola fides cum iustitia, cum religione,
Non sunt Guiberto iudice tuta satis.
Guibertus caedes, Guibertus traditiones
Ore manuque simul ordinat atque facit.
Hunc, ne quem pudeat, ne quis vereatur adire,
Nulli dissimilem constituere ducem:
Sacrilegi, fures, omicidae, symoniales
Securi veniant iamque licenter agant.
Quem sacra sanctorum comunio non capiebat
Et meritis scelerum fecerat esse foris,
Contra sanctorum censuram conciliorum
Nunc sibi Romanam praeripuit cathedram
Et patrem insequitur; non fas, non iura veretur,
Nec dubitat sceleri ferre patrocinium.
Hoc duce turbantur, qui iussa sacrata secuntur,
Hoc duce congaudent, qui mala vota fovent.
Si quis emit, si quis violat, si denique vendit,
Hunc sibi tutorem deligit atque ducem.
Vallis erat Stigiae caliginis[1], ut locus ipse V. Ans. c. 19.
Horrorem faceret et mala signa daret.
Illuc confugiunt, illic sollempnia fiunt;
Noctis opus[2] talem debet habere locum.
Respice nunc aliquando, senex miserabilis, atque
Discute, quid facias: si placet altus honor,
Si sunt divitiae, si rerum gloria cordi,
Ad luxus[3] satis est sola Ravenna tuos.
Quid tibi cum tenebris[a], cum perversoribus istis,
Et qui ductorem deseruere Deum?
f. 51r. Sed metuis de iudicio, quia perfidus atque
Periurus gravibus dilacerare malis[4].
Scis[b] tibi difficilem sub tanto iudice litem[5],
Qui non corrumpi qualibet arte potest.
Ergo iudicium non effugis, ipse patenter
Ostendis culpam magnificasque tuam.
Nunc tua Guibertum nec tota Ravenna videbat,
Roma tuas sordes non sinet alta tegi.
Gregorianus odor quam circumfertur ubique,
Tantus eris tota fetor in aecclesia.
Iam quia nemo tibi tanta praecessit in arce[6],
Non succedentem non capit iste locus.
Si properas, nec ei poteris succedere functo,
Et iam nulla potest sella vacare tibi.

a) *sequ.* et *c., quod delendum esse videtur.* b) Scio *c., emendavit Schw.*

1) Brixia. Cf. Vita Anselmi c. 19, l. c. p. 19: *In loco siquidem horrido et asperrimo* etc. 2) Cf. Vita Bennonis c. 18 (SS. rer. Germ. ed. H. Bresslau p. 24, supra p. 884): *die declinata in vesperum cum papam abdicassent eiusque in locum substituissent Ravennatem episcopum.* 3) Luxuria Wiberti a Bonizone (MG. Libelli I, 600. 611) et a Donizone lib. II, v. 155 (SS. XII, 382) corripitur. Cf. G. Köhncke, 'Wibert von Ravenna' p. 127. Cui Wibertum non ambitione, immo fide regis, ut papa fieret, commotum esse iudicanti nullatenus possumus assentiri. Vide ibid. p. 128. S. 4) Cf. v. 3811. S. 5) Cf. Horat., Ars poet. v. 78: *et adhuc sub iudice lis est.* 6) Cf. Deusdedit Libellum contra invasores et symoniacos c. II, § 12 (Libelli II, 330): *scientes (complices Wiberti) eundem nulli Romanorum successisse pontificum,* cum nota 9. S.

Perdis, si quid eras, cum Romam tollere queris,
Hanc ut non habeas, praeproperando facis.
Ergo foris, non intus habes hoc pontificale,
Non honus aut nomen, sed magis obprobrium.
Qualis Cornelio iam pontificante Novatus[1]
Nulli successit, nullus et ipse fuit
Et fecit turbam, fecit sibi scismate sellam,
Talis es et simili crimine scisma facis.
Dumque cubile patris ascendere nec rubor obstat,
Non potes esse pater, sed magis antipater.
Quid iuvat ova tamen alieno[2] ponere nido?
Dissimiles fetus numquid habere potes?
Sacramenta[3] facis tamen hoc de munere nostro,
Sed sunt haec eadem perniciosa tibi;
Perniciemque fers[a], quantis impenderis illa,
Et quantis alii te tribuente dabunt.
Si quid eras intus pro condicione sacrandi,
Et foris esse potes conditione sacri.
Sacramentorum ratio non perditur extra,
Et redeundo valet, si placet aecclesiae.
Sed vulnus faciunt, cum non ex ordine fiunt,
Et lacerant[b] miserum, qui sacrat ipse miser.
Sicut baptismus foris est et non iteratur,
Sic ordo dandi creditur esse foris.
Et sicut rediens non debet saepe sacrari, *f. 52.*
Sic, quicumque venit, praestita non recipit,
Sed vel agit, si conveniens fortasse videtur,
Vel sacra signa gerens cesset ab officio,
Sicut et intus habens post exicialia quaedam,
Ut, qui signa ferunt, non opus exhibeant.
Hinc igitur, miserande, vides, quam desipuisti,
Si tamen hoc ipsum non tibi culpa tulit.
Ad sumos apices quavis dicione profectus,
Dum nimis alta[4] petis, pronus ad ima ruis.
Tune[c] putas non esse gravem turpemque ruinam,
Quod contra Dominum suscipis hanc cathedram?
Quod capud esse malis cumulo faciente malorum
Dignus es, et tales te cupiere sibi?
Eligeris de tanta hominum vel perditione
Vel numero turpes et reprobos regere.
Non animadvertis, quia, si deformior esset
Et sacris rebus intolerabilior,
Non te susciperet inimicus religionis,
Et qui consilium perditionis habent?
Ergo placet talem tanta ratione videri,
Qualem de tota fece levare nequis?

cf. Gen. 49, 4.

cf. 1. Cor. 11, 29.

a) fertis *c., emendavit Ewald;* feres *proponit Zacher; fortasse* feris *legendum est. Hofm.* b) lacerat *c., quod fortasse servandum est.* c) Tunc *c.*

1) A. 251. Cf. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianae, Decreta Cornelii papae, p. 171. Hefele-Leclercq, Histoire des conciles' I, 168 sq. S. 2) Cf. Isidori Etymologiarum lib. XII, c. 7, § 67 de ceculo vel taco. 3) Versibus 3373—3390 Rangerius non negat Clementi ab Alexandro rite ordinato et presbyteris ab ipso Clemente ordinatis ius sacra ordinandi (corpus et sanguinem Domini, baptisma et reliqua sacramenta dandi) inesse, sed hoc eis indigne dantibus et accipientibus secundum 1. Cor. 11, 29 perniciosa esse minatur. Cf. Anselmi Librum contra Wibertum, Libelli de lite I, 522: *Sanctum quippe suum, quod foris habetis, quod malo vestro accepistis, ..., veneratur ecclesia.* Cf. de hac re etiam infra v. 4827 sq. 4) Cf. infra v. 4183.

Esto igitur capud excitii, Sathananque secutus
Iob ad vexandum, sed moderanter, habe!
Eripias licet et vigiles iumenta bovesque
Et pecus et famulos, pignora sancta, domos
Et carnem maceres et cum muliere fatiges,
Tangere non audes vel potes hanc animam,
Gregorii sedes et ei concessa potestas,
Sicut erat Petri, semper et huius erit.
Non est periuri, non mechatoris et eius,
Qui sibi discipulos criminis huius habet.
Pone tamen sedeas illa quandoque cathedra,
Iam tamen hic nullo tempore praesul eris.
Haec sedes sicut Moysis quandoque superbum, Matth. 23, 2.
Hypocritam, furem, sacrilegumque capit,
f. 52r. Nec tamen idcirco bonus est, qui sedit in illa,
Sed bonus heligitur, quem sacra sella ferat.
Sicut non malus est, quem sedes non bona cepit,
Sic non ex sancto sanctificare loco.
Quaerendum primo de morum condicione,
Et quae tam sancto congrua sunt operi.
Haec ubi sunt canonum veteri racione reperta,
Roma suum sequitur et sacra cuncta patrem.
Ergo sequebatur veterem sua Roma Camillum,
Et sinet ire procul se sine Gregorium?
Roma suum vigilem non semper moesta sequetur,
Per quem luxit ei praevia stella Dei.
Et tenebras noctis horrendas[a] perpecietur,
Quas illi facies, perdicionis homo,
Cum venies et diripies pastoris ovile, 1084. (Mart.)
Quod fovet et pascit ipse cruore suo.
Sed non ista tibi tua gloria longa manebit,
Urbanus veniet, qui tibi colla premet.
Quem tu de parvo paulatim proficientem 1088/89.
Tollentemque capud sicut amena cedrus
Non poteris perferre[1] diu; tum defficiendo
Cernes depositum, quem regis, atque tuos
Ausus incipies dampnare, sed insipienter,
Et non flebiliter utiliterque tibi[2].
Omnibus expletis, ubi se male conscius error
Ad mentem revocat, solvitur et dubios
Estus[b] ut Gemini mare patitur[c] atque procellae
Et iam iudicium sustinet ipse suum.
Ut quem nocturnis aprehendit nubibus auster,
Et iam Scilleos detulit in scopulos,
Si Borea vexante fretum fervere[d] Caribdis
Incipiat, Stigium fertur ad usque chaos:
Et, quo se vertat, non invenit, horret abyssum,
Horret item voces oraque mille canum,

a) horrenda *c., emendavit Ewald.* b) *alibinc iterum pergit man.* 1. *c.* c) parciter *man.* 1, *corr.* patitur *man.* 2, *c.* d) fervore *c.*

1) Medio anno 1092. Wibertus Roma excessit, Urbem non iam intraturus. 2) Clemens postquam tempore laudato Romam sua sponte reliquit, sequentibus annis calamitatibus pressus regem a proprio filio impugnatum vidit et papatu se abdicare voluisse narratur. Vide Köhncke l. l. p. 88. S.

Non aliter deceptus homo sub corde vicissim
Turbatur saevis motibus et variis.
Aecclesiam metuit, quam scit non posse perire, *f. 88.*
Quae valet et novit scismata destruere.
Postremo luctus longos, tormenta dierum,
Et cum Tartareo sulphure suplicium.
Non illi secura dies, nox nulla quieta,
Horrorem Paulus incutit atque Petrus.
Preterea, quanam redeat, timor obstat ubique,
Italiam claudit femina bellipotens,
Quam metuit, ne se gladio consumat et yghi,
Aut dampnet longo carceris exilio.
Nec maris alta placent, metus est aquilone secundo,
Nulla fides ventis, nulla fides pelago.
Stat tamen aequoreas pocius temptare procellas
Quam se faemineo credere naufragio.
Mitior ira maris, clementior unda videtur,
Aut fera terribilis quam gravis illa manus;
Hanc ut non metuat et tandem evadere possit,
Eligit irato credere se pelago[1].
Quo te precipitas, infelicissime? Nescis
Imperio domini cuncta subesse sui?
Ergone cuncta putas tecum sentire, nec illi
Ultra servicium muta elementa dare?
Num. 16, 1—33. Non recolis Datan? Non detestaris Abiron?
Qui terram metuis, credulus es pelago.
An nescis Ionam Tharsum[a] transire volentem,
Ion. 2, 6. Quem mare pertimuit, belua saeva[b] tulit?
Nescis naufragium Pauli, cum nocte dieque
Act. ap. c. 27. Fluctibus obruitur iam vir apostolicus?
O timor, o miserae fastidia sera senecte!
Matth. 27, 5. Cur Iudae facinus non trahis[c] ad laqueum?
Exod. 14, 23 sqq. Ille tamen Pharao[2] simul egit in aequora currus,
Obruitur mediis et comitatus aquis.
Sed trahitur sub terribili feritate monendus,
Ut se respiciat et sciat esse Deum.
Oblitus[d] sceleris, oblitus iudiciorum, *f. 88'.*
Ad vim consilii mittitur aequorei.
Artis egens et mentis inops non quaerit opertae
Classis turritos vellificosque sinus,
Non petit experte remos et transtra moventem[e]
Nec celi faciem concipit ad volucrem.
Omnia tuta facit et tranquillisima terror,
Et magis instabilis terra videtur aquis.
Ingreditur fragilem nocturno tempore cimbam,
Qualem non adeat vel residente Pado.
Cuncta silent, solus miscet sua murmura ventus,
Et proibet pelagus tam grave ferre nefas.

a) Tshrsum *c.* b) saeva bellua *c., emendavit LAF.* c) thrais *c.* d) *alhinc iterum pergit man. 2. c.* e) vivente *c., emendavit Ewald.*

1) De hac re nihil alibi traditur. De fuga Ravennam versus cogitandum esse v. 3467 ex verbis: *metus est aquilone secundo*, intellegitur. S. Haec potius a. 1093. quam 1092. accidisse puto; cf. Meyer von Knonau IV, 379—397, passim. Et e versibus 3505 sqq. elucere videtur Wibertum conatum quendam mare transeundi, fortasse versus Istriam vel affines regiones, facere voluisse. 2) Scilicet Wibertus.

It tamen et mortem metuens fugit incola mortis 1093.
Nec trepidat tumido credere vela notho.
Vix aberat portu, cum se caligine celum
Vestit et ingeminat noctis opaca chaos.
Nusquam stellarum solatia, nulla Boote
Signa patent lunae, delituere globi.
Ventorum mixtis conatibus ira carinam
Pulsat et aequoreos tollit in astra sinus.
Nudantur scopuli, pelago nudantur arenae,
Et patet educto vallis utrimque salo.
Carbasa scinduntur, ruptos quatit aura rudentes,
Atque ipsum manibus fluctus aplustre rapit.
Iam ratis horret honus, iam fluctus omnia vastant,
Hoc tibi litigium bestia saeva facit.
Te mare, te tellus[1], te celi nubila dampnant,
Et de morte tua litem elementa gerunt.
Servaris, scelerate[a], tamen maioribus atque
Parcitur ad poenam iudiciumque tibi,
Dum non corrigeris tantae terroribus irae
Nec sibi te reducem gratia tanta facit.
Post tot virtutes Pharao, post funera durus
Ultrices undas pertulit et populus. Exod. 14.
At te plus voluit divina potentia ferre,
Commovit terram, murmur abegit aquae. —
f. 54. Hoc ita[2] signifero tam vi quam fraude levato 1080/81.
Eumenidum rabies fertque refertque faces.
Pelluntur patres e sedibus, et temerato
Iure patent saevis omnia septa lupis.
Sacra profanantur, sacraria despoliantur,
Antiocum dicas aut Totilam furere.
Una salus[3] papam, canones, decreta negare
Et Guibertino cedere[b] demonio.
Hoc agitur prece vel pretio, plerumque timore;
Hoc agitur totis viribus atque dolis.
Antichristus adest et multa perfremit ira
Et, si tempus habet, omnia diripiet.
Sed propter sanctos tempus breviabitur[c] illi[d],
Cum fuerit fidei purificata seges.
O quantum paleae trahit haec quassatio secum! cf. Matth. 3, 12.
Et quantas cedros sybilus iste quatit!
Sed novit Dominus famulos ubicumque fideles,
Et si corruerint, ipse levare potest.

3.

Ergo furente manu quasi vento et sulphuris igne 1081.
Henricus fauces occupat Italiae
Et, quamvis cupiat caput orbis[e] perdere Romam
Et faciant illi sola secunda moram,
Sustinet incerto se non committere Marti,
Dum tonat a tergo femina, quam metuit.

a) ó scelerate *c., emendavit Schw.* b) caedere *c.* c) brebiabitur *c.* d) ille *c.; fortasse* illud *legendum est.* e) orbe *c.*

1) Cf. Lucan. I, 110: *Quae mare, quae tellus* ... Rangerius post versum 8340 reliquerat. 3) Cf. Vergil.
2) Hinc narratio rerum gestarum anni 1080 pergit, quam Aen. II, 354: *Una salus victis: nullam sperare salutem.*

V. Ans. c. 20.

Hoc animo maiora probans in praelia vires
Per loca se fundit, quae comitissa tenet[1].
Quanta potest vastat, incendit, depopulatur
Et Christi famulam debilitare sitit.
Haec est, quae Dominum Petro monitore secuta
Ante pedes eius se dedit atque sua.
Ut primum miserae didicit mala gaudia carnis[2],
Horruit et sese protinus erubuit.
Non potuit primo se, sicut vellet, habere
Servivitque suo pene puella viro.
Materni[a] monitus generisque[b] potencia clari
A desiderio detinuere pio;
1076. Matre[c.3] viroque Dei nutu quandoque soluta[3]
Disposuit soli sola vacare Deo.
Sed iam iamque malis increbrescentibus istis
Ad defendendam cogitur aecclesiam.
Suscipit Anselmum monitorem sive magistrum,
V. Ans. c. 20. Qui doceat sacras signifer ipse vias
Et Christy Domini tanquam paranimphus honores
Illius exponat diviciasque patris
Atque in languorem[d] sanctum convertat amorem,
Exornet talamum floribus atque thorum,
Pervigil accensam doceat servare lucernam,
Matth. 25, 1 sqq. Dum sponsus veniat, qui sibi suscipiat.
Hoc facit, hoc curat, hoc nocte dieque laborat
Et vitae studium dirigit ad bravium.
Iam lassescentem, iam tanta mole gementem
Recreat exemplis colloquiisque bonis,
Utque fit[e], efferri de prosperitate volentem
Terret et instabilem monstrat habere gradum.
Sic se, sic illam bellique domique regendo
Christy miliciam servat et aecclesiam.
Hoc opus, hoc studium tua sunt donaria, Christe,
Qui servas famulos hic et ubique tuos.
Act. ap. 7, 55 sq. Cum Stephanus pro te lapidum sub grandine staret
Et fleret miseros id faciendo mori,
Vidit te stantem, vidit sua bella iuvantem
Auxiliumque tuum sensit adesse sibi.
Iudic. 4. Ad sexum fragilem redeamus: Debbora quondam
Ante viros fortes forcior arma tulit.
Non illi preceptor erat, non signifer ante,
Et fecit strages atque trophea tulit.
V. Ans. c. 29. Hic[4] geminas vires Christo sociavit in unum,
Quorum singultu pascitur et lacrimis.
Quos ita concordi procinctu nocte dieque
Stantes obstupuit Teutonus et timuit.
Cui cum cessissent et se postremo dedissent
Ralinae fortes magnificique viri,

f. 54v.

f. 55.

a) *abhinc iterum pergit man.* 1. c. b) *ita c.*; generique *proponit Tondelli p.* 30 *n.* 1 *ad p.* 29, *qui cum hoc loco Greg. VII. Reg. I,* 46 *ed. Caspar p.* 70 *l.* 24 *sq. confert, sed vix recte.* c) Matreque *c.* d) langorem *c.* e) Ut quae sit *c., emendavit Schw.*

1) Lucae moratus est diebus 19. et 20. Iulii a. 1081, testantibus chartis St. n. 2837—2839. — Cf. Bonizo ed. Dümmler p. 613. S. 2) De hoc loco vide Overmann, 'N. Archiv' XXI, 422; Colucci l. l. p. 127 sq.; L. Tondelli, 'Matilda di Canossa' (Reggio-Emilia [1925]) p. 27 sqq. 3) Cf. v. 2943. S. De secundo Mathildis matrimonio cum Welfone V. a. 1089. iuncto, a. 1095. soluto Rangerius haud aliter ac Donizo omnino silet. 4) Anselmus, qui suas ipsius et Mathildis vires *sociavit in unum*; cf. V. Anselmi l. l.

Una domus[1] veteri de nobilitate creata — V. Ans. c. 20.
Et fundata fide nobilitate magis
Sustinuit, non erubuit castella domosque,
Urbes et vicos perdere pro Domino[1].
Insuper et vitam dare non formidat habetque
Hoc decus eternum, si moriatur ei.
Scit sane, quia forcior est victoria, quando
Pugnatur iugulis, et speciosa magis; — 1. Macch. 2, 38.
Sed, si servantur haec sabbata, religionem
Perdimus et pietas de pietate perit.
Cum pagana fidem vesania persequeretur,
Pugnandum iugulis atque cruore fuit.
Plus est, quod faciunt, qui pacem scismate rumpunt,
Et res divinis[a] plus inimica sacris.
Erexit vitulos et turificavit Aaron, — Exod. 32, 4.
Sed mox penituit et veniam meruit. — Ib. v. 22 sqq.
Denique prudenter vitulum concessit ad horam,
Ne se confoderent desererentque Deum,
Certus venturum Moysen, qui verba referret
Atque hunc errorem sanguine corrigeret. — Ib. v. 26 sqq.
Quos persistentes invenit legifer ille,
Occidit gladio militis et proprio.
At vero Dathan et Abiron scisma moventes — Num. 16, 31 sqq.
Vivos enecuit terra. Quid edocuit
Hac in vindicta tali discrecio iusta?
Quid? Nisi quod vincit omnia[2] pacis amor?
Quando minor gravius puniri culpa iubetur,
Quae lex dat minimis maxima suppliciis?
Inde patet plus esse satis rescindere pacem,
Quam cum demonio thus adipemque facis.
Qui simulacra colunt, facili racione premuntur;
Qui scindunt, speciem religionis habent.
f. 55'. Et quia de Christo simulata mente loquuntur,
Hoc magis impugnant dilacerantque fidem.
Hii Christum non esse putant et decipiuntur;
Hii Christum falsant vel magis ingeminant.
Quo minus est falli quam fallere, tam minus esse
Scito negare fidem quam sacra dividere.
Denique venisti, de sacro fonte bibisti,
Ille neque advenit nec sacra nostra bibit.
Nunc autem laceras, iam desine, turpius erras,
Sed sine re speciem religionis habes.
Atque hoc deterius, quia pacem fingis amici,
At vero diras fers inimicicias.
Quo constat tales ultra non esse ferendos,
Quos nisi conpescant verbera, verba vacant.
Hoc pietas antiqua videns ad religiosos
Confugit reges vel magis arma dedit,
Ut tales premerent et vel residere iuberent
Atque vacare sibi, vel bona subriperent.

a) divinas, *corr.* divinis *man. 1, c.*

1) Cf. V. Anselmi I, l.: *Adeo enim singulis per singula provide ac sapienter consiliatus est, ut ... pene totius Italiae sola domus illa resisteret, iniuriam Dei suamque vindicaret, honorem obtineret et gratiam Dei non amitteret.* 2) Cf. Vergil., Georg. I, 145: *Labor omnia vincit;* III, 325: *Quid labor aut benefacta iuvant?*

Sin alias, gravior sentencia subsequeretur,
Ut iam de gladiis terror inesset eis.
Si[a] pacem quaerunt, desistant bella movere,
Desistant[b] fidei dilaniare togam;
Desistant[b] Christi tunicam rescindere, quam nec
Romanus miles findere sustinuit.
Sed lacerant et dilacerant et dilacerantur;
Et defensores Christus habere potest.
Anselmus vigilat, dolet, esurit, alget et orat,
His armis sociam munit et ornat eam.
Quin etiam fortes animos dextrasque virorum
Informat monitis crebro salutiferis.
Inque brevi cunctos sic instruit exacuitque,
Ut Machabeum castra movere putes,
Sic ardent animis, sic seque suosque tuentur
Et quod maius habent praesidium fidei.
Hae in militia non perstrepit ira furorque,
Non incandescit fumus avaritiae,
Non luxus, non hebrietas, non cantio mollis,
Et quae militiae fastus habere solet.
Sicut in adversis dominatur ineptia castris
Et petulans luxus[1] sanguineusque furor
Et sua signiferi formam mala castra secuntur,
Sic pia non distant a pietate ducum.
Hostiles cuneos passim funduntque fugantque
Nec dubitant pauci pluribus irruere.
Sane fides et religio plus omnibus armis
Audentes faciunt atque tuentur eos.
Et sicut Iudae harrabant praelia gentes,
Sic et Matildam mundus[2] ubique sonat.
Qualis Amazonio de genere Penthesilea
Belligeras acies ordinat atque regit,
Non illam noctes, non illam frigora frangunt,
Non intemperies cogit abesse suis.
Porro domi Martham simul exprimit atque Mariam,
Providet et curat, consiliatur, agit.
Ad verbum vitae non desidiosa reverti
Hoc desiderio pascitur et studio.
Anselmum celebrat, Anselmi pendet ab ore,
Et tamquam domino sedula servit ei.
Eius ab officio nocturno sive diurno
Numquam discedit cumque legente legit;
Ploranti applorat et cum patiente laborat,
Formam discipulae suscipit et famulae.
Quis putet in tali studio vel simplicitate
Humanis rebus quemlibet esse locum?
Quis putet in tali cura tantoque labore
Femineam mentem posse vacare Deo
Seque recolligere post aestus sive procellas,
Qui circumveniunt atque secuntur eam?

Ioh. 19, 23.

V. Ans. c. 21.

cf. Luc. 10, 39. 40.

a) *abhinc iterum pergit man. 2, c.* b) Dessistant *c.*

1) Cf. supra v. 3844. S. 2) Cf. V. Anselmi c. 20: *ut laudabilis illa (Mathildis) et gloriosa per exteras Nimirum suis (Anselmi) id meritis impetratum est, etiam terras praedicaretur.*

Haec plane non sunt hominis, sed suggerit ille,
Cui fortis mulier haec facit et patitur, Prov. 31, 10–31
Quam satis expresse sapientia pingit et aptat,
Et Salomon propriis exprimit iudiciis[a],
f. 36v. Cum forti sponso mulierem iungere quaerit,
Quae sciat et valeat magnificare domum,
Quae sexum superet, quae fortia facta[1] virorum
Non metuat, cuius omnia vincat[2] amor.
At vero molles et amantes gaudia carnis
Et desideriis illius implicitas,
Ignaras operum, domui non prospicientes,
Quis nisi deceptum credat amare virum?
Quae, nisi continuo praetium tribuatur amoris,
Impensas et opus deperiisse putant.
Huius[3] coniugio non est retributio praesens,
Cui placet attendat, ne properanter agat.
Spes est, quae forti valeat sociare marito,
Res autem procul est, quae datur in praetio.
Idcirco geminat et adhuc de finibus addit,
Ut notet a mundi rebus abesse procul.
Isti sunt fines, quos ultra nihil[b] valet esse
Et citra nichil est, quod satis esse queat.
Reperit Anselmus et signa profetica cernens
Condignam Domini sensit amore sui.
Pulsus ab ecclesia[4] tamquam fraudante maritum
Non sibi sed Domino quaerit habere thorum.
Non erat Anselmi nomen sibi tollere sponsi,
Quod neque Iohannes sustinuit facere.
Sponsus habet sponsam, sponso deservit amicus Ioh. 3, 29.
Et gaudens gaudet eius in obsequio.
Sic et Paulus ait se despondisse marito 2. Cor. 11, 2.
Uni virgineum sanctificare thorum.
Aspicit instantem confidentemque maritus
Et confidit ei, non velut ambiguus, Prov. 31, 11.
De fidei cura, de morum simplicitate
Deque incorrupti sedulitate thori.
Sunt, quibus est fidens oculus fortasse mariti,
Cor vero trepidat, si qua remotus agat.
Tales evacuant magnos clarosque penates
Et faciunt miseros semper egere viros.
f. 37. Haec autem spoliis ingentibus exuit hostem,
Quae tribuit claro belligeroque viro.
Et quia vir bonus est et ei bona plurima confert, ib. v. 12.
Haec quoque, dum vivit, praemia digna refert.
Matildis pugnat, Matildis praemia querit,
Ultima Matildis cor tenet ante virum.
Hostem debellans, victricia signa reportans
Et spoliis illum privat et officio,
Consilio manuum sic usa vel arte suarum,
Ut lanam lino misceat in studio. ib. v. 13.
Vel quia pauperibus nunc haec, nunc illa ministrat
Deque labore suo sedula servit eis,

a) indiciis *sensui melius respondere videtur, cf. v.* 3721: signa profetica. b) *ita c.*; nil *proponit Zeeliger.*

1) Vergil., Aen., I, 641: *fortia facta patrum.* 2) Cf. vel Mathildis. 4) Lucensi.
3) Scil. mulieris fortis, supra v. 3624 cum nota.

Vel quia de lana texit sibi simplicitatem,
De lino studium frangere se nimium.
Prov. 31, 14. Haec super, ut navis, quam strenuus institor urget,
De longe solitum querit habere cibum.
3755 Institor est instans et nulla pericula vitans
Et sibi divitias per mare multiplicans.
Matildis patitur et non timet aequoris undas.
Flamine vecta sacro, velificante cruce.
Matth. 4, 4. Ex illo refici cupiens ieiunia pane,
3760 Quem qui non comedit, vivere nemo potest.
Esto, pauperibus tribuat vestemque cibumque
Et carnis curas mortificare sciat:
Si desiderio Christi non pascitur[a] atque
Iugiter inde sibi per mare cuncta refert,
3765 Afficitur longo miser oppriturque labore,
Dum panis vivus non resaginat eum.
Haec sunt magna quidem, sed adhuc maiora secuntur,
Noctu sollicitas exhibet excubias.
Prov. 31, 15. Surgit, praedatur et sedula praemeditatur,
3770 Ut quasi de praeda seque suosque regat.
Cum legit aut orat post taedia longa diei,
Totum restituit, quod vaga cura tulit.
Et pascit mentem lacrimis et quam sibi gentem
Tamquam per sexum duxit in obsequium
3775 Affectus molles[b], quasi sexum debiliorem,
Et quibus incumbit maxima cura domus,
Quales Iob famulos famulasque potenter alebat, *f. 57r.*
Iob c. 1. Cum quaesivit eum ludificare Sathan.
Porro Matildae praedas de nocte videmus,
3780 Unde cibum tollat quilibet ordo domus.
Tollit ab Henrico nocturna strenuitate,
Unde suos pascit et tegit atque suas,
Dum videt Henricum per tot mala facta perire
Et Guibertinum cernit abesse malum;
3785 Quos dum persequitur et praemonet esse cavendos,
cf. Hebr. 9, 22 Mundat in illorum sanguine lacta manus.
Prov. 31, 16 Haec autem faciens agrum sibi vidit et emit,
Quem colat, ut fructum multiplicare queat.
Quod[d] nisi fecisset, sine fructu et flore fuisset
3790 Romanae campus et decus[c] accelesiae[1].
Denique, quis nescit, quia mundus et ordo fidelis
Ut sterelis[4] campus destituendus erat,
Si non se bello tempestatique dedisset,
Ut vitem fidei catholicae sereret?
Ib. v. 16. 3795 At nunc de manuum fructu vel fronde suarum,
Qua male culta fuit, vinea sacra redit.
An non plantavit, cum fortiter exuperavit
Querentes sacram comaculare fidem?
Denique plantavit, quia viva voce suorum
3800 Et studiis operum pluribus arma dedit,
Exemploque suo multorum consolidavit
Mentes ad fidei iustitiaeque decus.

a) parcitur *c.*; pascitur *LAF.* b) *ita c.*; mollis *legendum esse videtur. Hofm.* c) decus *c.*; dedecus *correxit LAF., cui Suckur assensit; cf. n.* 1. d) *ita c.*

1) Intelligendum censeo: Quod nisi fecisset, tunc campus et decus Romanae ecclesiae sine fructu et flore fuissent.

Quod bene non faceret, si non accincta[a] fuisset,
Accinxit lumbos inrequieta suos. Prov. 31, 17.
Carnales motus tam forti fune ligavit,
Ut non difflueret sive superfluueret.
Atque humerum valido firmavit robore: pulcher
Ordo prius lumbos stringere, post humerum.
Nam nisi cingatur fluxae petulantia carnis,
Nemo potest humeri robur habere sui.
Sed quo fine putas subiisse negotia tanta?
Gustavit, vidit, quid labor iste ferat.
Et iam iam tanti fruitur mercede laboris,
Cum videt hostiles subcubuisse manus,
f. 59. Cum[b] videt Heuricum iam iam sine milite truncum
Et Guibertinas detumuisse minas.
De tali cultu sedet inter praelia Victor[1],
Et novat Urbanus[2] Urbis et orbis opus.
Hanc lucem tenebrae poterunt extinguere nullae,
Novit in adversis forcius efficere,
Aut, si forte vacat et nocte negocia rumpit,
Liberius mentem sublevat ante Deum.
De tali gustu neque caligante lucerna Ib. v. 18.
Ad maiora manum misit et artifici
Duxit opus digito, sic forcia facta[3] perurguens, Ib. v. 19.
Ut teneat fusum dextera, leva colum.
Forcia sunt turbare malos et perdere reges,
Scismaticos odiis frangere perpetuis,
Aut quae sunt ultra vires temptare vel ipsum
Coelum vi rapere vim faciente[c] fide. Matth. 11, 12.
At digiti fusum teneant et dextera tollat,
Quae sibi congessit quantaque leva manus.
Ad levam colus est, at fusum dextera volvit,
Cum de terrenis celica pensa facit;
Unde manus inopi palmas ad pauperis usum Prov. 31, 20.
Extendit miseros veste ciboque fovens.
Denique, quis tantam potuit componere telam,
Ut vestem fidei texeret atque spei?
Quam[d] prius hinc hereses hinc schismata dilaniarant,
Donec feminea conficeretur ope.
Ergo manus aperit, cum sacramenta revelat,
Quae quasi sub levo clauserat ante sinu,
Cum facit, ut fidei verbum discurrat in orbem,
Quo sine mendicat et dolet omnis homo.
At vero domui non est metus ulla nocere, Ib. v. 21.
Frigora quanta ruunt asperitate nivis.
Nix frigus generat, quoniam prudentia carnis
Albescit specie, sed nocet ex glacie.
f. 59'. At vero duplici circumdata pectora veste
Non metuunt linguas et superant gladios,
Aut quia promissis vitae praesentis et eius,
Quae sequitur, freti noxia nulla timent.
At si multiplici et vario sub tegmine vestem
Texuit, ut semper tuta sit atque decens,

a) accincta *c.* b) *abhinc iterum pergit man. 1. c.* c) *fortasse* patiente *intelligendum est.* d) *abhinc iterum pergit man. 2. c.*

1) Papa III. 2) II. 3) Cf. v. 3705 cum nota.

Prov. 31, 22

3855 Stragula vestis habet varios mixtosque colores
Et forti filo texitur et vario.
Sic decet ornari virtutibus et variari,
Ne cito rumpatur quaelibet absque aliis.
Additur et byssus, ut conversatio carnis
3860 Pura sit et vitii suspicione carens.
Purpura subsequitur, quae sanguine tincta videtur,
Ut sit martirii rubra cruore sui.
Aut ne per florem carnis sibi querat honorem,
Sed regni solium purpureumque decus.
3865 Et ne mireris, cui tam studiosa laboret,
Illa videt, quanto sit placitura viro.
Ib. v. 23. Illa viri spectat venturam nobilitatem,
Quando senatorum sedibus intererit
Et celi portas faciet vel claustra patere.
3870 Omnibus occurrens, omnia discutiens,
Qui fortasse modo neque nobilis esse videtur
Nec sua pro meritis reddere cuique potens,
Sed veniet tanta cum maiestate verendus,
Ut vix sustineat cernere iustus homo.
3875 Sunt etiam portae conventus ob sinodales
Causas expliciti, quos agit ipse sedens
In medio magni circumspectique senatus,
A quibus in dubiis queritur et gravibus.
Credidit insanus hunc oppressisse rigorem,
3880 Ut de iustitia non loqueretur homo;
Sed verbum Domini numquam valet illaqueari,
Iamque nitent portae de probitate viri.
Quem latet Urbanum sic consedisse secundum[1]?
Quem rigor illius et sacra gesta latent?
3885 Indecorem vero tantis conventibus illum I. 59.
Dicere non poterit quilibet hostis homo.
Ergo senator habet laudem sibi sive senatus,
Et non praecipue, qui sedet, ipse Deus?
Haec autem scimus tractari non potuisse,
3890 Si non haec mulier sic operata foret.
Hoc opus illius, haec cura laborque diurnus,
Iam per eam portae, iam sacra iura patent.
Iam per eam medius tractat censetque maritus
Et velut in porta iam manifestus agit.
3895 Sic se sicque suos postquam vestivit alumnos,
Addidit, ut faciat, quod praetio tribuat.
Composuit vestem, quam distrahat, et studioso
Conatu simplex, sed grave fecit opus,
Quod cito disrumpi non possit et ornet habentem,
cf. Marc 14, 51 sq. 3900 Qua sine Iohannes non bene nudus iit.
Act. ap. 11, 5. Hoc est, quod Petro descendit ab ethere lapsum
Et de reptilibus iussit habere cibum.
Lata fides genus omne capit, de tegmine cuius
Et decor et robur omnia membra tegit.
Prov. 31, 24–25. 3905 Vendidit hanc vestem mulier, quam perfidus ante
Quilibet induitur et pretiosus emit.

1) Saepius; postremo in concilio Lateranensi die 30. Aprilis a. 1099. habito. S.

Iamque patet tanti, quem femina texit, amictus,
Pro quo non dubitent Itala corda mori,
Quando Cananeus[a.1] mutatis scilicet illis
Baltibus[b] ad gladium militiamque redit.
Ergo, qui gratis acceptam non tenuerunt
Et rupere fidem, iam patienter agant.
Et lacrimis tunicam, quam iecit et ipse Iohannes,
Ne nudi fugiant et moriantur, emant;
Et permutentur nec tales inveniantur,
Quales erubuit Christus et alma fides,
Cum fugerent et terga darent sua turpiter hosti
Et fierent saevo praeda cruenta lupo.
Ergo Cananeus cingatur: non bene pugnat,
Cui vestis talos impedit atque ligat.
f. 59v. Quod dum fit, risus et gaudia longa parantur,
Quando dies nullas inveniet tenebras
Et miseris luctu stridentibus atque dolore
Cum palma risum laetitiamque dabit.
Propter quod studuit et se sapienter habere
Et mala clementer tollere sive pati.
Has inter curas considerat arcta viarum, Prov. 31, 27.
Quas incedat ei credita tanta domus.
Ut monasteriis sua sit reverentia, ne quis
Effluat et latas inchoet ire vias.
Et sic in reliquis conventibus ecclesiarum
Quam vigilanter agat, quis recitare queat?
Hoc unum satis est ad tantam sedulitatem,
Quod vel dum comedit otia nulla capit.
Et panem vitae, quem gustat nocte dieque,
Expendit reliquis et docet hoc, quod agit.
Quo fructu quaeris aut qua mercede futura?
Surgent, quos genuit[c] atque Deo peperit, Ib. v. 28.
Et dicent illam summa cum laude beatam,
Quos ea de tantis mortibus eripuit.
Vir quoque laudabit et robore sive decore
Induet et vestem congeminabit ei;
Ex hoc praecipue, quia turmae scismaticorum
Deque cruore sacro subdola progenies[d], Ib. v. 29.
Quae sibi divitias iam congessisse putabant,
Invenient vacuas et sine laude manus.
Quas quia decepit species et gratia fallax
Et propter laudem destituere fidem,
A mercede procul et munere destituentur,
Propter quod Dominum non timuere Deum.
At vero metuens mulier laudabitur atque Ib. v. 30.
De fructu manuum semper ei dabitur. Ib. v. 31.
Et non deficiet laus haec et copia tanta
In portis proprio praecipiente viro.
Sed quando ille suos contempnit? Quando relinquit?
Quando continuo non fovet auxilio?

a) Cananeo *c.* b) *dictum videtur pro* balteis; *cf. Prov.* 31, 24: et cingulum tradidit Chananaeo. c) gemit *c.*, *emendavit Ewald.* d) proienies *c.*

1) I. e. Heinricus IV.

Cf. Matth. 26, 53. Curia celestis gladios habet et legiones f. 60.
Et, cum vult, famulis mandat in auxilium.
4. Reg. 6, 14—17. Scimus Helyseum, cum vallaretur ab hoste,
Armatos equites celitus intuitum;
Quos puero hostendit, quorum virtute superbos
Luminibus privat Samariamque trahit.
2. Macch. 10, 29. Debellaturo cum paucis millia Iudae
Miles belligeros se tulit ante viros.
Sic quoque, cum Iosue Iericho subvertere vellet,
Armatus niveo terruit actus equo,
Ios. 5, 14. Qui se ductorem quaesitus dixit eorum,
Quos Deus ipse suis scribit in agminibus.
Hos aliquando quidem nos non sentimus adesse,
Sed tamen assistunt cominus atque tegunt.
Sepe[a] tamen divina manus, quos erudit atque
Informat, patitur aspera multa pati.
Et, cum sit presens, pleramque putatur abesse
Et sine praesidio deseruisse suos.
Sed probat et multo melius tunc consulit illis,
Quam si subveniat et manifestus agat.
Qui, dum permiscet laetis contraria, fortes
Efficit et tumidos non sinit esse suos.
Qui si franguntur et deteriora secuntur,
Nec sic iusticia vel pietate vacat,
Dum cuprum puro melius secedit ab auro,
Et sequitur sordem sordida massa suam,
Ne lux cum tenebris proprio minuatur honore
Incipiatque suo forte carere bono.
Hinc adeo plures primo pia castra secuti
Retro[b] cesserunt a pietate Dei
Et Christi famulam deserti deseruerunt
Rom. 11, 4. Et curvaverunt se miseri ante Baal.
Quorum discessu domus est et clarificata
Et firmata magis auxiliante Deo.
Tum vero Christi defensor et eius amica
Non cessant monitus acumulare pios.
Qui[c] discesserunt, non fuit in sorte fuerunt[1]; f. 60'.
Anselmus memorat et racione probat:
1. Petr. 2, 9. 'Quod[d] permansistis in tempestatibus istis,
Vos estis numerus, quem probat ipse Deus.
Nunc illos et consimiles omnino cavete
Et sicut pestem vel gladium fugite.
Et vere gladii furor est communio prava,
Quo qui percutitur, concidit et moritur.
Et sicut tollit hucem caligo diurnam
Et calor in mediis non bene fervet aquis,
Sic, qui participant anathemate contaminatis,
Consortes fiunt illius et pereunt[2].
Et, cum pugnatis, quos infestatis, amate;
Pugnet non hodium, sed pietatis amor.

a) *abhinc iterum pergit man.* 1. *c.* b) *pergit man.* 2. *c.* c) *pergit man.* 1. *c.* d) *emendandum esse* Quot *coniecit T.AF.; etiam in* Qui *emendari posset.*

1) V. Anselmi c. 21: *Recesserunt tamen ab illa plurimi suorum et abierunt retrorsum. Separati illud maxime inter cetera replicans, ut ab excommunicatis se observarent.* S. 2) Ibidem: *spiritualibus doctrinis et admonitionibus — sunt, inquam, a nobis, quia non erant ex nobis.* S.

A verbis etiam vanis tumidisque cavendum,
Qualia qui pugnant fundere multa solent.
Nemo iustificet sese, non deprimat ullum,
Nemo furetur quodlibet aut rapiat.
Castos vos illi servate per omnia, fratres,
Qui sibi pollutum nescit habere thorum.
Denique quod[a] fidei, quod[a] religionis habete,
Ut, qui vos videat, agmina sacra sciat.
Et Deus ipse suos custodiet, ut nichil illis
Omnino noceat, quod facit et faciat'.
Haec dum sepe facit et eos confirmat, ut ultra
Lapsum non metuant, si tamen hoc caveant,
Et miseris monstrat, quanto de culmine lapsi
In quam Tartareo delituere lacu,
Et multos revocat de somno et carcere mortis
Et reparat vitae laetus et aecclesiae,
Ipsum postremo temptat revocare tirannum,
Atque locum veniae sic quoque spondet ei,
Si redeat, si poeniteat, si confiteatur.
Et se Gregorio conferat atque Deo,
'Si pietas', inquit[1], 'si rerum cura valeret,
Quae facis et tractas, omnia non faceres.
Sic dico non ex odio, non ex feritate,
Sed, quia, quod non est, dicere non valeo.
Numquid[b] adulari tibi debeo? Decipiuntur *quat. 7. f. 61.*
Et te decipiunt, qui tibi sceptra ferunt.
Denique noverunt, quid agis, et tu quoque nosti
Et, quia non regnas, ipse patere facis.
Quod si regnares, non coelica iura negares
Et regem Christum subsequerere tuum.
Nunc Belial sequeris et Christum perdere quaeris,
Et Christy sponsam destruis, aecclesiam.
Tollis pontifices et pontificalia vendis
Et contra regem pontificemque facis.
Quem regem? Quem pontificem? Dominumque Deumque,
Qui solus sceptro fulget et imperio.
Solus habet coeli claves et solus Averni
Claustra tenet, regum solus ubique potest.
Et te magnificas et ei, miserande, repugnas,
Qui neque principibus assimilare bonis.
Scilicet haec Pirrus faciebat et ille Philippi
Fortis Alexander, quem Darius timuit:
Qui, ne nulla sequi posset victoria, molles
Erubuit[2] gladios faemineasque manus.
Turpe viro forti mulierem vincere, vinci
Turpius; ergo puta, quid tibi laudis erit,
Si te victorem faciet non mollior[3] hasta
Vel tua strenuitas, sed magis ira Dei;

a) *intelligendum videtur* tot. b) Nunquit *c.*

1) V. Anselmi *c.* 21: *Ipsi denique quondam dicto regi commonitorium dictavit.* Hoc opus adhuc desideratur. S. 2) Alexandrum pugnam cum Amazonibus evitasse, ne ab iis vinceretur, Rangerius hic contendit, quod ita dictum nec in Iuli Valerii Alexandri Polemi libro: Res gestae Alexandri Macedonis (rec. B. Kuebler) nec in Leonis archipresbyteri libro de Alexandro ('Alexander-roman' ed. F. Pfister) invenio. 3) Scilicet Mathildis comitissae; cf. v. 4049, 4217.

Quod si victus eris, quod ego reor esse futurum,
Regibus et populis ludus et omen eris,
Sed Romam venies, Romam superabis et istum[1]
Sublimem facies in tua dampna tuum.
Nec satis esse putas ad crimen flagiciose
Vivere, pollutas sanguine ferre manus,
Si non auctorem contempseris et monitorem
Et super hoc aliud feceris ipse caput.
Nonne tibi statuam miser erexisse videris,
Cum neque discernat aut oculis[a] videat?
Anne videt, qui se foveam demersit in altam
Et secum multos in caput ire facit?
Et cum dampnatum iuste se senciat olym, *f. 61v.*
Condempnatorum signifer esse potest.
Hunc tu scire putas et vel discernere posse,
Qui sub districto iudice non metuit.
Cecus[b] es et cecum sequeris; iam si laberinthum
Formides, cecum ne comitare ducem!
Si credis, faciam cum lumine posse reverti,
Et, pro quo saevis, haec tibi sceptra dabo.
Ante pedes Petri supplex lugensque iacebo,
Dum reddat sceptrum mitior et solium'.
Haec illi, sed durus homo non flectitur atque
Durior inque dies saevior efficitur.
Denique Guiberto scribit monitoria[2] quaedam,
Adversus miserum[c] commiseranter agens:
'Iam satis et nimium, Guiberte, silencia nostra
Lusisti nimis et[d] pacis abusus ope.
Dum patimur vel compatimur, dum dissimulamus,
Ungues exacuis subdolus et gladios.
Iudicium faciens prudencius et racionem
Si de praeteritis abluerere malis,
Feceris fructum sane tibi convenientem
Et qualem tribulus spinaque ferre solet.
Quando potest arbor mala fructum gignere mitem?
Sed neque non mitem non mala ferre potest.
Mens bona cum fertur, fervet magis ad bonitatem,
Cumque flagellatur, aptior efficitur.
Effera molliri nulla dulcedine novit
Et, si percutitur, saevior esse solet.
Et quid agat vineta[3], colen[e] cum sucus amaram
Non emendat humum nec labor assiduus?
Nonne ego te vidi quasi fructum ferre volentem
Et quasi subiectum, cuiu Laterana domus
Excepit nimium gaudenter et officiose,
Et tua post primam cellula prima fuit[4]?

1. Matth. 15, 14.

1074. (Mart.) V. Anselmi c. 18.

a) occulis *c.* b) *ubhinc iterum pergit man. 2. c.* c) miseram *c.* d) o *c.* e) colen *c.*

1) Guibertum. 2) Cf. V. Anselmi c. 21: *et heresiarcham ipsum, sanctae sedis Romanae invasorem, Wibertum scriptis salutaribus commonuit.* Unam ex illis epistolis edidit Berolheim, Libelli de lite I, 519 sqq., ubi auctor ipse dicit (p. 520): *Scripsi tibi pauca cum multo dolore et sincerae caritatis affectu, ut cognoscens errorem tuum redires ad cor et poenitentiam ageres delictorum tuorum.* Sed neque litteris illis editis ea, quae Rangerius profert, si generalem rationem excipis, ullo modo congruunt nec magis aliis carmen nostrum respondere putandum est. S. 3) Intelligendum videtur: 'Et quid agant vineta, cum neque sucus cautem neque labor assiduus amaram humum emendat?' 4) V. Anselmi c. 18: *Hic namque nobis cernentibus omnem obedientiam et subiectionem domino nostro papae Gregorio exhibuit; sed et ipse cum*

Denique iurasti, nec enim potes ista negare[1],
Nunc, quid agis? Quare turpia tanta facis?
Sed laesit, quia Tartareo te fune ligavit,
Et quia[a] Tartareus tu tibi funis[b] eras.
f. 82. Quis nescit sordes et quae mala tanta patrasti?
Et quis sustineat vel sceleratus homo?
Nos tamen, ut dixi, de te meliora putantes
Expectabamus, ut melius saperes.
Ut vero monitis non es dignatus adesse[2],
Qui te corrigeret, traditus es Sathanae.
Discere debueras non blasphemare, sed auges cf. 1. Tim. 1, 20.
In dampnum capiti deteriora mala.
Denique, si iustus et iustis iustior esses,
Quo te iudicio pontificem faceres?
Perlege scripturam, seniores consule, quando
Aut ubi pontificem curia deposuit?
Si sine consensu Romani pontificatus
Nullus pontificum sede carere potest,
Pontifici summo quae curia quaeve potestas
Vel quod concilium tollere iura[3] potest?
Pone tamen iam Gregorium non pontificare
Et sedem summam pone vacare patre:
Quis Romanorum cuiuslibet ordinis in te
Contulit officium praesidiumque patris?
Hugonem[4] satis esse putas, quem diximus Album? v. Ans. c. 19.
Sed iam dampnatus atque fugatus erat:
Quando tamen multis pastorem procreat unus,
Quamvis consilio fultus et eloquio,
Quamvis ornatus et moribus et bonitate
Et per cuncta placens utilitate suis?
Ergo vides, quia iam nichil est de pontificatu,
Quod retinere tibi qualibet arte queas.
Adde, quis assensum tribuit? Quis vidit ovantes
Pompas et niveos quis tibi rexit equos?
Hos ego non miror, quos admiraris amasque,
Qui nichil aut hominis aut rationis habent.
Hos autem quaero, quales aliquando videmus
Ad spem sydeream corda levare manu. Thren. 3, 41.
f. 82'. Qui bene discernunt, melius discreta secuntur,
Quos taedet vitae labilis et miserae,
Qui neque corrumpunt neque corrumpuntur: avarum,
Mollem, sacrilegum quis bene scire putet?
Si laudes horum, si conciliabula[c] curas,
Falsus es et falli te, miserande, probas.
Si vero reginen hos[d] inter ducere queris.
Cecus es et cecos perdere non metuis. Matth. 15, 14.

a) ut quid c.; *legendumne fortasse* At quid *et in v.* 4105: *punctum post* ligavit *ponendum? Hofm.* b) funus c. c) concinabula c.; *coniecturam* conciliab. *protulit LAF.* d) hos *bis scriptum est c.*

honore illum ac dilectione in sacro Lateranensi palatio recepit hospitio et proximum illum a dextris suis in sancto habuit concilio et primum in omnibus etc. Cf. Bonizonem ed. Dümmler p. 600, ubi similia narrantur. Ex huc loco et alio infra N. 3 allato epistolam hanc ficticiam esse cognoscitur. S.

1) Cf. supra v. 3311. S. 2) Cf. Anselmi epistolam ed. Bernheim, Libelli I, 520. S. 3) Cf. epistolam memoratam p. 522: *Sicut enim iam dictum est, si Gregorius in ecclesia fuit, qui apud te etiam constitit, et iudex a nullo condempnari potuit,* etc. 4) Cf. V. Anselmi c. 19. S.

Nec de pastoris unquam gaudebis honore,
Cum Pastor veniet et pecus inspiciet.
Petrus habet sedem cum Paulo iudicialem,
Quique vices eius pervigilanter agunt.
In quo te numero quaeremus sive cathedra,
Qui non pascis oves, sed rapis et laceras?
An quia Clementem te nominat impius ordo?
Sic Parcas dicunt[1], parcere quod nequeant,
Sic lucum, quia lux[2] in eo non praevalet ulla.
Sic etiam dictus Symon et ille fuit.
Non quia pareret divinae traditioni
Aut consentiret rebus apostolicis.
Ergo Clementem, quoniam disperdere queris,
Te vesana vocat turba per oppositum.
Hac ergo in serie prorsus non invenieris,
Hyrcus es et ilem[a] pascis habesque gregem,
Ad levam stabis, et grex tuus ibit in ignes
Laturus Stygio pabula longa cani.
Tunc ubi turbo vagus, ubi lata potentia vestra,
Et quae iactatis, cum bona verba datis?
Hic, hic pone oculos, hic mentem cum ratione
Et, quasi iam videas, haec mala tanta time.
Sed video, quia non metuis discrimina tanta
Et datus es sensum desuper in reprobum,
Sicut, qui voluit sedem super astra levare
Et se non timuit equiperare Deo,
Nunc, quamvis videat, quoniam sibi Tartarus instat,
Non tamen a cepto se revocare potest.
Et[b] miserabiliter sese desperat et omni f. 69.
Arte doloque facit, ut socios habeat.
Scit tamen inde sibi melius non esse futurum
Et nichil omnino posse latere Deum.
Ergo superbus agit et vel sic quaerit habere,
Qualemcumque potest, imperii speciem.
Tu quoque, quandoquidem iam non potes esse, quod optas,
Papatum turpem turpior ipse facis.
Sed facies, mihi crede, miser nimis alta[3] petendo,
Ut neque concessum fas sit habere locum.
Dumque cupis, prave, praesul Romanus haberi,
Iuste tolletur ipsa Ravenna tibi.
Sed sine propter eum, qui te de morte redemit,
Et ne perde pecus, quod sibi[c] Christus agit.
Qui tibi clementer dignetur tangere mentem,
Quosque trahis tecum, consociare sibi[d].

Sic ait et monitis non cessat voce, litura,
Ut Domino quaestum multiplicare queat.
Sed paciente Deo Sathanas turbavit utrumque
Et magis atque magis opprimit atque ligat.

Rom. 1, 28
Is. 14, 13 sq.

a) *ita c. corrupte; fortasse* vilem, *similem vel tale quid legendum est.* b) *abhinc iterum pergit man.* 1. *c.* c) *ita verisimiliter legendum pro* tibi, *quod LAF. habet. S.* d) *ita c., non* tibi, *ut apud LAF. S.*

1. Isidori Etymol. VIII, 11, 93 (Migne, PL. LXXXII, 324): col. 607): *Lucus est densitas arborum solo lucem detrahens, tropo antiphrasi, eo quod non luceat. Parcus dicunt xar' ἀντίφρασιν appellatas, quod minime parcant.* 2. Isidorus l. l. XVII, 6, 7 (Migne l. l. 3) Cf. supra v. 3894.

Ut tamen advertunt[1], quia res non provenit illis,
Castra movent tristes arvaque Tuscia petunt[2].
Ut cessisse vident comitatus et legiones,
Tum vero genitus et dolor et lacrimae
Et pro Romano suspiria pontificatu,
Ad Dominum inges multiplicatque preces.
Pectora contundunt, coelum clamore fatigant,
Qualem non surdus quaerit amatque Deus.
Incipit Anselmus, sequitur miserabilis illa[3],
Quae per Gregorium coepit amare Deum:
'Quam bene provisum fuerat, Deus optime, nobis,
Cum fera terribilis quaereret haec capita,
Cum rimaretur gladio, cum persequeretur,
Cum nobis totis viribus irrueret!
f. 63v. Unde tibi visum, virtus et gloria, Christe,
Ut nos eriperes et nova bella ferres?
Si placet, ut parcas, et tanta laude videmur
Indigni pro te bella necemque pati,
Non laeta mortes Romanas aure feremus,
Et Pauli gladios excidiumque Petri,
Immo tuas, Domine, cedes mortemque famemque,
Et quae multa furor obsidionis habet.
Esto: summus mollis, et ob hoc mala praelia tollis,
Ne simus sanctae dedecus aecclesiae.
Tu vires animosque dares. Quis pertulit unquam,
Si non auxilium sensit adesse tuum?
Et, quem invisti[a], qui[b] non vel sanguine vicit?
Quis timuit gladium te duce sive crucem?
At nunc quid faciet venerabilis illa senectus[4],
Cum mortem populi cernet ubique sui,
Cum miseras matres natorum funera flentes
Et passim pueros hense famemque mori?
Hanc vitam quis non videat miserabiliorem
Morte? Vel has mortes unius esse viri
Quis non exoptet? Nam mortem non timet ille,
Quae tali vita dulcior esse potest.
At nos quid facimus ut[c] oves pastore remoto? 1084.
Num Guibertinam flectimur ad statuam?
Parce, Pater, nobis et ab isto carcere tolle.
Ne sine Gregorio simus in exilio.
Denique parce tuis longe lateque per orbem,
Quos tibi Gregorius educat atque fovet:
Qui disperdentur, si Guibertina sequentur
Scismata, quae saevos mittit agitque lupos.
Et lupus est vehemens et tigride saevior omni
Pastores tollit et pecudes laniat.
Hos ergo perdis, et nos quoque cuncta timemus
In tam deserta terribilique via'.
f. 64. Sic flentes Domino Romana pericula mandant
Et detrimentum totius aecclesiae.

a) injusti *c., emendavit Ewald.* b) *intelligendum videtur* quis. c) et *c., emendavit S.*

1) Anselmus et Mathildis, cf. v. 4203. Non recte, ut puto, A. Overmann, 'N. Archiv' XXI, 480 cum N. 5 de Heinrico et Guiberto cogitavit. 2) Rangerio tempora non bene distinguente dubium est, de quo anno expeditionis regis cogitaverit. S. Cf. Overmann, 'Mathilde' p. 148—151, 'Regesten' n. 42a—d. 3) Scil. Mathildis. S. 4) Gregorius. Cf. Sap. 4, 8: *Senectus . . . venerabilis.*

III.

1.

1081. (Iul.)

Comperit[a] ut regem festinum Luca venire,
Scinditur et vario murmure mixta fremit.
Hi regi nova festa parant portasque patere
Praecipiunt regi, cuncta licere ferunt;
Hi perversorem clamant debere repelli,
Sed Petri furias non movet iste sonus.
Usque adeo Petrus non cessat cuncta movere,
Turbans nocturnis omnia consiliis:
Petrus, homo quo non alius[1] prudentior atque
Lucensi populo prompcior arma dare.
Nemo magis doctus populi captare favorem
V. Ans. c. 10. Ac velut ex oleo vim reparare foco[2].
Iamque furit praetioque manus conducit iniquas
Atque intemptatum iam nichil esse sinit.
Regis in adventum talem se format, ut illum
Rex quoque miretur et socium cupiat.
Non parcit manibus, linguae dissolvit habenas
Nec timet in celum prodigiosa loqui.
Nec metus est de Gregorio, ne per comitatum
Laedat, namque iram non timet ille Dei.
Ergo ubi per regem sentit perversa licere
Et causam fidei non bene stare videt,
Immemor aeterni gemitus et supliciorum
In tergum faciem vertit et ire Deum
Contra non timuit, patrem patriamque prophanus
Insequitur, saevas iungit amicitias.
Iamque per angustos aditus rex advolat atque
Fessus in umbroso[3] gramine castra locat;
Nec Guitbertus abest, dux et comes impietatis,
Matth. 15, 14. Deducens cecum cecus ad interitum.
Petrus compositis rebus praetioque paratis,
Qui sese peterent ac velut eligerent,
Mittit ad Henricum mercari pontificatum
Et Guibertino se dare servitio.
Nec mora! Promissis vendit festinus uterque.
Praeventus fama criminibusque viri.
Luca facit plausus, miscet nova gaudia vulgus, f. 64'.
In Petrum ferme consonat omnis homo.
Scilicet ad mores pravos scelerumque favorem
Signiferum famae deterioris habens.
Si vero est aliquis[4], qui cum pietate laboret,
Non tamen est ausus de pietate loqui.

a) *abhinc iterum pergit mon.* 2. *c.*

1) Cf. supra v. 3307. 2) Cf. supra v. 1827sq. S. 3) 'Umbroso' scribendum et de monasterio Vallis Umbrosae cogitandum esse censuit A. Overmann, 'N. Archiv' XXI, 430sq., cui Meyer von Knonau III, 380—382 assensus est. Sackur in nota quadam huic loco aspersa contradixit, cum auctor nusquam Vallumbrosae Henricum castra locasse dixerit regemque diebus 19. et 20. Iulii (St. n. 2837—39) Lucae fuisse chartae testentur, neque habeamus, cur id, quod Rangerius narrat, ad aliud tempus referamus, lectorem etiam ad ea, quae Colucci p. 150 exposuit, reiciens. Equidem quamquam 45 Overmanno verum coniecisse haud abnuerim, tamen quia auctor res gestas ubique nimis breviter et obscure tangit et exclamationes suas nimis longas et verbosas interponit (usque ad v. 4788, cf. v. 4789sqq.), rem in medio relinquendam esse censeo. 4) De se ipso Rangerius, 50 qui his rebus interfuit, cogitare videtur.

Iam quis in hac sacrae fidei morumque ruina
Non trahat ex imis flumina visceribus?
Lugemus muros hostili Marte ruentes,
Nec Hieremias ipse tenet lacrimas; Jer. 9, 1 (?)
Denique Salvator noster, cum cerneret urbem, Luc. 19, 41 sqq.
Quam subvertendam noverat, ingemuit.
At nos ridemus, ubi desolatio talis
Festivam speciem dissipat et requiem?
Et quid sunt muri cineres quandoque futuri?
Quid turres faciunt, quae cito deficiunt?
At murus fidei, cuius fundatio Christus,
Virtutum vario culmine portat opus.
Hoc ubi vastatur de morum perditione,
Perditur aeterni gloria summa boni:
Et pro laetitia, pro comoditate bonorum
Exoritur clades et sine luce dies.
O rerum novitas! O perturbatio mentis!
O res divinis exagitanda minis!
Quod Iudae facimus aut quae blasphemia tanta
Samariae? Quid nunc, o Ysaia pater?
Quid facimus? Quos plaga tumens non occupat artus,
Computruere crebris omnia vulneribus. Is. 1, 6.
Non est, qui foveat, et non est, qui medeatur,
Nec medicamentum quaeritur aut oleum;
Et verbum Domini contemnitur et gravis ira
Et, quem iam valeat nemo cavere, furor;
Quoque magis stupeas, praecellentissima quondam
Argenti species vertitur in scoriam. Ib. v. 22.
Iam plus quam meretrix facta est urbs ante fidelis, Ib. v. 21.
In qua iudicium cepit habere domum.
At[a] velut abiecto legali mecha marito
Servit demonibus pressa libidinibus.
f. 65. Et pro iudicii tractatu iustitiaque
Fraudibus incumbit, cedibus invigilat.
Miscet aqua vinum, pro vino fundit acetum, Ib. v. 22.
Et neque principibus est adhibenda fides. Ib. v. 23.
Quanti furantur aut cedibus insidiantur,
Nullum iudicii de gravitate timent.
Qui non furantur, furantibus associantur,
Munera captantes praemia respiciunt.
Vox pupillorum contemnitur et viduarum,
Et non est aliquis, qui tueatur eos.
Consimiles Sodomae vel adhuc magis atque Gomorrae Ib. v. 9.
Excessere novis omnia flagitiis.
Idcirco Dominus per multos multa minatus
Ultra non patiens iam violenter agit.
Iam quercum foliis ventus cum grandine nudat Ib. v. 30.
Et iam serotinis indiget hortus aquis.
Et sicut stupae solvit scintilla favillam, Ib. v. 31.
Sic opus illorum robur utrumque vorat,
Ut possit nullus extinguere. Quis furor unquam
Vel sic exarsit vel bona tanta tulit?
Ignis edax est ira Dei, furit intus et extra cf. Is. 30, 27.
Et primo tollit, quae bona prima videt.

55. a) *fortasse* Et *legendum est.*

Principio florem depascitur interiorem
Et inox, quanta placent, dissipat exterius.
Sicut coniugio gaudet sine sorte maritus
Nec sine suplicio parcit adulterio,
Sic animum divinus amor sine cognitione
Coniugis alterius et sine labe capit.
Ex hoc coniugio prodit coelestis origo,
Quam parit et lactat et colit alma fides.
Sic est in populo, sic in quocumque fideli
Divini quaedam copula coniugii,
Quam quisquis violat, diro se crimine fedat
Et fit spiritui sicut amica malo.
Nec patitur fortis haec impunita maritus;
Reicit et mecham depopulatur eam.
Lucha fuit dives, sed luxuriata maritum
Sprevit, divitiis illius usa mali.
Urbibus in Tuscis non est opulentia maior, *f. 68.*
Non maior vini copia, non olei.
Grata situ, specie mirabilis, ut paradiso,
Si dici liceat, non nimis invident.
Praecellunt specie pueri simul atque puellae
Et naturalis non eget arte color.
Alta viris virtus, prudentia maxima rerum,
In senibus gravitas et reverendus honor.
Virginibus, viduis custodia summa pudoris,
Coniugibus prolis cura thorique fides.
In re civili pax et concordia summa,
Ius et iudicium pendula lance pari.
Furta, rapina foris, periuria tam prope nulla,
Ut ne sacra quidem tangere vellet homo.
At vero sacri cultus qui fervor, ab ipsis
Rebus et altaris ordine scire licet.
Tempora transierunt[a] velut aurea sub Phrigiano,
Qui color in prisca religione fuit,
Cum ligni calices[1] auratos pontificatus
Atque gradus alios per loca quaeque dabant,
Cum neque nobilitas neque copia divitiarum
In numero sacrae cognitionis erant,
Cum procul a sacris equites, pomposa suppellex,
Et male conditi iuris amica gula.
Qualis Martinus, qualis[b] fuit et Phrigianus,
Quorum paupertas nullius indiguit;
Quorum paupertas, quid posset, clarificavit,
Cum Phrigianus aquam flecteret[2], illé focum[3].
Pauper uterque fuit, fuit et peregrinus[4] uterque,
Sed non in Christo pauper uterque fuit.
Horum ego transierim sacra [saecula][c], tempora primi
Aeris et hoc ipso nomine clara magis.

a) transierunt *proponit Zwolfer.* b) *intelligendum videtur:* talis. c) saecula *deest, lacuna non indicata in c., supplevit Hofm.; virgulam post* primi *delevit Strecker.*

1) Cf. supra v. 2831. S. 2) S. Frigdianus episc. 233). S. 3) Cf. Sulpicii Severi Vitam s. Martini c. 14. Lucensis (566—588) civitatem ab inundatione Auseris (ed. Hahn, CSEL. I, 123). S. 4) Martinus Pannonia, fluvii servasse traditur. Cf. infra v. 4873 sq. et Gregorii Frigdianus Hibernia oriundi fuisse traduntur. Schw. Magni Dialogorum lib. III, c. 9 (Migne. PL. LXXVII,

Perstringam reliquos, quorum sub tempore vita
Decolor et studio non satis aequa[a] sacro.
Attamen argento color est suus, et licet auro
Impariter niteat, sed magis ere placet.
f. 68 Hinc[b] igitur videat, qui Lucam scire laborat,
Qualis et in quanta sedulitate fuit
Exornare domos sacras et magnificare
Et ditare suum rebus episcopium.
Consule scripturas iam multo verme fluentes,
Martini nostri praedia multa leges.
Iam de militibus quid agam? Cum vel minor aetas
Sufficiat magnis regibus et dominis.
Et mihi sufficeret, si non mentita fuisset,
Sicut et Anselmo, dum bene fida fuit.
Quorum maiores de munere pontificali
Multas et magnas optimere domos
Et per virtutem multam multumque laborem
Ecclesiae dampnum non potuere pati;
De quibus eterno non contemnenda relatu,
Si non protraherem, plurima congererem.
Auro contextae vestes gemmaque nitenti
Augebant celebres rebus et arte dies.
Cum processurus sollempni luce sacerdos
Expressum variis non bene ferret honus
Et circumstantes dextra levaque ministri
Portarent humero texta metalla gravi;
Sicut sub Moyse sacer est ornatus Aaron Exod. 31, 1 sq.
Et sub eo sacrae quilibet ordo domus,
Cum populus victor Egipti cum Pharaone
Es et opes varias haec ad agenda daret. ib. 35, 21 sqq.
Hinc ergo populi studium mirari supersunt
Plures et magni nominis ecclesiae,
Quarum qui cultus fuerit, quae gloria quondam,
Ambitus et lapidum longa ruina docet.
De monasteriis vero vel in urbe vel extra
Non est ad numerum texere sermo levis.
Sic populus quondam Lucensis lucis honorem,
Ex quo nomen habet[1], actibus exhibuit.
f. 69r. Clerus cum populo quasi mens cum corpore iuncta
Certabant proprias sanctificare vias.

Ast ubi diviciis non est modus, et peregrina
Religio celebrem caepit habere crucem,
Ut solet, ex opibus et libertate fruendi
Et pudor et probitas et sacer ordo perit.
Ac primo vestem luxu studioque placendi
Induitur laicam, qui sacra vasa gerit.
Hinc gula quaesitis dapibus terraque marique
Pascitur et dampnum non videt ipsa suum.
Esca frequens venterque tumens disrumpit habenas
Iamque thorum alterius scandere ludus erat.

a) aqua c., *emendavit Schw.* b) *abhinc iterum pergit man.* 1. c.

1) Cf. supra v. 703.

Inde per errorem mutato crimine, sed non
In licitum verso flagicii placito
Itur ad heredes et posteritatis amorem,
Et qui succedat, tollere clerus amat.
Ac sic ut populus, sic incipit esse sacerdos, 1 Tim. 3, 2.
Nec de coniugii simplicitate studet.
Nupta sacerdoti discernitur aptior illi.
Cultus[a] et arte dolum conficiente color.
Pontifices primo contendere, mox ubi trita
Fronte pudor cessit, desiliere gradu.
Sucentiunt alias alii thalamosque suorum
Fedant, ast aliis plus sua pacta placent.
Hoc ita testatur castellum Mammula, multae
Preterea villae, praedia[b] multa nimis.
Hic furor errorem geminat, solvitque timorem
Subiectis gradibus pontificale malum.
Hinc sua cuique domus, rerum communio nulla;
Atque ita privatus omnia solvit amor;
Dum non est, qui corripiat, quia vita magistri
Si non conveniat, spe sine verba facit.
Inde per errores varios corrupcio plebem
Occupat, ut scabies inrequieta gregem.
Ad reprobos mores non uno calle venitur I. 67.
Et nullus subito pessimus efficitur.
Sicut nemo boni summam[c] conscendit in arcem,
Si non a minimo tendat in alta gradu.
Sed[d] non continuo pudor est omnino solutus,
Constat sed paucos eminuisse viros,
Qui primi facerent, quaequae facienda docerent,
Viventes casta sobrietate domi.
Sic per doctrinam, per mores, per racionem
Occurrit lapsis cura superna malis,
Dum non vult aliquem nullo revocante perire Ezech. 33, 11. Jo. 3, 16.
Sed salvum fieri, quem creat atque regit.
Sed lux in tenebris et adhuc in turbine tanto
Vix illi satis est, qui moderatur iter.
Inter perversos vocem sapiencia mittit
Et tanquam pueris lac dare pollicitans
Non exauditur, sed enim postremo minatur, 1. Cor. 3, 1. 2.
Quod super illorum rideat interitum. Prov. 1, 26.
Hinc etiam Paulus dum causam gentibus aufert
Culturam veri deseruisse Dei,
Non mox a summis[e] facit argumenta malorum,
Sed primo lumen eripit et faciem:
Lumen, quod Dominum spreverunt glorificare Rom. 1, 21.
Nec grates tanto retribuere bono,
Quod[f] secernendum dederit nulloque docente
Per res ad rerum traxerit artificem; Sp. v. 20.
At vero faciem, quia, qui se cogitat esse,
Quod non est, oculo fallitur ipse suo.
Israhel et Iuda quondam duo regna fuerunt
Atque fidem Domino non habuere Deo;

a) *constructionem verborum et sensum versus* 4446 *me non perspicere fateor* Schm.; *v.* 4444 *sq. fortasse* studet Nupta sacerdoti. Discernitur aptior illi Cultus *distinguendum est.* Hofm. b) praedinque *c., emendavit Schw.* c) summam *c.* d) *fortasse legendum est:* Sic. e) sumis *c.* f) *ablinc iterum pergit man. 2. c.*

Sed cum peccarent et mutis sacrificarent, 3. Reg. 12, 28 sq.
Non tamen abruptis deperiere malis;
Quin errante Dei populo per tura sacrorum,
Cum iis Ierohoam perderet et Roboam
Et reliquos reges excelsis tura[a] ferentes,
Errorem clari dedocuere viri,
Quos[b] divinus amor et spiritus erudiebat, ib. 13.
Ut manifestarent, quaeque futura forent.
Sed peccatorum[c] moles et ineptia cordis
Has medicinales exuperabat[d] opes.
Sic quoque Luca bonos habuit miseranda magistros,
Sed per velamen deseruit regimen.
Aspice nunc edem primam, mirare columnas,
Ordine quas gemino ducit utrumque latus.
Aspice structuram lapidum, quas arte decora
Docta manus posuit sub Salomone novo,
Quae[e] sub Alexandro Romam Lucamque regente
Grande sed angusto tempore fecit opus[1].
Qui se[f], qui clerum pro viribus officioque
Rexit et in populo ferrea virga fuit. cf. Ps. 2, 9. Apoc. 2, 27.
Sic alii patres, sed rari, sed sapientes
Ad lucem Lucam restituere suam,
Ymo conati, quantum valuere, fuerunt,
Ut vel in extremas non caderet tenebras.
Sed dum paulatim multorum displicet error
Labitur ipsa suo perdita iudicio.
Audit, quid deceat, sentit meliora docetque,
Sed quae non didicit aut docet, ipsa facit.
Hac tamen interdum censura corripiuntur
Tam virga legum quam gravitate senum,
Et per praepositos regum communque ministros
Civilis quaedam nominis umbra[2] manet.
Sed levis haec etiam districtio nec diuturna,
Turbat iudicium flagitii praetium.
Quisquis furta facit, ubi iam sub iudice pendet,
Tollit per praetium iudicio gladium.
Hoc gemino confusa malo civilis honestas,
Dum legum virgam nescit et aecclesiae
In praeceps fertur, furit, enecat, insidiatur,
Et scelerum studio iungitur ambitio.
Et iam nulla seni reverentia, rara parentum
Gratia, coniugii suspiciosa fides;
Perque gradus vetitos placitum consanguinitatis
Exsuperat licitas et sine labe faces.
In rebus licitis fidei retinacula nulla,
Ad detestandas inresoluta fides.

a) turba *c., emendavit Ewald.* b) *v.* 4497—4534 *om. LA F.* c) pecatorum *c.* d) *i. e.* exsuperabat, *cf. supra v.* 542. 1810. e) Qui *corr.* Quae *c.* f) se, qui *distinxit Hofm.*: sequi *c. sec. Ewald.*

1) Anselmus I. idemque Alexander II. fecit reaedificari cathedram intra annos 1060. et 1070. Cf. inscriptionem multo post in ecclesia positam ('Memorie e documenti . . . di Lucca' VIII, 1822, 10 n.) et quae de consecratione ab Alexandro die 6. mensis Octobris a. 1070. facta Barsocchini secundum quasdam notas codicum Lucensium disseruit (ib. V, 1884, 800 sq.). Schw. Cf. 'N. Archiv' XXXIV, 178. 2) Cf. Lucan. I, 135: *stat magni nominis umbra*, cf. VIII, 449.

Ut vero luxus et libertatis amore
Induxit varios barbara lingua sonos,
Tanta suos mores sequitur discordia vitae,
Ut vix tot facies Protheus ille ferat.
At primo cultus initari Francigenarum[1]
Gloria, et ignotae quaerens[a] vellus ovis
Tonderi non arte sua, non denique gentis
Unius[b] aut ritus aut prohibenda sequi.
Ut Babylon quondam linguarum de novitate
Addidit antiquis deteriora malis,
Sic et de numero populorum multiplicato
Exoritur scelerum multiplicanda seges.
At genus incultum villis et rupibus ortum,
Ingessit rabiem, dum fugit ad requiem.
Hi, quia, quod tantis novitatibus addere possent
Ad rerum speciem, non habuere domi,
Artifici cura vigili multoque labore
Civili studio non nocuere prius;
Mox odio veteri ceperunt nobilitatem
Ledere, maiores subdere velle sibi;
Et dum conantur plus posse nocere potentes
Et pro divitiis divitias praemere,
Haec rabies populum divisit pace soluta,
Praeficiunt habiles ad fera cepta duces.
Et nunc de populo, nunc et de nobilitate
Ductores[c] subitos praecipitesque parant,
Qui modo privatim, modo conciliante tumultu
Sub pacis specie bella dolosa movent.
Nec tamen assiduis victoria queritur armis,
At ubi pax agitur, longa quies sequitur.
Sed magis ad sese versi manuumque laborem
Hi guantos[d,2], alii conficiunt soleas.
Ac tum significris feraliter insidiantur,
Arces deiciunt, divitias rapiunt.
Hoc illis studium turbari, sollicitare,
Et maris in speciem nulla quieta pati,
Vipereoque[3] modo materno funere nasci *l. 68.*
Deque patris ceso vertice concipere.
Sic populus quondam questus et pacis amator
Ad scelerum sordes et sacra bella ruit.
Clerus adhuc, licet ipse suo de cardine lapsus
Ignarus rerum plebis et artis erat;
Civiles motus compescere, nolle furores
Praebebat specie religionis opus.
Sed tum privatis odiis, tum vero timore,
Si quando gladium possit habere fides,
Miscentur turbis et seditionibus, ex quo
Praecipue nonus terruit ille Leo[4],
Qui talamos, qui rem propriam, qui venditionem
Primus in extremo tempore pervetuit.

Gen. 11, 1–9.

a) *sta β*; quaerere *proponit Strecker.* b) Unus *c., emend. Strecker.* c) auctores *c., emendavit Ewald.* d) quantos *c., emendavit S.*

1) Cf. infra v. 5294 de Petro episcopo Lucensi, quem Francia docta diu docuerat. 2) I. e. wantos, Gallice 'gants'. S. 3) Cf. Isidori Etym. XII, 4, 10. 11 (Migne, PL. LXXXII, 448). Schw. 4) Cf. supra v. 409. S.

Hoc igitur clamore viri perterrita corda
Lucem prosiliunt perdere, quam metuunt.
Atque ut peccatum de cognitione revixit,
Ad legis vetitum fecit adesse malum.
Sic cleri facies imperturbata veterno
Non posuit finem vel cataplasma malo.
Frendunt murmuriis et de novitate querentes
Nolunt divino credere consilio.
Quoque magis cernunt sese ratione gravari,
Hoc magis avertunt a ratione pedem.
Hoc studio civile malum devenit in artem,
Et fecit stolidos litera discipulos,
Quae, quia viviticans non adstat spiritus illi, 2. Cor. 3, 6.
Insanas mentes ducit ad interitum.
Addiscunt violare fidem, pervertere iura
Et necdum auditis solvere pacta modis,
Ut, cum pervertant, pervertere non videantur,
Velantes faciem calliditate nova.
His ducibus canonum gravitas nullius haberi
Cepit et ipsorum iussio pontificum.
Quin et pontifices verbis incessere vulgo
Tum primum licuit et sine lege fuit.
Quoque magis proibetur amor carnalis et usus
Et quae sunt cleri publica dividere,
Regula discordes animos facit atque rebelles,
Ut tanto faciant laxius et sapiant.
f. 69. Hos inter doctus et ab his mala semina Petrus
Alcius[a] ingenio proficit et studio.
Addidit ad morem patriae geniique calorem
Francia miscendi nomina mille mali,
Non quia perversos non horreat atque biformes,
Sed quia perversos non uniat[b] ipsa salus.
Inter discipulos didicit sacra dogmata Iudas,
Sed per avariciam concidit in foveam.
Infelix, quem non potuit sapiencia doctum
Nec predicta pium tradicio facere!
Inter convivas de prodicione notatus Matth. 26, 21 sq.
Non tamen a precio retulit ille manum.

In fidei gremio famosus apostata[1] crevit,
Ex evangelico flumine multa bibit;
Perque gradus primos cleri promotus ab ipso
Tercius[1] altaris[c] stabat in officio;
Sed mox terreni solii deceptus amore
In Christum saevit, ydola vana colens,
Et, quod deterius, de Christy dogmate Christos
Iudicat et rebus exuit atque necat.
Ergo si fidei non est dilectio iuncta,
Non prodest homini scire profunda Dei. 1. Cor. 13, 2.
Arrius ille ferox et signifer impietatis,
Vertit[d] in errorem multa legendo fidem.

a) *abhinc literam pergit man.* 1. c. b) *versus uno pede abundat, ideo fortasse* puniat *vel* muniat *pro* non uniat *legendum esse coniecit G. Schw.; sed collato versu cum praecedente auctorem ita scripsisse putaverim.* c) altari *c., emendacit Schw.*
d) vertid *c.*

1) Iulianus apostata, qui in ecclesia Nicomediae lector praeter presbyterum diaconumque in officio divino constitutus est (Hist. tripartita V, 1). Lector tertius erat. Schw.

Sic alii turbare bonos feraliter ausi,
Quod foris evomerent, edidicere domi.
Ergo lex peccat? Ergo prudencia caecat?
Ergo salus perdit? Semita turbat iter?
Absit, sed vanos homines perversio cordis,
Non legis vitium dissipat et perimit.
Petrus ad has voces divinaque verba vocatus
Et bona Martini[1] participare datus,
Suxit mortiferum sacro de fonte venenum
Et de vitali melle fit ydropicus.
Ymmo vivificam vertens in toxica venam
Vitam per vicium traxit in exicium.
Hoc foris, hoc intus, hoc omni tempore curans,
Ut quocumque modo pascat avariciam.
Haec radix comitem sibi procreat ambicionem,
Quae duo praecipitem non tenuere virum.
Inde per invidiam, quae tercia iungitur illis,
Triste superciliumˇ pene levare nequit.
His de seminibus capit et versucia mentem
Dissimulare suis et simulare locis.
Altus homo nec se capiens, ubi pontificalem
Anselmum cernit obtinuisse locum,
Paulatim primo contemnere, deinde minari,
Et de persona turpia multa loqui.
Si quis ab Anselmo doluit pro crimine laesus,
Illi defensor affuit et socius.
Infames, cupidos, luxus et ventris amicos,
Armans saeviciis et male scire docens.
Quos tanquam paleas venturo[a] praeparat igni,
Ut, si quando queat, omnia comoveat.
Iste est ocasus Lucae de culmine lucis,
Ista est egregii longa ruina loci.
Sed ve, qui currit et sudat ad impietatem!
Fiet ei manuum sudor in obprobrium.
Hinc exactores spoliabunt, hinc mulieres,
Non virtute viri praeficientur ei.
Et cum cadetur[b], et quod tenet, eripietur,
Ad finem fugiet, qui dominatur ei.
De vita vero felici moxque futura
Quisquis blanditur, fallit et illaqueat.
At quando veniet Dominus iudexque sedebit,
In deceptores[c] verba severa dabit.
Et quid deceptis? Quid tum tibi, filia Syon?
Ipse suis verbis, qui dominatur, agat,
Qui Deus est exercituum, cui subdita servit
Coelorum virtus omnis et omne decus.
Hinc igitur talem dissolvere cuncta potentem,
Audiat et sexus mollior et timeat
Exemploque pari de condicione minori
Tamque levi causa forcior expaveat.
Filius ex ipso sexus potioris honore
Forcior ad quaecque debet agenda fore.

a) vento *c.; cf. Matth.* 3, 12; *Luc.* 3, 17. b) caedetur *fortasse corrigendum est.* c) deceptos *c., emendavit LAF.*

1) I. e. ecclesiae Lucensis. S.

Ib. v. 3. 11

Ib. v. 12.

Ib. v. 14

Ib. v. 15

Filia faemineo de nomine plus reverendi,
Sed minus audendi vis et acumen habet.
Atque[a] ideo minus est a iudice corripienda,
Si minus aut ultra, quam decet, illa facit.
Ergo vides, quicumque potes, quid filia fecit.
Et cur tam graviter arguat inde pater
Et iam dicat ei, dicat, qua voce meretur,
Ac, velut aversus improperanter agat.
'Quid mihi fecit', ait, 'non una, sed omnes in unum,
Filia, quam genuit mater ab arce[b] videns[1],
Quae matris speciem mores vitamque secuta
Debuit e specula vel sibi prospicere.
Principio sese supra concessa levavit
Et supra modulum se tulit ipsa suum.
Ac sic extento duxit vestigia collo
Ipsa per ora virum colla superba ferens
Et circumducens oculos quasi complacitura,
Spectari cupiens atque videre volens.
Insuper et plausit manibus quoque sollicitavit
Incenditque vagos cernere se[c] animos.
Addidit et motum teneris confractibus aptum
Ex ipso numero tollere corda bono.
Sic fecit, sic se corrumpere non dubitavit,
Sic alios deuens perdere non metuit.
Sed quid ei faciam? Primo crinalia tollam
Et crines nudos absque decore sinam.
Unde placere putat, ei se[d] commendare temptat
Et quasi tuniculum texit ad interitum.
Inde per ornatum, quo splendet inaniter, ibo.
Quem forma simili luna minuta facit.
Torques de collo, de pectore vincula tollo.
Quod satis officium non habuere suum.
Armus, ab armilla non glorificabitur ultra.
Allicietque feras haec quoque[e] praeda manus.
Insignem mitram fedato vertice scindam
Et iam discrimen non erit ad tegimen.
Ad lumbos veniam pretiosaque cingula rumpam.
Rumpam murenas atque periscelidas.
Olfatoriolis, quo mares pascit odore
Et captat miseros, exuet ista manus.
Auribus appensos per vulnera grata lapillos
Auferet hostilis nil veritura manus.
Non ultra digitus gemmis[f] gaudebit et auro.
Fronsque sibi stellas flebit abesse suas.
Mutatoriolis vetus oblectatio longe
Fiet, et hos cultus barbara dextra feret.
Pallia tollentur, pendentia tegmina late
Et, quibus illucent, lintea nulla sinam.
Perdet acus etiam gemmis auroque paratas.
Ad complectendum turpe decenter opus.

a) *altumc iterum pergit mum. 2. c.* b) ab arche *c.* c) *da c., sese proponi Zwölfer.* d) sese *c., emendavit Schir.*
e) *an* neque *legendum sit?* f) *genis c.*

1) l. e. Sion; cf. Isidori Etym. lib. XV. 1. 5. (Migne. PL. LXXXII. 527 sq.): *Ipsa est Sion, quae hebraice speculatio interpretatur, eo quod in sublimi constructa sit et de longe venientia contempletur.* Schw.

Et, quo se cernit, speculum cum syndone perdet,
Iamque procul vitas atque teristra dabo.
Et quid erit contra? Quantos nunc mulcet odore,
Tantos offendet naris et oris odor.
Et sicut zona nunc molliter illa superbit,
Sic et funiculo cincta dolenter erit.
Et quia crispantem contorsit vertice crinem,
Purgabit vicium flebile calvicium.
Fascia pectus ei tenerum vestire solebat,
At nunc saccus erit interiora domans.
Sic, quasi dicat, erit teneris mulieribus, adde
Et luge cesos, o miseranda, viros.
Quoque magis doleas et ab ymo pectore plores,
Virtus nec species proderit ulla viris.
Non est in gladiis ad formam motus amoris,
Parcere non novit sive timere mucro.
Non metuit fortem, tollit per vulnera mollem,
Non curat gladius, qualia sentit amor.
Tollétur pulcher, tolletur viribus acer.
Quae duo praecipue captat[a] ineptus amor.
Ac tum mercbunt, hoc est, lamenta movebunt
Portae, cum nullus ingredietur eas'.
Sic per Ysaiam[1] Dominus, o c intonat, inquam,
Quem timet omnino spiritus atque caro.
Hunc finem, miserae, lascivia vestra meretur,
Dumque superbitis, omnia destruitis.
Vester amor, vester luxus, petulantia vestra
Omnia turbavit et bona summa tulit.
Inde Deo vestrum iam non patiente furorem
Hostilis gladius et vaga pestis adest.
Infernus nova monstra dedit, iam Cerberus ipse
Colla levat, ridet tristia Tesiphone[1].
His ita turbatis, ubi lex et Christus ab urbe
Cessit, funereo cuncta tenente malo,
Conveniunt sceleres[b,2] ex urbibus officiales,
Ad quos summa rei spectat, et officio
Quisque suo temptat usum viresque praeire,
Ne nova de solio subruat ambicio.
Ex agris etiam tanta est adversio veri,
Ut regem videant, ruricolae properant.
Hi longo visu pascuntur et imperiali
Auditu faustos seque suosque putant.
Hi vestem tangunt, quo fortunatior illis
Sit manus et surgat laetior inde seges.
Quid iubeat, quid non iubeat dilectio Christi
Abscondit miseris omnia regis amor.
Et de monachico fatalia nomina cultu
Gaudent daemonio credere cum pretio.
Venduntur baculi, venduntur praeposituraе,
Venditur et Christus, ut fera sive pecus.

Is. 5, 23.
Ib. v. 24.
Ib. v. 25.
Ib. v. 26.
quat. 8. f. 72.

a captus c., emend. Hofm. b) ita c.; cf. v. 3262. ubi sceleris pro celeris scriptum est. Hofm.

1) I. e. Tisiphone, una ex tribus furiis. 2) Haud vox *scelerus, -a, -um* invenitur, Forcellini V, 366) sciri, utrum codex hic corruptus sit pro *celeres* an effluxerit. Rangerius falsam formam pro *scelerati, scelesti* (etiam

2.

Henricus Luca sine vi, sine Marte subacta
Gaudet, at[a] in Petri duplicitate placet.
Petrum miratur, in Petri laude moratur,
Et Petro Lucam mandat habere suam.
Et quae sunt Lucae regalia mandat habere[1],
Mandat militiam ducere per patria.
Interea[2] comites Thuscis ex finibus omnes
Et sub eis validae copia militiae
f. 111c. Conveniunt[b], regi funesta in praelia vires
Promittunt, regi cuncta subesse volunt.
Hugicio[3], vir magnanimus, se spondet in arma,
Sed Petri fraudem non amat; ast alii
Perfidiam non discuciunt hominemque Deumque
Decepti pensant condicione pari.
Ymmo quod est satius[c] Christumque fidemque perosi
In regem caeca debilitate ruunt.
Ille tribunali posito, mediante corona
Nobilium, vulgo circumeunte foris
Alloquitur, primo grates satis officiose
Reddit et inde suo provocat auxilio.
Praemia promittit, aliis largitur[d] honores,
Matildam veteri privat ab officio[4].
At Lucam summis commendat[e] laudibus atque
Iungit eam Petro per sacrâ feda suo.
Postremo Romam disperdere velle profatur,
At Lucam superis spondet habere parem.
Ut fecit finem racionibus atque quaerelis,
Omnibus in regem vox fuit una viris:
Non modo Romanis insurgere, si iubeantur,
Sed, quam Gregorius damnat, habere fidem.
Hoc Petrus, hoc similes, hoc magnis vocibus omnes
Cum sibi subiectis militibus comites
Conveniunt et opes in Christy vulnera iungunt,
Gregorioque necem cunctaque saeva parant.
At Petrus accepta contra ius fasque catedra
Qualem se exibuit, littera nulla capit.
Primo illum quasi pontificem pro numere ponit
Et sacrat, immo magis exsecrat ille miser[5].
Ipse sacri nichil intus habens[6] atque hordiinis huius,
Utpote damnatus iudice Gregorio;
Atque per hoc nichil attribuens[f] intrinsecus illi,
Unde gregis curam possit habere sacri.

a) *ita c.*; ac *proponit Zeidler.* b) *abhinc iterum pergit man.* 1 *c.* c) tactos *man.* 1, *corr. tasius man.* 2, *c.*; satius *proponit LAF.* d) largiter *c.* e) comendat *c.* f) atribuens *c.*

1) Scilicet ut Petrus habeat et ducat, non urbs Lucensis, uti interpretatur Davidsohn, 'Gesch. von Florenz' I, 268. 2) Cf. Overmann l. l. p. 432. S. Davidsohn l. l. p. 262; idem, 'Forschungen' I, 61. 3) Hughicio filius b. m. Ugonis invenitur inter testes chartae Alexandri II. a. 1068. in 'Mem. Lucchesi' IV, 2, 248, idem inter scabinos in iudicio quodam Beatricis marchionissae a. 1068, apud Fiorentini l. c. p. 139 (ed. 2 docum. p. 42). 'Uguccione comes filius b. m. Bulgari, qui fuit similiter comes', chartam a. 1091. dedit, 'Mem. Lucch.' V, 3, 676, n. 1806. S. 4) Hoc loco confirmatur, quod ex charta Heinrici IV. a. 1086. ecclesiae Virdunensi data (St. n. 2883) comici potest. beneficia et honores Mathildae abundicata fuisse. Quod mense Iulio a. 1081. accidisse ex Rangerio colligendum est. Cf. Giesebrecht III[5], 1167. S. Meyer v. Knonau, Jahrb. III, 397 n. 86. Schw. 5) Scil. Guibertus. 6) Aliter de Guiberti potestate ordinandi Rangerius supra v. 3873 sqq. iudicavit, sed hic de Guiberto iam damnato loquitur.

cf. Matth 25,33.

At quoniam fuerat fumum flammasque[a] daturus,
Non erat hircinis aptior his gregibus.
Attendit Sathanas et longa per avia duxit f. 72.
Et quasi Tartareo fulgur ab igne tulit.
Nunc quia non prodest haec rerum gesta silere,
Audiat[1] et lapsum corrigat ipse suum,
Et faciat, dum tempus habet, contraria gestis,
Quantacumque potest cum gravitate, suis.
Ut, dum forte licet, summum mereatur honorem
Ante Deum tanti criminis immemorem[b].
Legerat ante viros saevis racionibus aptos,
Versutos animis, impietate truces,
Cum quibus infelix et participaret honorem,
Et fructum caperet tocius officii.
His iuramento per sacra nefanda ligatur,
Cunctis parta modis omnia dividere.
Inde satellicio comitatu septus in omnes
Saevit et insurgit iusticiae comites.
Nullus in urbe locus, quem non perterreat armis,
Ferro succinctus et capud ere gravis.
Sic pascit, sic curat oves; ut vero per urbem
Omnia pro voto conticuere suo,
Persequitur fratres dominum patremque sequentes,
Quique sub Anselmi delituere sinu.
Hos fugat, hos quaerit, hos ferro vexat et igni,
Expugnat vicos magnificasque domos.
Una domus[2] restat, quam dum pervadere temptat,
Sepius oppositum comperit esse Deum.
Illuc conveniunt ex omni parte fideles,
Et pugnant telis communis[c] et gladiis.
Obcingunt urbem velut obsidione perhenni
Et seruant Domino cum pietate fidem.
Ymmo tides illos tanto munimine firmat,
Ut metuat muros perdere Luca suos.
Mons est preruptis circumsitus undique saxis,
Vitibus atque oleis arboribusque frequens.
Angustus limes vix suscipit advenientes,
Et labor est homini ferre per culta gradum.
Aspicitur geminus in montis vertice murus. f. 72'.
Et gemine turres ediciora tenent.
Regia sublimis late spectacula prebet,
Atque loco robur conficit et speciem.
Ad latus incerta prelabitur Auseris[3] unda,
Cum Frigianus aquae nomen iterque fulit.
Et quia cum rastro fluvium detorsit[4], ab illo
Tempore nomen ei Sarculus est et erit.
Hoc igitur castrum iam nominat ultimus orbis,
Et Moriana stupet bella remotus homo.
Hic pater Anselmus cum sacram conderet aedem,
Corpora sanctorum plurima composuit,

a flammasque *c.* b immemorem *c.* c *in Ziroldfer;* communiri *c.*

1 Scilicet Petrus, quem tempore, quo Rangerius scripsit (scil. a. 1096), etiam vixisse dubitari non potest; cf. infra v. 5658—5690 et Overmann, 'N. Archiv' XXI, 430. 2) Moriana, cf. v. 4878. 3) Hodie 'Serchio' a de cursu v. 4884 cum nota. S. 4) Cf. supra illius olim declinante vide Smith, 'Dictionary of Greek and Roman Geography' I, 344. S. H. Nissen, 'Italische Landeskunde' (Berlin 1883) I, 306.

Quorum presidio, virtutibus et pietate
Et locus et rerum copia tuta foret.
Certus eos plus posse suis et pactus adesse,
Quam si belligeros ferret[a] in arma viros.
Hanc arcem Petrus crebris assultibus atque
Iugibus insidiis temptat et aggreditur[b.1].
Quo duce Luca furit, Lucam sine luce sequuntur
Ingenio faciles precipitesque manu.
De quorum studio satis est hoc nomine dici,
Quod potuere Petrum ducere sive sequi.
Qui tamen hoc ipso magis et crudelius instant,
Quod temerando fidem deseruere Deum.
Inde timor nullus et commiseracio nulla
Vel modus ipse etiam, qui solet esse malis,
Ipsam, quam dicunt urbem[2] deffendere, vastant,
Praedam ex sociis inreverenter agunt.
Et quasi devicta ferro baccantur in urbe,
Nec metuunt sacras dispoliare domos.
Martinum violant, gemmis altaria nudant
Et Christum rursus vendere non trepidant.
Hos inter motus fraus et periuria ius est,
Inque pudiciciis[3] omnia polluere.
Hi tamen audenter tanquam signa[c] sacra[c] secuti
Impugnant socios, qua latuere foris.
Collectaque manu valida Nordmannigenarum[4],
Quos Henricus eis miserat auxilio,
Et comitum cuneis Morianum cingere fossa
Temptant atque novis turribus opprimere.
Collis erat sub rupe iacens vicinior amni,
Commodus[d] invicto castra fovere sinu.
Hunc munire parant et forti cingere vallo,
Cum Petro totum vulgus ab urbe fluens.
Hoc ubi compertum Morianis, itur in omnem,
Qua spes est illis certa fidesque, locum.
Invitant socios, cunctosque hinc inde faventes,
Seque velut clausos obsidione gemunt.
Itur ad Anselmum, decurritur ad comitissam
Cum lacrimis, ut mox subveniatur eis.
'En', aiunt, 'princeps et signifer impietatis
Et tenebrosa manus nulla quieta sinit.
Occidit, vastat, at nunc extrema minatur,
Et parat in medio ponere castra sinu.
Nunc igitur totis occurrite viribus atque
Nobis festinum mittite presidium'.
Matilda quasi de propria curanie salute,
Et quasi natorum funere sollicita[e]

a) feret c. b) agreditur c. c) *ita* c.: *fortasse* sacra signa *legendum est. Hofm.* d) Comodus c. *et aliquid hic amissum esse LAF. sine causa sufficiente mihi quidem suspicatus esse videtur. S.*

1) Etiam anno 1084 Heinricus IV. per Tusciam Romam revertens Petrum, ut ex v. 6443 patet, castelli huius expugnationem molientem invenit. Circa haec tempora castellum Morianum occurrit in duabus chartis, quarum una inter annos 1074. et 1080. ('Memorie . . . di Lucca' IV, 2, app. p. 111), altera a. 1111. (ib. IV. 2, 163) data est. S. Quae hic narrantur, a. 1081. gesta sunt; Meyer v. Knonau III, 400sq. cum n. 90. 2) Lucam. 3) Id est impudicitiisque, ut iam LAF. recte coniecit; cf. supra v. 2898, 3275. 4) Tempore paschali anni 1082. Iordanus princeps Capuae partes Heinrici amplexus est, ideo tunc Heinricus Nordmannos auxilio mittere potuit. Cf. Overmann l. l. p. 483; Meyer v. Knonau III, 442sq., 455sq.

Matth. 8, 26. Anselmus scribit: 'Confidite, quid trepidatis?[a]
Nescitis claros belligerosque duces
Quos vobis tribui, cum moenia vestra sacravi?
Matth. 8, 26. O nimium fragiles! Oh modicae fidei!
Ad me respicitis et formidatis abesse
Robur et auxilium desuper his ducibus?[a]'
Sic ait, et laetos facit hoc sermone fideles
Et spe divini roborat auxilii.
Petrus adest post terga trahens in bella phalanges
Armatas fundis, glandibus et iaculis.
Occupat et collem mox et tentoria figit.
Et populus simili se stacione locat.
Fit clamor cum laetitia quasi iam superatis
Hostibus aut igni depopulante locum.
At Morianenses campos[b] fervere tumultu f. 78r.
Mirati subita de novitate pavent.
Arma tamen rapiunt et fossas agmine vallant,
Atque fidem clypeis iustitiamque tegunt.
Anselmi memores ab eis suffragia poscunt,
Quorum presidio se regit ille locus.
Estus erat, sol in medio libramine coeli
Fundebat radios undique perspicuos.
Spes[c] pluviae nusquam, nubis vestigia nulla,
Tristitiam coeli cuncta serena negant.
Cum subito voces primo per nubila raucae,
Quas sequitur fulgor et tremor et strepitus.
Mira fides, montem totum lux clara tenebat,
In castris mixtae grandinibus tenebrae.
Et cum fulminibus pluviarum tanta ruina,
Ut vix ulla fugae spes superesset eis.
Sed fugiunt coctasque dapes et cetera linquunt,
Ipse Petrus metuens ygnea tela fugit.
Sarculus iratis fugientes territat undis,
Et praedabundo gurgite claudit iter.
Castrenses vero divinitus exilarati
Instant et fluvio credere praecipiunt.
Nec vada quaeruntur, nec expectatur, ut amnis
Defluat: hostis agens omnia sicca facit.
Iam saltem, qui[d] prisca petunt, miracula cernant
Anselmumque Deum posse movere sciant.
Obtinuit pluviam, pluviae cum tempus abesset,
Virgo de fratris asperitate dolens[e.1]
Et clausit reditum, cum verbo posset et ille
Mortibus et morbis imperium facere.
Anselmus plorat et pro pietate laborat,
Et secum celi fulgura flere facit.
3. Reg. 17 et 18 Helias celum conclusit[f], tresque per annos
Terque duos menses sol sine rore fuit.
Ast, ubi praecepit summus in montibus orans,
Celum non potuit non dare, quod voluit.

a) *signum interrogationis ipse posui, hic non est in codice.* b) campis, *a librario (man. 1) corr.* campos, *c.* c) *abhinc iterum pergit man. 2. c.* d) quia *c.* e) Scolastica *in marg. scriptum est man. 2. c.* f) conclusit *c.*

1) Cf. Greg. M. Dial. II, 33 (Migne, PL. LXVI, 194), de imbre a Scolastica sorore s. Benedicti impetrato. S.

f. 74. Motus item subitos ignes ubi iussit adesse,
Bis quinquagenos cum duce flamma tulit. 4. Reg. 1, 9—12.
Qui negat Anselmum, Tesbitem non fateatur,
Hic quoque, si iubeat, non tonet atque pluat.
Sicut, cum voluit, semel est operatus utrumque,
Miscens horrendis fulmina cum pluviis;
Qui si iussisset, et vivos terra voraret,
Aut aqua submersos in mare ferret eos.
Non erat hoc Domino durum concedere servo,
Ut facto Moysi par in utroque foret,
Per quem facta fuit et aquarum copia tanta, Exod. 9, 23 sqq.
Et tenebrae reprobis, sole manente bonis. Ib. 10, 22 sq.
Sed sapiens et mitis homo sic optat amico,
Ut non intendat vota sinistra malo.
Scit quid amicorum merito, quid debeat hosti,
Et sicut novit, vota precesque facit.
Novit eos meruisse mori, sed debet honorem
Christo, vindictam qui iubet esse suam, Rom. 12, 19.
Si Moyses in scismaticos hostiliter egit Ex. c. 32.
Et viros Stygii misit[a] ad ima lacus,
Iudicium celeste fuit, licuisse fatendum est,
Sed non est huius temporis id facere.
Denique et ipse Petrus non ira sive furore
Motus Ananiam perdidit et Saphiram. Act. ap. 5, 1—11.
Attamen, ut semel est ferro constanter abusus,
Malcum pontificis vulnere debilitans, Ioh. 18, 10.
Sic verbi gladium semel exeruisse videmus, Act. 1, 1.
Ut notum faceret, quid mereatur homo,
Qui sic Spiritui mentitur, qui sua vota
Fraudat, qui fratrum[b] publica priva facit,
Et vitii semel orta seges non progrederetur,
Cum foret exemplum tam grave suplicium,
Quod pateat non ex hominis venisse furore,
Sed de syderco prorsus et angelico.
Sicut et anticum fuit illud per Danihelem
In falsos testes presbiterosque leves.
Praesertim cum lux fidei tam nuper oborta
Non esset tenebris purificata satis,
f. 74'. Et de lege gravi procedens gratia necdum
Prorsus gratuitos exhibuisset eos.
Unde Petrum Paulus notat in faciemque resistit, Gal. 2, 11 sq.
Cum se subtraheret et Iacobum metuens
Et fratres a Hierusalem, quos miserat[c] ille,
Gentiles potus atque cibos fugeret.
Qui Moysem putat ex odio fudisse cruorem
Aut quemquam veterum sic furuisse patrum,
Nescit iudicium, nescit pietatis amorem,
Quo scimus veteres non caruisse patres.
Iustus amat, sed iudicium plus debet amare,
Et plus iustitiae quam sibi ferre manum.
In propriis rebus sit mitis et officiosus,
In rebus Domini non piger aut facilis.
Parcat non septem vicibus tantummodo[d], verum Matth. 18, 21 sq.
Et septem decies terque quaterque super.

a) misit c. b) fratrum *proposuit I.A.F.*; fratrem c. c) miserat c. d) tantumodo c.

Haec est divini quondam sententia verbi,
Et Christus proprio sic iubet ore suo.
Hinc pater Anselmus Petrum se percutientem
Horret, et ex odio non tamen insequitur.
Hinc et Lucenses post Petrum desipientes
Pastor et eiectus odit amatque simul.
Odit ob horrorem[a], sed amat propter pietatem,
Errorem damnat, arguit atque fugat.
At vero vitam cum Christo perpetualem
Exoptat miseris atque carere malis.

3.

At Petrus irasci non cessat et insidiari,
Non cessat proprio tollere strata patri.
Dicit eum regem, qui vult disperdere legem
Et patri patrum derogat obsequium.
Gregorium dampnat, Guibertum pronus adorat,
Laudat perfidiam, diruit aecclesiam.
Et neque terretur neque tempestate movetur
Nec mirabilibus flectere corda potest.
Peccato vinctus et cecus ab impietate f. 75.
Ignorat lucis et pietatis iter.
Ergo redit turpemque fugam, dum vindicat, auget,
Dumque pudet vinci, vincitur inde magis.
Miles erat praeclarus homo formaque decorus,
Fortis et ingenio fultus et eloquio.
1084. Hic Petrum adgreditur, quotiens videt atque minatur
Et pervasorem nominat atque lupum:
'Cur', inquit, 'perdis et decipis hos pecuales,
Quando pontificis non bene nomen habes?
Christum non metuis, odisti religionem,
Censuram canonum spernere dulce putas.
Arma geris, simulas equitem vultuque feroci
Terres, quos verbis non potes allicere.
Iam quia Scripturam non respicis haec perhibentem,
Si placet, armorum de ratione probo,
Ut videat, quicumque putat te pontificantem,
Delusum verbis se populumque tuis.
Ostendam, spectante Deo, quia non potes esse
Prorsus in aecclesia vel minimis gradibus.
Non potes altaris vel subditus esse minister:
Non potes esse sacri liminis aedituus'.
Hic[b] homo turbatur, pallescit, conditionem
Suscipit et fratrem spondet in arma suum.
Ut venit condicta dies properatur in unum;
Miles adest, pugnam querit agitque palam.
At Petrus de iustitia diffisus inire
Discrimen trepidat atque coire timet.
Et simulans causas ceptis inconvenientes,
Sic redit atque suos pene pudere facit.
Cepta tamen sequitur et multo durius urguet
Et perscrutatur abdita quaeque loca,
Ne quisquam lateat, qui non sua iussa sequatur,
Et quantos reperit, non sine clade sinit.

a) errorem *proponunt LAF., sed* horrorem *stare potest; cf.* v. 5034. b) *fortasse* Hinc *vel* His *corrigendum est.*

Torquet presbiteros et ceco carcere claudit
Et plerosque siti deficit atque fame.
l. 75ᵃ. Matronas etiam se longe clarius ortas
Inreverenter agit flebiliterque locat.
Inque marilalem iactūram sive ruborem
Claudit et in vacua praecipit esse domo.
Sed dum conatur violenter episcopus esse,
Hoc minus esse patet, spernitur atque magis.
Oderunt illum multi pietatis amore,
Multi propterea, quod mala tanta facit.
At viduae, quarum Lucae vigilantia magna,
Noctibus ante Deum tristia corda levant,
Anselmum cupiunt, Anselmo laeta praecantur,
In Petrum lacrimas cunctaque saeva ferunt.
Quos facit aut tribuit altaribus ille ministros,
Horrent et fugiunt sacrilegosque vocant.
Quaque licet, villas adeunt villisque latentes
Quaerunt et faciunt vota latenter ibi.
At noctu redeunt, ne cognoscantur ab illo,
Quem metuunt sicut agna tenella lupum.
Qualiter Urbano[1] latebras adiquando fovente
Plangebant viduae virgineusque chorus:
Qualem Caeciliam legimus sub divite cultu
Cilicio tectam multam[a] dedisse patri
Et de pauperibus patrem pietate secutis
Curam non vacua sustinuisse manu[2].
Tutior Anselmi fuga, sed non mollior hostis,
Nec minor est viduis hec[b] ad agenda metus.
Has inter turbas, caedes simul atque rapinas
Non tamen a sacris abstinet illa manus.
Ungit, sacrificat, et ne sibi copia desit,
Ordinat indignos ad sua signa duces.
Multi suffugiunt metuentes perditionem,
Si quando veniat, qui bene praesideat.
Multos, qui necdum poterant discernere, perdit
Quos hodie flentes cernimus et vacuos.
Ordinibus dandis aderant sua tempora[c], pauci
Conveniunt, laesis verticibus redeunt.
Ex his presbiterum, qualem execraverat ille,
Offendit miles de grege catholico[d].
l. 76. Arripit[e] et terret gladio, postremo recidit
In quadrum laceram per loca bina comam.
Et flumento ligat et compellit, ut urbem
Introeat clamans atque peragret eam:
'Sic tonsorari debent talique notari
Signo, quos ledit, non sacrat, iste lupus'.
Haec vox in populo simul[f] est audita, stupore
Percutitur, sed mox ad sua cepta redit.
Sic alios alii deturpant atque carere
Officio faciunt, quod peciere foris.

a) multa *proponit Zwölfer.* b) hoc *c.* c) *ita c.; suo tempore proposuit S. qui signum interpunctionis post, non ante* pauci *ponit.* d) chatolico *c.* e) *ablinc iterum pergit man. 1. c.* f) *cf. supra v. 128 cum nota a.*

1) l., qui in latebris vivens Valerium s. Caeciliae sponsum baptizavit. S. 2) Cf. Baronius, Annal. eccle- siastici ad a. 232. (t. II, 372 sq. ex Actis s. Caeciliae, quae in Actis Sanctorum, Nov. 22., nondum continentur). S.

Apta quidem racio, neque prorsus reicienda,
Ut, qui pontificem deposuere suum
Oderuntque patrem contra ius et pietatem,
Pontifices habeant de grege, quos timeant,
Et quia sacrari non erubuere per illum,
Qui nichil in sacro muniere iuris habet,
Per laicos discant sacrae virtutis honorem
Et perdant vani nominis effigiem.
Coeca fides, nescis, quia non est pontificatus,
Qui datur ad precium? Denique non recolis
Vivere pontificem sanctum Dominoque placentem?
An nescire putas haec tua facta Deum?
Iam saltem manifesta vide, pudeatque marini
Motus[1] et libeat iam revocare pedem.
Iam mare Sidonem revocat, iam dampnat abissus
Et mundi pelagus Sydoniam faciem.
Qui vos prudentes et honestos magnificatis,
Non confundimini, cum laici sapiunt[a],
Quae vos non sapitis, et vos vestrumque furorem
Dampnant et caecos et sine luce probant?
Interea quidam de religione vetusta
Monachus Umbrosae[2] vallis, homo paciens,
Et solvi cupiens et Christo proximus esse
Advenit et medio sic ait in populo:
Petre, vides, quia laesa fides simul omnia laedit,
Et non est aut spes aut amor absque fide.
Non sum doctus homo, sed fretus simplicitate
Atque fide[b] sana, si placet aspicere.
Ecce probo, non ambiguis, non arte dolosa,
Sed rebus certis te male desipere.
Hi quoque desipiunt et te ductore feruntur
In loca faetentis carceris atque famis,
In quo servatur Symon tuus et cruciatur,
Ne videat lucem sydereumque diem,
Quem tu dum sequeris, miser es Christumque videre
Non poteris, quam rem, si placet, ygne probo.
Condicione tamen, ut, si non laesus ab ygne
Exiero, cesses iamque remissus agas.
Ille negat nec iudicio se credit et ygnem
Formidat, verbo spernit et urguet eum;
Et nisi iam motam variis insignibus urbem
Permutat, laesum turpiter excuciat.
Ille redit moestus, quia non est ultima passus;
Petrus in angustiis[c] oscitat et dubiis.

Vicus abest Luca fere per sex[d] milia Sextus[3].
Hoc illi nomen contulit hic numerus;
Quem Moriana locum probitas, quia subiacet illi,
Illaesum servat a feritate Petri.

Iak. 3, 4.

1 Phil. 1, 22

cf. 1 Cor. 13, 13

1. 78.

a) *sic (virgulam pro signo interrogationis ponens) distinxit Hofm.* b) fides *c.* c) angustis *Zwölfer.* d) VI *ex.* *c.*

1) Intelligendum videtur: pudeat inconstantiae, quae cum motu maris comparari potest. 2) De hac re cf. Davidsohn, 'Gesch. von Florenz' I, 287. Cf. 'Mem. ... Lucch.' V, 3, p. VI. Vide ibidem chartam Rodulfi episcopi a. 1115. datam, p. 679. S. Cf. 'Regesto del capitolo di Lucca' I, n. 646, a. 1104; n. 749. a. 1116. 3) Hodie 'S. Maria di Sesto', pieve presso il ponte a Moriano'.

Presbiter aecclesia Paganus[1] servit in illa,
Providus et uirae strenuitatis homo;
Sed fidei parma. Petri contemptor et arma
Illius et saevos non metuens gladios;
Anselmi cultor et per diversa secutor
Et mandatorum portitor egregius:
Ex qua noticia fervens et sedulitate
Et meruit nomen perpetuale sibi.
Hunc mediatorem pastoris sollicitudo
Dum facit ad dubium seminecemque gregem,
Turbat concilium, fraudes intercipit hostis
Et dat solamen praesidiumque suis.
Non hunc tempestas, non ardens impedit estas,
Non interpositis hostibus ipse timor;
f. 77. Itque reditque frequens, absentia pectora iungens,
Absentemque facit promptus adesse suis.
Et nunc militiam deducit, nunc comitissam
Adventare facit et mala corda quatit.
Nunc aurum, nunc divitias comportat, ut arcem
Conservent vigiles prorsus et intrepidi.
Hoc studio Petri conatus reddit inanes[a]
Atque dolos eius solvit et anticipat.
Ex hoc presbiterum Petrus deprehendere quaerit
Et, quaecumque potest, recia tendit ei;
Et[b] quia conveniunt illuc ex urbe fideles,
Ut de commissis confiteantur ei,
Callidus explorat et tempus et omnia temptat,
Ut semel offensum tollere possit eum.
Causa fuit socios haec in secreta coire.
Surgunt e latebris undique quisque suis.
Adsunt Martinus[2] compresbiter et Raginerus[2]
Et plures alii de grege solliciti.
Narrant, disponunt et de patre plurima volvunt
Et de sacrilegi prodicione Petri.
Interea veniunt, ut confiteantur, ab urbe,
Quos amor Anselmi sauciat et relicit;
Adsunt et trepidae mulieres et lacrimosae,
Quae non concordant in ratione Petri.
Paganus plangit et se meroribus angit,
Dum curat mestos illaqueatque reos.
Dumque fatentur ei, dum plangunt et lacrimantur,
Plorat iudicii de gravitate sui.
Plorat difficilem censuram pontificalem
Adversus miseros post male facta reos.
Cum Petrus adsumptis sibi fratribus et patre duro
Accurrit subitus ut leo sive lupus.
Quo viso trepidi fugiunt, altaria prendunt
Et, quaqua possunt, abdita quaeque petunt.

a) innanes c. b) *abhinc iterum pergit mm.* 2. c.

1) Fortasse idem atque Paganus clericus Lucensis, qui a. 1071. anulo aureo ab Alexandro papa accepto se sacros ordines, quando papa voluerit, accepturum, antea vero canonice, ut honore dignus sit, victurum esse promisit. 'Mem. Lucch.' IV, 2, 148 n. CIV. S. 2) Martinus quidam plebanus S. Mariae ad Montem temporibus Rangerii in charta a. 1100. data 'Mem. Lucch.' IV, 2, n. 112 (Overmann, 'Mathilde', 'Regesten' n. 60) invenitur. De Raginero hic dicto v. praefationem. S.

Ille velut visis leo crudelissimus agnis
Advolat inque rudes talia verba tonat:
'En, qui pontificem cum summo principe spernunt, l. 77.
En, qui se regi pontificique negant.
Haeccine religio, quam vester praedicat ille,
Praeter adulterium solvere coniugium?
Sed super his alias. Iam nunc veniamus in urbem,
Ut coram populo discuciamus ibi,
Hac de doctrina celi de cardine lapsa,
Qua nos opprimitis, ite, quid aspicitis?'
Paganus clamat: 'Quid agis, fera bestia? Numquid
Ante crucem nescis has inibere manus?
Christus adest: Christum non aspicis in cruce stantem,
De cruce clamantem, nec revereris eum?'
Ille manu raptum dat patri moxque latentes
Scrutatur reliquos et rapit ad socios;
Atque ita sublimes in equis deportat in urbem,
Prodigium populis exiciale suis.
Occurrunt, clamant, capto velut hoste triumphant
Nec pensant dignos carcere, sed gladio.
Carcere conclusis tetro[a] non molliter illis
Urbis maiores Petrus adesse iubet.
Concurrunt et de populo pars magna minore,
Quae propter praetium laudat habetque Petrum
Et propter regem non respicit ad pietatem.
Adsunt, qui sapiunt, sed pia corda tegunt;
De quorum numero subtilis ad omnia Tadus[1]
Rem simulat Petri, sed comes est fidei.
Ponuntur canones et libri pontificales,
Et super his alios collocat innumeros.
Post haec clamantur et respondere iubentur,
Atque ita conversus incipit ipse Petrus:
'Patres et socii, quos hic astare videtis,
Conturbant populum, decipiunt animas.
Et me contempto, quem rex in sede locavit,
Sese pontifices et dominos faciunt.
Nunc igitur dicant, qua legum traditione
Praesumpsere mei frangere septa gregis.
En libri, de iudicio vel dogmate quorum l. 78.
Constat apostolicae simplicitas fidei.
Non opus est mihi multa loqui de re manifesta;
Atque utinam facinus triste latere queat!
Hildebrandus, homo fallax et seditiosus
Romam turbavit et diadema tulit.
Deposuit regem fecitque superstitionem,
Et, quae non didicit, dogmata vana serit.
Hanc in doctrinam tales aliquando professi
Contempsunt dominos pontificesque suos.
Obfuscant castas tanta caligine mentes,
Ut metuant propriis solvere iura viris.

a. retro, *supra scripta litera* t *corr.* tetro.

1: Tadum-quendam filium Willani monachi a. 1055. in Die 26. Febr. a. 1089 invenio (Regestum Lucense I. placito Ebberardi episcopi et missi imperatoris sedisse n. 511. p. 216): *et hoc factum est in presentia Tadi quondam Villani.* charta in 'Mem. Lucch.' IV. 2. 133. n. 94 testatur. S

Addunt preterea nostro non digna relatu
Auribus et vestris intolerabilia.
Sed iam iam dicant, qua vel ratione vel arte
Haec doceant, aut nos nostraque suscipiant'.
Hic murmur late dispergitur: impetuosa
Turba fremit, baculos concutit et gladios.
Illi simpliciter inter se pauca locuti,
Quis prior in furias audeat ire Petri,
Tandem consilio sibi commodiore reperto
Respondent breviter: 'Petre, necare potes,
Et torquere potes; sed nos a simplicitate,
Quam docet Anselmus, non removere potes.
Queris, qua causa vel cuius traditione
Suscipimus lapsos et relevamus eos.
Non sumus armati verborum calliditate,
Quam male te docuit Francia[1] docta diu;
Sed sunt doctores nobis et praemonitores,
A quibus haec poteris discere, quando voles.
Illorum iussu dissolvimus atque ligamus,
Quos et praefecit ille beatus homo,
Quem tu persequeris, sed adhuc forlasse videbis
Te sine pontificis nomine sive loco'.
Tadus ad hoc[a] verbum metuens insurgere vulgus
Demulcet verbis anticipatque Petrum:
'In gradibus summis summa est pacientia virtus,
Qui[a] sine sumus[b]', ait, 'vergit ad ima gradus.
Multi propterea maiores[c] voce lacessunt,
Ut faciant leviter et male multa loqui.
Et cum diffidant, plerumque loquacius instant,
Simplicitas humili fidit in eloquio.
Tu sine verbosos effundere: dum popularis
Aura[2] tonet causam, non movet iste sonus.
Quare consulibus[3] placet haec sententia nostris,
Quorum consilio stamus et auxilio.
Ut veniant et conveniant cum pace vocati,
De quibus haec hominum fanta procella fremit.
Et vel confirment, quod dicitur ex ratione,
Aut hii peniteant et male facta luant'.
Petrus ad haec clamat, fratrem pro pignore donat,
Ut, nisi sic faciat, frater et ipse luant.
Scit[4] tamen artari sese metuitque subire
Litem iamque videt se capiendo capi.
Tadum formidat. Tadi consulta veretur
Et Tadi latebras insidiasque timet.
Sed magis urbanam metuit mutabilitatem,
Quam videt in nullo sistere posse gradu.
Iam, quid agat, nescit, contendere triste videtur,
Tristius in dubiis litigium fugere.
Res utrobique gravis, litem mens conscia vitat,
At fuga deterus crimine nomen habet.

a) haec *c.* b) *id est* summus. c) maioris *c.* d) *abhinc iterum pergit man.* 1. *c.*

1) Cf. supra v. 4541. S. 2) Cf. Horat. Carm. sublibus sive maioribus Lucensibus cf. Overmann, N. III. 2. 20: *popularis aurae*; Vergil. Aen. VI. 816 etc. Archiv XXI, 434—436.
Thesaurus linguae latinae I. col. 1479. 3) De con-

Ergo consulibus mandat quantocius ire
Atque duos ex his ducere, qui doceant
Rem gestam patres loca per diversa latentes.
Ut vero in medium quaestio lata fuit,
Archipresbiteri[1] constancia pene soluta est,
Et quasi dimidius iam sine fratre[2] timet.
Ille fuit iustus et ad ista negocia promtus
Atque gradu polleus archidiachonii[3].
Par robur, quo tuta foret vel maxima Roma,
Ambo pares animis et studio similes;
Officio clari, sed pectore nobiliores,
Fratres ex utero, sed pietate magis.
De quibus hic, quoniam non est omnino loquendum,
Non reor egregium tanta notare brevi.
Ergo timet, quia fratre caret, tam dura subire, f. 79.
Sed rursus trepidat haec ita deserere.
Ardet adire tamen tanti spectacula belli
Et spectante Deo vincere sive mori.
Sed fratrum lacrimis victus nimioque dolore
Invitat socios undique praecipuos,
Ut videant pariter et tractent, quid sit agendum,
Et quis de numero debeat ire suo.
Eligitur Bardus[3], vir magnae religionis
Et sapiens, summo praeditus officio:
Et datur adiutor Paulus[4], non mollior illo
Nec minus in Petrum litis et artis habens.
Ingreditur fidei princeps et signifer ille,
Et comitatur eum concio clara ducum.
Mirantur viduae quasi post mala[a] Iohannem[5]
Et tundunt pugnis pectora cum lacrimis.
Ipsi, qui Petrum solita levitate secuntur,
Ad se conversi dira praecantur ei.
Petrus cum sociis ubi per subsellia sedit,
Bardus collegas e regione locat
Et nox oritur: 'Quoniam convenimus', inquit,
'Respondere Petro de pietate sacra,
Obsecro, sopitis odiis et sedicione,
Dicere, quae volumus, pleniter ut liceat.
Non summus ygnoti: bona vel mala nostra per urbem
Clarescunt vobis optime, quos video.
De Petri vita, de moribus et levitate
Quem lateat, nullum prorsus in urbe puto.

a. *hic fortasse aliquid omissum est, cum unus pes versui deesse videatur. Hofm.*

1) Lambertus archipresbyter Lucensis filius b. m. Berte occurrit in multis tabulis Lucensibus inde ab anno 1068 ('Mem. e docum. ... di Lucca' IV, 2, 146. n. 102) ad annum 1088 (Regestum Lucense I, n. 504. p. 213). 2) Blancardus (Blamcardus, Blanchardus) archidiaconus Lucensis filius b. m. Berte fuit frater germanus Lamberti archipresbyteri; cf. Reg. Luc. I. n. 383, p. 150; n. 419, p. 162, saepius. Occurrit in tabulis inde ab anno 1068 (cf. notam praecedentem) usque ad annum 1078 (Reg. Luc. I, n. 447. p. 184). Tempore huius colloquii videtur iam mortuus fuisse, quod fortasse etiam ex Rangerii non satis perspicuis verbis elucet. 3) Bardus primicerius Lucensis ecclesiae in tabulis, inde ab anno 1066 (Reg. Luc. I. n. 387. p. 131) ad annum 1088 (ib. n. 506/07, p. 214) saepissime memoratur; minime hic, ut putant, autor Vitae s. Anselmi (SS. XII, 1sqq.) fuit, quod demonstravi 'N. Archiv' XLIII, 527sqq. 4) ***Paulus diaconus f. b. m. Homodei*** sive ***Paulus clericus s. Martini*** occurrit in tabulis annorum 1091, 1092, 1097 (Reg. Luc. I, n. 524. 525, p. 220; 'Mem. ... di Lucca' IV, 2, 158. 160), qui idem ac hic Paulus esse potest. Alius fuit Paulus notarius filius b. m. Bambi, qui saepissime tabulas huius temporis (Reg. Luc. I; 'Mem. ... di Lucca' IV, 2; V, 3) confecit. 5) Qui locus Bibliae hic intelligendus sit, invenire non possum.

Sic vixit, sic a puero puerilitер egit[1]
Et mala, quae potuit, addere non puduit.
At nunc de canonum presumit[a] traditione
Et nos sollicitat, nec satis esse putat
Eiecisse patrem, patris ascendisse cubile, Gen. 49, 4.
Si non et gladio viscera scindat ei.
Accusat fratres de iusto, de pietate
Et patrem sicut Absalon insequitur. 2. Reg. 15—17.
f. 79v. Petre, legis, quia sella duos non concipit una?
Et quia per precium nemo praeesse potest?
Hoc ita si constat, ymmo quia constat aperte
Et non est, qui sic esse negare queat,
Quid restat, nisi stultitiam deponere, patri
Consentire tuo, dum licet, et petere
Pro culpa veniam; pius est et promptus, ut iram
Mitiget; at Symon non solet haec facere'.
Petrus: 'Quid veniam? Prius est aperire reatum,
More tuo nimium praeproperanter agis.
Non capit una duos, plane consencio, sella,
Sed simul[b] alter abit, alter habere potest.
Quem tu forte putas ac[c] mecum in sella manere,
Corruit et fracto vertice pronus iit'.
Bardus: 'Nos illum scimus sanctumque bonumque
Et scimus sella non cecidisse sua.
Quod quia sic constat, alieni iuris abusum
Desere, si non vis deterius cadere.
Ut tamen ad tempus Anselmum praetereamus,
Quis te pontificis fecit habere locum?'
Petrus: 'Pontificem me fecit gratia regis,
Imposuitque manus ad sacra papa novus;
Quem rex more patrum sublimem fecit, ut ille
Monachus in turbam seque suosque dedit,
Turpis homo, turpi nimis oblectatus amore
Et de femineo Marte[2] trophea putans'.
Bardus: 'Per regem, si rex tamen esset habendus,
Non potes esse sacris[d] signifer ordinibus.
Guibertum taceo, qui sacra pulsus ab aede
Papa nec est nec erit, testificante fide.
Ergo duo, quae summa putas, patet esse nefandi
Criminis, ut nequeas esse, quod esse cupis'.
Petrus: 'Habes scriptum, quia regia sollicitudo,
Invigilat cunctis rebus apostolicis,
Et praecepta vides totum diffusa per orbem,
Quae sapiens nemo dissimulare potest,
f. 80. Omnem animam subdi fastigia quaeque tenenti,
Quod qui non faciunt, pessime desipiunt'.
Bardus: 'Habes contra, quia non est ulla potestas
Supra divinum ius et apostolicum;
Quod fidei lumen, qui sacramenta ministrat,
Altior est cunctis regibus et dominis.
Rex curat, quae sunt hominum, divina sacerdos;
Hic pascit mentes, ille caduca facit'.

a) presumpmit *c.* b) *id est* simulac. *cf. supra v.* 5129 *cum nota.* c) *id est* hac. d) sacri *c.*

1) Cf. supra v. 433. 2) Mathildis dicitur.

Petrus: 'Sed veterem racio non impedit usum,
Reges hanc curam tradere per baculum.
Non quia rex actum dispenset pontificalem,
Sed quod caesaris est, et dare caesar habet.
Haec novitas populos conturbat, sediciones
Excitat et leges solvit et officia'.
Bardus: 'Sed sicut cum corpore spiritus unum est,
Sic res aecclesiae nemo secare potest.
Cum datur officium vel munus pontificale,
Et bona creduntur exteriora dari.
Tu, qui dividuum mentiris pontificatum,
Dic mihi, qua veterum tradicione probas?'
Petrus: 'Nugaris, non divido pontificatum,
Sed rex cesareum ius et habere sibi
Et conferre potest urbes, castella domosque,
Ut non solvatur pontificalis apex.
Sicut dat tunicam, dat equos et alia multa,
Cur castella, domos rex mihi non tribuat!?'
Bardus: 'Et altaris sacra sunt, et debita sacris
Non possunt rebus ullius attribui[a].
Scis veterem sic esse fidem legemque novellam.
Quamvis desipias, sic tamen esse probas.
Haec quicumque negat, legis cadit a racione,
Et convincit eum leccio desipere'.
Petrus: 'Sacra quidem, sed numquid contaminatur,
Cum fuerint regum parta vel aucta manu?
Ergo negant leges et littera sacra sacratis,
Tangere, quae sacra sunt, et reparare sacris.
Sic nos decipimus[b], quoniam bona constabilimus. *I. 80r.*
Vos autem sapitis, qui foveam facitis'.
Bardus: 'Nos nulli regum concessa negamus,
Ergo nec laqueum nec foveam facimus.
Et volumus pacem, sed constat nullius esse,
Quanta patent sacris usibus atque locis.
Esto, caput sacro sacrum desudet olivo,
Nil tamen hic iuris aut rationis habet'.
Petrus: 'Ab antiquo regum faciente labore,
Et studio crevit pontificale bonum[2],
Qui cum florerent et rerum iura tenerent,
Ecclesiis summum constituere decus.
Quos penes et virtus et gratia distribuendi
Et renovandorum per loca sancta patrum'.
Bardus: 'Petre, fides non est in flumine verbi,
Set tamen et verbum de deitate fluit.
Sed non invenies hodie verbosa loquendo,
Reges pontificem constituisse Deo.
Sed neque praelato cuiquam sub lege priori
Rex aliquis summam[c] contulit officii'.
Petrus: 'Quid legem veterem, quid sacra vetusta
Conaris torciens in medium trahere?

a) attribui *c.* b) *legendum vel certe intelligendum videtur*: desipimus. c) summam *c.*

1) Carmen de anulo et baculo v. 649—652 (MG. carmine v. 875 sq. (l. l. p. 527). S. Libelli II, 522) similia tractat. S. 2) Cf. in eodem

Non sumus in veteri, nec iam licet esse sub umbra, Hebr. 10, 1.
Ut Deus advenit factus et ipse via. Joh. 14, 6.
Si tamen hos licuit ritus mutare, quid obstat,
Ut veteres usus solvere non liceat?'
Bardus: 'Iam vicium facies cum Symone vestro,
Si tua facta velis assimilare Deo.
Ille tamen positam non venit solvere legem, Matth. 5, 17.
Tu nova contempnis, anteriora negas.
Et quia per Moysen non vis cognoscere Christum,
Hunc ipsum reprobas, qui benedixit eum'.
Petrus: 'Non reprobo, sed tu regalia tollis,
Quae Samuel iussus desuper instituit; 1. Reg. 8, 11—17.
Et facis in Christum, qui solvit et ipse tributum
Et Petrum similem iussit habere vicem. Matth. 17, 26.
Ut rex terrenus terrenis aecclesiarum
Esset praelatus et dator et dominus'.
Bardus: 'Mira fides Christum solvisse tributum,
Ut faceret servam, quam vocat, aecclesiam.
Nescis misterium nec percipis hanc rationem,
Cum de pisciculo fert Petrus aera duo? Matth. 17, 26.
Ut videat, quicumque sapit, quia summa potestas
Non aufert minime subter habere locum'.
Petrus: 'Iam sentis, ergo licet inferiora
Regibus et dominis vendere sive dare.
Nec iam crimen habet rex aut quaecumque potestas,
Dum rerum curam, cui placet, attribuit[a].
Vel pocius cum res ipsas, castella domosque
Tradicione sacra praebet habere sacris'.
Bardus: 'Quae sua sunt, fateor, sine crimine donat,
Sed res ecclesiae non valet ille dare.
Si bona maioris cuiuslibet atque minoris
Largiri nulla condicione potest,
Quo pacto sacras et ei res iure negatas,
Si vim non faciat, rex aliquis tribuat?'
Petrus: 'Iam dixi, sacer est rex ipse sacrisque
Rebus habet licitum ponere praepositum:
Quod neque divinis unquam racionibus obstat,
Temporibus vero consonat atque facit.
Hinc pax et requies, quoniam cum rege sacerdos
Convenit et solidum corpus uterque facit'.
Bardus: 'Si constat libertas aecclesiarum,
Et quae sunt illis libera cuncta, patet.
Nescis Ambrosium regem[1] sprevisse superbum
Et matrem[2] sacris abstinuisse locis,
Cum fureret, cum sacra sibi loca subdere vellet,
Moenia sacra sibi subdita iure putans?'
Petrus: 'Non sentis de libertate decenter.
Sed tamen aecclesiis hanc quoque rex tribuit.
Libertas vero non est hic accipienda.
Quam sub Iherusalem nomine Paulus ait. Gal. 4, 26.
Sed tamen, ut sancti possint retinere quietem,
Pro summis hominum Paulus et ipse rogat'. 1. Tim. 2, 2.

cpont. 9 f. 81

f. 81v

a) atribuit c.

1) Valentinianum II. 2) Iustinam. Cf. Cassiodori Historiam ecclesiasticam tripartitam IX. 20.

Bardus: 'Sed baculum, qui curam[a] signat ovilem[b],
Tollis et in laqueum teque gregemque trahis.
Haec est libertas, ut, qui sub rege ministrant,
Qualiter introeunt[c], taliter exiliant[d]',
Cum velut Herodes[1] annales pontificatus
Ex praecio faciunt et data subripiunt'.
Petrus: 'De baculo frustra falsoque moveris,
Annulus ipse etiam, quid iuvat aut quid agit?
Presbiteri[e] non sunt pastores, numquid et ipsos
Non sub episcopii nomine Paulus habet?
Non tamen accipiunt haec munera, quando sacrantur,
Quod nec in antiqua traditione fuit'.
Bardus: 'An ergo putas baculum rem materialem,
Et quasi materiam sic quoque posse dari?
Sic potes ergo manum cum forcipe, sive capillum,
Sic oleum, sic res quaslibet his similes,
Ut iam sit regis et consignatio sacra,
Et clerum facere vel sacra signa dare'.
Petrus: 'Habes usum veterem maledicere gratis
Et verbis gravibus quemlibet impetere.
Sed regem lacerare tuis quasi celica laus est.
Ast ego te doceam[f] regia verba loqui,
Et nisi, quod mediante fide venistis, ego istum
Iam tibi non leviter'. Tadus ad ista pater:
'Praedixi verbis non esse potenter agendum,
Iam, si quid superest, differat ista dies.
Turbatur populus et iam discedere querit,
Et nobis ipsis non placet iste locus.
Tempore condicto rursum coeamus in illa,
Quam Frigianus alit et fovet, aecclesia.
Forsitan expediet litem, quia vivit amatque,
Quem docuit, populum, rebus et ore sacro'.
Sic habeunt, ubi tempus adest, fiducia causae f. 88.
Et desiderium nulla timere sinit;
Et quamvis nuper passi convicia, adire
Non trepidant dubium de racione Petrum;
At Petrus, admixtis conclamatoribus, illuc
Convolat et vultu se quoque dissimulat.
Praetendit pacem, mirari, quod racionem
Suffugiant clari veridicique viri,
Quod deceat populum paci conducere, litem
Tollere, nec regem spernere vel dominum,
Si parere velint, se magnificare paratum,
Nec quemquam proprio velle movere loco,
Immo diviciis et honoribus amplificare
Et consanguineis munera magna dare.
Respondent: 'Cessa promittere, perdere noli.
Thesauri nostri dogmata sunt fidei.
Hoc custodimus vigilanter et amplificamus,
Et non est hominum, qui queat eripere.
At quem tu dicis regem, non esse probamus,
Ex quo persequitur sacra Deumque suum.

a) *ita cum LAF. legendum esse puto. Hofm.*: curat *c.* b) *ita c.*: ovilis *proposuit LAF.* c) introeant *man. 1, corr.* introeunt *man. 2. c.* d) *i. e.* exsiliant. e) *abhinc iterum pergit man. 2. c.* f) docem *c.*

1) In Biblia nihil tale invenire potui. Schm. Cf. fasc. 2, praeserlim vol. 102 sq. Hofm. W. Otto, 'Herodes'. Pauly-Wissowa, 'Realenc.', suppl.

Sed nunc in causa non circumducimur ista,
Ipse sibi videat, qualiter expediat.
At te pontificem scimus non esse, tibique
Sicut pontifici non sumus appliciti.
Et quicumque favent, duris in sentibus haerent,
Et non sunt pecudes aut pecori similes,
Quod neque pastorem per pascua laeta secuntur,
Sed seducit eos et vorat ille lupus,
Qui te quique tuum iam portat in ore magistrum
Et mentes vestras nocte dieque vorat'.
Petrus: 'Item pergis fallacia multiplicare,
Falsus es, et falsus doctor uterque tuus.
Hic[1] monasterii quasi quodam culmine lapsus,
Iuravit numquam se fore pontificem.
Hic[2] regi solito iuratus more fefellit
Et nunc impugnat et nova sceptra facit'.
Bardus: 'Uterque meus pastor vel legifer ille,
Ut geminus Petri rivus ab ore fluit.
f. 89r. Tu, qui de tumida descendis Symonis unda,
Cum Nerone sapis et tumidum loqueris.
Fingis in alterutrum, quia nec iurasse probabis
Hunc, et discipulum penituisse vides[3].
Petrus: 'Penituit? Ergo male forsitan egit,
Quando tulit baculum propter episcopium.
Nec magis erravit, cum solvere iura negavit,
Sicut pollicitus per sacra verba fuit.
Sed fugit, sed deseruit dominumque fidemque,
Quid vult abiectum rursus habere locum?'
Bardus: 'Peccatum regi iurasse fatemur,
Et donum regis fetet in aecclesiis.
Sed munus sacrum nescimus habere reatum,
Inde redit sacra purificatus aqua.
Praecipue iussus et saepe redire coactus,
Pontificis cura vim faciente pia'.
Petrus: 'Pontificis quo munere, qua ratione,
Monachus et voti proditor ipse sui?
Qui cum sit scelerum caput et via seditionum,
Conscribit similes in sua signa duces.
Subticeo sordes, quorum fetore laborat,
Qui fidei curam vel pietatis habet'.
Bardus: 'Habet proprium famae dispendia passus
Figmentis sacros commaculare[a] viros.
Tu, quia te cernis aliter non posse placere,
Anselmum ledis, Gregorium laceras.
Sed patet Anselmi reverentia, Gregorianus,
Si qua Deum sciunt pectora, mulcet hodor'.
Hic tamen[b] irasci cum vellet, tota repente
Turba fremit Christo iudice versa retro.
Turba videns Petrum frustra tam multa locutum
Ad cor versa redit, quod male retro dedit;
Ac memor Anselmi Petro maledicit; habendum
Cum Iuda memorat et vocat ad laqueum.

a) comaculare *c.* b) tamen *deest c., supplevit LAV.*

1. Gregorius VII. Cf. supra v. 3281 cum nota. S. 2) Scil. Anselmus. S. 3) Cf. supra v. 915sqq. S.

Insurgunt baculis, Petrum de culmine turbant,
Pulvinar multo stercore commaculant[a].
Exoritur clamor, tota saevitur in urbe,
Et iam se miserum clamitat omnis homo.
Iam[b] furem, iam sacrilegum, iam perdicionis f. 93.
Auctorem vulgus omne profanat eum.
Ad Christum viduae voces et brachia tollunt,
Ut miseris tandem porrigat ipse manum,
Anselmum reddat, Petrum de culmine pellat
Et fidei sanae mandet adesse diem.

Hos inter motus populi Christyque triumphos,
Victa et confusa cum duce parte mala,
Presbiteri, quos in tenebris dampnarat et antro,
Solvuntur, Christo clarificante suos.
Bardus cum Paulo pro tanti flore triumphi
Gaudent et cupiunt asperiora pati;
Certi venturam semper cum laude coronam
Et defendendos coelitus esse pios.
Petrus habit fugiens[1] et iam terrore solutus,
Et qui cum Petro desipuere, latent.
Hanc quoque quis dubitet Anselmi de prece palmam
Nec sciat Anselmum perdere posse Petrum?
Sed quia sic opus est, ut sanctus sanctificetur,
Anselmus parcat, turba, quod egit, agat.
Petre, times, meritoque times: sed quid timor iste,
Quid tibi Luca potest aut aliquis facere?
Ergo time Christum, formida cunctipotentem,
Cuius iudicium non potes effugere.
Ludis in Anselmum, loqueris perversa; sed ille
Te subito faciet inferiora loqui.
Excutiet baculum, faciet dampnata fateri
Et de sublimi coget abire loco.
Virtus Anselmi non est passura ruinam,
Sive magisterio iam caritura suo.
Iam fugis instantem, iam te formidine caeca
Percutit et populo dat nova corda suo.
Cum vero faciet virga cum sede carere
Et longo luctu pascere cesariem,
Quid facies, cum deficies populusque reversus
Ad mentem sese ceperit inspicere
Et detestari consorcia saeva, rapinas,
Caedes et iuris vincula rupta sacri,
Et iam pontificem nemo te dicet, erisque f. 88.
Obprobrium clero, ludibrium laicis.

a comaculant *c.* b) *abhinc iterum pergit man.* 1. *c.* c) choronam *c.*

1 Nescio num Rangerius ultimam factionis suae victoriam hic describat. Petrus enim, quousque Anselmus vixit, sedem Lucensem, ut ex charta d. 17. Nov. 1086. data (Reg. Luc. I, n. 492) intelligi potest, tenebat. Sed haec tota narratio confusa atque perplexa est, sive quod auctor noster ordinem temporum non satis perspexit et distinxit, sive quod, cum Anselmum victoria quadam ornare vellet, consulto et ex licentia quadam poetica a veritate deflexit, nisi forte, quod ad verum proxime accedere videtur, commodum quoddam brevissimum et successum fugacem amicorum suorum in maius extulit. S. Infra v. 6898 Rangerius bene scit Anselmum in exilio mortuum esse. Quodsi commodum quoddam brevissimum a sequacibus Anselmi reportatum, ut Sackur suspicatur, cui ego assentior, a Rangerio in maius elatum est, annis 1082. vel 1083. hoc factum esse potest. Cf. N. Archiv XLIII, 548sq.

Adde, quis esse tibi poteris, cum poplite flexo
Adstabis viduae[1], quam modo dilanias?
Anne tamen poteris nec cernere, ne venerari
Dicam, quam tociens in populo loqueris?
In populo mecham dicis populoque superbo
Et caeco foedam fingis et esse magam.
Si tamen haec facias conversus ab impietate,
Sic quoque magnus eris in medio aecclesiae.
Magnus erat David, sed Uriam fraude necavit, 2. Reg. 11.
Ast, ubi penituit, clarus ut ante fuit.
Sic non paucorum superant exempla virorum,
Qui post peccatum promeruere statum.
Sed non sic Iudas argentum reddidit, unde
Ad laqueum preceps[a] et furibundus iit.
Sic ergo si peniteat, si tactus amore
Pacis, si sacra religionis amans
Ad Christum venias, a Christo suscipieris.
Et quasi post tumulum Lazarus alter eris. Ioh. 12,
Et quis non peccat? Quis non sibi lumina caecat?
Quis per stulticiam non gravat aecclesiam?
Sed susceptorem Christum clementer habemus,
Qui novit refugos tollere filiolos.
Qui novit prolem fugitivam non reprobare
Et solet in reditu gaudia festa dare, Luc. 15, 22—24.
Sed nec in Anselmo precordia dura dolentem
Germanum laetis vocibus excipere.
Non ita quaerentes frumentum tollere fratres
Venditus inspexit Ioseph, et ingemuit, Gen. 45.
Non ita solatus post iurgia Beniamin ipsum,
Non ita vel patrem se lacrimando senem?
Quidquid et angelicus haec ad spectacula coetus Luc. 15, 10.
Laude triumphali cantat in arce poli.
Et quis non credat, quia iusto dulcius astat
Et cantu dulci plus modulatur ei.
Sed denis novies iustis praestare novemque, l. 84.
Ne dubites unum, cum redit, ante reum[b]. ib. v. 7.
Quare quis novit vel quis racione probavit?
Credamus, quoniam credimus aecclesiam.
Pastor oves habuit centum, sed defuit una.
Atque reperta facit gaudia plus aliis. Matth. 18, 12. 13.
Et matrona decem dragmas habuisse refertur.
Una reperta domum cunctaque laeta facit. Luc. 15, 8. 9.
Sed quid in his ovibus vel dragmis accipiendum,
Non est nunc operis istius exprimere.
Ad consolandum satis est, satis ad revocandum
Ex Christy verbo sic potuisse loqui,
Ut, cum tempus erit faciem revocare dolenter,
Et sapienter agas et bene poeniteas.
Cum reddes baculum lugens et pontificatum,
Ad Christum redeas et male facta luas.
Audisti Petrum cum Symone[2] belligerantem,
Audisti lapsum Symona pennigerum[c].

a) precebs c. b) ita *LAF*, rerum c. c) Symon apennig *LAF*.

1) Mathildi comitissae *LAF*. 2) Cf. supra v. 19 sq. cum nota.

Anselmus Petrum sequitur, tu Symonis arte
Quaestum multiplicas, Symonis arte rues.
I[a] nunc et populum ventosa garrulitate
Fallito, nox etenim tu quoque falsus eris,
Et quia per precium lucratus es hanc stacionem,
Per praecium praeceps hac stacione cades.
Hoc tamen unde tibi? Iam Symone turpius erras,
Quo duce per precium sumis episcopium.
O lucri funesta fames[1]! Si displicet error,
Hoc saltem gratis debueras facere.
Sed[b] precio peccas, precio peccata relinquis,
Erras cum precio, per precium resipis.
Sed si revera venalis gratia non est,
Nemo per precium poenitnisse potest.
Aut ergo precium ne suscipe iam rediturus,
Aut te cum precio gratia non recipit.
Hoc est peccatum[c], quod nescit habere lavacrum, Matth. 12, 31.
Sicut curari non solet ydropicus[2]. f. 84r
Ydropico non unda sitim, non arida tollent,
Et geminat morbum, qui relevare putat.
Sic et avarus homo nulla curabitur arte,
Augendo crescit et minuendo malum.
Et quid ei facies, quem nec contraria curant[3],
Nec de consimili munere sumit opem?
Sed Deus est, qui vivificat, cui nulla resistit
Pestis et ydropicam siccat avariciam.
Nescis, quo traheris vel qua ratione moveris,
In laqueos eius, quem fugis, acceleras.
Cum te respiciet et ab ista sorde levabit,
Quam tristes lacrimas haec tibi causa dabit?
Act. ap. 9, 1. Saulus adhuc spirans in Christi membra minarum
Ecclesiam vastat, dilapidat Stephanum;
Penituit, commissa[d] luit baptismate lotus,
Plangit dimissae crimina perfidiae.
Non quia de facto possit dubitare remissa,
Sed quod amet tantum semper amasse bonum.
Matth. 20, 1—16. Si cui non licuit primo sacra solvere mane,
Vel vespertino tempore sacrificet.

IV.

1.

1082. Interea victis Henricus in agmina Tuscis
Aggreditur Romam castraque constituit
Haud procul a muris et Petri sede sacrata
Explorans adhuc pervigil atque vagus.
Romani primo rerum novitate moventur
Et metuunt Tusco cum grege Teutonicos.
Teutonici fremunt et vix humana locuntur,
Et facit horrorem mentibus ipse sonus

a) inc c., *quod recte intellexit Hofm.*; luc ..... (incitas?) *LAF.* b) *abhinc iterum pergit man. 2. c.* c) pecatum c.
d) comissa c. e) Sic *fortasse corrigendum est.*

1) Cf. Verg. Aen. III, 57: *auri sacra fames.* 2) Cf. Germ. ed. 3) p. 4 cum nota 4. 3) Cf. Isidori Etym. Liudprandi Antapodosis I. 1. ed. J. Becker (SS. rer. IV. 9,5 (Migne, PL. LXXXII, 193).

Barbarici motus; longa experientia rerum,
Insolitas armis solvit ubique manus.
Et quamvis famae non est par copia rerum,
Quod minus est, fingit multiplicatque timor.
Omnia magna putant, diffidunt, debilitantur,
Iamque in Gregorium mussitat[a] omnis homo.
Ut tamen armari semel est audacia nata,
Ardescunt animis pro pietate magis.
Paulatimque novas vires hostemque probando
Ad veterem formam restituere suos.
Muros excubiis et portas robore vallant.
Ac velut Annibali cuncta quieta negant.
Gregorius, Christi servus doctorque fidelis,
Non cessat vitae verba docere suos.
'Nostis', ait, 'fratres', quia conversatio nostra 1083. (20. Nov.)
Non est Gallorum regibus ad placitum
Et doctrina malos offendit; non tamen esse
Debemus taciti sive tacenda loqui.
Ecce furit dirus et muros obsidet hostis
Et gladio nostras tollere vult animas.
Quid facimus? Mutare libet preconia nostra
Atque metu mortis verba profana loqui?
Si querit nostro gladium maculare cruore
Et verbum vitae non magis opprimere,
Non metuo, non impedio. Si vero profanus
In Christum saevit, ipse resistat ei.
Et vos, qui Christum mecum debetis amare,
Hanc impollutam semper habete domum.
Heu, iterum Nero Petrum crucifigere querit,
Et ludit miserum Symon avarus eum.
Sed Paulus vigilat, Petrusque fideliter orat,
Et de sublimi prorsus utrumque trahit.
Quod si peccati tanta est offensio nostri,
Ut tollat populum perfidus atque locum,
Dum fidei murus solita compagine constet,
De tali damno non moveatur homo.
Corpora mors tollit, dissolvit membra senectus,
Per varios casus diviciae pereunt.
Si peritura brevi non sunt vehementer amanda,
Quod nescit lapsum temporis, illud amem.
Roma[2] fuit regum dominans et maxima rerum.
Adversis crescens, prosperitate ruit.
Quae vectigales sibi fecerat undique reges,
Cessit diviciis luxuriisque suis[2].
Nunc servit, nunc mesta iacet virtutis et artis
Immemor et priscae strenuitatis egens.
Et, quod deterius, gaudet sic esse subacta
Iamque iugum paciens dedecus eius amat.
Sed nos haec sinimus; nulli sua iura negamus,
At Petri sedem non damus atque fidem.

a) mussitat c.

1) Rangerius synodum Romanam a. 1083. Nov. in animo habuisse videtur, de qua in Registro Gregorii IX, 35 a (ed. Caspar p. 627 sq.) legitur: *Ceterum domnus apostolicus in eadem synodo de fidei forma et christianae religionis conversatione, sed et robore animique constantia ad praesentem pressuram necessaria . . . edisserens . . .* S. 2) Cf. Sallustii Catil. c. 6–10.

Nec sinimus solvi doctrinam pontificalem,
Ut rex pontificem se putet atque Deum,
Sufficiat regi regalia iura tenere,
Et de militia vivat agatque sua.
Pontifices illi non debent esse subacti,
Plus est imperio pontificalis honor.
Quid pastoralis baculus, quid et anulus illi?
Non sunt officii signa verenda sacri?
Denique quid restat? Cur non et cetera tollit?
Cur non et tondet et signa sacra facit?
Nunc indignatur et non facienda minatur,
Quod sacrum limen tangere non sinimus;
Et nos contempnit et spreto principe Petro
Sublimavit eum, quem Petrus exposuit[1].
Prov. 26, 27. Eccl. 10, 8. 27, 29.
Quin imo miserum pessumdedit et sibi fossam
Fodit, et in laqueum pronus uterque ruit.
Nos autem Petro confidimus aut magis illi,
Per quem stat Petri non violata fides.
Luc. 22, 31
Et quamvis Sathanas granum cribrare petivit,
ib. v. 32
Iam non deficiat Petrus et archa Petri.
Archa Petri doctrina Petri, quo praemonitore
Fundamenta manent catholicae fidei;
Quae non defficiet, sed adhuc conversio fiet,
Et faciet versus omnia stare Petrus.
Matth. 25, 1—13
Interea, fratres, vigilemus, sicut oportet,
Ut, quando veniet sponsus et inveniet
Pervigiles, tollat et lucis in atria ducat
Et cum dilecto conferat esse[a] Petro.

2.

Haec ubi sic fatus, post murmura pòstque tumultus
Cencius[2] assurgit et lacrimosus agit[b]:
'Hei mihi! Quid dicam, patres, extrema videmus,
Perdimus hanc sedem, perdimus atque Petrum.
Non ago de damnis, de prolis perdicione
Aut de corrupti suspicione thori.
Eripitur pietas et virtus religionis,
Et quaecumque sacra novit habere fides.
Et qui sunt, qui subripiunt tam dulcia nobis
Tanique salutiferae gaudia plena spei?
Qui sunt, qui tollunt nobis vitamque Deumque
Aut nos avertunt a pietate patris?
Qui sunt, qui Romam vallarunt obsidione
Et nos captivant et bona nostra vorant?
Teutonici, gens dura quidem, sed inepta, magisque
Ex placito sese quam ratione regens[3].
Adsunt vicini captantes praemia Tusci
Et[c] fugiunt dominae iusta flagella suae[4].
Hos agit Henricus ut fortis et ingeniosus,
Sed nec Saxoniae praelia ferre valens

a) esse *c.* b) *id est* ait. c) *ablinc iterum pergit man.* 1. *c.*

1 Cf. supra v. 3312. 2) Consul Romanus. S. mann. 'N. Archiv' XXI, 409 sq. 4) Mathildis.
3) Cf. supra v. 99; 2875—2878; infra v. 5921. Over

Nec de faemineo congressu laeta reportans,
Quae docuit regem non satis esse virum.
At nec[a] Hannibalem nec Pirrum magnificamus,
Et pecus hoc hominum maxima Roma timet?
Quos fugitis? Gallos non[b] vestra potentia fregit?
Numquid[c] et Arrontis[1] non viduavit humum[d]?
An quia pugnandum nobis sub principe Christo,
Mollior est animus aut manus aut gladius?
Gregorius mihi signa ferat pugnetque precando
Et levet ad caelum fortis utrasque manus,
Donec defficiat Amalec saevissimus hostis
Et Christy populus cum duce laetus agat.
Ite, fides vobis clipeos et tela ministrat[2]
Atque triumphales tollet in astra manus.
Quisquis Gregorium non suscipit, esto prophanus
Et iam Romanos extimeat gladios.
Qualis Iudeus vel Iudas, perfidus esto,
Quisquis in aecclesiam pontificemque facit.
Qui papam geminat, non est de dogmate nostro,
Et qui consentit, non meliora sapit.
Hos hostes habeat virtus Romana per aevum,
Hos contra laeto pectore bella gerat.
1.86r. Sic patriam civesque[e] tuos, Romane, tuendo
Ad patriam venies et diadema feres
Ad patriam lucis, ubi pax et gloria iustis
Et regnum perpes et decus et requies,
Quo non Henricus miserabilis iste laborat
Et Guibertus ei iunctus amore rei.
Contra quos, quoniam Christum Petrumque fatigant,
Propter spem vitae corda manusque date!'
Haec ubi sic egit, tollunt oculosque[f] manusque
Ad Dominum, spondent omnia sic facere.
Tum vero motus et sollicitudo per Urbem
Armorumque sonus excubiaque tonant.
Occurrunt, pugnant et nulla pericula vitant
Et iam Teutonicos non metuunt gladios.
Urbem mutatam credas, quin ymmo renatam,
Qualem est expertus Hannibal et timuit.
Caesareos henses videas Magnique[3] chohortes
Et veteres ausus miliciaeque modos.
Henricus cernit et sicut cera liquescit,
Nescit, quo redeat, si sine laude redit.
Sed quia campus ei non commodus esse videtur
Et iam Romanis cedere castra videt,
De subito collem conscendit et aptat in arcem
Et cingit muro triste Palaciolum[g.4].
Romani viso tam multo intrinsecus hoste 1083. (Iun.)
Turbantur subiti de novitate mali:

a) nunc *c.* b) num *c.* c) Nunquit *c.* d) id est Lucam *in marg. man. 2. c.* e) cives *c., emend. Hofm.* f) oculos- que *c.* g) palacionum *c., emendavit Oermann, 'N. Archiv' XXI,* 425, *n.* 5. *S.*

1) Cf. Lucan. I, 586: *Arruns (rates) incoluit desertae moenia Lucae.* 2) Cf. Vergil. Aen. I, 150; X, 218; XI, 71. 3) Id est Pompei, cui Lucanus poeta Magni cognomen semper dat. 4) Cf. Sander, 'Der Kampf Heinrichs IV. und Gregors VII.' (Berlin 1893), p. 134. S. Meyer von Knonau III, 475 sqq., n. 12 (p. 477). Palatiolus est collis quidam in Urbe.

Stant tamen et variis hostem congressibus angent[a]
Et vires eius undique debilitant.
Cernunt occisos matres in sanguine natos
Et nati patres, nec modus est lacrimis.
Barbara gens tali de prosperitate levata
Non parcit iugulis fortibus et teneris.
Quos capiunt, truncant, gemino vel lumine privant[b],
Aut perimunt gravius carcereis cruciibus.
Haec quoque parva puta maiori coelitus ira,
Ipsa domus Petri diripienda datur[1].
Rex gaudet, quasi Gregorium iam caeperit atque
Victus sub gladio pendeat ille suo.
Pontifices illum per tam funesta secuti f. 87.
1084 (Mart.) Conveniunt[2], ut agant, ne vacet aula Petri.
Accelerant, sed precelerat Dionisius audax[3]
Et pransus sacra se locat in cathedra[c].
'Si propter cathedram[d] debemus credere papam,
Non mihi maior', ait, 'aut prior alter erit.
Denique, si nostras voces expectat, habeto,
Possumus ut, pransi vota precesque dare'.
Sic alias alii quaerunt confingere causas,
Et, quem sublimant, laedere non trepidant.
Rex etiam cernit, quia se quoque concio spernit,
Et iam perfidiae poenitet et furiae;
Sed, qui mos pressis tanta caligine, perstat
Et, quasi cuncta videns seria, dissimulat.
(Mart. 24.) Guibertus lacrimas et ter componit et illum
Se non sponte sua fingit adire gradum[4].
Denique per lacrimas, quod dicitur, optat haberi,
Quas mimi specie format et ire facit.
Quid tum Gregorio visum est potuitve videri,
Cum sacram sedem ludibrio fieri
cf. Dan. c. 3. Cerneret et statuam Caldeo more levatam,
Quam cum grege suo turba caduca colat!
Quare, summe Deus, haec tanta licencia pravis,
Aut ubi tam promptus in mala castra furor?
4. Reg. 18 et 19. Sennacherib legimus multa de gente superbum
Atque urbem sanctam perdere pollicitum
ib. 19, v. 35. Nudatum subito legionibus et rediisse
Turpiter et gladio decubuisse domi.
4. Reg. 7. Assirii cum Samariam pessumdare vellent,
Et devastasset spem quoque longa fames,
Iam iam cum populo sese et sua rege daturo
Noctu insperatam vix habuere fugam.
Quis numeret strages gentis et milia tanta
Gentis barbaricae caesa minore manu?
Quis nescit Iudam, Samsonem[e] cum Gedeone
Et Iudith viduam Deboreamque manum?
Et quis non trepidet, quis denique non moveatur, f. 87v.
Cum videat pressum depositumque pium,

a) angunt *corrigendum esse videtur.* b) privatur c, *emendavit LAF.* c) catedhra c. d) catedhram c.

1) Hoc nusquam alibi traditur. 2) Haec in aliis fontibus aliter narrantur, sed certum est novam Wiberti electionem Romae tunc factam esse. Cf. Meyer von Knonau III, 530, n. 12 (p. 531 sq.). 3) Episcopus Placentinus. S. 4) Cf. Anselmi epist. ad Guibertum l. l. (SS. XII, 5; Libelli de lite I, 527): *Quod autem dicis: 'sed quia universalis ecclesiae curam suscepimus, licet inviti' . . .* Cf. Köhncke l. l. p. 66. S.

Contra perversos laetis successibus usos
Et perversorem, quod cupit, efficere?
Heccine, iuste Deus, sententia iusta vel ira?
Et quid dicet homo sic faciente Deo?
Gregorius mitis[a], paciens expellitur; ille
Durus et inpaciens et canis heligitur.
Sed non heligitur, ymmo magis impietati
In capud et caudam bestia saeva datur.
Sic est, sic fiat, coeli decreta videmus,
Iam de iudicio non moveatur homo.
Gregorius cum Gregorio[1] Petroque decenter
Sublimatur adhuc in meliore domo.
Servit ei pravus; an non servire videtur,
Cum polit et format, urit et ygne probat?
Quid valet argentum, si non formatur in usum?
Tum vero formas, si prius ygne probas.
Quid psalmista canit, cur exprobrat impietati,
Dum consolatur, tristia qui patitur?
'Vidi perversum Libani super alta levatum, Ps. 36, 35 sq.
Et pertransivi, si locus esset ei,
Et iam nullus erat. Coepi perquirere, sed non
Inveniebatur: iam pacienter age'.
Atque[b] audi melius, quid significare videtur
Haec tam veridici clausula misterii.
Non est ergo locus perversis, quando futurus
Ignis eos uret, qui neque deficiet,
Et sine spe finis carnes torrebit iniquis
Et faciet funus flebile spiritibus;
Absit, sed pravi locus est quaecumque piorum
Causa latens hominem, sed manifesta Deo,
Quae vel purgari vel debeat accumulari[c],
Si quid habet pravum vel minus ad bravium,
Quod fit per reprobos, ideo conceditur illis
Vita, potentatus, gloria, divitiae.
f. 88. Dumque superbitur vehemens, accenditur ignis,
Ut pauper turpem perdat in igne cutem;
Aut datur, ut niteat praeclarius; ergo peracto
Purgatoque pio non habet ille locum;
Et sic clementer agitur, quia regula iusta
Exigit in pravum deterius fieri,
At iustum nitido purgari purius auro,
Ut nequeas rugam cernere vel maculam. Ephes. 5, 27.
Hoc de consilio pariter bonitatis et irae
Guitbertus sordet Gregoriusque nitet.
Gregorius patitur, ut purior efficiatur
Et dignus solio distribuente Deo;
Guitbertus licitum sibi credit perdere iustum,
Nec sentit penas perditus ipse suas.
Numquid Iob Sathanas non expugnare petivit, Iob c. 1.
Et suscepit eum? Numquid et ipse Deum
Non est adgressus? Quis Iudae traditionem
Consuluit? Sed iam sic eat, opprobriis

a) mittis *c.* b) *abhinc iterum pergit man. 2. c.* c) acumulari *c.*

1) Gregorio *l.*

Mitis homo crescat; nemo turbetur: agonem
Istum mirari condecet atque sequi.
Interea nostris per tot mala debilitatis
Gregorius semper fortior efficitur.
1083 (Nov.) Et qui Gregorium Christo ductore secuntur,
Quod possunt, faciunt, sicut et ille facit.
Vulnera, capturas, natorum vulnera seva
Postponunt fidei iudicioque Dei.
Sed crescente malo de prosperitate malorum
Mollescunt aliqui suffugiuntque pati;
Et iam iam trepidant, iam regis munera captant,
Quaerunt privatis tempora colloquiis.
Compositis rebus statuunt aut vendere patrem
Aut suadere suo credere consilio:
Consilio sane tanquam serpentis et Evae,
Ut cecus pomum tangeret inlicitum;
Et faceret pacem contra ius et pietatem,
Solvens periurum nemine teste suum[1].
'Ecce vides', aiunt, 'quo te sententia traxit, *f. 88ᵛ.*
Nos tamen hunc hominem subdimus ecce tibi.
Sed veniat, ne quis videat faciatque ruborem,
Ut[a], quicumque favent, dissipuisse[b] putent,
Et iam nemo suum dignetur dicere regem,
Si quasi periurus denuo peniteat'.
Ille dolos sentit et perversoris et horum,
Et negat illicito credere consilio.
'Si mihi corpus', ait, 'longo squallore liquescat
Aut gladio tollat perfidus ille caput,
Non moveat nec iudicium pervertere cogat,
Ut solvam subitus, quem ligat ipse Deus.
At si peniteat, si vere confiteatur,
Inveniet promptam solvere vincla manum.
Joh. 11, 39—43. Dum iacet et saxo premitur nec Christus aperta
Voce levat vinctum nec iubet inplicitum
ib. v. 28. Solvere, non solvam. Vocet ergo Martha Mariam,
ib. v. 20. Occurrat Domino non procul a tumulo.
ib. v. 31. 38. Adsint Iudei, lacrimas mirentur amici,
ib. v. 44. Tollatur moles, surgat, et ire sino,
Si tamen ille iubet, qui clamans erigit illum,
Sicut discipulis praecipit in Lazaro.
Non mihi iuravit? Non hac ratione vocavi[2]
Pontifices Gallos egregiosque viros,
Ut vel consiliis sese mutaret eorum,
Quos sciret vacuos omnibus his odiis?
Quid fecit? Non[c] cepit[3] eos ferroque ligavit
Corruptaque fide clausit eis reditum[d]?
Nunc credam verbis? Quia scilicet ille nepotes
Cepit habebque meos et male vexat eos?
Sic faciat; si sunt, quales desidero, vivant;
Si cedunt gladio, non vehementer amo'.

a) Et *vel* Neu (= Neve) *legendum vel intelligendum esse videtur.* b) *i. e.* desipuisse. c) Num *c.* d) redditum *c.*

1) Cf. Bonizonis ad amicum lib. IX, MG. Libelli I, 614. S. Meyer von Knonau III, 498 sqq., 500, n. 42. 2) Vide Gregorii epistolam archiepiscopis, episcopis, abbatibus in Gallia constitutis directam (J.-L. n. 5259; Cod. Udalr. n. 58, Jaffé, Bibl. V, 123), qua dicit fideles suos a maioribus curiae Heinrici iuramento securitatem recepisse. S. Meyer von Knonau III, 495 sq., qui tamen epistola in nota praecedente memorata hic (p. 491 sqq.) non usus est. 3) Inter Gallorum episcopos unus Hugo Diensis archiepiscopus Lugdunensis interceptus esse traditur. S. Cf.

Sic illi visa tanta patris integritate
Auro, non gladiis sustinuere capi.
Mox, ubi privato nequeunt advertere mentem,
Consilio vulgus sollicitare student
1084. (Gen.—Mart.)
f. 89. Iam fessum, iam vulneribus dampnisque remissum,
Iam cupidum pacis et novitatis amans.

Maximus[1], in rerum cura pro nomine maior
Et plus antiqua nobilitate potens,
In Capitolini collem conscendit et illuc
Cum populo papam convocat et medius
Ante senatores equitum peditumque catervis[a]
Ad papam lacrimans subdola verba facit:
'Quanti te faciat et fecerit haec tua Roma,
Testatur longi saeva ruina mali.
Non ago de rerum summa, de pontificatu,
Qui tamen haut modici muneris instar habet.
Et quamvis honus est et non honor haec animarum
Cura, tamen sequitur hanc quoque magnus honor,
Sed qui praecipuus honor est et clarior omni
Regno Romanae copiā militiae.
Nolo iam verbis incumbere, quae vetus illa
Gloria, cum Romae subdita cuncta forent.
Sed nunc quis dubitet magnae virtutis habendum
Gentem tam saevam sustinuisse diu
Et regem fregisse crebris congressibus istum,
Quem neque Saxonici sustinuere viri.
Ergo puta, quo Gregorii teneatur amore,
Quae tibi sic sese contulit atque sua.
Et nunc igitur[b] enses in corda paratos
Aspice vel captam, quam regis, aecclesiam.
Et iam pone modum tandem rationibus istis,
Ut populus veteri pace quietus agat.
Si pater es, debes et viscera patris habere;
Si pastor, lacerum flere et amare pecus.
Petrus pro populo fidei pacique vocando
Sustinuit mortem fortiter atque crucem.

Sic quoque iunctus ei per tot discrimina Paulus
Crimine sordentes sanguine lavit oves.
Sic Clemens[2], sic Cornelius[3], sic cetera sacra
Pontificum series se neci[c] prima dedit.
f. 89'. Solus[d] ab his nomen non solum pontificantis,
Verum regnantis et dominantis habes.
En morimur; miscet senio sua fata iuventus,
Et mater prolem laeta perire sinit.
Et maiora iubes, sed quae maiora feramus,
Dum Petrus et Paulus regnet in urbe sua?
At iam nemo Petrum, nemo vult tollere Paulum,
Nec mihi Gregorium tollere quaerit homo,

a) catervas *emendandum esse videtur.* b) *in voce* igitur *versus mendosus est.* c) mihi *e., emendari.* d) *abhinc iterum pergit man. 2. c.*

1) Sine dubio persona ficticia. Maximus quidam vel Leo Maximus obiit a. 1012. Apr. 23, ut ex inscriptione monasterii S. Bonifacii et Alexii elucet; cf. Forcella, Iscrizioni delle chiese e d'altri edifici di Roma del secolo XI fino ai giorni nostri' VII, 358. S. Sed versus 6263—66 certa de Maximi morte tradere videntur, quae ficta esse vix possunt. 2) I. papa. S. 3) Papa. S.

Victores vinci [illegible] et jungere dextras.
Et faciente Deo [illegible] quoque fusse subit.
Certe, quae tribuit bello victoria finem
Rebus in afflictis laetior esse solet.
Si fidei causa Petrus mihi contulit arma,
Quis pugnabit ei, cum satis est fidei?
Si vero mortes et eorum fata sitimus,
Non hoc de Petri tradicione puto.
Act. ap. 5, 1—10. Nam quod in uxorem durus fuit atque maritum,
In fraudem pocius verba cruenta dedit.
Ib. c. 12. Sed non Herodem percussit se capientem,
Neronem tacitus in cruce sustinuit.
Parcendum penitus didicit pietate magistra[1]
Et nequaquam homini vel maledicta dare.
Te quoque non dubitem, tanquam de dogmate Petri,
Christy mandatum sicut et ille sequi.
1. Reg. 24, 5—7. David cum Saulem sopitum perdere posset,
In christum Domini ferre manum timuit.
Sic etiam caeco cum deprehendisset[a] in antro,
Flevit per clamidem se lacerasse fidem.
Iam cum te dampnatus erat divinitus ille,
Nec tamen ut lapsum sanctus aborret eum,
Sed sacramentum veneratus pectora tundit
Et regis tunicam sentit habere sacrum.
Ib. c. 26, v. 15. 16. Quid quod et in vigiles desevit signiferumque
Et pro rege malas arguit excubias.
Regem[b] funestum fateor dignumque perire,
Atque utinam gladio foderit ista manus!
Sed[c] vivit, faciente Deo meliusque vivente[d], I. 90.
Ne dicant hostem te iugulasse tuum,
Et sit Gregorio iactura cupidine laudis
Ad veniam facilem non habuisse manum.
Discat nunc feritas et barbara corda moveri
Constantes animos plus prece quam gladiis;
Et quod Romani pro te pugnasse videntur,
Non tibi, sed Domino se[e] potuisse pati.
Aspice nunc vultus truncatae nobilitatis,
Et populi, quaeso, saucia membra vide.
Denique, si Romam minus est servare, vel orbem
Respice lapsurum, quem tibi Roma dedit'.
Haec dicens animos populi seducere temptat,
Ut, si papa neget, ille dolo teneat.

Papa videns populum turbari seque doloso
Obcingi laqueo, stat tamen intrepidus
Atque ita: 'Quod Romam laudas, o Maxime', dixit,
'Nos quoque laudamus et bene suscipimus.
Et quis non laudet tantum pietatis amorem?
Quis non magnificet tela secuta fidem?
Laudamus veteres armis victricibus orbem
Subiecisse suis legibus et patriam

a) *ita c.*; deprendisset *Zwölfer.* b) Regnum *c., emendavit S.* c) *abhinc iterum pergit man. 1. c.* d) vivente *corruptum esse videtur.* e) se *ap* te *legendum sit, in codice incertum est, sed* se (= eos) *sensui respondet.*

1) Cf. Statius Achill. I, 105: *pietate magistrâ.*

Illustrasse sua virtute, sed illa[a]
Gloria terrestris atque caduca fuit.
Haec autem vere laus est, ubi vita perhennis
De fidei titulo militiaque venit.
Sed quis ego? Si Roma mihi sua vulnera pensat,
Irritus est labis et sine messe labor.
At si pugnavit pro Christo inquime, Christus
Rex est et dominus et diadema dabit.
Sed si legitime certavit, viderit unde,
Obsecro, quae lex sit ista, videto parum.
Hostis habet muros, altaria possidet hostis,
Cernitis et statuam, quam Babilon statuit.
Quae pax ergo potest nobis et civibus esse,
Si non illa Deo servit et aecclesiae?
Sed morimur. Dolor iste magis mea viscera torquet;
Nemo potest vulnus hoc magis imprimere.
Atque utinam moriar, ne tantis mortibus vivus
Interream, tantum vivat amica fides.
Sed Christum non destituo, sub imagine pacis
Bella latent, victis scilicet arma damus:
Victis aecclesiam, victis concedimus Urbem,
Quid superest? Et me tradite, et non renuo'.
Sic habit, et latebras nocturno tempore quaerit,
Non mortem metuens, sed sapienter agens,
Ut neque, quos pascit, sine consolante relinquat
Et miseris parcat, quos videt inde mori.

Clauditur in turri[1] magnus summusque sacerdos
Et sumptu tenui seque suosque regit;
Quae plano fundata loco, sed marmore grandi
Et quadro triplici surgit in astra situ.
Ambitus inferior solida compage ligatur,
Quem penetras una difficilique[b] via.
Mensuraque pari distinguitur ordine quadro,
Ut nullus superet angulus a medio.
Lata superficies campum facit atque patenti
Vallo munimen praebet in omne latus.
Ex hac planitie lata multumque patente,
Quam Tiberis praeterlabitur atque rigat,
Forma dissimili, simili sed marmore, moles
Surgit et emenso circus ut orbe coit.
Hanc etiam superat turrita mole cacumen
Arctius hoc medio, sed magis alta petens.
Prima loci series iaculis et turribus apta
Militiae rebus officiisque vacat:
Ex hoc pugnatur per propugnacula longe
Tormentisque abeunt saxa sudesque manu.
In medio requies et tuta silentia nullo
Ad belli strepitum[c] concipiente metum,
Sed[d] tamen hinc etiam pugnandi copia multa,
Et gaudent superis inferiora locis.

f. 90v.

1084.

a) *versus uno pede eget.* b) difficillique *c.* c) *ita LAF.*, strepitu *c.* d) *versus* 6215/16 *in fine quaternionis* 9. *scripti incuria scriptoris in* 10. *quaternione repetuntur c.*

1) In sepulcro Hadriani dicto 'die Engelsburg'. Cf. Meyer von Knonau III, 541 sq.

1084. Arcem, quae superest, celi custodia munit — quat. 10. f. 91.
Et facit excelsas angelus excubias.
Temporis[a] haec inter longi bellique ruinas
Incolonis tempus vicit et excidium.
Magnifice turres et lata palacia regum
Cesserunt saevis gentibus atque suis.
Et sicut Troyam legimus post bella 'fuisse'[1],
Sic quoque quis dubitet dicere: 'Roma fuit'.
Sed Crescentis opus[2] superest custodia pontis,
Et Roma veteris nunc quoque servat opus.
Hanc tamen hostilis demencia vincere temptat
Et putat obductum carcere Gregorium.
Obsidione locum vallat crebrisque fatigat
Ictibus et saxis rumpere saxa iubet.
Et ne quando fuge pateat via neve piorum
Quilibet afflictis rebus opem tribuat,
Pontem per medium transverso tramite vastum
Ducit opus, ferro et robore saxa ligans[3].
Disponit vigiles, explorat tempora noctis
Iamque fatigatos cogit in arma suos.
Et quamvis tutus et inexpugnabilis esse
Ex ipsa constat condicione locus,
Mens tamen ardenti magis et magis acta furore
Iam tenet in manibus, quicquid habere cupit.
Caeca fames nescit veteres Babilonis iatus
Nec recolit laetas esuriisse feras.
Nulla tamen prodest odiis penuria rerum
Et, quae tuta solet vincere, longa fames.
Petra fluens et manna pluens potabit aletque
Et feret inclusis omnia laeta suis.
Et nisi mox fugiat fera bestia, scuta videbit,
Et sceleri[b] captos obsidione suos;
Et qui nunc rident et de pastore triumphant,
Planctus et lacrimas hoc fugiente dabunt.
Cencius insultat velut alter Curio[4], verum
Mox disperdendus deteriore modo
1075, Dec. 24/25. Quondam Gregorii sicarius insidiator, f. 91'.
Cum sacra solventem munera coepit[5] eum
Adstantem altari Christo nascente profanus,
At nunc pastoris venditor et patriae,
Sed lingua facili penas iam iamque daturus,
Ut Iudas patris proditor et domini.
Matth. 27, 5. Ille sibi guttar laqueo confregit, at iste
Venalem linguam mordicus inminuit
Et ferus ultorem sceleris se prebuit ipsum
Nec patria dignus, quam laniavit, humo[6].

a) *abhinc iterum pergit man.* 1. *c.* b) *id est* celeri. *cf. supra p.* 1256. *n.* b *ad v.* 4773.

1) Cf. Vergil. Aen. II, 325: *Fuimus Troes, fuit Ilium.* S. 2. I. e. castellum sive turris Crescentii, ubi papa testibus Vita Anselmi c. 22, Hugone Flaviniacensi et Widone Ferrariensi, aliis inclusus erat. Cf. Watterich, Vitae pontificum I, 460 sq. S. Meyer von Knonau l. l. p. 540, n. 28. 3) Petri Pisani Vita Gregorii VII, ed. Duchesne III, 290: *Romani vero malum, quam habuerant a principio, consuetudinem perficere ut prius coeperunt, castrum undique muris observaverunt, ita quod nulli fas erat introeundi vel exeundi.* S. 4) Cf. Lucan. I, v. 268 sqq. 5) Cf. Meyer von Knonau II, 586—590. 6) A. 1077. Papiae mortuus est. Meyer von Knonau III, 13 sq.

Maior eo non flagiciis, non impietate.
Maximus[1] exemplo deperiit simili.
Auctoremque mali loca per tam multa secutus
Dum sitit argentum, mortis honore caret.
Horum saevitiam populus patresque secuti
Patrem destituunt, sed cito facta luunt.
Nobilium pars magna tamen non frangitur istis,
Cum patre, si iubeat, prompta subire crucem.
Cencius exultat et cum ductore triumphat,
Et pietas litem cum pietate facit,
Cum videt ancipitem tenerum pendere Iohannem[2],
Et dentes frangit rege iubente truci.
Sic plures gnatos plorant, sed gaudia rursus
Maxima nunc capiunt contuitu fidei.

At[a] vero cum iam rursus producere vellet — cf. Act. ap. 12, 4
Herodes Petrum, Christus adest et eum,
Sed non in tenebris, plus quam de carcere ferri
Liberat et regem cogit inire fugam.
Guiscardus dux magnificus Petroque fidelis
Advolat et Romam vincit et ygne domat. — 1084. (Mai 28.)
Educit papam feliciter usque Salernum
f. 92. Atque ministrat ei promptus honorifice.
Faelix perpetua, felix, dux inclite, fama
Et maior forti Caesare, qui geminos
Reges[3] exuperas et Romam vincis utramque,
Ad cuius nomen barbara pugna fugit.
Qua te laude feram, quo carmine magnificabo,
Quem sic glorificat Christus et eius amor?
Non te cura tenet belli[4], non filius ipse[5],
Non metus hostilis in tua terga fremens,
Non maris Adriaci dubiae iugesque procellae,
Quas non turrita classe per alta secas;
Tam tibi securus quam Christo velificante,
Tam metuens patri quam cruce iam posita.
Tu mare, tu terram superas, sine milite vincis
Iordanemque[6] doces inferiora loqui,
Quem defensorem prefixerat hostis Aquino,
Ut tibi montanas clauderet ille vias,
Fortis homo, vir magnanimus, sed cedere novit
Iordanis retro nec tenet ille pios; — cf. Ios. c. 3.
Si tumeat camposque vagus decurrat in omnes,
Adventum Iosue non tamen impediat.
Sic pugnat pietas, sic obviat impietati:
Auro rupta fides non bene tela quatit.
Caetera facta quidem satis et super alta fuere
Et ducibus claris haud imitanda satis.
At nunc ipse tuos superas, dux magne, triumphos,
Quantum magnificis maior eras ducibus.
Sit tibi longa quies et gloria perpetualis,
Qui functum patrem tam cito subsequeris. — 1085. (Iul. 17.)

a) *non inter v. 6276 et 6277, sed inter v. 6280 et 6281 distinguit c.; emend. LAF.*

1) Cf. supra v. 6075, p. 1283, n. 1. 2) Filius quidam Cencii dictus esse videtur, de quo alibi nihil invenio. 3) Alexium I. imperatorem Constantinopolitanum et Heinricum IV. regem Germaniae. 4) Cf. Lupus Protospath. 1082—1084, SS. V, 61. S. 5) Boemundus. S. 6) Principem Capuae. S. Cf. Meyer von Knonau III, 564, cum n. 46.

Et pro quo tantos potuisti ferre labores,
Servet inoffensum Gregorius famulum.
Explicitus curis saevaeque tumultibus Urbis
Non vacat a verbis dulcibus atque sacris.
Nec dolet exilium nec se gemit expoliatum
Gaudens cum sanctis asperiora pati.
'Si patimur, si detrahimur, si pellimur', inquit, f. 98ᵛ.
'Haec sunt magnanimis semper amica viris.
Flos mundi fletus generat longosque dolores,
Et qui nunc florent, arida cuncta metent.
Quo graviora pati pro Christo quisque videtur,
Hoc maiora feret praemia dante Deo.
Sed nos quod[a] patimur, qui tristia nulla videmus,
Et quibus arridet et favet omnis homo?
Unde magis timor est de prosperitate dolosa
Quam spes de duro continuoque malo.
Nec iam de meritis praesumimus atque labore,
Qui non est, ymmo de bonitate patris,
Qui nobis tribuit tot munera tam preciosa,
Et mox plura pius et meliora dabit.
Tantum doctrinae non concedamus inani,
Sed teneat stabilem spesque fidesque pedem,
Et maior reliquis amor indivisus; ubi haec sunt,
Quae super edificas, inviolata manent'.
Sic ait, et fratres confirmat nocte dieque,
Phil. 1, 23. Dissolvi cupiens atque quiete frui.
Iamque aderat[b] suprema dies multumque cupita;
Ut sibi felicem cerneret ille diem,
Arripitur langore gravi, iam iamque vocandus
Confortat socios et benedicit eos;
Et successorem sibi nominat[1] atque remittit
Exceptis ducibus signiferisque mali.
Attamen hos recipi, si confiteantur, adortans,
Designat, per quos hii[c] quoque peniteant.
De testamento non est discussio[d] longa.
Vestimenta suis dividit atque mitram
V. Ans. c. 32. Anselmo tribuit[2] et curam mandat habere
Aecclesiae, tota qua vacat Italia[3].
Atque item viduam[4] dat custodire magisque
Flentem, quo pocior ipse maritus erat.
Et sic ad celum lacrimancia lumina tollens f. 98.
1085. (Mai. 25.) Migrat et ad patriam carne solutus abit.
Petri discipulum sepelit domus[5] alta Mathaei
Et socio longum commodat[e] hospicium.
O quantae lacrimae lamentaque quanta per orbem,
Audito patris funere Gregorii!

a) *legendum videtur* quid. b) adherat c. c) hi *proponit Zweifel.* d) discussio c. e) comodat c.

1) Tres episcopos papam proposuisse, Lucensem, Ostiensem, Lugdunensem Urbanus II. postea in epistola ab Hugone Flaviniacensi (SS. VIII, 466) tradita testatus est. Cf. Cod. Udalrici n. 71 ed. Jaffé V, 143. S. Meyer von Knonau IV, 59 sqq. 2) Ex Vita Anselmi c. 32 Paulus Bernriedensis in Vita Gregorii VII. c. 111 (Watterich, Vitae pontificum I, 540) haec exscripsit. S. 3) Cf. V. Anselmi c. 24: *Nam potestatem ei et vicem suam dominus papa commisit per omnem Langobardiam, ubi catholici non haberentur episcopi.* Cf. infra v. 6589sq. S. 4) Mathildim. 5) Salernitana.

Et quis non fleret, si non pietate careret,
In tanto sane naufragio fidei?
Gregorius, lumen fidei, reparacio legum,
Integritas vitae, iustitiae speculum,
Pontificum rector, et vox et lingua piorum,
Normaque formandae tradicionis, obit.
Ymmo nunc primum vivit feliciter atque
Vivificum lumen absque rubore videt;
Cernit dilectam semper cum prole Mariam
Et mediator adest nunc magis ante Deum,
Ut Christo populum commendet[a] ubique fidelem
Et precibus praestet auxilium fidei.
Ergo laborantem mortali carne timendum
Credidimus saevis regibus et populis:
Et nunc non poterit multo magis illaqueare
Et vexare malos et relevare bonos?
Qui mirabilibus a primo flore nitescens
Internis hominum mentibus intererat,
Et Sathanae fraudes varias deprehendere[b] doctus
Cessandas docuit illius insidias,
Et iam non faciet divino clarus honore,
Sicut pollicitus antea sepe fuit,
Et modo plorantes blande solatus alumpnos
Multo maiorem saepe spopondit opem?
Ergo si pietas sublato plorat amante,
Gaudeat in caelo iam residente patre.
Ultraque se pietas effundere debet amico,
Ut, sibi qui plorat, gaudia ducat ei.
Cessit Gregorius, sed eodem subveniente
Christus adest viduae sedulus aecclesiae.
f. 98'. Christo rege suis non possunt laeta deesse,
Et pastor dabitur, qui pecus omne regat.
Non gaudebit homo mendax cum Symone Nero,
Et sciet in seclum vivere Gregorium,
Sentiet ethereas vires et sulphuris ygnem,
Et partem calicis sulphur ab ygne bibet. Ps. 10, 7 (sec. LXX).
Et faex illius non evacuabitur unquam,
Donec peccator pronus uterque[1] bibat.
At gaudent, quia sicut homo mortalia solvit,
Tanquam non vivat, interiisse rati.
Sed vivit vitamque bibit de fonte perhennem
Atque triumphales cernit agitque choros.
Inde flagellat eos et eis dominatur et iram
Exerit et plagas incutit et geminat.
Et non cessabit, donec solvatur uterque,
Lapsi precipites ad Stigis usque lacum.
At comitissa potens tanto percussa dolore
Non parcit lacrimis flebilibusque modis;
Quam dum solatur Anselmus, et ipse gravatur,
Et lacrimas lacrimis dum fugat, ipse facit.
'Pastor', ait, 'mihi crede, soror, non liquit ovile
Nec nos deseruit, sed redituras iit.

a) comendet *c.* b) deprendere *proponit Zwölfer.*

1) Heinricus et Wibertus. S.

Et sicut Christus, cum sedem Patris adiret,
Promisit gnatos sepe videre suos.
Sic Christy famulus et Christo consociatus
Saepe reviset ovem, quam trahit ad requiem.
Luges Gregorium? Quare, quae tristia[1] vidit?
Si dolet aut patitur, condoleamus ei.
Si vero gaudet, si regnat, inane videtur,
Si non congaudet, quisquis amavit eum.
Si metuis, non esse putas ibi tot legiones,
Quot legis et cantas, quas Deus ipse regit.
Quid Michael? Non militiam conducit et omnem
Conatum Sathanae pellit ab arce sua?
Adde potestates, et milia milibus adde,
Quanta capi nequeunt quolibet in numero.
Haec tibi Gregorius dabit et mihi celitus arma
Et tradet miseros ocius in laqueos.
Nos post errores, post taedia postque labores
Evehet ad caeli gaudia cum superis.
Haec illi, sed se non praevalet ille tenere
Et gemitu crebro viscera maesta quatit.
Et quociens mitram videt, irritamen[a] amoris,
Solvitur in lacrimas et fugit ad tenebras.
Et desiderio tabet Christoque fruendi,
Et miscere suo praemia Gregorio.
Hunc sitit, hunc orat, hunc omni tempore plorat
Et post Gregorium non nisi funus amat.

Henricus fugiens Rotbertum turpiter ibat,
Iam saevire videns in sua facta Deum.
Tusci non curant fugientem pro duce regem,
Teutonici metuunt omnia, quae fugiunt.
Sed per pontifices faedae racionis amicos
Tutus abit, quamvis tutus abire nequit.
Ut venit Lucam, Morianum perdere temptat[2]
Insistente Petro, patribus et populo;
Sed convenit eo clarorum turba virorum,
Ut pacem pocius quaereret ipse prior.
Cumque seges castris incumberet, illa superbi
Caeca manus populi tangere grana timet.
Religiosa fames viret esuriente caballo,
Et ridet in culmen luxuriosus ager.
Sic Robertus adhuc presens occurrit ubique,
Et nichil est, quod non rex fugiens metuat.
Sic habit et Petrum sub cultro pene reliquit
Et redit ad fines, sed sine laude, suos.
Sed ne confusus redeat, solacia quaerit,
Rotbertus peccat[3] et comitissa luit.
Ut vero didicit papam migrasse[4], triumphat
Atque Deum pro se bella movere putat.

Matth. 26, 53

1084. (Iun. in.)

a) *ita emendavit LAF. pro* irritamur c.

1) Cf. v. 6325. 2) Vide supra v. 4905 sqq.; Overmann l. l. p. 433. S. 3) De expeditione anni 1084. apud Morianum et Sorbariam ante Gregorii mortem gestae in Graeciam facta hoc dictum esse videtur, Rangerii errore narratae sunt, acsi postea factae essent; 4) Res cf. Overmann l. l. p. 416. Meyer von Knonau III, 565 sq.

Inde furore gravi convertitur in comitissam,
Quam cum Gregorio credit obisse suo.
f. 94v. Italicis mandat populis ducibusque superbam
Frangere, commixtis[a] agminibus premere.
Pontifices addit, quibus est violencia maior,
Ex odio veteri a duce Gregorio.
Ipse velut victor pro funere pontificali
Evolat et laetus in sua regna redit,
Maiores facturus opes et milite multo
Consummaturus[b], quod superest operis.
Sic putat, at Domino non haec sententia constat,
Qui supportat[c] eum, dum cadat in laqueum.
I, bone, iamque redi, ludos risumque daturus,
Ut, cum finieris, tum magis incipias.
Nos tibi iam finem facimus[1], non proficis ultra,
Vicit Gregorius et tua colla ligat.
Interea comites et ineptia pontificalis
Italiae populos in mala fata trahunt.
'Rex', aiunt, 'fortis et longo tempore victor,
Exactis rebus innumerabilibus
Infectum quiddam nobis ubique reliquit,
Quod nisi complemus, ludibrium facimus.
Haec mulier, quae non metuit regalia iussa,
Perdidit auctorem, quo male tuta fuit.
Aut redeat regique suo sua debita solvat,
Aut nostros[d] animos senciat et gladios.
Vera fides domino novit debere cruorem,
Vera fides domino militat et moritur.
Subdolus et duplex illo presente minatur,
Ast, ubi non paret, mussitat[e] atque fugit.
Offendit regem mulier nec nostra veretur
Agmina, maiorem se facit Italia.
Maiorem ducibus et culmine pontificali,
Maiorem magnis regibus et populis.
Turpe quidem tantis tantillam vincere, turpe
f. 95. Magnanimis ducibus cum muliere manum
Et vidua conferre; tamen, quia nos quoque spernit
Et, quod eam patimur, imputat ipsa sibi
Et iam magnificat sese, vincatur, et arces
Omnes in cinerem comminuantur[f] ei'.
Sic aiunt, nec respiciunt, quid desuper illis
Immineat, nescit perfida turba Deum.
At comitissa dolens et longo consita luctu
Plangit cum socio de patre Gregorio[2].
Cum subito didicit, vix fama preveniente,
Undique collectis viribus irruere.
Quid faciat? Quos commoneat[g]? Sic omnia turbat
Tempus, ut una dies non bene restet ei. V. Ann. c. 29.
Pauci, quos secum retinet, tamen arma capescunt,
Occurrunt illis spem faciente fide.

a) comixtis c. b) consumaturus c. c) suportat c. d) vestros c. e) musitat c. f) cominuantur c. g) comoneat c.

1) Haec circa annos 1096/97. scripta esse patet, cum Heinricus IV. sine viribus et copiis in Italia superiori circa Venetias morabatur. 2) Cf. Overmann l. l. p. 416. S.

Anselmus de Gregorii numinine fretus
Consolatur eos optime per socios[1]:
'Non est in gladiis, fratres, fiducia nostra;
Gregorius vobis militat ante Deum.
Militat et pietas, constancior omnibus armis,
Signa gerit ferro forcior alma fides.
1. Macch. 3, 19. Non est in numero semper victoria belli,
Iudas cum paucis saepe trophea tulit.
Iud. 15, 15. Samson mandibula prostravit[a] milia multa,
1. Reg. 14, 14. Quid Ionatas solo septus ab armigero?
Defficiet tempus, si pergo cuncta refferre,
Et Iudeorum forcia facta[2] loqui.
An[b] Iudeorum Deus est, et non magis horum,
Qui sunt Iudei praesidio fidei?
Sed magis istorum, quia circumcisio carnis
Et signum fidei non valet absque fide.
At vero sincera fides et praelia vincit
cf. Matth. 17, 19. Et mare consolidat et nova signa facit.
Nunc igitur numerum ne formidetis eorum,
Qui non est numerus defficiente fide.
Ergo fides fundat, et quicquam stare valebit,
Si fundamentum solvitur, ipsa fides?
Sana fides plenam desiderat integritatem, f. 99v.
Ut Christum credens credat et aecclesiam.
Hoc[c] qui non faciunt, frustra de nomine Christi
Gaudent; Christus eos reprobat et refugit.
Christus amat sponsam, Christum qui dicit amare,
Mentitur, si non diligit aecclesiam.'
Sic et qui credit Christum, nisi credit et illam
Quam sibi coniunxit, fallitur, aecclesiam[c].
Et sicut Deitas non gaudet credulitate,
Quae Christum solvit, sic quoque Christus eam
Non amat aut curat, immo[d] fugit atque refutat
Condempnatque fidem, quae negat aecclesiam.
An vero credunt, qui regi subdere querunt
Et libertatem tollere non metuunt?
Hos contra nobis Christus sua tela ministrat
Et scutum tribuit catholicae fidei.
cf. Ephes. 6, 17. Spiritus est gladius, in quo pugnate, fideles,
Et verbum vitae cordibus accipite:
Et Deus omnipotens vos dirigat et benedicat
Et reddat nobis ocius incolumes'.

Haec ubi sunt illis perlata et dicta, sub ipso
Articulo pugnae clamor ad astra subit.
1084, (Ind. 9.) Haste franguntur, solvuntur scuta, venitur
V. Ans. c. 24. Ad gladios, pugnant[3] fortiter; at miseri
Quos Sathanas ducit, subito terrore soluti
Turbantur, caecos efficit ipse timor.

a) prostraxit *c.* b) *abhinc iterum pergit man. 2. c.* c) *versus 6533—6538 in edit. desunt.* d) imo *c.*

1) Per Vitae Anselmi auctorem, qui hoc in c. 23 ipse est. 2) Vergil. Aen. I, 641: *fortia facta patrum.* Sed adhortatio haec a Rangerio ipso confecta tradit. 3) Apud Sorbariam.

Diffugiunt[a], capitur Parmensis episcopus[1], atque
Maiores alii magnificique viri,
Regis fautores incentoresque[2] malorum
De grege, quam multos nec numerare queas.
Innumeri vero pereunt passimque per agros
Expositi canibus alitibusque iacent.
De fidei numero tria sunt data corpora leto,
Cetera turba Deo praeside laeta redit.
Sic agit Anselmus, sic pugnat, dumque precatur,
Prosternit, superat, impedit atque ligat.
Quin et Gregorius caelum movet et sociatis
Agminibus caro consulit et famulae.
f. 96. Ex hoc ergo patet tam virtus Gregoriana
Quam patris Anselmi; iamque timent miseri,
Qui modo turbabant et flammas[b] ore vomebant;
Iamque incandescit fumus et ira Dei
In gentem saevam Christumque fidemque perosam,
Et servit fidei gloria Gregorii.
Iamque patet, quantus celi clarescat in arce,
Qui sic militiam protegit inde suam.
Quod videt Anselmus, et adhuc constantior esse
Incipit et penitus se dare Gregorio.
Gregorius sedem conscendit pontificalem,
Anselmus pugnat et grave portat onus.
Sed portat finemque suum considerat ante
Et cor suspendit ad bona Gregorii.
'Quando perveniam? Quando cum rege videbo
Pontificem, carnis pondere deposito?
O celum celique domus! Quae curia tantis
Exornata bonis! Terra caduca, vale!'
Sed quid agam viduae? Quid agam tibi maxima matrum?
Cui te servandam per mala tanta dabo?
Denique tot sedes, quas optimus ille reliquit
Et mihi commisit[c], cum moriturus erat[3].
Sed moriar. Quid enim? Quis non sibi proximus esse
Debeat et causam pluris habere suam.
Christe, vides desiderium, discerne, quid esse
Debeat, ut nimium non mea vota sequar'.
Sic ait et sese tanto patientius angit,
Quo magis extremam captat[d] adesse diem.
Quo studio fervente cadit pars impietatis
Et conventiculis abstinet ipsa suis.
Iam metuunt, iam se sine luce et tramite cernunt,
Sed sicut cecus[e], qui cadit in foveam,
Celum miratur, sed non habet, unde trahatur,
Et iacet in fundo turpiter atque luto,
Sic sapiunt, quia desipiunt et inaniter errant,
Sed non conantur surgere sive trahi.
Cernunt catholicae fidei venerabile lumen,
Et sese[f] confusos et sine luce vident.

a) diffigu *corr. est* diffigiunt *c., pro* diffugiunt. b) flamas *c.* c) comisit *c.* d) captat extremam *c.* e) caecum *c.* f) se *pro* sese *versus melius respondet.*

1) Eberhardus. Vide Donizonem II, v. 360. S. supra v. 6349 sq. S.
2) 2. Macch. 4, 1: *incentor malorum.* 3) Cf.

Sed pudor est revocare gradum verumque fateri
Et sese gremio reddere catholico.
Quales Iudei, qui, cum miranda viderent
Et, quae non faceret plurima solus homo,
Christum non poterant hominemque Deumque negare,
Sed pudor obstabat tam manifesta loqui.
Sed iam tabescant, iam bello et sanguine discant,
Quam sit bellipotens, cum velit alma fides.

V.

1.

At Matilda valens successibus exilarata
Proficit inque fidem promptior efficitur.
Et domus Anselmo dispensatore fideli
Intus et exterius utiliora capit,
Augetur, floret, fidei de lumine gaudet
Et crescit gemino multiplicata bono.
Multi praeterea, quorum sententia longe
A ratione fuit, ad rationis iter
Et lumen redeunt; Anselmo praeside vitam
Emendare libet atque heresim fugere;
Et quia pro Christo propria secessit ab urbe,
Christus eum multis praeficit aecclesiis.
Conveniunt ad eum non tantum religiosi,
Sed plures soliti debilitare fidem.
Ille quibusque suum dispensat pontificatum,
Et se conformat atque coaptat eis.
Catholicos firmat et sacramenta ministrat,
Chrisma dat et sacris provehit ordinibus[1].
Sic ubicumque videt terram pastoris egere,
Exequitur proprii munia pontificis,
Sicut papa vicem terram commisit[a] in omnem,
Qua Symon similes contulit artifices.
At vero lapsis et ab impietate reversis
Collirium dictat atque oculos recreat.
Curat languentes et cordis febre dolentes,
Aufert terribili vascula spiritui;
Et[b] tanto melius mirabiliusque fatigat,
Quam miserabilius mentis in arce cubat.
Res dubias solvit, prebet solacia maestis,
Et certi redeunt, qui dubitanda ferunt.
Et quid eum lateat, cui spiritus omnia dictat,
Quem non letificet tristia nulla ferens?
Qui cum laetitiam vultu pretendat et ore, *l. 97.*
Non tamen abscedit a gravitate sua.
Iustitiae vero tantum largitur honorem,
Ut, quamvis egeat, munera non capiat.
Et cum temptetur: 'Non est', ait, 'hoc faciendum,
Iusticiam debet vendere nemo bonus.
Iuste causanti gratis debemus adesse,
Iniuste vero nec prece nec precio'.

V. Ans. c. 21.

a) comisit *c.* b) *abhinc iterum pergit man.* 1. *c.*

1) V. Anselmi *c.* 24: *ibi chrisma, ibi sacros ordines exquirunt.* S

In causa fidei tam promptus garrulitatem — V. Ans. c. 95.
Frangere, quaesitis congrua verba dare,
Ut facial mutos omnes perversa locutos,
Dummodo sustineant et pacienter agant.
Facundus, sapiens et tanto dogmate pollens,
Ut mel in hore sacrum deferat atque favum.
Priscos auctores ita novit et expositores,
Ut, quociens libeat, quod velit, exibeat;
Ut, qui divicias habet et magis optat habere,
Profert ex aditis[a] mixta vetusta novis.
Plures et varios scripsit fecitque libellos, — ib. c. 26.
Et de fonte sacro flumina larga fluunt.
In Iheremiam scripsit dulcissima quaedam
Et de lamentis dulce peregit opus.
Psalterium quoque, sed breviter satis atque decenter
Exposuit, sed opus claudere mors vetuit.
Ex dictis veterum contraxit plurima patrum
Ad confundendos perfidiae socios[1].
Et dedit eternum fidei munimen, ut illis
Armatus nullos extimeat gladios.
In ieiunandi virtute probacior illis, — ib. c. 27.
Quos aiunt superos obtinuisse cibos.
Pisces, delicias et cetera mollia fugit,
Perraro vinum sumpsit et ad modicum.
In tali mensa, tam divite tamque referta
Plus aliquit Paulo mirer et Antonio.
f. 97r. Qui procul a magnis domibus nil tale videbant
Et poterant levius asperiora pati.
Iste inter partas quaesitis artibus escas
Mûlto[b] plus visis esuriebat eis.
Inter mellitos calices et gaudia festa
Sepe etiam nulla dormiit usus aqua.
Quamvis somnus ei rarissimus et prope nullus, — ib. c. 28.
Quem magis omnino vellet abesse sibi,
Nocte vigil prima scribensve legensve laborat,
Quando remittit opus, excubat in praecibus.
Si vero cessit nimium quandoque sopori,
Et latus et venter et gula prima[c] luit.
Sepe reluctantem nisus superare soporem
Incumbit genibus aut iacet in cubitis.
At lectum nescit, nisi cum pudor aut dolor angit,
Et — quid tanta sequar — iam fere victus erat.
Attamen instantes ita victus vicerat omnes.
Iamque potest nemo per mala tanta equi.
Vicit naturam, vim prelibando futuram,
Et iam vivifici vivit hodere boni,
Ut possis corpus non hoc animale putare,
Sicut habes corpus spirituale fore,
Quem neque militiae labor aut via longa subegit,
Ut ventri multum parceret aut lateri.
Cenavit sane sollempniter et speciose, — ib. c. 29.
Cum preter panem fructus et herba fuit.

a) *id est* adytis. b) multa *c.* c) *fortasse* primo *legendum est.*

1) Quod opus in Vita Anselmi c. 26: *Apologeticum* appellatur. S.

V. Ans. c. 29. Omnia, quae potuit, quasi sub velamine fecit,
Hinc etiam lectum non tulit esse palam,
Ut solus legeret et humi sine teste laceret,
Et sciret nemo, quid patereturve homo.
Conantes[1] contraque fidem pacemque libellos
Ore legens sordes, quas videt, ire sinit;
Sicque legit pomum, mediis in sentibus herens,
Ut spinam caveat, ne manibus noceat.
In sacros apices tam pervigil assiduusque, f. 98.
Ut plerumque bonos laeserit ygne libros,
Dum nec lux satis est operi, longumque laborem
Et curas vigiles non capiunt oculi[1].
ib. c. 30. A medio noctis laudes et debita solvens
Cum summo studio non sinit ante diem,
Si non Matildi fessae quandoque pepercit,
Ut rebus magnis sic repararet eam.
O bene provisum viduae! Cui talia Christus,
Ut non defficeret, praebuit obsequia.
Anselmo custode quid est, quod defuit illi?
Cum dedit Anselmum, quae bona non tribuit?
Anselmus dictat famulis et sacra ministrat,
Et servat dominam providus atque casam.
Militiam curat, foris intus omnia lustrat,
Et tamen internis non vacat a studiis.
Mundanas inter curas coelestia quaerit
Et contemplatur tum quoque, cum premitur.
Nec mentem perdit vel luminis integritatem,
Cum circumseptus dat sua militibus.
Hinc omnes illum formidant et venerantur,
Quem norunt etiam plurima prospicere
Atque Deum semper in claustro cordis habere,
Cuius consiliis omnia proveniant.
Errantes etiam sic accipit alloquiturque,
Ut plures nimio tangat amore sui.
Estimat aetatem cum sexu, condicionem
Et causas hominum cogitat atque modum.
ib. c. 31. Inde per aecclesias omnes sub iure potentis
Matronae clerum corrigit ad canonem.
Monachicos ritus contendit multiplicare,
Hypocrisin vero destruit et reprobat.
Prorsus in officiis missalibus atque diurnis
Affectus vehemens assiduusque stetit.
Sicut cantatur ex ordine pontificali f. 98'.
Et sicut legitur, fecit et edocuit.
Apocrifas voces papa proibente Leone
Prorsus in aecclesiae non tulit officio;
Privatim vero velut experiendo videre
Aut in colloquiis aut comedendo tulit.
Psalmos distincte nisi protulit et sapienter
Quisquis[a], erubuit, noluit hoc facere,
Et qui defecit, ut in illum lumina duxit,
Tanquam divino fonte refectus iit;

a) Erubuit, quisquis c.; *fortasse* Psalmos distincte nisi protulit et sapienter, Erubuit, quisquis noluit hoc facere *distinguendum est. Hofm.*

1) Versus 6711—6718 Rangerius ipse addidit, in V. Anselmi nihil tale invenitur.

Ac velut oblitus propriae stationis et usus — V. Ans. c. 31.
Angelicum lumen comperit et speciem.
Inter missarum sollemnia raro sedebat,
Quas incompunctus nec semel explicuit.
Ad summam sic Gregorium fuit usque secutus,
Ut sese similem prorsus haberet ei.
Illius meritis, doctrinae, religioni
Attribuit, quicquid fecit et docuit[a].
Id quoque, quod flebat claustralem deseruisse — ib. c. 32.
Militiam, laetus propter eum doluit.
Et tantum damni tanto pensabat amore,
Ex tam magnifici consilio medici.
Si placet, addamus et adhuc maiora notemus
Inter sublimes egregiosque viros.
Gregorius, fons iusticiae de fonte salutis,
Doctrinae species de bonitate ducis,
In tenebris lumen, in lumine solis acumen,
Ecclesiae virtus omnibus esse decus;
Anselmus, de fonte sacro quasi rivus habundans,
Quod facit, aut etiam, quod docet, inde bibit.
Hoc ut constaret mitram dedit ille ministro,
Per quam plus posset et melius saperet,
Sicut Helisco pallam dimisit Helias — 3 Reg. 19. 19.
Et dedit in duplum spirituale bonum.
De palla patris Iordanem[b] dividit ille, — 4. Reg. 2. 14.
Iste per acceptam fert bona multa mitram.
I. 99. Ac primum multis ac duris curat Hubaldum — V. Ans. c. 33.
Ulceribus, longo tempore spleneticum,
Quem[c] sibi pontificem laetissima Mantua fecit,
Non dubitans per eum posse videre Deum.
Qui cum langueret et vix iam stare valeret,
Cruribus obsessis ulceribus variis,
Post[d] medicas vires, post curas atque labores
Et post impensas pene supervacuas,
Ad tactum mitrae curatur[e] et incipit ire.
Mox valet et pleno robore firmus abit.
Sic etiam multos hoc ipso munere curat — ib. c. 33.
Et dat opem vivus, sicut et ille dabat.
Quin etiam plures sanat doctore minister,
Sed tamen haec eadem doctor et ipse facit,
Sicut erat Christus faciens et plurima Petrus,
Et tamen in Petro non nisi Christus erat.
Sic et Gregorius fecit miracula vivus,
Post obitum vero plura minister agit.
Sed de mirandis non pendet gloria laudis,
Cum multi faciant[1], quos mala multa premunt,
Et multi nequeunt, quorum bona premia vivunt,
Anselmus vivit iamque stupenda facit.
Teuto, patri carus, cum iam fere luce careret — ib. c. 34.
Et manibus lapsam post sacra sumpsit aquam,

a) edocuit *(ut in v. 6750) vel simile quidquam versui melius responderet.* b) Iordanem *proposuit LAF*.; Iordanis *c.*
c) Quae *c.* d) *obhinc iterum pergit man. 2. c.* e) curat *c.*

1) Cf. Gregorii M. Homilia XXIX. in evangelia (Migne, PL. LXXVI, 1216): *Nam corporalia illa miracula ... habere et mali possunt.* Quae sententia a multis medii aevi scriptoribus affertur.

V. Ans. c. 34. Lavit et invenit Ihesu cum pulvere sputum,
Et lotis oculis vidit et invaluit.
Guido capellanus vehementi febre calebat,
Presbiter, et patris exul amore sui.
Hausit aquam similem, similisque medela secuta est,
Nec tulit admissam noxius ygnis aquam.
Ib. c. 35. Cum Mediolani premeret valitudo Iohannem,
Postulat absentis vota precesque patris.
Prevenit missum benedictio missa remissum,
Nec fecit longas passio dura moras.
Ipsa patri commissa[a] pio comitissa labora
Hanc medicinalem saepe probavit opem;
Et cum febriret aut quid pateretur, ab illo
Virtutem sensit tactaque convaluit.
Et quid non posset, cum Christo totus inesset, f. 99r.
Et virtus fidei, Christus, inesset ei?
Ib. c. 36. Ex quo etiam sensit plerumque latentia multa,
Et cordis vitium raro fefellit eum.
Hinc etiam cum detegeret se monachus[1] illi
Et fleret plagam pectoris ipse suam:
'Recte', ait 'in missa talis temptatio, frater,
Mentem confundit et per inane rapit'.
Hoc illi lumen cum saepe diuque maneret,
Inter missarum sacra magis viguit,
Quae tanto studio semper celebrare solebat,
Ut, si non posset, in lacrimas flueret.
Hic labor, hoc studium sic clarificaverat illum,
Ib. c. 37 Ut terrenus adhuc celica perspiceret.
Virgineo flori sine patris semine matri
Sanctificans aram vidit adesse palam.
Et quia pectus ei castum iam saepe sacrarat,
Contemplanda foris, dum sacrat, illa stetit.
Luc. 2, 22—38. Qua votiva die[2] laudem canit Anna Mariae
Et portat puerum Symeon ille Deum,
In matutinis progressus serior horis
Occurrit Domino Syon ut illa suo.
Rursus cum flueret lacrimis et diceret: 'Aurem
Ps. 85, 7. Inclina, Domine', visibili specie
Christus adest, aurem tribuit, solatur amantem,
Et desiderio vinctus et alloquio.
Plura quidem fecit et plurima talia vidit,
Sed, quantum poterat, nescius omnis erat.
Haec autem scimus et nulli scire negamus,
Ut iam iam videat hostis et invideat.
V. Ans. c. 38. Ut venit suprema dies nullique cavenda,
Qua desolatos linqueret ille suos,
Et sibi felicem mutaret morte quietem
Iungendus superis civibus angelicis,
Adsunt pontifices et cleri concio magna
Et de monachico plurima turba grege.
Ille videns illos non cessat multa monere,
Praecipue sacram non violare fidem.

a) comissa c.

1) Ipse auctor anonymus Vitae Anselmi hoc, quod l. l.: *in purificatione eiusdem gloriosae virginis Mariae* sequitur, ibi c. 36 de semet ipso refert. 2) V. Anselmi (Febr. 2).

f. 100. Orat, Gregorii formamque fidemque sequantur, V. Ans. c. 38.
Nec dubitent vitam pro pietate dare.
Hos inter monitus dulces, lacrimantibus illis,
Emicuit carnis carcere sancta anima.

6865 A Christi thalamo da[a. 1] denis IIII annos, ib. c. 42.
Et centum facies et semel et decies, 1086.
Cum vir magnificus et nostro maximus orbe
Anselmus migrat et super astra volat,
Mense sub Aprili quinto decimoque kalendas, 18. Mart.

6870 Cum foret a reditu septimus annus ei[2].
Post obitum vero magni clarique magistri
Pone novem menses bis deca tresque dies.
Intererat lacrimis et, cum benediceret illis, V. Ans. c. 39.
Orabat tangi languida Berta caput,

6875 Berta potens et nupta viro non inferiori[3],
Sed propter Christum terrea despiciens;
Passa diu capitis glaciem frigusque nivale,
Ut neque vi nimia solis abesset hyemps.
Ad tactum calor est post frigora longa secutus,

6880 Ut functum melius vivere sciret eum.
Audita patris Anselmi transicione
Mantua tota ruit et lacrimosa gemit.
Exequias illi faciunt non[b] exequiales,
Immo triumphali laude secuntur eum.

6885 Lis oritur de sede viri carnisque locello[4], ib. c. 40.
Sed componit eam Bonito, vir sapiens,
Et iam multa ferens Sutriorum pulsus ab urbe,
Proque fide longo squalidus exilio
Sed necdum lingua mutilus necdum sine luce

6890 Et necdum gemina nare vel aure carens[5]:
'Si volumus tantam medio celare lucernam,
Recto iudicio corripiemur', ait,
'Et quid, si voluit pro religionis amore
Inter consimiles membra sacrata tegi?

6895 Nos autem magis officio faciamus honorem
Et fidei, ne iam rideat hostis homo.
Debuerant in sede sua pia membra locari;
Quod fera Luca negat[6], Mantua praestet ei'.
Sic ait, et reliquis eadem sententia visa est,

6900 Et Petrus[7] ipse pias colligit exuvias.
f. 100' O nimium felix! O glorificanda per evum
Mantua, Lucano[8] nobilitata malo!

a) da, *sed* a *super lineam scriptum est priore apice atramento sive consulto sive fortuito deleto, c.* b) nec *in linea scriptum, non super lineam eadem manu additum est c.*

1) Id est: sume quatuordecim annos ante Christum natum et adde mille centum annos, et habebis annum 1086. 2) Falsum est. Sed cum V. Anselmi c. 42 dicat Anselmum *finitis iam annis septem excommunicationis Heinrici* mortuum esse, Rangerius hoc sine dubio non recte interpretatus est. S. Sed equidem vix crediderim Rangerium in tanta re de Anselmo falsi quiddam retulisse; fortasse dicere voluit: septimus annus a reditu ex Luca, id est ab expulsione. 3) Uxor Bernardi comitis. S. 4) Primo enim secundum suam voluntatem *in capitulo*, ut auctor V. Anselmi c. 40 contendit, *monasterii sancti Benedicti, quod est in ripa fluminis Eridani*, id est Polirone, tumulare eum volebant. Sed errorem anonymi auctoris illius interesse necesse est; cf. supra v. 1004 cum nota. 5) Cf. Overmann, 'N. Archiv' XXI, 420. S. Sed cf. etiam A. Hofmeister, 'Hist. Zeitschr.' 122, p. 115. 6) Hinc Rangerium non ignorasse patet Anselmum in exilio diem supremum obisse, quod contra v. 6870 certe repugnat. S. Sed cf. notam meam ad v. 6870, et supra v. 5647 cum nota. 7) Quia in ecclesia s. Petri Mantuana tumulatus est. S. 8) Versus 6901—6956 a Rangerio ipso confecti et ad Vitam prosaicam additi sunt.

Anselmo viduata tuo, saevissima Luca,
Quo compensabis munere tanta mala?
Quae capies unquam tanti solacia luctus,
Cui neque cura fuit vel sepelire patrem?
Infelix plora! Sed quis tibi det lacrimarum
Fontes, ut valeas plangere dampna tua?
Sed neque plangendum sentis, durissima gaudes
Et neque defunctum iam veneraris eum.
At vivit moresque tuos condempnat et odit
Et de sevitia vindicat acta tua.
Non potes ad pacem post iurgia tanta reverti,
Si non paccatus ille cruor fuerit.
Iam saltem miranda vides: compesce furorem,
Et noli fissam semper habere fidem.
Si caro tanta potest vel mortua, spiritus ille
Quam mirabilius praevalet ante Deum!
Tempus erit, cum non poteris placare furorem
Et, nisi praecaveas, ibis et ipsa foras.

Ergo videns solam sese comitissa relictam
Plangit et in lacrimas tristia corda trahit:
'Heu me desertam! Quaenam haec sententia, Christe,
Tollere spes et opes et bona tanta simul!
Gregorium tuleras, patrem mihi, gaudia Romae,
Ecclesiae lumen, praesidium patriae.
Anselmo vivente tamen fideique gerente
Curam Gregorius non mihi functus erat.
Vivebam melius, cum celum tolleret ille,
Hic terram sacris subderet obsequiis.
Et mihi iam celum supra sedisse videbar,
Quamvis in trepido cernerer ire solo.
At nunc Anselmum fideique mihique tulisti,
Et simul amissum sentio Gregorium.
Per quem respiciet? Per quem celestia dicet?
Per quem dictabit commodiora mihi?
Et cui plorabo? Quem pro me stare rogabo?
Quis terget lacrimas? Quis dabit eulogias?
Quis[a] reget hos omnes? Quis confirmabit in hostes? *cant.* 11. *f.* 101.
Denique quis laceram sarciet aecclesiam?
At me debueras miserâri, me lacrimosam
Oppressamque[b] malis tollere de medio.
Et tu, qui fessam tam dulciter excipiebas
Et compellebas vivere posse diu,
Nec iam Gregorium vel plangere vel memorari,
Et servare locum praesidio fidei,
Quid mihi fecisti? Cur tam cito deseruisti?
Haeccine sunt tanto frivola digna viro?
Ilarius natam premisit et inde sororem
Coniunctam sacri federe coniugii[1].
Pastor ovem curat, hic nulla insignia cari
Foederis expositam durior hoste fugit.

Iet. 9, 1.

a) *abhinc literum pergit man.* 1. *c.* b) oppressamque *c.*

1) Hilarius Pictaviensis, qui uxorem ante se misit ad coelum, teste Vita s. Hilarii I, 3, AA. SS. Ian. I, 792 sq. S.

Nunc sine me gaudes, ego te sine vivere nolo,
Te sine nulla mihi gaudia laeta peto'.
Sic flentem excipiunt et patri debita solvunt
Et se commendant[a] iam per eum Domino.

Iam quis non videat, quanto sit dignus honore, V. Ans. c. 41.
Ad quem tam clari sic coiere viri?
Insignem meritis et episcopio Godofredum,
Praeclarum fama, dat Magalona suum,
Urbs antiqua[1] quidem, sed bellis attenuata[b],
At nunc magnificis urbibus edicior,
Sic illam clara patris[2] illustrante corona,
De cuius radio Francia tota nitet[3].
A Mutina Benedictus adest, facundia cuius
Utilis aecclesiae per loca multa fuit.
Quid mihi nunc eius mala post ventura[4] notare,
Cum non est hominis scire futura sua? cf. Eccl. 8, 7 (8).
Inter pontifices, tam re quam nomine clarus
Et studio pollens et racione bonus,
Aribertus[5] adest, de cuius lacte fluenti
Nutritur Regium[c], dum rogat atque sitit.
f. 101r. Hos inter medius titulo gravitatis Hubaldus,
Sacris muneribus amplificatus homo,
Quem pater Anselmus solita curaverat arte[6],
Pro quo gratificas Mantua dat lacrimas.
Nec Damianus abest de cardine presbiteratus,
Clarus caenobii sede Neantulii[7].
Sutrius exierat[8], sed mox redit: omnibus una
Causa fuit sacro fonte levare sitim.
Sed Deus ygnaros ad luctum traxerat illos,
Ut facerent caro vota suprema suo,
Et testes essent horum, quaecumque viderent,
Ad confundendos perfidiae socios.
Quis desolatam non crederet et perituram
Solvendamque fidem, nec superesse diem,
Sed totum tenebras erroribus implicituras,
Solibus ablatis tam cito, tam nitidis?
Sed Christus regnat, Christo faciente dolebit
Et flebit functum tam cito Gregorium,
Anselmique videns miracula sentiet illum
Perfidus eternum participare diem.
Tertia nox aderat, cum femina strata, solutis V. Ans. c. 43.
Renibus, et sola pro pede functa manu,
Nota diuque cibo nutrita nepotis Hubaldi
Praesulis erigitur et pede utroque redit.
Inde sequente die, cum tertia surgeret hora,
Caeca nec a primis fletibus usa die,
Nata sibi mundoque iterum videt accola[d] Brixae,
Ut de vicino gaudeat illa bono.

a) comendant c. b) atenuata c. c) regnum c. d) acola c.

1) Cf. Vergil. Aen. I, 12; *Urbs antiqua fuit;* II, 363: *Urbs antiqua ruit.* 2) Urbani II. papae, qui a. 1096. die 28. mensis Iunii Magalonem pervenit et insulam consecravit; Jaffé, Reg. pontif. ed. 2, p. 688. 3) A mense Iunio anni 1095. ad mensem Augustum a. 1096. Urbanus II. in Francia versatus est. 4) Quae sint, nescitur. Cf. de Benedicto G. Schwartz, 'Bistümer Reichsitaliens' p. 184. 5) Regiensis episcopus. S. 6) Cf. supra v. 6785—6794. 7) Cf. SS. XII, 25, n. 46. S. 8) Bonizo, cf. v. 6886 sqq. S.

V. Ans. c. 43. Ad sextam pauper de praesulis ipsius aede
Et cum pauperibus illius altus ope,
Ad renes curvus, dum supplicat ante sepulcrum,
Surgit et ad coelum lumina liber agit.

ib. c. 44. De Campitello mulier sine luminis usu
Maesta virum rogitat ad loca sancta vehi,
Ille negat, frater deducit, et inter eundum
Laeta videt, sancto se vovet atque redit.
Ex[a] ipso castro mulierecula, cruribus atque
Renibus attractis, ut neque strata sua
Linqueret, in plaustro cuiusdam civis ad urbem
Venit et ad tumulum ducta soluta redit.
De castro Gradii[1] bis denis mensibus orba
Lumine, cum biduo flebilis absque cibo
Orasset iuxta sancti venerabile corpus,
Amissum lumen fletibus obtinuit.

ib. c. 45. Incola Laxassae[2], morbo vexata caduco,
Desolata manu, debilitata pede,
Deformis, torto nimis infeliciter ore,
Venit et ad modicum passa recepit opem.

ib. c. 46. In parasceue, Matilda prospiciente,
Quaedam ceca, loco nata Coloniole[b],
Post venias fletusque graves devota tapeto
Sarcophagi faciem tersit et auxit[c] opem.
Dente dolens et visceribus geminoque dolore
Excruciata diu femina nota loco
Ad tumulum venit, lacrimarum flumina fudit
Et curata redit prorsus utroque malo.
De Castellucule quaedam dum plangeret egra,
Ut neque se lecto debilis erigeret,
Auditis mirabilibus se devovet, ire
Mox valet, octavo fert sua vota die.

ib. c. 47. Perdiderat civis albugine lumen ocelli
Et dederat multos plurima per medicos,
Ad tumulum venit, medicinam postulat et se
Mox gaudet gemino lumine posse frui.
Quaedam villa Vadum ferratum dicitur, inde
Allatus puer est, cui gravis arthetica
Utraque funereis damnarat brachia nodis;
Hic quoque clementem sensit adesse patrem.
Et de Burbasio[d] venit puer, admonitum se
Per somnum referens, cecus et ydropicus;
Invenit celerem tanto sub patre salutem,
Ut clare videat nec nimium sitiat.
De Gostelengo[e] Brixanus lumine ceco
Ob morbum, quem fert rustica turba 'bonum',
Audita fama venit, fert vota, revertens,
Dum fricat, evadit, vota reversus agit.

ib. c. 48. Incola Maraticae[f] mulier vicina Veronae,
Clausa manum levam peste paralitica,

a) *abhinc iterum pergit man. 2. c.* b) Conoliole *c., emendavit LAF.* c) *i. e.* hausit. d) Barbasio *V. Ans. cod. A_1,* Burbasio *A_1 p. s.* e) Gozelengo *V. Anselmi cod. A_1;* Gorelengo *reliqui.* f) Muratica *V. Anselmi cod. A_1;* Maratica *A_1 p.*

1) V. Anselmi c. 44: *Goudium.* S. 2) Ib. c. 45: *Lazeto.* S.

Semisepulta sibi, dum supplicat ante sepulcrum
Effusis lacrimis cum prece, sana redit.
A Mediolanio quidam de plebe Rosade[a]
Limina sanctorum plurima contigerat;
Sed non inventa loca per tam multa salute
Contractus venit, sed resolutus abit.
In letaniis, quas dicunt Gregorianas, V. Ans. c. 49.
Mantua vicinis dum petitur populis,
Cervam conspiciunt, Anselmum vociferantur;
Illa stetit, ducunt et tumulo statuunt.
Dum redeunt, navis aberat, ieiunia, fervor Ib. c. 50.
Reddiderant fessos et via longa viros.
Rursus ad Anselmum voces et pectora vertunt,
Navis adest, nulla prorsus adacta manu.
Utraque res[b] proprium geminat novitate stuporem,
Cerva salutiferos prebuit illa cibos.
De ligno navis plures meruere salutem,
Sic firmat primam causa secuta[c] fidem.
Quidam Teutonicus cum saxo in vertice laesus Ib. c. 51.
De gravitate mali vertitur in frenesim;
Anulus Anselmi curavit lotus et hausta
Supplicat[d] Anselmo moxque quiescit aqua.
Affuit et mulier, quam villula nomine Canser[e] Ib. c. 53.
Miserat[f] ex uno lumine pauca videns[g],
Ex alio prorsus sine lucis cognitione,
Sed post merorem sensit utroque diem.
Brixenses aderant, et sub velamine quidam,
Sed confudit eos cordis operta videns.
Ergo senex miles Manfredi de Pimelao[1]
Claudus utroque pede, sanus utroque redit.
Infelix mulier deducitur a Capriana, Ib. c. 54.
Curva ferens sese quadrupedum specie.
Sed, qui non potuit natura, sepultus adauxit,
Ut teneant proprios haec quoque membra modos.
Insula Parmensis, ne quid minus esse putemus, f. 103.
Miratur similem debilitatis opem
Quadrupedemque virum bipedem gavisa recepit,
Utentem manibus fortiter et pedibus.
Contracto puero manus altera pesque rigebat,
Et portabat honus casus ab officio.
Venit et oravit modicum, sine munere sensit
Iam pede cum gemino functus utraque manu.
Astitit et sancto mulier miseranda sepulcro,
Cui manus ad nullum sicca valebat opus;
Redditur officio, simul[h] est admota sepulcro,
Utilis ad fusum denuo sive colum.
Et[i] de Ripalta venit puer orbus utroque
Lumine, sed fidei lumine perspicuus.
Qui sciret sanctum lumen dare posse sepulcrum,
Mox fusis[k] lacrimis dumen utrumque tulit.

a) Rosave, *corr.* Rosade, *c.* b) Rex *c.* c) causam secutam *c.* d) suplicat *c.* e) Cancer *V. Anselmi*, Canser *eiusdem cod. A*$_1$. f) Misserat *c.* g) vivens, *corr.* videns, *c.* h) simul = simulac. i) *ordo versuum in apographo est* 7095/96, *deinde* 7101—08, *tum* 7097—7100, *demum* 7109 *sqq. Sed versus* 7108 *et* 7109 *inter se cohaerere patet, et ei haec omnia cum V. Anselmi c.* 54 *conferas, versus* 7097—7100 *nonnisi incuria scriptoris falso loco positos esse intelliges. S.* k) fusis *c.*

1) V. Anselmi c. 53: *Pigognata.* S.

V. Ans. c. 54.

Rursus ad ingratam redeunt miranda Veronam,
Et mulier dampnat pecora[a] ceca videns.
Quae cum ploraret nec adhuc loca sacra teneret,
Detersit tenebras lux nova Tartarcas.
De Plovezano[b] quidam, cui talus uterque
Natibus[c] haerebat terribili specie,
Solvitur, et nervis in pristina iura remissis,
Articulis fruitur et leviter graditur.
Hunc Ludduniensis[d] Hugo vir religiosus
Et fidei puraе fortis et egregius
Assertor sacrae novitatis, Gregoriano
Fonte satus, vidit multaque turba simul,
Quae tunc a Brixa[e] confluxerat atque Verona
Ac de diversis partibus ad tumulum,
Qui tanta mirabilium novitate stupentes
Promittunt fidei vivere sive mori.
1086. Mai 18. Luce secutura[f], qua scandit ad ethera Christus,
Praesul Hubaldus ait haec quoque facta palam
Et quam plura refert non inferiora latere,
Quae putat et scribit mox manifesta fore.

V. Ans. c. 55. De Gondutiole[g] castello femina quaedam
Incurvata genu nec satis usa pede,
Ferre graves artus baculis molita[h] duobus f. 102r.
Sana redit nullo prorsus egens baculo.
Naribus e geminis biduo stillante cruore
Desperabatur dives Atecherius[i].
In medicis spes nulla, dolens dum se vovet illi,
Anselmi praecibus stat cruor immodicus.

ib. c. 56. Brixani sacro remeabant a monumento,
Qua supra Godium pergitur ad fluvium:
Navis abest, langnebat equus in parte remota,
Anselmi merito se levat obsequio.

ib. c. 57. Miserat[k] et puerum vicina Cremona medendum,
Cui[l] manus in proprio non erat officio.
Qui missi fuerant, verbis et fletibus instant,
Et merito fidei redditur usus ei.

ib. c. 58. Est locus Anserii Casa prisco nomine dictus,
Quem sub episcopii iure Cremona tenet:
Hinc quaedam mulier octo iam caeca per annos
Post longam noctem sensit adesse diem.
Ex abbatia mulier miseranda Leonis,
Cui manus aruerat, cum pede curva genu,
Ad patrem venit et opem lacrimosa petivit,
Mox remeat sospes prorsus utroque malo.

ib. c. 59. Admonitus somno vir quidam de Citiano[m],
Renibus incurvis et manibus tremulis,
Ut vovet ad tumulum se, si valuisset, iturum,
Renibus erigitur et manibus fruitur.

ib. c. 60. De villa quadam, cui Fossa Capraeria[n] nomen,
Curva diuque pedum debilis officio
Et baculis tanquam funus miserabile portans,
Sole sub occiduo sospes abit tumulo.

a) peccora *c.* b) Plonezano *c.* c) natabus *c.* d) Lugduniensis, *corr.* Luddun., *c.* e) ab rixa *c., emendavit L A F.* f) secura *c.* g) Gudiciole *V. Ans. l. l.* h) mollita *c.* i) at Etherius *c., emendavit S. ex V. Anselmi, ubi* Adecherius. k) misserat *c.* l) qui, *superscripta littera, c corr.* cui, *c.* m) Ciliano *V. Anselmi.* n) Fossa Capraria *V. Ans.*

Dum matrona cavet pseudo sacra presbiterorum[1] V. Ans. c. 61.
Patris ob Anselmi dulce magisterium,
Subridens quidam sanctum sibi poscit ad iram,
Illa rogat, fatuus claudicat et patitur.
Illa videns illum subito sic esse solutum[a]
In precibus perstat et facit, ut iaceat
f. 104. Et[b] desperetur, multis documenta daturus,
Ut, qui mortificat, vivificare queat.
Ex Guibertinis homo lesae credulitatis
Ferre profectus aquam perdidit et situlam.
Sed memor Anselmi sumpta face supplicat illi,
Et mox funiculo vas redit a fluvio.
Monacha vix uno lumen capiebat ocello, Ib. c. 62.
Alterius visu iam viduata diu.
Dum rogat et plangit Anselmo dante medelam,
Ex utroque Deus clarificavit[c] eam.
Voverat et puerum duodennem[d] mater ab ortu
Perfunctum nulla commoditate[e] pedum.
Occurrit Regia[2] miseratio patris, et arte
Curatum celeri laeta Cremona tulit.
Et de Guarstalla quaedam affuit utris ad instar,
Ydropico corpus exruciante malo:
Haec erat in somnis prius invitata venire;
At vero iussis credula sana redit.
Venerat attractus et erat langore solutus,
Accurrunt multi cernere solliciti.
Albericus adest incredulus, ergo videre Ib. c. 63.
Bis conando nequit, eumque pudore redit.
Interea caeco veteri squallore soluto
Caecior ille pias solvitur in lacrimas.
Ut vero flevit, fidei cum luce reversus
Ad tumulum, meruit cernere, quod voluit.
A Cunis[f.3] etiam vir debilis et baculorum Ib. c. 64.
Infirmis pedibus premeditatus opem,
Insuper et terram dampnatus cernere, venit
Brixanis mixtus moxque recepit opem.
Surdus erat mutusque puer, sed patre sepulto
Auditum meruit nec tamen hoc patuit.
Post abeunte die solvuntur vincula linguae,
Et iuxta Dominum fecit utrumque bonum. Marc. 7, 37.
f. 104'. Dum plangit natam gressu verboque carentem, V. Ans. c. 65.
Mater ad Anselmum vertitur et: 'Vel', ait,
'Hanc mihi fac sanam vel tolle tibi morituram'.
Versa videt gemino iam caruisse malo.
Intererat multis equitantibus ante Cremonam Ib. c. 66.
Vir levis et dure talia facta negans,
Arguit attractus temeraria verba caballus
Et febris in longum, dum fugit ad tumulum.
Gutta superveniens matri turbarat ocellum, Ib. c. 67.
Ut neque ferret ei lumen adusque solum.

a) *si legeris* ligatum *pro* solutum *in v.* 7157 *et in v.* 7160: vivificat, mortificare ... *pro* mortificat, vivificare . . , *sensum habere poteris, ut mihi quidem videtur.* b) *abhinc iterum pergit suam.* l. c. c) clarificabit c. d) duodemum c. e) oomoditate *c.* f) Accunis *(?) vel* A cunis *c., emendavit LAF.*

1) Id est: sacra pseudo-presbyterorum. 2) Sic scribendum videtur, cum V. Anselmi c. 62 exhibeat: *cum accederet ad Marcham Regiam.* Hofm. 3) V. Anselmi c. 64: *de episcopatu Cumano, de Valtelina.*

Protinus admoto faciem detersa tapeto
Sana redit, medico[a] gratificata suo.
V. Ans. c. 68. 7205 Languebat febribus virgunculab filia fratris[c. 1],
Insuper et iugis ibat ab aure lues.
Ut de navicula fuit illi portio lota,
Anselmi merito curat utrunque liquor.
ib. c. 69. Et de pulvino, quo saepius ille cubarat,
7210 Azonis magni filia convaluit[2],
Quae cum clamaret ventris moritura dolore,
Hoc superimposito[d] sospes ut ante fuit.
ib. c. 70. Perdiderat vocem puer armiger et neque presens
Audiri poterat, sicubi fors aberat.
7215 Signa dabat cornu, domino veniente secutus,
Ad tumulum vocis reperit officium.
ib. c. 71. Raserat et sacro sibi cinerem de monumento
Spequè fideque bona religiosus homo.
Vi febrium multa mulieri debilitatae
7220 Infusum tribuit, et mala flamma ruit.
Odo Martini tanta anxietate calebat,
Ut corpus simia contegeretur aqua.
At mox sudorem procul expulit atque dolorem
De pulvinari verticis orta salus.
ib. c. 72. 7225 Aruerat misero manus herebatque lacerto,
Curatus laudat, at Petrus illaqueat[e].
Dum pudet audiri vulgo praeconia sancti, *f.* 105.
Sed metuens populum denuo solvit eum.
ib. c. 73. Dum[f] puteus foditur et nulla fluenta secuntur,
7230 Spes superest tanta de bonitate patris;
Ut vero precibus comes est helemosina iuncta,
Anselmus silicem ferre iubet laticem.
ib. c. 74. Lanzo Trivisinus gutta ficuque laborans
Nec pede nec cubito languida membra levans
7235 Nec mai funiculo se retro vel antea volvens
Post lacrimas morbo surgit utroque carens.
ib. c. 75. Auditu iuvenis et verbo nec semel usus
Venerat et multis iam bene notus erat;
Hic quater in somnis, sancto curante rogante,
7240 Praemonitus plenam flendo recepit opem.
ib. c. 76. Femina luce carens et mente, sed hoc veteranum,
Haec nova pestis erat, sistitur ad tumulum,
Opidone manum quodam[3] stipemque ferente,
Et subito mentem suscipit atque diem.
7245 Femina turgentem nimium sanieque fluentem
Horrebat nasum flebilis ipsa suum;
Sed mitis medicus lacrimarum flumine motus
Siccavit saniem, reddidit et speciem.
ib. c. 77. Venerat ad tumulum puer et post paulo reversus
7250 Perdiderat visum, dum redit ad medicum.
Offensus lapidum crebris occursibus orat
Moxque illum media sensit adesse via.

a) id est filio *in marg. man. 2. c.; in V. Anselmi c. 67 Ugo presbyter testatur hoc de sua ipsius matre factum esse.* b) virgungula *c.* c) scilicet ipsius Anselmi *in marg. manu 2. c.* d) insuper *pro* super- *c.* e) A Balutsone *(lege;* ab Allucione *secundum Vitam Anselmi)* viro bono et fideli relatum est, qui etiam facto illi interfuisse se refert *in marg. man. 2. c.* f) *abhinc iterum pergit man. 2. c.*

1) Arialdi, s. Anselmi fratris. S. , 2) Athelasia, *tatu et adiutorio Opizonis de Gonzaga.* Azzonis marchionis filia. S. 3) V. Ans. c. 76: *hor-*

Luce[a] Trivisinus quidam nec cecus egebat,
Sed laxare sibi lumina non poterat;
Venit et invenit medicum curare valentem,
Tam sine muneribus quam medicaminibus.
Vairana[1] in villa languebat muta puella, V. Ans. c. 78.
Cui iam sola suam dextra ferebat opem;
Mater discipulo, sicut Cananea magistro, Matth. 15, 22—28.
Supplicat, occurrit ante cupita salus.
Ad tumulum sancti venientibus undique multis
Querere debilibus commoda corporibus,
Quaedam attracta manu, simul exsiccata lacertum,
Spem firmat[b] reliquis sospes utrisque malis.
f. 105'. Missa canebatur, aderat Matilda, laborans V. Ans. c. 79.
Et vitio capitis et febribus nimiis;
Stare volens collapsa ruit facie ante tabellam[c],
Qua[d] lotus iacuit[2], absque dolore redit.
Inde gravis scabies corpus sibi vindicat omne, Ib. c. 60.
Iamque manus proprios utraque vastat agros[e].
Anulus Anselmi plagae medicatur et igni,
Et reddit[f] sanam cum prece discipulam.
Mox etiam visus adeo quasi nube gravatur,
Ut noctu lumen non ferat atque apicem;
Sed reparat vires oracio, quam dedit illi
Iugiter utendam provida cura patris.
Presbitero cuidam, quem Francia misit[g], Ebrardo, Ib. c. 81.
Gutta gravis rigidos reddiderat digitos
Et partem palmi mediam nodumque lacerti,
Panis ob Anselmum pars data curat eum.
Lanfrancus miles sine causa carcere clausus Ib. c. 82.
In somnis sanctum cernit et orat eum.
Spondet opem, limam mittit, custode vidente,
Ruptis compedibus solvit et ire iubet.
Filiolam matri raptam lupus ore ferebat. Ib. c. 83.
Audito sancti nomine ponit eam.
Mater adest natamque rapit; lupus ergo trahentem
Dum stupet, Anselmus tutor utramque tegit.
Cruribus intortis sub se muliercula quaedam Ib. c. 84.
Gestabat corpus renibus et manibus.
Auxilio sancti longo post tempore surgit,
Et quia mira videt, Mantua vota refert.
Archipresbiteri cuiusdam filius ista
Non credens morbo tangitur, atque dolens
Supplicat Anselmo, promittit credere sanctis,
Astitit in somnis atque medetur ei.
Femina de Gothi[3] non paucis nota, per annum
Ceca, patris dono clarificata fuit,
Qua[h] Patris ad dextram deitas caro facta resedit 1087.
Et nobis reditum[i] fecit ad astra die. Mai 8.

a) Lucae *c.* b) firmam *c.* c) faciente tabella *c., emendavit S. ex sensu secundum V. s. Anselmi.* d) Quo *c.* e) *cocem* agros *vix intelligo, nisi forte sensu translato pro corpore (membris) comitissae usurpata sit.* f) redit *c.* g) misit *c.* h) Quia *c., quod versui et sensui repugnat.* i) redditum *c.*

1) V. Ans. c. 78: *Mairana, a civitate Brixia non multum remota.* S. 2) Scilicet Anselmus mortuus, ut ex V. Anselmi c. 79 intelligitur. S. 3) *Godi* V. Anselmi c. 84.

RELATIO AEDIFICATIONIS ECCLESIAE CATHEDRALIS MVTINENSIS ET TRANSLATIONIS SANCTI GEMINIANI.

EDIDIT **H. BRESSLAU** B. M.

Relatio sequens, qua de aedificatione (a. 1099—1106) ecclesiae cathedralis magnificae[1]*, quam Mutinae etiam hodie admiramur, de translato in hanc novam ecclesiam corpore sancti Geminiani, patroni civitatis et ecclesiae Mutinensis, et de consecrato a papa Paschali II. altari supra sarcophagum sancti constructo narratur, inter monumenta historica Italica aevi Salici singularem locum obtinet nec collectioni nostrae supplementorum ad scriptores illius aevi deesse debet. Scripsit eam non multo post annum 1106, certo ante mortem Mathildis magnae Tusciae comitissae, quae d. 24. m. Iulii a. 1115. obiit, clericus quidam, quem canonicum in ecclesia Mutinensi fuisse verisimillimum est. Nomen vero eius ignoramus; Aimonem enim, magistrum scholarum Mutinensium, qui in chartis quibusdam Mutinensibus annorum 1106—1110. occurrit, auctorem relationis nostrae esse, scriptores complures Mutinenses*[2] *aevi recentioris non recte coniecisse mihi videntur, cum versus, quos Aimo de aedificatione ecclesiae composuit*[3]*, relationi nostrae certo additi essent, si Aimo eam scripsisset. Auctor relationis sermone culto et florido usus est; Vitam secundam sancti Geminiani diligenter legit eamque non solum ad tempus, quo sanctus mortuus est, determinandum*[4] *adhibuit, verum etiam illius Vitae elocutionem passim imitatus est.*

Relatio integra in primo quinione codicis archivi capitularis Mutinensis O. II. 11 membr., formae maioris, servata est (= A). Codex collectionem privilegiorum ecclesiae Mutinensis continet post medium saeculum XIII. conscriptam, cui postea quinio ille et post eum quaternio quidam saeculo XIV. scriptus antepositus est. Relationem Nicolaus Bonnella notarius Mutinensis scripsit, qui etiam magnam partem privilegiorum codicis exaravit[5]*. Folia primum et ultimum quinionis, qui relationem continet, binis picturis splendidis ornata sunt, quorum duae in primo folio depictae Lanfrancum*[6] *architectum, cui Mutinenses opus magnum ecclesiae aedificandae mandaverunt, eiusque operarios in aedificatione occupatos, duae in ultimo folio depictae translationem corporis sancti Geminiani et consecrationem altaris ei dedicati effingunt.*

1) De qua cf. A. Venturi, 'Storia dell' arte italiana' III, 118 sqq.; 150 sq., ubi p. 151, n. 1 alii libri, quibus de hoc ecclesia agitur, quos inspicere non potuimus, laudantur. 2) Cf. Bertoni in editione relationis infra nominanda p. XI. 3) Vide eos infra p. 1311 n. 3. 4) Cf. infra p. 1310 n. 1. 5) Hoc recte statuit Bertoni p. X, ubi subscriptionem Nicolai Bonnella a. 1271. collectioni privilegiorum insertam edidit (l. 4 pro *Ozo* legendum est *Ego*). 6) De Lanfranco architecto nihil certi nisi ex relatione nostra novimus. In codice autographo Chronicae Alexandri Tassoni, cui excerptum relationis nostrae insertum est, nomini Lanfranci alio atramento (num et alia manu, dubito) addita sunt verba *de Facio dictus Romengardus*, quae quid valeant nescio. Cf. Bertoni l. l. p. XVII et p. XVIII, n. 1, qui haec verba a Tassono ex Chronica monasterii s. Caesarii, quam inspicere non potui, desumpta esse credit.

Quae picturae accurate descriptae a C. Cavedoni, 'Cenni storici intorno alla vita, ai miracoli ed al culto del glorioso san Geminiano' (Modena 1856) p. 127 sqq. in editionibus infra memorandis relationis nostrae, quae a P. Bortolotti et ab I. Bertoni paratae sunt, sed in hac melius quam in illa arte phototypica redditae sunt. Codicem a nobis littera A signatum cum Mutinae diligenter contulissem, postea v. cl. A. Sorbelli, praefectus bibliothecae Bononiensis, in usum nostrum denuo inspexit, qui de paucis locis, de quibus dubitaveram, certiorem me fecit.

Posteriorem tantum partem relationis, scilicet historiam translationis, revelationis et consecrationis sancti Geminiani, omissis etiam in hac parte aliquot verbis et sententiis, continet ***B*** *= codex bibliothecae Mutinensis quae Estensis dicitur lat. 28 (a. F. 2, 4; olim X. H. 22, antea V. A. 28) saec. XIV. ex. sive XV. in., formae minoris, de quo vide Bethmann, 'Archiv' XII, 696 et MG. SS. XII, 350; Holder-Egger, 'Neues Archiv' X, 228, n. 1; XVII, 473; XXXIII, 117; cf. etiam supra p. 973. Contulit eum socius quondam noster O. Holder-Egger; postea a. 1925. diligenter nostrum in usum inspexit W. Holtzmann.*

Integram relationem cognovit Alexander Tassonus (mortuus a. 1562), qui eam, ut iam dictum est[1]*, in Chronica Mutinensi, quam scripsit, nobis servata in codice autographo bibliothecae Estensis lat. 388 (a. F. 3, 4; antea VI. F. 3) excerpsit*[2]*. Textum relationis, inprimis prioris eius partis, non solum valde abbreviavit, sed etiam suo arbitrio mutavit et hic illic depravavit. Edita est chronica Tassoniana in 'Cronache modenesi' (= 'Monumenti di storia patria delle provincie modenesi' XV), Modena 1888. Textum Tassonianum relationis denuo, sed male, edidit Bertoni; codicem Mutinae ipse denuo inspexi (=* ***T****)*[3]*.*

Ceteri codices aevo recentiore inde a saec. XVII. conscripti, qui in editionibus Bortolottii et Bertonii enumerati sunt, omnes ex codice A descripti ideoque nullius pretii sunt. Quod cum certo certius sit, uberius de eis hoc loco agere et longum et inutile est. Sed quomodo A, B et excerptum Tassonianum (T) inter se cohaereant, breviter quaerendum est. Paucis enim locis B et T, quorum neuter altero usus esse potest, inter se consentientes a codice A discrepant. Vide e. g.

1. *p.* 1312 *l.* 16 ad adiacentes *BT;* ad iacentes *A.*
2. *p.* 1312 *l.* 38 venturam esse in Italiam *BT;* venturo, *corr. manu multo posteriore* venturam, *A.*
3. *p.* 1312 *l.* 48 *sq.* episcoporum cardinalium, abbatum *BT;* episcoporum cardinaliumque abbatum *A.*
4. *p.* 1313 *l.* 24 quem ipsa die consecrare disposuerat *A;* altare quod ipsa die consecrare disposuerat *B;* altare quod ipsa die consecrare decreverat *T.*
5. *p.* 1313 *l.* 32 *sq.* consecratur sanctum corpus et altare beatissimi Geminiani *A;* sanctum corpus et *deest BT.*
6. *p.* 1313 *l.* 38 *sq.* a rev. sancte Romane sedis apostolico Paschali *A;* apostolice *BT,* pontifice *add. T.*

Quae cum ita sint, B et T non codice A, sed alio quodam nobis ignoto usos esse crediderim. At hic codex, ut ex lectionibus sub nr. 4. 5 notatis clare apparet, non autographus erat, sed textum recentiorem codice A continebat, ubi consecratio corporis sancti ipsius, quae in A narratur, his a librario eliminata fuit. Quare cum lectionibus variis BT diligenter consideratis etiam fontem codicum BT ab A dependere veri non dissimile sit, nullam earum excepta prima et tertia, quae bonae coniecturae esse videntur, in textum novae editionis recipere ausus sum, sed

1) Supra p. 1308, n. 6. 2) Cf. etiam supra p. 978. 3) Nugas Bertonii, qui excerptum Tassonianum genuinam et primitivam relationem, textum autem plenum codicis A recensionem posteriorem auctam et retractatam esse putat, iam v. cl. b. m. O. Holder-Egger 'Neues Archiv' XXXIII, 561 nr. 195 et v. cl. F. Patetta, 'Studi storici sopra alcune iscrizioni medievali' (= 'Memorie della R. accademia di scienze, lettere ed arti in Modena, serie III, vol. VIII'), Modena 1907, p. 122, n. 1 refutaverunt, neque necesse est, ut de singulis argumentis a Bertonio prolatis uberius hoc loco disseramus. Nam quomodo textus plenus et excerptum inter se cohaereant, id iam ex dicendi genere facile cognosci potest. Cum enim maior pars relationis eo dicendi genere, quod nos 'Reimprosa' vocamus, composita sit, nonnumquam factum est, ut, ubi textus plenus duo cola ultimis verbis consonantia praebeat, excerptor alterum colon sive duo depravaverit. Cf. exempli causa infra p. 1311, l. 26 sq., ubi textus plenus habet: *dum tantum ac tale opus in longum protenditur, ‖ multorum mentibus timor incutitur;* excerptor vero scribit: *Dum tantum et tale opus in longum protenditur, populus timere cepit;* sive p. 1312, l. 26 sq. textus plenus: *Pergunt itaque pontifices, pergit et populus ‖ ad divine propinationis pocula suscipiendum devotissimus;* excerptum: *Pergunt itaque omnes ad divina pocula;* sive p. 1312, l. 41 sq. textus plenus: *Cuius quidem adventus dum inter nos vere innotuit, ‖ ó, ó quante letitię quantique gaudii motum nostris cordibus imposuit;* excerptum: *Cuius quidem adventus dum inter nos vere innotuit, o quante leticie quantique gaudii* (sic!) *nostris cordibus supervenerunt.*

lectiones varias codicis B omnes praeter orthographicas, lectiones Tassoni ibi, ubi cum B conveniunt, annotavi; lectiones vero, quas T solus habet, omnino neglexi.

Relationem nostram primus edidit L. A. Muratori, Rer. Ital. SS. VI, 85*sqq.* *'ex duobus codicibus Estensis bibliothecae', scilicet nostris T et B; codicem A novit, sed non adhibuit. Illo primum usus est P. Bortolotti, 'Antiche vite di S. Geminiano' (= 'Monumenti di storia patria delle prov. modenesi' XIV), Modena* 1886, *p.* 111*sqq., qui lectiones cod. T et duorum codicum recentiorum addidit, de relatione nostra prudenter egit et multa ad eam explicandam utilia attulit, codicem B vero non novit. Hunc etiam I. Bertoni neglexit, qui ultimus ante nos a.* 1908. *relationem ex cod. A, excerptis Tassonianis iuxta textum plenum positis, in novae editionis Muratorianae fasciculo* 49 *(tom. VI p.* 1*) sub titulo 'Relatio translationis corporis sancti Geminiani' edidit. De cuius meritis et erroribus supra satis dictum est.*

H. Bresslau (†).

INCIPIT RELATIO SIVE DESCRIPTIO DE INNOVATIONE ECCLESIE SANCTI GEMINIANI MVTINENSIS PRESVLIS AC DE TRANSLATIONE VEL REVELATIONE SEV ETIAM CONSECRATIONE EIVS BEATISSIMI CORPORIS A DOMNO PASCHALI SANCTE ROMANE SEDIS SVMMO PONTIFICE DILIGENTER CELEBRATA.

1[a]. Quia, fratres karissimi, de vita et moribus, de transitu et miraculis sanctissimi ac semper venerandi patris nostri gloriosique confessoris Christi Geminiani, Mutinensis ecclesie presulis, iam multa audivimus et antiquorum relatione atque librorum testificatione experta cognovimus, satis dignum duximus, ut, que nostris temporibus de eius beneficiis vidimus, ad presentium et futurorum memoriam semper veneranda, prout superna dictaverit clementia, litteris intexeremus, ne, si forte silentio tegerentur, inde gravius iudicaremur.

Iam vero, quia teste scriptura[1] septingentorum quinquaginta et eo amplius annorum transierunt curricula, quod ipse predictus pater noster Geminianus de hac presenti vita gloriosus migravit ad Dominum, ecclesia siquidem, in qua venerandum corpus eius a beatissimo Severo, undecimo sancte Ravennatis ecclesie archiepiscopo, honorifice et decenter reconditum est, licet quibusdam videretur aucta et innovata crementis, tamen, longo annorum situ et multorum etate confecta virorum, crebris scissuris multisque rimis a fundamentis quodammodo videbatur non solum insistentibus, verum etiam intrantibus seu exeuntibus inferre ruinam. Quo terrore permoti non tantum ordo clericorum, sed et universus quoque eiusdem ecclesie populus inter se vicissim conferre ceperunt, quid consulendum quidve sit inde agendum. Tandem divina disponente providentia, unito consilio non modo clericorum, quia tunc temporis prefata[b] quidem ecclesia sine pastorali cura agebatur[2], sed et civium[3] universarumque plebium prelatorum seu etiam cunctorum eiusdem ecclesie militum una vox eademque voluntas, unus clamor idemque amor totius turbe personuit: iam renovari, iam rehedificari, iam sublimari debere tanti talisque patris nostri

a) *capitula in codicibus non numerantur; numeros adiecimus. H.* b) *bis scriptum, prius deletum A.*

1) Auctor hic usus est secunda Vita sancti Geminiani (ed. P. Bortolotti, 'Antiche Vite di S. Geminiano', Modena 1886 [= 'Monumenti di storia patria delle provincie Modenesi' XIV] p. 96), ubi fabula de sancto Severo archiepiscopo, qui sepulturae sancti Geminiani interfuisse dicitur, ex Agnelli Libro pontificali eccl. Ravennatis (c. 14, SS. rer. Langobard. et Italic. p. 284; Muratori, SS. rer. Ital., nova ed. II, 3, 1924, p. 45) ad verbum descripta est. Annos 'septingentos quinquaginta et eo amplius' inde a concilio Sardicensi (344), cui Severum interfuisse Agnellus et Vita Geminiani narrant, computatos esse, iam Bortolotti p. 30 quamquam dubitans recte coniecit. Ceterum re vera Geminianum multo post Severum obiisse v. cl. b. m. O. Holder-Egger ad editionem Agnelli p. 284 n. 1 annotavit.

2) Benedictus a. 1085. Mathilda comitissa favente episcopus Mutinensis creatus usque ad a. 1097. dominum ecclesiae tenuit. Postea cum ad partes imperatoris transiisset, sive expulsus esse sive fugisse videtur. Successor eius Dodo episcopus, qui adversariis imperatoris adhaerebat, ante a. 1100. non occurrit. Cf. G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' (1913) p. 184.

3) Cum neque hoc loco neque aliis similibus relationis nostrae consulum sive alii magistratus Mutinensis mentio fiat, concludendum est civitatis regimen annis 1099—1106 nondum in eam formam redactum fuisse, quam Italici 'comune' vocabant. Quod iam v. cl. F. Patetta l. l. p. 122 sqq. (vide supra p. 1309, n. 3) recte annotavit.

ecclesiam. Quod quidem consilium ubi ad[a] aures Mathildis Dei gratia egregie comitisse pervenit, quis fari possit, quanto qualique gaudio exilarata[b], quanta in laude firmata, quantis amminiculis sit obstinata. Tibi, Christe, omnium cordium intimus perscrutator, omnium bonorum primus inventor, omnium gaudiorum summus largitor, tibi quam profundi cordis maiores possumus grates laudesque referimus[c], qui tanti, ut credimus et vere confidimus, sepe prefati patris nostri precibus exoratus huius operis precipuus extas[d] auctor et inventor. Non enim ulla mortalium scientia, nulla illius, quod a te solo factum est, posset providere astutia. Totum ergo, quod actum est, totum, quod est venturum, tue ammirabili maiestati referimus[c], tue gratie imputamus.

2. Quid plura? Anno itaque dominice incarnationis millesimo nonagesimo nono ab incolis prefate urbis quesitum est, ubi tanti operis designator, ubi talis structure edificator inveniri possit. Donante quippe Dei misericordia inventus est vir quidam nomine Lanfrancus[1], mirabilis artifex, mirificus edificator. Eius denique consilio[e] et auctoritate ceperunt Mutinenses cives et omnis populus eiusdem basilice ad laudem et gloriam Dei patris omnipotentis et unigeniti filii eius domini nostri Iesu Christi et Spiritus sancti seu etiam ad honorem beate Marie semper virginis necnon et sancti patris nostri Geminiani fundamentum ponere maius[f] in latitudine et longitudine sub die decimo kalendarum Mai. 22. Iunii, per indictionem septimam, epacta autem vigesima sexta, luna quoque vigesima nona[2], feria secunda post ascensionem domini nostri Iesu Christi ad celos. Quod quidem fundamentum cementari ceptum est eodem anno eodemque mense, sicut supra dictum est, quinto[g] Iun. 9. idus Iunii, octavo decimo videlicet die post inchoationem fossionis, in sollempnitate siquidem sanctorum Primi et Feliciani, cum laudibus, ymnis et cantibus, cum cereis et lampadibus, cum evangeliorum textibus[h] et crucibus, cum multitudine virorum et mulierum, cum omni honore et laude reverende processionis[3].

Sic, sic itaque divina subvehente dextera fundamentorum fabrica iam usque ad superiora provecta, dum tantum ac tale opus in longum protenditur, multorum mentibus timor incutitur, ne defectu lapidum, quia modicus erat apparatus, remaneret in vacuum. Quis, Deus immense, tua queat enumerare beneficia? Cuius redundans facundia, cuius exuberans eloquentia tua possit narrare magnalia? Ecce, ubi nunquam visum, nunquam cogitatum, nunquam ab aliquo auditum fuerat, mentes hominum persuadens terram facis effodere; miras lapidum marmorumque congeries ex multitudine misericordiarum tuarum dignaris ostendere, que quidem ad perficiendum ceptum opus videantur satis posse sufficere. Quod certe, pater sanctissime, non nostris adscribimus meritis, non enim tantis sumus digni beneficiis, sed illius te credimus excitatum precibus, cuius ex intimo corde servitium semper

a) i *ante* ad *delet. A.* b) exillarata *A.* c) referrimus *A.* d) estas *A.* e) conscilio *A.* f) manus, *corr.* maius, *A.* g) *ita T*; quinta *A secundum Bertoni.* h) testibus *A.*

1) De Lanfranco cf. supra p. 1308. 2) Notae chronologicae concurrunt praeter lunam, quae die 23. m. Maii a. 1099. vigesima octava erat. 3) Supra priorem imaginem, quae in codice nostro historiam translationis praecedit, scriptum est: *Anno dominice incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo XCVIIII, indictione VII, sub die decimo kal. Iun. incepta est fossio fundamenti huius nostre ecclesie Mutinensis.* Et infra super imaginem secundam: *Eodem anno V. idus Iunii ceptum [est cementari fundamentum prefate ecclesie Mutinensis.* — Apud portam principalem ecclesiae cathedralis inscriptio sculpta est, quam post alios Bertoni p. 18 edidit:

Dum gemini cancer cursum cons[c]endit ovantes
Idibus in quintis Iunii sup tempore mensis
Mille Dei carnis monos centum minus annis
Ista domus clari fundatur Geminiani.
Inter scultores quanto sis dignus honore,
Claret scultura nunc, Wiligelme, tua.

Et in muro exteriore occidentem versus haec habetur inscriptio (Bertoni l. l.):

Marmoribus sculptis domus haec micat undique pulchris,
Qua corpus sancti requiescit Geminiani.
Quem plenum laudis terrarum celebrat orbis,
Nosque magis, quos pascit, alit vestitque, ministri.
Qui petit hic veram membris animaeque medelam,
Consequitur, recta redit hin[c]que salute recepta.
Ingenio clarus Lanfrancus doctus et aptus
Est operis princeps huius rectorque magister,
Quo fieri coepit, demonstrat littera praesens:
Ante dies quintus Iunii tunc fulserat idus
Anni post mille Domini nonaginta novemque.
Hos utiles facto versus composuit Aimo.
Bozalinus massarius Ieminiani hoc opus fieri fecit.

adimplere nitimur. Erigitur itaque diversi operis machina, effodiuntur marmora insignia, sculpuntur ac puliuntur[a] arte mirifica, sublevantur et construuntur magno cum labore et artificum astutia. Crescunt ergo parietes, crescit edifitium; laudatur et extollitur, summe Deus, tuum ineffabile benefitium. Iam iamque tua, Criste, favente clementia ad hoc perlatum est opus summo cum studio ac vigilantia, ut primus et maximus tanti operis artifex hoc proponat et asserat se nichil amplius facturum, nisi sanctissimum gloriosi patris nostri Geminiani corpus de loco, in quo tunc aderat, transferretur[b] ad alia. Oritur denique multis maxima mestitia; diversa quorundam in commune profertur sententia. Alii quidem clamant hoc non esse temere faciendum, alii vero affirmant non in posterum esse differendum. Tandem illius vincit sententia, quem ad hoc proposuerat divina providentia.

1106. 3. Anno[c] igitur[d] dominice incarnationis iam millesimo centesimo sexto, gubernante domno Dodone Dei gratia venerabili episcopo Mutinensium ecclesiam, datur huius[e] translationis certissimus kalendarum Maiarum terminus, omnium cordibus gratissimus[e]. Mittitur itaque circumquaque, et per totam parochiam fit apparatus maximus, fit inextimabile[f] gaudium. Mittitur autem non solum ad comprovintiales civitates, sed etiam ad[g] adiacentes.
(Apr. 29.) Congeritur namque maximum episcoporum concilium, clericorum, abbatum et monachorum; fitque congregatio militum, fit et conventus populorum utriusque sexus, qualis nec nostris temporibus antea visus est, nec alicuius memorie prius habetur insertum. Nullus enim locus, nulla platea, nulla domus, nulla porticus, nullum atrium saltim vel modicum a conventu populorum poterat inveniri vacuum. Adest etiam ad hoc spectaculum princeps Mathildis cum suo exercitu, omnes unanimiter prestolantes tanti patris translationem et revelationem cum gaudio. Sed quia, ut diximus, infinita populorum undique turba confluxerat, visum est difficile et omnino impossibile, tanto operi manum imponere. Queritur ergo spaciosus camporum locus, ubi turba conveniat, quatenus tantorum presulum monitis et doctrinis refecta, inde unusquisque cum gaudio et letitia redeat. Pergunt itaque pontifices, pergit et populus ad divine propinationis[h] pocula suscipiendum devotissimus. Disseminatur denique inter astantes episcoporum predicatio, fitque ad laudem et honorem tanti patris nostri Geminiani peccatorum remissio, fit et criminum absolutio; sic quidem inde redeunt maximo cum tripudio. Iam vero quia diei[i] hora[k] excreverat et tantarum turbarum affluentia eos circumsepserat, differtur in posterum prefati patris nostri translatio,
Apr. 30. que quidem gloriosissime facta est pridie kalendarum Maiarum, anministrante[l] Domino[1].

De altaris quoque prelibati sanctissimi corporis consecratione inter episcopos siquidem et Mutinensium cives non modica fit altercatio, quia presules eius reliquias revelare cupiunt, cives autem et omnis populus hoc ex toto renuunt. Queritur ergo principis Mathildis sententia, que quidem, sicut decuit et ut predestinatum[m] fuerat, ipso[2] quoque, ut credimus, iam disponente, sedem prenotavit expectandam apostolicam, denuntians hoc in anno venturam[n] esse in Italiam[3]. Hoc itaque suscepto consilio et populorum quievit seditio, presulum quoque et civium sedata est altercatio.

4. Interea divina operante misericordia sancte Romane sedis presul iamiam gradatim et obstinate properat ad Italiam. Cuius quidem adventus dum inter nos vere innotuit, o", o", quante[o] letitie quantique gaudii motum nostris cordibus imposuit. Preparatur denique apparatus copiosus, expectatur pastor gloriosus. Adest itaque cum episcoporum cardinalium[p] abbatum, monachorum ceterorumque clericorum seu laicorum venerabilis sancte Romane sedis Pascalis episcopus magno exercitu; adest et princeps Mathildis summa

a) *ita A.* b) transferreretur *A.* c) *incipit B.* d) *deest B.* e) corporis beatissimi confessoris Christi Geminiani *add. B.* f) *ita ABT.* g) *ita BT; deest A.* h) propitiationis *B.* i) dei *B.* k) hora *superscript. A.* l) anno. Dom. *deest B.* m) prestinatum, de *superscript. A.* n) *ita BT*; venturo, *corr.* venturam *manu multo posteriore. A.* o) o quante *BT.* p) que *deest BT.*

1) Supra priorem imaginem, quae in codice nostro post historiam translationis depicta est, scriptum est: *Anno dominice incarnationis millesimo C VI. pridie kal. Maii facta est translatio patroni nostri beatissimi Geminiani.* 2) Sancto Geminiano. 3) Paschalis II. papa mense Ianuario a. 1106. in Italiam inferiorem profectus mense Maio Romam rediit. Inde mense Septembri in Tusciam iter fecit, mense Octobri concilium Warstallis (Guastallae) celebraturus, quo Mathildis comitissa eum Mutina comitata est. Auctor noster regnum Italicum sive Langobardicum Italiam nominat.

cum reverentia huic tante talique rei adhibens diligentiam. Conferfur ergo ante apostolicum 1106.
inter episcopos, cardinales et clericos seu populum de altaris dedicatione; confertur et de sancti corporis revelatione. Quorum[a] quidem sententia, prout voluntas est hominum, dividitur in plurima. Tandem reperto consilio de ordine militum sive civium iureiurando poscunt plures affirmare, custodire et salvare, ne in revelatione aliquis temerarius tanti patris reliquias[b] presumat violare. Iurant ergo de ordine militum sex viri, iurant et de civibus bis seni. Levatur ergo lapis et mensa superposita magna cum reverentia; invenitur et alia supterposita multa cum diligentia. Sic itaque[c] multorum una fuit sententia, non amplius esse perscrutandas reliquias[b]. Sed ne alicui infido aut cordis cecitate obscurato aliqua remaneret dubitatio, divina quidem, ut credimus operante clementia, quorum prius adverse fuerant voluntates, iam in unum conveniunt amorem, ad unum redeunt favorem.

Quid multa[a]? Faciente[d] domno apostolico sermonem ad populum ac propinante Oct. 7.
divina misteria cordibus omnium remissionemque faciente peccatorum ac se benivolum reddente mentibus cunctorum, orantibus atque psallentibus episcopis, cardinalibus, clericis et laicis, mira cum reverentia et[c] iuratorum custodia detegitur[e], revelatur et intuetur beatissimum corpus sanctissimi patris nostri Geminiani per manus Bonisenioris Regini episcopi[1] atque Lanfranchi architectoris multis cum lacrimis et precibus. O quanta exultatio, quantus suavitatis odor, quanta fragrantia inde emanavit! Omnes enim manus protendunt ad celum, omnes gratias referunt Salvatori et sanctorum omnium conditori, qui tanti patris nostri reliquias[b] usque ad nostrum tempus servare dignatus est conditas et inviolatas.

Expleto itaque sermone pontificis venitur ad tumulum. sanctum corpus integrum et illibatum aspicitur. Summus pontifex ut videt, letus et gaudens efficitur. Cuius quidem visionis gratia exilaratus[f], quem[a. 2] ipsa die consecrare disposuerat, causa videndi a populo usque ad alium diem detectum, sed et d. enter custoditum, offitiis diurnis et nocturnalibus frequentatum servare collaudat. Fi entatur itaque ab innumerabili populo, videtur, laudatur, benedicitur et[h], ut pro[h] ipsis apud Dominum[i] intercedat, deprecatur. Accessit autem et princeps Mathilda dona ferens ingentia, aurum, argentum, pallia[k] insignia. Sed et domnus[l] Dodo venerabilis pontifex[m] calicem argenteum cum pathena ei obtulit optimum, aureis signis[n] intus forisque mirabiliter decoratum, hoc precipiens et dicens, ut nec sibi nec alicui unquam liceat aliqua occasione ipsum ab eius offitio removere. Transacta denique iam die nocteque concesse visionis dedicatur atque consecratur sanctum[o] corpus et[o] altare beatissimi Geminiani a reverentissimo sancte Romane sedis apostolico[p] Paschali cum frequentia cardinalium, episcoporum, clericorum, abbatum, monachorum, laicorum et feminarum, cum omni honore et reverentia, summa offitiorum diligentia octava idus Octubris[q. 3]. Fit preterea magna peccatorum remissio, dilatatur et extenditur aposto- Oct. 8.
lica benedictio[q].

a) Quorum — Quid multa *infra l.* 12 *deest B.* b) reliquias *A.* c) que *superscript. A.* d) *pergit B.* e) et — detegitur *deest B.* f) exillaratus *A.* g) altare quod *BT.* h) et ut pro *script. in loco raso manu eadem A.* i) deum *B.* k) et pallia *B.* l) dominus, *corr.* domnus, *A.* m) Mutinensis *add B.* n) insignis *B*; insignibus *T.* o) sanctum corpus et *deest BT*; *cf. supra l.* 24. p) apostolice *BT*; pontifice *add. T.* q) 1106 *(numeris Arabicis) add. B, ubi* fit — benedictio *deest.*

1) Cf. de eo, qui antea Mathildis comitissae capellanus fuerat, G. Schwartz l. l. p. 198 sq. 2) Scil. s. Geminianum. 3) Supra secundam imaginem, quae in codice nostro post historiam translationis depicta est, scriptum est: *Eodem anno* (scil. 1106.) *VIII. Idus Octubris dedicatur et consecratur corpus et altare ipsius confessoris* (scil. s. Geminiani).

VITAE PRIMA ET SECVNDA S. BERNARDI EPISCOPI PARMENSIS.

EDIDIT P. E. SCHRAMM.

Vitam sancti Bernardi episcopi Parmensis a. 1133. *mortui, qui cum Mathilda comitissa amicitia coniunctus diu fortiterque contra paparum et ecclesiae hostes certavit, tres auctores anonymi descripserunt, ex quorum operibus hic non nisi Vitas illius episcopi primam et secundam proferemus.*

S. Bernardi Vita prima a quodam monacho non multis annis post episcopi mortem composita est, cum auctor ipse in prologo se ab abbate monasterii S. Salvii (dioecesis Florentinae) aliisque fratribus, ut sancti viri gesta perscriberet, impulsum esse confiteatur. De tempore autem, quod Bernardus in supradicto monasterio egit, fere nihil narratur, sed praecipue res gestae et miracula in urbe Parma facta ab eo collata sunt; ideoque Vitam primam in hac civitate conscriptam esse verisimile est. In controversiis igitur, quibus cives Parmenses, qui non multo ante Bernardi regimen ad praedecessorem eius Kadalum, i. e. Honorium II. antipapam († 1071), inclinaverant, usque ad sancti episcopi tempora dividebantur, auctor semper cum Bernardo et papa et Lothario imperatore consentit, ut ex laudibus eis dictis, ex querelis de ipsorum inimicis prolatis facile cognoscitur. In operis fine passim se miracula ipse aut vidisse aut ex Lanfranci Bernardi successoris ore audisse narrat. Cum autem sancti corporis levationem a. 1139. *factam non commemoret, Vita prima iam ante illum diem vel ad illum diem celebrandum composita esse videtur.*

In s. Bernardi Vita secunda gesta adolescentiae et iuventutis, de quibus in Vita prima brevius agitur, ab alio auctore anonymo collecta et descripta sunt. Qui cum in eis, quae Bernardus in monasterio S. Salvii egit, maxime versetur, fortasse in hoc loco vixit, cuius abbate iubente Vita prima confecta est; nam, quin ille monachus fuerit, non dubitabimus, quia regula s. Benedicti in Vita conscribenda usus est. Opus suum conficiens semper Vitam primam ante oculos habuit, quam partim verbum pro verbo partim animo secutus est. Quae de Bernardi episcopatus aetate gestis in Vita prima invenit, nihil fere addens, multa omittens suo scribendi modo repetivit. Quod opus non multo post sancti mortem confecit, ut ex Vita tertia apparet.

S. Bernardi Vitae tertiae auctor anonymus praedecessorum opera nonnullis, quae ex aliorum ore cognovit, insertis in unum congessit, ut ipse in prologo confessus est; narrat enim se ex his, quae de ipso *[sancto Bernardo]* a sapientibus honestisque viris descripta sunt, *hausisse. Erravisse autem virum cl. R. Davidsohn*[1], *qui in Vita II. Vitam III. adhibitam esse putavit, praeter alia inde elucet, quod s. Bernardi enumerationem virtutum, quae in Vita II. nonnullis secundum s. Benedicti regulam mutatis ex Vita I. repetita est, auctor Vitae III. utrumque opus secutus bis inseruit*[2]. *Bernardus autem ab eo* pater noster *dictus est, qua de causa monachus Parmensis*

1) Forsch. z. älteren Gesch. v. Florenz' I (Berol. 1896), 66 sq. 2) Vita I. c. 1: . . . *in asperitate cilicii, in vigiliis et orationibus carnem macerans in abstinentia et patientia, in humilitate et compassione et in reliquis sancti exercitii virtutibus Deo assidue devotus placere studuit.* Vita II. c. 6: . . . *supra regulam abstinentie, patientie, orationi, vestium vilitati, silentio, cure infirmorum,*

*aut verisimilius Vallisumbrosae congregationis fuisse videtur. In hac igitur Vita de illius cardinalatus tempore (*1099—1106*) narratur:* multi longo post eius obitum tempore testes viri religiosissimi extiterunt, *quo apparere videtur etiam Vitam tertiam iam saec. XII. conscriptam esse*[1]. *Diiudicari autem non potest, utrum illa opinio posterorum, qui Attonem Pistoriensem auctorem fuisse putabant, recta sit necne. Hic abbas praeclarus Vallisumbrosae congregationis a.* 1134 *(*1133*) episcopus Pistoriensis electus et a.* 1157. *mortuus est. Praeter alia enim opera ex Vita prima s. Iohannis Gualberti novam Vitam simili modo, atque Vita III. s. Bernardi ex aliis duabus Vitis collata est, confecit*[2].

Ex Vitae I. miraculis nonnulla in Vita II. brevissime duobus novis additis narrantur, in Vita III. decem prima miracula (c. 12—21*) iterum aliis additis repetita sunt. Sed duo ultima (c.* 22—23*), quorum primum* multis annorum curriculis revolutis *factum est, et in Vita II. et in Vita III. omissa sunt, unde illa postea addita esse demonstrantur, quod etiam Affò perspexit.*

Vitam I (= Bibl. hag. Lat. nr. 1246—47*) servavit Codex Florentinus Laurentianus Strozzianus* 4 *(= A), saec. XIV, membr., fol.* 135′—137[v]*, quem descripsit A. M. Bandini, Bibl. Leopold. Laur. seu Catal. Manusc. Suppl. II (Flor.* 1792*),* 285—304 *(p.* 295 *nr.* 74*: Vita I). Hanc Vitam primus publici iuris fecit a.* 1609. *Barnabas Parmensis, 'Vita S. Bernardi episcopi Parmensis' (Romae* 1609*), p.* 5—20*, cuius editionem nunc rarissimam secuti sunt I. Affò, 'Vita di S. Bernardo degli Uberti' (Parmae* 1788*) p.* 207—217 *et codice A etiam collato Monumenta historica ad provincias Parmensem et Placentinam pertinentia III b: Chronica Parmensia saec. XI—XIV (Parmae* 1858*) p.* 491—6*. Quibus editionibus inter se comparatis clare apparet Barnabam non codice Laurentiano usum esse, sed alio quodam nunc deperdito aut nondum reperto, qui hic illic meliorem textum praebuit et prologum in codice Laurentiano omissum solus servavit. Propterea ad multos locos, qui in codice nostro depravati sunt, restituendos Barnabae editio (= B) valde utilis est, cuius lectiones notabiliores secundum editionem a.* 1788. *factam, a nobis et a v. d. Th. Zwölfer collatam, adnotavimus et saepe secuti sumus, prologum etiam ex ea adicientes. Sed quia scriptor codicis A, cuius imagines lucis ope factae, a v. d. Th. Zwölfer iterum cum plagulis collatae, nobis praesto erant, multum in litterarum usu Italicorum more variat neque inter* s, ss, sc, x *neque inter* c *et* ct *et* t *distinguit, semper usum communem restituimus. Praeterea capitula nos ipsi distinximus numerosque eis apposuimus. Nonnulla ultimorum miraculorum in codice saec. XV*[3]*, qui Florentiae in regio archivio ('Reale Archivio di Stato') in 'Sala della mostra' nuncupata conservatur, f.* 85—86′ *inserta (quae in Bibl. hag. Lat. nr.* 1250*h* enarrata esse videntur*) non adhibuimus.*

Vitam II (= Bibl. hag. Lat. nr. 1248*) continet Codex Florentinus Laurentianus Plut. XX,* 6 *(= c.), membr., saec. XIV. in., fol.* 13′—16′*, quem descripsit A. M. Bandini, Cat. cod. lat. bibl. Medic. Laurent. I (Flor.* 1774*),* 615—8 *(p.* 616*: Vita II.). In hoc codice a Blasio monacho Florentino conscripto collectio vitarum quorundam sanctorum inserta est, inter alios Vita quaedam s. Iohannis Gualberti*[4] *et Vita II. s. Bernardi, quae primo in lucem edita est a.* 1858. *in Monum. Parm. l. c. p.* 512—15*. Quia ille Blasius inter litteras* ti *et* ci *non distinguit, nos usum rectum Latinum secuti sumus, imaginibus codicis lucis ope factis, a v. d. Th. Zwölfer iterum cum plagulis collatis, usi. Capitulis secundum codicem plerumque distinctis numeros adiecimus.*

Vitae III (= Bibl. hag. Lat. nr. 1249—50*), quae in supradicto regii archivi Florentini codice fol.* 72 *sqq. una cum miraculis et hymnis in s. Bernardi honorem compositis*

elymosinarum elargitioni, 'sollicitudini hospitum', aliis virtutibus omnibus sic vacare cepit ... (inter signa '' ea, quae ex regula s. Benedicti desumpta sunt, posuimus).

Vita III (Mon. Parm. III b p. 500) secundum Vitam I: *vestiebatur cilicio, vigiliis et orationibus carnem domans, in cibo parcissimus, in silentio studiosus, diurnis officiis et nocturnis assiduus, humilitatis erat et castitatis amicus, patientiae et obedientiae virtute repletus; multa illi circa socios charitas; multa benignitas.*

ib. (p. 501) secundum Vitam II: ... *abundantioris abstinentiae, humilitatis et patientiae itinera sectabatur; in elemosynis largus, in suscipiendis hospitibus alacer, in rebus temporalibus providus, circa infirmorum provisionem solliciti us, erga inobedientes terribilis et severus, obedientibus autem erat affabilis et suavis.*

1) Recte in Vita III (p. 500) Bernardus una cum Heinrico V. imperatore in urbe Roma fuisse narratur (cf. p. 1319 n. 6), quod in aliis Vitis non refertur. 2) Cf. supra p. 1077. 3) Cf. supra p. 1078. Quem codicem socius noster A. Hofmeister a. 1918. evolvit. 4) Cf. supra p. 1078 et Davidsohn l. c. p. 54, Bibl. hag. Lat. nr. 4401.

serratu est, editionem principem, opinione Bollandianorum mutatam et fraudulenter interpolatam, instituit A. Cyprarius, 'Vita S. Bernardi Parmensis ep. etc.' (Romae 1602). Post eum Thesaurus [Velius], 'Vita S. Bernardi monachi et abbatis monasterii S. Salvii et Vallisumbrosae generalis, S. R. E. cardinalis, et Parmensis episcopi' (Romae 1612) hanc Vitam III. edidit. Vita I. iam a. 1609, *ut diximus, edita Vitae III. versio in linguam Italicam translata a.* 1618, *in urbe Parma proposita est. Praeterea in editorum numero nominandi sunt supradictus b. m. Affò, qui cautissime de s. Bernardi curriculo vitae egit, et editores Monum. Parm. l. c. p.* 497—511[1].

P. E. Schramm.

VITA PRIMA BERNARDI EPISCOPI PARMENSIS.

Prologus[a] vite et miraculorum beati Bernardi episcopi et confessoris.

Verbum regis celare bonum est, opera Dei enarrare gloriosum est[2]; mirabilis enim Deus in sanctis suis, quibus ingiter in cunctis rectis actionibus adiutor et cooperator existit, et ideo in eorum laudibus magis divina misericordia et auctoritas quam ipsorum gloria commendatur. Unde quidam ex illis ait: 'Non ego autem, sed gratia Dei mecum'[3]. Hoc idem etiam ipsa veritas attestatur dicens: 'Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis, et sine me nihil potestis facere'[4]. Salubre igitur est et idoneum, ut mirabilem Deum in sanctis suis, id est in eorum operibus profiteri, predicare, laudare et honorare studeamus. Hoc etiam, ut fiat, per psalmistam clamat: 'Sacrificium laudis honorificabit me et illic iter, quo ostendam illi salutare Dei'[5]. Ad hec quoque agenda quidam sapiens nos hortatur dicens: 'Laudemus viros gloriosos'[6], qui vicerunt regna mundi, et nos laudemus viros, qui ob amorem Christi et fidei eius devotionem terrena predia et carnales affectus et vanos honores ac mundi gaudia vinculo charitatis[7] Christi compediti ab ipsa adolescentia viriliter perseverando contempserunt. E quibus venerabilis Bernardi Parmensis episcopi sanctitas in vita et post obitum corruscando miraculis divina gratia commendatur; quod homo minus idoneus et imperitie nota circumfusus significare aggrediens non presumptione animi, sed venerabilis abbatis Sancti Salvii[8] et aliorum fratrum precibus postulatus, qualibuscumque litteris nobis Dominus vires prestiterit, hoc facere spopondi. Rogamus itaque patres et confratres et socios nostros, ut venerabilis viri memorie laudem tribuant et non detrahant, cuius sanctitatem pro miraculis divina virtute exhibitis populus civitatis et pene universi episcopii Parmensis digna veneratione collaudando extollit. Liquet itaque, quia, quicumque eius actionibus detrahit, notam sibi confusionis et periculum detractionis adducit.

Pridie[b] idus Decembris. De sancto Bernardo episcopo confessore[b].

1. Igitur venerabilis episcopus Bernardus Florentia civitate nobili genere Ubertorum[c] ortus, litterarum studiis a pueritia traditus, contemptis carnalibus affectibus ab ipso sue adolescentie primo tempore in Vallimbrosiana[d] congregatione apud Sanctum Salvium[8] mo-
1085. nachicum[e] suscepit habitum, in quo multorum[f] sanctorum more commendabilem vitam gerens in asperitate cilicii, in[g] vigiliis et orationibus carnem macerans in abstinentia et[h] patientia, in humilitate et compassione et in reliquis[h] sancti exercitii virtutibus Deo assidue

a) *prologus non nisi in B traditus est.* b) *ita A, ubi prologus deest;* Incipit vita sancti Bernardi episcopi Parmensis *B.* c) de Ubertis *B.* d) Valimbrosiana *A;* Vallumbrosiana *B.* e) monachinicum *A;* monasticum *B.* f) multo *A.* g) in *om. B.* h) in hum. et pat. et compass. et reliquis *B.*

1) Cf. etiam Nestore Pelicelli, 'Vita di San Bernardo degli Uberti Abate Generale di Vallombrosa, Cardinale di Santa Chiesa e Vescovo di Parma' (Parma 1923). 2) Prov. 25, 2: *Gloria Dei est velare verbum et gloria regum investigare sermonem*; Eccli. 18, 2: *Quis sufficit enarrare opera illius?* 3) 1. Cor. 15, 10: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* 4) Ioh. 15, 4: *Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis*; ib. 15, 5: . . . *quia sine me nihil potestis facere.* 5) Ps. 49, 23: *Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* 6) Eccli. 44, 1: *Laudemus viros gloriosos.* 7) Osee 11, 4: *in vinculis charitatis*; Coloss. 3, 14: . . . *caritatem habete, quod est vinculum perfectionis.* 8) Ecclesia prope civitatem Florentinam sita et a. 1048. b. Iohanni Gualberti concessa, qui ibidem monasterium postea in congregatione Vallumbrosanorum praeclarissimum erexit, cf. P. F. Kehr, Ital. pontif. III, 39sq. et Vitam s. Iohannis Gualberti c. 25, supra p. 1086.

devotus[a] placere studuit. Unde factum est divina dispensante gratia, ut post maiorum suorum dormitionem in eorum loco prius apud Sanctum Salvium in abbatem promoveretur[1], post 1091.
deinde in Vallimbrosiano[b] monasterio ad retinendas et conservandas[c] monastici ordinis c. 1098.
disciplinas in observatione regule beati[d] Benedicti cunctis preficeretur[e,2]. Quod per multa annorum curricula, Deo auxiliante, honorifice et laudabiliter manante[f] ex eadem congregatione virtutum odore[g] viriliter tenuit, cuius quoque opinio usque ad summi pontificis Urbani[h,3] notitiam prolata[i] gratissime suscepta est. Cognitoque[k] honestatis ac religiositatis eius studio ad perferendos Romane ecclesie labores inter varios huius seculi fluctus et pericula in suum adsumpsit[l] adiutorium cardinalemque presbiterum[m,4] instituit. Quod 1099.
quam iuste, quam religiose officium inreprehensibiliter[n] observaverit, Romane urbis sanctorum multitudo adhuc testis existit.

2. Cumque[o] eo tempore pro ecclesiasticis responsis sub Paschale[p] pontifice[5] per diversa loca mitteretur[6], contigit[p] eum per Parmensem civitatem habere transitum. Que civitas eo tempore simoniace heresis polluta scismate et divisa circumsedentibus locis et civitatibus asperitatis et feditatis horrorem[q] et fastidium exibebat. Quo cum pervenisset, a saniori[r] parte plebis honorifice susceptum rogare ceperunt, ut salutis unitatem sibi predicaret eosque expulsa sorde polluti scismatis in splendore concordie catholice fidei divina auxiliante misericordia reduceret. In quo opere quantis iniuriis exasperatus quantisve conviciis sit lacessitus, quomodo vel quanta contumelia ab insano[s] populo sit ab altari abstractus, referre paulo diligentius curamus, quia est opus patientie[t] laude dignissime[t]. Cumque[u], ut iam dictum est, pro concordia facienda a maioribus civibus catholice fidei unitatem diligentibus reverenter fuisset susceptus, fit continuo totius pene episcopii[v] omnium procerum ad audienda[w], que tractanda erant, in maiori ecclesia sollempniter concursus; ubi cum exortatione ille etiam benedicere eis disponeret, quatinus ad pacis unitatem eos perduceret, cunctis catholice fidei cultoribus illic circumsedentibus et observantibus se reverenter preparavit ad sacri altaris ministerium. Iam vero perlectis orationibus, quibus divina maiestas pro peccatis populi exoratur, ecce repente insani populi rumor cum strepitu quasi cominus[x] pugnantis intus et extra ecclesiam vehemens et terribilis cepit audiri atque videri. Quo commoti terrore, qui convenerant[y], per loca occulta fugientes solum prope altare reliquerunt[z]. Illis vero fugientibus adversarii rugiendo circumsteterunt seve[a] minando, ut moriturus ab altari secederet. Qui sanctam continuo crucem manibus[b] apprehendens divinam maiestatem rogare cepit, ut a tanto scelere eorum manus innoxie 1104. (Aug.)
dierent. Cumque vero ita suppliciter Deo preces et lacrimas funderet, ecce unus ceteris nequior et malitia[c] audacior inter sacerdotem et altare subintrans in eorum manus fremendo eum impie expulit. At illi eum tenentes et ab ecclesia vociferando trahentes et educentes verbis et factis illusum in cuiusdam turris claustro arctaverunt. Ecce in carne huius completum est, quod per beatissimum[d] dicitur Paulum[d]: 'Suppleo ea, que desunt passionum Christi, in carne mea'[7]. Nam iste, ut scismaticos et hereticos concordaret, talia passus est.

3. Altera[e] vero[f] die compuncti et prostrati ad pedes eius, postulantes veniam, unanimiter ceciderunt, dicentes diaboli instinctu impiam temeritatem se perpetrasse. Quorum

a) devote *A*. b) vallibrosiano *A*; Vallumbrosiano *B*. c) confirmandas *B*. d) S. *B*. e) proficeretur *A*. f) manente *A*. g) odorem *A*. h) *sequ.* II *B*. i) perlata *B*. k) *praecedit signum* ¶ *A*. l) ascivit *B*. m) et presb. *A*. n) inreprehesibiliter *A*. o) *nulla cap. distinctio AB*. p) contingit *A*. q) horrores *A*. r) seniori *A*. s) insanio *A*. t) *ita A*; patientia laudeque dignissimum *B*. u) *praecedit signum* ¶ *A*. v) Epi *A*. w) audiendā *A*. x) commius *A*; quominus *B*. y) cum venerant *A*. z) relinquerunt *A*. a) se *A*. b) in man. *B*. c) in mal. *B*. d) beatum Paulum dicitur *B*. e) *praecedit signum* ¶ *A*; *nulla cap. dist. B*. f) autem B.

1) Praedecessor Bernardi ultimum in chartis reperitur a. 1091. Dec. 7; cf. R. Davidsohn, 'Forsch. z. älteren Gesch. v. Florenz' I (Berol. 1896), 67. 2) De tempore vide ib. p. 67 et I. Affò, 'Vita di S. Bern.' p. 110 sq. 3) Urbanus II (1088—99). 4) Tituli S. Chrysogoni, ut ex chartis Paschalis II. papae inter 14. Apr. 1100. et 20. Mart. 1105. datis necnon ex Vita s. Iohannis Gualberti auct. Andrea Strumensi c. 95 et s. Bernardi, Vitis secunda et tertia apparet; cf. G. Schwartz, 'Die Besetzung d. Bistümer Reichsitaliens' (1913) p. 187 sq.; supra p. 1104; infra p. 1325; Mon. Parm. l. c. p. 502. Primo in Guidonis comitis senioris charta a. 1099. Aug. 30. data honore cardinalatus ornatus occurrit. 5) Paschalis II (1099—1118). 6) Erat enim vicarius apostolicus in Lombardia, cf. Donizo II c. 14 (SS. XII, 398), Landulfus iunior c. 8 (ib. XX, 23), Davidsohn l. c. p. 67, A. Overmann, 'Gräfin Mathilde von Tuscien' (Innsbr. 1895) p. 168 nr. 67a. 7) Coloss. 1, 24: *adimpleo ea, quae desunt passionum Christi, in carne mea* . . .

ut vidit humilitatem, tam facile ignovit, ac si nichil offense actum fuerit. Sed quia raro humani generis inimicus ex antiqua possessione eicitur nisi gravi contumelia aut morte sanctorum, factum est in membro, quod gestum videmus in capite. Etenim Dei filium Iudei[a] exprobraverunt[1] et contumeliis[b] affectum occiderunt[2], ut eius patientie benignitas in salutis exemplo notaretur et iustitia predicaretur, quod contumelia ab imperitis et impiis credebatur. Ita quoque et[c] huic Parmensi populo contigit, ut, cui ignoranter gravis scandali contumeliam irrogaverat[d], illi postea devotis obsequiis deserviret[e]; et quem[f] prius blasfemando et illudendo in carcere retinuit[g], ab ecclesie[g] symoniace sordis contagione et suorum vinculis peccatorum frequenti eius benedictione usus, Christi gratia auxiliante, postea mundatus[h] et liberatus est. Nam postea ab ipsis civibus a domino papa Pascale expetitus, ut vir tanta sanctitate opinatissimus sibi concederetur in episcopum, eorum cupiens saluti providere[i] prebuit assensum, si tamen eius vellent iussionibus parere, ne ulterius contra apostolicam ecclesie[k] sententiam[k] deservirent[l] iniquis regibus[3]. Veniens
1106. igitur dominus papa in Longobardie partes, ut synodum ageret[4], deductus [est][m] Parmam cum multis Deum timentibus et nobilibus secularibus; adsunt continuo cives supradicte petitioni instantes, promittentes se cum apostolica sede semper velle permanere et suis omnino decretis fideliter obedire, si votum suum de venerabili sacerdote compleretur[n]; quod opitulante divina misericordia, ipso tamen multum reluctante, cunctis gaudentibus completum
(Nov. 2.—4.) est, atque ab eodem domino papa ad honorem Dei et totius populi salutem in ipsa civitate est episcopus[o] consecratus[o. 5].

4. Dehinc[p], que in tempore eius sacerdotii[q] ad honorem Dei et plebis terre commodum gesta sunt, breviter enarrentur[r]: nam pene omnia, que suo populo ventura erant, per prophetie spiritum predicebat[s].

1108. Eo[t] siquidem tempore[6], quo in episcopum[u] electus est, maiores cum minoribus subiectioni matricis[v] ecclesie obviarunt[w] de Burgo sancti Donini, unde civitas contra eos furens indignabatur, et sepe vocati [sunt][m] per sacerdotem eiusque legatos, ut ad pacis concordieque[x] gratiam remearent. Et [cum][m] nulla ratione sue persuasionis a sue obstinationis malitia revocare eos posset, suis civibus de eis sententiam protulit eorum vesaniam[y] proprie superbie iudicio fore plane humiliandam, quod continuo facili civitatis impetu vidimus paratum[z]. Quos precipue cavere monuit ab homicidiis et effusione sanguinis. Sed sepe ex gravi vicinarum urbium impetu[a] merito sanctitatis eius et orationum, que se manuiniter ad destruenda eius civitatis menia preparaverant[b], vidimus eius cives non solum
1121 (1120). liberatos, verum etiam mirabiliter victores extitisse. Denique[7] Placentini cum Cremonensibus et infinito exercitu undique conducto in tempore eius sacerdotii aggressi sunt expugnare Parmensem[c] urbem[c]. Et per totam diem iuxta civitatem preliando, in sequenti[d] nocte divino nutu territi cum damno et confusione sui exercitus inopinabiliter recesserunt.

1131 (1130). 5. Sub[e] eodem[f] vero tempore[f], cum ipsi Cremonenses copiosa armata manu et cum[g] mirabili[g] multitudine militum et peditum super eosdem Parmenses venissent[8], merito sancti episcopi, divina propitiante clementia, pene omnes ceperunt et captos in suam urbem adduxerunt[h]. Itemque[i] in sue malitie pertinatia perdurantes, invidentes et persequentes

a) iudi *A*. b) contumelia *A*. c) ut *A*. d) irrogaverit *B*. e) deservirent *A*; deservivit *B*. f) que *A*. g) reclusit, ab eodem *E*. h) mondatus *A*. i) praestare *B*. k) ecclesiam, *om.* sententiam, *B*. l) deservirent *A*. m) *uncis* [ ] *inclusa om. AB*. n) compleret *B*. o) consec. episc. *B*. p) *nulla cap. dist. AB*. q) sacerdotis *corr.* sacerdotii *A*. r) enarrarentur *A*. s) predicabat *A*. t) *praecedit signum* ℭ *A*; *nulla dist. B*. u) episcopatum *B*. v) matris *B*. w) obviabant *B*. x) et concordie *B*. y) ve sanis *A*. z) patratum *B*. a) ipse tu *A*. b) prep. et convenerant *B*. c) urb. Parm. *B*. d) frequenti *B*. e) *nulla cap. distinctio AB*. f) idem vero tempus *B*. g) innumerabili *B*. h) ita *A*; adduxerunt *B*. i) item quia *A*.

1) Ps. 88, 52: *Quod exprobraverunt inimici tui, Domine, quod exprobraverunt commutationem christi tui.* 2) Matth. 22, 6: *Reliqui vero tenuerunt servos eius et contumeliis affectos occiderunt.* 3) Sap. 14, 21: *Et haec fuit vitae humanae deceptio: quoniam aut affectui aut regibus deservientes homines* . . 4) Concilium mense Oct. 1106. apud Guardastallum celebratum. 5) Praesente Mathilda comitissa, cf. Donizo II v. 1098 sq. (SS. XII, 401) et Landulfus iunior c. 8 (ib. XX, 24); de die consecrationis vide Chron. Parmense ed. G. Bonazzi (Muratori, Rer. Ital. SS., n. ed., IX, 9) p. 3 n. 4. Dignitate episcopali ornatus in chartis primum occurrit 9. Iun. 1109, cf. Overmann, l. c. p. 181 nr. 116. 6) Cf. Chron. Parm. ad a. 1108, l. c. p. 4 cum n. 3. 7) Chron. Parm. ad a. 1121, l. c. p. 4; Sicardus ad a. 1120 (SS. XXXI, 163); Ann. Crem. ad a. 1120 (ib. p. 4 et n. 1). 8) Chron. Parm. ad a. 1131, l. c. p. 4; Ann. Crem. ad a. 1130, l. c. p. 4.

episcopum eiusque civitatem fraude pretii corruperunt quosdam viros, qui eis tradiderunt locum munitissimum[a] adversus eius civitatem, Bersilum[1] scilicet, ubi ponentes militum multitudinem terrere[b] et vexare dure ceperunt episcopum et civitatis populum. Cuinque sanctus episcopus in terrore et tremore suum videret populum constitutum, de spe divine protectionis et adiutorii cepit suos dulciter refovere, ut in nullo dubitarent se super eorum superbiam victores existere, amonens eos semper et deprecans in his malis, ut cor et manus suas ab homicidiis et sanguinis effusione custodirent.

Talia[c] eo predicante, congressis[d] tantam Deus eis[e] civibus[e] victoriam contulit, ut velut apes fumo, sic territi et stupefacti sunt ad eorum impetum; et multos ex eis ceperunt et castrum illis violenter abstulerunt ac fugere ultra Padum compulerunt. Et sic tandem humiliati, eorum persecutio[f] a suo episcopo desistere cepit. Hec omnia suo populo ante rei eventum semper contingebant[g], sic eo predicante: Ecce vere[h] sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo et inventus est iustus, et in tempore iracundie factus est reconciliatio[1.3], quia, ut eius sanctitatis meritum patesceret, talia permissa sunt evenire, que illum dignum divina protectione ostenderent. O beatum virum, qui semper in Domino confidens[3] inimicos humiliavit[4] et suo populo victoriam contulit! Unde bene scriptum est: 'Benedictus vir, qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius'[5].

6. Etiam[k] hanc[l] quoque gratiam sibi Dominus contulerat, ut iniquis esset terribilis, sanctis et Deum timentibus affabilis et suavis. Aliquando nempe regrediens de Tuscie partibus incidit in adversarios, qui cupientes eum et secum gradientes propriis facultatibus expoliare, ita blandimento verborum et mansuetudinis dulcedine eorum elationem et audatiam mitigavit, ut[m] suavitate predicationis detenti animi[n] malitiam obliviscerentur et cum eo pariter plurimum itineris[o] spatium pergerent; ac demum relinquentes sanctitati eius se[p] suppliciter commendavere.

7. Fuit[q] quoque vir iste sepe in multis et magnis periculis pro honore et gratia apostolice sedis[r]; et[r] ipsa cum auctoritatem constituisset sibi super Regii civitate[t], mox contra suorum civium voluntatem cum legato Romane ecclesie Reginam[s] civitatem publice festinavit excommunicare. Quo cum pergeret, ab ipsius militibus in medio itineris[t] cum suis captus est. Sed propitiante divina clementia mirabiliter liberatus est, patrocinio nobilis viri Arduyni[7] subveniente. Ob[u] hoc[u] post hec per multos dies suorum civium iram et persecutionem sustinens de loco in locum per episcopium[v] fugiens latuit. Illos vero principes, qui gratiam apostolice sedis et pacem communicabant, diligebat permaxime[w]. Nam cum gloriosus Lotharius[x] ab ecclesia et ab principibus fuisset electus[y], adeo gavisus 1125.
est, ut adveniente in Ytaliam[z] etiam corporis infirmitate gravatus Veronam[a] sibi festinaret 1132.
occurrere[a.8]. Ita semper profectui concordie favens ecclesie et defectui atque merori condolens et in hoc etiam adversarii temptationem graviter pertulit[b], quia cum ipsis, qui secum erant, expoliatus[c] de manu latronum vix evasit.

8. Quodam[d] etiam tempore de Brixianis partibus veniens devenit ad monasterium Aque nigre[9] ibique honorifice susceptus est. Erat autem ibi quidam frater proximus

a) immitissimum *A*. b) terrore *A*. c) *praecedit signum ¶ A; nulla dist. B.* d) congressui *B*. e) civibus eis *B*. f) sancto *B*. g) *ita B;* contingebat *A*. h) vere *om. B*. i) *primum* e *ex* l *correctum esse videtur A*. k) *nulla cap. distinctio AB;* Nam *B*. l) hac *A*. m) et cum *A*. n) iniqui animi *B*. o) iteneris *A*. p) *sic A*. q) *nulla cap. distinctio AB*. r) nam cum Mediolanenses tunc temporis regem Corradum contra Romanae sedis auctoritatem constituissent regnare *(quod a. 1128. factum est) pro* et ipsa — civitate *B*. s) regiam *B*. t) itinere *B*. u) Ob hoc *om. B*. v) episcopatum *B*. w) quam maxime *B*. x) Loctarius *A*. y) ductus *A*. z) Ytalia *A*. a) fest. occ. sibi Ver. *B*. b) pretulit *A*. c) expoliati *A*. d) *nulla cap. distinctio AB*.

1) l. c. Brescello. 2) Eccli. 44, 17: *Noe inventus est perfectus, iustus, et in tempore iracundiae factus est reconciliatio.* 3) Ps. 2, 13: *beati omnes, qui confidunt in eo.* 4) 1. Par. 17, 10: *humiliavi universos inimicos tuos.* 5) Ierem. 17, 7: *Benedictus vir, qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia eius.* 6) Quid a. 1111. in controversiis inter papam et imperatorem habitis egerit, vide I. Affò, 'Storia della città di Parma' II (Parma 1793), 138; id., 'Vita di S. Bern.' p. 59; MG. Const. I, 148 et SS. XII, 408; cf. etiam supra p. 1315 n. 1. 7) Arduinus comes de Palude (Palù), de quo Overmann l. c. passim et Affò, 'Storia di Parma' passim. 8) Ob civium Veronensium hostilitatem Lotharius civitatem non intravit; cf. W. Bernhardi, 'Jahrb. d. deutschen Reiches, Lothar v. Supplinburg' p. 443 f. In Lotharii coronatione Romana Bernardus praesens fuit, cf. Const. I, 167, nr. 114, l. 32. 9) Monasterium s. Thomae de Aqua nigra

morti in agone consistens. Rogatus itaque ab abbate et fratribus, ut eius animam venerandus episcopus Domino commendaret, ad horam distulit preces petentium, detentus in aliis necessariis[a] sermonibus. Iussit vero sibi nuntiantibus, quatenus ei per obedientiam ex parte Dei preciperent[b], ne anima corpus derelinqueret, quoadusque sibi licuisset occurrere; quod ita factum est. Ecce vir mirabiliter fortis, qui vite imperavit, ut staret, morti, ne accederet, ne fidelis anima sine sacerdotalis benedictionis consolatione de seculo recederet.

9. Nec[c] illud nobis reticendum est, quod fertur in ecclesia Mediolanensi posito sibi accessisse[d] miraculum. Cum enim pro pace et communi salute populi totius Ytalici regni rogatus foret, ut Mediolanum pergeret et ibi per dies aliquot cum archiepiscopo moraretur, rogavit[e] archiepiscopum[f], ut reliquias beati Ambrosii privatim[g] cum paucis sibi inspicere permitteret. Sed cum per diem pro populi frequentatione id agere non valeret, sustinuit noctis secretum, ut[h] sine rumore vel suspitione perficeret. Eunte vero illo cum paucis noctis medio, precipiente archiepiscopo, ferente lumen sacerdote in manibus accidit, ut[h] in illo loco satis obscuro candela illis extingueretur. Facta igitur difficultate inspiciendi reliquias pro defectione[i] luminis, ingemiscens sibi improperabat dicens: 'Iure tibi contigit, quia tue[k] minime indignitati[l] congruebat videre reliquias piissimi confessoris'. Cumque secum talia volveret, repente lumen in extincta candela ex improviso inopinabiliter[m] apparuit, et suum votum cum augmento letitie auxiliante Deo[n] complevit.

10. Erat[o] interea fide firmus, spe patientissimus, caritate diffusus, corpore castissimus, in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio providus, in universa morum honestate preclarus, se ipsum cotidie in memoria dominice passionis exhibens holocaustum Deo et maxime, cum[p] ad id opus adstaret, id est, cum sacram hostiam Deo libaret; et ut eius predicatio suos auditores ad mundi contemptum adduceret, clamabat dicens: 'Nolite diligere mundum neque ea, que in mundo sunt[1]; preterit enim figura huius mundi[2]'. Si quando vero egrum visitare pergeret[q], pondus egritudinis videbatur egroto discedere.

11. Sunt[r] denique multa, que meritum sanctitatis eius et fidei predicare et attollere debeant[t], sed ea sapientioribus honestioribusque viris relinquentes ad[s] eius[t] obitum et miracula post obitum breviter insinuanda adiuvante Domino veniamus. Ipse enim ante plures dies sui corporis futuram dissolutionem previdens[u] suos spirituales filios, religiosos viros, se visitare fecit. Attente[v] se ipsum Deo commendans, per meritum sanctitatis ac fidei eorum[w] commonens eos de pace et unitate concordie sive[x] gubernatione ecclesie Dei
1133. Dec. 12 (1). inter eorum manus migravit pridie idus[a] Decembris sepultusque est in maiori ecclesia in monimento reverenter iuxta tanti pontificis honorem, ubi[y] divina prestante gratia ad honorem[z] Dei ob meritum sancti episcopi fiunt cotidiana miracula, dum languentium multitudo, diversorum languorum gravamine oppressi, recepta sospitate, ad sua redeunt cum letitia. Ibi etenim[z] ceci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, mutorum lingua aperitur, ferrei nexus ad eius invocationem franguntur, morti proximi sanitati redduntur[a], demoniaci curantur, febribus vexati concita[b] sanitate letantur. Amen.

a) necessaris *A*. b) preciperet *A*. c) *praecedit signum* ¶ *A; nulla cap. dist. B.* d) accidisse *B*. e) rog. archiep. *om. A*. f) privato *A*. g) et *A*. h) ut *om. A*. i) defectu *B*. k) tua *A*. l) indignati *A*. m) inopinabiliter *om. B*. n) Domino *B*. o) *nulla cap. dist. AB*. p) cum *A*. q) contingeret *B*. r) debebant *B*. s) *praecedit signum* ¶ *A*. t) eius *bis scriptum A*. u) pro- *corr.* pre- *A*; praedicens, per *B*. v) attende *A*. w) eorum; et *B*. x) siue *vel* sine *A*; sive *B*. y) ubi — honorem *om. A*. z) enim *B*. a) redeuntur *A*. b) *ita B*; cōota *A*.

(Acquanegra sul Chiese) a. 1055. fundatum, olim ad Brixiensem, nunc Mantuanum episcopatum pertinens; cf. P. F. Kehr, Ital. pont. VI, 1, 354 sq.

1) 1. Ioh. 2, 15: *Nolite diligere mundum neque ea, quae in mundo sunt.* 2) 1. Cor. 7, 31: *praeterit enim figura huius mundi.* 3) Ita etiam in Vitae I. superscriptione; secundum Vitam II, c. 14: *celica penetravit MCXXIII. II° nonas Decembris*, i. e. Dec. 4; cf. p. 1827. In Vita III. dicitur, quod eius *obitus celebratur pridie nonas Decembris*; cf. Mon. Parm. I, c. p. 508. A. 1139. Dec. 3. corpus s. Bernardi a Lanfranco successore elevatum est; cf. I. Affò, 'Storia della città di Parma' II (Parma 1793), 178; id., 'Vita di S. Bern.' p. 169, ubi inscriptio arcae plumbeae contemporanea adnotatur. Diem autem Dec. 4, non 12, celebravit ecclesia Parmensis.

12. Quedam[a] mulier de Burgo sancti Donini unicam habens filiam, de cuius[b] solummodo[c] funeris obsequio iam tractabatur, anxia mater beati episcopi sanctitatem[d] recordata ymaginem cere ad instar corpusculi infantule compositam eius sepulcro cum fide et veneratione obtulit; hec[e] statim sine[f] mora filia penam mortis evasit.

13. Sed[f] et alia gravi et diutino langore fatigata, poplite[g] scilicet contracto calcaneum in natibus figens, ad eius tumulum fideliter[h] lacrimas fundens, divina miserante pietate, teste populo incolumis redivit[i] ad propria.

14. Sed[k] nichilominus illud[l] non est obliviscendum miraculum. Mulier de castro Regnani[m.1] lumine indigens oculorum fatigata ad eius pervenit tumulum, postulans sancti viri meritis adiuvari suas Domino preces offerendo; ad suum absque ductore locum remeavit incolumis.

15. Aliud[k] quoque eque[n] miraculum non est memorie defraudandum, in quo sancti viri meritum celitus divina misericordia commendavit[o]. Quidam[p] cum[q] sua uxore ceca egrediens sanctorum loca vel sepulcra ab Illirico usque ad occeanum peragrans[r] sanctorum suffragia super corporis debilitate invocando et revertendo Mantuam ingrediens[s], audita miraculorum fama sancti viri, ad eius pervenit reliquias. Ibique a tenebroso sanata langore solempniter reddidit Deo[t] gratiarum actiones.

16. Sed[u] nec illud pariter[v] est pretereundum miraculum, quod factum est in partibus nostris notissimum. Mulier nimia[w] egritudine[x] lassata[w] aurium auditum ac lingue perdiderat officium. Cognitis virtutibus, que fiebant propter eius sanctitatis meritum, fideliter credendo impetravit, quod devotione mentis medicamentum salutis[x] poposcit. Nam a[y] langore curata[z] continuo[a] sospes redivit ad propria. Sed hec omnipotens Deus ideirco mirabiliter operatur in creatura, ut ad[b] nostram intelligentiam sensificet[c] eos, qui in hac vita sibi fideliter adherent, etiam post mortem nobis optinere medicamentum salutis posse[d]. Unde scriptum est: 'Filii hominum, scitote, quoniam mirificavit[e] Dominus sanctum suum'[2].

17. Ferrea[f] quoque vincula merito sanctitatis eius per Christi[g] gratiam[g] novimus esse dirupta, que ad eius dependent sepulcrum ob[h] beati viri memoriam. Denique venerandus episcopus Lanfranchus eius successor[3] in quadam arce pro sua superbia quendam in carcere vel catenis religaverat. Ibique inter custodes circumsedentes dolendo, flendo[i] die noctuque[k] permanebat. Ubi autem parentum, propinquorum, amicorum vicinorumque sibi deesse solatium vidit, ad Dei omnipotentis misericordiam et sancti sacerdotis suffragium, quem in vita sua dilexerat, se contulit et mox exinde mirabiliter ruptis catenarum vinculis merito sancti viri et nominis Domini invocatione a predicta[l] pena liberatus est veniensque ante sepulcrum eius prostratus gratias Deo retulit.

18. Nec[m] illud etiam, quod intra eandem urbem contigit[n], est silentio[n] pretereundum[o]. Quidam[p] enim clericus a quodam cive captus et latrocinii crimine inculpatus infra dies quadragesime duris ferri nexibus acerrime[q] religatus est. Cumque ad sacros dominice passionis dies ventum fuisset, in quibus fideles christiani ecclesiam solempnius frequentant, et ille nulla miseratione pietatis a vinculis solveretur, tristis intra semetipsum cepit gemere, quod communi letitie sanctorum in[r] sacris diebus[r] minime adesset. Invocata igitur Christi maiestate[s] et auxilio sancti Bernardi episcopi, repente confractis vinculis exilivit et ad maiorem ecclesiam confugit et in turba populorum ante sepulcrum eius prostratus ea, que acciderant[t], populo astanti cum lacrimis indicavit. Qui continuo

a) *praecedit signum* ¶ *A; praecedit* Incipiunt miracula *B.* b) eius *B.* c) modo *om. B.* d) sanctitate *B.* e) nec *B, ubi* statim sine *om.* f) *nulla cap. dist. AB.* g) polpite *A.* h) fidenter *B.* i) redimit *A;* rediit *B (ita etiam l. 22).* k) *praecedit signum* ¶ *A; nulla cap. dist. B.* l) aliud *B.* m) Regnāni *A.* n) eque *om. B.* o) commendatur *B.* p) Qudam *A.* q) cum *bis scriptum A.* r) peregrans *A.* s) ingredigens *A.* t) Deo *om. B.* u) *nulla cap. dist. AB.* v) pariter *om. B.* w) nimia egr. lassata *om. B.* x) salutis *om. B.* y) a *om. B.* z) sanata *B.* a) continuo *om. B.* b) ad *om. A.* c) significet *B.* d) possint *A.* e) mirificet *A.* f) *nulla cap. dist. AB.* g) merita Christi *B.* h) O *A.* i) et flendo *B.* k) notuque *A.* l) dicta *B.* m) *nulla cap. dist. AB.* n) contingit *A.* o) silendum *B.* p) *praecedit signum* ¶ *A.* q) accerrime *A; om. B.* r) his *pro* in — diebus *B.* s) misericordia *B.* t) acciderent *A.*

1) Regnano apud Fivizzano (prov. Massa e Carrara) aut Regnano apud Città di Castello (prov. Umbria).

2) Ps. 4, 3 et 4: *Filii hominum ... et scitote, quoniam mirificavit Dominus sanctum suum ...*

3) Episcopus Parmensis, † ante a. 1162.

manibus in altum extensis Deum collaudare cepit, cui[a] per meritum beati viri talia operari placuit[a]. Multimoda gratia assidue implet[b] fidelis populi corda, ut exterius mira in creatura operando fidem, spem et caritatem diffundat atque dilatet in corde credentium. Bonarum[c,d] sane fidelium narratione nuper comperimus per meritum sancti Bernardi episcopi insignia patrata miracula, que mentes infirmantium ad Christi devotionem pertrahant.

19. Et[e] aliud audite[f] miraculum, quod[f] est[f] mirabile dictu[g]. Vidimus quendam[h] iuvenem effebum ad memoriam preciosissimi[i] Bernardi[i] episcopi et confessoris paucis diebus revolutis cum matre flebili de Mantua venientem, cuius maxillam[k] dextram vidimus totam corrosam et consumptam[k] in tantum, quod os marcidum totum adesset et dentes[l] minime adfuissent[m]. Hunc enim[n] vidimus cum matre iam vetula vociferantem et reclamantem misericordiam domini nostri[o] Yhesu[o] Christi[o] cum precibus beate virginis Marie et beati Bernardi confessoris[p]. Qui cum vigiliis et orationibus instarent, tertio superveniente die perspeximus ossum in terra iacens et quendam sacerdotem ipsum idem[q] ossum in manibus tenentem[r], qui cum lacrimis clamabat dicens: 'Videte ossum putridum, quod cecidit ab ore huius infantis'. Cum maxima vero multitudo virorum et mulierum, iuvenum et puerorum, que convenerat[s] ad tam praeclarum et manifestum miraculum, orationibus et genibus flexis instaret, subito[t] vidimus in loco putrido[u] preclarum et album ossum cum carne et cute superveniens et dentes pululare et ab osso[v] exire. Hunc postea vidimus bene loquentem et comedentem, tamen semper habuit os tortum, quod credimus non fore sine causa.

20. Alius[w] nichilominus de propria civitate iuvenis, qui lingue officia[x] per septem annorum[y] curricula[y] amiserat, per visum nocte[z] vidit, ut ad eius sepulcri[a] reliquias[a] excubaret et intento corde salutis medicamentum expeteret, nec moram passus festinus adiit[b]. Cooperante Christi gratia per fidem ac meritum beati Bernardi[c] episcopi usum loquendi, exultante populo Deumque super his laudante, recepit. Hoc[d] equidem miraculum[e] narrante venerabili viro Lanfranco episcopo[1] successore suo cognovimus.

21. Quedam[f] autem mulier de burgo sancti Pauli[2] sex mensium infirmitate gravata ad eius monumentum cum devotione perrexit, nec eam divina distulit misericordia sanitati restituere. Altera[g] vero paralisis egritudine graviter dissoluta in domo Petri Bonifilii ivit ad tumulum eius ad orationem et liberata est.

22. Multis[i] annorum curriculis revolutis accidit[h] quendam puerulum duodennem[i] exire, ut pasceret porcos. Qui cum esset prope flumen, quod vocatur Parma, vocatus a diabolo proprio suo nomine sub voce cuiusdam noti militis respondit: 'Domine', inquit[k] puer[k], 'quid vultis[l]?' Cui diabolus voce[m] illius[m] militis[m] ait: 'Veni huc et accipe lambruscas et comede'. Quibus acceptis comedit, et tunc introierunt in eum duo demones, quorum unus dicebatur Nascelus[n], alter vero Pulverus[o]. Qui statim ceperunt eum vexare. Pueri vero tenentes eum, ne se precipitaret in flumen[p], clamaverunt maiores, manu ducentes[q] ad ecclesiam. Ceperunt demones clamare et eorum nomina et, quomodo introierunt, notificare; tamen[r] coacti coniurationibus dederunt responsum se non exituros, donec adessent in presentia Bernardelli Parmensis episcopi, quia[s] iam videmus eum coram Mariola iacentem et flentem. Habito[t] consilio ducitur puer ad mausoleum sanctissimi Bernardi episcopi et confessoris[s]. Quo audito ceperunt demones iurare et vociferari se non exituros pro emulo[u] episcopo isto. Tamen orationibus et ieiuniis[v] habitis coacti

a) qui ... dignatus est *B.* b) implevit *B.* c) *nulla dist. AB.* d) Bonorum *B.* e) *praecedit signum* ¶ *A*; Est *B, ubi capita non distinguuntur.* f) audite et quod est *om. B.* g) dictum *A.* h) quendam *om. B.* i) preciossimi Bernar. *A*; sancti viri *pro* prec. — confess. *B.* k) maxilla dextera erat tota corrosa et consumpta *B.* l) dentes *om. A.* m) adfuisset *A.* n) enim *om. B.* o) nostri Yhesu Christi *om. B.* p) conf. *om. B.* q) idem *om. B.* r) tenente *A.* s) cum venerant *A.* t) subito *om. B.* u) putridi *A.* v) *ita A*; osse *B.* w) *praecedit signum* ¶ *A*; *nulla cap. dist. B.* x) officium *B.* y) annos *B.* z) e *rad. ex t. corr. A.* a) sepulcrum *B.* b) adiit et *B.* c) Bernardi *om. B.* d) *nulla dist. AB.* e) miraculo *AB.* f) *praecedit signum* ¶ *A*; *nulla cap. dist. B.* g) *praecedit signum* ¶ *A.* h) accidit per *A.* i) duodenum *A.* k) inquit puer *om. B.* l) vis *B.* m) voce illius militis *om. B.* n) Nasellus *B.* o) Pulverellus *B.* p) flumine *A.* q) duxerunt *B.* r) et *B.* s) quia — confessoris *(l. 42) om. B.* t) Abito *A.* u) malo *B.* v) ieiunis, s *in loco raso scriptum A.*

1) Vide supra p. 1321 n. 3. 2) De variis locis grafico dell' Italia' ed. A. Amati VII, 2 (Mediol. 1878), nomine 'S. Paolo' aut 'S. Polo' vide 'Dizionario coro- 1378 sq.

sunt suum[a] exitum demonstrare[b]. Tertia superveniente die iuxta horam tertiam ceperunt terribiliter puerum vexare; puer vero volutabatur[c] spumans. Demones vero clamabant dicentes: 'Sancte Bernarde, miserere nostri, quia vidimus te duci a beata virgine Maria!' Demones iterum atque iterum clamantes[d] dicebant[d]: 'O beate Bernarde, cur fles? Cito exituri sumus et propter tuas lacrimas hic stare non possumus, quia lacrime tue nos incendunt et torquent'. Sacerdotibus vero illis precipientibus, ut in nomine Domini exirent et neminem[e] lederent, demones vero[f] cum adfirmatione[g] dicebant se exituros: 'sed non possumus, quia licentia non datur nobis[h] exiendi[i] a Yhesu Christo', et asserebant voce tetra beatam Mariam cum sancto Bernardo iuxta pedes domini[k] nostri[k] Yhesu Christi flentem. Iuxta horam nonam ceperunt clamare et cum magno ululatu exierunt, et puer factus est quasi[l] mortuus. Quo interrogato, quomodo se haberet, ait: 'Deo[m] gratias[m]! Liberatus[m] sum!' Quod cum audivimus, dedimus cum lacrimis gratias beate virgini Marie et beato Bernardo confessori[n] precioso[n] necnon domino Yhesu Christo, qui semper exaudit preces servorum suorum.

23. Cum[o] multa et innumerabilia[p] sint miracula, que dominus noster[q] Yhesus Christus[q] meritis beatissimi Bernardi episcopi[r] operatus sit[s], tamen ea, que vidimus et audivimus, ne oblivioni tradantur, stilo commendare curavimus[t].

Contigit[u] beatissimum Christi confessorem nature concessisse, cuius corpus ante altare preciosissimi martiris Ciriaci indecenter[v] deponitur[w] et uni soli iuveni, tamen[x] cereis circumseptum, ad custodiendum commendatur a diacono quodam. Qui[y] Albertus diaconus ait puero: 'Habeto custodiam, quoadusque[z] veniam ad te, quia videre volo palatii expoliatores'. Qui diu morans, tenebris supervenientibus, nox advenit, tamen rediens ait iuveni: 'O puer, ubi es?' Quo respondente: 'Presto sum!' ait[a] diaconus[b]: 'Cito perge, iuvenis[c], et ignem affer[d]! Ecce canonici iam lapidabunt[e] me'. Qui accepta candela a diacono ad coquinam canonicorum tendebat; qui, cum pervenisset ad meridianam portam templi, nimio splendore preoccupatus obstupuit, tamen in se rediens candelam, quam a diacono susceperat, vidit accensam. Quo facto ait: 'Domine, miserere mei!' Videns diaconus iuvenem venientem cum candela accensa ait: 'Quomodo tam cito invenire potuisti, fili mi?' 'Voluntas', inquit, 'Dei fuit, ut cito michi occurreret, quod volebam'.

Auxiliante domino nostro Yhesu Christo, qui vivit et regnat per[f] omnia[g] secula seculorum. Amen.

VITA SECUNDA BERNARDI EPISCOPI PARMENSIS.

Incipit vita sancti Bernardi monaci sancti Iohannis Gualberti abbatis episcopi et confessoris[h].

1. Bernardus ex Ubertis nobilissimis viris civitatis Florentie linea paterna traxit originem. Vita I. c. 1. Hic ab ipsis puerilibus annis cor gerens senile Christifere[i] summa devotione inhesit et post suum natum totam spem suam posuit in eam ipsique summe puritatis[k] servire statu[l] apud semetipsum sub seculari habitu, quo[m] adviveret[m], ordinavit. A patre[2] imbuendus litteris traditur, quibus brevi tempore miro modo profecit, sicut processu temporis omnibus experientia notum fuit. Quo in tempore viam universe carnis pater ingreditur, cum matre[3] unicaque sorore[4] ab ipso divitiis magnis dimittitur, ob quarum pregravatus molestiam studere dimisit et circa temporalia equis, damicellis et servitoribus secundum sui status condecentiam[n], servata honestate omnimoda[o], de cetero procuravit. Erat enim aspectu formosus, animo robustus, distribuendo largus, armis edoctus, conversatione

a) suorum *A*. b) demostrare *A*. c) colluctabatur *B*. d) clamabant *B*. e) nemini *A*. f) vero *om. B*. g) adfirmationem *A*. h) a nobis *A*. i) exeundi *B*. k) domini nostri *om. B, ubi* Christi Iesu. l) velut *B*. m) Dei gratia liberatus sum *B*. n) conf. prec. *om. B*. o) *praecedit signum* ¶ *A; nulla cap. dist. B*. p) innumerabilia *A*. q) noster Yhesus Christus *om. B*. r) episcopi *om. B*. s) est *B*. t) curamus *B*. u) *praecedit signum* ¶ *A; nulla cap. dist. B*. v) decenter *B*. w) reponitur *B*. x) tantum *B*. y) dictus *B*. z) usque *om. B*. a) ait. Cui *A*. b) diac. *om. B*. c) iuvenis *om. B*. d) defer *A*. e) lapidaverunt *A*. f) in *B*. g) omnia *om. B*. h) confexoris, *sequ. usque* incipit *c*. i) *ita* (XPe) *c*. k) *sequ. statu alia manu in marg. add. c*. l) statu *alia manu mut.* statū (= statuit) *c*. m) aduineret *c*. n) condencentiam *c*. o) moda *alia manu in loco raso et in marg. add. c*.

1) [Id est sanctae Mariae. Hofm.] 2) [Brunone filio b. m. Corbizi. Hofm.] 3) [Cui Ligardae nomen fuisse ex charta a. 1089. Apr. 26. data, infra p. 1325 *n.* 2, Affò, 'Vita di S. Bern.' p. 100 recte conclusit. Hofm.] 4) [Contissa; perperam Bernardum plures sorores habuisse R. Davidsohn, 'Forsch. z. älteren Gesch. v. Florenz' I, 67 et 'Gesch. v. Florenz' I, 289 putavit. Hofm.]

iucundus, genitrici sue subiectus, honore avidus, et licet filiis deditus, ab illis tamen vitiis, quibus illud adolescentium genus implicari solet, evitatione modo[a] ineffabili[b] circumspectus[c] et ideo cunctis eum agnoscentibus gratiosus et[d] carus[e].

2. Quadam[f] igitur nocte, dum dormitioni vacaret, quidam in pontificalibus miro candore lucentibus preparatus in quadam basilica sibi visu apparuit, qui eum quadam cuculla, quam de altari tulerat, induere voluit; ante, collocationem matris et sororis, quas pre cunctis huius vite diligebat, recipere nolle dixit, sed eis locatis sue[g] satisfacere voluntati sibi omnino pura fide promisit. Visione cessante ad se rediit et ad ea servanda, que promiserat — etsi visione nocturna —, se teneri omnimode cogitavit et eas secundum condecentiam sui status ponere et promissum implere omni preservata cautela, ne sciretur a quoquam, toto conamine procuravit.

3. Cepit[h] interea pius adolescens a consanguineis, amicis [et] caris ad [illum] tendere matrimonium[i] puellule mire pulcritudinis, nobilitatis magne[k], magnis consanguineis, [et] et dotibus[l] incitari et in tantum, quod de se timens proposuit non factis[k] matris et sororis prius velle vacare[k], ut decreverat, sed[l] seculo renunciare, referens incitantibus se fore paratum tempore decenti eorum satisfacere voluntati, locata prius predilecta sorore[k], quod displicere non debet, cum sue domus competat dignitati. Gratiose assentiunt, adolescentis prudentiam diligenter commendantes aspiciunt et ipsum futurum meliorem hominem, qui fuerit unquam in sua progenie, vere asserunt et vere hoc propheticum non intuentes dictum[m] admirati de tanta ipsius prudentia retulerunt.

1085. Confestim[n] ad monasterium sancti Salvi, sanctitate famosum, ad spatium unius miliarii prope Florentiam versus partes orientales situatum, accessit, dompnum Dominicum, abbatem monasterii, magne sanctitatis virum, expetiit et eius pedibus inclinatus, ut eum in suum monacum reciperet, affectione mirabili exoravit. Qui cum sic delicatum, formosum adolescentulum, nobilem, divitem et potentem [videret[o]], non eum posse austeritatem[p] regule [tenere[q]], sibi exposuit et presertim suorum timens potentiam, ne verteretur in periculum monasterii; cum sui premortui patris sit unicus, et ideo, sibi honore multo exhibito, prelibatis causis ei, quod eum non admitteret, patefecit. Non frangitur spe; sepius eadem repetens illuc progreditur, et in tantum Dei clementia eo abbas et conventus capitur, quod, si deberet comburi locus, ut dicunt, ipsius petitioni assentiunt et gaudiosa suavitate in fratrem eorum et monacum communi concordia, discrepante nemine, receperunt. Domum dum redire nollet, ad portam secundum statuta regule[r] ponitur et, ut de factis suis ordinet temporalibus ante assumptionem habitus, confortatur et, quod sic eum facere oporteat, sibi efficacibus rationibus demonstratur.

4. Hoc[s] tempore Bernardus inter consanguineos et notos requiritur per plures dies. Immenso dolore cum suis eius[t] mater[u] affligitur; et tandem, ubi sit, a perquirentibus invenitur. Solutis[v] crinibus et usque ad cingulum laceratis vestibus mater et soror cum consanguineis et amicis fletu dolorosissimo illuc pergunt videre solatium suum, spem suam, cor corporis sui, virum, filium, fratrem et totum bonum suum; dilectissimum Bernardum validissimis clamoribus poscunt, quo[w] viso brachiis ad se stringunt et eius brachiis ceu exanimes in terram magno spatio perstiterunt. Ex pietate Bernardus lacrimas nullo retinere modo poterat, ex quo tum ex fletu, tum ex vi, quam sibi facere conabatur nec poterat, abbatem, conventum et omnes utriusque sexus astantes ad fletum piissimum compellunt[x]. Ad[y] se genitrix cum filia ipsius germana rediit, velut amens filium con-

a) modo *eadem manu in marg. add. c.* b) li *eadem manu supersor. c.* c) sepu. fuit *alia manu in marg. add. c.* d) et carus *alia manu in marg. add. c.* e) *praecedit signum ¶ c.* f) 8ª c. g) matñ c. h) magne *in loco raso alia manu scriptum c.* i) predite *fortasse addendum.* k) factis *in loco raso alia manu corr.*, matris — vacare *hac manu in marg. add. c.* l) sed *supersor. c.* m) dictum *alia manu in marg. add. c.* n) *praecedit signum ¶ c.* o) videret *om. c.* p) austeritate c. q) timuit c., *quod in* tenere *emendandum esse videtur f, nisi gravior quaedam corruptela latet. Hofm.f.* r) *nulla cap. distinctio c.* s) eius mater *alia manu in marg. add. c.* t) *praecedit signum ¶ c.* u) *in margine inferiore columnae eadem manu add., sed postea eras., haec verba huc referenda:* quod nullus aliquid loqui quibat*(?) c.* v) *praecedit signum ¶ c.*

1) [Contessa, quae Alberico filio Gerardi Visdomini nupsit; cf. Davidsohn, 'Forsch.' I, 67. Hofm.] 2) Regula s. Benedicti c. 58 (ed. C. Butler p. 100) de disciplina suscipiendorum fratrum: ... *si veniens ... difficultatem ingressus post quattuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare et persistere petitioni suae, annuatur ei ingressus, et sit in cella hospitum paucis diebus.*

spicit, a qua cum astantibus Bernardus audiri silentio petiit, labore multo[a] habuit. Tunc Deus sic ore ipsius locutus fuit, quod matrem, sororem et astantes consanguineos et amicos ad consolationem deduxit et in tantum, quod pia genitrix sua benedictione ipsum dimisit et ad propria, patenti merore deposito, repatriavit.

5. Post[b] earum secessum prudens adolescens sua bona trifarie divisit, unam partem ad statum honorificum matris et sororis instituit, secundam suis servitoribus et pauperibus dedit et tertiam monasterio sancti Salvi, quo Deo servire decrevit, derelinquit. Cui[c] beati sancti Iacobi ecclesiam inter Foveas cum multis anniversariis usque ad quadringentos Arni fluvii copulavit[b]. His peractis habitum sancte religionis sumens, confessus[d] mortuus, alteri de mundialibus non curavit. Quod cum quidam ex ipsius consortibus agnovisset, quandam possessiunculam, quam tulerat monasterio, ingreditur et vi tenere, quod de iure non erat, omnimode procurabat. Quod ut [illegible] Bernardus, [illegible]ationi se dedit et querimoniam Deo de [illegible] quod [illegible] facere [illegible] am in [illegible] tanti gravatis infirmitate linguam perdidit. Signis Bernardum [illegible] usque pedibus provolutus nutibus misericordiam petit, orationi se dedit; concito, ut prius, lingue beneficium recepit, sublatum restituit et de cetero defensor monasterii in omnibus et contra omnes fidelissimus semper fuit.

6. Sumpto[e] igitur sancte religionis habitu vir Dei sic observationi regule sancti Benedicti, Vita l. c. I. secundum quam vivere perpetuo promisit, ad litteram se dedit, quod[f] nullo statu sive dignitate, qua eum divina providentia elevaverit, per se aliquid transgredi[g], quo[h] advixerit[h], passus fuit. Processu[i] temporis abbas suus, Dominicus nomine, viam carnis universe ingreditur[3], et frater Bernardus communi assensu in abbatem eligitur et — velit, nolit — precibus suorum monacorum eius pedibus flentium assensum prebuit. Ita confirmatus se totum in virum alterum transformavit; nam supra regulam[4] abstinentie, patientie, orationi, vestium vilitati, silentio, cure infirmorum, elymosinarum elargitioni, sollicitudini hospitum, aliis virtutibus omnibus sic vacare cepit, quod angelum effigie humana ipsum fore, non hominem nullus de congregatione affirmare ubilibet dubitavit. Quo in statu parvo tempore stetit eo, quod pater abbas monasterii Vallisumbrose[5] moritur, ad cuius officium sumitur; et devictus precibus abbatum et monacorum ordinis assentire de se facte electioni compellitur; quo in immensum[k] affligitur, quia contemplationis, quam semper optavit, de cetero spe privatum[l] [se] inspexit[l].

7. Fama[m] sanctitatis ad summum pontificem Urbanum secundum devenit; pro ipso misit, honorifice recepit et plura in eo signis, verbis et factis, quam audierit, inveniens ipsum in[n] cardinalem episcopum[5] sancti Grisoconi[6], renitentem quamvis plurimum, consecravit. Ipse[m] vero sic dignificatus, pro quibusdam sui ordinis magne vite viris direxit et cum eis, velut fecerat in monasterio, semper circa regule observationem vacare in omnibus procuravit, inhibens omnibus, ne vocaretur nisi frater Bernardus, nec casu aliquo potuit induci a quoquam, quod se pateretur aliter acclamari, penitus[o] quo advixit[o].

A[p] Pascasio[7] successore Urbani secundi pro legato in partes Ytalie mittitur, quo a Florentinis officio inextimabiliter honoratur nec inmerito: vir siquidem sanctus ad concordiam omnes indifferenter ducebat, hereticos confundebat, delinquentes omni dulcedine recipiebat, rehedificationi, reformationi, consecrationi ecclesiarum, predicationi sollicite attendebat[q]; et, quidquid poterat, nil sibi reservans, in usus pauperum mora omnino semota publice[r] et occulte dari affectione maxima faciebat.

a) *nulla cap. distinctio c.* b) Cui — copulavit *in marg. alia manu add. c.* c) anivellariis *c.* d) B. *postea adscr. c.* e) *praecedit signum ¶ c.* f) quo *c.* g) *in marg. verbum aliquod erasum c.* h) aduixerit *c.* i) umbrose *in marg. ead. manu add. c.* k) in- *supersc. c.* l) tum *e corr.*, inspexit *ab alio scriptore in marg. add., qui se inserere neglexit, c.* m) *praecedit signum ¶ c.* n) in *supersc. c.* o) penitus quo advixit *in marg. ead. manu add. c.* p) *praecedit signum ¶ c.* q) actendebat *c.* r) puplice *c.*

1) [A. 1085. Iul. 1; cf. chartas apud Affò p. 102 sqq. et Davidsohn, 'Forsch.' I, 67 allatas. Hofm.] 2) Iohannes filius b. m. Gottifredi iudicis [et Adelasiae amitae s. Bernardi], qui in charta a. 1089. Apr. 26. data et ab Affò, 'Vita di S. Bern.' p. 107sq. edita nominatur; cf. Davidsohn, 'Forsch.' I, 67. 3) Ultimo in chartis nominatus est a. 1091. Dec. 7; cf. Davidsohn l. c. 4) Regula s. Benedicti c. 49: *... abstinentiae operam damus ...*; c. 7: *... omni vilitate vel extremitate contentus ...*; c. 42: *Omni tempore silentium debent studere monachi*, cf. ib. passim; c. 36: *Infirmorum cura ante omnia ... adhibenda est*; c. 31: *... hospitum pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat ...* (ed. C. Butler p. 87, 35, 76, 69, 62). 5) Immo *presbiterum*, ut recte in Vita prima narratur. 6) I. e. *S. Chrysogoni*. 7) I. e. Paschalis II. papa (1099—1118).

post a. 1091.

c. a. 1098.

1099.

cf. Vita I, c. 2. 8. Ad[a] Parmensem civitatem pro sedanda discordia inter fideles et hereticos ire compellitur, et in cathe-
1104. drali ecclesia ad predicationem suam populus acclamatur. Convocato populo, in pontificalibus sancto presule celebrante, inter catholicos et infideles lis[b] oritur; fideles pelluntur ab infidelibus, antistes ab altari crucem tenendo in manibus sic ornatus episcopalibus eicitur et sic crudeliter ductus oscurissimo carceri mancipatur, quo die tota et nocte sequenti persistente pro eorum conversione orare non desinit, nec verbo sive signo perpendi potuit, quod ipsius animus de tanto sacrilegio et scelere motus fuit, sed semper facie letissima Dei ad agnitionem
cf. ib. c. 3. ipsos reducere procuravit. Cuius affectioni Altissimus parens, sequenti mane totus populus, corrigiis ad collum positis, misericordiam petens ad carcerem accessit, eum honorifice ad episcopatum deduxit. Benigne ipsos absolvit; et infidelibus deductis ad orthodoxam fidem de commisso scelerato flagitio memoria nulla fuit, sed eos speciali[c] prerogativa dilectionis in posterum adamavit.

9. Interea[d] Parmensis episcopus moritur[1], et a cuncto clero et populo a summo pontifice sibi dari sanctus Bernardus, ambasciatoribus sollempnibus directis[e], multis precationibus postulatur. Quorum affectioni
1106 (1108?). de gratia speciali assensu collegii cardinalium pie satisfecit et ipsum ad regimen Parmensis ecclesie translatavit. Recepta[a] igitur ecclesie Parmensis cura, cum suis monacis sic fuit pastor, quod de hiis, que ad verum pertinent monacum, nil omisit, et sic presul, quod a sanctorum pontificum tramite non secessit, prout manifestis miraculis omnibus Dei clementia patefecit.

10. Die[a] quadam crescente Pado fluvio[2], totam civitatem propter domorum et locorum destructionem commovit; quod sanctus attendens, illuc currente populi multitudine, post eum[f] accessit; ad lectum suum ut rediret, facto signo crucis super eo, ne ultra sine sui licentia egredi audeat, sibi precepit; qui statim sibi obedivit et usque ad hec tempora ei obedire signis patentibus demonstravit.

cf. ib. c. 8. 11. Una[a] dierum, cum esset in monasterio Aque nigre, abbas loci ei reverenter supplicavit, ut ad quendam suum monacum laborantem in extremis accederet et sibi beneficium recommendationis anime misericorditer exhiberet. Ipse vero propter festinantiam itineris humiliter se excusans[3] uni monacorum, ut ad predictum infirmum accederet, imposuit et, quod eum usque ad suum reditum expectaret, suo sibi nomine imponeret, imperavit[g], Ivil. precepit; plures dies sine ulla mutatione ipsum expectavit; rediit, omni mora postposita egrum visitavit, officium sibi fecit, et confestim facto sibi signo crucis ad[h] celica[h] illa anima evolavit.

cf. ib. c. 9. 12. Cum[a] nocte quadam videre corpus beati Ambrosii ab archiepiscopo Mediolanensi ad sui petitionem de speciali gratia ductus esset ad tumbam loco multum obscuro subitoque omnia luminaria extincta[i] fuissent, orationi se suis attribuens[k] evenire culpis devotione magna dedit, et omni mora semota divina providentia cuncta extincta lumina accendit; et, quod optabat, affectione vidit permaxima et[l] manibus contractavit.

cf. ib. c. 5. 13. Cum[a] Placentini et Cremonenses contra Parmam hostiliter convenissent, vir sanctus populum advo-
1131 (1130). cavit, ad defensionem civitatis eos animavit, capitaneum dando sibi vexillum suis sacratis manibus super eos vocavit et eis benedictis, plus se abstinentia macerans assidua ipse oratione Dei postulare subsidium non cessavit. Noctem vero, qua sequenti die certamen extiterat ordinatum, totam lacrimis Deum orando occupavit et[m], ut suo Deus succurrat populo, fletu inextimabili exoravit. Cujus precamina Altissimus sic audivit[m], quod, ut debellati[n] recesserunt, omnia dimiserunt et nullam molestiam recipientes vel facientes confusi sic ad propria redierunt. Quod attendens[o] populus, ad suum sanctum presulem redierunt et Deo suis attribuendo[p] meritis immenso gaudio gratias retulerunt, et diebus plurimis tota civitas ex more suum gaudium signis iocalibus demonstravit.

cf. ib. c. 11. 14. Vir[a] Dei obitum suum imminere prenoscens fratribus astantibus et quibusdam aliis suis sanctis litteris nunciavit omnibusque aliis curis omissis devotioni, orationi, elymosinarum affluenti largitioni vacare curavit. Et ne commissa sibi ecclesia paterctur in aliquo lesionem, capitulum suum cathedralis ecclesie vocavit et eis, ut decebat, omnia resignavit et post se ipsis statum dignitatis episcopalis affectione maxima commendavit. Hiis[a] factis stratulo vili decubans inextimabili devotione sancte matris ecclesie omnia et singula sacramenta recepit, astanti capitulo et suis consociis monacis se devotissime commendavit et signo crucis se muniens, manibus clausis, in celum erectis oculis, in manus amicorum astantium pioque[q] fletu psallentium anima sanctissima illa,

a) *praecedit signum* ℭ *c.* b) lix *c.* c) spuali (= spirituali) *corr.* spali (= speciali) *c.* d) *nulla cap. dist. c.* e) directis *alia manu in marg. add. c.* f) eum *supersc. c.* g) imperavit *alia manu in loco raso c.* h) ad celica *in marg. alia manu add. c.* i) stinta *c.* k) actribuens *c.* l) et *supersc. c.* m) et — audivit *alia manu in marg. add. c.* n) ati *alia manu corr. c.* o) actendens *c.* p) actribuendo *c.* q) que *supersc. c.*

1) Wido nomine, cf. G. Schwartz, 'Die Besetzung d. Bistümer Reichsitaliens' (1913) p. 187. 2) De hoc miraculo vide Affò, 'Vita' p. 159 sq. 3) Hoc loco illum *detentum in aliis necessariis sermonibus* Vita prima narrat.

carne dimissa, celica penetravit MCXXXIII, II°. nonas[1] Decembris. Cuius corpus vi maxima clerus et populus de manibus pauperum irremediabiliter clamore maximo traxerunt et conditum aromatibus in ecclesia, cui preterat, honore ineffabili tumularunt. 1133. Dec. 4.

15. Mulier[a] quedam suam filiam ei[b] laborantem in extremis commendavit, et confestim liberata fuit. cf. VITA I. c. 12.

16. Quedam[a] mulier diu lumine oculorum privata ad ipsius tumulum perrexit et concito peroptime liberata cf. II. c. 14.
domum[a] rediit[c].

17. Clericus[a] quidam diro traditus carceri cum advocavit et mora deposita fractis compedibus e[d] carcere cf. II. c. 18.
gaudiose repatriavit.

18. Quidam[a] Parmensis septennio lingue privatus officio premonitus in somniis[e] ad tumulum eius per cf. II. c. 20.
rexit et confestim curatus optime redii[c].

19. Quidam[a] privatus dextra[f] maxilla cancri morbo cum dentibus ad eius corpus accessit; et confestim cf. II. c. 19.
astantibus multis novum eius meritis os, maxillam et dentes auctor nature misericorditer recreavit.

20. Cum[a] quedam mulier ydropica diu stetisset et nullo medicorum auxilio curari potuisset, ad tumulum eius omni reverentia perrexit et curata confestim ad domum suam, quomodo sibi acciderat, publicavit.

21. Quedam[a] mulier contracta per tempora multa permanens, per terram corpus manibus trahens labore cf. II. c. 13.
permaximo ad locum, ubi iacebat, accessit, orationi se devote dedit et concito ad domum sanissima reversa fuit.

Si vis plura ex eo mira, perge ad integram; hec autem ad presens sufficiant.

Explicit de sancto Bernardo episcopo et confessore.

a) *praecedit signum* C. c. b) ei *supersc.* c. c) rediit domum *signis superpositis corr.* domum rediit c. d) et c. e) sompnis c. f) destra c.

1) De die, quo Bernardus defunctus est, cf. supra p. 1320 n. 3.



ANNALIVM PATHERBRVNNENSIVM FRAGMENTA.

EDIDIT HEINRICVS KAVFFMANN.

Fragmenta hoc loco edita ad compilationem quandam referenda sunt, quae maxima ex parte ex recensione E Chronicorum Ekkehardi Uraugiensis[1] *conflata est. Quae fragmenta ad annos* 1112—1115, 1116—1117. *pertinentia M. Perlbach in bibliotheca rei publicae Borussicae Berolinensi inventa in 'Neues Archiv' tom.* 43 *(*1920*), p.* 224—234 *edidit (= P.).*

Codex bibliothecae rei publicae Boruss. Berolinensis Lat. Quart. 836 *(= c.), manu saec. XII. in. scriptus, duo folia membranacea, quibus tegumentum libri impressi, qui inscribitur 'Io. Paul. Lancelottus, Institutionum ad ius pontificium sive canonicum libri IV. Basileae* 1566 *Ising.', circumdatum erat, et duas parvulas particulas membranaceas olim tergo tegumenti agglutinatas continet. Notitia quaedam in interiore parte anterioris tegumenti inventa illum librum Caspari Christophori de Blumenthal, viri de re publica Brandenburgensi administranda optime meriti, fuisse docet*[2]. *Ut breviter potiora de vita illius complectar, Blumenthal, discipulus Benedicti Carpzovii, iuris peritissimi Wittenbergensis*[3], *legatus electoris Brandenburgensis per multas aulas Germaniae et Europae, imprimis Francogalliae, pervagatus, a.* 1652. *ordini S. Iohannis adscriptus, ab a.* 1661. *unus ex consiliariis secretis electoris Brandenburgensis fuit et a.* 1689. *diem supremum obiit*[4].

Iam restat, ut ad ipsius codicis descriptionem transgrediamur. Folia codicis, 26 *cm alta,* 23 *cm lata,* 29 *lineas in unaquaque pagina continent*[5]. *Duarum, quas supra commemoravimus, parvularum particularum, quae* 3,5 *cm altitudine,* 6 *cm latitudine habent*[6], *lectionem Perlbach enotavit, sed earum, quae codici a nobis consulto adiunctae sunt, particularum altera quidem scriptura plena, altera vero vacua est, unde alteram Perlbachii particulam confusione quadam interim perditam esse apparet. Quae in deperdita particula scripta erant, Perlbachium secuti afferimus. Utramque particulam ex superiore margine folii primi desectam esse Perlbach demonstravit*[7]. *Codex textum in se cohaerentem non praebet; nam inter f.* 1 *et f.* 2 *alia duo folia perierunt, ita ut ea, quae ad annos* 1115. *et* 1116. *pertinent, maxima ex parte desint*[8]. *In particula servata legi possunt verba Ekkehardi p.* 246, *l.* 19—22: [l]egit hanc script[uram] ... |pravile]gium pro liberatione ... hoc sancto concilio, *et in tergo Ekk. p.* 247, *l.* 14—19: [r]elictis per p[re]sidia ... [s]epedictus Sigefrid[us] ... [occ]ubuit Wigbertus; *particulam deperditam autem continuisse verba Ekk. p.* 246, *l.* 18—21: [Ger]hardus Engolismen[sis] ... [conci]lii coram omnibus l[egit] ... dici pravile[gium], *et in tergo Ekk. p.* 247, *l.* 13—18: post castellum adprime [munitum] ... fidelibus suis con[temptores] ... [Sigefrid]us palatinus comes, *Perlbach docet. Fol.* 1 *incipit ab verbis Ekk. p.* 246, *l.* 26: [con]tra spiritum sanctum *et desinit in verbis Ekk. p.* 247, *l.* 13: bona eorum diripi pos[sessiones]; *f.* 1^{v} *incipit ab verbis Ekk. p.* 247, *l.* 27: [muni]tionem in qua maxime *et finit in verbis Ekk.* 248, *l.* 39: sibi voluntarios invenerat [castra non modica instituit]; *f.* 2 *incipit a verbis Ekk.*

1) Ed. G. Waitz, MG. SS. VI, 1—267. 2) Cf. Perlbach p. 224. 3) Th. Hirsch, 'Urkunden und Aktenstücke zur Geschichte des Kurfürsten Friedrich Wilhelm von Brandenburg' IX, 567 sq. 4) Cf. 'Allg. Deutsche Biogr.' II, 753 sq.; Perlbach p. 227. 5) Perlbach p. 224. 6) L. c. 7) L. c. 8) L. c. p. 225.

p. 252, *l.* 15*:* [per omnia victis reliqui facere sata]gebant. Longum est *et desinit in verbis Annalium Patherbrunnensium:* Coloniensis, Traiectensis, Halver[stadensis], *quod infra plenius videbis; f.* 2* *incipit a verbis Ann. Patherbrunn.:* [amis]so revertuntur, maxime *et finit in verbis Ekk. p.* 253, *l.* 9*:* quinta decima dehinc die ex [vicino quodam eiusdem episcopii monte].

Post singulos annorum Ekkehardi locos quaedam, quae orationis, ut ita dicam, siccitate aliunde exorta esse luce clarius est, in fine uniuscuiusque anni (1112, 1113, 1114, 1116) subiuncta sunt. Quod librarius codicis ipse crucibus in margine adscriptis significavisse videtur. Sed loco illo, quo primum tale additamentum insertum invenimus, crux sive postea desecta sive viridi colore tegumento perlito velata sive incuria librarii ipsius omissa hodie non apparet. Codicem Gryphiam benigne transmissum a v. cl. A. Hofmeister adiutus diligenter perscrutatus sententiam extremo loco prolatam verisimillimam puto.

Librum illum, quem librarius in textu Ekkehardi ampliando secutus est, Perlbach[1] *non sine causa Annales Patherbrunnenses a v. cl. Scheffer-Boichorst restitutas*[2] *fuisse coniecit. Quattuor additamenta textus Ekkehardi in foliis nostris conservata etiam in aliis derivationibus Annalium Patherbrunnensium inveniuntur, scilicet ad a.* 1112. *in Chronica regia Coloniensi (= C)*[3]*, brevius et contractius apud Annalistam Saxonem (= S)*[4] *et in Ann. Hildesheimensibus (= H)*[5]*, ad a.* 1113. *in iisdem Chronicis (rectius sub a.* 1114. *posita), ad a.* 1114. *apud S, ad a.* 1116. *eodem loco atque verba:* Magna aeris inequalitas facta est *etiam in C et H. Sed in tertio additamento (a.* 1114*, infra p.* 1331*, l.* 10 *sq.) verba:* Sicque demum cum suis omnibus illesus abire permittitur, Liudigerus vero magnifica misericordia Dei comitatus victor repatriat, *et in quarto (a.* 1116*, infra p.* 1331*, l.* 21*):* dampno amissorum, *non nisi in codice nostro leguntur; etiam in primo additamento (a.* 1112*, infra p.* 1330*, l.* 31*) verba* primores Goslariam convocat *in libellis usque adhuc ad Annales Patherbrunnenses relatis ita non inveniebantur. Cum Perlbach universa, quae in codicis reliquiis servata sunt, id est et Ekkehardi et Annalium Patherbrunnensium fragmenta, ad verbum typis expresserit, hic Ekkehardianis omissis ea tantum, quae ad Annales Patherbrunnenses cum Perlbachio referimus, denuo proponuntur.*

H. Kauffmann.

1111 Dec. 25. 1112 (Ian. 6.) (Mart.) [*1112.*] Imperator[a. 6] natalem Domini Goslariae celebrat. Eistatiensis episcopus Everhardus Quidelingeburg obiit[7]. Dissensio ducis Liutgeri[8] et marchionis Rûdulfi[9] cum imperatore. Inde imperator commotus primores[b] Goslariam convocat[b]. Principum sententia utrique dampnantur. Ducatus Ottoni de Balnenstad[c] committitur, marchia Helprico[d. 10].

a) *praecedunt* (Ger]hardus Engolismen[sis episcopus] . . . [conci]lii coram omnibus legit hanc script[uram] . . . dici pravi-leginm pro liberatione . . . hoc sancto concilio . . . [con]tra spiritum sanctam et canonicam institutionem — pacato regno suscitant *ex Ekk. p.* 246 *l.* 18 — *p.* 247 *l.* 4. *c.* b) primores r e g n i G. convocat *P;* ~~primores — convocat desunt apud~~ *Scheffer-Boichorst* p. 125. c) Ballenstad *CSH.* d) *ita etiam CS;* Elperico *H.*

1) Perlbach p. 226. 2) P. Scheffer-Boichorst, 'Annales Patherbrunnenses. Eine verlorene Quellenschrift des 12. Jahrhunderts', Innsbruck 1870. 3) Ed. G. Waitz, SS. rer. Germ., Hannover 1880. 4) Ed. G. Waitz, MG. SS. VI, 542—777. 5) Ed. G. Waitz, SS. rer. Germ., Hannover 1878. 6) Proxime accedit Chron. reg. Colon. p. 52: *Imperator natalem Domini Goslariae celebrat. Eistatiensis episcopus Evirhardus (Everhardus A*$_2$*) Quintilinburg (Quidelinkeburg A*$_2$*) obiit. Dissensio ducis Liutgeri (Lotharii A*$_1$*) et marchionis Rudolfi cum imperatore. Inde imperator commotus, principum sententia utrique damnantur. Ducatus Ottoni de Ballenstad committitur, marchia Helprico. Imperator Sallquidelc obsidet; ipsi vero non longe, cum imperatore pugnaturi, cum exercitu manent. Set misericordia Dei omnis illa bellorum rabies dissipatur. Predicti principes gratiam imperatoris obtinent, honoribus suis restituuntur.* Cf. Scheffer-Boichorst p. 125 sq. 7) Haec Ann. Saxo sine mentione loci in fine a. 1112. habet, qui antea in initio eiusdem anni (p. 749, l. 46) post *celebravit* ita pergit: *Commotio adversus imperatorem concitata est a duce Liudero et Rodolfo marchione propter Fridericum comitem de Stadhen, quem illi captum vinculis mancipaverant, quod imperator graviter accepit. Pro qua dissensione imperator principes Goslariam convocat, quorum sententia utrique dampnantur.* Quae cum usque ad *accepit* ex Ann. Rosenfeldensibus petita esse Scheffer-Boichorst p. 125 n. 5 perspexisset, sequentia ex iis, quae in Chron. reg. Col. in fine anni 1111. leguntur per confusionem quandam orta esse putavit. Sed cf. iam G. Meyer von Knonau, 'Jahrb. Heinr. IV. u. Heinr. V.' t. VI, p. 251 sq. 8) Saxoniae. 9) Septentrionalis, com. Stadensis. 10) *de Ploccke* add. Ann. Saxo.

Imperator Saltquidele[a] obsidet. Ipsi non longe cum imperatore pugnaturi cum exercitu[b] manent. Sed misericordia Dei omnis illa bellica[c] rabies dissipatur. Predicti principes gratiam imperatoris optinent[d], honoribus suis restituuntur. 1112. (Ian.)

[*1113.*] Ibi[e.1] Luthowicus[2], qui se putabat bene in gratia regis esse, iussu eius comprehenditur et[f] custodiae mancipatur. Quae res multos principum contra regem exacuit. 1114. (Ian.)

[*1114.*] Liudgerus[g.3] dux Saxonum expeditionem movet super Dumarum Sclavum eiusque filium et eos ad deditionem coegit. Principem quoque Ruianorum[4] ad se in bellum venientem sagaci agilitate circumvenit. Is, ut circumventum se vidit, pacem colloquiumque ducis deposcit, germanum fratrem obsidem dat, pecuniam copiosam spondet, fidem sacramento confirmat. Sicque[4] demum cum suis omnibus illesus abire permittitur, Liudigerus vero magnifica misericordia Dei comitatus victor repatriat. 1114.

[*1115.*] Dux[h.5] Liudigerus Binitheim urbem egregiam et firmam obsidet captamque concremat. Heinricus cum Capite de Misnae a filiis Lôthowici et Wigberti comitum capitur. Circa festum sancti Petri apostoli principes sepedicti ab imperatore dissidentes facta acie in campis Wormaciae considunt. In urbe vero Fridericus dux Sueviae, consobrinus imperatoris, Godefridus comes palatinus pluresque ex amicis imperatoris proceres cum turba non parva consistunt. Cumque mutuae partis principes ea, quae pacis sunt, tractaturi convenissent, urbani cum hostibus pugnaturi inconsultis ducibus temere erumpunt; cum subito adversarii irruunt, plures ex eis fugant, vulnerant, trucidant, sicque hostes pluribus amissis vix in urbem devicti confugiunt. Postera die amici imperatoris dampno[i] amissorum[i] tristiores effecti pacem, quae pridie eis renuentibus offerebatur, expetunt, colloquium in Franconefurt unanimiter in festo sancti Michahelis collaudant. Predicti principes ad colloquium condictum vadunt, principes vero Bawariae machinatione Friderici ducis Sveviae detenti non veniunt, quia, ne quicquam regi contrarium in hoc colloquio statueretur, omni modo satagebat. Quin ipse abbatiam quandam Lindburg oc- 1115. Aug. 1. Aug. 2. Sept. 29.

a) *ita etiam C;* Salwidele *S;* Saltwidele *H.* b) cu ..., *sequ. circa* 6—8 *litterae detritae* c.; cum exercitu *P.* c) *ita etiam SH;* bellorum *C.* d) obtinent *PC;* obtinentes *S.* e) *praecedunt* Anno Domini millesimo CXIII°. H. imperator natalem Domini — bona eorum diripi pos[sessiones] ... post castellum adprime [munitum] ... [r]elictis per p[re]sidia fidelibus suis con[temptores] ... [s]epedictus Sigefridus palatinus comes [vir nobilissimus] ... [occ]ubuit Wigbertus [capitur] ... [muni]tionem in qua maxime — lite cito direpta eus[todiae t]raditur *ex Ekk. p.* 247 *l.* 5—30 *c.* f) et *abscisum c.* g) *praecedunt* Anno Domini millesimo CXIIII° Dominus imperator natalem Domini — ab armis discedit*ur ex Ekk. p.* 247 *l.* 31 — *p.* 248 *l.* 35 *c.*; Liudgerus — repatriat *non habet Scheffer-Boichorst.* h) *praecedunt* Anno Domini millesimo CXV° Considerans imperator Saxoniam — sibi voluntarios invenerat ... [per omnia victis reliqui facere sata]gebant. Longum est — inopiam victus etiam necessarii *ex Ekk. p.* 248 *l.* 36 — *p.* 252 *l.* 29 *c.* i) dampno amissorum *om. S neque legitur apud Scheffer-Boichorst p.* 132.

1) [Hoc perperam sub a. 1113. insertum est. Locus, ad quem vox *Ibi* respicit, non indicatur, nisi de expeditione contra Reginoldum comitem Burgundiae, quam Ekkehardum exscribens praemisit, compilator cogitavit. Neque Ann. Patherbrunnenses Moguntiam, ubi hoc factum est (cf. G. Meyer von Knonau, 'Jahrb. Heinr. IV. u. Heinr. V.' t. VI, p. 287) nominasse videntur, qui quidem recte in nuptiis imperatoris Ludewicum captum esse tradiderunt, quod compilator noster turbavit. Hofm.] Ad verbum convenit Chron. reg. Colon. ad a. 1114. p. 53; item Ann. Hild. p. 63 et Ann. Saxo p. 750 ad a. 1114, qui *imperatoris* pro *regis*, Ann. Saxo etiam *imperatorem* pro *regem* habent. Cf. Scheffer-Boichorst p. 127. 2) *comes Thuringie* add. Ann. Saxo. 3) Eadem habet unus Ann. Saxo p. 750 sq.: *Liuderus dux Saxonie expeditionem movet super Dumarum Slavum eiusque filium et eos ad dedicionem coegit. Principem quoque Rugianorum ad se in bellum venientem sagaci agilitate circumvenit. Qui ut circumventum se vidit, pacem colloquiumque ducis deposcit, germanum fratrem suum obsidem dedit, pecuniam copiosam spopondit, fidem sacramento confirmavit.* Quae Scheffer-Boichorst p. 128 n. 6 ex Ann. Rosenfeld. antiquis hausta esse putavit, sed ad Ann. Patherbrunn. potius pertinere Perlbach perspexit. 4) Ea, quae sequuntur *(Sicque — repatriat)*, desunt apud Ann. Saxonem. 5) Ann. Saxo p. 753: *Dux Liuderus Binitheim urbem egregiam et firmam obsidet captamque concremat. Heinricus cum Capite de Misna a filiis comitum Lodowici et Wicberti, qui capti ab inperatore detinebantur, capitur. Circa festum sancti Petri apostoli principes sepedicti ab inperatore dissidentes facta acie in campis Wormatie considunt. In urbe vero Fridericus dux Sucvorum, consobrinus imperatoris, Godefridus comes palatinus pluresque ex amicis imperatoris proceres cum turba non parva consistunt. Cumque mutue partis principes ea, quae pacis sunt, tractaturi convenissent, urbani cum hostibus pugnaturi inconsultis ducibus temere erumpunt; cum subito adversarii irruunt, plures ex eis fugant, vulnerant, trucidant, sicque urbani pluribus amissis vix in urbe devicti confugiunt. Postera die amici inperatoris tristiores effecti pacem, que pridie eis offgrebatur*

1116. cupat et loca finitima diripit. Cumque predicti principes Franconvort convenissent et ibi aliquot dies manendo consumpsissent, episcopus Parthinopolitanus, palatinus comes Fridericus, marchio Rûdolfus revertuntur. Episcopus[a] vero Mogontinus, Coloniensis, Traiectensis, Halver[stadensis][b] et Paderbrunnensis episcopi, abbas Corbeiensis, dux Liutgerus, comes Herimannus Rhenum transeunt. Ordinatur Mogontiae in monasterio Sancti Albani consilio episcoporum, qui aderant, ab archiepiscopo Colonieusi Friderico Thietmarus Verdensibus episcopus. Quo facto episcopus Paderbrunnensis remeat. Alii vero principes amicos imperatoris in predicta abbatia Lintburch parva manu obsident. Contra quos Fridericus dux Suevie, omnibus Alsatie populis excitis, immensa manu pugnaturus vadit. Cumque hostes numero plures adfore cernerent, hi, qui Lintburch per tres iam ebdomadas vallabant, versis armis discedunt et Rhenum transeunt, quibus hec sola gloria fuit, quod nullo suorum leso vel amis]so[c] revertuntur, maxime cum eis ita hostes imminerent, nunc fugiendo nunc subsequendo, [ut e]tiam colloquerentur[d]. Mogontini vero[e] abbati Corbeiensi omnia sua auferunt, ipse vero vix cum[f] suis abit[g]. Archiepiscopum[h] Mogontini expellunt, sed non diu hoc facto gaudentes[h] penas dant[i]. Amici enim archiepiscopi non longe post inconsultos aggrediuntur, meliores quosque trucidant, ceteros capiunt. Quo facto iterum archiepiscopus urbi dominatur. Magna aeris inequalitas facta est[k. l].

a) episcopus *om. S.* b) *hic finit f.* 2r; *sequentia usque ad* [amis]so revertuntur *(Ann. Saxo p. 753 l. 46—54) superiore parte folii descta perierunt c., quae ex Ann. Saxone iam P. restituit.* c) *hic incipit f.* 2v *c.* d) . . . tiam colloquerentur, *priores litterae linea mediante desectae, c.;* ut etiam colloquerentur *P. cum S.* e) vero *om. P.* f) cum *desectum c.* g) *ita c.;* abiit *P. cum S.* h) Archiepiscopum — gaudentes *litteris detritis fere evanida,* facto gau[dentes], dentes *non iam legi potest, c.;* archiepiscopum Adalbertum *P. cum S, quibus tamen spatium in c. non suppetit.* i) dant *detritum c.* k) *sequ.* Anno Domini millesimo CXVII°. Dum cuncta per circuitum — quinta decima dehinc die ex [vicino quodam] *ex Ekk. p. 252 l. 30 — p. 253 l. 9 c.*

renuentibus, ultro expetunt, colloquium in Franconevort unanimiter in festo sancti Michahelis collaudant. Et predicti quidem principes ad colloquium condictum vadunt, principes vero Bawarie machinatione Friderici ducis Suevie detenti non veniunt, quia ne aliquid imperatori contrarium in hoc colloquio statueretur, omnimodo satagebat. Quin ipse abbaciam quandam Lintburch occupat et loca finitima diripit. Cumque predicti principes Franconefort convenissent et ibi aliquot dies manendo consumpsissent, Adelgotus Magedaburgensis archiepiscopus, palatinus comes Fridericus, marchio Rodolfus revertuntur. Mogontinus vero et Coloniensis, Traiectensis, Halberstadensis et Paderbrunnensis episcopi, abbas Corbeiensis, dux Liuderus, comes Herimannus Rhenum transeunt. Ordinatur Mogontiae in monasterio sancti Albani consilio episcoporum, qui aderant, ab archiepiscopo Colonieusi Friderico Thietmarus Verdensibus episcopus. Quo facto episcopus Paderbrunnensis remeat. Alii vero principes amicos imperatoris in predicta abbatia Lintburch parva manu obsident. Contra quos Fridericus dux Suevie, omnibus Alsatie populis excitis, immensa manu pugnaturus vadit. Cumque hostes numero plures adfore cernerent, hi, qui Lintburch per tres iam ebdomadas vallabant, versis armis discedunt et Rhenum transeunt, quibus hec sola gloria fuit, quod nullo suorum leso vel amisso revertuntur, maxime cum eis ita hostes imminerent, nunc fugiendo, nunc subsequendo, ut etiam colloquerentur. Mogontini abbati Corbeiensi omnia sua vi auferunt; ipse vero cum suis vix abiit. Idem Mogontini archiepiscopum Adalbertum expellunt, sed non diu hoc facto gaudentes penas dant. Amici enim archiepiscopi non longe post inconsultos aggrediuntur, meliores quosque trucidant, ceteros capiunt. Quo facto iterum archiepiscopus urbi dominatur. Magna aeris inequalitas facta est. Cf. Scheffer-Boichorst p. 182 sq.

1) *Magna aeris inequalitas facta est* etiam in Ann. Hild. p. 64 et Chron. reg. Colon. p. 57.

CHRONICAE S. MARII LAVSANNENSIS FRAGMENTVM.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

In archivo cantonali Friburgensi in Helvetia servatur exemplar quoddam chartaceum, ex duobus foliis constans, signatum 'Payerne Nr. 1[b]', in cuius paginis 1—3 saeculo XVI. Io. de Bona chartam fundationis monasterii Paternacensis a Bertha regina Burgundiae anno 961. datam[1] non sua, sed 'aliena manu' exemplatam authentizavit[2]. In pag. 4 alia manus saeculi XVI. ex Chronica quadam in Sancto Mario Lausannae scripta pauca, sed non parvi momenti transscripsit, quae a v. d. Ios. Schneuwly archivario Friburgensi inventa primus edidit G. v. W(yss), 'Das Treffen bei Peterlingen im Jahr 1133', in 'Anzeiger für schweiz. Alterthumskunde' 12, nr. 3 (Sept. 1866), p. 41sq. Repetitum est hoc fragmentum valde memorabile in collectione quae inscribitur 'Fontes rerum Bernensium' I (Bern 1883), p. 406, nr. 10. Neque nostrae Monumentorum Germaniae historicorum editioni decesse debuit. Hanc Chronicae S. Marii Lausannensis, de qua etiam nos nihil amplius indagare potuimus, unicam particulam superesse valde dolemus[3]. Exemplar Friburgense (= c.) ipse Friburgi denuo contuli a. 1928[4].

A. II.

Anno incarnationis dominice M°C°XXVII[c] occisus est comes Willelmus[a.5] in villa Pa- 1127.
terniaca et P.[b.6] de Glana.

a) Vllis c. b) *ita* (p.) c.

1) Cf. A. Hofmeister, 'Die Gründungsurkunde von Peterlingen', in 'Zeitschrift für die Gesch. des Oberrheins', 'N.F.' 25 (1910), p. 217sqq. Exemplar 'Payerne Nr. 1[b]' textum Friburgensem interpolatum praebet. Cf. etiam H. Hirsch, 'Zur Entstehungszeit der Fälschungen des Klosters Peterlingen', in 'Festschrift Albert Brackmann dargebracht' (Weimar 1931) p. 394sqq. 2) Pag. 3: *Datum pro copia a suo proprio originali de verbo ad verbum extracta et licet aliena manu scripta Io. de Bona.* 3) De ecclesia collegiata S. Marii ('St. Maire de Lausanne') cf. A. Brackmann, Germ. pont. II, 2 (1927), p. 175sqq. H. Höffer, 'Die Territorialmacht der Bischöfe von Lausanne (—1218)', in 'Zeitschr. f. Schweiz. Gesch.' IV (1924), p. 331sq. 4) Notitiam de occisione Petri et Guillelmi fratris eius (quod Schnürer in dubium vocavit) de Glana et Guillelmi comitis Viennensis cum multis aliis nobilibus apud Paterniacum a. M°C°XXVI, quinto Idus Februarii, quam ex titulo sepulcrali Guillelmi de Glana, fundatoris domus Altaeripae, a. 1142, tertio Idus Februarii mortui, editam habes in Font. rer. Bern. I, p. 398sq. nr. 3 ('Angebliche Grabschrift in der Kirche des Klosters Altenryf'; 'Liber antiq. donat. Alteripe im St.-Archiv Freiburg' saeculi XV, etc.), cf. I. Gumy, 'Regeste de l'abbaye de Hauterive' (Freiburg 1923) p. 2 nr. 3, propterea hic non addidimus, quia, quo tempore conscripta sit, non constat. Nam in editione libri donationum, quam I. Gremaud, ''Livre des anciennes donations faites à l'abbaye de Hauterive', in 'Arch. de la Soc. d'hist. du canton de Fribourg' VI (1896), ex apographo a. 1478. confecto curavit, et in vetere libro traditionum saec. XII—XIII (hodie in Bibliotheca rei publicae Borussicae Berolinensi sub nr. 'Mss. lat. oct. 222' asservato), ex quo codex Friburgensis a. 1478. transscriptus est, referente socia nostra L. Hüttebräuker deest. 5) Puer, comes Burgundiae. Cf. Bernhardi, 'Lothar von Supplinburg' p. 133, n. 38; F. Heyck, 'Gesch. der Herzoge von Zähringen' (Freiburg i. B. 1891) p. 269, n. 798; G. Schnürer, 'Das Necrologium des Cluniacenser-Priorates Münchenwiler (Villars-les-Moines)', Freiburg (Schweiz) 1909, p. 11sq., n. 3. 6) Petrus. Cf. Schnürer l. c.; M. Reymond, 'Les sires de Glâne et leurs possessions', in 'Archives de la Soc. d'hist. du canton de Fribourg' XII (1926), p. 172sq.

1133. Sexto deinceps anno factum est prelium magnum in eadem villa Paterniaca pro occisione predicti comitis inter ducem Gonradum[a,1] et Theothonicos suos et comitem Amedeum Gebenensem et Romanos, et fugatus est comes et sui, et ceciderunt multi, et capti fuerunt multi nobiles, et ceteri fugerunt et dispersi sunt[2]. Et ex illa die Theothonici[b] invaluerunt contra Romanos*.

*) Hec est copia cronice scripte in Sancto Mario Laus.° *segu. c.*

a) Gonradum *c.* b) theoci *c.* c) laus (= Lausannensi *vel* Lausonensi *vel* Lausanne) *c.*; Lausanne *edd.*

1) Zaringiae, qui frater matris Willelmi occisi erat.

2) Ad idem proelium referunt ea, quae Amedeus episcopus Lausannensis (1144—1159) ad ecclesiam Lausannensem scribit, 'Mémorial de Fribourg' 1 (1854), p. 185, Migne, Patr. Lat. 188, col. 1801, Fontes rerum Bernensium I, 407: *Volumus tradere memoriae posterorum, quod Amedeus comes Gebennensis castrum quod vocatur Locens, in allodio Lausannensis ecclesiae situm, inique evertit, alio in potestate praefatae ecclesiae iniuste contra eandem ecclesiam erecto . . . Unde miro Dei iudicio actum credimus, ut emerso* (leg. *emenso*) *brevi spatio, [cum] cum nobili duce Conrado confligeret, veritus faciem eius terga daret non sine multo damno nec sine plurima nece suorum.* Cf. Heyck p. 285.

NOTAE HISTORICAE AVGIENSES.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

*In codice Augiensi nr. CCXXIX, membranaceo, saec. IX. in., (= **c.**) laterculo regum et gentium, quem iam saepius typis expressum postremus edidit et saeculo demum 7. vel 8. priore p. Chr. n., non iam c. a. 520, compositum esse acutissime demonstravit Bruno Krusch v. cl. in 'Neues Archiv' 47 (1928), p. 65 sqq.*[1]*, in f. 184. notae duae de rebus quibusdam a Francis a. 801. et 806. bello gestis eadem manu eodemque, viro cl. K. Preisendanz testante, atramento subiunctae sunt, quae, licet iam ante octoginta et duos annos typis datae, omnes, qui de his rebus modernis temporibus egerunt, fugerunt*[2]*. Quas notas rebus quas narrant coaevas et ea quae tradunt aut accuratiora, quam alibi inveniuntur, aut aliunde omnino non nota tradentes primus edidit F. I. Mone in 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' II (1851), p. 256, deinde A. Holder, 'Die Reichenauer Handschriften' I (Leipzig 1906; 'Die Handschriften der Großherzoglich Badischen Hof- und Landesbibliothek in Karlsruhe' V), p. 525*[3]*, et A. Chroust, Monumenta Palaeographica, 'Denkmäler der Schreibkunst des Mittelalters', part. I, ser. II, tom. II, fasc. X (München 1912), tab. 10 (340) n. 1; post quos nos eas cum codicis imagine lucis ope facta et postea cum codice ipso a bibliotheca Karlsruhensi nobis petentibus humanissime Gryphiam transmisso denuo collatas hic emendatas proponimus. De nonnullis locis accuratius nos iam edocuit K. Preisendanz Karlsruhensis.*

Codicem, quem iam in catalogo librorum monasterii Augiensis a. 822. conscripto[4] *indicari Chroust et Lehmann putant, a duobus scribis Italicis ante a. 822, et eam partem, in qua notae nostrae inveniuntur, post a. 806, exaratum esse A. Chroust v. cl. existimat*[5]*. Quod si litterarum formas perpenderis, licet ita fieri potuisse prorsus non neges, tamen ita factum esse oportere minime concedes. Nam cum formae litterarum modusque scribendi ad chartas Sangallenses, quarum imagines apud Arndt-Tangl, 'Schrifttafeln zur Erlernung der lateinischen Paläographie' III (Berlin 1903; ed. 3, ib. 1929) tab. 72 a (d. a. 764, d. 24. Apr.), tab. 71 b (d. a. 764, m. Sept.), tab. 72 b (d. a. 769, d. 16. Oct.) habentur, quam proxime accedant, codicis nostri eam partem, de qua agitur, etiam in Alamannia saeculo IX. ineunte a scriba quodam provectioris fortasse aetatis exarari potuisse apud me quidem constat; cf. etiam exemplum 'scripturae Germanicae', quod F. Ehrle et P. Liebaert, Specimina codicum Latinorum Vaticanorum (Bonnae 1912; ed. 2, Berol. et Lips. 1927) tab. 27. ex codice Vat. Pal. nr. 212. post saeculum VIII.*

1) Textum laterculi ib. p. 70 sq. habes. Inter finem laterculi et notas nostras in codice una linea vacua intercedit, in qua nihil nisi signum interpunctionis huius modi ,,,, extat. 2) Indicavit eas B. Krusch l. c. p. 69. 3) Cf. descriptionem totius codicis ib. p. 521 sqq. et II (1914; 'Die Handschriften' etc. VI), p. 657. 673; III, 2 (curante Karolo Preisendanz, 1918; 'Die Handschriften' etc. VII), p. 155. 163. 4) G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui (Bonnae 1885) p. 10 (nr. 330); A. Holder, 'Die Reichenauer Handschriften' III, 1 (Leipzig, Berlin 1916), p. 77; P. Lehmann, 'Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands und der Schweiz' 1 (München 1918), p. 249, cf. p. 243. Certo saeculo XII. Augiae erat, teste inscriptione f. 1: *Liber Augie maioris.* 5) De Lombardo quodam scriba iam Mone cogitavit, qui minus recte tempus, quo codex exararetur, inter a. 780. et 806. definivit. Notae nostrae ad nationem scribae vel regionem, ubi codex scriptus sit, investigandam vix ullius momenti sunt, cf. infra p. 1336 n. 5. — Primam codicis partem (usque ad f. 69) Chroust a. 821 (propter f. 58') exaratam esse putat.

medium exarato divulgaverunt. Porro cum neque de nota catalogi Augiensis modo allati, utrum ad codicem nostrum iure referatur necne, satis constet, immo haec opinio a viro cl. A. Holder, qui eam primo ipse probaverat, non sine causa reiecta esse videatur[1], *neque tempus exactum, quo catalogus iste conscriptus sit, ab H. Wibel socio olim nostro*[2] *in dubium vocatum certo certius omnibus exploratum et perspectum esse videatur, tam accurate certum annum, ante quem codex noster exaratus sit, definire supersedemus. Notas quoque historicas, quas Augienses propterea dirimus, quia in codice in Augiensi bibliotheca sane per longa tempora asservato inveniantur, Augiae primitus conscriptas esse neque affirmare nec penitus negare ausim.*

A. H.

801. Sept. 21. XI.[a] kl. Octub.[b], III. feria, indictio XIII[c], anni Domini DCCCII[e], epacta XIIII. urbs Teatina[3] a Franci[d] conbusta est. In eo anno et cætera castella gremata sunt igni[4].

806. Iul. 13. III.[g] idus Iulii[f], II. feria, indicti.[g] XIIII, anni Domini DCCCVI, epacta[h] XXVIII. Uucitana[i] uruem[k.5] a Franci[d] disrupta est, et ibidem multi interfecti sunt[1].

a) *praecedit in margine* ⊢ *c.* b) octob *c.* c) *ita recte c.; XIII, perperam legerunt Mone, Holder, Chroust.* d) *ita c.* e) *distinctio nulla c.* f) Iuli *c.* g) Indicti. *c.* h) *ita etiam hoc loco c.* i) *ita c., Mone, Holder, Chroust;* Uncitana *Krusch l. c. m;* Bucitana *(cf. sequens* uruem *pro* urbem*) proponit Preisendanz.* k) *ita c.* l) *post sunt, quae rox est prima norae linear, sequuntur in codice quaedam voces erasae, quas a Mone, Holder, Chroust non commemoratas, sed etiam a v. cl. K. Preisendanz per epistolam indicatas auxilio imaginis lucis ope factae et codice ipso in seminario historico Gryphiensi humini ultraviolaceo e lucerna quarzea emananti subiecto ita recognoscere me posse existimo;* Anno ab incarnatione dni nri ihu xpi, *ex quibus litteris eae, quae typis crassioribus impressae sunt, non iam dubiae sunt.*

1) Potius ad codicem S. Pauli 25. 1. 35 (antea XXV a 9) notam catalogi Holder l. c. refert, priorem sententiam a se ipso in 'Die Reichenauer Handschriften' I, 527 prolatam immutans; cf. etiam K. Preisendanz, 'Zeugnisse zur Bibliotheksgeschichte', in 'Die Reichenauer Handschriften' III, 2 (Leipzig, Berlin 1918), p. 110 sq. 2) H. Wibel, 'Beiträge zur Kritik der Annales regni Francorum und der Annales q. d. Einhardi' (Straßburg 1902) p. 220 sqq. Contra quem vide, quae P. Lehmann l. c. p. 242 sq. diligenter disseruit. 3) Teatinam civitatem (Chieti) a. 801, quem etiam feria tertia, indictio X, epacta XIIII. indicant, captam et incensam esse ex annalibus Francorum constat, quas S. Abel et B. Simson, 'Jahrb. des Fränkischen Reiches unter Karl dem Großen' II (1883), p. 251 n. 1 collegerunt; cf. etiam E. Mühlbacher in Reg. imp. I[2] nr. 374 e et 513 h, qui (sicut etiam Poupardin l. infra cit. p. 56 n. 1) Pippinum regem, cum mense Augusto a. 801. *in finibus Spoletinis* indicio adesset, iam in reditu ab expeditione Beneventana fuisse putat, quod, si diem non nisi in Notis historicis Augiensibus traditum ideoque ab omnibus hucusque neglectum perpendis, stare non potest; A. Hofmeister, 'Markgrafen und Markgrafschaften im Italischen Königreich', in 'Mitt. d. Inst. f. österr. Geschichtsforschung', 'Erg.-Bd.' VII (1906), p. 303; R. Poupardin, 'Études sur l'histoire des principautés lombardes de l'Italie méridionale et de leurs rapports avec l'empire franc' (Paris [1907]) p. 55 sq. (= 'Le Moyen Âge', '2[e] série', X, 1906, p. 271 sq.); L. M. Hartmann, 'Gesch. Italiens im Mittelalter' III, 1 (Gotha 1908), p. 54 sq. 4) Cf. Ann. regni Franc. a. 801 (ed. Kurze p. 116, inter Barcinonam civitatem *ipsa aestate* captam et Isaacium ludeum *mense Octobrio* de Africa cum elefanto regressum): *Et in Italia Teate civitas similiter capta et incensa est eiusque praefectus Roselmus comprehensus; castella, quae ad ipsam civitatem pertinebant, in deditionem accepta sunt.* 5) Quorsus haec spectent, plane ignotum est. A. 806. expeditiones contra Sorabos, in Bohemiam, in Corsicam insulam, contra Navarros et Pampilonenses factae sunt. Cf. Abel-Simson II, 355 sq. 357. 361 sq. 362; Reg. imp. I[2] nr. 419 b. 422 b. Cum expeditioni Bohemicae praeter Baioarios et Burgundios etiam Alamanni interfuisse expressis verbis tradantur, fortasse haec, si notae nostrae Augiae conscriptae sint, ad hanc potissimum expeditionem referenda esse videri possunt; cf. Ann. regni Franc. a. 806 (ed. Kurze p. 122): *Missa est manus de Baioaria et Alamannia atque Burgundia sicut anno superiore in terram Beoheim vastaturque terrae non minima portione absque ullo gravi incommodo regressa;* Abel-Simson II, 357, n. 5. Sed si forte *Uucitanam* urbem cum loco *Bucithi* apud Thietm. III, 1 fin. (p. 49. ed. Kurze) conferre liceat (cf. supra l. 16 n. i), etiam magis hic de bello Sorabico agi credas. Quodsi *Fucitana* intelligendum esset, id fortasse idem quod *Fuxitana*, id est Foix civitatem Aquitaniae ad Garumnam superiorem sitam, significare potuit. Sed quomodo haec urbs in bello contra Navarros et Pampilonenses suscepto 'disrumpi' potuerit, non video. Si quis vero Uucitanam urbem in Italia quaerere velit, non nisi de expeditione Corsicana cogitari posse videtur.

DEDICATIO ECCLESIAE IN VDMODSARD.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Notitia dedicationis ecclesiae in Udmodsard in his codicibus exstat:

1) *'Cartul. B 52' [21], nunc signatus 'Stablo-Malmedy, Rep. et Hs. Nr. 2', archivi rei publicae Borussicae Dusseldorpensis, saec. XIII, f. 39 nr. 82 (= A);*

2) *'Cartul. de Stavelot nr. 1' [664] archivi regii Belgici Leodiensis, saec. XV, f. 57' (= A¹);*

3) *'Cartul. Waltz' fratrum Waltz Hanoviae ad Moenum fl., saec. XVI¹, f. 31' (= A²);*

4) *'Cartul. de Stavelot nr. 6' [685] archivi regii Belgici Leodiensis, saec. XVIII ineuntis, p. 44 nr. 81 (= A³).*

A¹ et A² ex A, A³ ex A² transscripti sunt.

Ediderunt hanc notitiam I. Halkin et C.-G. Roland, 'Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy' I (Bruxellis 1909), 191 nr. 86 (perperam ad d. 28. Dec. 980) ex A. adhibitis etiam A¹, A², A³; antea W. Ritz, 'Urkunden und Abhandlungen zur Gesch. des Niederrheins und der Niedermaas' I, 1 (Aachen 1824) p. 50 nr. 36 ex A. Cf. etiam A. Wauters, 'Table chronologique des chartes et diplômes imprimés concernant l'histoire de la Belgique' I (Bruxellis 1866), 401 (ad d. 28. Nov. 980); A. Goerz, 'Mittelrheinische Regesten' I (1876), 308 nr. 1071. Nobis codicem A denno contulit Archivum Borussicum Berolinense; de reliquis codicibus Halkin et Roland secuti sumus.

De situ villae 'Udmodsard' nobiscum communicavit Archivum Borussicum Confluentinum.

A. II.

Anno ab incarnatione Domini DCCCCLXXX. dedicata est ecclesia in villa Udmodsard[2] 980, a venerabili Ekberto Trevirensi archiepiscopo in honore sancti Petri apostoli V. kal. Dec., Nov. 27. que etiam subiecta est matri ecclesie in Clotona[a. 3], sub Herengario corepiscopo, Ravengero[b] abbate[4], Ruodone preposito[5] necnon Frondone decano et Tietbaldo monacho et Bononе presbitero.

a) Dötona *corr.* Clotona *A*; Dotona, *in marg.* Clotona *A¹*; Clotona *A², A³*. b) *ita* (Ravengero) *A*; Raneugario *Halkin et Roland*.

1) Cf. etiam MG. Dipl. VIII, 241. 2) Incognita, fortasse iam ante longa tempora druta. Si hodie adhuc exstaret, de Urschmitt (*Ursmadia* a. 1190, 'Mittelrhein. Ub.' II nr 112 p. 155) prope Lutzerath (Rb. Koblenz, Kr. Kochem) vel de Auderath (*Uderath* a. 1569, Ph. de Lorenzi, 'Beiträge z. Gesch. sämtlicher Pfarreien der Diöcese Trier' II, Trier 1887, p. 244, cf. 253. 180; Rb. Koblenz, Kr. Kochem) potissimum cogitari posse videtur, quamquam in neutro loco de ecclesia S. Petri quicquam traditur. Cf. W. Fabricius, 'Erläuterungen zum Geschichtl. Atlas der Rheinprovinz' II (1898), 171; V, 2 (1913), 180. 193. 204 sq.; V, 3 (1913), 381; A. Goerz, 'Regesten d. Erzb. zu Trier' (Trier 1861) p. 6; id., 'Mittelrheinische Regesten' I (Coblenz 1876), 308, nr. 1071 (ubi Auderath vel Urschmitt vel Wollmerath, Kr. Kochem, proponuntur). Uerzig (Rb. Trier, Kr. Wittlich) nimis longe a Clotona abest. 3) Clotten vel Klotten ad Mosellam fl. (Kr. Kochem). Cf. Nota dedicationis in Clotena a. 1004, MG. SS. XV, 2 p. 1281, quae in A immediate huic notitiae subiuncta est (plenius edita ex A, A¹, A², A³ ab Halkin-Roland nr. 92 p. 200 sq., antea ab Ritz p. 50 nr. 36; cf. Wauters I, 444; Goerz I, 329 nr. 1161). 4) Ravengerus abbas Stabulensis inde ab a. 980. lun. 4 (DO. II, 219) usque ad a. 1004 (Halkin-Roland nr. 93 p. 202) occurrit; a. 1011. iam mortuus erat, cf. DH. II. 238. 5) Qui etiam a. 1004, d. 14. Maii occurrit, SS. XV, 2 p. 1281 (ubi n. 2 perperam cum Rudolfo postea abbate Hersfeldensi et episcopo Patherbrunnensi confunditur).

DEDICATIO ALTARIS S. CRVCIS IN ECCLESIA PRVMIENSI.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Hanc notitiam Iohannes Friedericus Schannat († a. 1739*) in libro, qui 'Eifflia illustrata' inscribitur, quem iussu Iohannis Mauritii comitis de Manderscheid-Blankenheim, archiepiscopi Pragensis (a.* 1733—1763*), aggressus est, 'ex veteri membrana' desumptam in capitulo sexto, cui titulus est 'Eifflia borealis sacra', posuit. Quod capitulum 'Eifflia borealis sacra' editioni 'Eiffliae illustratae', quam G. Bärsch a.* 1824*. Coloniae ex codice quodam Darmstadensi curavit, deest, sed extat in tribus codicibus Archivi historici civitatis Coloniensis signatis 'Chroniken und Darstellungen* 301' *(f.* 285[b]*), 'Chron.* 299' *(f.* 330*), 'Chron.* 300' *(f.* 242[b]*) et in codice quodam numero carente hodie Pragae in archivo Musei Nationalis ('Archiv narodního Musea v Praze'), quo a.* 1851*. devenit, cum aliis documentis, quae ad archivum Sternberg-Manderscheid spectant, asservato (f.* 582*). Codicum Coloniensium duo posteriores apographa sunt ('Chron.* 299' *saec. XVIII XIX, 'Chron.* 300' *ab Alftero a.* 1801*. scriptus), primus ('Chron.* 301') *ab ipso Schannatio scriptus esse putatur*[1]*. Ex codice Pragensi, quem Hermannus Iosephus ab Hartzheim († a.* 1763*) a.* 1754*sqq. ex autographo Schannatii descripsit vel describendum curavit et additamentis auxit, hanc dedicationem primus edidit docto commentario illustratam Heinricus Neu, 'Eine Prümer Weihinschrift vom Jahre* 1063', *in 'Rheinische Vierteljahrsblätter' II (*1932*), p.* 228—231*, postquam priore anno de eodem codice pluribus egit ibidem I (*1931*), p.* 404—414 *('Zur Geschichte der Eiflia illustrata').*

De codicibus Coloniensibus nobis benigne rettulit E. Kuphal Coloniensis; codicem Pragensem denuo inspexit v. cl. H. Zatschek socius noster.

A. H.

1063. Nov. 1. Anno dom(inicae) incar(nationis) MLXIII. die kalend(arum) Novembris dedicatum est altare hoc cum aedificio a reverentissimo Treverorum[a] archiepiscopo Eberhardo[2] in honorem victoriosissimae sanctae crucis, de cuius praetiosissimo ligno hic habetur, agente hoc venerabili loci huius abbate Ruoperto, qui monasterium Sancti Salvatoris[3], mediocri antiquitus constructum fundamine, adauxit, ut cernitur, in longitudine.

a) *ita tres codices Colonienses*; Tr. *om. Neu cum cod. Prag.*

1) De codicibus Coloniensibus aliisque 'Eiffliae illustratae' codicibus cf. A. v. Domaszewski, 'Zur handschriftlichen Überlieferung der niederrheinischen Inschriften', in 'Westdeutsche Zeitschrift für Gesch. u. Kunst' XXIII (1904), p. 161. 170sqq. Idem codicem Bonnensem signatum 'S 416', cuius etiam H. Neu in 'Rheinische Vierteljahrsblätter' I (1931), p. 414 mentionem facit, aeque ac duos Colonienses 'Chron. 299' et 'Chron. 300' ex Schannatii autographo Coloniensi 'Chron. 301' exscriptum esse putat. 2) Treverensi (a. 1047—1066), qui huius dedicationis in charta monasterio Prumiensi super iis, quae kal. Nov. a. 1063. acta erant, a. 1065. Oct. 23. data ita mentionem fecit: *Pergentes porro ad ipsum tandem cenobium iam dicti abbatis ductu et rogatu venimus, ubi parte monasterii, quam ipse* (sc. Ruopertus abbas) *veteri apponens a fundamento construxerat, dedicata altare* (*altari* Beyer) *quoque in medio situm a nobis pariter consecratum est, conditisque in eo reliquiis supra nominatas* (*nominatus* Beyer) *cum decimationibus suis ecclesias ea conditione tradimus . . .*; H. Beyer, 'Mittelrhein. Ub.' I, 413sq. nr. 356; A. Goerz, 'Reg. d. Erzb. zu Trier' (Trier 1861) p. 10sq.; A. Goerz, 'Mittelrhein. Regesten' I nr. 1387. 1402. 3) Prumiense.

DEDICATIO CAPELLAE IN CASTRO WIRTENBERC, VT VIDETVR.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Antiquissimum, quod putant, montis Wirtenbergensis super villam Rothenberg inter Esslingen et Cannstatt monumentum in lapide a. 1790. *supra portam stabuli equorum in interiore area veteris arcis Wirtenberg reperto, qui a.* 1824. *in sacristia capellae sepulcralis Katharinae reginae Württembergensis ibidem a.* 1820—24. *institutae, a.* 1927. *in capella ipsa positus est, servatur. Cuius specimen saeculo XIX. ineunte delineavit aeriique incidit F. A. Seyffer*[1]*, quod non vidimus. Lapidis imaginem nunc habes in 'Die Kunst- und Altertums-Denkmale im Königreich Württemberg . . . bearb. von Dr. Ed. Paulus' 'Inventar'. 'Neckarkreis' (*1889, *'Neudruck', Esslingen* 1906*) p.* 159, *cf. p.* 162. *et* 599, *et, formae minoris, apud Eug. Schneider, 'Bilderatlas zur Württembergischen Geschichte' (Esslingen a. N.* 1913*) p.* 42. *Textum ediderunt inter alios*[2] *v. Memminger, 'Beschreibung des Oberamts Cannstatt' (Stuttgart et Tübingen* 1832*) p.* 196; *Chr. F. Stälin, 'Wirtembergische Geschichte' II (*1847*), p.* 477, *n.* 5; *Hartmann in 'Beschreibung des Königreichs Württemberg nach Oberamtsbezirken', ed. sec., 'herausgeg. von dem K. Statistischen Landesamt', 'Beschreibung des Oberamts Cannstatt' (Stuttgart* 1895*) p.* 620; *Eug. Schneider l. c. et 'Der älteste Herr von Württemberg', in 'Württembergische Vergangenheit' (Stuttgart* 1932*) p.* 130 *sq., quem et imaginem lapidis secuti sumus. Uncis quadratis inclusa in lapide non iam leguntur, uncis lunatis inclusa abbreviata sunt.*

A. H.

Anno dominice [i]ncarn(ationis) mill(esimo) LXXXIII. indic(tione) V[I]. VII. idus Feb(ruarii) ded(icatur)[a] hec cap(ella) ab A[d]elb(erto) Worm(ati)ens(is) ec(clesi)e ep(iscop)o[3] in h(onorem) s(ancti) [Nicolai][b]. 1083. Febr. 7.

a) DED̄ *lapis; dedicata Schneider, alii; an potius* ded(icata) [est] *legendum?* b) *ita Schneider; nomen sancti abbreviatum esse videtur, nam, si imagini lapidis credis, non nisi* 3 *vel* 4 *litterae evanuerunt;* [Nicolái?] *v. Memminger* [*ubi* ( )], *Stälin, Hartmann* [*ubi* ( )].

1) V. Eug. Schneider in 'Württembergische Vergangenheit' p. 130 sq.; cf. etiam 'Die Kunst- und Altertums-Denkmale im Königreich Württemberg . . . Inventar.' 'Neckarkreis' p. 599, ubi 'Mscr. hist. Q 296 d. K. Landesbibliothek' indicatur. 2) Cf. etiam K. Weller, 'Die Grafschaft Wirtemberg und das Reich bis zum Ende des 14.' (legendumne '13.'?) 'Jahrhunderts', in 'Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte' XXXVIII (1932), p. 115 n. 6. 3) A. 1070—1107. Qui, Heinrico IV. regi infestus, tunc in monasterio Hirsaugiensi exulasse dicitur. Cf. K. Weller, in 'Württ. Vierteljahrshefte' XXXVIII (1932), p. 114 sq.

TRANSLATIO SERGII ET BACCHI MARTYRVM WEISSENBVRGENSIS.

EDIDIT **W. LEVISON.**

Sergii et Bacchi martyrum cultus, quorum basilica in Rusafa sive 'Sergiopoli' castello Syriae orientalis ab Euphrate fluvio in meridiem versus sita celeberrima erat[1], *etiam in partibus occidentalibus latius propagatus est*[2]. *Ecclesiam beati Sergii in Classe civitate constructam post tempora Gothorum Agnellus episcopus Ravennas (557—570) fidei orthodoxae reconciliavit*[3]. *Burdigalae Euphron negotiator Syrus anno* 585, *reliquias eiusdem martyris oratorio domestico intulerat adeo exoptatas, ut particulas earum vel per vim confractas auferrent*[4], *neque solum ecclesiae eius sepulchralis fama ad Gregorium episcopum Turonensem pervenerat*[5], *sed etiam in baptisterio basilicae S. Martini Turonensi reliquias Iohannis Baptistae et Sergii martyris coniunctas ipse reposuit*[6], *neque minus in suburbio Andegavensi propinquo, si non antea, at Chlodoveo II. regnante (639—657) in honorem sancti Sergii monasterium surrexit*[7]. *Romae inde ab aevo Gregorii III. e pontificibus originis Syriacae (a.* 685—701, 708—715, 731—741*) ultimi quattuor diaconiae ecclesiaeve Sergio et Bacchio dicatae commemorantur*[8]. *Ex urbe Roma reliquiae eorum in Germaniam ab Otgario archiepiscopo Moguntinensi (826—847) allatae sunt, qui ut corpus sanctum quoddam Romae sibi inquireretur Gregorium IV. papam (827—844) rogaverat*[9], *eumque voti huius compotem factum esse disticha testantur:*

Martyribus sanctis honor extat maximus orbe,
Nomine pro Christi qui meruere mori.
Excellens inter quos gaudet Sergius almus,
Qui cum fratre Baccho supplicia arcta luit.
Romulea ex urbe hos praesul Otgarius ambos
Advexit, tantum Sergium et hic posuit.

Versus Hrabanus Maurus successor eius in tumulo sancti Sergii *scribendos composuit, qui et alios* super confessionem ipsius sepulcri *in eadem ecclesia, scilicet Weissenburgensi, apponendos confecit*[10]. *Reliquiae enim cum aliis ecclesiis illatae sunt, velut anno* 850. *S. Wigberti Hersfeldensi*[11], *tum coenobio illi Weissenburgensi famosissimo, cuius monachus Otgarius fuerat*[12],

1) Cf. V. Chapot, 'La frontière de l'Euphrate de Pompée à la conquête arabe' ('Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome' 99), 1907, p. 231, 328 sqq.; Fr. Sarre et E. Herzfeld, 'Archäologische Reise im Euphrat- und Tigris-Gebiet' I, Berolini 1911, p. 136—141; II, 1920, p. 1—45 (auctore S. Guyer); III, 1911, tab. 53—62; IV, 1920, tab. 121/22; H. Spanner et S. Guyer, 'Rusafa, die Wallfahrtsstadt des Heiligen Sergios', Berolini 1926. 2) De martyribus cf. C. Byeus, 'Acta sanctorum Octobris III (1770), 883—883; H. Delehaye, 'Les origines du culte des martyrs', Bruxellis 1912, p. 242 sqq. et Acta sanctorum Novembris II, 2 (1931), p. 545 n. 20. 3) Agnelli Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis c. 86 (SS. rer. Langob. p. 334; ed. A. Testi-Rasponi, Rer. Ital. SS.² II, 3, p. 217). 4) Gregorii Turon. Hist. VII, 31 (SS. rer. Merov. I, 311 sq.). 5) Greg., In gloria martyrum c. 96 (ib. p. 553). 6) Greg. Hist. X, 31 (ib. p. 449). 7) Diploma Childeberti III. ed. Pertz, Dipl. Merov. p. 65 nr. 74. 8) Testimonia Libri pontificalis aliaque collegerunt P. Kehr, Italia pontificia I, p. 34, 102, 149, et Chr. Huelsen, 'Le chiese di Roma nel medio evo', Florentiae 1927, p. 461 sqq. nr. 50—53. 9) MG. Epist. V, 72 nr. 13. 10) Hrabani carm. 55, 1—4 (MG. Poetae II, 219 sq.). 11) Hrabani carm. 77, 7, v. 5 (ib. p. 230). Etiam ecclesiae S. Saturnini in Dreisen vico Palatinatus sitae (de loco ib. p. 700) reliquiae eorundem martyrum datae sunt; cf. carm. 80, 7, v. 4 (ib. p. 233). 12) MG. Libri con-

reliquiarum cultor studiosus[1]. *Quod e hymno concludi potest, quem Walahfridus Strabo poeta Augiensis sui aevi clarissimus († 849) in honorem utriusque martyris conscripsit (incipit* Pangite caeli, reboemus odas*), precans*[2]:

(8). Inde vos saecli precium sequentes,
quaesumus, nobis meritis favete,
nosos ut vestris nequeat nocere
civibus istis.

(9). Hic topus vester vocitatur Alba
Civitas, sacris decorata gazis,
quem sacrosancti cineres adornant,
somata sancta.

His versibus nomen Albae Civitatis (= Weissenburg) proprium inesse G. M. Dreves perspexisse videtur; congruit, quod reliquiae martyrum illorum Weissenburgi et a. 1284. *in quattuor altaribus reconditae sunt*[3] *et 'corpora' eorum inter reliquias summi altaris saeculo XV. inventa*[4]*, postquam Karolus IV. rex a.* 1353. *partes dimidias inde Pragam detulit*[5].

De Weissenburgo autem coenobio re vera agi brevis relatio translationis testis extat, quae Passioni martyrum satis fabulosae e Graeco sermone in Latinum versae[6] *subiuncta in codice Epternacensi, iam Parisiensi nr.* 9740 *(Suppl. lat.* 243. 3*) saeculo XII. exarato legitur*[7] *(= c.), qui fol.* 212ᵛ—217ᵉ *Passionem continet, praecedente hymno (fol.* 212, *incipit* Adsunt nobis exoptata*), fol.* 217ᵉ—218 *Translatione subsequente. Relatio haud ita multo ante aetatem codicis litteris mandata est, siquidem coenobium a Dagoberto rege constructum esse ibi narratum est. Atque monasterium anno* 682/83. *commemoratum*[8] *ut saeculo VII. originem debuit, ita a Dragobodone episcopo Spirensi constructum est, id quod in charta eidem a.* 700, *inscripta legitur*[9]*, neque in diplomatibus regum et imperatorum coenobio ab anno* 967. *ad annum* 1067. *concessis privilegiorum anteriorum mentio fit nisi Pippini 'imperatoris'*[10]*, donec in privilegio Heinrici IV. anno* 1102. *dato Dagobertus rex 'fundator' occurrit*[11]*, deinceps iterum iterumque celebratus*[12]*, ipsumque diploma nomine eius finxerunt*[13]*, sive ante annum* 1102. *compositum*[14] *sive potius inter annos* 1111. *et*

fraternitatum p. 71 (Sangallensis 210, 6): *Olger episcopus* et 210 (Augiensis 177, 12, a. 826): *Olgerus* inter fratres Weissenburgensis monasterii commemoratur.

1) Cf. A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II³ (1912), p. 773. 2) Walahfridi carm. 83 (MG. Poetae II, 418 sq.; cf. p. 264 n. 1); G. M. Dreves, Analecta hymnica medii aevi 50 (1907), p. 178 sq. 3) C. Zeuß, Traditiones possessionesque Wizenburgenses, Spirae 1842, p. 335 sq. 4) Ib. p. 337. 5) Epistola Karoli IV. a. 1354 (Ian. 2) ed. Bob. Balbinus, Miscellanea historica regni Bohemiae, Decadis I. liber VI, Pragae 1684, p. 61. Cf. Byeum l. l. p. 861 sq.; Böhmer-Huber, Regesta imperii VIII, nr. 1710. 6) De Passionibus martyrum Graecis, e quibus primigenia in Analectis Bollandianis XIV (1895), 378—395 publici iuris facta est, cf. Bibliothecam hagiographicam Graecam² (1909) nr. 1624/25; de Syriacis et Armeniaca Bibl. hagiogr. Orientalem (1910) nr. 1052/55; de versionibus Latinis, quarum unam post Mombritium Byeus l. l. p. 863—869 edidit, cf. Bibl. hagiogr. Latinam II (1901) nr. 7599—7606. De genere Passionis cf. H. Delehaye, 'Les Passions des martyrs et les genres littéraires', Bruxellis 1921, p. 255, 270 sq., 284, 295, qui eam Passionibus quas dicit 'epicas' adnumeravit. 7) De codice cf. Bollandianorum Catalogum codicum hagiographicorum Latinorum qui asservantur in bibl. Nationali Parisiensi II (1890), 579 sqq.; SS. rer. Merov. VII, 644; de alia parte codicis infra p. 1368. 8) Zeuß l. l. p. 204 nr. 213; Pardessus, Diplomata II, p. 454. De anno 10. Theoderici III. regis neque eius nominis IV. (a. 730/31) agi perspexit A. Halbedel, 'Fränkische Studien' ('Historische Studien' ed. Ebering 132), Berolini 1915, p. 17 n. 18. 9) Zeuß p. 194 nr. 208; Pardessus II, p. 430. 10) Diploma Ottonis II. nr. 15, Ottonis III. nr. 125, Heinrici II. nr. 35, Conradi II. nr. 148, Heinrici III. nr. 58 (MG. Dipl. II, p. 23, 537. III, p. 39. IV, p. 200. V, p. 76); Zeuß p. 319 (Stumpf, 'Reichskanzler' nr. 2708). Chartam Ottonis II. genuinam neque interpolatam esse statuit E. Stengel, 'Die Immunität in Deutschland' I (1910), p. 164 (n. 2), 207 (n. 4), 317 (n. 2), 340 (n. 1), 355 (n. 2), 585 (n. 1), 591 (n. 4), qui eam a diplomate Pippini regis deperdito re vera pendere asserit; cf. etiam Tye (v. p. 1342 n. 1) p. 15 sqq. 11) Zeuß p. 320; Stumpf nr. 2956. 12) Cf. privilegia Heinrici V. a. 1111 (Zeuß p. 325 sq.; Stumpf nr. 3068), Alexandri III. a. 1179 (Zeuß p. 321 sq.; Jaffé, Reg.² II, nr. 13 366), Friderici I. a. 1187 (Zeuß p. 326 sq.; Stumpf nr. 4479); martyrologium Weissenburgense saec. XII (ed. E. F. Mooyer, 'Archiv des historischen Vereines von Unterfranken und Aschaffenburg' XIII, 1855, fasc. 3, p. 52; A. Hofmeister, 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins N. F.' 34, 1919, p. 401 n. 2); diploma Heinrici I. spurium Klingenmünster coenobio datum nr. 42 (MG. Dipl. I, p. 77). Posteriores mitto. 13) Zeuß p. 323 sqq.; Pertz, Dipl. Merov. p. 149 nr. 31. Cf. etiam diplomata Dagoberti spuria

1187. *confectum*[1]. *Unde relationem translationis saeculo XI. vergente vel XII. Weissenburgi Passioni additam esse consentaneum est, neque sermo abhorret, partibus sententiarum in iisdem syllabis desinentibus, id quod Germanice 'Reimprosa' vocamus.*

Translationem e codice Parisiensi publici iuris fecerunt socii Bollandiani in Catalogo codicum hagiographicorum bibliothecae Nationalis II, Bruxellis 1890, *p.* 583—584[2]. *Ipse imaginem phototypicam intercedente v. c. Henrico Omont expressam adhibui.*

W. Levison.

Deinde venerabiles eorum exuvias illa urbium nobilissima et mundi domina[3] obtinuit Roma, quae postmodum, per venerabilem Otgarium Mogontinum episcopum[4] ad Gallias translatae, in civitate Leucopolitana quae et Wizenburch[5] vocatur honestissimae sepulturae sunt commendatae. Hic nimirum fratrum suorum completionem et magnae resurrectionis expectant diem, quando illorum gaudii perfectio corporum in quibus triumphaverunt glorifica erit resurrectio. Civitas haec, quasi quidam paradysus Dei rore caeli[6] irrigata, a nobilissimo Francorum rege Dagoberto exaltata[7] beatoque Petro est donata[8], in qua ab eodem principe in honore eiusdem caelestis clavigeri[9] nobilissima, ut nunc usque apparet, basilica cum claustro est edificata. Quo nimirum in claustro electorum monachorum instituit numerum, ut operarentur et custodirent hortum[a] hunc deliciarum. Ex eorum sacro collegio electus iste vir processit Otgarius[10], qui primum ibidem abbas, post Mogontinus effectus est archiepiscopus[11]. Unde primum exaltationis suae locum caeteris familiarius diligens, eum duorum istorum martyrum preclaro lumine irradiavit. Quorum meritis apud omnipotentis Dei clementiam peccatorum hic optineamus veniam, ibi post exutam huius carnis trabeam aeterni regni laeticiam, qui in substantia simplex et in personis triplex vivit et regnat unus per omnia secula seculorum Deus. Amen[b].

a) ortum c. b) Explicit passio Sergii *litteris minutis m. al. in marg. add. c.*

Blidenveldense (ib. p. 171 nr. 53) et Erfurtense S. Petri (ib. p. 198 nr. 88; A. Overmann, 'Urkundenbuch der Erfurter Stifter und Klöster' I = 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen, Neue Reihe' V, 1926, p. 1 nr. 1). — Monachi Weissenburgenses, ut Dagoberto I. regi celeberrimo originem monasterii attribuerent, fortasse eo adducti sunt, quod Dagobertus rex ei donationem fecerat (Zeuß p. 266 nr. 278; Pertz p. 41 nr. 44), scilicet a. 712 rex huius nominis tertius (cf. Stumpf, 'Historische Zeitschrift' 29, 1873, p. 385; Krusch, SS. rer. Merov. V, 90 n. 11). 14) Hans Hirsch, 'Neues Archiv' 34, p. 269.

1) E. Herr, 'Bemerkenswerte mittelalterliche Schenkungen im Elsaß' ('Beiträge zur Landes- und Volkeskunde von Elsaß-Lothringen, Heft 34'), Stratoburgi 1908, p. 1—39; Th. Tye, 'L'immunité de l'abbaye de Wissembourg' ('Collection d'études sur l'histoire du droit et des institutions de l'Alsace I'), ib. 1927, p. 3 sq., 12, 26 sqq. 2) Cf. etiam 'Bibl. hag. Lat.' nr. 7603. 3) Cf. e. gr. carmen clarissimum, quod incipit: *O Roma nobilis, orbis et domina, cunctarum urbium excellentissima* (ed. Traube, 'Abhandlungen der philos.-philol. Classe der Münchener Akademie' XIX, 1891, p. 300). 4) 826—847; cf. supra p. 1340. 5) Cf. Annales Monasterienses S. Gregorii a. 681 (SS. III, 153): *Initium Leucopolis coenobii, quod Latine Wizenburch dicitur.* 6) Ita e. gr. Gen. 27, 28. 7) Cf. supra p. 1341. 8) Alexander III. (l. l.) a. 1187 coenobium Weissenburgense iis ecclesiis ac venerabilibus locis adnumerat, *quae ad specialе ius per singularem proprietatem sanctae Romanae — — spectant ecclesiae*; cf. praefationem codicis Edelini abbatis (1262—1293), Zeuß p. 269: *abbas monasterii sancti Petri Wizenburgensis ad Romanam ecclesiam Romanumque imperium nullo medio pertinentis.* Cf. Tye l. l. p. 18 sq. 9) Ita e. gr. hymnus n. 3 allatus: *Petre tu prepotens caelorum claviger.* 10) Cf. supra p. 1340 n. 12. 11) Otgarius, qui anno 826. ecclesiam Moguntinam regendam susceperat, monasterio Weissenburgensi non nisi annis 837/40—846. praefuit. Cf. Zeuß p. 351; E. Dümmler, 'Geschichte des Ostfränkischen Reiches' 1², p. 129. *Otgerus episcopus et abbas* vel *Othgerus abbas et episcopus Magontinus* etiam in catalogis abbatum coenobii commemoratur (SS. XIII, 320).

MIRACVLA SANCTI APOLLINARIS EPISCOPI VALENTINENSIS.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Vitae beatissimi Apollinaris episcopi ecclesiae Valentinae super fluvium Rodani magnum[1], *quam B. Krusch v. cl. in SS. rerum Meroving. t. III (1896), p. 194—203 (cf. IV, 768. VII, 814) edidit*[2] *(cf. BHL. nr. 634), in codice Parisiensi bibl. nat. Lat. nr. 5315 (olim Colb. 1746, deinde Reg. C. 3863. 8), saec. XII*[3]*, membranaceo (= c.), f. 26ᵉ—27ᵛ eiusdem miracula post mortem (= BHL. nr. 636) facta*[4] *subiuncta sunt, quae, cum saeculo X. conscripta esse posse videantur et locum valde insignem de Hugonis marchionis Provinciae, comitis Viennensis et Arelatensis, postea (a. 926—945, † a. 947) regis Italiae, expeditione Italica priore (c. 3) nonnullaque de regni Burgundiae sive Provinciae saeculo X. ineunte conditione, de Agarenis et desolatione ecclesiae Valentinensis notatu haud plane indigna tradant, in tanta auctorum, qui de rebus Burgundicis eius aetatis scripserint, penuria nostrae collectioni inserta iis, qui in res Burgundiae et Provinciae etiam illis temporibus historiam Germaniae artius attingentes investigabunt, haud ingrata fore speramus. De codice, qui in editione Vitae Apollinaris non adhibitus neque indicatus est, accuratissime egerunt socii Bollandiani in Catalogo codicum hagiographicorum Latinorum antiquiorum saeculo XVI, qui asservantur in bibliotheca nationali Parisiensi II (Bruxellis 1890), p. 87—89, qui ibidem p. 93 sq. 'Miracula S. Apollinaris' primi typis impresserunt. Deinde ex eodem codice, quem satis mendose ex alio iusto saeculo antiquiore transcriptum esse putat, a rev. canonico Ul. Chevalier, 'Vies de saints dauphinois', in 'Bulletin d'histoire ecclésiastique et d'archéologie religieuse des diocèses de Valence, Gap, Grenoble et Viviers' XV (1895), 'livraison supplémentaire', p. 38—40, paulo emendatiora edita sunt, qui locos sacrae scripturae complures enotavit*[5]*. Nobis imagines codicis lucis ope factas mediantibus iis, qui Bibliothecae Nationalis Parisiensis curam gerunt, suppeditavit Societas amicorum Bibliothecae Nationalis.*

In re orthographica codicem plerumque presso pede secuti tamen in clausulis vocum primae declinationis semper ae *pro* e *posuimus. Capitum numeros, quos Chevalier cum codice omisit, iam Bollandiani addiderunt.*

A. H.

1. Si ea recitata sunt, que largiente Domino in vita sua[6] peracta noscuntur, illa non oportet tacere, que nostris temporibus pro ipso propitio elucidata sunt. Anno igitur in-

1) Qui saeculo VI. ineunte floruit. 2) Qui Vitam saeculo IX. in. Valentiae compositam esse exposuit. 3) Ita Bollandiani loco infra citato et iam Catalogus codicum manuscriptorum Bibliothecae regiae P. III, T. IV (Paris 1744), p. 89. Cf. etiam notam sequentem... 4) Cf. etiam A. Molinier, 'Les sources de l'histoire de France' I (Paris 1901), p. 278 nr. 910, qui codicem, Ulixem Chevalier (p. 38, v. infra l. 21) secutus, saeculo XI. vel XII. attribuit; Ul. Chevalier, 'Regeste Dauphinois' I (Valence 1913), p. 172 nr. 1012 ad a. 911. Inscriptio Vitae Apollinaris in codice Parisiensi nr. 5315 ad verbum convenit cum codice Carnotensi nr. 115 (63) (olim monasterii S. Petri Carnotensis), saec. XI. in. (= 1a apud Krusch), SS. rer. Mer. III, 197 l. 37 n. a (omissa tantum voce *magnum*); de quo codice cf. 'Catalogue général des manuscrits des Bibliothèques Publiques de France. Départements' XI (Paris 1890), p. 62 sq.; MG. SS. rer. Merov. VII, 575. 5) In quibus supplendis W. Levison et F. Herberhold v. d. me adiuverunt. 6) Scil. Apollinaris episcopi Valentinensis, qui secundum Vitam

911. carnationis dominicae DCCCC^mo XI^mo, defuncto sanctae Valentinensis aecclesiae episcopo[1], Remegarius, natione Francus, in eadem ecclesia rogatur episcopus[2]. Hic dum in iam dictam ecclesiam adveniret, [invenit[a] ibi puellam[a]], que multis annis contracta[b] iacebat nec omnino ambulare[c] poterat. Necessitate autem[d] Agarrenorum[3] instante, prefata basilica, in qua beatus pontifex iacebat, plena erat vasculis, in quibus vinum atque annona[e] recondebatur. Eliminata autem omni spurcicia ex ea a prefato presule, statim predicta puella laudans Deum erecta est et sic incolumis facta est, quasi nunquam rerum ac crurium dolores[f] sentisset[g].

2. Eodem namque tempore puella quedam, nomine[h] Ermengardis[i], ex patre Ragamberto[k], male a demonio vexabatur[4]. Hanc[l] ecclesiam intrare spiritus malignus nullatenus sinebat, sed invita[m] a[n] parentibus intus inlata, huc illucque ab ipso agitabatur et nunquam in olfactu[o] odorem incensi sufferre[p] poterat. Quod ut compererunt[q] parentes eius, miserunt eam ad domum eximii confessoris Christi et voverunt[r] se daturos ex rebus suis atque eam inibi servituram, si illam Dominus per interventum servi sui a proprio labore liberasset. Veniens autem ad prelibatam[s] ecclesiam[5], clerici loci illius facta letania, oratione peracta, statim spiritus malignus cum grandi fetore et ingenti strepitu discessit, dans honorem Deo vivo et vero[6], qui sibi talem elegit famulum. Porro omnibus, qui ibidem aderant, Deo gratias referentibus, puella iam dicta sospitate[t] recepta reversa est ad propria. Frater namque ipsius iniquissimus, nomine Ricardus, qui se voverat Deo sanctoque Apollinari [ex][u] rebus[v] propriis donaturum, cupiditate ductus[w], Ananiae et Saphirae[7] exemplum retinetis, non solum suam promissionem fraudavit, verum etiam partem suae sorori ex rebus a patre sibi dimissis minime dedit, quatenus votum suum adimplere posset. Transactis igitur fere octo diebus, iterum leo rugiens[x], qui circuit[y], quaerens quem devoret[8],

cf. Matth. 15, 22.

1. Thess. 1, 9.

1. Petr. 5, 8.

a) inv. ibi puellam *om. c.; suppl. Boll.* (ibi *om. Chevalier*). b) contrata *c.; corr. Boll.* c) ambularet *c.* d) *ita c., Chev.;* [sed et,] necessitate aut Agarrenorum [incursione] instante *proposuerunt Boll.* e) annonā *c.* f) dolore *c.; corr. Boll., Chev.* g) *ita c.;* sensisset *corr. Boll.* h) nomine *corr.* nominę *c.* i) ermgardis *c.* k) *ita Chev.;* Ragnaberto *Boll.;* ragabto *c.* l) ad *add. manu saec. XV. c.* m) invicta *corr. ex* invitta *c.* n) *ita Boll., Chev.;* de *c.* o) olfatu *c.; corr. Boll., Chevalier.* p) *ita Boll.;* suferre *c.* q) cōpēr, *postea add.* ut, *c.* r) uouerunt *fortasse corr. (ex* uouauerunt*?) c.* s) plibatā *corr.* plibatā *c.* t) -ta- *supersc. c.* u) ex *om. c., suppl. Chev. (cf. l. 21 sq.); de suppl. Boll.* v) r- *corr. ex* s- *c.* w) ductus *c.; corr. Boll., Chevalier.* x) rugiens *c corr., ut videtur, in marg.* *alter. iterum* rugiens, *c.* y) circu ideus *corr.* circuid q;rens *c.;* circuit quaerens *Boll.*

c. 7 (SS. rer. Mer. III, 199) *pontificalis officii cursum tricessimo et quarto anno venerabilis vitae* complevit, post a. 517. Cf. etiam Chron. episc. Valent. recentioris aetatis, cuius primam partem L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' 1[2] (Paris 1907), p. 222 saeculo XII. ineunte sub Eustachio episcopo compositam esse autumat, quod tamquam minus incertum in medio relinquimus, apud Duchesne l. c. 1[2], 217, cf. 223.

1) Aimericus, non ante a. 899 (quo anno d. 28. Ian. Isaac episcopus Valentinensis occurrit, Chevalier, 'Reg. Dauph.' I, 159 nr. 930) episcopus factus, qui quo anno obierit, aliunde non constat. Cf. Duchesne l. c. 1[2], 225; Gallia Christiana XVI (1865), col. 298. Chron. ep. Val. (Duchesne 1[2], 218) confuse procedens inter Aymericum et Remegarium Addonem, Brocardum, Archimbertum, Aginnum, Robertum, alterum Isaacium, quos Nicolai papae II. temporibus floruisse nugatur, inserit. — 2) Remegarium, cuius natio alibi non traditur, iam a. 907, vel 908 (vel etiam paulo ante a. 907) in cathedram episcopalem ascendisse R. Poupardin: 'Le royaume de Provence sous les Carolingiens' (Paris 1901) p. 261 n. 2 probare conatus est. Sed mihi potius in charta monasterii S. Bernardi Romanensis ('Cartulaire de Saint-Barnard de Romans', 'nouv. éd.', curante Ul. Chevalier, I, fasc. 1, Paris 1898, nr. 7 p. 14 sq.; Chevalier, 'Reg. Dauph.' I, 170 nr. 1000), in qua nititur, 'si obstat (cf. 'Cartul.' etc. nr. 6 p. 10—14, 'Reg. Dauph.' I, 169 sq. nr. 998) pro anno VIII. Ludowici imperatoris (= a. 908—909, m. Febr.) annus XIII (= a. 913—914, m. Febr.) substituendus esse videtur, nisi forte alibi error quidam latet, quam cum viro doctissimo modo nominato in Miraculis nostris annus DCCCCXI. ex anno DCCCCVI. corruptus esse putandus. Annum 912. tuetur G. de Manteyer, 'La Provence du premier au douzième siècle' (Paris 1908) p. 119 n. 2 ad p. 118. Chron. ep. Valent. (Duchesne 1[2], 218) nihil ad rem affert, cum haec tantum de Remegario narret: . . . *successit Remegarius vitae venerabilis, qui inter sua praeclara gesta translationem ss. martyrum Felicis, Fortunati et Achillei ab eorum sepultura in ecclesia b. Stephani celebravit.* Remegarius episcopus sedit etiam a. 923, d. 12. Iun., Chevalier, 'Reg. Dauph.' I, 178 sq. nr. 1051. Successor eius Odilbertus anno demum decimo regnante rege Conrado d. 8. Mai. occurrit, quem annum Chevalier, 'Reg. Dauph.' I, 200 nr. 1184 annum 947. esse statuit (sed cf. etiam quae adnotavi 'Deutschland und Burgund im früheren Mittelalter', Leipzig 1914, p. 95). — 3) Quod tuetur Poupardin l. c. p. 262 n. 2, cf. p. 261 n. 4. 4) Cf. Matth. 15, 22: *filia mea male a daemonio vexatur.* 5) B. Stephani Valentinensem, cf. infra c. 3, p. 1346, l. 11. 6) 1. Thess. 1, 9: *servire Deo vivo et vero.* 7) Act. 5, 1 sqq. 8) 1. Petr. 5, 8: *quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret.*

reversus est in puellam, et factus est novissimus error peior priore[1]. A[a] domesticis autem cf. Matth. 27, 64.
patris sui[b] comprehensa[c], ducta est mox ad lectum gloriosi pontificis, et vincientes eam cathena, sicut mos est demoniacis facere, coepit[d] [d]emon ribidus[e] in ea clamare[f], dicens: 'O Apollinaris, orationes tuae me hodie eiciunt [g]e corpore.' Et circa horam[g] nonam, dum reficeretur memoratus[h] episcopus, ipsius urbis solvens ieiunium, a[n]uente[i] Deo sanctoque Apollinare[k] interveniente soluta est; [f]actusque est repente talis sonus, ut omnes, qui cum episcopo commessuri erant, sperarent ecclesiam et mansionem pariter cecidisse[l]. Sicque episcopus, et qui cum eo erant, agentes Deo gratias, puellam incolumem reddiderunt parentibus.

3. Sed[m] nec illut arbitror tacendum rei[n] gestae miraculum, quod per servum suum 912.
Dominus eodem anno ostendere voluit. Anno itaque revolvente ordinationis ipsius presulis, Ugo inclitus marchio, qui tunc rem publicam sub Ludovico imperatore[2] regebat, Italiam provehebatur[o.3]. Hic namque in suo auxilio episcopos atque comites habebat, inter quos prefatus episcopus[4] fidelitate necnon et servicio[p] assiduus habebatur. Proficiscens igitur iam dictus episcopus Viennam[5], ut cum[q] predicto[r] duce deduceretur, atque

a) *hic distinctio c.* b) sui *postea add. c.* c) cōpensa *c.* d) cepit *c.* e) rapidus *c., Chev.; corr. Boll.* f) -ma- *superscr. c.* g) h- *manu posteriore add., praecedit spatium circiter 2 litterarum caput vacuum c.* h) inoratus, *in postea add., c.* i) annuente *c.* k) *sta c.*; Apollinari *Boll.* l) cecidisse *c.*; *corr. Boll.* m) *nulla distinctio c.* n) rey, *sed y manu recentiore in loco raso, c.* o) -uehe- *e corr. c.*, provehebatur *corr. ex* proficiscebatur *? Boll.* p) -uis *e corr. manu recentiore c.* q) cū *superscr. manu recentiore c.* r) dic *in loco raso, ubi prius g, i litterae fuisse videntur c.*

1) Cf. Matth. 27, 64: *et erit novissimus error peiór priore.* 2) Ludowico III, a Berengario I. a. 905. excaecato, qui a. 890. in regem Provinciae promotus, a. 901, m. Febr. Romae in imperatorem coronatus, inter d. 25. Dec. a. 927. et d. 28. Apr. a. 932., fortasse ipso die 5. Iun. a. 928. mortuus est; cf. Poupardin, 'Le royaume de Provence' p. 226 n. 5; A. Hofmeister, 'Deutschland und Burgund im früheren Mittelalter' (Leipzig 1914) p. 39. 51 n. 2. 3) Haec ad priorem expeditionem Hugonis Italicam, quae valde infeliciter cessit, quamque Liudprandus Crem. Ant. III, 12 *(Berengarii iam nominati regis tempore)* et Constantinus Porph., De admin. imp. c. 26 p. 116sq. ed. Bonn. (qui hoc confuse eo tempore, quo Rudolfus rex Burgundiae cum Berengario I. configeret, factum esse dicit) commemoraverunt, spectare R. Poupardin, 'Le royaume de Provence' p. 219 n. 1 (qui Hugonis iter, cuius Mirac. s. Apoll. meminerunt, fortasse plane pacificum fuisse putavit), et L. Schiaparelli, 'I diplomi dei Rè d'Italia. Ricerche storico-diplomatiche. Parte V. I diplomi di Ugo e di Lotario', in 'Bull. dell' Ist. Stor. Italiano' 34 (1914), p. 9sq. n. 5, negaverunt. Sed egó facere non possum, quin Georgio de Manteyer, 'La Provence' p. 118sq. assentiar, qui recte ea, quae apud Liudprandum et Constantinum Porph. et in Miraculis s. Apollinaris leguntur, coniunxisse videtur. Nam in eo, quod expeditionem Hugonis Italicam priorem, sententiam ab Ernesto Dümmler v. cl. ante multos annos prolatam (Gesta Berengarii, Halle 1871, p. 46 n. 1) secuti, in a. circ. 923. posuerunt, R. Poupardin ('peut-être en 923', 'Le roy. de Prov.' p. 219; 'entre la bataille de Fiorenzuola et la mort de Bérenger' cum Constantino Porph., sed 'sous toutes réserves', Poupardin, 'Le royaume de Bourgogne', Paris 1907, p. 47 n. 3, quod iam L. M. Hartmann, 'Gesch. Italiens im Mittelalter' III, 2, Gotha 1911, p. 196 et 207 respuit) et L. Schiaparelli (a. 923, inter m. Aug. et Dec., l. c. p. 8sq., qui etiam iter in Miraculis nostris commemoratum fortasse ab Hugone inchoatum quidem sed non perfectum esse putavit), viri alioquin doctissimi et acutissimi, erravisse mihi videntur, quoniam Constantinum valde rerum ordinem turbasse, immo hoc, si Liudprandi verba supra allata diligenter consideraveris, ante m. Dec. a. 915, ubi Berengarius I. imperiale nomen accepit (non paulo post mortem Adalberti I. marchionis Tusciae, i. e. post diem 17. Aug. a., ut vulgo creditur, 915, quod Poupardin, 'Le royaume de Bourgogne' l. c. voluit, factum esse patet. Itaque Hugonem a. 912/13. (ante diem 19. Sept. a. 913) primo Italiam cum bellica manu petiisse et ex Miraculis nostris et ex diplomate Berengarii I (d. Papiae a. 913, d. 19. Sept., L. Schiaparelli, 'I diplomi di Berengario I', 'Fonti per la storia d'Italia', Roma 1903, nr. 91 p. 244: *... Adelardus et suus homo Ingelbertus qui etiam Plantardus dicitur u[niti cum] infideli nostro Bosone de nostra infidelitate tractantes inventi sunt;* cf. E. Dümmler, Gesta Berengarii p. 48 n. 2) huc ni fallor referendo iam pridem conclusi, 'Hist. Zeitschr.' 117 (1916—17), p. 164. 4) Remegarius Valentinensis. 5) Huc spectare puto iudicium, quo Ludowicus III. imperator *apud Viennam in palatio beati Andreae apostoli* residens Remegario episcopo proclamante ecclesiae Valentinensi Villam Novam ab Hugone duce et marchione, qui eam malo ordine tenebat, resignatam a. 912. reddidit (R. Poupardin, 'Recueil des actes des rois de Provence', Paris 1920, in 'Chartes et Diplômes relatifs à l'histoire de France', nr. 52; Chevalier, 'Reg. Dauph.' I, 173 nr. 1018 ['avant 15. févr.', quod minus incertum esse Poupardin monuit]), quod, antequam Hugo iter in Italiam aggrederetur, si id recte anno 912/13. attribuimus, factum esse patet. Etiam donatio eiusdem imperatoris *ad deprecationem inclyti ducis ac marchionis nostri Hugonis* ecclesiae Valentinensi et Remegario episcopo facta, quae notis temporis et loci caret, fortasse eodem fere tempore data est (Poupardin, 'Actes' nr. 65; Chevalier, 'Reg. Dauph.' I, 173sq. nr. 1019 ['vers 912'] = VII, 4 nr. 68 ['912']).

912. sic ad Valenciam remearet, contingit[a], ut mutus, qui[b] ab illo[1] per triennium pascebatur et vulgo Pasturellus vocitabatur, ante ipsum veniret, et faciens signum[c], quod solitus erat, coepit[d] flere, timens ne in absencia[e] eius fame et nuditate periret. Quod ut vidit inclitus dux, tacitus pietate reminiscens sententiam Domini et salvatoris nostri in euan-
Matth. 5, 7. gelio dicentis: 'Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur', postulavit, ut ipse episcopus ad domum sancti Apollinaris illum deduceret, confidens, quod meritis sancti pontificis os eius Dominus aperiret. Erat enim octo annorum habens, et nunquam sermo ex ore eius egressus fuerat. Benedictione autem accepta prefatus dux ab episcopo, discessit ab eo. Prelibatusque presul reversus est miserante[f] Deo Valentiam, deducens secum, quod postulatum fuerat a principe. Mox enim ut episcopus ingressus est aec-
clesiam[g] beati Stephani protomartiris, in qua beatus pontifex Apollinaris quiescebat, a sacerdote loci illius vespertinae laudes inchoatae[h] sunt. Ut autem responderunt omnes:
Ps. 69, 2. 'Domine, ad adiuvandum me festina', et subsecuti sunt: 'Alleluia', mutus, qui nunquam locutus fuerat, tribuente Deo cum eis[i] prosecutus est: 'Alleluia.' Et quia 'Alleluia' vox
Apoc. 19, 1 sqq. est angelorum multorum laudantium Deum[2], teste beato Iohanne[3], nos cum illis semper Deum laudemus, qui regnat in celis et mirabilia per servum suum Apollinarem operatur
Sap. 10, 21. in terris, qui os mutorum aperit[k] et linguas infantium disertas[l] facit[4]. Sic[m] enim[n], Deo
912 13. volente, reseratum est os Pasturelli muti, ut revertente domino principe ab Arelatense[o], ipse ei per[p] mediani civitatem occurreret ac diceret, quia 'quicquid volo, gratias Deo, loqui possum'. Unde[q] ut nomen Domini pro his semper laudetur, tintinnabulum, quod collo
cf. Ps. 71, 17. eius appensum fuerat, ante sepulchrum beati Apollinaris dependit, ut sit nomen Domini benedictum[5] in secula seculorum. Amen.

a) *tio c.*; contigit *corr. Boll., Chev.* b) -i *superscr. c.* c) -i- *superscr. c.* d) caopit, a *postea delet., c.* e) absti-nencia *c.*; *corr. Boll., Chevalier.* f) miserante *e corr. c.* g) a- *postea delet. c.* h) inquoate *c.*; incohatae *Boll.* i) eis *superscr. c.* k) apperit *c.* l) dissertas *c.* m) -c *e corr. c.* n) enim *e corr. c.* o) -la- *superscr. c.* p) per *superscr. c.* q) -nde *e corr., sequentibus c. 2 litteris erasis, c.*

1) Id est Hugone duce et marchione Provinciae, comite Viennensi et Arelatensi. 2) Cf. Luc. 2, 13: *multitudo militiae caelestis laudantium Deum.* 3) Cf. Apoc. 19, 1: *Post haec audivi quasi vocem turbarum multarum in caelo dicentium: Alleluia: Salus et gloria et virtus Deo nostro est;* 6: *Et audivi quasi vocem turbae magnae et sicut vocem aquarum multarum et sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluia: quoniam regnavit dominus Deus noster omnipotens.* 4) Sap. 10, 20. 21: *et decantaverunt, Domine, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudaverunt pariter: quoniam sapientia aperuit os mutorum et linguas infantium fecit disertas.* 5) Ps. 71, 17: *Sit nomen eius benedictum in saecula.*

TRANSLATIO SANCTORVM GEMINORVM ELLWANGENSIS ET RATISBONENSIS.

EDIDIT **W. LEVISON.**

Cultus sanctorum, quorum Translatio brevissima hoc loco edenda est, spatia longissima permeavit. In Passione eorum Graeca satis fabulosa itemque in versione eius Latina primigenia sanctos 'Geminos' Speusippum, Elusippum, Melesippum in Cappadocia passos esse relatum est. Reliquiae eorum in Galliam translatae esse videntur, ubi prope Lingonas iam circa annum 600. *basilica eorum surrexerat, quae loco nomen dedit Sanctorum Geminorum (hodie Saint-Geosmes, dép. Haute-Marne, arr. et cant. Langres); in qua Ceolfridus abbas Gyrvensis et Wiremuthensis anno* 716. *in itinere Romano defunctus sepulturam nactus est, eique ecclesiae eo tempore Gangvulfus 'regionum illarum dominus' monasterium adiunxerat, quod episcopi Lingonenses postea sibi vindicare conati sunt. Neque solum cultus martyrum Cappadocum in Gallia radices egit, sed etiam ipsum locum martyrii ex Asia minore illuc transposuerunt, illos a sancto Benigno martyre Divionensi ad fidem Christianam conversos atque in secundo miliario ab urbe Lingonica martyrium passos esse fraudulenter fingentes, id quod Warnacharius presbyter in altera Passione eorum fusius enarravit Ceraunio episcopo Parisiensi dedicata, qui anno* 614. *concilio Parisiensi interfuit*[1]. *Cultus eorum fines Linponenses transgressus in Suebiam pervenit, ubi postea monachi Ellwangenses reliquias eorum ab Hariolfo episcopo Lingonensi monasterii condibore aevo Pippini regis ad se translatas esse asserebant*[2]. *Neque vero Ermenricus monachus Ellwangensis in Vita Hariolfi inter annos* 842. *et* 855. *composita translationis mentionem fecit*[3] *neque in Annalibus Ellwangensibus commemorata est*[4]. *Corpora sanctorum illorum a duce quodam Alamannorum et Burgundionum Divione in cellam S. Viti Surbicam translata esse, cumque postea locus Ellwangensium factus esset, sarcophagos sub pavimento ab iis inventos atque e numero martyrum corpus sancti Benigni ab Reingero abbate (*1061—1076*) Annoni archiepiscopo Coloniensi concessum ab eoque anno* 1073. *in coenobium Sigebergense translatum esse auctor Vitae Annonis retulit*[5]. *Anno* 1100. *monasterium Ellwangense incendio destructum, deinde restitutum et anno* 1124. *consecratum est*[6], *atque tum*

1) De his rebus cf. ea quae dixi in praefatione Vitae Gangulfi martyris Varennensis, SS. r. Merov. VII, 143 sq., testimoniis allatis. Cf. L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' I[2], 1907, p. 53 sqq.; H. Günter, 'Legenden-Studien', Coloniae 1906, p. 86 sqq. et iterum, 'Die christliche Legende des Abendlandes', Heidelbergae 1910, p. 140 sqq. 2) De coenobio Ellwangensi cf. A. Brackmann, Germania pontificia II, 1 (1923), p. 107 sqq. et ea quae ibi allata sunt, imprimis J. A. Giefel, 'Die Ellwanger und Neresheimer Geschichtsquellen' (= 'Württembergische Geschichtsquellen II, appendix annalium 'Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte' XI), Stuttgart 1888. De initiis coenobii egit G. Bossert, 'Die Gründung des Klosters Ellwangen' ('Ellwanger Jahrbuch' [I], 1910, p. 15—36. [II], 1911, p. 10—26. [III], 1912/13, p. 30—49; antea 'Blätter für württembergische Kirchengeschichte' III, 1888, p. 67—93). 3) SS. X, 11—15; Giefel l. l. p. 8—12. De Ermenrico cf. Dümmler, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XIII (1873), 473 sqq. (cf. XIV, 403 sq.); Wattenbach, 'Geschichtsquellen' I[7], p. 280 sqq.; Manitius, 'Geschichte der Lateinischen Literatur des Mittelalters' I, p. 493 sqq. 4) SS. X, 17; Giefel p. 12. 5) Vita Annonis I, 38 (SS. XI, 482). Inter capsas reliquiarum coenobii Sigebergensis celeberrimas hodie in ecclesia parrochiali asservatas capsa S. Benigni etiam nunc conspicitur. Cella S. Viti hodie est Jagstzell locus ab Ellwangen in septentriones situs, teste Bossert l. l. 1912/13, p. 39. 6) Ann. Ellwang., SS. X, 17; Giefel p. 12.

in principali ambitu condita sunt corpora sanctorum martirum Sulpicii et Serviliani[1], Eufrosine et Theodore sponsarum eorum de Roma; sanctorum Geminorum Speosippi, Eleosippi, Meleosippi, Neonis[2] (Leonis *codex*), Turbonis[2] (Thuronis *codex*), Leonille[3], Iunille[3], Domitille[4] (Domicille *codex*), Bonifacii martirum, Romani civis, Benigni martiris, de Lingonica civitate beato Hariolfo eiusdem ecclesie episcopo, huius loci fundatore et procuratore, huc deferente,

velut in nota de restitutione et consecratione Ellwangensi ex parte cum Annalibus conveniente legitur[5].

Sanctos Geminos ab Hariolfo episcopo illo Lingonensi ad limina Ellwangensia translatos esse reliquiasque eorum a Winitharió abbate Ramvoldo abbati S. Emmerammi Ratisbonensi primo (974—1001) transmissas esse, in brevi relatione litteris mandatum est, quae in codice quodam Bavarico Passioni sanctorum Geminorum alteri subiuncta est. Est codex bibliothecae principis de Oettingen-Wallerstein Maihingensis I. 2. 4°. 6, olim monasterii, cuius nomen erasum est, fortasse Benedictoburani aut Tegernseensis, cui post alia haec insunt saeculo XII. ineunte e libro nisi fallor Ellwangensi descripta[6] *(= c.):*

fol. 154—164. *Passio II. sanctorum Geminorum auctore Warnacharío (Acta sanctorum Ianuarii II, 76—80), epistula huius (MG. Epist. III, 456 sq.) omissa atque relatione illa fol.* 164 *sine titulo, sed incipiente versu post doxologiam subsequente;*

fol. 164—166[v]. Incipit passio Domitillae et Eufrasine *(sic)* et Theodorae virginum et Sulpicii et Serviliani sponsorum (sponsarum *pr. m.)* ipsarum, *scilicet ultima pars Passionis Nerei et Achillei (Bibl. hagiogr. Lat. nr.* 2257 *et* 6066*); fol.* 164 *saeculo XV. in margine adnotatum est:* Habetur etiam in passionali magno folio 111;

fol. 166[v]. Incipit passio sancti Cesarii diaconi, *scilicet quattuor versus initium Passionis (Bibl. hag. Lat. nr.* 1515*) complectentes perscripti sunt, parte paginae maxima vacua relicta; saeculo XV. adnotatum est:* Legenda de s. Cesario diacono habetur in magno passionali 03 folio 220.

Narratiunculam ex hoc libro publici iuris fecit W. Wattenbach, 'Neues Archiv' VII (1882), p. 620—621 *(cf. VIII,* 369*). Eundem codicem ante multos annos benevole transmissum et ipse evolvi.*

W. Levison.

Isti martyres sancti, quorum Passio inpraesens retinetur, tempore regis Pipini[a. 7] a beato Hariolfo antistite urbis Lingonicae[8] per totum translati sunt ad limen Elevangesium[b. 9]

a) *m. al. corr.* Pippini *c.* b) *m. al. corr.* Elewang. *c.*

1) Quae Erlolfus episcopus Lingonensis, frater Hariolfi, ab Hadriano I. papa Romano nactus esse dicitur, teste Ermenrico in Vita Hariolfi c. 5. Cf. infra l. 20. 2) E sociis Geminorum; cf. Passionem eorum alteram. 3) Aviae Geminorum. 4) Cf. infra l. 19. 5) 'Wirtembergisches Urkundenbuch' I (1849), p. 357 nr. 281. Cf. ea quae de cultu sanctorum e codice saeculi XVI. incuntis Vogelmann rettulit, 'Lateinische Hymnen, Antiphonen usw. aus Ellwangen' ('Theologische Quartalschrift' 72, 1890, p. 93 sq., 105, 119, 277); Acta sanctorum Ianuarii II, 74. 6) De codice cf. Wattenbach, 'Neues Archiv' VII (1882), 171 sq.; Levison, SS. rer. Merov. VII, 611 (cf. p. 583). 7) 751/52—768. Initia coenobii Ellwangensis anno 764. attribuenda sunt, si notae a. 1124 ('Wirtemberg. Urkundenbuch' I, p. 357) et Annalibus Ellwangensibus (SS. X, 17 sq.; Giefel l. l. p. 12) fides habenda est; cf. chartam Sonnatii a. 764. spuriam ('Wirtemb. Urkundenbuch' I, p. 8). At annum ab initiis monasterii Laureshamensis in Ellwangense translatum esse statuit Bossert l. l. 1910. p. 24. 8) Langres. De Hariolfo episcopo cf. Vitam eius ab Ermenrico compositam (v. supra. p. 1347, n. 3). In privilegio Hludowici imperatoris a. 814. dato ('Wirtembergisches Urkundenbuch' I, p. 79; cf. Mühlbacher, Reg. I[2], nr. 521) *vir venerabilis Hariolfus episcopus et abbas* commemoratur praeceptum Karoli Magni offerens, quo teste Elehenwang monasterium ille construxit *in honore Domini ac Salvatoris nostri et sanctae Dei genetricis semperque virginis Mariae et sanctorum martyrum Sulpicii et Serviliani*; de quo privilegio incerto cf. M. Tangl, 'Archiv für Urkundenforschung' I (1908), 185 sq. Erlolfum episcopum Lingonensem ab Hariolfo fratre non distinguendum esse Bossert l. l. 1911, p. 10 sqq. coniecit contra Vitam Hariolfi et necrologium Ellwangense, in quo et Hariolfus (Aug. 13) et Erlolfus (Nov. 29) commemorantur (MG. Necrolog. I, 77 sq.; Giefel p. 63. 67; de die Hariolfi cf. epitaphium eius, SS. X, 14, Giefel p. 12). At re vera de duobus viris agitur; ut enim *Erlulfus episcopus Lingonicensis* concilio Romano a. 769. interfuit (MG. Concil. II, 75, 12. 80, 11; cf.

ex praelibata civitate. Cumque demum post tempus longum venerabillimus Rudisponensium abbas Ramvoldus[1] novam construxisset ecclesiam[2], flagitabat Winidharium supradicti loci abbatem[3] sanctorum reliquias[a] transmittere. Qui non audens mandatum petitionemque tanti patroni abnuere, cum consensu fratrum[b] transmisit devotissime, ut laus eorum celebraretur in Noricorum regione[c,4].

a) sibi *m. al. add. c.* b) eas *m. al. add. c.* c) per omnia saecula. Amen *m. al. add. c.*

MG. Epist. V, 20, 3), ita *Hariolfus episcopus et congregatio ipsius* a. 784. in libro confraternitatum S. Petri Salisburgensis ordini episcoporum vivorum illati sunt (col. 29, 27, MG. Necrolog. II, 12; cf. librum Augiensem col. 424, 1, MG. Libri confraternit. p. 278). Unus Ertulfus, nisi fallor, dioecesim Lingonensem rexit, Hariolfus episcopus Ellwangensium monasterialis fuit (e numero episcoporum eorum, de quibus nuperrime H. Frank egit, 'Die Klosterbischöfe des Frankenreiches' [= 'Beiträge zur Geschichte des alten Mönchtums und des Benediktinerordens' ed. Herwegen 17]. 1932, p. 82 sqq.); cf. etiam seriem episcoporum Lingonensium, SS. XIII, 380, 20. 750, et L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II², 1910, p. 184, cf. 188 sq. 9) Ellwangen in Württemberg ad Jagst fluvium situm est.

1) Cum antea episcopi Ratisbonenses etiam monasterium S. Emmerammi gubernassent, Wolfkangus episcopus anno 974. ei aliquatenus ab episcopatu separato Ramvoldum abbatem praefecit e coenobio S. Maximini evocatum, qui illud usque ad annum quo obiit 1001. rexit. Cf. e. gr. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' III³ (1906), p. 378 sqq.; R. Budde, 'Die rechtliche Stellung des Klosters S. Emmeram' ('Archiv für Urkundenforschung' V, 1914, p. 163 sqq.) 2) De crypta post annum 976. a Ramvoldo apud S. Emmerammum aedificata Arnoldus narrat, De memoria S. Emmerammi II, 40 (SS. IV, 568); cf. notas S. Emmerammi de consecratione anni 980 (ib. XV, 1094 sq., 1099). Cf. Fr. Schwäbl, 'Die vorkarolingische Basilika S. Emmeram in Regensburg' ('Zeitschrift für Bauwesen' 69, 1919, col. 229 sqq.). 3) Winithario abbati Ellwangensi annis 979. et 987. a Benedicto VII. papa ('Wirtemberg. Urkundenbuch' I, p. 224; cf. Jaffé, Reg. I², nr. 3799; Brackmann l. l. II, 1, p. 109 nr. 1) et Ottone III. rege (MG. Dipl. II, p. 437 nr. 38) privilegia concessa sunt. Obiit die 2. Maii (MG. Necrolog. I, 77; Giefel p. 60). 4) Inter reliquias S. Emmerammi (SS. XV, 1094 sqq.) hi martyres alias non commemorantur.

VITA ET PASSIO SANCTI BRVNONIS EPISCOPI ET MARTYRIS QVERFORDENSIS.

EDIDIT HEINRICVS KAVFFMANN.

Vita s. Brunonis Querfordensis, qui a. 1009. *in Prutenis ad fidem Christi convertendis, ut Adalbertus Pragensis, interfectus est, perdita ignota erat. Sed vitam et passionem eius olim diligenter descriptam esse constabat, cum auctor Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium 'libro gestorum eius' se usum esse profiteretur eundemque 'veraci relatione conscriptum' esse efferret*[1]. *Id, quod de apostolo altero in Prussiam profecto scichamus, singulis brevibusque dictis comprehensum erat, quae Thietmarus Merseburgensis*[2]*, aequalis eius, complures annales et chronicae Saxoniae orientalis*[3]*, Vita Romualdi Petri Damiani*[4]*, notitia brevis Wiperti cuiusdam clerici, qui se socium postremi itineris dicit, in Cod. lat. Monac.* 18897 *(Tegerns.* 897*) manu saec. XI. scripta*[5] *protulerunt. Qua in postrema relatione magnam fidem iam non habuimus*[6]*. Accedit plenior sermo passionis eius in Breviario Halberstadensi a.* 1515. *impressa, quem A. Kolberg in 'Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands' VIII,* 1 *(*1884*), p.* 106—108 *denuo edidit*[7].

Eandem passionem, et praeterea Vitam Brunonis omnia, quae iter Prussicum praecesserunt, tractantem codex manuscriptus praebet, secundum quem in tabulario civitatis Querfordensis inventum H. G. Voigt doctissima et locupletissima dissertatione (p. 87 *sqq.) praemissa in 'Sachsen und Anhalt' III (*1927*), p.* 125—134 *utramque edidit (= Vo.).*

Codex tabularii civitatis Querfordensis A 45 *(= A), chartaceus, saeculo XVI. scriptus, charta densata recentioris aetatis, quae tergum scorteum et angulos scorteos habet, inclusus,* 20 ½ *cm latus,* 32½ *cm altus, inscriptus est:* Memorabilia Qverfurtensia. Grentz vnd memorial die grentz vnd andere des Ambts Querfurd gerechtikeit belangend, Auch andere Antiquitęten, meistentheils im Vierzehenden Seculo ergangen[8]*, qui* 138 *folia, prima* 21 *non numerata, deinde* 86 *numeris* 1—86 *notata, postrema* 31 *numeris* 90—120 *notata continet.*

1) Gesta archiep. Magdeburg. c. 10 rec. B, ed. Guil. Schum, MG. SS. XIV. 383 l. 26: *sicut indicat liber gestorum eius;* c. 15, p. 395 l. 2: *sicut indicat liber gestorum eius veraci relatione conscriptus.* Passionem Brunonis praeterea afferunt Fundacio ecclesie collegiate in castro Querfurdtl, ed. Holstein, 'Zur Geschichte des Collegiatstifts B. Mariae Virginis et S. Brunonis zu Querfurt', 'Zeitschrift des Harzvereins' IV (1871) p. 83; *sicut passionis eius refert historia,* et codices B 4 et B 4a (saeculo XV. post medium scripti) Gestorum archiep. Magdeb., SS. XIV, 383 n. d: *cuius vita patet in prima parte (huius* B 4a*) passionalis.* 2) Thietmari ep. Merseburg. Chron. (ed. F. Kurze, SS. rer. Germ.) VII (VI), 34, 35 (58) p. 138 sq. 3) Ann. Quedlinb., SS. III, 80. Gesta archiep. Magdeburg., MG. SS. XIV, 383. 389. 394 sq. Ann. Magdeburg., SS. XVI, 164. Gesta ep. Halberstad., SS. XXIII, 89 sq. 4) Petri Damiani Vita s. Romualdi c. 19, SS. IV, 850 sq. 5) MG. SS. IV, 579 sq.; A. Kolberg in 'Zeitschr. f. d. Gesch. u. Alt. Ermlands' VIII, 1 (1884), 105 sq.; H. G. Voigt, 'Brun von Querfurt, Mönch, Eremit, Erzbischof der Heiden und Märtyrer' (Stuttgart 1907) p. 297 sq.; in linguam Teutonicam notitia translata est a Voigt, l. c. p. 458 sqq. Cf. Bibl. hagiogr. Lat. Tom. I (Bruxellis 1898/99) p. 220 nr. 1471, Suppl.² (Bruxellis 1911) p. 62. 6) Cf. W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter' 1⁷, 389. 7) Cf. Bibl. hagiogr. Lat. I, 220 nr. 1472. 8) De codice manuscripto accurate egit H. G. Voigt, 'Historisches Denckmahl der Haubt-Stadt des Hochlöblichen Fürstenthums Sachsen-Querenfurth . . . von Christian Webel' ('Querfurter Geschichtsdenkmäler' 'Heft' 2—6), Querfurt 1928, p. LXXII—LXXIV n. 31; p. 212 sq.

Qui codex maxima in parte apographa pactorum, litterarum beneficiariarum, indices bonorum etc. comprehendit, quae ad dominos Querfordenses et saeculum XV. pertinent. Initio XVII. saeculi Christianus Schultheiss iunior, scriba praefecturae (c. a. 1604—1608*) et postea civitatis Querfordensis*[1]*, primis et extremis foliis usus est, ut aliquid litteris consignaret. In fol.* 11 *sq. autem* Vita sancti Brunonis episcopi et martyris *legitur, cui in fol.* 13 *sq.* Passio eiusdem *adiuncta est.*

Cum permultae manus diversae codicem scripserint, difficile est exacte definire, quo tempore codex exaratus sit. Voigt[2]*, postquam signa chartarum, quae nostra lingua 'Wasserzeichen' appellantur, spectavit, codicem ex chartis quoque diversis compositum esse animadvertit. Tria signa Voigt invenit; erat maxima in parte codicis stella in urna posita, quod signum non ante a.* 1538. *invenitur*[3]*, et scutum imagine cervi ornatum, quod signum non ante a.* 1562. *nobis notum est*[4]*, praeterea arma, in quibus lilia depicta sunt, in fol.* 104. *inveniuntur*[5]*, quod signum ad rem nostram minus pertinet. Quibus rebus commotus Voigt*[6] *apographum nostrum non ante a.* 1568 *sqq. exaratum esse putavit. Qua in causa afferendum est codicem quoque, ut videtur, ex chartis diversis compositum paulatim ita exortum esse, ut chartae, quae stella in urna posita signatae sunt, inscriptae essent, priusquam illae imagine cervi signatae adiungerentur. Qua ratione inducti iam a.* 1538. *pro termino vetustissimo habemus. Sed apographum Vitae et Passionis s. Brunonis in charta scriptum esse inveni, quae nullum illorum signorum, sed aliud praebet, quod caput bovis oculis omissis depingere videtur. Quod signum maxime cum signo chartarum in Ravensburgensi civitate saec. XV. in fabricaturam consentit*[7]*. Tamen Vitam et Passionem non multo ante a.* 1538. *exaratam esse verisimile est, cum eandem manum, quae textum nostrum scripsit, etiam alterum libellum fol.* 1—4[8] *scripsisse appareat, cumque in charta, quae stella in urna posita signata est. Qui libellus est Fundatio ecclesiae in castro Querforde in linguam Teutonicam translata et* Die Geburth der Herschafft von Quernfurdt *inscripta. Quibus omnibus causis permotus apographum nostrum circa a.* 1525—1550. *exortum esse verisimillimum putaverim.*

Passioni emendandae Breviarium illud Halberstadense subsidio fuit, quod Albertus archiepiscopus Magdeburgensis a. 1515. *his verbis fol.* 121 *inscriptum colligi iussit:* Canonicarum horarum liber secundum ordinem Rubrice Ecclesie Halberstadensis ordinatus, studiosissime reuisus, correctus et emendatus et ad instar correctissimorum exemplarium collatus, Ac per Georgium Stüchs Nurnberge impressus Anno virginei partus Millesimo quingentesimo quinto decimo, Idibus Nouembris feliciter finit *(= B). Breviarium* 69 *quaterniones, qui ordinatim numerantur, et* 26 *folia, quae extra ordinem vel omnino non numerantur, continet, in quibus Passio s. Brunonis in fol.* 193*sq. legitur*[9]*. Textum B ex alio exemplari desumptum esse apparet quam textum A aut retractatum, cum lectiones illius plerumque politiores videantur.*

*Quomodo Vita et Passio exorta sit, H. G. Voigt, 'Eine neuerdings wiederentdeckte mittelalterliche Lebensbeschreibung des Preußenmissionars Brun von Querfurt', 'Sachsen und Anhalt' III (*1927*) p.* 87—124*, pluribus explicare conatur. Primum causas maiorem aetatem Vitae et Passionis dissuadentes contulit, maxime quod auctor noster opera Brunonis et epistulam eiusdem ad Heinricum II. regem missam plane ignorat*[9]*, quod Brunonem scholam Halberstadensem neque Magdeburgensem frequentasse narrat*[10]*, quod Brunonem ad archiepiscopatum*

1) Qui scultetus civitatis Querfordensis factus a. 1614, d. 8. Febr. obiit. De scribis civitatis Querfordensis cf. Kolberg in 'Zeitschr. f. d. Gesch. u. Alt. Ermlands' VIII, 1 (1884) p. 90; Voigt, 'Webel' p. LXXI, LXXIII et in indice. 2) 'Sachsen und Anhalt' III, 89; 'Webel' p. LXXIII sq. 3) Ch. M. Briquet, 'Les Filigranes' II (Paris 1907) Nr. 6434. Invenitur in civitatibus Gotha a. 1538, Dresden 1547, Dresden a. 1543—1580, Brandenburg, Grubenhagen, Weißenfels etc. Chartae hoc signo signatae in officina Penig in civitate Chemnitz confectae sunt. Chartam quoque color in badium mutatus inde exortam esse indicat, cf. E. Kirchner, 'Die Papierfabrikation in Chemnitz. Festschrift zum 750jährigen Jubiläum der Stadt Chemnitz', Chemnitz 1893, p. 80. 4) Briquet I Nr. 2247. Invenitur in civitatibus Dresden a. 1562, Hannover a. 1564, Dresden a. 1564—1573, Brandenburg, Berlin, Halle etc. Ubi charta orta sit, in dubio est. E. Jacobs, 'Alter und früheste Erzeugnisse der Papierfabrikation in Wernigerode', 'Zeitschr. d. Harz-Ver.' 15 (1882), p. 148 propter impressa arma comitum Wernigerodae eam confectam esse dixit. Briquet I, 166 autem in Obergurig villa prope Bautzen sita chartam confectam esse censebat. 5) Nescio an non in Francia haec charta exorta sit. Cf. Briquet I, 128 sqq. 6) Voigt, 'Webel' p. LXXIII, ubi Christianum Schultheis sen. scribam praefecturae in castro Querfordensi (c. a. 1554—1604), qui in folio ultimo ad a. 1596 se nominat, codicem composuisse coniecit, cuius initia antea ecclesiae collegiatae ibidem c. a. 1500 ascripserat ('Sachsen und Anhalt' III, 90 sq.). 7) Briquet IV, 762 sq. 773. 8) Passio Breviarii a Kolberg in 'Zeitschr. f. d. Gesch. u. Alt. Ermlands' VIII, 1 (1884), p. 106 sqq. repetita est. 9) 'Sachsen und Anhalt' III, 91. 10) Ib. p. 93. Cf. Vita c. 1 p. 1360 l. 18.

Treverensem elatum esse asserit[1], *quod Leonem quendam papam nominat, qui Brunonem archiepiscopum consecratum ad paganos in fidem Christi convertendos miserit*[2], *quod iam ante iter Italicum Bruno postremo Querfordiae moratus esse dicitur*[3], *quod denique ea, quae inter Bolestaum I. ducem Poloniae et Brunonem gesta sunt, plane ignorat, cum ducem Poloniae principem Prutenorum ad fidem Christi conversum reddat*[4]. *Quibus a dictis indicia quaedam maioris aetatis discrepant, cum fabula Querfordensis, quae ad asinum Brunonis pertinet, formam antiquiorem praebeat*[5], *cum, quam pie Bruno scholaris vixerit, Vita accuratius narrans ea, quae Thietmarus Merseburgensis refert, confirmet*[6], *cum res secundum rectum fere ordinem ordinentur*[7]. *Voigt, postquam quaestione instituta, quae ratio inter ceteros fontes, qui ad Brunonem pertinent, et Vitam intercederet, codices B 3 et B 3a Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium et subscriptiones imaginum, quae olim in capella ecclesiae castri Querfordensis sepulcrum Gebhardi XIV. domini Querfordensis a. 1383. mortui includente inveniebantur*[8], *maxime ad Vitam et Passionem accedere cognovit, ad nomina praecipue in Passione nominata animum suum rettulit*[9]. *Cum ea, quae in tempore, quo Vita et Passio exorta sit, terminando discrepant, coniungere conabatur, occurrit, quod W. Levison v. cl. Vitam Brunonis in initio valde Vitam Landiberti episcopi Traiectensis veterem*[10] *attingere animadvertit, quae res Vitam et Passionem Querfordiae exortam esse evidenter significare videbatur*[11]. *Vitam et Passionem codicis Querfurtensis Voigt ex antiquiore libro gestorum Brunonis petitam esse putat, quem tamen librum gestorum non valde dissimilem Vitae et Passionis nostrae fuisse coniecit. Quae autem in Vita et Passione ex libro gestorum petita contra historiae fidem scripta esse inveniuntur, plus minusve ab iis, qui librum antiquiorem postea rescripsissent, inserta esse censet*[12]. *Cum ecclesia Querfordiae civitatis primaria sancto Lamperto consecrata esset, hoc loco Vitam eiusdem viri sancti haud ignotam fuisse atque Vitam et Passionem nostram Vitam s. Landiberti adhibentem certe in ecclesia collegiata Querfordensi, quae tamen ipsa in honorem s. Mariae et s. Brunonis erecta est, exortam esse putavit*[13].

De quaestione, quomodo Vita et Passio nostra exorta sit, primum disserentes deinde quaeremus, quomodo Vita et Passio et liber gestorum Brunonis antiquus inter se cohaereant.

Plane cum iis, quae haec Vita et Passio narrat, primo duo codices posteriores Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium, Codex Hannoveranus (olim Ierichowiensis, inter annos 1445. et 1464. scriptus) et Codex Serbestensis, saeculo XVI. exeunte vel XVII. ineunte ex Hannoverano transcriptus, consentiunt[14]. *Errores Vitae et Passionis omnes repetentem librarium codicis Hannoverani duobus locis operam dedisse apparet, ut id, quod Passio praebuit, corrigeret; sed denuo duos graves errores inserit. Primo enim Prago civitatem Pragam metropolim Bohemiae esse credidit, quamquam Prago illud in finibus Ungaricarum gentium quaerendum esse auctor Passionis vix dubium reliquerat*[15]. *Deinde mortem Brunonis in Ungaria collocavit, fortasse iis, quae Passio*

1) 'Sachsen und Anhalt' III, 94. Cf. Vita c. 4 p. 1361 l. 12 sqq. 2) Ib. p. 95. Cf. Vita c. 9 p. 1363 l. 9; Passio c. 1 p. 1363 l. 26. 3) Ib. p. 96. Cf. Vita c. 6—8 p. 1362 sq. 4) Ib. p. 96. Cf. Passio c. 4 p. 1364 l. 24. 5) Ib. p. 99 sq. Cf. Vita c. 8 p. 1362 sq. 6) Ib. p. 100. Cf. Vita c. 1 p. 1360 l. 8 sqq. 7) Ib. p. 101 sq. 8) Subscriptiones imaginum in fol. 80^{v} eiusdem codicis Querfordensis, qui Vitam et Passionem nostram praebet, hoc modo descriptae sunt: *An einer vorgulten Taffeln abgeschriben: Hie prediget S. Brun zu Praga In Vngern und die In todten wolten, stunden unbeweglich vnd begerten von Ihme die taufe. Hie suchet Zebbde, konigs Boslaii bruder, S. Brun zu todten. Hie wirdt S. Bruno Ih der messe seine handt vnd sein heupt abgehauen vnd von dem altar gestossen, do die handt gleichwol das Ambt vollzog. Sanct Bruno Im Fewr gestanden tag vnd Nacht vnd unuorsehret geblieben;* Voigt, 'Webel' p. 824. 9) Cf. 'Sachsen und Anhalt' III, 103 sq. 10) MG. SS. rer. Meroving. VI, 354 sqq. 11) Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 117 sq. Ib. p. 119 Vitam Landiberti non in antiquiore libro gestorum, sed tantum postea in Vita et Passione nostra rescribenda adhibitam esse putavit, quod A. Hofmeister in 'Jahresberichte für deutsche Geschichte' III (1929) p. 740 sq. in dubium revocavit. 12) Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 122. 13) Ib. p. 118. 14) B 3 et B 3a apud Schum, SS. XIV p. 391 n. **: *Hoc eciam tempore sanctus Bruno, nobilis de Quernforde oriundus, in Magdeborg sacris litteris eruditus et a rege et populo in archiepiscopum Treverensem ordinatus, causa devocionis limina sanctorum .... a Leone papa Ungariam predicando fidem mittitur, ubi felici itinere Prage civitatem Bohemiae diverteus, per biennium Christum euuangelizans ibidem in ignem intrans pro vera fide stetit integrum diem et noctem; secundo die primo mane corpore et vestimentis illesus quasi de rore flante progreditur, et populus multus ad Christum convertitur. Post hec in Ungaria veniens et multos convertens, missam celebrans, miles barbarorum ei manum, qua sacrificium benedixit, abscidit, que mox pendens in aere ut divinitus ultra signa faciens super sancta, 16. Kal. Marcii capite truncatur et sic martirio coronatur.* Voigt, 'Brun von Querfurt' p. 192. 15) Cf. Passio c. 1 p. 1363 sq.: *in terram Ungariorum ... dirigebat, ... ad opidum, quod dicitur Prago, pervenit.*

de Brunone Ungaros in fidem Christi convertente uberius exposuit, commotus[1]. *Cum codex B 3 intra annos* 1445. *et* 1464. *scriptus sit*[2], *eodem tempore Vita et Passio nostra iam exstitisse videtur, quod quodammodo eo confirmatur, quod Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium codices B 4 (Berolinensis Ms. Bor. F 866) et B 4 a (Magdeburgensis ex B 4 transcriptus) alibi Vitae expressis verbis mentionem faciunt*[3]. *Qui codices saeculo XV. post medium (B 4 a circa a.* 1459/63) *scripti sunt*[4].

Deinde argumentum quoque subscriptiones imaginum supradictae, quae olim in capella Querfordensi inveniebantur[5], *praebent, cum res afferant, ex quibus narrationi Passionis plane congruentibus imagines secundum Passionem pictas esse nobis concludendum est. Gebhardus XIV, qui primus in hac capella sepultus est, a.* 1383. *mortuus est*[6]. *Sed utrum imagines statim, postquam capella aedificata est, an postea factae sint, nobis notum non est. Ne minimum quidem argumentum adest, quo illas imagines et Vitam et Passionem nostram eodem tempore exortas esse probetur, id quod Voigt suspicatus est*[7]. *Hoc tantum pro certo habemus, quod saeculo XV. redactio nostra Querfordiae nota erat.*

Alius vero libellus Querfordensis, qui Fundacio ecclesiae collegiate in castro Querfurdt *inscribitur, ad nos pervenit, qui ad Passionem Brunonis lectorem remittit*[8]. *Neque tamen ulla earum rerum gestarum, pro quibus Fundatio Passionis testimonium invocat, in Vita et Passione nostra invenitur*[9], *cum Fundatio narret, quomodo ecclesia Querfordensi fundata Bruno praedia, ut quattuor sacerdotibus victum praeberet, donaverit*[10]. *Vitam igitur, qua auctor Fundationis usus est, si idem descripserit, pleniorem Vita et Passione nostra faisse apertum est. Voigt*[11] *ea, quae ad Brunonem Magdeburgae viventem et Querfordiam relinquentem narrantur, in libello nostro maxime contracta esse videri, fortasse in rebus in fonte plenius narratis in breve contrahendis Boleslaum, ducem Poloniae, de quo Passio antiqua certe rectius tradebat, cum duce Prutenorum confusum esse exposuit. Uno loco ea, quae in Fundatione ad Vitam et Passionem pertinent, paulo accuratius cognosci posse putaverim. Conferatur, quaeso, locus Fundationis, qui parentes Brunonis affert, cum initio Vitae*[12]*:*

Fundatio.	Vita.
... fuit vir quidam Brotz nomine, genere ac nobilitate sublimis, de prefato castro oriundus, qui non terrenis tantum honoribus, verum etiam celestibus virtutibus multos, quos secundum seculum principes vocamus preibat et claritatem sui generis atque bonitatis ubique diffundebat. Hic quandam matronam nobilissimam Idam nomine suo copulavit consorcio, que non minus eo virtutum decore atque seculi dignitate polleba[t].	Sanctus ac gloriosus vir Bruno opido, quod dicitur Quernforde, oriundus fuit secundum seculi dignitatem.

Qui loci aliquo modo inter se cohaerere mihi videntur, cum auctor Fundationis in his verbis scribendis Passione Brunonis a se infra allata usus sit atque Vita et Passio nostra indicia eiusdem fontis praebeant. Fundationem saeculo XIII, sed potius ineunte quam exeunte, exortam esse in suspicione est[13].

1) Miraculum de Brunone illaeso ignem intrante in Praga collocatum esse, quod Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 102 adnotavit, ea ratione expediri potest, quod auctor codicis B 3 omnia, quae de s. Brunone in fonte sua invenit, breviter contraxit. 2) Cf. Schum, SS. XIV, 372. 3) SS. XIV, 383 n. d ad c. 10: *cuius vita patet in prima parte (huius B 4 a) passionalis.* Cf. Voigt 'Sachsen und Anhalt' III, 88; 'Brun von Querfurt' p. 461 n. 2. 4) Cf. Schum, SS. XIV, 373 sq. 5) Cf. supra p. 1352 n. 8. C. Spangenberg, 'Querfurtische Chronica' (Erffurdt 1590) p. 129: *Denn das er zu Trier solle Ertzbischoff gewesen sein (wie ein Gemelde von ihm weiset), ist unbeweißlich und der Historien der Trierischen Bischoffe zu wider.* Quod Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 120, recte ita interpretatum esse puto, ut aliae quoque imagines in capella adfuerint, quae res in Vita relatas praebuerunt. Cf. Voigt, 'Christian Webel' p. 324. 6) Voigt, 'Christian Webel' p. 323. Idem in 'Sachsen und Anhalt' III, 98 sq. 7) Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 99. 8) V. supra p. 1350 n. 1. Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 87 sq. 9) Voigt, ib. p. 92. 10) Holstein p. 83: *Beatus Bruno ... sicut passionis eius refert historia, ecclesie in Querenvorde primus fundator extitit eamque de prediis suis, quibus temporaliter uti noluit, adeo locupletavit, ut quatuor sacerdotibus Deo inibi servientibus necessaria nulla deficerent.* 11) 'Sachsen und Anhalt' III, 109 sqq. 12) Holstein p. 78 (de parentibus s. Brunonis), cf. Vita c. 1 p. 1360 l. 7 sq. 13) Holstein p. 77 eam ante a. 1198. exortam esse putavit, cum Conradus Querfordensis episcopus Hildensemensis, non iam Herbipolensis nominaretur. Voigt, 'Brun von Querfurt' p. 189 sq., 467 sqq. eam saeculo XIII, sed potius ineunte quam exeunte, scriptam esse censuit, quod adhuc verisimile esse credit. Cf. 'Sachsen und Anhalt' III, 87 sq.; 'Christian Webel' p. 387 n.* ('13. Jahrh.').

Nunc ad Gesta episcoporum Halberstadensium saeculo XIII. ineunte exorta progrediamur. Gesta Halberstadensia, quae cum Fundatione non cohaerent, cum auctor ea, quae ad parentes Brunonis et ecclesiae Querfordensis fundationem pertinent, paucis verbis reddiderit[1]*, locum quendam ex Ekkehardi Chronica compilasse videmus*[2]*. Nuper omnino Gesta episcoporum Halberstadensium (vel potius Chronicon Halberstadense saeculi XI. prioris deperditum) librum gestorum Brunonis exscripsisse ad incertum revocatum est*[3].

Conferantur. quaeso, ea, quae Gesta archiepiscoporum Magdeburgensium ex libro gestorum Brunonis se expilasse ipsa dicunt[4]*, cum iis, quae Gesta episcoporum Halberstadensium narrant*[5]*:*

Gesta archiep. Magdeburg.

Hic *(scil.* Tageno) . . consecraverat episcopos . . . sanctum quoque Brunonem cognomento Bonifacium, prius quidem Sancti Mauricii Magdeburg canonicum, postea vero in palatio regio assumptum, sed fugientem cum deliciis suis seculum, ut sibi lucri faceret Christum, sicque apud Italie eremum cum beatis sociis Benedicto atque Iohanne in monachica religione perfectissime conversatum, deinde a Romano pontifice ad regem Heinricum et eundem archiepiscopum directum, consecraverat archepresulem gentium eique, quod ab apostolico detulit, circumposuerat pallium; qui post hec signis clarus pro Deo ab ipsis gentibus cum suis est martirisatus, sicut indicat liber gestorum eius veraci relatione conscriptus. Iste beatus, sicuti premisimus, de castro Querenvorde fuit oriundus, pater eius Bruno dicebatur, mater Ida, frater Gevehardus.

Gesta ep. Halberstad.

Hic etiam imperator *(scil.* Otto) sanctum Brunonem, Magdeburgensis ecclesie canonicum, de castro Quernevorde natum, nobilis viri domni Brunonis filium, specialiter dilexit et imperialis aule capellanum fecit. Qui tandem secularis conversationis tumultuationem non sustinens, in Italiam proficiscens, habitum religionis induit et monachum se fecit. Exinde cum duobus confratribus sui cenobii, Benedicto et Iohanne, heremi solitudinem inhabitavit; tandemque eosdem confratres suos de consilio domni Ottonis imperatoris in Poloniam misit ipseque Romam proficiscitur a domno papa licenciam accepturus cum eisdem suis confratribus in augmentum corone sue paganis gentibus Christi ewangelium predicare. Presedit tunc temporis Romane ecclesie Silvester papa. . . . Qui beati Brunonis agnoscens causam adventus, licentiam ei cum suis sociis tribuit predicandi, pallio quoque sibi dato, remisit eum ad Magdeburgensem episcopum in gencium presulem consecrandum. Compos igitur voti sui factus in terram nativitatis sue rediit, in qua aliquamdiu moram faciens, post consecrationem suam mira perfectione claruit, ita quod pedester super aquas incessit. Illo quoque egrediente de Saxonia, sub pedibus aselli eius in saxo molliebantur vestigia, que apparent usque in hodiernum diem. Tandem de patrimonio suo facto et ditato satis decenter monachorum collegio, ipse cum 18 sociis profectus est in Pruciam et pro fide Christi quam predicabat in eadem provincia a gentibus beluine feritatis Prucie multis suppliciis afflictus, manibus pedibusque abcisis, postremo capite plexus, stipante illum collegio 18 sociorum, illic cum ipso pariter decollatorum, palmam martirii est adeptus, anno videlicet Domini 1008. 16. Kal. Marcii.

Etsi ad verbum minime congruunt, tamen, quomodo narratio progrediatur, quomodo res gestae ordinentur, quod spatium eis detur, ita convenire putamus, ut nobis non dubium sit, quin etiam Gesta episcoporum Halberstadensium libro gestorum Brunonis usa sint[6]*. Quamquam Vitam et Passionem nostram cum Gestis episcoporum Halberstadensium comparantes non nisi unum locum invenimus, quo loco alter auctor cum altero verbotenus convenire videtur, in fabula scilicet, quae ad asinum Brunonis pertinet*[7]*, tamen res gestas a Gestis episcoporum Halberstadensium narratas*

1) Gesta ep. Halberstad., SS. XXIII, 89 sq.: *de castro Quernevorde natum, nobilis viri domni Brunonis filium . . . Tandem de patrimonio suo facto et ditato satis decenter monachorum collegio.* 2) Cf. E. Kessel, 'Zur Entstehung der verlorenen ältesten Halberstädter Bistumschronik', in 'Festschrift für Albert Brackmann' (Weimar 1931) p. 173. Gesta ep. Halberstad., SS. XXIII, 90: *a gentibus beluine feritatis Prucie multis suppliciis afflictus manibus pedibusque abcisis, postremo capite plexus stipante illum collegio 18 sociorum, illic cum ipso pariter decollatorum, palmam martirii est adeptus, anno videlicet Domini* 1008. 16. *Kal. Marcii.* Cf. Ekkeh. Chron., SS. VI, 193 ad a. 1008: *multis suppliciis afflictus, et manibus pedibusque abscisis, postremo capite plexus, caelos petiit.* Quae Ekkehardus ex Chron. Wirziburg., SS. VI, 29, repetivit. 3) E. Kessel, 'Halberstädter Bistumschronik' p. 173 n. 4. Idem, 'Die Magdeburger Geschichtschreibung im Mittelalter bis zum Ausgang des 12. Jahrhunderts', 'Sachsen und Anhalt' VII (1931) p. 156 n. 211. 4) SS. XIV, 394 sq. 5) SS. XXIII, 89 sq. 6) Quod iam L. Giesebrecht 'Wendische Geschichten aus den Jahren 780 bis 1182' (Berlin 1843) III, 303 n. 5 putavit. Item Schum, SS. XIV, 395 n. 1. 7) Gesta ep. Halberstad., SS. XXIII, 90: *Illo quoque egrediente de Saxonia, sub pedibus aselli eius in saxo molliebantur vestigia,*

iis, quae Vita nostra refert, respondere apparet[1]. *Quod complura non ad verbum congruunt, facile accipi potest, cum auctorem Gestorum episcoporum Halberstadensium librum gestorum Brunonis maxime abbreviasse videamus*[2].

Etiam amplius auctorem Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium ea, quae liber gestorum Brunonis narrabat, contraxisse apertum est. Tamen etiam in hoc fonte unum locum esse censemus, qui verba Vitae nostrae sapiat, ubi auctor rebus a Brunone gestis brevem notitiam de origine eius subiunxit[3]*:*

Iste beatus, sicuti premisimus, de castro Querenvorde fuit oriundus, pater eius Bruno dicebatur mater Ida, frater Gevehardus.

Vix dubito, quin auctor haec verba ex initio libri gestorum, qui ei sub manibus erat, adiecerit. Cum recensio Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium nobis translata non multum post a. 1142 *scripta sit*[4]*, antiquior autem recensio circa a.* 1025 *exorta*[5] *librum gestorum Brunonis plane ignorasse videatur*[6]*, ante medium saeculum XII. liber gestorum Brunonis expressis verbis nusquam nominatur*[7].

Iam ad antiquissimos fontes vitae Brunonis, ad Thietmarum et Annales Quedlinburgenses, transeo, ut, utrum Thietmarus, quod prius quidam, etsi dubitantes, suspicati sunt[8]*, ex eodem, quo et liber gestorum, fonte hauserit an Thietmari libro liber gestorum usus sit, quaeratur. Thietmarum, cum ipsum patrem Brunonis se cognovisse ac Magdeburgae ipsius Brunonis conscholasticum se fuisse afferat*[9]*, de vita eiusdem per colloquia ita certiorem factum esse constat, ut ea, quae refert, etiam nullo libro scripto adhibito conflare potuerit. Re vera, cum maxime res ante conversionem paganorum susceptam a Brunone gestas narret, nullum librum scriptum, nisi quod mortem Brunonis narrans Annales Quedlinburgenses, quibus saepius usus est, sequitur*[10]*, adhibuisse se significat. Sed Annales Quedlinburgenses exscribens in errorem gravissimum incidit, cum diem obitus Brunonis cum die mortis Brunonis episcopi Verdensis confudisse videatur*[11]*, quem errorem praeter permultos alios etiam Vita et Passio nostra repetiverunt. Ergo librum ipsum gestorum Brunonis antiquum, quippe qui diem emortualem perperam e Thietmaro desumpsisse videatur, Thietmarum exscripsisse verisimile est*[12].

que apparent usque in hodiernum diem. Vita c. 8 p. 1363 l. 1 sqq.: *Saxa, super quae animal gradiebatur, in mollitiam conversa sunt, ita ut usque in hodiernum diem vestigia animalis in eisdem lapidibus non dubia demonstrarentur.*

1) Quod Bruno in Magdeburgensi civitate vixit, habet Vita c. 3 p. 1361 l. 5 sqq.; quod amicus Ottonis III. imperatoris fuit, Vita c. 4 p. 1361 l. 18 sqq., quamquam nomen regis in Vita non affertur; quod monachus factus est, Vita c. 5 p. 1362 l. 5 sqq.; quod Romam profectus papa iubente consecratus est, Vita c. 9 p. 1363 l. 9 sqq., cf. Passio c. 1 p. 1363 l. 26 sqq.; quod Querfordiae muratus est, Vita c. 7 p. 1362 l. 21 sqq.; quod asini pedes saxa mollierunt, Vita c. 8 p. 1363 l. 1 sqq. 2) Cf. supra p. 1354 n. 1 et n. 7. 3) Gesta archiep. Magd. c. 15, SS. XIV, 395, cf. c. 14 p. 389. Quae recensio B c. 10 p. 383 narrat ex iis, quae rec. A c. 15 p. 395 refert, praesumpta sunt. 4) Kessel, 'Sachsen und Anhalt' VII, 152. 5) Kessel, ib. p. 120. 6) Kessel, ib. p. 124 sqq., p. 156 n. 211. 7) Annalista Saxo, SS. VI, 658, iis, quae de Brunone secundum Thietmarum refert, haec verba inserit: *Pater huius Bruno dicebatur, mater Ida, frater vero eius Gevehardus dicebatur. Gebehardus genuit Burchardum et Idam, Burchardus genuit Gevehardum, patrem Conradi archiepiscopi Magadaburgensis, Ida peperit Gebehardum, patrem Lotharii imperatoris.* Eum librum gestorum Brunonis non cognovisse certum puto; nam alioquin libro gestorum adhibito ea, quae Bruno fecit, narravisset. Hunc locum ex genealogia dominorum Querfordensium desumptum esse verisimile est. Cf. etiam Ann. Magd. ad a. 1009, SS. XVI, 164. 8) Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' I7, 390; L. Giesebrecht, 'Wendische Geschichten' III. 303 n. 6, 9) Thietm. Chron. VII (VI), 34 (58) p. 188: *Brun, contemporalis et conscolasticus meus*; c. 35 (58) p. 189: *Pater autem predicti antistitis . . ., ut ipse mihi narravit . .*, 10) Ann. Quedl. ad a. 1009, SS. III, 80: 11. *suae conversionis anno in confinio Rusciae et Lituae a paganis capite plexus, cum suis* 18, 7. *Id. Martii petiit coelos.* Thietm. Chron. VII (VI), 35 (58) p. 188 sq.: *In duodecimo conversionis suae anno . . . in confinio prędictae regionis* (scil. *Pruciae*) *et Rusciae . . . XVI. Kal. Martii mitis ut agnus decollatur cum sociis suimet XVIII.* 11) Cf. infra Passio c. 6 p. 1366 n. 2. 12) Quem diem in Vita et Passione nostra postea demum additum esse facile putes, cum A hunc modo illum afferat, cf. Passio c. 6 p. 1366 l. 3 sqq.: *Martirizatus est beatus Bruno anno Domini millesimo nono XVI. [kal.] Martii temporibus secundi Henrici imperatoris, qui sepultus est in Bamberga.* Sed cum B pablo post inserat: *decimo sexto kalendas Marcii*, Passio c. 6 p. 1366 n. **, etiam id manuscriptum, ad quod B redit, diem mortis dedisse constat. Thietm. Chron. VII (VI), 35 (58) p. 189: *XVI. Kal. Martii . . . Facta sunt autem haec in tempore serenissimi regis Heinrici . . .* Omnia, quae in Vita et Passione aliter habentur, a libro gestorum antiquo (*qui sepultus est in Bamberga*) vel ab aliquo, qui postea Vitam et Passionem rescripsit (*secundi . . . imperatoris*, cf. Thietm. VII [VI], 34 [58]: *regnante tunc secundo Dei gratia Heinrico*), addita aut mutata esse suspicor.

Quibus omnibus argumentis commoti librum gestorum antiquum post a. 1016 (verisimiliter post a. 1025) et ante a. 1142. conscriptum esse credimus.

Cum omnes fontes hucusque allati res in conversione paganorum gestas omnino fere neglegant[1], *ea, quae de his rebus scimus, aliunde, ex Vita scilicet s. Romualdi a Petro Damiano*[2] *conscripta et notitia Wiperti*[3], *qui se socium Brunonis fuisse dicit, proveniunt. Vitam et Passionem Brunonis, Vitam Romualdi, Wipertum in iis, quae de Brunone ex flammis illaeso egrediente*[4] *et a fratre ducis Prutenorum ad fidem converso trucidato afferunt, consentire valde notabile esse mihi videtur. Deinde Vita et Passio et Petrus Damianus in iis, quae de paganis obtorpescentibus narrant, congruunt, quamquam paulum differt, quod Damianus hoc miraculum post mortem Brunonis, Vita et Passio in Ungaria collocat*[5]. *Dubitari non potest, quin omnes illae narrationes ex fonte communi fluxerunt*[6]. *Passio autem nostra ea, quae olim de Brunone narrabantur, perfectissime conservasse videtur, cum nomina quaedam ab aliis relationibus omissa praebeat*[7]. *Non ita multo post mortem Brunonis famam, quomodo diem supremum obisset, quam apud Wipertum legimus, etiam in Italia vulgatam et ad Petrum Damianum delatam esse apertum est*[8]. *Praeterea Voigt*[9] *ea, quae extrema pars Vitae s. Adalberti Romanae non multo ante a. 1039. retractata refert, cum extrema parte Passionis nostrae consentire putavit; quae redactio Vitae Adalberti in codice Casinensi nr. 145 circa a. 1080. scripto ad nos devenit. Vita Adalberti super corpus Adalberti in mare electum columnam igneam, quae locum, quo corpus esset, indicaret, apparuisse narrat. Deinde Voigt*[10] *in c. 27 codicis*

1) Epistola etiam Brunonis ad Heinricum II. regem missa, cf. W. Giesebrecht, 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' II[5] (Leipzig 1885) p. 702 sqq., quam H. Zeißberg, 'Die Kriege Kaiser Heinrichs II. mit Herzog Boleslaw I. von Polen', 'SB. der Kaiserl. Akad. d. Wiss. Wien Phil.-Hist. Kl.' 57 (1867) p. 346 sqq., primus interpretatus est, nusquam commemoratur: 2) SS. IV, 846 sqq. 3) SS. IV, 579 sq.; Kolberg p. 105. 106; Voigt, 'Brun von Querfurt' p. 297 sq. 4) Petri Damiani Vita Romualdi c. 27, SS. IV, 851. Wiperti Historia Brunonis, SS. IV, 579 sq., Kolberg p. 105: *statim ante regem ducti fuimus. Episcopus vero cum suis capellanis preparatis celebravit missam predicando euvangelica atque apostolorum dicta. Que omnia ut rex Nethimer nomine audivit, dixit: 'Nos deos habemus, in quibus adoramus et confidimus. Verbis autem tuis obedire nolumus.' Episcopus hoc audiens illius regis adportare iussit simulacra et illo presente in igne proiecit cum virtute maxima. Ignis vero accepit et devoravit illa denique simulacra. Rex autem turbatus dixit indignatione maxima: 'Accipite episcopum citissime et in ignem coram me proicite. Si illum ignis comburit et devorat, cognoscite, quia illius est predicatio vanissima; denique si est aliter, in illum deum credamus velociter.' Tunc iussit rex ignem accendi validissimum et in illum proici episcopum. Episcopus autem indutus vestimento episcopali suam sedem in ignem fecit portare et in igne supra eandem tam diu sedit, quousque a capellanis septem psalmi fuerunt decantati. Rex vero hoc videns factum mirabile cum trecentis viris credidit Deo velociter et accepit baptismum penitentie. Dux postea illius terre ad episcopum equitavit virtute repletus diabolica et illum episcopum cum capellanis fecit martirizare absque ulla querimonia. Episcopi caput iussit abscidi et capellanos omnes iussit suspendi et meos oculos eruere fecit. Postea vero operante Christo visa sunt ibi signa sine numero et prodigia, nunc vero supra illorum corpora constructa sunt monasteria.* Cf. Passio c. 4—6 p. 1364—1366. 5) Petri Damiani Vita Romualdi c. 27, SS. IV, 851. Cf. Passio c. 3 p. 1364 l. 15 sqq. 6) Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 112. 124. 7) Passio c. 1 p. 1364 l. 2: *Prago*; c. 6 p. 1365 l. 21 et 1366 l. 3: *Zebedem* et *Alstra*. Wiperti tantum Historia Brunonis praeterea affert, SS. IV, 579, Kolberg p. 105: *Nethimer*, pro quo in Passione nostra Boslaus (i. e. Boleslaus dux Poloniae) nominatur. Cf. id. quod Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 112 de codice Casinensi 145 exposuit, in quo eadem confusio invenitur; cf. infra n. 10. 8) Verba Petri Damiani, V. Rom. c. 27 SS. IV, 851: *Dum igitur Bonifatii virtus proprio indigeat stilo, idcirco tamen illum cum aliis Romualdi discipulis summotenus hic memorare curamus, ut ex eorum laude, quam magnus vir gloriosus magister eorum fuerit, demonstremus*, talem interpretationem postulare, ut nullum scriptum Vitam Brunonis tractans adfuerit, ut Kessel, 'Sachsen und Anhalt' VII, 155 n. 211 putat, nego. 9) Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 97. Cf. V. Adalb. Rom. c. 30, codex 4 b apud Pertz, SS. IV, 595 n. n; Kolberg, 'Zeitschr. f. d. Gesch. u. Alt. Erml.' XVI, 2, p. 603 sq.: *Et dum complesset orationem, amputatum est caput eius, sicque nobile corpus felici lapsu occupat terram . . . Sed ubi cadaver sanctissimi martiris et pontificis Adelberti corruit, concurrit undique armis munita dira barbaries, et nondum expleto furore caput sanctissimi martiris palo fixerunt, corpus vero dilacerandum bestiis loco ipso dimiserunt. . . . Sed ut ostenderet omnipotens Deus, cuius meriti esset tantus martyr et pontifex, per triginta dies iussu divino ab aquila corpus eius sanctissimum custoditur . . . Post vero infidelis turba necdum humano sanguine satiata, tollentes corpus eius miserrime dilaceratum in mare demerserunt. Inde vero indicio fulgidae columnae super corpus eius in coelum usque porrectae manifestatum est corpus eius discipulis; et venientes cum multis Christianis abstulerunt corpus eius et coniungentes caput corpori honorifice sepelierunt, et dignam ecclesiam nomine eius construxerunt, ubi merita et virtutes eius exuberant usque in hodiernum diem.* 10) L. c. p. 98 n. 18 ad p. 97. V. Adalb. Rom. c. 27, ed. A. Kolberg, 'Zeitschr. f. d. Gesch. u. Alt. Ermlande' XVI, 2 (1907), p. 598; in SS. IV, 595 l. 51 n. d solum *B.* legitur.

Casinensis 145 *etiam ducem quendam Prussiae Uolisclavum nominari attulit, quod cum Bo(le)slao duce (Poloniae) in Passionis nostrae c.* 4 *confuse posito convenit. Quibus rebus commotus ex iis, quae de Brunone relata essent, redactionem Vitae Adalberti in codice Casinensi nobis traditam sua deprompsisse putavit; quae si ita essent, Passio quaedam Brunonis ante a.* 1039. *conscripta esset. Sed in dubio manet, an non econtra ea, quae codex Casinensis* 145 *de Adalberto narrat, postea ad Brunonem deducta sint*[1] *an prorsus nulla inter has duas legendas necessitudo immediata intercedat.*

Antiquiores fontes Saxonici ad vitam Brunonis pertinentes et librum gestorum Brunonis exscribentes, omnibus rebus gestis, quae Passio uberius refert, omissis, nihil nisi diem, quo Bruno vita decessit, praebent. Quo ex genere Bruno exortus esset, et eum Magdeburgae scolarem (Vita c. 1. 2*) et canonicum fuisse (Vita c.* 3*), amicum regis fuisse (Vita c.* 4*), monachum factum esse (Vita c.* 5*), Querfordiam deinde visitavisse (Vita c.* 6. 7*), pedes asini eius saxa emollivisse (Vita c.* 8*), archiepiscopum eum consecratum esse (Vita c.* 9*), narraverunt. Sed archiepiscopum Treverensem factum eum esse (Vita c.* 4*), quod posteriorem quendam addidisse apparet, atque famam, quae ad mortem matris spectat (Vita c.* 9*), quae item posterius fortasse adiuncta est*[2]*, non narrant. Non dubito, quin liber gestorum antiquus Passionem nostram non continuerit. In Brunone archiepiscopo consecrato, qui Querfordiam reliquit, paucis verbis de morte eius additis desiisse videtur.*

Quae Passio nostra refert, ea postea demum ex rumoribus, quos iam ante saeculum XI. medium in Italia vulgatos fuisse ex iis, quae Damianus refert, videmus, qui etiam a Wiperto adhibiti sunt, composita posterioribus temporibus cum iis, quae liber gestorum attulit atque Vita nostra reddit, coniuncta sunt. Librum gestorum iam ante a. 1039. *in Italia notum fuisse et a Damiano fortasse adhibitum esse, quod Voigt verisimile esse dixit*[3]*, nego. Qua in Passione inveniri potuit, quomodo Bruno a papa ad paganos convertendos missus esset*[4]*, quod inimici eius obtorpuissent*[5]*, quod illaesus ex flammis exivisset*[6]*, quod per fratrem ducis ad fidem Christi conversi trucidatus esset*[7]*, quod caput eius postea inventum esset*[8]*. Vitam et Passionem genere scribendi inter se differre iam Voigt*[9] *adnotavit. Quod mirari non possumus, quia Vita Brunonis in Saxonia, qua in terra plurimum tempus vitae egit, componi potuit, quomodo autem paganis conversis mortem subisset, ii viri maxime cognoverunt, quos socios in itinere secum adduxerat, et monachi s. Romualdi regulam secuti, qui etiam id, quod socii, si qui superstites erant, Brunonis narrabant, audiverant.*

Iam restat explorare, quo loco et quo tempore ea, quae liber gestorum antiquus narrabat, cum iis, quae in Passione hodie leguntur, coniuncta sint. Eo, quod Vita Landiberti vetus in Vita nostra adhibita sit, Querfordiam indicari Voigt[10] *animadvertit, cum ecclesia parrochialis civitatis Querfordensis S. Lamperto consecrata, Magdeburgae autem nulla, Halberstadensi in civitate non nisi capella quaedam in arce, ut dicebatur, i. e. in vico episcopi, sita*[11] *inveniatur. Quam S. Lamperti ecclesiam Querfordensem saeculo XII. circa a.* 1155—1198. *aedificatam esse Voigt existimat*[12]*.*

Si Vitam Landiberti demum post hoc tempus Querfordiae cognitam esse conicimus, historia Brunonis, in qua Vita adhibita est, non nisi postea conscribi potuit. Quae si ita sint, in libro gesto-

1) Cf. Passio c. 7—9 p. 1366 sq. 2) Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 111. 3) Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 124. 4) Vita Romualdi c. 27, SS. IV, 851. Passio c. 1. 5) Cf. supra p. 1356 l. 8. Passio c. 3. 6) Cf. supra p. 1356 l. 5. Passio c. 4. 5. 7) Cf. supra p. 1356 l. 5 sq. Passio c. 6. 8) Cf. supra p. 1356 n. 9. Passio c. 7—9. 9) 'Sachsen und Anhalt' III, 110. 10) 'Sachsen und Anhalt' III, 117 sqq. 11) Cf. O. Doering, 'Beschreibende Darstellung der älteren Bau- und Kunstdenkmäler der Kreise Halberstadt Land und Stadt' (Halle a. S. 1902) p. 219; W. Möllenberg apud Voigt, 'Sachsen u. Anhalt' III, 118 et n. 44. 12) H. G. Voigt, 'Christian Webel' p. 236. 399 sq. Idem, 'Burg Querfurt, ihre Anlage und Entwicklungsgeschichte' (Querfurt 1915) p. 60 sqq. Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 118 Querfordiae tunc temporis etiam propterea in s. Lampertum vel maximum studium directum esse, quod pater Mathildae, uxoris Burchardi III. domini Querfordensis, burggravii Magdeburgensis, comes quidam Lambertus erat, putavit. [Quodsi quis hac de causa ecclesiam parrochialem s. Lamperto dedicatam esse putaverit, id valde incertum, quin immo vix credibile existimo. Hofm.] Secundum Voigt ecclesia quoque tum demum aedificari coepta est, postquam Burchardus III. dominus Querfordiae factus est (ca. a. 1155). Deinde privilegium Gardolfi episcopi Halberstadensis, quod circa a. 1198. ecclesiae collegiatae Querfordensi datum est (Holstein p. 86; G. Schmidt, 'Ub. d. Hochstifts Halberstadt' I, Leipzig 1883, p. 355 nr. 394) *in Querrenworde XIII mansi, . . . et pratum in fine ville Querenvordte* confirmat. Ex quo privilegio illis temporibus civitatem iam muris cinctam atque ecclesiam S. Lamperti aedificatam fuisse, cum et civitas Querfordia et villa Querfordia, quae ad partem Querfordiae extra muros sitam pertinuisse videatur, nominetur, intelligi posse putat Voigt, 'Christian Webel' p. 253 sq., cf. etiam p. 108. Comes ille Lambertus, pater Mathildae, comes de Gleichen fuisse dicitur, quod etiam certum habet H. Tümmler, 'Die Geschichte der Grafen von Gleichen von ihrem Ursprung bis zum Verkauf des Eichsfeldes, ca. 1100—1294' (Neustadt a. O. 1929) p. 11 sq.

rum antiquo conscribendo, quem iam paulo post a. 1142. *citatum vidimus*[1], *nondum Vita Landiberti adhiberi potuit. Quod autem de Vita Landiberti post ecclesiam aedificatam demum Querfordiae cognita coniecimus, iam in controversiam vocandum est, cum iam saeculo XI. Leodium atque S. Landibertus orientales partes maxime attingant, quod A. Hofmeister v. cl. me docuit. Sed quoquomodo res se habet, librum gestorum antiquum Querfordiae conscriptum esse suspicari possumus, cum Gesta episcoporum Halberstadensium in eo historiam ad asinum Brunonis spectantem iam invenerint, quam Querfordiae per colloquia hominum traditam esse pro certo habemus*[2].

Sed utrum iam in libro gestorum Brunonis antiquo an demum in eo rescribendo Vita Landiberti adhibita sit, non diiudicamus[3]. *Fundationi Querfordensi saeculi XIII. Vitam et Passionem nostram praesto non fuisse supra ostendimus*[4]. *In locis Fundationis et Vitae nostrae, quos supra comparavimus*[5], *verba Vitae* secundum seculi dignitatem *et similia Fundationis ab utroque auctore vix immediate ex Vita Landiberti desumpta esse possunt. Quod haec verba Vitae et Fundationis consentiunt, iam in passione, quam Fundatio affert, fortasse iam in libro gestorum, Vitam Landiberti adhibitam esse potius indicare putamus. Sed in primo tantum et secundo capite Vitae Brunonis Vita Landiberti adhibita est. Si demum in Vita et Passione nobis obvia Vita Landiberti adhibita esset, haec etiam pluribus locis expilata fuisset.*

Itaque cum Vita Landiberti adhibita de tempore, quo Liber gestorum cum Passione coniuncta sit, nihil nos doceat, alio modo rem explicare conabimur. Fundatio Querfordensis fontem suum passionem, non librum gestorum appellat. Quem haud facile passionem nominare potuit, quia de passione et morte Brunonis nihil nisi paucis verbis tradit[6]. *Itaque Passionem quandam illo tempore cum libro gestorum adhibita Vita Landiberti retractato iam coniunctam fuisse fortasse putare possumus.*

Accedit, ut Querfordia, quod etiam ecclesia S. Lamperti tum emergens indicat, saeculo XII. exeunte ad ampliorem gradum provecta sit, quae villa sub castro sita tunc ius civitatis adepta est[7]. *Dignitas etiam ac fama dominorum Querfordensium illis temporibus ampliata est, cum Conradus et Gebehardus IV. fratres longe extra patriam noti essent. Conradus, episcopus Hildesemensis (a.* 1194—1198*), postea Herbipolensis (a.* 1198—1202*), in rebus, quae ad imperium Romanum pertinebant, maxima negotia exsecutus est. Hoc tempore, ut aliquis ea, quae clarissimus fundator ecclesiae collegiatae et agnatus generis Querfordensis egisset, diligenter describeret, facillime fieri potuit. Fieri etiam potuit, ut Conradus vel Gebehardus IV.*[8] *ea, quae de Brunone paganos ad fidem Christi convertente in Italia narrabantur, domum referrent, nisi potius haec iam antea ibi nota fuisse credamus. Nec minus fieri potuit, ut alteruter eorum librum gestorum cum Passionis historia quadam coniungi iuberet et tunc clericus quidam Querfordensis Vitam Landiberti et alios libros sibi notos*[9] *adhibens Querfordiae, ut puto, quo loco Vitam Landiberti praesto fuisse a verisimili non abhorret, componeret. Neque enim propterea, quod Brunonem Halberstadensem scholam initio frequentasse Vita nostra refert*[10], *libellum nostrum in Halberstadensi civitate conscribi oportuit, quia id etiam Querfordensis quidam, cum Halberstadensi episcopatui Querfordia subiecta esset, inserere potuit, nisi forte id potius ab auctore Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium antiquum librum gestorum compilante e consilio omissum esse credamus*[11]. *Sed utcumque res se habet, Vitam et Passionem coniunctam semel vel identidem rescriptam et retractatam esse constat. Qua in retractanda nonnullis, quae prius posita erant, omissis fabulae piae immixtae sunt, quae, ut ea,*

1) Cf. supra p. 1355 l. 12. 2) G. ep. Halb., SS. XXIII, 90. Cf. supra p. 1354 l. 45 sq. 3) Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 119 ('erst gegen 1400'). Vita Landiberti etiam saeculo XV. in Germania media lecta est, quod codex Halberstadensis ecclesiae maioris nr. 126 (1361), qui prius in monasterio monialium Hadmersiebensi fuisse videtur, docet; cf. B. Krusch, SS. rer. Merov. VI, 317; A. Hofmeister, 'Jahresberichte für deutsche Geschichte' III (1929) p. 741, qui Vitam Landiberti potius in libro gestorum antiquo quam in recensione Vitae posteriore medio aevo facta adhibitam esse censet. 4) Supra p. 1353 l. 15 sqq. 5) Supra p. 1353 l. 27 sqq. 6) Cf. supra p. 1357 l. 8. 7) Quod Voigt 'Christian Webel' p. 254. 399 ex privilegio Gardolfi ep. Halberstadensis a. 1198, dato (supra p. 1357 n. 12) conclusit. 8) Gebehardus IV. Querfordensis a. 1207. a rege Philippo legatus ad Innocentium III. papam missus est, apud quem iam a. 1205/6. fuerat. Innoc. III. Ep. IX, 22, Migne, Patrol. Lat. 215 col. 822. Burch. Ursperg. Chron. (ed. O. Holder-Egger et B. de Simson, SS. rer. Germ.) p. 88. Cf. E. Winkelmann, 'Philipp von Schwaben' (Leipzig 1873; 'Jahrbücher der Deutschen Geschichte') p. 378. 433; Reg. imp. V in indice; Voigt, 'Christian Webel' p. 319, 398. 9) Sulpicii Severi Vitam Martini, Epistolas, Dialogos, cf. Vita c. 2. 5, Passio c. 3 p. 1360, 1362, 1364, et Gregorii Magni Dialogos, cf. Vita c. 2 p. 1360 l. 22. 10) Vita c. 1: *studio Halberstadt traditus.* 11) Notandum quidem est etiam Thietmarum VII (VI), 34 (58) de schola Halberstadensi tacere. Quod tamen Vitae Brunonis Querf. non omnino repugnare recte Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 98 n. 12, animadvertit.

quae de Brunone archiepiscopo Treverensi facto narrantur[1], *docent, a veritate quam maxime abhorrent. Ultimam redactionem, quae saeculo XV. nota erat, quamque etiam Voigt non ante a. fere* 1400. *compositam esse putat, habemus, quam ut et ipsam Querfordiae exortam esse putemus, subscriptiones imaginum, quae olim in capella ecclesiae castri Querfordensis inveniebantur*[2], *nobis suadere videntur. Apographum posterioris partis huius ultimae redactionis ad canonicos Halberstadenses devenisse Passio in Breviario Halberstadensi a.* 1515. *typis data, demonstrat*[3].

Ut breviter, quod exposui, complectar, ita rem se habere puto: In Saxonia, scilicet Querfordiae, inter a. 1016. *et* 1142[4], *paulo post mortem Brunonis quidam, ut videtur, liber gestorum Brunonis conscriptus est, qui praeter Thietmari Chronica, qui ipse pauca verba ex Annalibus Quedlinburgensibus desumpsit*[5] *maximam partem ea, quae per colloquia Querfordiae de Brunone narrabantur, in usum suum ascivit. Quo in libro multa de vita Brunonis relata erant, quae supra pluribus verbis exposuimus*[6], *et breviter etiam mortis et sepulturae sancti mentio facta erat. Qui liber gestorum saeculo XII. in ecclesiis Magdeburgensi et Halberstadensi notus erat*[7].

Eodem tempore — fortasse ante a. 1039 *— in Italia, sed etiam alibi, ut Wiperti historia nos docet, variae relationes res a Brunone in paganis ad fidem Christi convertendis gestas*[8] *tractantes pervagatae sunt, nam ii, qui cum s. Romualdo erant, socios Brunonis noverant atque negotia cum Polonis habebant*[9]. *Quibus in relationibus inveniebatur, quod Bruno in Ungaria versatus esset, quod pagani obtorpuissent, quod sanctus vir illaesus ex flammis egressus per fratrem ducis Prutenorum in fidem Christi conversi detruncatus esset, fortasse etiam, quod caput Brunonis postea inventum esset*[10]. *Quae relationes saeculo XI. in Italia et Germania meridionali notae erant*[11].

Liber gestorum et relationes antiquae passionem Brunonis tractantes Querfordiae non ante saeculum XII. posteriorem, fortasse tum demum, nisi iam antea, Vita Landiberti aliisque libris adhibitis, coniuncta esse videntur. Quibus in coniungendis notitia brevis, quam liber gestorum de die emortuali et sepulchro Brunonis attulit, in eo capitulo Passionis, quod ad eandem rem pertinebat, inserta est[12]. *Nescio an Fundatio Querfordensis iam libris coniunctis usa sit*[13]. *In Vita et Passione coniuncta recentiore aetate semel vel identidem nonnullis omissis res quaedam insertae et in ordine mutatae sunt, ita ut narratio a veritate interdum abhorreat*[14]. *Vita et Passio nostra, quam eandem Querfordiae exortam esse puto, hoc modo in formam, quam legimus, redacta saeculo XV. Querfordensibus, Magdeburgensibus, Halberstadensibus nota erat*[15].

Codicem Querfordensem non semper facilem lectu a magistratu illius civitatis et Breviarium Halberstadense a. 1515. *impressum a bibliotheca rei publicae Borussicae Berolinensi humanissime Gryphiam transmissa ipse contuli. Itaque, quamvis Voigt, cuius commentarius nobis non semel utilis fuit, a Roberto Holtzmann v. cl. adiutus, textum in universum satis diligenter constituerit erroresque codicis saepius non sine acumine correxerit, textum nostrum non paucis locis etiam emendatiorem prodire speramus. In re orthographica codicis vel Breviarii impressi lectiones, quae nimis a solito abhorrebant et saeculum XVI. aperte sapiebant, negleximus*[16]. *Capita in codice (A) non numerantur; nume-*

1) Vita c. 4 p. 1361 l. 12 sqq. 2) Cf. supra p. 1352 n. 8. 3) Cf. Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 116. 4) Cf. supra p. 1355 sq. 5) Cf. supra p. 1355 l. 21. 6) Cf. supra p. 1357 l. 7 sq. 7) Libro gestorum Gesta archiep. Magdeburg. et Gesta ep. Halberstad. usa sunt. Cf. supra p. 1354. 8) Cf. supra p. 1357 l. 17 sqq. 9) Petri Damiani Vita Romualdi c. 26, SS. IV, 846. 10) Cf. supra p. 1357 l. 21 sqq. 11) Quae relationes in Petri Damiani Vita Romualdi et in Wiperti historia Brunonis occurrunt. Cf. supra p. 1356 l. 5 sqq. 12) Verba Passionis c. 6 p. 1366 l. 8 sqq.: *Martirizatus est beatus Bruno anno Domini millesimo nono XVI. kal. Martii temporibus secundi Henrici imperatoris, qui sepultus est in Bamberga. Viri autem timorati accipientes corpus sancti Bonifatii sepelierunt illud in eodem loco, ubi Dominus multa miracula operatur per servum suum Bonifatium usque in hodiernum diem* in Passionem antiquam postea inserta esse putem. Si c. 6 et 7 Passionis diligenter legeris, c. 7 ea, quae de capite in Alstra flumen proiecto refert, immediate continuare intelleges; verba supra allata, quae miracula usque in hodiernum diem facta asserunt, finem libri gestorum praebuisse suspicor. 13) Cf. supra p. 1358 l. 8 sqq. 14) Quod Bruno archiepiscopus Treverensis factus esset (Vita c. 4), fortasse quod matrem suam ante mortem vidisset (Vita c. 9), quod ante, non post consecrationem Querfordiae versatus esset (Vita c. 6—9), quod Leo papa eum consecravisset (Vita c. 9, Passio c. 1), fortasse etiam quod dux Prutenorum Boleslaus nominaretur (Passio c. 4). Cf. supra p. 1358 sq. 15) Qua ex forma pendent subscriptiones imaginum, quae olim in capella castri Querfordensis inveniebantur, ea, quae codices posteriores (B 3, 3a) Gestorum archiepiscoporum Magdeburgensium de Brunone afferunt, Passio Breviarii Halberstadensis a. 1515. impressi. Cf. supra p. 1352 sq. Codices alii posteriores (B 4 et 4a) Gestorum archiep. Magdeb. passionale ita afferunt, SS. XIV, 388 n. d: *cuius vita patet in prima parte* (*huius* B 4a) *passionalis*, quod non iam exstare dolemus. 16) Littera t interdum duplicata est: Vita c. 1 p. 1360 l. 7:

ros, et in maiore quidem parte Passionis secundum lectiones, in quas Breviarium (B) illam dividit, iam Voigt adiecit. Omnibus, qui nos in hac editione adiuverunt, maxime Adolfo Hofmeister v. cl., qui cum in aliis, tum in codice evolvendo semper nobis adfuit, Wilhelmo Levison v. cl., Erwino Aßmann v. d. maximas gratias ago.

H. Kauffmann.

INCIPIT VITA SANCTI BRVNONIS EPISCOPI ET MARTYRIS.

V. Land. vet. 2. 1.[a] Sanctus ac gloriosus[1] vir Bruno opido, quod dicitur Quernforde, oriundus fuit, secundum seculi dignitatem ex illustri prosapia ortus[2]. Sed puer gratia divina dispensante cunctis formosior vultuque elegantior apparuit, benignus etiam et benevolus inter notos et proximos crevit. Pater vero[b] eius, cui Bruno vocabulum erat, necnon et mater eius Yda nomine[c] tanta[d] industria[d] tanti filii videntes congratulabantur, gratias agentes Deo gaudio replebantur pro eo, quod tam decoratam prolem a supernis sedibus accepisse videbantur. Sed cum fere transacta prima etate sicuti[e] plerique studio Halberstadt[3] traditus esset virisque sapientibus et autenticis committeretur literis imbuendus, assiduis studiis adherens crebrisque vigiliis semetipsum exercens nimio desiderio superne patrie affectus corpore pene consumptus fuit.

2. Quadam vero die, dum adhuc puer naturalibus proficiens incrementis primus[f] V. Land. vet. 6. virtutum floribus inciperet redolere, more solito pedibus[4] superius calciatis, plantis vero de- Sulp. Sev. Ep. 3, 11. subtus penitus denudatis in secreciori loco theatri stabat. Oculis ac manibus in celum fideliter intendebat[5], circumstrepentes et ignicis[g] ludisque theatricis occupatos proximos ac sodales V. Land. vet. 6. minime reputans nec attendens[6]. Venit itaque servus[h] missus a parentibus nimisque[7] frigore trementi[i] assistens verba parentum, uti iussus fuerat, loquebatur. Sed Dei videns servus[k] Greg. M. Dial. I, 10. algentem geluque rigentem locum, quem tenebat, tenere praecepit. Mira res et stupenda[8]! Servus cum eundem locum subiret, tanto calore perfusus est, quantum quis in hie-

a) *capita non numerantur nec ubique distinguuntur A; numeros — in maiore parte Passionis (infra p. 1363 sqq.) secundum lectiones, in quas B illam divisit — adiecit Vo.* b) uero *alia manu et alio atramento A.* c) nomie *vel* nonne *A.* d) *ita A, Vo.* e) secuti *A;* sicuti *corr. Vo.* f) *ita A;* primis *corr. Vo.* g) *ita A, Vo.; fortasse emendandum* in iocis *Hofm.,* vel agonicis *Levison.* h) suus *A;* seruus *corr. Vo.* i) trementibus *A.* k) seruum *A;* seruus *corr. Vo.*

dicitur, c. 4 p. 1361 l. 24: *fecit*, p. 1367 l. 23: *Orattio*. Litteras ae in e, u litteram consonantis vim habentem in v mutavi.

1) Cf. Vita Landib. ep. Traiect. vet. c. 2, MG. SS. rer. Meroving. VI, 354 sq.: *Gloriosus vir Landibertus pontefex oppido Treiectinse oriundus fuit et alitus ex parentibus locupletis secundum dignitatem seculi, inter presidis venerandis et longa prosapia christianis. Ipsi vero erat in pueritia formonsus et nobilis, electus in gente et in progeniem suam, crescebat benignus. Inter famulos et cognatus suus vultum fulgentem, in omne affectu pollebat aeminentem aetatem. Cum vidisset pater eius tanta filii industria et a cunctis dilectum, exultabat et gracias agebat Deo; lactabat in gaudio, pro eo quod decoratum videbat prolem. A prima fere aetate tradedit eum ad viros sapientes et sthoricos sacris litteris aedocendum; ille vero cum magno studio offitio usu assiduo adhesit et velociter ipsum consummavit. Cum autem inbutus fuisset a prudentissimis viris, reversus est ad domum patris suae.* 2) Cf. ad haec et ea, quae sequuntur, Thietm. Chron. VII (VI) 34 (58) p. 188: *Fuit quidam Brun nomine, contemporalis et conscolasticus meus, ex genere clarissimo editus, sed divina miseratione pre caeteris parentibus inter filios Dei electus. Hic ab Ida venerabili matre sua unice dilectus magisterio Geddonis philosophi traditur ... Huius pater erat Brun ...*; Gesta archiep. Magdeburg. c. 15, SS. XIV, 395: *Iste beatus ... de castro Querenvorde fuit oriundus, pater eius Bruno dicebatur, mater Ida, frater Gevehardus.* Cf. rec. B c. 10, SS. XIV, 383. Ann. Magd., SS. XVI, 164. Gesta ep. Halberstad., SS. XXIII, 89: *de castro Quernevorde natum, nobilis viri domni Brunonis filium.* Fundacio eccl. collegiatae in castro Quernfurdtt, ed. Holstein, 'Zur Geschichte des Collegiatstifts B. Mariae Virginis et S. Brunonis zu Querfurt', 'Zeitschrift des Harzvereins' IV (1871), 78: *Idam ... copulavit consorcio, que ... seculi dignitate pollebat.* 3) Immo Magdeburgensi scholae traditus est. Cf. Thietm. Chron. VII (VI), 34 (58) p. 188; Geddo magister scholae Magdeburgensis erat. Brunonis Vita S. Adalberti c. 4, SS. IV, 596. 4) Vita Landib. vet. c. 6, p. 359: *nudisque plantis, discalciatis pedibus.* 5) Sulpicii Severi Ep. III, 14, rec. C. Halm, Vindobonae 1866 (Corpus script. eccl. Lat. I) p. 149: *Oculis tamen ac manibus in caelum semper intentis invictum ab oratione spiritum non relaxabat.* 6) Cf. Thietm. Chron. VII (VI) 34 (58) p. 188: *ludentibus nobis in oratione fuit. Ocio negocium preposuit et sic fructificans ad maturitatem pervenit.* 7) Cf. Vita Landib. vet. c. 6, l. c.: *Erat autem media hyeme nimio frigore, vehementissimusque algor brumalis circulus ingruerit, ita ut glacies congelaverat, et nix raro fundebat. Ad ubi Dei famulus immobilis persistens ... Nec Dominus ... laborantem servo suo diutissime propicius respexit.* 8) Gregorii Magni Dial. I, 10, Migne, Patrol. Lat. 77, col. 208; ed. U. Moricca (Roma 1924. 'Fonti per la storia d'Italia') p. 64: *Res mira et vehementer stupenda!*

mali[1] zeta vix calefieri[1] potuisset. Sic beati viri vestigia per orationis virtutem tantum caloris commodum attulerunt, quantum vestigia eius, quem prediximus, sufferre nullo modo potuerunt. Sic exhibitum est, quantum valeat[2] deprecatio iusti assidua. Iac. 5, 16.

3. Beatus itaque Bruno, cui[a] adaucto nomine vocabulum est Bonifatius[b.3], cum iam puerilis etatis modulum excrevisset, nobilis nobiliori vite semitam arripere cepit. Post ablactationem vero scolasticorum rudimentorum a priorum recedens ferula magistrorum Magdeburgk[4] venit, cum parentibus suis morem ibidem sequens iterum sub magistrali cura dispositioneque[c] vitam suam exercuit. Sed Dominus ac rerum dispositor rutilantem lucem nequaquam voluit sub modio[5] diutius latere, sed super candelabrum poni disposuit, Matth. 5, 15. ut omnibus domum ingredientibus lucem praeberet. Aderat nunquam[d] tabescens mora nec aggravabat praecipitem suum cursum.

4. Eodem vero tempore, dum fama vaga pene omnium finitimorum[e] populorum ora impleret, episcopus Treverorum[6] annuente divina clementia vitam[f] finivit. Mox omnibus rebus postpositis fit concursus clericorum, aderat strepitus laicorum, omnes unanimes unanimiter felicem Brunonem, qui aucto nomine Bonifatius[g], id est bona faciens, vocatus, sibi episcopum dari flagitabant. Vagantes etiam pueri per plateas lusibus suis suspensis audito nomine beati viri Deum celi magnificabant, implentes illud psalmiste[7]: 'Ex ore in- Ps. 8, 3. fantium et lactentium perfecisti laudem tibi, Deus'. Sed[h] rex satisfaciens populo ac petitioni clericorum annuit. At vero sanctus Bonifatius accersitus ad regem adducitur, trahitur[8] et, quamvis invitus multumque reclamans se tanto honore indignum, tamen clamore omnium prevalente dignitatem regiminis[i] suscepit. O quanta[a] exultatio, quantum tripudium in die V. Land. vet. 7. desponsationis boni pastoris Treveriros adiit, tanta deinde tristitia tantusque luctus post amissum pastorem ibidem eos, proh dolor! oppressit. Itaque sedit, docuit, monuit, opus cf. 2. Tim. 4, 5. evangeliste fecit et implevit[10].

a) cum *A*; cui *corr. Vo.* b) *ita hoc loco etiam Vo, alibi semper* Bonifacius. c) *ita Vo.*; dispositionē *A.* d) *ita Vo.*; nūque *A.* e) frumentorum *perperam A*; frumentorum(?) *Vo.* f) uitam, u *corr., A.* g) Bonifacius *semper Vo.*; qui a. n. Bon. — vocatus *ex glossa marginali in textum intrusa putat Aßmann.* h) Sex *A*; Sed *corr. Vo.* i) *ita Vo.*; *potius* tegiminis *A.*

1) Cf. Vita Landib. vet. c. 6 p. 359 l. 4: *media hyeme*; p. 360 l. 1: *introgressi domum sibi ad calefaciendum.* 2) Iac. 5, 16: *multum enim valet deprecatio iusti assidua.* 3) Cf. infra Vita c. 4; Passio c. 4. 5. 6. 7; Brunonis Vitae quinque fratrum inscriptio, SS. XV, 2 p. 716; Petri Damiani Vita Romualdi c. 26 sq., SS. IV, 850 sq. (cf. Leonis Ost. Chron. mon. Casin. II, 18, SS. VII, 640); Gesta archiep. Magd. c. 10. 15, SS. XIV, 388. 394; Ann. Quedl. ad a. 1009, SS. III, 80 (cf. Ann. Saxo ad a. 1009, 1106, SS. VI, 658. 745; Ann. Magd. ad a. 1009, SS. XVI, 164); Vita Stephani regis Ungar. maior c. 7, SS. XI, 232; AA. SS. Iun. 19, tom. VI, p. 219; H. G. Voigt, 'Brun von Querfurt' (Stuttgart 1907) p. 170. 204; Lohmeyer, 'Allg. Deutsche Biogr.' III, 433. 4) Bruno canonicus Magdeburgensis fuit. Cf. G. arch. Magd. c. 15, MG. SS. XIV, 394; Ann. Magd. ad a. 1009, SS. XVI, 164; G. ep. Halb., SS. XXIII, 89. Voigt, 'Brun von Querfurt' p. 31. Kolberg p. 22. 5) Matth. 5, 15: *neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* 6) Minime. In iis, quae sequuntur, auctor Vitae s. Brunonem Querfordensem cum Brunone archiepiscopo Treverensi (a. 1102—1124) confudit. Cf. Kolberg p. 9 n. 20. Eundem errorem iam codices Hannoveranus et Serbestensis Gestorum arch. Magdeburg. praebent, quorum prior circa a. 1450 scriptus est, cf. Gesta arch. Magdeburg. c. 14, SS. XIV, 391; etiam Hermanni Corneri Chron., apud Eccardum, Corp. Hist. Medii Aevi II (Lipsiae 1723) p. 564: *Bruno archiepiscopus Trevirensis, vir sanctus et nobilis, secundum Egghardum, de Querfort oriundus, passus est mortem a Prutenis*, qui ex Henrici de Hervordia Chronicis errorem non exscripsit, cum hic de Brunone verba tantum Ekkehardi repetivisset (ed. A. Potthast, Gottingae 1859, p. 96). Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 94, cum ecclesia Magdeburgensis aliquam necessitudinem cum S. Maximini monasterio Treverensi haberet, Brunonem re vera Treveris aliquem locum officialem — fortasse coadiutoris temporibus Ecberti archiepiscopi (a. 977—993) — tenuisse putavit. Sed ne hoc quidem credere possum. Bruno apud Ottonem III. imperatorem multum auctoritate valuit; cf. Thietm. Chron. VII (VI), 34 (58) p. 188; G. ep. Halb., SS. XXIII, 89: *imperialis aule capellanum fecit*; G. arch. Magd. c. 15, SS. XIV, 394. Praeterea Bruno etiam pallium suscepit et archiepiscopus gentium, quas convertere voluit, consecratus est. Cf. infra p. 1363. Alibi Bruno noster perperam cum Brunone episcopo Augustensi, fratre Heinrici II. imperatoris, confunditur, v. Voigt, 'Brun von Querfurt' p. 298 sq. Cf. iam Wipert., SS. IV, 579: *Brunus, dimisso episcopatu una cum grege sibi credito . . .* 7) Ps. 8, 3: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos*, quem versum Sulpic. Severus, Vita Martini c. IX, 6 p. 119 attulit. Cf. Matth. 21, 16: *Utique numquam legistis: Quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem?* 8) Cf. V. Ansberti c. 15, SS. rer. Mer. V, 629: *eligitur, trahitur atque . . . consecratur.* Levison. 9) Vita Landib. vet. c. 7, SS. rer. Mer. VI, 361 l. 9: *Et iam longum est aenarrare, quanta exultatio in universo populo adfuit, quante laudes et hymni in adventum eius tripudiati sallebant sacerdotes.* 10) Cf. 2. Tim. 4, 5: *Tu vero*

5. Sed post dies nemine[a] sciente iterum quasi ovis argumentata[b,1] ad propria stabula, scilicet Magdenburgk, rediit. Sed quid novus tiro ageret[c], audiamus. Miles Christi
Sulp. Sev. Ep. 3, 14. de immenso certamine fatigatus rediit et ad maiora certamina tetendit[d]. Oculis[2] ac manibus in celum semper intentus[e], invictus ab oratione[2] psalmodiis diebus ac noctibus vacabat necnon et oblectationibus huius mundi spretis a colloquiis divinis non cessabat[3]. Qui cum pro nomine
Luc. 14, 33. Christi sponte pauper factus esset, intendens semper illud evangelicum[4]: 'Qui non renunciaverit omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus', pollens pollebat virtutibus et, quanto tempore pauperior fieri cupiebat, tanto clarior ut sol et luna per partes mundi fulgebat. Beatus vero Bonifatius, cum preclaram famam sue virtutis undique a vicinis cerneret spargi, estimans spem eternae beatitudinis sibi populari laude minui, intendens
Luc. 16, 25; Matth. 6, 2. illud evangelicum[5]: 'Quia vos recepistis mercedem', eo artius se tenuit, inedia et algore
Sulp. Sev. Ep. 3, 14. verberibusque corpus strinxit, pernox[4] etiam in orationibus, in cinere et cilicio recubabat[f,6], cupiens se ibidem avelli a fervore[g] eiusdem populi[7].

6. Aptum tempus aderat. Magdenburgk cum suis reliquit, Quernforde adiit[8]. Venerunt parentes, fit concursus clientium, agitabatur strepitus amicorum, amore charitatis vulnerati existimabant[h] felicem[i] filium secum conversari[k] velle. At longe alia mens[l], alius animus pium pectus sancti viri exercebat[m]. Nam tempus illud, quod minus videbatur parvum[n], quam quis credere voluisset, nil de domesticis rebus accipere volens, illud
2. Thess. 3, 10. apostolicum intendens[9]: 'Qui non laborat, non manducet', victum[o] ceteraque corporis necessaria labore manuum cum sudore queritabat.

7. Spatio autem eiusdem temporis peremenso rogavit vir sanctus convenire universam plebem prenominate villule[10], missam pura intentione omnibus celebravit et velut iturus divini corporis et sanguinis viaticum venerabiliter sumpsit. Post expletionem vero missae eis penitus indulgentiam sponte offerens ac verbo salutis eos muniens licentiam abeundi petiit ab ipsis. Qua accepta pacem[p] omnibus illis flentibus tribuit et sic cum gaudio discessit. Hic itaque cum stipatam[q] turbam precederet[r], quantos eiulatus[s], quantos stri-
Matth. 8, 12; Luc. 13, 28. dores dentium[11] audires, non quasi eodem die unius, sed ut terrarum tumulus abscondi deberet.

Ps. 146, 5. 8. 'Magnus Dominus noster et magna virtus eius!'[12] Est via prope urbem sita[t] nimis lapidosa. Quam cum vir Dei ascendisset[u], asinus, super quem sedebat, pigrius solito more ire cepit. Quem cum famulus Dei calcaribus urgeret et, ut celerius solito more

a) minime *A*, nēmine *corr. Vo.* b) *ita A, Vo.* (auis arg.). c) aget *A; corr. Aßmann collato Pass. c. 2 p. 1364 l. 4;* agat *Vo.* d) tetendit *vel* retendit *A:* retendit *Vo.* e) *ita A;* intentis *Sulpic. Sev.* f) recubebat *A; corr. Vo.* g) favore *vel* fervore *A;* favore *forsitan* fervore *legit Vo.* h) existimabantur *A;* vulnerantes existimabant *scribere mavult Vo.* i) felicem *bis A.* k) convesari *A;* conversari *corr. Vo.* l) meus *A; corr. Vo.* m) exercebatur *A;* per pium pectus — exercebatur *vel* pium p. — exercebat *corr. Vo.* n) parvūū *A.* o) victu *A; corr. Vo.* p) pace *A;* pacem *corr. Holtzmann, Vo.* q) *ita Vo.;* stipatiam *A.* r) *ita A;* percederet *Vo., qui autem ipse scripturae compendium in A forsitan interpretandum esse* praecederet *adnotavit.* s) quantis eiulatis *A.* t) sitam *A;* sita *corr. Vo.* u) descenderet *secundum naturam loci fortasse corrigendum esse putat Vo.; sed verba* asinus pigrius solito more ire cepit *intellegens non dubito, quin auctor natura loci neglecta per* cum — ascendisset *causam pigritiae asini indicare voluerit.*

vigila, in' omnibus labora, opus fac euangelistae, ministerium tuum imple. Levisor.

1) Ad quod exemplum auctor hic elocutionem formaverit, nescio. 2) Cf. supra p. 1360 n. 5. 3) Hoc loco auctor meminisse videtur Brunonem in Italia socium s. Romualdi et monachum fuisse. Cf. G. archiep. Magd. c. 15, SS. XIV, 394: *in palatio regio assumptum, sed fugientem cum deliciis suis seculum, ut sibi lucri faceret Christum.* Ann. Magd. ad a. 1009, SS. XVI, 164. G. ep. Halb., SS. XXIII, 89. 4) Luc. 14, 33: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus.* 5) Luc. 16, 25: *recordare, quia recepisti bona in vita tua;* Matth. 6, 2: *Amen, dico vobis, receperunt mercedem suam;* cf. Matth. 6, 5. 16. 6) Sulp. Sev. Ep. III, 14 p. 149: *pernoctans in orationibus et vigiliis fatiscentes artus spiritui servire cogebat, nobili illo strato suo in cinere et cilicio recubans.* 7) Cf. Thietm. Chron. VII (VI), 34 (58) p. 188: *Ob lucrum animae laborem subiit diversae ac grandis viae, castigans corpus inedia et crucians vigilia.* G. archiep. Magd. c. 15, SS. XIV, 394: *ut sibi lucri faceret Christum.* 8) G. ep. Halb., SS. XXIII, 89sq.: *in terram nativitatis sue rediit, in qua aliquamdiu moram faciens, post consecrationem suam mira perfectione claruit.* Perperam igitur auctor Vitae Brunonem Querfordiam postremum visitantem ante iter Romanum eiusdem inducit. 9) 2. Thessal. 3, 10: *quoniam si quis non vult operari, nec manducet.* 10) Querfordensis. 11) Matth. 8, 12: *ibi erit fletus et stridor dentium;* Luc. 13, 28. 12) Ps. 146, 5: *Magnus Dominus noster, et magna virtus eius, et sapientiae eius non est numerus.*

ambularet, moneret, saxa[1], super que animal gradiebatur[a], in mollitias conversa[b] sunt, ita ut usque in hodiernum diem vestigia animalis in eisdem lapidibus non dubia demonstrarentur. O quam[2] magnifica sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia[3] fecisti. Sol in verbo Iosue[4], ne solitam viam iret in Gabaon, refrenabatur. Saxa in morem nivis resoluta sunt ac liquefacta, dum vir sanctus et fidelis servus ire cupiebat, mensuram tritici[5] illis ministrare in cibum, qui necdum salutis perceperant verbum. Iosue inimicos persecutus est gladio[6], vir iste fidelis infideles vivificavit verbo salutis, ille gladio percutiendo[6], iste verbo fidei sanando[6]. Ps. 67, 6. Ier. 10, 12. Luc. 12, 42.

9. Peremenso[d] vero spatio[d] Romam prospero cursu transadiit. Leoni[7] apostolico, quid animi haberet, insinuavit. Qui mox spiritu sancto repletus benigne suscepit eum ac per[e] pios[e] amplexus, pia oscula in invicem tradita, instruens eum verbo divino, in vicem cardinalium ordinavit illum[7]. At cum famulus Dei consueto more missam celebraret, divina revelante clementia post peracta officia sedit, quasi membris lassis suis quietem tribuere vellet. Sed mox ad invincibilia arma, scilicet orationum, confugerat. Eius namque ori nunquam salutiferum nomen Christi aberat vel, quidquid ad veram eternamque vitam apertinuerat. Post duarum autem vel trium horarum spatium eo permanente quidam e circumstantibus clericis accessit, humili precatu pium patrem monens, ut surgeret missamque defunctorum celebraret. Qui renuit[f] et subiunxit se prius surgere nolle, donec pie matris nunctius de Querrforde adveniret. Mox verba pii verba vera[g] probantur. Nuntius sancti Petri oraculum intravit, incurvatis genibus Deum supplicibus votis adoravit ac deinde missam cartulam pontifici tradidit. Qui post perceptam cartulam nimio tremore ac pavore circundatus[g] et quasi de longo itinere fatigatus surrexit et in[h] memoriam pie matris et ceterorum fidelium defunctorum devote missam celebravit. (1008?) 1004. (Nov.)

EXPLICIT VITA SANCTI BRVNONIS EPISCOPI ET MARTYRIS.

INCIPIT PASSIO EIVSDEM.

1. Sanctus[i] ac gloriosus papa Leo[9], videns constantiam sancti Brunonis[k] desiderio animi eius satisfacere cupiebat dataque benedictione in terram Ungariorum[k,10] in opus pre- 1003?

a) grediebatur *A*; gradiebatur *corr. Vo.* b) *ita Vo.*; coversa *A.* c) *post* sanando *nonnulla* (paganos superavit) *desse putat Vo.* d) Peremensum vero spatium *A*, *quod tuentur Vo., Lerison; cf. supra c. 7 in., p. 1362 l. 21.* e) perpios *A, Vo.* f) remūt *A*; remonuit *Vo.* g) *ita A.* h) in *supplevi, om. A, Vo.* i) *ea quae sequuntur usque ad* miracula operatur per servum suum Bonifatium usque in hodiernum diem *(c. 6, p. 1366 l. 8) extant etiam in Brev. Halberstad. (= B) fol. CXCIII^{v}—CXCIIII^{v}, ubi oratio, quam A in fine praebet (infra p. 1367 l. 23sqq.) praecedit.* k) qui adaucto nomine Bonifacius, id est bona faciens, vocatus est *add. B ex Vitae c. 3, cf. supra p. 1361 l. 4.* l) Hungarorum *B.*

1) G. ep. Halb., SS. XXIII, 90: *Illo quoque egrediente de Saxonia, sub pedibus aselli eius in saxo molliebantur vestigia, que apparent usque in hodiernum diem.* 2) Ps. 91, 6: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine!* 3) Ier. 10, 12: *Qui facit terram in fortitudine sua, praeparat orbem in sapientia sua et prudentia sua extendit caelos*; cf. Ier. 51, 15. Prov. 3, 19: *Dominus sapientia fundavit terram, stabilivit caelos prudentia.* 4) Cf. Ios. 10, 12 sq. 5) Luc. 12, 42: *Quis, putas, est fidelis dispensator et prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?* 6) Ios. 10, 10. 11. 7) Immo a Silvestro II (999—1003) pallium suscepit, sed a Tagenone archiepiscopo Magdeburgensi Merseburgae, postquam in Saxoniam rediit, consecratus est. Cf. G. ep. Halb., SS. XXIII, 89: *Romam proficiscitur a domno papa licenciam accepturus . . . Presedit tunc temporis Romane ecclesie Silvester papa . . . Qui . . . pallio quoque sibi dato, remisit eum ad Magdeburgensem episcopum in gencium presulem consecrandum.* Thietm. Chron. VII (VI), 34 (58) p. 188: *benedictionem cum licencia domni papae episcopalem ab eo* (scil. Heinrico II. rege) *petiit et eius iussione ab archiepiscopo Taginone consecracionem et, quod ipse detulit huc, pallium ibidem suscepit.* G. archiep. Magd. c. 15, SS. XIV, 394 sq.: *Hic* (scil. Tageno) . . . *Brunonem . . . a Romano pontifice ad regem Heinricum et eundem archiepiscopum directum consecraverat archipresulem gentium eique, quod ab apostolico detulit, circumposuerat pallium.* Cf. rec. B c. 10, SS. XIV, 388. Ann. Magd. ad a. 1009, SS. XVI, 164. Petri Damiani Vita Romualdi c. 27, SS. IV, 850. Cf. Voigt, 'Brun von Querfurt' p. 73 sq., 258 sqq.; idem, 'Sachsen und Anhalt' III, 96. Leonem quendam papam Brunonem in Ungariam misisse legitur etiam in cod. Hannov. (B 3) et Serbestensi (B 3 a) Gestorum archiep. Magd. c. 14, SS. XIV, 391. Vide etiam praefationem p. 1352 n. 14. Etiam in Mariani Scotti Chron., SS. V, 555, glossa in margine postea addita Leonem V. papam apud mortem Brunonis affert, Voigt, 'Sachsen und Anhalt' III, 95, Leonem IX. papam, qui antea Brun appellatus, huius erroris causam fuisse putat. Vide etiam Voigt, 'Brun von Querfurt' p. 193. 8) Cf. 2. Reg. 8, 28: *verba tua erunt vera.* 9) V. supra n. 7. 10) Cf. infra

dicationis eum dirigebat. Vir autem Dei devote suscipiebat evangelium predicationis ac
1005? felici itinere ad opidum[a], quod dicitur Prago[b], pervenit, non paulos[c] socios secum habens itineris.

1. Cor. 3, 6sq. 2. Bonus agricola quid ageret, audiamus! Plantavit[2], rigavit, zizaniam eruit, triticeum
cf. Matth. 22, 37—39. semen, id est geminam dilectionem[3], Dei videlicet et proximi, per agros sparsit[4] multumque fructum Deo adiuvante[e] ac incrementum ministrante sacre fidei ibidem accumulavit[4]. Ordinavit autem clericos, ecclesias fabricavit et per totum biennium ibi permanens ecclesias firmavit. Egregius vir Dei Bonifatius, dum quadam die missam[d] devotissime[d] celebraret et post perlectum evangelium divina inspiratione inspiratus, pulpitum cum ascendisset, misterium[e] sacre fidei populo traderet, accidit primos civitatis fanaticos[f] interesse sue salubri[g] doctrine. Quidam autem ex eis adheserunt, confitentes Iesum[h] Christum[h], et gratiam[i] baptismi perceperunt. Quidam[k] ex eis zelo malo repleti unanimiter impetum fecerunt in eum, volentes eum fustibus cedere. Mox protector Deus tribulato cordi affuit et humilem spiritu velociter salvavit.

3. Tanta vero immobilitate concitata persteterat turba[5], ut nec pedem terre affixum[l] nec erectam[m] manum ultra vel sursum aut[n] movere visum[n] potuissent[o][6]. Sic itaque divina
Ps. 21, 16 virtute administrante[p] virtus[7] eorum tamquam testa exaruit et lingue eorum faucibus adheserunt. Dominus vero quasi in pulverem mortis deduxit eos[7]. Ad quod[q] mirabile visu spectaculum cum fere tertia pars paganorum eiusdem oppidi immixtis fidelibus con-
1. Tim. 2, 4. flueret[r], omnes unaniminter, mira gestarum rerum aspicientes, Deum, qui omnes homines vult salvos fieri[8], glorificaverunt. Ad ultimum vero[s] hi[t] penitentia ducti gratiam baptismi flagitarunt. Et sic sanitati[u] restituebantur. Eo[v] namque die magna pars barbarorum conversa est ad fidem.

4. His itaque peractis preclara fama beati viri Bonifatii[w] pervenit ad aures Boslai[x][9]

a) opp. *B.* b) paucos *B.* c) annuente et adiuvante *B.* d) dev. m. *B.* e) ministerium *B.* f) *ita B;* fovantes *A.* g) *ita B;* labubri *A.* h) Christum Iesum *B.* i) *ita B;* gratiam *om. A.* k) autem *add. B.* l) *ita B;* affixu *A.* m) erectum *A. B; corr. Vo.* n) ac visum movere *B.* o) potuisset *B.* p) ministrante *B.* q) *ita B;* quodem*(?) A;* eiusdem *vel(?)* ydem *legit Vo.* r) confluerent *B.* s) quoque *B.* t) *ita B;* hii *A.* u) sanitate *B.* v) ea *B.* w) Bonifacii *semper B.* x) Bosslai *B.*

p. 1364 n. 1; epist. Brunonis ad Heinricum regem a. 1008. missa, W. Giesebrecht, 'Gesch. d. deutschen Kaiserzeit' II[5], 702; Vita Stephani regis Ung. maior c. 7, SS. XI, 232; Addit. ad Ademari Hist. III, 31, SS. IV, 129 n. 2*, ed. J. Chavanon (Paris 1897) p. 153.

1) Cf. G. archiep. Magd. cod. B 3 c. 14, SS. XIV, 391 n. **: *Prage civitatem Bohemie divertens.* Brasso, Teutonice Kronstadt (Siebenbürgen), illam civitatem esse Voigt, 'Brun von Querfurt' (Stuttgart 1907) p. 277, 'Brun von Querfurt als Missionär des römischen Ostens' ('Sitzungsberichte der Kön. Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften. Klasse für Philos., Gesch. u. Philol.', 'Jahrg.' 1908, Prag 1909) p. 4 sqq., 12 sqq., 'Sachsen und Anhalt' III, 103 putat; Kolberg p. 51 n. 83, 56, 106 n. 2 auc. torem Vitae rapidiorum aquarum cursuum Dnjepr fluminis Slavice 'Porogi' vel 'Progi' nominatorum vel Brailae civitatis, quae ad Danubium fl. in Romania sita est, vel Bako (Bakou prope Tatrosch ad Sereth fl.[?]) civitatis meminisse censebat. 2) 1. Cor. 3, 6 sq.: *Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus.* Cf. Matth. 13, 24 sq.: *Simile factum est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit.* 3) Matth. 22, 37—39: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* 4) Thietm. Chron. VII (VI), 35 (58) p. 188: *steriles hos agros semine divino studuit fecundare.* Cf. Ann. Magd. ad a. 1009, SS. XVI, 164. 5) Sulp. Sev. Vita Martini 12, 3 p. 122: *hic vero mirum in modum vide.es miseros primum velut saxa riguisse.* Sulp. Sev. Dial. I (II) 3, 6: *quae cum omnia solo fixa ac si aenea signa riguissent;* I (II) 3, 7: *uno adque eodem in loco stabant fixa simulacra;* I (II) 3, 9: *ipsi potius amissis sensibus in immobilem saxorum naturam rigescere debuissent, sicut adfixa locis quibus steterant iumenta vidissent.* 6) Cf. Petri Damiani Vita Romualdi c. 27, SS. IV, 851. 7) Ps. 21, 16: *Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis: et in pulverem mortis deduxisti me.* 8) 1. Tim. 2, 4: *Deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.* 9) I. e. Boleslaus I. dux Polonorum, qui Brunonem in Prussiam vocavit. Quem auctor cum duce Prussiae, quem Bruno primum baptizavit, confudit. De iis, quae inter Boleslaum et Brunonem gesta sunt, cf. Stanisł. Zakrzewski, 'Bolesław Chrobry Wielki' (Lwów-Warszawa-Kraków 1925) p. 209 sqq., quem librum A. Lattermann, 'Boleslaus der Kühne und Große', 'Deutsche Wissenschaftliche Zeitschrift für Polen', fasc. 23 (1931) p. 91 sqq. in linguam Teutonicam translatum abbreviavit. De

ducis. Qui mox precepit sibi presentari episcopum. Adletha[a,1] vero Dei sentiens sibi imminere diem requiecionis[2], gaudio repletus alacri vultu cum missis satellitibus venit in presentiam ducis. Requirebatur, quisnam esset vel unde aut cur venisset. Respondit[b] se causa sue salutis suorumque omnium advenisse. At pontifices templorum invidia diaboli in iram excitati, universam plebem concitaverunt et omnes magistratus ac satrapas in eum, ut vivus incenderetur, qui deorum destrueret omnemque populum magicis artibus subverteret. Data est optio eligendi[c], ut aut invictissimis[d] diis immolaret aut exitus rei veritatis testimonio[e] comprobaretur. cf. Hebr. 4, 8sq.; Exod. 31, 15.

5. Posita est strues lignorum[3] ac in medio linquitur meatus unius incedentis. Cumque omni flagore flamma ignis per cava loca undique prorumperet et subtus incendia nimia aridorum[f] lignorum pabula essent subministrata, ut acrior arderet, sanctus vir Dei[g] Bonifatius non clipeo aut galea protectus, sed signo sancte crucis munitus intrepidus ignium flammas intravit, stetit ac immobilis permansit diem integrum et noctem totam, quasi in loco frigido, ita ut nec pars saltim[h] vestimentorum eius ardoris signo lassaretur. At vero cum secunda die primo mane de flamma quasi de rore flante illesus progrederetur, illud Davitticum psallens[4]: 'Probasti cor meum', Domine, 'et visitasti nocte[k], igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas', omnes, qui inenarrabili rei intererant, flexis genibus mundi salvatorem in eo glorificaverunt simulque salutare baptismum ab eo devotissime postulavere. Sed et rex et omnes primates sui se sacre fidei commendantes ablutionem sacri fontis leti perceperunt. Ps. 16, 3.

6. Zebedem[l] vero frater eius[5] audiens conversionem fratris, gravi ira commotus misit milites, qui ut sanctum virum raperent suique[m] presentie presentarent. Hi[n] milites, cum armati venirent, invenerunt beatum[o] Bonifatium missam[p] devote celebrantem. At unus ex eis improbe cum maxima audacia sanctum virum incurrit, manum, cum qua sacrificium benedixit, ferro abscidit[q] et[q] deinde eum[r] ab altare[r] pepulit[r]. Mox, ut idem vidit manum pendentem signa supra[s] sancta facientem, commotus obstupuit, ad pedes eius cecidit et penitentiam egit. Is vero, postmodum in suo laureato sanguine baptizatus[t], evasit. Cetera

a) *ita A;* athleta *B.* b) responsum est *B.* c) eligendi *B.* d) *ita B;* invictissime *A.* e) eius *add. B.* f) *ita B;* ardorum *A.* g) Dei *om. B.* h) saltem *B.* i) *ita B;* psalians *A.* k) nocte *om. B.* l) *ita A;* Zebeden *B, Vo.* m) *ita A;* suequè *B.* n) *ita B;* hii *A.* o) beatum *bis A.* p) missas *B.* q) et *om. B.* r) ei ab altare pepulit *A;* vi ab altari eum pepulit *B.* s) super *B.* t) *ita B;* baptisatus *A.*

Brunone hoc loco p. 112sqq. Cf. ad hunc locum Wipert., SS. IV, 579, Kolberg p. 105: *statim ante reyem ducti fuimus. Episcopus vero cum suis capellanis preparatis celebravit missam predicando euvangelica atque apostolorum dicta. Que omnia ut rex Nethimer nomine audivit, dixit . . .* Regem Prutenorum Wipertus Nethimer nominat, quod nomen Slavicum esse E. Kunik apud Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' I[7], 390 n. 1 dixit. Ita etiam Zakrzewski p. 225. Cf. supra in praef. p. 1356sq.

1) Cf. Vita Landib. auctore Stephano § 22, AA. SS. 17. Sept. V. (Venetiis 1770) p. 584: *At Lantbertus Christi athleta;* p. 585: *patientissimus Dei athleta.* 2) Cf. Hebr. 4, 8sq.: *Nam si eis Iesus requiem praestitisset, numquam de alia loqueretur, posthac, die. Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei;* Exod. 31, 15: *Sex diebus facietis opus: in die septimo sabbatum est, requies sancta Domino.* 3) Cf. ad sequentia Petri Damiani Vita Romualdi c. 27, SS. IV, 851; Wiperti Historia Brunonis, SS. IV, 579sq., Kolberg p. 105: *Rex autem turbatus dixit indignatione maxima: 'Accipite episcopum citissime et in ignem coram me proicite. Si illum ignis comburet et devorat, cognoscite, quia illius est predicatio vanissima; denique si est aliter, in illum deum credamus velociter.' Tunc iussit rex ignem accendi validissimum et in illum proici episcopum. Episcopus autem indutus vestimento episcopali suam sedem in ignem fecit portare et in igne supra eandem tam diu sedit, quousque a capellanis septem psalmi fuerunt decantati. Rex vero hoc videns factum mirabile cum trecentis viris credidit Deo velociter et accepit baptismum penitentie.* 4) Ps. 16, 3: *Probasti cor meum, et visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.* 5) Cf. Petri Damiani Vita Romualdi c. 27, SS. IV, 851. Wipert., SS. IV, 580, Kolberg p. 105: *Dux autem illius terre ad episcopum equitavit virtute repletus diabolica et illum episcopum cum capellanis fecit martirizare absque ulla quaerimonia.* De nomine Zebedem cf. Kolberg p. 103; Voigt, 'Brun v. Querfurt' (1907) p. 293; 'Brun v. Querfurt als Missionar' ('Sitzungsber. d. Kön. Böhm. Ges. d. Wiss.' etc., a. 1908) p. 24. 30; 'Sachsen u. Anhalt' III, 103sq. 6) Cf. Ekkeh. Chron. ad a. 1008, SS. VI, 193: *Brun episcopus ex monacho, a Prucis multis suppliciis afflictus et manibus pedibusque abscisis postremo capite plexus caelos petiit,* quae Ekkehardus ex Chron. Wirziburg., SS. VI, 29, desumpsit; G. ep. Halb., SS. XXIII, 90; Ann. S. Pauli Virdun. ad a. 1002, SS. XVI, 500: *Brun episcopus a Bruxis manibus et pedibus abscisis passus est,*

multitudo dum irrumperet, unus ex eis exempto gladio amputavit caput eius, alii effugahantur[a], alii cedebantur. Sed gens effera, necdum in morte eius satiata, caput sanctissimi
1009. viri in flumen, quod dicitur Alstra[1], proiecerunt. Martirizatus* est beatus Bruno anno
Feb. 14. (März 9?) Domini millesimo nono XVI. kal.[b] Martii[2] temporibus secundi Henrici[3] imperatoris, qui sepultus est in Bamberga*.

Viri autem timorati accipientes corpus sancti Bonifatii sepelierunt illud[c. 4] in eodem loco**, ubi Dominus multa miracula operatur per servum suum Bonifatium usque in hodiernum diem[d].

7. At cum Dominus vellet virtutum ostendere, quanti meriti esset apud eum, cuius caput tam inhonesto loco demersum fuisset, quadam nocte accidit, ut piscatores cuiusdam

*) martirizatus — Bamberga *om. B.*
**) decimo sexto kalendas Marcii *add. B.*

a) *ita B;* effugebantur *A.* b) kal. *suppl. Vo.;* kal. *om. A; sed cf.* decimo sexto kalendas Marcii *B n.***. c) illud *om. B.* d) *hic finit B.*

1) Alstrae nomine Lyvam (hodie Liebe, Kr. Rosenberg et Marienwerder, Westpr.) fluvium significari Kolberg p. 103 putavit, cum Slavice Lyva, Leba, Laba verbo Alstra, Aller, Alra etc. ('Elster'), in Teutonicam sermonem verteretur. Cf. J. Bender, 'Über die vorgeschichtliche Zeit und den Namen Ermlands', 'Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands' I (1860) p. 21 n. 2. [Econtra de Pissek (Pissa) aut de Narew fluvio aut de quodam minore fluvio, qui in alterutrum meridiem versus influit, Voigt ('Sachsen u. Anhalt' III, 107, cf. 97 sq.) cogitat, qui in libello 'Brun von Querfurt und seine Zeit' ('Neujahrsblätter. Herausgeg. v. d. Hist. Komm. für die Prov. Sachsen' 33, Halle a. S. 1909) p. 37 et 42 vocem 'Alstra' Slavice 'Grenzfluß' significare coniecerat. Sed quae de loco *Cholinum*, ubi sanctum Adalbertum passum esse quaedam Passio Adalb. ep. Prag., saeculo XI. conscripta, c. 2 (SS. XV, 706) narrat, quem locum Kolno (Koljno) Poloniae inter Lomiza et Iohannisburg a Pissa fluvio ad orientem situm esse posse putavit, potius ad legendam et, confusione quadam intercedente, ad martyrium Brunonis nostri referendo proposuit (cf. postremo 'Sachsen und Anhalt' III, 98 n. 19), valde dubia nec facile recipienda esse videntur. De loco, quo fortasse Brunonem occisum esse putat, quem locum circa Iohannisburg situm fuisse credit, Voigt pluribus disseruit in libro 'Brun von Querfurt' (1907) p. 126 sqq. et in 'Brun von Querfurt als Missionar', in 'Sitzungsber. d. Kön. Böhm. Ges. d. Wiss.' etc., a. 1908, p. 22 sqq. Hofm.] Locus, in quo Bruno trucidatus est, ita describitur: Thietm. Chron. VII (VI), 35 (58) p. 189: *in confinio predictae regionis* (scil. *Prussiae*) *et Rusciae;* Ann. Quedl. ad a. 1009, SS. III, 80: *in confinio Rusciae et Lituae;* ita etiam Gesta archiep. Magd. c. 15, SS. XIV, 383 et Ann. Magd. ad a. 1009, SS. XVI, 164. 2) Necrol. Magdeburg., ed. E. Dümmler, 'Neue Mittheilungen aus dem Gebiet historisch-antiquarischer Forschungen' X, 2 (1864) p. 261: *VII. Idus Mart. Bruno archiepiscopus obiit.* Necrol. Weißenburg., ed. E. F. Mooyer, 'Archiv des hist. Ver. von Unterfranken und Aschaffenburg' XIII, 3 (1855) p. 8: *VII. id. (Mart.) Brun episcopus* (ib. p. 31: *XII. Kl.* [Sept.] *Brun episcopus obiit*, quod ad Brunonem II. episcopum Verdensem, † 1049, spectat; cf. Hauck, 'KG.' III[3-4], 991). Quem diem etiam Necrol. Merseburg., ed. E. Dümmler, 'Neue Mittheilungen aus dem Gebiet historisch-antiquarischer Forschungen' XI, 2 (1867) p. 289: *Brun episcopus et martyr* praebet. Thietmari Chron. VII (VI), 35 (58) p. 188 sq.: *Tunc in confinio predictae regionis et Rusciae cum predicaret, primo ab incolis prohibetur et plus euangelizans capitur deindeque amore Christi, qui ecclesiae caput est, XVI. Kal. Martii mitis ut agnus decollatur cum sociis suimet XVIII.* G. ep. Halb., SS. XXIII, 90: *postremo capite plexus, stipante illum collegio 18 sociorum illic cum ipso pariter decollatorum palmam martyrii est adeptus, anno videlicet Domini* 1008, 16. *Kal. Marcii.* Econtra Ann. Quedl. ad a. 1009, SS. III, 80: *in confinio Rusciae et Lituae a paganis capite plexus, cum suis 18, 7. Id. Martii petiit coelos.* Eundem diem praebent Ann. Magd. ad a. 1009, SS. XVI, 164. Kurze perperam etiam Gesta ep. Halb. d. 9. Mart. diem mortis praebere dixit. Quamquam necrologia non consentiunt, Necrologium Magdeburgense cum Annalibus Quedlinburgensibus comparans Kurzium recte statuisse credo, Brunonem re vera die 9. Mart. mortuum esse, quod etiam A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' III[3-4] (Leipzig 1906) p. 681 n. 1 accepit. Sed si Kurze Thietmarum diem 14. Febr., diem mortis Brunonis I. episcopi Verdensis (a. 962—976), ex deperdita Necrologii Merseburgensis parte desumptum perperam pro Brunonis Querfordensis die emortuali habuisse (cf. Thietm. Chron. III, 6 [4] p. 51) putat, obstat, quod Chron. ep. Verd. c. 16, Leibniz, Script. rer. Brunsv. II, 215, Brunonem I. episcopum Verdensem die 27. Apr. mortuum esse refert, quod Hauck III, 990 sq. probat. Quomodo Thietmarus — si ita res se habet — dies confuderit, in dubio restat. 3) Thietm. Chron. VII (VI), 35 (58) p. 189: *Facta sunt autem haec in tempore serenissimi regis Heinrici.* Ex quibus verbis Thietmari postea per auctorem libri gestorum, et eum, qui Vitam et Passionem coniunxit, et eos, qui illas deinde rescribebant, paulatim verba nostra facta esse puto. Cf. Thietm. VII (VI), 34 (58) p. 188: . . . *post mortem gloriosissimi imperatoris* (sc. Ottonis III), *regnante tunc secundo Dei gratia Heinrico . . .*, et in praefatione p. 1855 n. 12. 4) Thietm. Chron. VII (VI), 35 (58) p. 189: *Corpora tot martirum insepulta iacuerunt, quoad Bolislavus id comperiens eadem mercatur ac domui suae futurum acquisivit solatium.*

principis per undas solivagas irent quaerere squamosam turbam piscium, lumina incensa natare viderent, ubi diu cesum caput sancti viri iacebat. Qui cum tumidas aquas valido remigio pulsarent, sic navis immobilis permansit, quasi ab aliquo esset retenta. Stupor[1] autem circumdederat precordia virorum, adhuc etiam metus eos invasit. Mirabantur, quidnam esset, quod eis acciderat. Recordati autem nominis Ihesu[a] invocabant illud, et subito apparuit eis beatus Bonifatius ambulans[2] super profunditatem aquae. Hi[b] vero magis timere coeperunt, existimantes fantasma esse[2]. Sed vir sanctus, ut eos vidit perterritos, miti pectore eos consolari cepit, ne expavescerent[2], se esse eundem virum, quem pagani morti tradiderant, caputque eius iacere, ubi ardentia lumina Dei nutu natarent. Piscatores autem, postquam in se ipsos redierunt, Deum glorificaverunt locumque illum vigilanti studio notaverunt. Luc. 5, 9. cf. Marc. 6, 48—50; Matth. 14, 25—27.

8. Mane autem facto venerunt ad prenotatum locum, invenerunt caput eius. Et accipientes illud, convocato clero et plebe eiusdem opidi posuerunt illud venerabiliter iuxta corpus viri Dei, confitentes Christum Ihesum fide catholica recepta.

9. Eo die ad sacrum eius tumulum[3] multa signa per virtutem Domini facta sunt. Cecis[4] visus redditus[c] est et claudis et debilibus gressus restituebatur, infirmis sanitas procurante Deo restituebatur. Matth. 11, 5.

FINIT[d] PASSIO SANCTI BRVNONIS EPISCOPI ET MARTYRIS[d].

Bruno vir electus papa mittente profectus
Ungaricas gentes[5] adiit simulacra colentes.
Effera mens gentis dum perfurit in documentis,
Est athletha Dei[6] submissus perniciei.

Oratio.

Origo[e] et consumatio totius bonitatis, Deus, qui beati Brunonis pontificis et martyris tui nobilitatem in meliorem mutasti dignitatem et eum tam fortiter in tuo[f] amore[f] inflammasti, ut non solum per[g] te terrenam[h] substantiam[i], verum etiam carnem contemneret, concede, ut, cuius in terris[k] sacri sanguinis effusionem celebramus, in celo collocari patrocinia[l] sentiamus per dominum nostrum[m] Ihesum Christum. Amen[m].

a) Ihesum *A; corr. Vo.* b) hii *A;* hi *corr. Vo.* c) reditus *A; corr. Vo.* d) Finit — Martyris *maioribus litteris scriptum A.* e) Origo — Dominum (*l.* 28) *habet B f. CXCIII*v. Ad Vesperas *sub* collecta *ante Passionem praecedentem, v. supra p.* 1363 *n.* i *ad c. 1.* f) am. tuo *B.* g) pro *B.* h) terrena *B.* i) substantiam *om. B.* k) terra *B.* l) eius patrocinia *B.* m) nostrum — Amen *om. B.*

1) Cf. Luc. 5, 9: *Stupor enim circumdederat eum et omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant.* — Ad c. 7—9 cf. supra p. 1356 sq. 2) Cf. Marc. 6, 48—50: *. . . venit ad eos ambulans supra mare: et volebat praeterire eos. At illi ut viderunt eum ambulantem supra mare, putaverunt phantasma esse et exclamaverunt. Omnes enim viderunt eum et conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis et dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere;* Matth. 14, 25—27: *. . . venit ad eos ambulans super mare* etc. Levison. 3) Cf. V. Landib. auct. Stephano Lect. IX., SS. rer. Merov. VI, 392: *dum conderetur tumulo;* V. Landib. auct. Sigeberto, ib. p. 405: *ad tumulum sancti oraturus;* V. Landib. auct. Nicolao, ib. p. 428: *signato martyris tumulo.* 4) Matth. 11, 5: *caeci vident, claudi ambulant.* Cf. V. Landib. vet. c. 28 p. 388: *Ibi ceci lumen recepti, claudi restaurati.* 5) Cf. Passio c. 1 p. 1363 l. 27. 6) Cf. Vita Landib. auctore Stephano § 22, AA. SS. 17. Sept. V, 584 sq.; cf. supra Passio c. 4 p. 1365 l. 1.

MIRACVLA SANCTI WILLIBRORDI EPTERNACENSIA.

EDIDIT **W. LEVISON.**

Vitae Willibrordi Fresionum archiepiscopi et Epternacensis monasterii gubernatoris primi, quam Alcvinus composuit[1], *in codice Parisiensi nr.* 9740 *(Suppl. Lat.* 243. 3*), saec. XII/XIII, olim ipsius coenobii Epternacensis (= c.), fol.* 162—164. *post caput* 31, *homilia (c.* 32*) praetermissa*[2], *Miracula nonnulla subiuncta sunt, quae altera parte saeculi XI. monachus quidam congregationis illius composuit. E capitibus sex, quae litteris initialibus et maioribus et ornatioribus distincta sunt, tria ex ipso Alcvino (c.* 27. 29. 30*) pendent, et rebus et verbis aliquatenus immutatis et auctis; quartum in Vita Amalbergae virginis Tamisiensis fabulosa nititur. At in capite quinto et sexto auctor de translatione Willibrordi a.* 1031. *facta et de bello, quo incolae Walichrensis insulae contra Robertum I. comitem Flandriae victores extiterunt, utilia quaedam fusius enarravit, atque Epternacenses etiam de rebus in regione maritima gestis instructi esse poterant, quippe qui ob possessiones monasterii in insula sitas commercio cum partibus 'inferioribus' fruerentur*[3]. *Miraculis iisdem Thiofridus abbas Epternacensis (*1083—1110*) inter a.* 1102. *et* 1106. *in Vita Willibrordi nova cum fuco verborum amplissimo conscribenda ita usus est (c.* 25—27, 30, 34, 35*)*[4], *ut verba praedecessoris partim mutuatus sit partim additamentis pluribus auxerit, cumque et Vitam Amalbergae et Vitam Hilarionis Hieronymianam, quas prior auctor exscripsit neque vero laudavit (c.* 4. 5*), posterior iisdem locis iterum adhibuerit, nescio an A. Poncelet recte coniecerit etiam Miracula antea a Thiofrido composita esse fontium e quibus hauserat conscio*[5]. *Idem studium clausularum consonantium in utroque deprehenditur, utque sermo operum aliorum Thiofridi ornatior est*[6], *ita etiam decessor verbis minus usitatis potitus est (c.* 1 lych(i)nus, *c.* 2 ephebus, *c.* 4 paranymphus, *c.* 5 sarabara, *c.* 6 phalanx, pyxis*), atque differentiae quae extant sermonis fortasse ad spatia annorum referri possunt, si Miracula aliquanto tempore ante Vitam Willibrordi a Thiofrido conscripta esse statuere licet*[7].

Miracula e codice illo unico Bollandistae in Catalogo codicum hagiographicorum Latinorum bibliothecae Nationalis Parisiensis II, Bruxellis 1890, *p.* 581—583, *publici iuris fecerunt; iterum A. Poncelet socius eorum eadem in Actis sanctorum Novembris III, Bruxellis* 1910, *p.* 458—459, *edidit, codice iterum collato*[8]. *Ipse imaginem eius adhibui arte photographica depictam, quam intercedente v. c. Henrico Omont qua est officiositate nactus sum. Neque rationem codicis orthographicam immutavi, nisi quod in clausulis declinationis primae ubique* -ae *restitui, cum librarius aliquotiens* -e, *saepius* -e *scripserit.*

W. Levison.

1) Vitae Willibrordi Alcvinianae librum priorem eundemque prosaicum nuper ediderunt A. Poncelet, Acta sanctorum Novembris III (1910), 435—451, et ego ipse, SS. r. Merov. VII, 1 (1919), 113—141. 2) De ratione codicis cf. Poncelet l. l. p. 419 sq. (cod. 1 b) et Levison l. l. p. 103 (cod. 9; cf. p. 644). 3) Cf. infra p. 1370 n. 13. 4) Opus Thiofridi Poncelet edidit l. l. p. 459—500 (cf. p. 428 sqq.); non nisi partes selectas L. Weiland, MG. SS. XXIII, 23—30 (cf. p. 12 sqq.), publici iuris fecerat. Cf. Levison l. l. p. 110 sq.; W. Lampen, 'Thiofrid von Echternach' ('Kirchengeschichtliche Abhandlungen' XI), Vratislaviae 1920, p. 12 sqq.; C. Wampach, 'Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter' I, 1, Luxemburgi 1929, p. 241 sqq. 5) A. Poncelet, 'Les miracles de S. Willibrord' (Analecta Bollandiana XXVI, 1907, p. 73—77). Cf. L. Van der Essen, 'Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique', Lovanii 1907, p. 433 sq.; Levison, 'Neues Archiv' 32 (1907) p. 761. 6) Cf. Lampen l. l. p. 61 sqq. 7) Etiam sermo Vitae Irminae a Thiofrido compositae simplicior est; cf. ib. p. 5. 8) Cf. etiam Bibl. hag. Lat. nr. 8943 (suppl. ed. alt. p. 315).

(1).[a] In lichinis dependentibus[1] ante viri Dei Willibrordi sepulcrum oleum lucere so- Alcvin. c. 27.
lebat[2], quod nullae tenebrae obfuscare, nulla nox interpolare valebat. In die quoque ipsius[3] inter missarum sollempnia usque ad effusionem excrevit ac efferbuit et exceptum in ampullulis et datum et missum infirmis unctione[4] salubri[4] restituit.

(2). In ipso etatis flore ephebus[5] quidam tanti languoris pregravatus fuit pondere, ut Ib. c. 29.
horrendo et incessabili tempore tota concuteretur artuum compagine[b.6]. Hic ad tumbam viri Dei a suis adductus et positus est necessariis, et in momento horae redintegrata et solidata compage[b] corporis[7], in conspectu astantium convaluit et exilivit incolomis.

(3). In tam nobili et celebri viri Dei cenobio[8] quidam nomine, non merito diconatus Ib. c. 30.
functus officio[c] sacro, infando se involvit sacrilegio. Nam involans[d] crucem auream, quam Clemens[9] Willibrordus in itinere gestare consueverat, obstinato corde cum aliis ecclesiasticis donariis subripuit, et quia ad manum comminuendi et distrahendi copiam non habuit, in abdito et nulli cognito loco recondidit. Pro qua re unanimi fratrum merencium consilio sacrilegus addictus est banno, quin eciam sancta communio et omnis cibi et potus per summam obedienciam ei interdicta est percepcio, nisi infecti dampni restitucio ac pura eum refocillaret confessio. Quod contempnens, cecidit in medio quem presumpserat inobedienciae poculo, et in subitaneae et inprovisae mortis articulo, non pro penitenciae remedio, sed divinae ulcionis coactus incendio, prodidit, ubi reconditus[e] esset tesaurus suo ablatus sacrilegio; sicque exspiravit, lugubre, detestabile et abhominabile exemplum omni ordini monastico.

(4). Hoc quoque non estimetur incongruum hic inserere[10], quod beatus Willi- Vita Amalbergae c. 4.
brordus sanctam Amalbergam, adhuc degens in carne, premissa hac benedictionis dulcedine: 'Floreas cum Tecla, valeas cum Agne, et cum Maria optima sit pars tua,' sacro crismate consecravit; post obitum vero suum cum consanguinea sua[11] gloriosa virgine Gertrude apparens ei in Ib. c. 39. 40.
visione et de triennali spacio vitae presentis edocens, sacro eam velamine velavit. O paranymphum verae karitatis dote preditum, qui sponsam Dei preelectam eciam post suum non deseruit transitum, donec introduceret eam in desiderantissimi sponsi sui amplexus et thalamum.

(5). Anno vero progeniti Verbi MXXX°I°, a transitu eiusdem patris CC°XC°II°[12], re- 1031.
cidivi reparata oratorii fabrica[13], abbati Humberto[14] totique congregacioni una sedit sentencia[15], ut, invitato domno Poppone Trevirorum archiepiscopo[16] et Henrico duce Boariae[f], nostro autem defensore[17], XIIII° kalendas Novenbris inter missarum[18] sollempnia eius ossa Oct. 19.

a) *numeros capitum adiecerunt Boll.* b) *ita hoc loco c. cum Thiofrido c.* 26. c) involans *hoc loco addt., sed eras., c.* d) *ita Thiofridus c.* 27, *hoc loco om. c.; cf. n. c.* e) *corr. ut videtur e* reconcili | tus *c.* f) *ita c. et Thiofridus c.* 34.

1) Cf. Vergili Aen. I, 726: *dependent lychni laquearibus aureis incensi.* 2) Ex Alcvini Vita Willibrordi c. 27 (l. l. p. 136): *Per unctionem quoque olei, quod supra corpus sancti viri lucere solebat, multi infirmi ... curati sunt.* 3) Diem 7. Novembris Epternacenses celebrabant; cf. SS. r. Merov. VII, 134 n. 2. 4) *salutem et incolumitatem mentis et corporis* supplet Thiofridus c. 25 (ed. Poncelet p. 475). 5) *Adolescens* Alcvinus c. 29 (p. 136), unde haec narratio deprompta est, verbis mutatis. 6) Ita Hieronymus, epist. 100, 9 (ed. Hilberg, Corpus script. eccl. Lat. LV, 222): *omnis conpago nervorum atque artuum solvebatur.* 7) Ita Orosius, Hist. IV, 8, 11: *conpagem totius corporis;* Eugippius, Vita Severini c. 44, 6: *integram corporis compagem.* 8) Epternaco, hodie Echternach. 9) Nomen Clementis Willibrordo in consecratione archiepiscopali a. 695. a Sergio pontifice Romano impositum est; cf. SS. r. Merov. VII, 84 sq. 10) *quod ab acucioris ingenii et limatioris linguae scriptore urbanius est editum* (scilicet ab auctore Vitae Amalbergae, Acta sanctorum Iulii III, 90–102), addit Thiofridus c. 30 (p. 477), qui miraculum supra editum, fonte eius iterum adhibito, ex ipsa Vita Amalbergae fabulosa hic illic supplevit. De qua cf. L. Van der Essen, 'Étude critique et littérafre sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique', Lovanii 1907, p. 179 sqq. 11) *ipsius* (i. e. Amalbergae neque Willibrordi) pro *sua* recte Thiofridus, siquidem Amalbergam et Gertrudem consanguineas fuisse auctor Vitae Amalbergae c. 1 (p. 91) finxerat. 12) Willibrordus anno 739. obierat. 13) Monasterium Epternacense anno 1016. incendio destructum et, novo fundamento posito, restauratum atque anno 1031. dedicatum est; cf. Catalogos abbatum Epternacensium (SS. XIII, 739 sqq., XXIII, 32 sqq.), Chronicon Epternacense breve (ib. XV, 1307); infra n. 18. 14) Annis 1028—1051. monasterium Epternacense rexit. Cf. Wampach l. l. I, 1, p. 229 sqq. 15) Ita Thiofridus etiam c. 31 (p. 478): *una omnium mentibus sedit sententia.* 16) 1016—1047. 17) I. e. advocato. Agitur de Heinrico comite Luxemburgensi, qui annis 1042—1047. ducatui Baiuvariae praefuit, in ordine ducum Heinricus VII. vocatus. 18) *dedicationis* pro *missarum* Thiofridus c. 34 (p. 480). De die dedicationis et translationis convenit codex martyrologii Flori Epternacensis, nunc Parisiensis n. 10158 (H. Quentin, 'Les martyrologes historiques du moyen

transferrentur in locum, ubi modo recondita cum debita honorantur reverencia. Sed unus ex cenobitis, Thitmarus, inter eos, qui delecti erant pavimentum infringere, ignorans vel oblitus nocturno se delusum fantasmate, dum bipennem reducta arduus dextera libraret[1] in aere, exerta brachia nullo modo potuit deponere. Tunc a preposito Huperto est commonitus, ut confessione purgaret, si cuius criminis esset conscius. Discuciens itaque se, nichil in consciencia sua novi admissi invenit; adtamen[2] abiens et sarabara sua inspiciens lavit[2] et rediens sacro labori sollicitius institit. Egesta autem humo et effractis duabus criptis, in tercia sacrum invenerunt sarcofagum[b] et sericum desuper pallium; quod, mirum dictu, incorruptum et adhuc integrum ad aecclesiae suspenditur ornatum. Abbas vero Humbertus, ut pro reliquiis distribuendis[3] aliquantulum reconderet de corporis eius tesauro[c], elevato paulisper operculo, videre, meruit dilectissimum dominum suum, illesa cuculla et cilicio et pene toto corpore integro[4]. Et effuso statim quasi ex acerra aromatum fumo, obtusa visus sui acie[5], nichil virium in eius exsangui[d] remansit corpore[6]. Attamen inserens manum vir fidei non modicae, de costis eius unam extraxit cum summa formidine. Quidam vero ex cenobitis Fridelo nomine, qui[7], deposito cingulo militari et oblatis ante se duobus filiis, iugo se subdiderat servitutis dominicae, intestinis suis prolapsis et dependentibus[8], tota debilitatus erat membrorum compagine[9]. Hic inpegit nescius in salutiferam Dei viri tumbam et absque mora[10] sanitatem adeptus est integram. Itaque non tam[e] ex vicina[f] quam de tota provincia populorum convenerunt examina et, quasi presentem viventemque in carne communem patronum suum cernerent ac susciperent, laudes concreparunt[g] voce altisona[g], et mistica archa[11] Domini translata et deducta in iubilo, in individuae Trinitatis[h] altaris propiciatorio est posita[12]; ubi numeri estimacionem excedencia innovantur signa et immutantur mirabilia.

cf. Eccli. 36, 6.

(6). Valicrensem autem insulam[13], ubi sanguis[i] eius effusus est pro Cristi[k] confessione et gloria[14], frequencius illustrat miraculis spiritus sui presencia, quia, cum non fidelium,

cf. 1. Cor. 14, 22.

a) *ita c.* b) sarofagum *corr. c.* c) *ita c.* d) exsan gui, *vas. ut videtur c, c.* e) *superscr. c.* f) *ita c.*; vicinia *Thiofridus.* g) concreparent voce altissona *c.* h) *ita Thiofridus*; Trin. *deest c.* i) san guis, *vas. c, c.* k) *ita c.*

äge', Parisiis 1908, p. 236; Lampen, 'Thiofrid', l. l. p. 36 de die erravit) atque imprimis notitia dedicationis, quam edidit N. de Werveke, supra p. 771. Thiofridus et in Floribus epitaphii sanctorum I, 6 (Migne, Patr. Lat. 157, col. 334) et in Vita Willibrordi de translatione rettulit.

1) Vergili Aen. V, 478—480: *reducta libravit dextra media inter cornua caestus arduus.* 2) Thiofridus l. l.: *iussus est ad lavatorium divertere et sarabara sua diligenti intuitu perspicere. Abiit, inspexit, lavit, rediit.* 3) De reliquiis Willibrordi postea distributis cf. Poncelet, Acta sanctorum Novembris III, 434 n. 1. 4) Thiofridus addidit: *tantisque flagrante odoribus, acsi delibutum esset ungentis omnibus,* exscripto eodem fonte, e quo auctor Miraculorum hauserat, scilicet Hieronymi Vita Hilarionis c. 46 (Migne, Patr. Lat. XXIII, 52): *Quod* (corpus) *... in antiquo monasterio condidit, illaesa tunica, cuculla et palliolo et toto corpore, quasi adhuc viveret, integro tantisque fragrante odoribus, ut delibutum unguentis putares.* 5) Cf. Plini Natur. hist. XXII, 142: *aciem quidem oculorum obtundit.* 6) *ut Danihel queritur de se visionum attonito enigmate,* addit Thiofridus; cf. Dan. 10, 16: *nihil in me remansit virium.* 7) *nobili ortus prosapia* addit Thiofridus. 8) *in secessus confinio et margine* idem addit. 9) Ita Augustinus, De civit. Dei XIX, 12, 3: *compago membrorum manet;* XXI, 3, 1: *compago membrorum atque vitalium.* 10) *visceribus in sedem retortis pristinam* Thiofridus addit. 11) *testamenti* Thiofridus addidit iuxta 2. Reg. 6, 15: *ducebant archam testamenti Domini in iubilo.* 12) Notitia dedicationis, supra p. 771: *Facta est etiam eodem die translatio lucidissimi corporis prefati sancti Wyllibrordi ac positum est sub altare sancte Trinitatis, cuius dedicatio eodem die facta est.* Erat altare principale. 13) Walcheren insula Zeelandiae, ubi possessiones Epternacensis monasterii sitae erant. Cf. chartas Eugenii III, Victoris IV, Godefridi abbatis Epternacensis (Wampach l. l. I, 2, p. 341, 348, 359), epistulam Heinrico VI. imperatori inscriptam (ib. p. 367; SS. XXIII, 67), descriptionem possessionum, quam ediderunt et J. H. Gallée et K. Lamprecht ('Grundbesitz der Abtei Echternach in Zeeland' in 'Westdeutsche Zeitschrift' VIII, 1889, p. 211—220) et R. Fruin ('Grondbezittingen der abdij van Echternach op Walcheren', in 'Bijdragen voor vaderlandsche geschiedenis en oudheidkunde', 3. series, VI, 1892, p. 291—306). Thiofridus abbas (1083—1110), ut bella civilia Walichrensium sedaret, in insulam profectus est, id quod in Vita Willibrordi c. 36 (ed. Poncelet p. 481 sq.; SS. XXIII, 28 sqq.) enarravit. Cf. etiam W. Lampen, 'Uit de oudste kerkelijke geschiedenis van Walcheren' ('Bijdragen voor de geschiedenis van het bisdom van Haarlem' 39, 1920, p. 18—88). 14) Cf. Alcvini Vitam Willibrordi c. 14 (SS. rer. Merov. VII, 128), quo teste Willibrordus gladio percussus neque vero laesus est. Cf. Lampen l. l. (v. n. 13) p. 19 sqq.

sed infidelium signa sint, aliter efferae gentis[1] non emollitur duricia[a]. De quibus in calce voluminis libet inserere pauca de plurimis. Presidis[2] Flandriae Baltwini[b] iunior filius Rupertus bellum intulit implacabile Mithilburgensibus[3]. Ter denas enim legiones[4], taxatas mille militibus, adversus tria non integra[5] in hostilia littora[c] traiecit navibus. At[d] Walicrenses, coadunato suo agmine, convenerunt in basilicam 'terque quaterque beati[e]' Willibrordi consecratam sanguine[f,6] et ante participacionem salutaris hostiae voto se obstrinxerunt quotannis censum illi persolvere, si eius interventu clemenciae potirentur palma victoriae. Nec mora, succensi ardentissimae fidei calore, pixidem, in qua illius continentur reliquiae, in vexilli suspenderunt cacumine et processerunt his freti, quasi domino Deo gradiente ante eos in fortitudinis suae multitudine. Conserto tandem prelio, pugnatum est ab eis tanta virtute, ut hinc viros inde pecudes putares et, ut canitur[7], persequi unum mille et duos decem milia effugare existimares. Victi vero hostes cum ad naves refugerent, alii in suis cecidere perempti ratibus et obducti sunt spumante et concreto cruore fluctuum[g], et iuxta illud nobilissimi vatis disticon

Verg. Aen. I, 94.

cf. Isai. 63, 1.

Deut. 32, 30.

Lucani Phars. III, 574—573.

'Semianimes alii vastum subiere profundum
Hauseruntque suo permixtum sanguine[h] pontum'.

ib. v. 576—577

Dominus, in umbra alarum suarum sperantes in se protegens, presentem se per innocuae alitis presenciam demonstravit. Nam nivei coloris columba, ut probatae fidei viris visum est, usque ad consummacionem[i] victoriae eos circumvolavit. Neque victrix phalanx, ut nobis qui eidem bello interfuit et postmodum[8] monachum induit retulit, quemquam nisi tres ex suis perdidit; quod ex ipsorum inconsulta temeritate evenisse liquido constitit. Itaque post tanti triumphi gloriam debitae laudis triumphatori omnium solvit victimam, et votum quod voverat confirmans, ob gloriosae victoriae memoriam duo devicti principis vexilla ad Epternacensem transmisit aecclesiam[k].

cf. Ps. 16, 8. 7.

a) *corr. ut videtur e* duritia *c.* b) Baltwin(i *superscr., littera erasa) c.* c) littera *c.* d) Ad *c.* e) *ita Thiofridus;* beati *deest c.* f) san:guine, *ras.* c, c. g) fluctus *Thiofridus cum Lucano.* h) san:guine, *ras.* c, *c.* i) consumac. *c.* k) Explicit vita beati Willibrordi episcopi *add. c.*

1) Walichrenses *efferi gens* a Thiofrido etiam in Vita Willibrordi metrica II, 215 vocantur (Poncelet p. 489). 2) *Divae memoriae presidis Flandriae* Thiofridus. Robertus I. vocatus Friso, comes Flandriae (1071—1093), filius Balduini V. comitis (1035—1067) erat atque post obitum Balduini VI. fratris senioris (1067—1070), Arnulfo filio eiusdem superato, comitatu Flandrensi potitus est. Cum supra Balduinus V. neque vero Robertus 'praeses Flandriae' vocatus sit ('princeps' infra l. 24), nescio an bellum Walichrense ante a. 1067. contigerit, quo tempore Robertus Gertrudem Florentii I. comitis Hollandiae († 1061) viduam a. 1063. in matrimonium duxerat atque comitatum eiusdem regebat. De anno 1063/64. cogitavit Lampen, 'Bijdragen' 39, p. 31 (cf. Ann. Blandin. a. 1063, SS. V, 26; Balduini Ninov. Chron. a. 1064, ib. XXV, 523; Lamperti Hersfeld. Ann. a. 1071, ed. Holder-Egger p. 122 l. 29). Econtra Ch. Verlinden, 'Flandre et Zélande sous Robert le Frison' ('Revue belge de philologie et d'histoire' X, 1931, p. 1086—1093), Vita Willibrordi Thiofridiana neque vero Miraculis nostris usus, expeditionem Roberti Walichrensem pugnarum civilium sedandarum causa paulo ante a. 1063. factam esse voluit; at mihi non persuasit, cum Thiofridus c. 36 'externa bella' Roberti a bellis civilibus Walichrensium ab ipso Thiofrido sedatis (cf. supra p. 1370 n. 13) clare distinxerit. Narrationem nostram Balduino V. vivo ante a. 1067. litteris mandatam esse, e silentio auctoris verbis Thiofridi opposito concludere vix licet. Cf. etiam E. Schmiele, 'Robert der Friese' I, diss. Gotting. 1872, et ea quae G. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V.' passim de Roberto enarravit (I, 378 sq., 572 sq., II, 36 sqq., 57 sqq., etc.). — Robertus tempore Reginberti abbatis (1051—1081) ecclesias Epternacenses in Frisia sitas 'tyrannica dominatione invaserat' (Wampach l. l. I, 2, p. 321 nr. 196; cf. I, 1, p. 239 sq.). 3) Middelburg oppidum in media Walichrensium insula situm est. Thiofridus c. 35 addit: *cum extremis hominum Morinis iniit consilium et tantum de Francigenis et Theutonibus collegit exercitum, ut vix denis suorum satellitum singuli evenire aestimarentur hostium.* 4) *singulas* addit Thiofridus. 5) *per Schalde marmur* (i. e. aequor; *mermur* codices, correxit Schmitz) idem addit (in Vita metrica IV, 155, Poncelet p. 498: *per Scaldae fluminis undas*). 6) Cf. supra p. 1370 n. 14. Basilica in Westkapelle oppido partis insulae occidentalis sita erat, teste Thiofrido c. 13 (ed. Poncelet p. 469). 7) *in Deuteronomii carmine* Thiofridus addit. 8) *abiectis militaribus armis* idem supplevit. Weiland, SS. XXIII, 28 n. 54, et Lampen, 'Bijdragen' 39, p. 28 coniecerunt agi de Ekehardo, cuius Thiofridus c. 36 (SS. XXIII, 29; Poncelet p. 482) mentionem fecit: *Accessit . . . interpres domni ygumeni* (Thiofridi abbatis) *Ekehardus, coenobita egregius, ante conversionem inter principes eiusdem insulae* (Walichrensis) *nominatissimus.*

TRANSLATIO TRIVM VIRGINVM COLONIENSIVM WALCIODORENSIS.

EDIDIT **W. LEVISON.**

Cum Heinricus V. contra patrem insurrexisset, cives Colonienses imperatori fidem servaverunt, unde, obsidione regis iunioris a. 1106. *imminente, munimenta civitatis roboraverunt longiusque produxerunt. Quo in opere perficiendo e regione murorum septemtrionali prope ecclesias S. Cuniberti et Sanctarum Virginum sepulchra Romana inventa atque ad agmina XI milium virginum relata sunt, quae inventio commercii reliquiarum Coloniensium per saecula propagati ansam fomitemque dedit*[1]. *Agmen ecclesiarum, quae reliquias eiusmodi nactae sunt, Walciodorum monasterium (hodie Waulsort) ducit ad Mosam fluvium supra Namurcum situm*[2]. *Monachus enim eiusdem coenobii, cuius nomen ab A littera incipiebat, ut propositum regulare strictius assequeretur, Coloniam in monasterium S. Pantaleonis se contulerat, quod Herimannus I. abbas (*1082—1121*) tunc gubernabat, eique congregationi die XI milium virginum (Octobris* 21*) adscriptus erat, quarum monasterium et ipsum eo tempore Herimanno regendum commissum erat*[3]. *Qui monachus cum tria corpora virginum illarum acquisisset, congregationis cuius socius ante fuerat memor, eadem fratribus Walciodorensibus dono dedit et attulit. Cum Walciodorenses primi post Colonienses talia nacti esse dicantur*[4], *translatio fortasse ante a.* 1113. *contigit, quo monachi Weissenburgenses reliquiis eiusdem generis potiti esse feruntur*[5].

De adventu corporum relatio brevis extat, quae, ut occasiones inventionis translationisque in ea narrantur, alicuius momenti est ad tempora Heinrici IV. imperatoris extrema et res Colonienses saeculi XII. ineuntis cognoscendas. Monachus Walciodorensis (c. 1*), qui translationi interfuit (c.* 15. 16*) et de rebus Coloniensibus etiam a presbytero quodam monasterii Sanctarum Virginum certior factus est (c.* 7*), auctore translationis A. illo adhortante (c.* 1*) opusculum in usum fratrum Walciodorensium (c.* 1. 2. 12. 13. 15. 16*) composuit, ut apud eos memoria translationis et adventus virginum in sollemnitate eis dicata (c.* 2. 3. 4. 12*) celebraretur. Auctor circa annum* 1130. *vel brevi*

1) Cf. ea quae dixi, 'Das Werden der Ursula-Legende', Coloniae 1928 (= 'Bonner Jahrbücher' 132), p. 107 sqq. 2) De Walciodoro monasterio cf. L. Lahaye, 'Étude sur l'abbaye de Waulsort' ('Bulletin de la Société d'art et d'histoire du diocèse de Liége' V, 1889, p. 211—501); E. Sackur, 'Der Rechtsstreit der Klöster Waulsort und Hastière' ('Deutsche Zeitschrift für Geschichtswissenschaft' II, 1889, p. 341—389), et ea quae contra Lahaye disseruit ib. V, 1891, 156—158; U. Berlière, 'Monasticon Belge' I, 1890/97, p. 39 sqq., 166 sqq. De chartis Walciodorensibus spuriis aut interpolatis cf. etiam O. Oppermann, 'Rheinische Urkundenstudien' I ('Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde' 39), 1922, p. 209 sqq.; E. v. Ottenthal et H. Hirsch, MG. Dipl. VIII, p. 224. Cf. infra n. 3 et p. 1373 n. 10. 3) Infra c. 12. et 13. Inter documenta Walciodorensia spuria privilegium Benedicti VII. papae a. 976 (Jaffé, Reg. 1², nr. 3789) extat confectum ad exemplum privilegii pro monasterio S. Pantaleonis eodem die dati, quod et ipsum interpolatum est (ib. nr. 3788; ed. E. Weise, 'Urkundenwesen und Geschichtsschreibung des Klosters St. Pantaleon zu Köln im 12. Jahrhundert', 'Jahrbuch des Kölnischen Geschichtsvereins' XI, 1929, p. 96 sqq., cf. p. 48 sqq., 81). Haec ratio chartarum, quam iam E. Sackur l. l. II, p. 362 ad consuetudinem quandam coenobiorum referre conatus est, e vita A. monachi illius potissimum explicari potest. 4) Infra c. 2: *Nos ergo, dilectissimi, qui primi post . . . sanctam Agrippinam Coloniam meruimus potiri gloriosae illius XI milium virginum et martyrum legionis portione;* c. 3: *nos cum primis post praenominatam Agrippinam earum sanguine decoratam sanctas potuisse reliquias adipisci.* 5) 'Das Werden der Ursula-Legende' p. 110.

post scripsit, siquidem Suevia totius scismatis recentis et regni status reique publicae divortii auctrix *ab eo vocatur (c. 11); quae verba potissimum in bellum Lotharii III. regis et imperatoris contra Fridericum ducem Sueviae et Conradum fratrem eius gestum (a. 1126—1135) quadrare videntur, Conrado a. 1127. contra Lotharium ab asseclis rege constituto.*

Continuator, qui paulo ante saeculum XIII. medium Historiam monasterii Walciodorensis ad a. 1230. perduxit, et hanc relationem et narrationem translationis alterius, scilicet Candidi et Victoris martyrum, qui a. 1143. Walciodorum translati sunt[1]*, Richero auctori attribuit, qui aeque atque Wibaldus abbas Stabulensis et Corbeiensis famosissimus sub Widrico abbate (1101—1129) Walciodori monachus factus est*[2] *ibique tempore Lotharii imperatoris magister floruit*[3]*:* Extant, *inquit (c. 2)*[4]*,* magistri Richeri penes nos preclari monimenta ingenii in opusculis, que de translatione corporum martyrum Candidi et Victoris et sanctarum virginum Coloniensium edidit; qui ... hic Deo se vocante beato fine quievit. *Utramque sane narrationem unius auctoris esse simillimum veri est, quippe quae eundem sermonem exhibeant, turgidum videlicet, contortum intricatumque*[5]*. Tamen qui e sociis Bollandianis primus Translationes easdem publici iuris fecit, nescio an recte de Richero auctore dubitaverit, opuscula potius Roberto monacho item Walciodorensi vindicans*[5]*, qui ante a. 1150. Vitam Forannani composuit*[6]*, a. 1143. translationi illi Candidi et Victoris interfuit*[7]*, annis 1147.*[8] *et 1152. et 1157. inter testes chartarum occurrit*[9] *atque etiam documentorum coenobii spuriorum partem scripsisse videtur*[10]*. Continuator ille Historiae Walciodorensis saeculo integro post translationes res gestas enarravit, ita ut testimonium eius vel inde minus certum sit. Utramque translationem per manus Theoderici II. abbatis (1129—1152) factam esse statuit (c. 8)*[11]*, atque translatio Candidi et Victoris re vera a. 1143. ab eo peracta est, ita in altera relatione ne nomen quidem Theoderici commemoratur, translatioque virginum Coloniensium ut exposui facta esse videtur, antequam Theodericus officio abbatis ornatus est. Continuator ut Theoderico utramque attribueret, nisi fallor, eo adductus est, quod narrationes duae coniunctae in codicibus transmissae erant. Si autem de tempore erravit, etiam de auctore errasse potest, cuius nomen fortasse e littera R. initiali alicubi inventa coniecit, quo modo eo aevo nomina saepe scribebantur, eaque et in Richerum magistrum et in Robertum auctorem Vitae Forannani quadrabat. Atque, monentibus Bollandianis*[5]*, sermo huius Vitae idem est atque Translationum. Imprimis Vita (a. 1137/50) cum Translatione Candidi et Victoris (paulo post a. 1143) et in genere dicendi universo congruere mihi videtur et in usu vocum quarundam rariorum velut* enucleare, ducamen, lipsanum, quietio, *ita ut de uno eodemque auctore et ipse vix dubitaverim. Sermo Translationis virginum Coloniensium, ut compluribus annis ante orta est, cum Vita Forannani aliquanto minus convenit. Tamen etiam in illa de eodem Roberto auctore agi exempla suadent e pluribus haec eandem narrandi rationem exhibentia (contuli codicem Namurcensem, cf. p. 1375):*

Vita Forannani	Translatio virginum
c. 16. ipseque quid acciderit, confessorem erga memoratum qualia protulerit, qualiterve quam diutina praestolatione poposcerat sanitatem obtinuerit, suis investigatoribus evidenter patefecit.	c. 3. His non minus subnectendum arbitror, qualiter virgo praefata — — a filio cuiusdam regis — — concupita, ut ab ipsius patre expetita ne divina revelatione spes frustrandae copulae sit illi concessa. Qualiter etiam — —

1) Translationem ediderunt Bollandiani, Analecta Bollandiana XI (1892), 115—125. 2) Wibaldus habitum coenobialem ibi a. 1117. induit. 3) Vita Forannani c. 18 (Mabillon, Acta sanctorum ordinis S. Benedicti V, 593): *a praeceptore et magistro suo Richero;* Historia Walciodorensis c. 52 (SS. XIV, 527): *noster didascalus reverendus Richerus.* 4) MG. SS. XIV, 534. 5) Anal. Bolland. XI, 114. 6) Vitam edidit Papebrochius, Acta sanctorum Aprilis III, 807—814, unde eam, nonnullis omissis, iteravit Mabillon l. l. p. 586—595. Sackur l. l. II, p. 351, n. 5 Vitam a. 1137—1150. attribuit. 7) Translatio Candidi et Victoris c. 4. 6. 10. 11. 14 (p. 117 sqq.). Et Robertus et auctor itineri translationis interfuerunt (cf. e. gr. c. 7: *in ipsius itineris incohatione nobis ... data est serenitas; nostrae peregrinationis; Ascendentibus itaque nobis*, etc.) talique modo Robertus commemoratur, ut e iudicio Bollandianorum (p. 114) vix intellegi queat tam copiosum fuisse scriptorem in enarranda Roberti agendi ratione, nisi ipsemet Robertus fuerit'. 8) J. Barbier, 'Documents concernant les monastères de Waulsort et d'Hastière' ('Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique' XVI, 1879, p. 17, nr. 9): *Robertus huius rationis scriptor.* 9) Martene et Durand, Veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectio I (1724), 823, 849 sq. 10) De Roberto chartarum scriptore cf. Hans Schubert, 'Eine Lütticher Schriftprovinz nachgewiesen an Urkunden des 11. und 12. Jahrhunderts', Marburg 1908, p. 26 sq., 100 sqq., et apud H. Pirenne, 'Album belge de diplomatique' (1909) ad tabulam XVI. 11) SS. XIV, 535: *Eodem tempore contigit per manus domni abbatis Theoderici beatorum martyrum Candidi et Victoris et sanctarum virginum Coloniensium corpora ad hanc transferri beate semper virginis Marie basilicam.*

c. 19. cuncta quae ei acciderant fratribus enarravit, gaudium gaudio cumulavit, votum persolvit, sospes permansit, Deum in omnibus et super omnia magnifice operantem benedixit *[asyndeta assonantia]*.

virgines et forma et genere lectissimae perquisitae et tam sibi quam singulis harum — — mille nobilis prosapiae virgines subscriptae fuerint, meum erat retexere.

c. 5. 'Deus in sanctis suis mirabilis' ore cunctorum acclamatur, laudum carmine benedicitur, harum patrocinia sanctarum ab imminenti obsidionis periculo suis precibus ut subveniant obsecrantur, ipse Deus ut earum meritis faveat exoratur.

Neque vocabula rariora desunt tribus relationibus communia velut quietio[1]. *Opusculum igitur, quod solum ex illis nobis edendum est, ante alia dua a Roberto monacho c. a.* 1130. *compositum esse crediderim*[2]. *Tamen fortasse Robertus doctrina Richeri illius usus est, ita ut similitudo sermonis in tribus narrationibus deprehensa non solum ad eundem auctorem, sed etiam ad consuetudinem scholae coenobialis eiusdem referri possit, unde testimonium illud saeculi XIII. de Richero auctore, ut sublestae fidei est, ita non omnino reiecisse velim*[3].

Auctor Passionem Ursulae sive XI milium virginum alteram saeculo fere XI. compositam[4] *et exscripsit et laudavit (c.* 2. 3*). Regulae S. Benedicti sententias ei familiares fuisse (c.* 2. 14. 15*) consentaneum est; sed opera plura legerat, unde sermoni eius artificiosiori flosculi immixti sunt velut Macrobii (c.* 1*) et Boethii (c.* 5*), atque Horatium ipse attulit (c.* 15*). Hic illic partes sententiarum si non in iisdem syllabis, at in iisdem vocalibus desinunt, assonatione quadam effecta.*

Compendium utriusque translationis Gallico sermone scriptum H. Mirwart Athis a. 1615. *publici iuris fecit in libello 'Abrégé de la Vie et Miracles de Sainct Foredein et de S. Eloque confesseurs, et de la translation des deux corps des glorieux Martyrs S. Victor et Candide soldats Thebeens; Aussy des trois corps d'aucunes des onze mille Vierges; en l'ancien et celebre Monastere de Walsor' p.* 61—83[5]. *Deinde Arnoldus de Raisse, cum Petrus Poilvache abbas (*1611—1629*)*[6] *ei Walciodori commoranti 'ex pervetusto manuscripto codice eiusdem coenobii originem continente' Translationes exhibuisset, item non nisi compendia brevia Latine composita edidit, Ad natales sanctorum Belgii Ioannis Molani auctarium, Duaci* 1626, *fol.* 5*v*– 6 *(Candidi et Victoris) et* 223*r*—224*v* *(virginum Coloniensium). Translationis virginum textum uberiorem, sed et ipsum in breve coactum atque uno loco e Translatione Candidi et Victoris interpolatum*[7] *ex exemplari, quod die* 24. *Decembris a.* 1612. *in coenobio Hasteriensi Walciodorensi finitimo absolutum et postea a Iohanne Gamansio ad socios Bollandianos transmissum erat*[8], *Victor de Buck in lucem protulit, Acta sanctorum Octobris IX. Bruxellis* 1858, *p.* 239—240 *(Bibl. hag. Lat. nr.* 8445*). Denique cum a.* 1889. *L. Lahaye in rebus Walciodorensibus enarrandis (l. l. p.* 299—303*) ambas translationes e codice Namurcensi, qui unicus textum utriusque integrum servasse videtur, breviter rettulisset, Bollandiani narrationes ex eodem codice in tomo XI. Analectorum Bollandianorum (Bruxellis* 1892*) ediderunt, post Translationem Candidi et Victoris (p.* 115—125*) p.* 125—135. *Translationem virginum Coloniensium exhibentes, p.* 113—115. *praefatione praemissa (= Bibl. hag. Lat. nr.* 8444, *cf. suppl. ed. alt. p.* 300*).*

Codex iam est seminarii episcopalis Namurcensis nr. 6 *(= c.), chartaceus, foliorum* 143, *formae mediae (*0,28 × 0,19 *m.), olim coenobii Walciodorensis atque saeculo XVI. ineunte scriptus, siquidem librarius fol.* 35′ *post Translationem virginum a.* 1525. *adnotavit:* Scriptum anno *(*XV*c m. al. add.)* XXV. die decima mensis Iunii per dominum Arnoldum Trudonensem. Laus Deo. *Originem libri notae fol.* 1 *compluribus manibus inscriptae produnt, controversias inter coenobia Walciodorense et Hasteriense olim agitatas aliquatenus sapientes:* Iste liber pertinet

1) Infra p. 1376, n. 7. Cf. etiam ib. n. 2, p. 1380 (n. 2. 4), p. 1382 (n. 1. 2). 2) Etiam partem priorem Historiae Walciodorensis (SS. XIV, 505—583) a Roberto compositam esse Lahaye l. l. p. 314 sqq. et Bollandiani l. l. p. 114 coniecerunt, sed haec opinio magis incerta stilique diversitas quaedam adesse mihi videtur. 3) U. Berlière, qui in libro 'Monasticon belge' I, 43 testimonia de Roberto monacho composuit, pro Richero auctore Translationum Bollandianis se opposuit, 'Le moine Richer de Waulsort' ('Revue Bénédictine' IX, 1892, p. 380 sq.). 4) De Passione II. Ursulae, quam inter alios de Buck edidit (Acta sanctorum Octobris IX, 157—163), cf. ea quae disserui, 'Das Werden der Ursula-Legende' p. 90 sqq. 5) Libellum non vidi; de quo cf. Lahaye l. l. p. 299, n. 6, et Bollandianos l. l. p. 113. 6) De quo cf. Lahaye l. l. p. 376 sqq. 7) Cf. infra p. 1383, n. 5. 8) Exemplar inter collectanea Bollandiana asservatur in codice Bruxellensi nr. 8917, fol. 23—27′; cf. J. Van den Gheyn, 'Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque royale de Belgique' V (1905), 496; cf. de Buck l. l. p. 238.

ecclesie beate Marie virginis Walciodorensis, *deinde:* Liber Monasteriorum Walsiod, *tum (deleta sunt):* Liber monasterii duorum monasteriorum Hasteriensis et, *denique:* Hic libellus est monast. Walciodorensis et Hasteriensis, *conspectu codicis addito. Contra fol.* 3 *in margine superiore nota legitur:* Biblioteca sti. Gerardi *(scilicet Broniensis). Folia* 1', 2, 2', 36—37', 102—116', 117', 137', 142' *vacant. Codici insunt*

fol. 3—15'. *Vita Forannani auctore Roberto (cf. supra p.* 1373, *n.* 6*) una cum indice capitum (edidit Lahaye l. l. p.* 306*) et epistolis auctoris et Wibaldi abbatis (edidit etiam Jaffé, Bibliotheca rerum Germanicarum I,* 99 *sqq.); locos a me allatos contuli;*

fol. 16—26. *Translatio Candidi et Victoris (cf. p.* 1373, *n.* 1*);*

fol. 26'—35'. *Translatio virginum Coloniensium;*

fol. 38—101'. *Historia Walciodorensis monasterii cum continuatione (SS. XIV,* 505—541*; cf. p.* 504*), praecedente praefatione auctoris (fol.* 38—39*:* Spectat ad communem utilitatem . . . fideli ratione terminare*), quam editores Historiae praetermiserunt, ne mentione quidem facta, unde eam infra p.* 1383—1384 *supplevi;*

fol. 117. *diploma, quod Ludowicus II. rex Franciae occidentalis Evroino die* 10. *Aprilis (*IIII. idus Aprilis*) a.* 879. *Compendii dedit (Galliot, 'Histoire générale, ecclésiastique et civile de la ville et province de Namur' V, Leodii* 1790*, p.* 274 *sq.), manu alia additum;*

fol. 118—142. *exemplaria chartarum (partim spuriarum aut interpolatarum) et epistolarum, scilicet*

fol. 118—119. *Friderici I. imperatoris a.* 1152 *(Stumpf nr.* 3624*),*
fol. 119'—120'. *Hadriani IV. papae a.* 1155 *(Jaffé, Reg. IT², nr.* 10057*),*
fol. 121—123. *Innocentii III. a.* 1204 *(cf. Barbier l. l. XVI,* 48—52*),*
fol. 123—124. *Roberti comitis a.* 946 *(Miraeus-Foppens, Opera diplomatica III,* 293 *sq., Galliot l. l. p.* 288—290*),*
fol. 124'—125. *Ottonis I. a.* 946 *(MG. Dipl. I,* 160*, nr.* 81*),*
fol. 125'—126. *eiusdem a.* 969 *(ib. p.* 522*, nr.* 381*),*
fol. 126'—127. *Heinrici IV. a.* 1103 *(Stumpf nr.* 2964*),*
fol. 127'—128'. *Lotharii III. a.* 1136 *(MG. Dipl. VIII,* 224*, nr.* 131*),*
fol. 129—129'. *Conradi III. a.* 1146 *(Stumpf nr.* 3509*),*
fol. 130—131. *Benedicti VII. a.* 976 *(Jaffé I², nr.* 3789*; Galliot l. l. p.* 286—288*),*
fol. 131'—132. *Widerici comitis a.* 656 *(Pardessus, Dipl. II,* 103*, nr.* 325*),*
fol. 132'—134'. *defensionis libertatis Hasteriensis monasterii (MG. SS. XIV,* 541 *sq.),*
fol. 135—136. *Bertrami episcopi Mettensis (Martene et Durand l. l. I,* 1063/67*),*
fol. 136'—137. *eiusdem (ib. col.* 1063/64*),*
fol. 138—138'. *Adalberonis I. episcopi Leodiensis a.* 1125 *(Lahaye l. l. p.* 453*, nr.* 3*),*
fol. 138'—140'. *Conradi III. a.* 1151 *(Stumpf nr.* 3581*),*
fol. 140'—142. *Eugenii III. a.* 1152 *(Jaffé II², nr.* 9531*).*

Denique fol. 143 *et* 143' *documenta duo recentiora manu alia addita sunt.*

Codicem a viro reverendissimo E. Voosen professore et bibliothecario Namurcensi officiosissime transmissum ipse Bonnae contuli. Rationem scribendi in universum servavi; sed in clausulis casuum declinationis primae et in haec *et* prae-, *ubi librarius modo* -e *modo* -e *exhibet (velut* due, que, vite*), semper* -ae *scripsi, neque* feliciter, mille, federe, meniorum, prelii *pro* feliciter, mille, foedere, moeniorum, proelii *retinui.*

W. Levison.

(1). 'Omni[a] tempore diligit qui amicus est'. Omnimoda tua, frater, dilectio unanimis Prov. 17, 17.
me cogit usque eo, ut, dum non ignorem corruere[b] ab intellectus altitudine, quicquid promptula verbositate compositum fuerit a quocumque, veluti parietem ab imperito constructum artifice, tam deformitatis pati calumniam quam ruinae. Id mecum revolvens, etsi, curis familiaribus impeditus, vix satis studio ocium subpeditare[c] queam et id ipsum quod datur ocii libentius meis excessibus curandis insumere mallem, tamen etiam cum mei pudoris detrimento, victus tuo rogatu importuno[d], meimet arbitrio dignus obiurgatione, cum subsannatoribus displicuerit incultus sermo, materiam disertis auctoribus reservandam illucubrato et impolito impudens occupavi stilo, satis ducens tolerabile, si ob hoc amore tui absens reprober a[e] quocumque, dum me huius, cuius post largitorem Deum translationis operator es, scriptorem caveas prodere. Igitur

a) *littera initialis* O *deest, spatio relicto c.* b) corrurere *corr. c.* c) subpeditante *c.* d) importuno *c.* e) a *suppleci; om. c.; cf. l.* 46.

propter devotionem, quam erga te et reliquos fratres meos Walchiodorenses[1] habeo, qui me in sodalicium suum ob hoc merito asciscunt, quia crepitanti sub disciplinae suae ferula[2] aetatulam meam domuerunt et fundamentum, si quid in me aedificii est, posuerunt, inefficaci sermone penes illos liberalissimos meos magistros non sine rubore confusionis os aperire audeo. Attamen priusquam narrandi ponam exordium, pauca subiungere duxi necessarium, si quis vestrum ab omni serio feriatus[3] aures ut audiat vel his, quae iuxta linguae meae ariditatem et ingenioli tarditatem referre disposui, oculos adhibere velit ut perlegat, tamquam fabulosis aut frivolis fidem adhibere non ambigat. Vera quippe et fidelis mea erit relatio.

(2). Quoniam[a] ex Agripinensium collegio Undecim milium virginum adventus ad nos solemnitatem et dilectam nobis atque iocundam exceptionem hodierna die debitae devotionis officio celebramus, summopere studeamus nobis ad plurimam imaginare aedificationem quod colimus, ut, sicut illae spiritualis proelii bellatrices eximiae, sexum et
cf. Luc. 14, 27. mundum cum suo flore[4] triumphantes, Christum crucis baiulatione secutae sunt et castitatis
cf. Tit. 2, 7. usque ad sanguinis effusionem in posterum suis sequacibus semet ipsas formam praebuerunt et exemplum, ita et nos transitoria postponentes, caduca respuentes, nosmet
cf. Gal. 5, 24. ipsos 'cum vitiis et concupiscentiis' crucifigentes, cum beato apostolo Petro constanter
Matth. 19, 27. Domino dicamus: 'Ecce! nos reliquimus omnia et secuti sumus te'. Quod non solum in ipso apostolo et in eius condiscipulis, sed et in istis beatissimis, quarum solatii et visitationis consolationem hodie nobis venisse in gratiarum actione divinis laudibus invigilantes
cf. ib. v. 29. gratulamur, perfectissime completum credimus. Derelictis enim omnibus domibus, agris rebusque patriis, seculi gloriam, nobilem pompam, utpote regum proles, principum pro-
2. Cor. 5, 1. genies[5], semper virentis paradisi agrum et 'domum non manufactam in caelis' affectarunt. Dereliquerunt et coniuges et amplexus coniugum delectabiles et qui exinde creantur filios, non quos unquam expertae fuissent, sed quos habiturae[b] essent, si seculo fidem servare[6]
Apoc. 14, 3. praeoptassent, castitatis amore contempserunt, malentes ad 'illa centum quadraginta quatuor
ib. v. 4. milia' electorum numerari pertingere, 'qui cum mulieribus non coinquinati, sequentes agnum
ib. v. 3. quocumque ierit', cantant[c] 'canticum novum ante sedem' Dei et agni, quod nemo potest dicere nisi illi. Nos ergo, dilectissimi, qui primi post praenominatam, quae earum meruit decorari sanguine, sanctam Agrippinam Coloniam meruimus potiri gloriosae illius XI milium virginum et martyrum legionis portione, ipsarum post ad christiani cultus conversionem habitam intuentes conversationem, imitemur et fidem, non ab re considerantes[d] nobis a Deo provenisse, quod pluribus negatum evidentique miraculo constat prohibitum. Siquidem cum facta oportunitate harum inveniendarum, quam sequenti narratione replicabimus, multi raptis earum reliquiis in sua quisque transferre desiderarent[e], clarescentibus correctionibus correpti, quod quisque tulerat confiteri et ad templum quietionis[7] earum referre sunt coacti. Unde cum nobis tam longe remotis haec misericordiae offula cesserit, nulli dubium pium Iesum huic desolatae et priori gloria destitutae conventiculae[8], intervenente sancta genitrice sua — domina scilicet et specialis protectrix nostra[9] —, hoc gratiae

a) Adventus trium corporum ex collegio Agripinensium et cetera *m. al. praescr. c., ubi littera initialis* Q *non suppleta est* b) hibiturae *c.* c) cantat *c.* d) consyder. *c.* e) desyderaret *c.*

1) Walciodorum monasterium, cuius locus hodie Waulsort audit, in ripa sinistra Mosae fluvii inter Dinant et Givet oppida in provincia Namurcensi situm erat. 2) Prudentius, praefatio carminum v. 7 (ed. Bergman, Corpus script. eccles. Lat. 61, p. 3): *Aetas prima crepantibus flevit sub ferulis*; Vita Forannani c. 15 (Mabillon l. l. p. 592): *dum sub ferula subiacerem praeceptoris.* 3) Macrobii Comment. in somnium Scipionis I, 20, 13: *si quis umquam tam otiosus tamque ab omni erit serio feriatus, ut haec quoque in manus sumat.* 4) Cf. Gregorii M. Dialog. II, prol.: *despexit iam quasi aridum mundum cum flore.* 5) In Passione II. Ursulae sociarumque (cf. supra p. 1374 n. 4) Ursulam filiam regis Britanniae (c. 1), Pinnosam 'inter innumeras nobilissimae prosapiae puellas' cuiusdam ducis filiam fuisse (c. 8) legitur, 6) Regula S. Benedicti c. 1: *servantes saeculo fidem.* 7) Cf. Translat. Candidi et Victoris c. 7 (p. 119): *noctisque quietione transacta*, c. 9 (p. 120): *quietionisque eorum sanctificationem*, ib.: *locum quietionis eorum*; Vita Forannani c. 9 (Mabillon l. l. p. 590): *quietionis somno . . . in quietionis pace*, c. 11 (p. 591): *locum quietionis.* 8) De monasterio Walciodorensi illo aevo ad inopiam delapso cf. Lahaye l. l. p. 267. 9) Coenobium Walciodorense Mariae virgini dicatum erat.

munus contulisse, ut et ipsa obsequio sui sequacium in praesenti suae dominationis loco stiparetur et utriusque vitae nostrae subsidio earum meritis amminicularetur.

(3)[a]. Propositi mei videtur autem postulare ratio, quatenus praesenti intexatur opusculo, qualiter Deus deorum dominus, virginis virginum filius, a cuius calore fidei nec P. II. Ursa c. 1. angulus abscondere se valuit oceani, sanctam huius legionis principem, Britannorum regis filiam, ib. c. 2. baptismate praesago omine dictam Ursulam, utpote exemplo David futuri regis immanem ursum, diabolum scilicet, superaturam, ad suum thalamum corde et animo suspirantem allexerit. His non minus subnectendum arbitror, qualiter virgo praefata pro fama mirae pulchritudinis, qua nimium gratiosa ib. c. 3. vulgabatur oculis, a filio cuiusdam regis latius regnantis feritate barbarica concupita, ut ab ipsius patre expetita ac divina revelatione spes frustrandae copulae sit illi concessa. Qualiter etiam ib. c. 5. sub conditione coniugii et dotis X^cem primevae aetatis virgines et forma et genere lectissimae perquisitae et tam ib. c. 3. 7. sibi quam singulis harum, ipsorum concordi duorum studio regum, mille[b] nobilis[b] prosapiae virgines subscriptae ib. c. 8. ib. c. 6. fuerint, meum erat retexere. Id quoque nihilominus praetermittendum fuerat, qua videlicet divina operatione, condicto nuptiarum die, navali invectione, undenis scilicet triclibus in mare contiguo ib. c. 10. 6. 9. ludum fingentes et pro servanda tam sua quamque reginae suae integritate Deum exorantes, flabris ib. c. 10. 11. ventorum impulsa classe, sub parvo temporis spatio ad insignem illam Germaniae metropolim Coloniam appli- ib. c. 12. cuerint, indeque pedestri itinere progressae Romam et regressae apud eandem urbem, depositis corrup- ib. c. 12. tibilibus corporum sarcinis, ad caelestem thalamum cum gloria martyrii pervenerint ibique feliciter[c] tumulari cf. ib. c. 17. meruerint. Haec igitur omnia describenda quoniam in gestis earum[1] ad liquidum inveniuntur, id quod praemisimus[2], nos cum primis post praenominatam Agrippinam earum sanguine decoratam sanctas potuisse reliquias adipisci, vel cuius industria et studio amminiculante ex eis duarum[3] corpora inde huc delata sint, quibus se illustratam haec aecclesia hodierna celebritate recolit, prosequamur.

Textus rei[d] gestae.

(4). Anno[e] dominicae incarnationis millesimo centesimo quinto princeps H(einricus)[f], 1105. huius nominis in catalogo Cesarum Romanorum rex quintus, alias sane bonus, consiliis cf. Fa. 1, 1. impiorum in via peccatorum stantium et in cathedris pestilentiae sedentium, anno regni sui quarto[4], depravatus, in augustum piissimum genitorem suum in vigilia natalis Domini Dec. 24. manus iniecit[5], arma commovit, regno pellere omni conamine temptavit, quem adeo seva persecutione artavit, ut in nullis huius imperii urbibus et opidis, vicis et castellis sedem vel quietis diverticulum ei concederet. Quem profugum pia miseratione urbis Agripinensium sicut et Leodiensium cives excipientes, collato foedere, coniurata conspiratione, usque ad sanguinem in sui[g] auxilium, filio rebellaturos, se ei ultro pari voto dedere[6]. Ob quam praesumptionem rex filius primo Leodienses armis, apud quos 1106. pater delitescens hiemabat, ad confusionem eius pasca Domini inibi civibus invitis et ob Mart. 25. amorem patris renitentibus celebrare contendens[7], vim inferens expetiit in caena Domini[8]; Mart. 22. a quibus, duce Heinrico[9] huius conspiratae compassionis signifero, caesus, non sine magno sui exercitus detrimento terga vertit. Resumptis deinde viribus, coadunato exercitu, utramque urbem subversione exterminaturus, Coloniam versus aciem primitus dirigit. Primores[h] urbis[10], fama venientis regiae expeditionis perculsi, id quod futurum erat, scilicet

a) *caput ipse distinxi.* b) mille nobiles *c.* c) felic. *c.* d) Textus res *(sic)* gesto *postea ut videtur suppl. c.;* Textus. Res gestae *interpunxit Aßmann.* e) *littera* A *initialis non suppleta est c.* f) N. *(littera ex* H. *orta) pro* Heinricus *c.* g) suis *c.* h) Primo res *c.*

1) Auctor Passionem II. Ursulae legerat. 2) Supra c. 2 (p. 1376 l. 29). 3) Corpora trium virginum infra c. 12. 13. 17 commemorantur. 4) Heinricus V. die sexto Ianuarii a. 1099. Aquis rex coronatus erat, ita ut annus 1105. anno regni ('ordinationis') eius septimo neque quarto comparandus esset. Fortasse numerus IIII a librario e VII (= 1105) depravatus est. 5) Heinricus V. patrem die 28 (neque 24) Decembris a. 1105 in Böckelheim castello custodiendum curavit; cf. G. Meyer von Knonau, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V.'; vol. V, 261 sq. 6) Similiter de tempore subsequente Vita Heinrici IV. c. 13 (ed. Eberhard p. 41): *Cum igitur audisset Heinricus dux* (cf. n. 9) *et Colonienses cum Leodicensibus, quod super se rex exercitum ducere vellet, . . . ad resistendum pari voto studioque se accingebant.* 7) Ita et alii et Vita Heinrici IV. c. 11 (ib. p. 36): *Itaque Leodii . . . pascha sibi celebrandum statuit.* Cf. Meyer von Knonau l. l. p. 296, n. 31. 8) De pugna hac *in cena Domini* (ita testes complures) apud Visetum ad pontem Mosae facta cf. ib. p. 298 et 359 sqq. 9) Heinricus de Limburg a. 1101—1106. dux Lotharingiae inferioris erat. 10) 'Primores' etiam in seditione Coloniensi a. 1074. a Lamperto Hersfeldensi commemorantur (ed. Holder-Egger p. 187 l. 29); cf. post alios H. v. Loesch, 'Zeitschr. d. Sav.-St. f. Rechtsgesch.' 53 (1933), 'Germ. Abt.' p. 138 sqq.

obsidionem, formidantes, insimul et praecaventes, ad tuitionem urbis turritas portas muniunt, muros exaltant, parietes oppositis per girum propugnaculis obfirmant, aggeres comportant, vallum priori vallo adiciunt[1]. Sed haec et sequentia huius seditionis in suo loco abeant et cronicorum vel annalium historiographis narranda remaneant. Nos tantum inventionem harum sanctissimarum virginum et martyrum hac occasione declaratam, quarum inde ad nos translationem hodierno solemni tripudio ovantes percolimus, ut invidorum facies obnubilentur, fidelibus et amicis auditoribus retexamus.

Inventio[a] et revelatio.

1106. (5). Cum[b] vallum, ut diximus, per girum fodientes ambitum muri per orbem moenium vallarent, ubi e regione fines atrii, qui sparsim piramides illos[c] tumulorum exprimunt, in quibus agmina illa pausant, attigerant, sole cedente, nox singulis laborem relevare[d] in posterum dedit. Succedente crastino, operi se praesentarunt maturius solito; sed rustica manus, utpote conducti vulgi indocta reverentia, non parcentes rastris[e], ad insistendum cepto hortabatur mutuo, cum extimplo venusti ornatus incredibilis speciei duae muliebris habitus quibusdam ex ipsis supersedere vallo inopinato apparuere, dulci affatu cautius fodere, decentius glebas illas ammonentes summovere. A quibus, quaenam tam imperiosae auctoritatis feminae essent[2], sciscitatae: 'Nos ex collegio', inquiunt, 'Undecim milium sumus circumcirca quiescentium virginum nostrumque ductorem et episcopum in medio nostri tumulatum vobis nuntiamus inveniendum post modicum'. Nec huius tam iocundae visionis falso rumor increbruerit, quippe quem iuxta revelationem
Gen. 41, 13. sanctarum mulierum 'rei eventus approbavit'. Quae mox ut et tam vultus gravitate[3] quam et alia terribili habitudine, veris sanctitatis indiciis, terrorem attonitis[f] incussere, dicto citius disparuere. Secus se stanti indicat hoc alter alteri, turbam gregatim fodientium perculit rumor huiusmodi, per operum magistros divulgabatur verbi tanti[g] fama miraculi, sanctas scilicet virgines in quibus non sperabantur locis repertas suique spiritus apparitione suos tumulos suaque membra sui alloquii attestatione revelasse. Certatim ab
Ps. 67, 36. omnibus utriusque sexus et ordinis et aetatis ad tantae rei novitatem concurritur. 'Deus in sanctis suis mirabilis' ore cunctorum acclamatur, laudum carmine benedicitur, harum patrocinia sanctarum ab imminenti obsidionis periculo suis precibus ut subveniant obsecrantur, ipse Deus ut earum meritis faveat exoratur. Quin etiam tunc liberatam ab excidio absque suae partis sanguine urbem, non ingrati beneficii usque hodie frequenti in gratiarum actione retractatione[h] praedicant et posteris ad laudem Dei et harum sanctarum recolendum inculcant.

(6)[i]. Fides etiam in miraculorum ostensione adhibetur. Nam edituus ecclesiae beati Cuniberti, quae erat contigua operi, nomine Christianus[4], commendabilis vitae presbiter, dum quasi spaciatum vespertina hora illuc pergeret, officiosa sedulitate collaborantibus se ingessit, et quod occurrebat, quamvis modicum, de pignoribus sanctarum humili devotione sibi suisque profuturum domi detulit. Sed cum difficultas receptaculum condignum sub brevi illo spacio deponendi delatum negaret, divina, ut postmodum patuit, dispositione

a) Inv. et revel. *postea ut videtur suppl. c.* b) *littera* C *initialis non suppleta est c.* c) *ita c.* d) *corr. e* revelare *c.* e) *ita potius quam* rostris *c.* f) attonitus *c.* g) *corr. e* tanta *c.* h) retractione *c.* i) *capita* 6—11. *in codice non distincta sunt.*

1) De munitionibus civitatis Coloniensis ante obsidionem Heinrici V. mense Iulio a. 1106. factam auctis atque longius productis cf. H. Keussen, 'Köln im Mittelalter, Topographie und Verfassung', Bonnae 1918 (= 'Topographie der Stadt Köln' I, 1910), p. 4*, 41* sqq., 182* sq.; J. Hansen, 'Mitteilungen des Rheinischen Vereins für Denkmalpflege und Heimatschutz' V (1911), 15 sqq.; R. Koebner, 'Die Anfänge des Gemeinwesens der Stadt Köln', Bonnae 1922, p. 86 sqq., 261; H. Vogts apud P. Clemen, 'Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz' VII, 4 ('Stadt Köln' II, 4), 1930, p. 65 sqq.; Meyer von Knonau l. l. p. 301, n. 41. Cf. e. gr. Vitam Heinrici IV. c. 13 (p. 41): *Igitur primo Coloniam, quae primum impetum latura fuerat, vallo turribusque muniebant.* 2) Boethius, Consolatio philosophiae I, 1 (ed. Peiper p. 5): *quaenam haec esset mulier tam imperiosae auctoritatis.* 3) Boethius l. l. IV, 1 (p. 88): *dignitate vultus et oris gravitate servata.* 4) Idem ut videtur atque Christianus decanus S. Cuniberti a. 1122 (Knipping, 'Die Regesten der Erzbischöfe von Köln' II, nr. 204, de charta spuria) et praepositus eiusdem ecclesiae a. 1124—1129 (ib. nr. 213, 232, 237; H. Foerster, 'Annalen des Histor. Vereins für den Niederrhein' 121, 1932, p. 134; MG. Dipl. VIII, p. 20, Lotharii III. nr. 16). De ecclesia cf. 'Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz' ed. P. Clemen VI, 4 ('Stadt Köln' I, 4), 1916, p. 231 sqq.

secus scrinium beati Cuniberti ibidem quiescentis[1] posuit, ut die futuro locare congruentius debuisset. Amotus inde domesticis servitiis[a] properabat parere, cum subito lumen miratur divinitus succensum, quod certum habebat per manus suas ilico fuisse extinctum. Qui pernici se revocans cursu, secundo extinxit, ignorans elementum mutum sanctis spontaneum praestare obsequium. Et discessum est[2]. Expeditus denique curis[3], quibus ad breve exierat deservire, ecclesiam repetiit, lumen iterum ardens reperiens expavit, sanctarumque reputans hoc meritis, omnibus semper memorandum pie vulgavit. Deo igitur cooperante, sanctos suos mirificante, tam certi proventu miraculi fratres Sancti cf. Ps. 4, 4. Cuniberti prius devoti, nunc devotiores effecti, parrochiae suae filios convocaverunt et ad retinendum tam preciosarum reliquiarum thesaurum precibus et condignis hortationibus auxilium et consilium eorum sibi allexerunt. Erat enim inter eos et sanctimoniales Sanctarum Virginum[4] non parva pro reliquiis eisdem contentio. Hae[b] quidem sanctarum reliquias sibi reddendas acclamabant, quoniam coagonistarum[5] suarum corpora in ecclesia sua continebantur; hii sibi eas vendicabant, quoniam infra[c] ecclesiae suae terminos reperiebantur. In hoc autem tam devoto litigio, cuius causae veritas magis accesserit[d], malui reticere, quam ea quae parum comperta habeo quasi bene comperta asserens, falsitatis maculam mihi contrahere. Scio tamen Sancti Cuniberti canonicos in vendicandis sibi reliquiis praevaluisse.

(7). Nec interim id quoque praetermittendum, sed ad laudem Dei suorumque fidelium memoriae fideli censeo commendandum, quod didici relatu cuiusdam religiosi presbiteri, ibidem, in ecclesia scilicet Sanctarum Virginum, praebendarii[6], quia dum fossores, fodiendi ad horam intermisso studio, refectionis causa suum quisque petiisset diversorium, gaudii non parvi nuntius rumor venit sanctimonialibus, in quadam videlicet fovea summitatem eminere cuiusdam ex lateribus honeste compacti sarcophagi et inde reliquias sine difficultatis molestia extrahi posse. Tam leto sanctimoniales excitae nuntio, praefato presbitero praecedente cum cruce et cereis et aliis quae tam sanctis congruunt exequiis eo festine venerunt, et diligenter fracto sarcophago, quod erat interius litum gypso[e] cum corpore, quod adhuc tam recenti rubebat sanguine, reppererunt. Sanctas igitur cognoscentes esse reliquias, nec immerito, ad ecclesiam Sanctarum Virginum eas deportaverunt, sanctimonialibus devote subsequentibus cum hymnis et canticis. Quibus in condigno loco reconditis, cum ipse praefatus presbiter manus suas, quippe qui eas locaverat, ablueret, cunctis qui aderant videntibus, de manibus eius defluebat velut unda sanguinis.

(8). Miraculum succedens miraculo gaudium continuabat gaudio. Quaedam enim femina, diuturnae imbecillitatis anxietate fatigata, forte dum effoderentur transiens, de eisdem tulerat reliquiis, sperans vel sic se adepturam diu negatae subsidium sospitatis[f]. Has vero dum pro simplicitatis suae incuria collocasset in loco non congruo, puellam quandam in somnis sibi astare conspexit, monentem et minantem, quia, nisi reliquias apud se indigne reconditas amoveret, optatae salutis gaudia minus adeptura foret. Excita somno mulier, visioni non tardavit obedire, quae et diu amissam sanitatem illico se gaudebat recepisse.

(9). In tam populosa urbe, variis referta commertiis, diversarum nationum advenarum cf. Tob. 1, 7. et proselitarum causa questus, sed et necessitate tuendae urbis conductorum multitudo

a) seriis *c. (lineola et littera* s *coniunctis).* b) Hee *c.* c) *ita epitome apud de Buck;* in *c.* d) accreuerit *c.*
e) *corr. e* gypsum *c.* f) sospi | pitatis *c.*

1) Scrinium, cuius fragmenta supersunt, saeculo demum XIII. confectum est; cf. ib. p. 300 sqq. 2) Ita Dialogi Sulpicii Severi (ed. Halm p. 216) desinunt: *discessum est.* 3) Horati Carm. I, 22, 11: *curis vagor expeditis* (*expeditus* codices nonnulli). 4) Monasterii cui aevo recentiore S. Ursulae nomen erat; cf. ea quae dixi, 'Das Werden der Ursula-Legende' p. 27 sq. Ecclesiae S. Cuniberti et Sanctarum Virginum finitimae in agro sepulchrali aevi Romani partem civitatis septemtrionalem circumdante sitae erant; cf. I. Klinkenberg, 'Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz' VI, 1/2 ('Stadt Köln' I, 1/2), 1906, p. 269 sqq. et tab. XI. Cuius agri sepulchra medio aevo ad XI milia virginum referebant. 5) Passio II. Ursulae c. 5: *de coagonistarum suarum numero.* 6) De 'fratribus' vel canonicis coenobii Sanctarum Virginum cf. Ioh. Zöndorf, 'Zusammensetzung und Verfassung des Kölner St. Ursulastiftes' (dissertatio Bonnensis a. 1911) p. 30 sqq.

tunc confluxerat; unde nimirum portiones cinerum et ossium harum sanctarum quidam custodum absentiam percipientes mutilaverunt, sicque in sua nil preciosius delaturi manicare[1] gestiebant. Horum[a] quidam Alamanniae gentis Sueviam natale solum repetens[b], cum spacia stadiorum plurima per silvam inclinato ad occasum die gauderet transegisse, retrogrado fessus itinere qua intraverat parte frustrato se repperit labore. Cumque se delusum ignoto semitarum orbe crederet[c], iterato conamine, diluculi crepusculo alia notiori via maturat repatriare[2], ignorans sibi itineris fieri obstaculum ob reliquias indigne praesumptas sanctarum. Sed dum viatorem illum oneris virtus impediret, in tantum ut triduo cassato itinere, vergente singulis diebus iam vespere, mereret se redditum quo nollet, in se
cf. Luc. 15, 17. tandem reversus, non sine sui confusione causam expertus, templum Sanctarum Virginum, sui spiritus angore victus, ingreditur, reatum aperit, furtum detegit, ultro sublata reddit, liber abiit, nulla ulterius obviante itineris vel gressuum difficultate.

cf. Ion. 1, 3. (10). Alter, Anglus natione, cum ad littora maris descendens, navim solvere paratam repperiens, dato naulo, ascendisset, quantam secum rem virtute divina comitatam ferret cum mallet occultare, pelago urgente coactus est prodere. Nam excitata ventorum procella, motu maris 'conteri periclitabatur navis', adeo sevissima tempestate orta,
Ib. v. 4. cf. ib. v. 13. ut nec valerent ad aridam remigare[d] nec anchoram ad sistendum figere. Ita navi undique crebra fluctuum collisione quassa, rimis hiantibus, naufragium passos iam tam et vita desperatos quam et inrevocabili praecipitio videres securos. In hoc igitur articulo mortis constituti, ut est moris talium, ante quem pavebant abyssi descensum[3], sua sibi commissa confitebantur alterutrum[4]. At ille, quem vice Ionae reatus conscientiae gra-
cf. ib. v. 12. vabat: 'Scio', inquit, 'quia mei causa mors haec ingruit ignominiosa. Haec via et hoc opus meum. Haec sanctarum pignora pertinaci audacia temeravi; cuius praesumptionis ultio insontes vos mecum absorbet subito. Quod si intercessionibus earum plus placatus Deus imminentem hanc mortem dignetur aut differre aut moderare, mox redditus terris, qui maiora in huius baratri chaos[5] deprehensus mallem promittere, nulla diei vel noctis indulta quiete, ad tumulum sacrarum virginum regressus, digna satisfactione huius sacrilegii expiabor contagione'. Ad hanc compuncti cordis sponsionem suffragiis, ut credendum est, sanctarum insperata Dei clementia affuit; aura mitior facta tumultus equoris sedavit. In syrtes applicita puppis facultatem praebuit aquas exhauriendi et patulas rimas qua fluxerant obturandi. Sic ad vitam animati, resolidata rate, vota solviturum[e] terris hominem revehunt, ne eos iterum redarguat ceti periculum[6].

(11). Non reticendum, quia has sanctarum carnis exuvias totius scismatis recentis et regni status reique publicae divortii auctrix Suevia[7] merito fuisse fertur immerita, nec ad occeanum mare, unde, ut praemisimus[8], venere, sub verisimili conlectura autumantur voluisse remeare. Quod et veritatis probat indicium. Nam relatae tam ab Suevo quam ab Anglo reliquiae tantis miraculis per dies plurimos claruere, ut de sui reversione sanctis consodalibus suis viderentur applaudere et urbis ecclesias letificare de amissarum tam celibum protectricum recuperatione.

(12). Inpediente[f] nostri sensus tenuitate, hic iam succumbimus materiae[9], quia quod conatur intellectus exprimere, imperitia facundiae obstante, lingua minus diserta non suppetit proferre: videlicet, quo tota huius opusculi intentio pendet, qualiter et nos per quendam huius cenobii nutricium, nostrum olim conscolarem, contectalem et commilitonem,

a) Harum *c.* b) repetentes *c.* c) *ita epitome apud de Buck; cred. om. c.* d) *corr. e* remigrare *c.* e) *ita c.* f) *littera* I *initialis non suppleta est c.*

1) I. e. proficisci, festinare. Cf. Du Cange. 2) Cf. Vitam Forannani c. 17 (Mabillon p. 593): *dum repatriata fuit.* 3) Cf. Rom. 10, 7: *Aut quis descendet in abyssum?* 4) Similiter Vita Forannani c. 20 (p. 594): *Hic . . . mercandi gratia mare Anglicum cum aliis est ingressus, cum repente mare conturbatur, et navis conteri periclitatur. At illi in . . . angustia mortis quae imminebat constituti, clamare coeperunt . . . et unusquisque peccata quae fecerant confiteri.* 5) Valerii Flacci Argonautica II, 86: *horrendum chaos ostendens poenamque barathri.* 6) I. e. periculum ceti marini (exemplo Ionae), maris ipsius. 7) Auctor alludit ad bellum Lotharii III. cum Friderico duce Sueviae et Conrado fratre eius a. 1126—1135. gestum, Conrado a. 1127. contra Lotharium rege constituto. 8) Cf. supra c. 3 (p. 1377). 9) Sulpicii Severi Vita Martini c. 26, 1 (ed. Halm p. 186): *victi materiae mole succumbimus.*

adepti sumus tria ex integro corpora ipsarum, quarum ad nos voluntario adventu haec sacra solemnitas diei spiritualibus feriata gaudiis prosequitur a nobis. Voluntario, inquam, dicimus secundum eventum et redargutionem eorum, quos sua virtute, eo quo praefati sumus more, cum sui nimia fatigatione constat asportatis privatos esse. Nisi enim ad nos transire voluissent, nisi, quod semper fatendum est, gratuita sanctae Dei genitricis mediante opitulatione, locum hunc in suae deinceps habitationis domum delegissent, eadem procul dubio nobis obviasset penalis exactio, eadem maneret 'faciei confusio'. Etsi nos 'servi inutiles', etsi 'in domo' Domini 'vasa fictilia in contumeliam' sumus, fuerunt tamen in vasis irae nostris quaedam vasa misericordiae, quae summus faber ille, 'conflans et emundans argentum', aurea fecit et huic ecclesiae in honorem fieri tribuit; ex quibus unum memoratus frater noster A. nuncupatus[1], a praesentibus et futuris huius ecclesiae fidelibus filiis memoria eterna non immerito memorandus, vas in honorem domus nutriciae matris praedicabitur.

cf. 2. Cor. 5, 1. Ps. 48, 16. Luc. 17, 10. 2. Tim. 2, 20. cf. Rom. 9, 22. 23. Mal. 3, 3. cf. Rom. 9, 21; 2. Tim. 2, 21.

(13)[a]. Hic enim veluti Ioseph, quem praescius futurorum Dominus ad sublevamen futurae fratrum transmigrationis famelicae in Egyptum praemiserat, eodem domino Deo inspirante, qui per prophetam loquitur: 'Voco virum voluntatis meae de longinquo', ob hanc quam oculis cernimus huius loci multam et magnam spiritualis commodi utilitatem, adhuc primevae etatis adolescens, cum amore theoreticae vitae ad artioris institutionis et propositi, videlicet beati Pantaleonis, in sepe dicta Agrippinensi urbe multa sanctitate pollens cenobium[2] se a nobis exiens contulisset, claustralis disciplinae fideli executione eiusdem monasterii patri domino Herimanno[3], nulli modernorum omni morum probitate et religiosa honestate nostra etate comparabili, adeo acceptus extitit, ut in omni bene morigerata subiectionis obtemperantia Maurum[4], in omni paternae condescensionis affectu ipsum patrem cerneres Benedictum[4]. Notandum igitur nec iniuria, gratia praedestinationis divinae futurum aliquid, ut credimus, in hoc portendente, sanctarum virginum martyrii die corpori eiusdem ecclesiae incorporatum eum fuisse. Hinc vicissim concordante in alterutrum tam sincera paternitate quam debita filiatione, eiusdem piissimi abbatis consensu et permissione, benivolentia et liberali benedictione — ipse enim tunc temporis, ut alter Equitius[5], illam puellarum congregationem regebat — tria ex integro corpora ex collegio Undecim milium virginum et martyrum, ea qua praemisimus[6] revelatione repertarum, a custodibus et edituis quoquo pacto emendicata et acquisita emeruit. Qui exinde pie memor suorum, pie recordatus matris et nostri collactaneorum et concretorum[7], huc delatis hiis mansuris et seculis eternis profuturis margaritis, 'super aurum et thopasium' preciosis, templum hoc decoravit et extulit. Unde ab ymnidicis angelorum et omnium celitum choris sit laus et gloria nomini domini Dei omnipotentis et sanctissimae suae genitricis, huius ediculae gubernatricis, omnis misericordiae matris, quod ex nostris et ex nostrae et institutorum nostrorum disciplinae alumpnis et coevis talis processit educatus, cuius probitate hoc domicilium est auctum in tantum decorem et sanctitatis cacumen.

cf. Gen. c. 37 sqq. cf. Is. 46, 11. Octobr. 21. Ps. 118, 127.

(14). Appropinquante cum his deificis xeniis memorato fratre loco Walchiodorensi, quo ea deponere statuerat, sero a duobus miliariis hospitio susceptus pernoctavit. Attamen, quamquam diurno fatigatus itinere, noctis instantis spacium iners non passus est praeterire; sed velut Martha circa Dei frequens ministerium, fratribus ad claustrum suum, immo tam preciosi thesauri adventum nuntiari procuravit, et eorum voluntatis atque

cf. Luc. 10, 40.

a) *capita deinceps in codice non distincta sunt.*

1) E numero fratrum S. Pantaleonis (v. infra c. 13) inter a. 1106. et 1121. Aecelini custodis nomen a littera A orditur; cf. B. Hilliger, 'Die Urbare von S. Pantaleon in Köln' ('Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde' XX, 1), 1902, p. 87, 40. 2) De ecclesia et monasterio S. Pantaleonis Coloniensi cf. H. Rahtgens, 'Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz' VII, 2 ('Stadt Köln' II, 2), 1929, p. 42 sqq. 3) Herimannus I. abbas a. 1082—1121. coenobio S. Pantaleonis praefuit. Cf. Chronicae regiae Coloniensis recensionem alteram ed. Waitz p. 39 et 59; Rahtgens l. l. p. 57, 146, 152. 4) Cf. Gregorii M. Dialog. II, 7 (ed. U. Moricca, 1924, p. 90). 5) Ib. I, 4 (ib. p. 28): *ut viris ante praerat, ita coepit postmodum etiam feminis praeesse.* 6) Supra c. 5 (p. 1378). 7) Cf. Arnoldi prologum in libros de S. Emmerammo (SS. IV, 546 l. 19): *quendam e fratribus conoretum et consolasticum meum.*

dispositionis responsum inibi praestolans, nusquam declinavit. Indefessa igitur legatorum devotio, tam brevis itineris actutum emenso spatio, pervenit quo mittebatur. Fratres, servitutis Dei penso[1] rite completo, soporati reperiuntur, exceptis quos rerum claustralium neglecta cura tardius sollicitabat. Nuntiatos hospites caritate, qua ceteris praestare praedicantur, suscipiunt, dataque fandi copia[2], gratiam adventus ex ordine discunt. Insperato bono exhilarati, continuo absentem patrem[3] Hasteriae[4] tunc positum adeunt, quid facto opus sit super hoc consulunt eumque matutino tempore reducunt. Communi igitur habito consilio et ordinatis decenter quae oportebant, solemniter processerunt, atque in monte qui vulgari vocabulo Solotanus vel Solitarius dicitur[5] subsistentes, e vicino sanctarum reliquiarum expectant adventum.

(15). Plebs etiam plurima, volucris famae[6] nuntio excita, sancto timore ac pio accensa amore, ex vicis et opidis circumquaque sitis laude Dei canora concurrit. Sed prae ceteris tardius occurrerunt, qui prae ceteris minus amaverunt. Nam quidam Leffli[7], qui iuxta idioma sui nominis barbara interpretatione expressi cocleae[8] dicuntur, quod est instrumentum purgatorium cocorum, quorum princeps, ut ait propheta, destruxit muros Ierusalem[9], invitati et expectati, non occurrerunt. Sed tam pio pigritantes interesse
cf. Ps. 108, 18. officio, benedictionem nolentes, Flaccicum illud promeruerunt[10]: 'Occupet[a] extremum
cf. 2. Cor. 2, 15. scabies'. Ex eodem tamen castrensi opido, a deo Nam[11] antiquitus nuncupato, cetus fratrum, qui bonus odor est Deo in omni loco, de monasterio beati Perpetui[12], solemni cultu, solemni ordinata processione, longius, quam expetiti expectabantur, obviam exierunt, id est usque ad praefati montis viculum Solotanum. Ibique statione pro expectatione catervatim circumfluentis populi[13] disposita, exorsi sermocinare ad turbam, nostrae augmentationi[14] rectae[b] vicinitatis debito affectu congaudentes, rumorem de tanta huius regionis et totius patriae ex adventu harum sanctarum virginum illustratione auxerunt, sicque his comitati, cum

a) *corr. ex* Occubet *c.* b) *ita correxi, ut saepius; recte c.*

1) Regula S. Benedicti c. 49: *augeamus nobis aliquid solito penso servitutis nostrae*, c. 50: *servitutis pensum non negligant reddere;* Vita Forannani c. 12 (Mabillon p. 591): *dum debitae servitutis solitum redderent fratres pensum*, c. 16 (p. 592): *fratres . . . mutuo ad peragendum se cohortantes solitum pensum se paravere . .*, ib.: *sacramque postponens debitae servitutis sollicitudinem;* Translatio Candidi et Victoris c. 7 (p. 119): *quousque . . . debitum sacrae pensum famulationis Christo solveret*, c. 16 (p. 124): *expleta diei servitutis sollicitudine.* 2) Passio II. Ursulae c. 4: *emensoque grandi itinere . . . pervenerunt* (cf. supra l. 2), *dataque fandi copia . . .* Ita etiam Translatio Candidi et Victoris c. 5 (Analecta Bolland. XI, 118, 3): *dataque fandi copia;* cf. Vergili Aen. I, 520. XI, 248: *et coram data copia fandi* 3) Abbatem Walciodorensem, Widricum (1101—1129) ut videtur. 4) Hodie Hastière pardelà locus in ripa dextera Mosae fluvii supra Waulsort situs. Coenobium Hasteriense Walciodorensi subiectum erat. Cf. supra p. 1374 l. 45. 5) Potius Solania (Sollana, Sologne) vicus qui non iam extat, olim prope Meez villam (comm. Bouvignes) in collibus Dinant oppidum supereminentibus in ripa sinistra Mosae fluvii ad viam Romanam situs, quam Solonne vel Solanne locus prope Purnode a Dinant in septemtriones versus in partibus Mosae dextris longius a Waulsort remotus. Cf. I. Halkin et C. G. Roland, 'Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy' I (1909), p. 109; C. G. Roland, 'Toponymie namuroise' ('Annales de la Société archéologique de Namur' XXIII, 1899, p. 514sqq.). Nescio an verba *vel Solitarius* e coniectura superscripta in textum irrepserint, etsi minoris momenti est, quod ab epitoma a de Buck edita absunt. 6) Ovidi Epist. XVI, 207: *volucris praeconia famae.* 7) 'Hodie Leffe, suburbium Dionanti, ad dexteram Mosae ripam'. Bollandiani. *Ecclesiam Sancte Marie que est in Leftia* saeculo XI. comes Namurcensis sibi vindicabat (Stan. Bormans, 'Cartulaire de la commune de Dinant' I, 2, Namurci 1880, p. 2). Cf. Bormans ib. p. 32, n. 3; Roland l. l. p. 349; Berlière, 'Monasticon Belge' I, 124sqq. 8) Germ. 'Löffel'. 9) Gregorii Magni Regula pastoralis III, 19 (Migne, Patr. Lat. 77, 81): *Quia gulae deditos luxuria sequitur, propheta testatur . . . dicens: 'Princeps coquorum destruxit muros Ierusalem'* (4. Reg. 25, 10 iuxta LXX). 10) Horati Ars poetica v. 417. 11) Castrense oppidum Dinant est, cuius nominis formam anteriorem 'Deonantum'. (cf. A. Holder, 'Alt-Celtischer Sprachschatz' I, 1896, col. 1285; Roland l. l. p. 247sqq.) auctor, qui huius rei testimonium antiquissimum exhibet, a Nam deo ficto repetiit. De fabulis inde exortis cf. F. Rousseau, 'La légende de saint Materne et du dieu Nam à Namur' ('Annales de la Soc. archéol. de Namur' 35, 1922, p. 181—221). 12) Postea ecclesia collegiata S. Mariae Deonantensis. *Paupercula Sancte Marie Sanctique Perpetui confessoris ecclesia in Dyonant* in charta Otberti episcopi Leodiensis a. 1096. commemoratur (Bormans l. l. I, 2, p. 13). Nomen S. Perpetui (episcopi Tungrensis Deonanti sepulti; cf. Gesta episc. Leod. Herigeri I, 28 et Aegidii I, 35, MG. SS. VII, 176. XXV, 29) etiam a. 1152. et 1196. Sanctae Mariae adiunctum legitur (Bormans l. l. p. 15. 21), postea omissum. De ecclesia cf. Bormans, ib. p. 65, n. 1. 13) Apulei Metamorph. IV, 20: *populi circumfluentis turbelis immisceor.* 14) Regula S. Benedicti c. 2: *in augmentatione boni gregis gaudeat.*

tantae exultationis tripudio in perteso pedestri itinere ad hunc[a] usque, ita ut erant infulati, locum processerunt, repositam sibi a Deo gratiam et a nobis sincerae dilectionis de cetero habituri vicissitudinem meritam. cf. 2. Mach. 12, 45.

(16). Et nobis, Iesu bone, corpore virgineo edite, quid letitiae, quid gaudii spiritualis tunc fuerit, cum pro modulo nostro, quibus impensis, quo sacri cultus ornatu, qua diligentia valuimus, hoc tuae largitatis donum, tam delatorem quam delatum, excepimus; et excipiendo, qua reverentia has tuas virgineas sponsas et tuae passionis[b] conformes[1] in iubilo laudis tripudiantes amplexati sumus, tu respicias, tu acceptum habeas, tu nobis profuturum concedas. Beata vere haec mater ecclesia, quam sic honor divinae dignationis gratuita pietate his luminariis eadem die illuminavit, quam[2] ipsarum victoriosarum martyrum gloriosus sanguis exornavit, quam earundem inviolatae confessionis candida induit virginitas! Floribus eius nec rosae vernantes ex passionis sanguine nec desunt lilia ex virginitatis honore candentia. Laudem et gloriam ex hoc reginae[3], quae harum, quas huc inscrutabili suae miserationis archano[4] delegavit, media hoc in loco praesidet, cuius etiam stipendiis nostra servitus Deo vegetata ministrat, dicere nullus sermo praevalet. Hic namque ipsa

mater* virgineis letatur virgo choreis;

e regione

virgineae sponsae gaudent de virgine matre.

His gaudiis nos interesse quia gloriamur, secundum apostolicam institutionem in Domino gloriemur. 1. Cor. 1, 31.

(17). Sciendum non uno eodemque die harum adventus exceptionem extitisse. Enimvero VI° kal. Iunii[c] unius totum ex integro corpus meruimus; octavo kal. Octobris[d] alterius cum media portione tertii corporis, ac non post multum temporis reliquam dimidiam partem**. Amen***. Mai. 27. Sept. 24.

APPENDIX.

HISTORIAE WALCIODORENSIS MONASTERII PROLOGUS.

Partes Historiae Walciodorensis monasterii ad Forannanum abbatem spectantes editurus, Daniel Papebrochius, Acta sanctorum Aprilis III, Antverpiae 1675, *p.* 814—815. *etiam prologum praemisit, qui in codice Namurcensi (= c.) supra adhibito fol.* 38—39. *legitur. Econtra qui Historiam integram publici iuris facere sibi proposuerant, cum Lucas d'Achery (Spicilegium VII, Parisiis* 1666, *p.* 513; *ed. de la Barre II, Parisiis* 1723, *p.* 709, *e codice Gemblacensi) tum Georgius Waitz (MG. SS. XIV,* 505), *qui ipso codice Namurcensi usus est, prologum praetermiserunt, ne mentione quidem eius facta. Unde occasione data, ne quicquam editioni Monumentorum deesse videatur utque ratio auctoris plenius cognoscatur, prologum hoc loco textui Waitziano addidi. Orthographiam librarii recentioris eodem modo atque supra correxi atque lectiones varias Papebrochii (= Pap.) subiunxi, cui exemplar sub anno* 1631. *a Thoma Luytens, postea abbate Letiensi, transscriptum et codex 'ante ducentos annos' exaratus praesto fuerunt.*

W. Levison.

*) misericordiae mater caelorumque regina piissima semper Maria *pro* mater *epitome a de Buck edita.*

**) Temporibus domini Theoderici II.[5] has excipere meruimus reliquias necnon sanctorum martyrum Candidi et Victoris, ut superius liquet, *addit epitome a de Buck edita.*

***) Scriptum anno (XV° *m. al. add.*) XXV. die decima mensis Iunii per dominum Arnoldum Trudonensem. Laus Deo *addit librarius codicis.*

a) huc *c.* b) passiones *c.* c) Iulii *de Raisse (non de Buck).* d) Novembris *de Buck.*

1) Chromatius, De octo beatitudinibus c. 9 (Migne, Patrol. Lat. XX, 327): *passionum Christi conformes.* 2) I. e. ecclesiam Walciodorensem, nisi fallor, neque diem. 3) Mariae virgini. 4) Cf. Horatii Epist. I, 18, 37: *Arcanum neque tu scrutaberis illius umquam.* 5) Abbatis Walciodorensis (a. 1129—1152). Auctori epitomae sine dubio codex praesto erat, in quo aeque atque in Namurcensi narrationes de translationibus virginum Coloniensium atque Candidi et Victoris esse subsequebantur. At ut haec (a. 1148) cum temporibus Theoderici convenit, ita auctor nomen eius haud recte ad translationem virginum rettulit aliquot annis ante factam. Cf. supra p. 1373.

Spectat[a] ad communem utilitatem et futurorum temporum firmam stabilitatem succedenti progeniei fideliter scribere praeteritarum atque praesentium rerum certitudinem eique virorum illustrium intimare prudentis discretionis moderationem[b] et eorundem dignam inclytamque sagacis virtutis operationem. Etenim[c] talis descriptionis studio[d] atque huius dignae recordationis revolutione fit incendium ipsius diuturnae meditationis, quo succedens propago indesinenter inflammatur et generalis etiam omnium[e] proborum successio ipsa meditatione et sapientium[f] actuum digna[g] recordatione solidatur[h]. Deliberamus futurae posteritati[i] intimare haec, quae antiqui et virorum proborum industrii verissima certaque[k] relatione nobis[l] reliquerunt et, auctoritatibus prudentis descriptionis ea confirmantes, plurima in nostris archivis recondiderunt. Sed quoniam[m] non uniformi materia simul compaginata continentur, generat quoque taedium circultus et revolutio diversarum auctoritatum investigatoribus suis, ut[n] quibusque simplicibus haec pateant manifestius, quamquam sermone[o] et opere me segniter mei interioris spiraminis[p] tarditas incedere coartet, in unius compaginationis serie ea rescribere et fideliter succedentibus composita censuimus relinquere. Nec quis hoc in opere luculentae verbositatis[q. 1] curiosa meditatione investiget ornatum[r], sed potius respiciens compositoris ambitionem, reperturus futurae posteritatis[s] utilitatem, meditando nobiscum ponat supercilium, si nostrae partis recognoscit[t] se esse uterinum filium. Non enim opinationi[u] meae facile aurem accommodans credendo obaudivi, sed ceu praefatus sum[2] maiorum deliberavi parere dignis[v] dictis, revolvens opiniones eorum, et sic titubationis obstaculum a nobis ablatum et anceps sententia remota est a nostro pectore eorundem maiorum sermocinatione et scripturarum auctoritate.

Et ne inanis et infructuosus noster labor videatur, nitimur ostendere successoribus nostris, qualiter in loco Walciodori miro pulchritudinis aedificio basilica venerabilis genitricis[w] Christi a nobili comite Eilberto sit constructa[3], qualiterque ex proprio hereditatis[x] iure eandem basilicam[y] fideliter dotaverit[4] et qualiter concessa apostolicis[5] et regalibus testamentis[6] iuri eiusdem basilicae et dominationi[7] subiecerit. Nitimur etiam ostendere posteris, quid quisque in eadem ecclesia praelatus secundum sui temporis cursum operatus fuerit, atque per hanc[z] longaevae[z] vetustatis successionem ecclesia in cuius abbatis tempore augmentum amplificationis habuerit et cuius praelationis tempore detrimentum diminutionis sustinuerit. Disposuimus etiam revelare et fideli relatione comprehendere, quid a quibusque industriis et nobilibus viris ecclesia[a] post donum et largitionem venerabilis comitis Eilberti consecuta[b] fuerit, et sub cuius abbatis tempore commutationem, elemosinam, donum vel emptionem aut egerit aut acquisierit, a quibus etiam personis, loca designantes et nomina, praefatae confirmationes auctorizatae[8] sint.

Sed quia ariditas nostri pectoris sine irrigatione almi Flaminis[c] in hoc opere quod expedit[d] per se[e] nequit comprehendere, ipsam advocatricem nostram[9], beatam videlicet Mariam, in cuius honore[f] haec adorsi sumus, imploramus, ut ex superni fontis rore interventu suae adminiculationis stillicidium super nos dignetur[g] dimittere spiritualis innovationis, quatinus, caelestis flatus repletus spiramine, fideliter succedentibus queam fidelem rationem relinquere. Auxilientur nobis orationibus suis deprecationes nostrorum[h] fidelium, quorum[i] fretus intercessione, subsidium una sentiamus genitricis Christi et levamen[i], ut exordium praesentis operis ducatu almi Flatus[10] succincte et fideliter transeundo ad certum finem valeam adducere et inchoata[k] fideli ratione terminare[l].

Cum[m. 11] igitur summae nobilitatis sublimis magnificentia aeterni regis — — — — — — — — — — — —.

a) Incipit prefatio in librum fundationis monasterii Waulss. *m. al. praescr. c., ubi littera* S *initialis plumbo delineata neque vero depicta est.* b) rationem *Pap.* c) cum *add. Pap.* d) studyo *c.* e) prob. omn. *Pap.* f) sapientum *Pap.* g) *om. Pap.* h) Propterea *add. Pap.* i) *corr. e* potesteriotati *c.* k) certissimaque *Pap.* l) *corr. e* reliqu. nobis *c.* m) cum *Pap.* n) suis. Ut igitur quibusque *Pap.* o) op. et serm. *Pap.* p) spiritus *Pap.* q) *corr. e* verbositatū *c.* r) ornamentum *Pap.* s) posteri|ritatis *c.* t) se recogn. *Pap.* u) opinioni *Pap.* v) dignis *del. c.* w) Christi genitr. *(Christi m. al. iterum supersc.) c.; cf. infra l.* 34. x) heriditatis *c.* y) ecclesiam *Pap.* z) (hanc *om.)* longae vet. *Pap.* a) *om. Pap.* b) consequuta *c.* c) *corr. e* flaiminis *c.;* fluminis *et add.* minus *Pap.* d) expetit *Pap.* e) *supersc. c.* f) honorem haec adorti sumus, imploremus *Pap.* g) *m. al. supersc. c.* h) suorum *Pap.* i) quorum — levamen *om. Pap.* k) inchoatum fid. relatione *Pap.* l) Explicit prefatio *m. al. subscr. c.* m) *littera initialis* C *non suppleta est c.*

1) Ita translatio Candidi et Victoris c. 2 (l. l. p. 115): *luculentae postposita verbositatis venustate.* 2) Ita ibidem: *ceu praefatus sum.* 3) Historia Walciodorensis monasterii c. 12—14 (SS. XIV, 510). 4) Ib. c. 15 (p. 510 sq.). 5) Cf. ib. c. 22 (p. 514). 6) Ib. c. 15 (p. 511, 18): *omnia sub regalibus testamentis designavit;* c. 20 (p. 513): *sub regalibus testamentis auctorizata.* 7) Ib. c. 19 (p. 513): *Hasteria iuri et dominationi Walciodorensis ecclesiae famulatura.* 8) Cf. ib. c. 19 (p. 513): *Constitutio autem haec quomodo auctorizata fuerit;* c. 22 (p. 514): *testamentum tantis testimoniis auctorizatum;* cf. n. 6. 9) Cf. supra p. 1376 l. 39. 10) Ita Translatio Candidi et Victoris c. 2 (p. 116): *cum almi Flatus subsidio.* 11) Sequitur Historia Walciodorensis monasterii c. 1 (SS. XIV, 505).

ANNALES CASINENSES EX ANNALIBVS MONTIS CASINI ANTIQVIS ET CONTINVATIS EXCERPTI

INDE AB A. 1000 (999) VSQVE AD A. 1098.

EDIDIT GVILELMVS SMIDT.

Imperialis abbatiae celeberrimae Montis Casini annales duo distinguuntur: alteri paucas notas ab a. 914. *usque ad a.* 1042. *continentes, quos Ann. Casinates appellatos G. H. Pertz supra in Scriptorum tomo III (*1839*), p.* 171 *sq. edidit*[1], *alteri 'Anonymi monachi Cassinensis . . . breve chronicon', etiam 'Chronologia auctore domno Alberico monacho . . , monasterii Casinensis' olim a viris doctis inscripti, quorum duas recensiones annos* 1000 *(*999*)—*1212. *complexas idem Pertz sub Annalium Casinensium nomine supra in SS. tomo XIX (*1866*), p.* 303—320 *typis mandavit*[2], *quibus priores numeros I et II*[3], *nos autem litteras B et C attribuimus. Quod alterum opusculum hoc loco recensione tertia (A) adhuc inedita (a.* 1000—1098*), quam in bibliothecae Mazarineae codice nr.* 364 *Parisiis (hic A* 1[4]*) contineri primus G. Waitz cognoverat*[5], *paucisque lectionibus codicis ab Onufrio Panvinio adhibiti — nunc incerti, ubi sit — supplevi (C* 1 *δ*[1]*), quas a.* 1925. *Romae degens in codice bibl. Vaticanae Reginensi lat. nr.* 378 *reppereram. Quos annales cum primitus usque ad a.* 1098. *tantum pertinuisse e codice Parisino appareat, hanc partem nomine supra scripto ab Ann. Casinensibus posterioribus, i. e. continuatione a.* 1099—1212, *discerni placuit.*

Una cum recensione A ceteras duas iam pridem editas, quae illam intima necessitudine attingunt, annotationibus ad res pertinentibus, quae adhuc omnino fere deerant, adiunctis codicibusque accuratius descriptis denuo — excepta continuatione, cuius alia quaepiam recensio[6] *ut inveniretur nondum contigit — propterea edidi, quod Pertz, qui editionem suam adolescens iam a.* 1822. *praeparaverat*[7] *senexque demum a.* 1865.[8] *finivit, in textu recensionis B (prius I) statuendo exemplar codicis a L. Bethmann mendose confectum pro fundamento posuit et porro, unde haec recensio B atque recensio C (prius II) ortae essent, non recte intellexit. Gravissimo in errore versabatur con-*

1) Hos, quos primo E. Gattola, Ad historiam abbatiae Cassinensis accessiones (Venetiis 1734) II, 838 sq., postremo Bibliotheca Casinensis (Montis Casini 1874—94) I, 92 sq. edidit, E. A. Lowe, Scriptura Beneventana (Oxf. 1929) tab. XXIV 'Ann. Casinenses', nostros G. H. Pertz SS. XVII, 31 n. 1 et W. Arndt ib. XIX, 393 'Ann. Casinates' minus accurate nominaverunt. 2) Biblioth. Casin. I p. XXVII. H. Bresslau, 'Geschichte der Monumenta Germaniae Historica', 'N. Archiv' XLII (1921), 453 sq., infra p. 1405. P. Sander, 'Der Kampf Heinrichs IV. und Gregors VII. . . .', diss. Straßburg (Berlin 1893), p. 200 Ann. Casinenſium recenſiones ſex diverſas litteris servatas esse non recte dixit. 3) Ferd. Hirsch, 'Über die Annalen von Monte Cassino', 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII (1867), 105. 106. O. Holder-Egger et K. Zeumer, Indices Monum. Germ. hist. (1890) p. 170. 4) Tabula affiliationis codicum infra proponetur p. 1404. 5) 'N. Archiv' VI (1881), 495. 6) Cf. infra p. 1388. 7) Pertz, 'Archiv' V (1824), 11 sqq. 105. 111 sq. 8) Cuius die XV. Kalendas Novembris praefationem tomi SS. XIX dedit.

tendens auctoritatem horum annalium propriam saeculo XI . . . . quasi nullam *esse*[1], *quia duodecimo demum, eodem quo Annales Ceccanenses*[2] *modo, ex Annalibus Cavensibus*[3], *qui cum duobus recensionibus Casinensium magnam quidem partem ad verbum congruunt, nonnullis autem locis uberiores sunt*[4], *et Ann. Casinatibus supra nominatis excerpti cumque additamentis ex aliis Casini fontibus haustis coniuncti essent*[5]. *Tali sententia a multis probata*[6] *commotus, quas annales nostri sub saeculi XI. — partim etiam saeculi XII. — annis praebent, notitias plurimas litteris minimis excudendas curavit; qua re factum est, ut viri docti usque ad hunc diem identidem Annales Cavenses, etiamsi nihil aliud praeter quod Ann. Casin. B vel C narrant, aut solos*[7] *aut priore loco citarent et praeterea, quae ab aliis fontibus relata cum illis consentiunt, ad Ann. Cavenses referrent*[8]. *Nam hos omnes fugit*[9] *Pertzium libello a Ferd. Hirsch paulo ante conscripto, quo Ann. Casinensium recensionem C (prius II) solam tum notam, Annales Cavenses, Ceccanenses aliosque ab annalibus monasterii S. Benedicti deperditis repetierat*[10], *uti nondum potuisse, neque Hirschium ipsum statim sententiam suam — et quod ad rec. B attinet — contra Pertzium tam egregie defendisse cognoverunt*[11], *ut ex eis, qui medii aevi fontes optime perscrutati sunt, W. v. Giesebrecht*[12], *W. Wattenbach*[13], *E. Steindorff*[14], *H. Bresslau*[15], *O. Holder-Egger*[16] *universi Hirschio assensi essent.*

Atqui is, quod neque illi viderunt neque alius quisquam adhuc dixit, de opinione quadam iam diu ante Ann. Casinenses editos a Pertzio concepta[17] *in utroque libello disserere neglexerat, eandem scilicet tabulam paschalem vetustiorem*[18] *in monasterio Cavensi exaratam nunque deperditam, de qua istius annaliam librarius* quae annum millesimum tricesimum et quartum praecedunt, *i. e., quoniam ab a.* 977. *usque ad a.* 1033. *nihil refertur, annum* 976, *deprompsisset, notas quoque ab a.* 1000 *(999)*—1031. *in Ann. Casinensibus et Ann. brevibus (1000 [999]*—1085*), perperam Ann. Cavensibus brevibus appellatis*[19], *exstantes continuisse hisque omissis illum auctorem Cavensem ab a.* 1034.[20] *eventibus plerumque aequalem scripsisse. Hanc sententiam, quam complures secuti sunt*[21], *tamen sustinendam non esse infra videbimus*[22]; *hic satis habeas codicem annalium monasterii Cavensis, quod ante a.* 1025. *iam exstitisse probari non potest*[23], *saeculo XI. demum*

1) SS. XIX, 305 et 'Göttingische gelehrte Anzeigen' 1866, p. 334; cf. 'b' in 'Hist. Zeitschr.' XV (1866), 401; F. Chalandon, 'Histoire de la domination normande en Italie et en Sicile' (Paris 1907) I, p. XXXI; Gius. Pochettino, 'I Langobardi nell' Italia meridionale (570—1080)', Caserta 1930, p. 512. 2) Pertz SS. XIX, 275. 281. 3) Hos ediderunt G. H. Pertz — una cum Ann. Cavensibus brevibus qui dicuntur (de quibus vide infra p. 1402) — SS. III, 185—197 atque titulo *Beda de temporibus* significatos B. Gaetani d'Aragona O.S.B., Codex dipl. Cavensis V (1879), App. p. 23 sqq. 4) Quod neque W. v. Giesebrecht, 'Geschichte der deutschen Kaiserzeit' III[5] (1890), 1069 neque Ferd. Hirsch, 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 108 concesserunt, posterior autem ipse p. 111 iamque in dissertatione infra n. 10 citata p. 52 sq. exemplis probavit. 5) SS. XIX, 303. 305. 6) I. Gay, 'L'Italie méridionale et l'empire byzantin' (Paris 1904) p. 406 n. 1, Chalandon l. c. et aliis; vide notas sequentes. 7) Ex. gr. G. Meyer v. Knonau, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V.', III (1900), 389 n. 74, p. 87 n. 130, passim, quamquam I (1890), 545 n. 93 Pertzio nondum assensus erat; deinde A. Fliche, 'Le pontificat de Victor III', 'Revue d'hist. ecclésiastique' XX (1924), 403 n. 1. 8) Meyer v. Knonau III, 444 n.; V. Federici, Chronicon Vulturnense (Roma 1925; 'Fonti per la storia d'Italia' 58) I, 97 n. 3. 6. 11 passim. G. Weinreich, De conditione Italiae inferioris Gregorio septimo pontifice (diss. Regimonti 1864) p. 85 etiam dubitavit, num annales nostri a monacho Casinensi scripti essent. 9) B. Capasso et E. O. Mastrojanni, 'Le fonti della storia delle provincie napolitane' (Napoli 1902) p. 68 sq.; Chalandon I, p. XXX. 10) De Italiae inferioris annalibus saeculi decimi et undecimi (diss. Berolini 1864) p. 49—60. 64; cf. Hirsch, 'Gött. gel. Anz.' 1865 p. 508. 11) 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 103—112 (cf. supra p. 1385 n. 3). 12) L. c. II[5] (1885), 567. III[2] (1869), 1068 n. 1 (5 1069). 13) 'Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter' II[6] (1894), 238 n. 3. 4. M. Manitius, 'Gesch. d. lat. Liter. d. MA.' II. III (Muench. 1923. 1931) Ann. Casinenses non memorat. 14) 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Heinrich III.' I (1874), 465 n. 1. 15) 'Jahrbücher des Deutschen Reichs unter Konrad II.' II (1884), 309 n. 4. 16) SS. XXIV (1879), 142. 121; 'Einiges zur Quellenkritik der Chronik Sicards', 'N. Archiv' XXVI (1901), 541 n. 6. 17) SS. III, 185. 18) Aut fortasse fontem similem ac regum principumque catalogos. Pertz, 'Über das Chronicon Cavense', 'Archiv' IX (1847), 2 sq.; 'Götting. gel. Anz.' 1840 p. 21 sq. 19) Ita Pertz in eorum editione SS. III, 188 sqq. (cf. p. 119. 185), vide infra p. 1402 n. 12. 20) Cuius loco Pertz, 'Archiv' IX, 3 annum 1086. posuit; idem contra prius ('Archiv' V, 111): a saeculo XI. medio. 21) R. Köpke, 'Die Quellen des Chronicon Cavense . .', 'Archiv' IX, 187. 179; Gaetani d'Aragona, Cod. dipl. Cav. V, App. p. [III]; Capasso-Mastrojanni p. 20; Chalandon I, p. XXXI; Giesebrecht II[2] (1860), 559, qui sane III[2], 1068 n. 1 opinionem suam revocavit, cf. etiam U. Balzani, 'Le cronache italiane nel medio evo' 3 (Milano 1909) p. 224. 179. 22) P. 1388. 23) Non iam ab a. 1011 (Pochettino, 'Il monastero di Cava', in: 'I Langobardi nell' Italia meridionale' p. 487), cf. E. Sackur, 'Die Anfänge von La Cava', in: 'Die Cluniacenser in ihrer kirchlichen und allgemeingeschichtlichen Wirksamkeit' II (Halle a. S. 1894), 472 sqq. 474.

exeunte coeptum[1] *fontemque eorum, quae cum Ann. Casinensibus et Ann. brevibus usque ad a.* 1107[2] *(vel* 1085*) communia habent, non Cavae scriptum esse.*

*Ne propterea hunc fontem annales Montis Casini veteres fuisse Hirschio assentiar, denuo incidit aliquid, quod impedire videtur: illi annales a L. Bethmann supra SS. XVII (*1861*), 31 sq. sub nomine absono 'Seligenstadenses' typis mandati (*1067 *[*1066*]—*1174*)*[3]*, quos viri docti modo ex Ann. Romanis hodie deperditis hausisse*[4]*, modo ipsos Ann. Romanos*[5]*, modo cuiusdam catalogi pontificum Romanorum et imperatorum Casinensis partem esse dixerunt*[6]*. Necessitudinem enim propinquam, qua isti annales Casinenses et Cavenses attingunt*[7]*, P. Scheffer-Boichorst*[8] *ex aliquo fonte deperdito non solum his tribus, sed etiam Libro pontificali communi et primum quidem Romano, cui ab a.* 1075—1140 *(*1139*) omnia vel plurima Romam eiusque pontifices spectantia deberent, postea quibusdam aliis additamentis amplificato repetiverat, quae loco Italiae inferioris*[9] *ignoto — Salernum opinatus est, cum Montem Casinum omnino non memoraverit*[10] *— de rebus in hac regione gestis (ex. gr. sub a.* 1076. 1081. 1140 *[*1139*]) facta essent*[11]*. Quamquam igitur annalium nostrorum originem Casinensem, quam F. Hirsch contenderat, Scheffer-Boichorst non refellit et is postea eminentissimus in hoc opusculo adhuc adolescens ceteroquin in fundamento infirmissimo aedificavit*[12]*, tamen origo Romana accepta est*[13]*. Si econtra opus ineditum, cuius illi annales, qui dicuntur Romani, pars parva sunt, ita, ut in codice Guelferbytano 'Histor. Handschriften' VII B.* 100 *vol. VII. fol.* 236 *sqq. (s. XVII) ab Adolfo Overham ex libro manuscripto Epistularum s. Pauli Seligenstadensi nunc incerto, ubi sit*[14]*, atque fortasse ne accurate quidem descriptum est*[15]*, denique totum adhibetur, graviter et severe secerni necesse est:*

1) Quandam pontificum Romanorum et imperatorum cronicam a Petro[16] *usque ad a.* 1185. *pertinentem (f.* 236'—242'[17]*), quam antecedens catalogus regum Francorum, Teutonicorum atque Italicorum (f.* 236*) in codice Seligenstadensi prir. a manu usque ad Lotharium III. — annis regiminis eius nondum indicatis — deductus erat*[18]*. Quae Catalogo pontificum Casinensi*[19] *quidem usa ut, quod Holder-Egger voluit*[20]*, etiam in monasterio s. Benedicti scripta sit, fieri non potest, cum auctor, quae catalogus de privilegio a Zacharia papa Monti Casino dato refert*[21]*, ipse omiserit, econtra sub a.* 968. *et — hic certo eventuum aequalis — a.* 1156. *alias notitias addiderit, quae s. Bartholomaei partim translationem Romam, partim elevationem in Tiberis insula factam referunt quarumque saltem secundam ibidem annotatam esse non solum Pertz*[22]*, sed etiam Holder-Egger*[23] *concessit. Eo apparet istud opus Romae a quodam clerico ecclesiae S. Bartholomaei scriptum esse, quod, cum prius quam alia eiusdem cronica Scriptorum tomo XXXI,* 189 *sqq. edita ortum sit, 'Cronica pontificum et imperatorum S. Bartholomaei in Insula Romani prior' ('Bārth.') appellandum est.*

1) E. A. Loew, 'The Beneventan Script' (Oxford 1914) p. 337. Lor. Spiotta, 'La storia letteraria della badia di Cava', 'Estratto dalla Cronaca scolastica del Liceo Ginnasio Pareggiato di Badia di Cava dell' anno 1917—18' (Valle di Pompei 1919), Ann. Cavensium rationem non duxit. 2) Cf. infra p. 1402 n. 3. 3) Wattenbach, 'Geschichtsq.' II[6], 221 n. 3. Bresslau, 'N. Archiv' XLII, 375. 4) Giesebrecht III[5], 1068. IV[2], 404. VI, 304. P. Scheffer-Boichorst in dissertatione infra n. 8 citata. 5) Wattenbach l. c., primum ib.[2] (1866), p. 391 n. 4; A. Potthast, Bibl. hist. I[2], 91; G. Waitz, SS. XXII, 353; Holder-Egger, ib. XXIV, 142 et Indices Monum. Germ. hist. p. 39. 222. 229. 6) Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 541 sq.; 'Über eine römische Papst- und Kaiser-Chronik', ib. XXVIII (1903), 197 n. 5. 222; SS. XXXI (1903), 227. 7) Ita iam Pertz, SS. XVII, 31 n. 1 (cf. supra p. 1385 n. 1), qui sane necessitudinem SS. XIX, 303 sqq. praetermisit. 8) 'Über die sogenannten Annalen von Seligenstadt und verwandte Quellen', 'Forsch. z. dt. Gesch.' IX (1869), 388—396. 9) Quam illum ib. p. 390. 393 'Siciliam' intellexisse Wattenbach II[6], 221 n. 3 neglexit. 10) Hoc fugit Holder-Egger SS. XXIV, 142. 11) L. c. p. 386. 388 sqq.; cf. Giesebrecht VI, 304. 12) Summario enim a Bethmann edito solo nisus ac forma Ann. Casinensium eorumque notitiis monasterium ipsum spectantibus neglectis, vide infra p. 1388 sq. 13) Giesebrecht III[2], 1063 n. 1. Vide supra n. 5. 3. Unus Holder-Egger Ann. Casinensibus fontem Romanum subesse — quod SS. XXIV, 142 ipse concesserat — 'N. Archiv' XXVI, 541 n. 1 non verisimile dixit. 14) Cf. Bethmann SS. XVII, 31. 15) Scheffer-Boichorst, 'Forsch. z. dt. Gesch.' IX, 394. 393 n. 3. Giesebrecht VI, 305. Overham ipse f. 236 dicit *haec excerpsi.* 16) Non a Christo (ita Bethmann l. c., vide n. seq.). A Petro autem usque ad Hadrianum I. vitas vel nomina atque spatia regiminis pontificum solum continet. 17) Aliam cronicam ab a. 1. incipientem, sane breviorem, habes in f. 243—243', ubi Overham a. 492. nactus dicit *reliqua non valet describere.* 18) Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 542. Secunda manus usque ad Heinricum VI, tertia ad Guilelmum regem scripsit (Overham f. 236). 19) Neque eius recensionibus n. 21 citatis ipsis, sed catalogo quodam, ex quo hae fluxerunt. 20) L. c. p. 541 sq. 21) 'N. Archiv' XXVI, 551. 'Röm. Quartalschr.' XV (1901), 109 sq. 22) SS. XVII, 31 n. 1. 23) 'N. Archiv' XXVIII, 197 n. 5. Iniuria Scheffer-Boichorst, 'Forsch. z. dt. Gesch.' IX, 392 n. 1 id dubitavit.

2) Omissis eis notitiis, quae postea cronicae codici in Germaniam asportato ex Annalibus Herbipolensibus[1] *atque in hoc itinere fortasse in Lombardia additae sunt*[2]*, alias in codice Seligenstadensi itidem prima manu exaratas, quas auctor non ab a.* 1067 *(*1066*) demum*[3]*, sed iam ad a.* 1014.[4] *et usque ad a.* 1140 *(*1139*) ex codice recensionis C Ann. Casinensium archetypo deperdito (C 1)*[5] *sumpsit. Ubi cum notitias sane posteriores (a.* 1111—1140*), quibus hoc loco nihil utimur, saepe uberiores, quam quas hodie in codicibus ex C* 1 a *derivatis legimus, reppererit, C* 1*, si praeterea Chronicae monasterii Casinensis Continuatio, Annales Ceccanenses, Ann. Herbipolenses (a.* 1127—40*), porro Cronicae pont. et imp. Basileensis et quae dicitur Tiburtina adhibentur, fere, quod attinet ad annos* 1111—1139*, restitui potest*[6]*. Econtra C* 1 *notitias priores, i. e. annorum* 1014. 1067 *(*1066*)* — 1098 *(*1099*) iam eodem modo amputatas, quo in codicibus ex C* 1 a *derivatis habemus*[7]*, continebat*[8]*, ita ut Barth., praesertim cum istas modo ultra amputaverit, modo mutaverit, hic, quod Holder-Egger cognovit*[9]*, pretium proprium non habeat. Porro de origine quae dicitur Romana illius fontis, qui S. Benedicti annalibus et Cavensibus subfuit, et cum, cuius rei Scheffer-Boichorst rationem non duxit, iam ante et post notas historiam Romae pontificumque Romanorum spectantes (ad a.* 1075. 1081. *sqq.) primo sub a.* 1010*, constanter ab a.* 1022. *mortem et electionem abbatum Casinensium aliaque multa ad abbatiam S. Benedicti pertinentia (vide ex. gr. sub a.* 1005. 1045. 1066. 1071*) referant, monasteria autem vel ecclesias Salerni*[10]*, Cavae*[11] *aut alibi sitas usque ad a.* 1098. *nunquam memorent, nemini dubium est, quin, quibus usi sunt, Ann. antiquos, in Monte Casino scriptos fuisse F. Hirsch re vera recte dixerit; pauca exempla a Scheffer-Boichorst allata*[12] *necessitudinem inter tres fontes supradictos Librumque Pontificalem vel alios auctores Romanos omnino non de verbis, sed de rebus tantum exstare clarissime demonstrant, atque fontem illorum, Ann. Casin. antiquos, nonnulla quoque, quae ultima parte saeculi Romae acciderant quorumque fama magna erat, annotasse mirum non est, quoniam abbatiae imperiali cum urbe aeterna duorum tantum dierum itinere distante illo tempore tale commercium erat*[13]*, ut res hic gestae nusquam Italiae inferioris, Benevento pontificali solo excepto, tam bene notae esse possent quam in Montis Casini monasterio.*

Nam quae nunc in tribus annalium recensionibus, quarum nulla ex duabus aliis pendet[14]*, ab a.* 1000 *(*999*) legimus, non modo non ab Alberico II. Casinensi*[15] *neque a Petro Diacono*[16] *neque a Guidone Casinensi composita*[17]*, sed ne saeculo XII. quidem, ut Pertz contendit, compilata*[18] *neque etiam ex Amati Historia Normannorum*[19]*, Leonis Ostiensis Chronica monasterii Casinensis eiusque continuatione hausta*[20]*, sed, ut acciderant, statim*[21] *annotata fuisse*[22] *et, quod notas sub a.* 1002. 1005. 1031. *exstantes spectat, B. Croce splendide cognovit*[23] *et inde apparet, quod nonnullae de imperatore, pontifice Romano aut abbate S. Benedicti narrantes 'domini', quem aequales horum quemque appellaverant*[24]*, titulum servaverunt (sub a.* 1025. 1058. 1066*) atque aliae (ex. gr. ad a.* 1037. 1076*, porro — rec. A — ad a.* 1086. 1098*) interdum non solum quo die, sed etiam qua hora quidquam factum esset, indicaverunt*[25]*. Illud vero non valet in notitiis sub a.* 1001. 1005. 1007. 1010. *et* 1042. *scriptis, quas ex supradictis Ann. Casinatibus*[26] *sumptas esse*[27] *Pertzio consentiendum est*[28]*. Horum*

1) SS. XVI (1859), 1 sqq.; cf. Scheffer-Boichorst l. c. p. 393 sqq.; Giesebrecht VI, 804 sq. 2) Scheffer-Boichorst p. 391 sqq., tamen vide supra p. 1387 n. 23. 3) Ita Bethmann l. c. et Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 541; errore Scheffer-Boichorst p. 386: ab a. 1068. 4) Cf. infra p. 1411 n. f. 5) Infra p. 1397. 6) Cf. F. Hirsch, 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 109 sqq.; Holder-Egger, SS. XXIV, 142 sq. 142 n. 9; 'N. Archiv' XXVI, 542 sqq.; G. Waitz, SS. XXII, 353; infra p. 1401 sq., 1404. 7) Infra p. 1390. 8) Vide tamen infra p. 1408 n. 6. 9) 'N. Archiv' XXVI, 540 sq. 10) Cf. p. 1387. 11) Cf. p. 1386. 12) 'Forsch. z. dt. Gesch.' IX, 389. 13) Vide infra p. 1391. 14) Infra p. 1400. 15) Infra p. 1397. 16) Pertz, SS. XIX, 305. 17) W. Smidt, 'Guido von Monte Cassino und die „Fortsetzung" der Chronik Leos durch Petrus Diaconus', in 'Festschrift A. Brackmann dargebr.' (Weimar 1931) p. 300. 18) Cf. supra p. 1385 sq. 19) Vide infra p. 1408 n. 3. 20) C. Peregrinius, Series abbatum Cassinensium (Neapoli 1643) p. 100. 101. passim; Capasso-Mastrojanni p. 68; Balzani, 'Cron. ital.' p. 224, quorum sententiam idem refellit, quod W. Wattenbach, SS. VII, 560 n. 82; p. 573 n. 43 — Peregrinio sane non memorato — attulit. Cf. etiam infra p. 1389. 1401. 21) Sive in primo exemplari ipso, sive in quibusdam schedulis postea descriptis, cf. R. Pauli, 'Ein Regulativ des 13. Jahrhs. zur Führung von Jahrbüchern', 'N. Archiv' III (1878), 214 sq. 22) Hoc F. Hirsch, 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 111, solum occasione data atque sine argumentatione dixit. 23) 'Teoria e storia della storiografia' [3] (Bari 1927; 'Filosofia dello spirito' IV) p. 11. Sane non animadvertit notam a. 1005. primitus non in Ann. Casinensibus (antiquis), sed iam in Ann. Casinatibus scriptam fuisse. 24) Cf. Necrologium Casinense infra p. 1417 n. ***, ****, *****. 25) Vide tamen infra p. 1390. 26) Vide p. 1385. 27) A quo, infra et p. 1390 dicam. 28) Vide infra p. 1409 et ib. n. 6. Econtra fieri non potest, ut, quod Hirsch, De Ital. infer. ann. p. 50 sq. 54. 56 contendit et Giesebrecht II[5], 567 iteravit, sed iam R. Poupardin, 'Études sur l'histoire des principautés lombardes de l'Italie méridionale' (Paris

annalium, qui de rebus saeculo XI. gestis nihil aliud nisi, quae quinque annis modo nominatis acciderunt, verbotenus fere, sed uberius narrant, exemplum primum hodie iam habemus[1], *in quo hae notitiae in marginibus tabulae paschalis*[2] *ab aequali eventum ascriptae sunt. Quam autem formam Ann. Casinenses antiqui habuerunt? Cum Scheffer-Boichorst, quamobrem numeri annorum Ann. Casinensium, Cavensium, Cronicae S. Bartholomaei prioris tam saepe inter se differrent, causam inquirens*[3] *propterea tantum, quod huius cronicae paginas in quattuor columnas — singulas annorum, indictionum, nominum pontificum et imperatorum — divisas ducebat*[4]*, trium fontis rationem eandem putaverit*[5]*, annalium nostrorum libri manuscripti ab eo neglecti hoc longe aliter se habere ostendunt: notitias codicum infra*[6] *nominatorum A* 1, *B* 1 *a*, *C* 1 *α*, *C* 1 *β*[1], *C* 1 *γ universas tabulis paschalibus inscriptas vides*[7]*, ubi porro illae codicis C* 1 *β deperditi legebantur. Inde manifestum est iam fontem quoque, i. e. Annales Casin. antiquos, ut Annales Cavae, Beneventi, Bari*[8] *scriptos, itidem alicui tabulae paschali ac simili modo, quo Casinates, in marginibus eius ascriptos fuisse*[9].

Quod et annales nostri et, ubi insunt, ipsi cycli decennovennales a. 1000.[10] *vel, cuius loco is exstat,* 999, *i. e. non primo talis, qui plerumque tabularum paschalium initium sumeret*[11]*, incipiunt, causam huius rei, quam Peregrinius invenire non potuit*[12]*, Chronica Leonis Ostiensis Casinensi*[13] *adhibita cognoscimus. Cuius autographum*[14] *non solum in primo textu ('cod.* 1') *inde ab a.* 1000 *(*999*) multos locos — a Leone ipso scriptos — Annalium Casinensium*[15]*, sed etiam inter codicis additamenta ('cod.* 1[b], 1[c]*'), adluc Leoni quoque attributa, sed secundum H.-W. Klewitz*[16] *potius a Petro Diacono confecta, partim notitias, quae illas Leonis commutantes vel supplentes ex Ann. Casin. antiquis fluxisse videntur*[17]*, partim autem alias de naturae miraculis annorum* 957. 968. 998. *et ca.* 1020.[18] *continet, quae opusculo nostro desunt*[19]*. Quae cum modo Ann. Casinensium compositae sint eaeque a.* 968. *et* 998. *verae approbentur*[20]*, a Petro non quidem confictas, sed ex Ann. Casin. antiquis — tabula paschali fortasse eadem, quam ipse 'calculi ordinem' appellans citat*[21] *— desumptas, horum igitur partem priorem fuisse puto*[22]*. Hoc eo magis liquet, quod Ann. Casinates*

[1906]) p. 7 n. 7 inverisimile esse dixit, hi quoque loci ex Ann. Casinensibus antiquis fluxerint, ubi uberius, sicut in Ann. Casinatibus, scripti fuissent, vide infra p. 1390.

1) Cod. Casinas 3, s. IX (Loew [Lowe], 'Beneventan Script' p. 341; Script. Benev. tab. XXIV: a. 874—892) —XI. Codicum Casinensium manuscriptorum catalogus I, 1 (Montis Casini 1915) p. 6 sqq. 2) E. A. Loew, 'Die ältesten Kalendarien aus Monte Cassino' (München 1908; 'Quellen u. Unters. zur lat.-Phil. d. M. A.' ed. L. Traube III, 3) p. 8. 9. 3) 'Forsch. z. dt. Gesch.' IX, 385 sq. 387. 388. De hac re infra p. 1391 sq. disserui. 4) L. c. p. 388. Ita quoque Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI 541. Accedunt tamen duae columnae annorum regiminis pontificum et imperatorum. 5) L. c. p. 390. Similiter Holder-Egger, SS. XXIV, 142 sq. 142 n. 6 Ann. Casinenses antiquos catalogi cuiusdam pontificum et imperatorum formam habentes ab a. 1. iam coepisse non recte contendit, cf. infra et p. 1394 n. 11. 6) P. 1392 sqq. 7) Quod Pertz, SS. XIX, 303 sqq., de cod. C 1 β^1 solo dixisse neque F. Hirsch ullatenus meminisse mirum est. 8) Cf. supra p. 1386. O. Bertolini, 'Gli Annales Beneventani', 'Bullett. istit. stor. ital.' 42 (1923), 61 sqq.; Pertz SS. V (1844), 51. 9) Annales *ad antiquissimi exemplaris oram* exaratos fuisse Peregrinius quoque, Series abb. Cassin. p. 101. 99, dixit (cf. infra p. 1413 n. i), sed cyclos decennovennales ipsos non memoravit. 10) Vide supra n. 5. 11) Loew, 'Kalendarien aus Monte Cassino' p. 3; 'Benev. Script' p. 318 sq. 12) L. c. p. 98: *Hoc . . chronicon . . ab anno Christi millesimo nulla satis congrua, quam cognoverim, occasione deductum.* 13) SS. VII (1846), 551 sqq. Hanc Leonis esse A. Lanciotti, 'I falsari celebri ossia il monachismo italiano durante il medio evo' [2] (Città di Castello 1914) p. 142 petulantissime negavit, de quo cf. G. Buzzi, 'Arch. soc. rom.' XXXVIII (1915), 732–733. 14) De hoc vide Leidinger, 'Der Codex Lat. Monac. 4623 . .', in: Casinensia (Montecass. 1929) II, 367 et Lowe, Script. Benev. tab. LXXVIII. In codicibus aliarum trium recensionum, quas Petrus Diaconus interpolavit (Smidt, 'Über d. Verfasser d. drei letzten Redaktionen der Chronik Leos v. Monte Cassino', in: 'Papsttum u. Kaisertum', 'hrsg. v. A. Brackmann', Münch. 1926, p. 269 sqq. 285 sq.; 'Brackmann-Festschr.' p. 294 n. 1; Manitius, 'Gesch. d. lat. Liter.' III, 549), multi loci ex Ann. Casin. antiquis vel deperditis desumpti desunt, cf. Smidt in 'Papsttum u. Kaisertum' p. 281 n. 6, p. 285 n. 7. 15) F. Hirsch, Annales p. 54. 58 sq. 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 105 sq.; cf. supra p. 1388 et infra p. 1401. 16) Cf. hunc in 'Quellen u. Forsch. a. ital. Arch.' XXIV (1932–33), 290 sq. 17) Vide e. gr. apparatum sub a. 1027 (B). 1034 (A) et numeros annorum falsos cum nostris consentientes sub a. 1025. 1047. 18) II, 5. 9, SS. VII, p. 631 l. 33 sq., p. 635 l. 32. Alias habes infra p. 1408 *n. *.* 1410 n. **. 19) Tamen vide n. seq. 20) Cf. infra p. 1409 n. 8, p. 1411 n. 14 et de solis defectu anni 968. a Petro, Chron. II, 9 p. 635 l. 32 uberius quam ab Ann. Casinatibus (SS. III, 172) relato F. K. Ginzel in dissertatione infra p. 1413 n. 12 citata p. 680. 681.' 21) Infra p. 1410 n. *. 22) Notandum est anno 951. novum cyclum decennovennalem coepisse et inde ab a. ca. 950. Aligernum abbatem monasterium s. Benedicti tum paene desolatum restituisse (Leo, Chron. Casin. II, 1 ['c. 1']. SS. VII, 628; Gay, 'L'Italie méridionale' p. 236 sq.). Cf. etiam infra p. 1401 n. 5.

quoque, quorum tabula paschalis ab a. 874, *i. e. initio cycli, usque ad a.* 1063, *i. e. finem circuli Dionysii primi, pertinet*[1], *non, ut quinque notitiae supradictae, quae ex eis in Ann. Casinenses fluxerunt, a. demum* 1001, *sed iam a.* 914. *inchoant. Itaque dubium non est, quin is monachus, qui Ann. Casinatium notitias cum Casinensibus antiquis coniungens omnes illorum s. X. scriptas omisit, idem fuerit, qui hos alios describens, quae isti de rebus eiusdem saeculi gestis narrabant, itidem omisit*[2]. *Haec compilatio, quam Ann. Casinenses deperditos appellamus, ab anno igitur* 1000 (999) *incipiens, a qua non solum tres nostrorum recensiones, sed etiam fontium derivatorum, e quibus sane Petrus Diaconus, archivarius et bibliothecarius monasterii S. Benedicti, Ann. Casin. antiquos pleniores ad manum habebat, plurimi repetunt, a.* 1064. *confecta fuisse tribus rebus probatur: primum tabula Ann. Casinatium paschalis, cum a.* 1063. *circumacto inutilis facta esset, pro cyclis sequentibus alia expleri debuit; deinde eo, quod in Ann. Casinensium codice A* 1 *tabula paschalis usque ad eundem a.* 1139, *ubi etiam deperditus C* 1 *in Cron. S. Bartholomaei I adhibitus finem habuit*[3], *est producta*[4], *quodque, si ab hoc anno quattuor cyclis decennovennalibus retro numeras, ad eundem a.* 1064. *pervenies*[5], *sub quo Ann. Casinenses A circulum Dionysii primum desiisse notarunt, intelligitur annalium antiquorum tabulam paschalem et ipsam usque ad a.* 1063. *descendisse explendamque fuisse; ad extremum inter ea, quae annales nostri, praecipue rec. A et B, usque ad hunc, eaque, quae inde ab a.* 1067. *narrant*[6], *diversitas duplex neganda non est, cum parte prima, quo mense, die aut vero hora quidquam acciderit, raro, secunda (ita sub a.* 1071—1078. *etc.) saepissime indicent et porro illic res admodum breviter atque tenuiter*[7], *hic aliquanto uberius efferant*[8], *ita ut interdum etiam causarum rerum certiores fiamus. Neque licet nobis putare auctores Annalium Casin. ant. ipsos breviter, eos autem Ann. Casin. deperditorum illos continuantes uberius notasse, sed duabus notitiis a Petro Diacono ex Ann. Casin. antiquis haustis et autographo Chronicae Casinensis adiunctis, quarum utraque diei tempora accurate indicat*[9], *apparet iam horum notas pleniores fuisse ac ab Ann. Casin. deperditorum compilatore eodem modo, quo supradictos quinque locos ex Ann. Casinatibus haustos, in compendium redactos esse*[10]. *Quo quoque evenit, ut non solum sub a.* 1025. *et* 1027, *quamdiu urbes obsessae vel occupatae essent, ab compilatore praeciperetur, sed etiam illarum notitiarum una tota omitteretur*[11].

Hos autem — vel Ann. Casin. deperditos — ab a. 1000 (999) *multo plus continuisse quam nostros contendens Ferd. Hirsch*[12] *prorsus erravit. Eorum enim, quae modo ab Leone, modo*[13] *ab Ann. Ceccanensibus et Ann. brevibus solis tradita ex illis duxit, alia — ac diversa quidem — hos tres aliunde sumpsisse patet*[14], *alia in Ann. Casinatibus tantum legimus, quos, cum a nostris, ex. gr. sub a.* 1010. 1042, *narratione verbosa ex toto abhorreant, ex Ann. Casin. antiquis hausisse omnino refutandum est*[15]. *Quod attinet ad continuationem Ann. Casin. deperditis ab a.* 1064. *usque ad* 1098. *ab auctoribus contemporaneis per annos singulos additam, earum notarum, quas Hirsch Chron. Casinensi Annalibusque Cavensibus uberius servatas credebat*[16], *verba quidem in rec. C ab isto desiderata in rec. A hic pleniore inveniuntur. Tamen supersunt pauci loci, quibus omnes tres ab illis vel aliis fontibus ex Ann. Casin. deperditis derivatis*[17] *integritate momento parvo antecedunt*[18].

Redeuntibus nunc ad initium nobis opus est, ut contra Pertzium aliosque[19] *contendamus: annales nostri iam ad res saeculo XI. gestas cognoscendas magni pretii sunt, quorum auctores notas a monachis S. Benedicti eventibus aequalibus factas ab a.* 1000 (999)— 1063. *interdum solum*

1) Loew, 'Kalendarien' p. 8. 9. 2) Exceptis iis, quae in exemplari antiquiore sub a. 999. relata errore ad a. 1000. revocavit. — Simillime librarius codicis C 1 *γ* (infra p. 1399), quae in exemplari ab eo descripto ante a. 1128 (29) exstabant, tota omisit. 3) Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, p. 540 n. 7, p. 541. 542. 4) Vide infra p. 1393. 5) Aliam tabulam Casinensem quatuor tantum cyclos decennovennales continentem (a. 969—1044) habes in cod. Cas. 230 s. X—XI (Bibl. Cas. IV, 241). 6) Sub a. 1064. 1065. 1068—70. notitiae historicae non exstant. 7) Hirsch, Annal. p. 50. 8) Ex. gr. sub a. 1067. 81. 96. 98, quantus exercitus fuerit, dicunt, quod nunquam antea (cf. a. 1002. 17. etc. 1045. etc.) factum est. 9) Cf. infra p. 1410 n. **, 1412 n. l. 10) De recensionibus postea, ut videtur, a. 1078. et 1098. confectis vide infra p. 1396 sq., 1398 sq. Ea divisio, quam Weinreich, De conditione Ital. inf. p. 84. 85, Peregrinii verba (Ser. abb. Cassin. p. 98) non recte intelligens, proposuit (a. 1000—1033. 34—88. 89—1152), est plane inutilis. Quando recensiones annalium nobis traditae singulae ortae sint, infra p. 1400 sq. dicam. 11) Vide infra p. 1410 n. **. 12) Annal. p. 56 sq. 51; 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 110. 13) Scilicet tales notitias, quales infra p. 1402 n. 12 memoravi. 14) Leonem scilicet ex fonte deperdito, quem 'Papstt. u. Kaisert.' p. 279 sq. erui, duos alios ex Catalogo pontificum Romanorum atque imperatorum Italo infra p. 1402 sq. citato. 15) Vide supra p. 1388 n. 28. 16) Annales p. 52 sq.; 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 111. 17) Cf. infra p. 1408. 18) Infra sub a. 1075. 1090. 95—97. 19) Cf. supra p. 1385 sq.

paulo amputatas[1], *ab a.* 1064—1098, *certe quod attinet ad novam rec. A*[2], *ita, ut primitus legebantur, semper fere nobis tradiderint. Iam in priore parte saeculi testis gravis historiae Italiae inferioris, ex. gr. adventus Normannorum, qui primi ibi apparuerunt (v. sub a.* 1000), *et expeditionum imperatorum Germaniae (v. sub a.* 1038. 1047 *etc.), quippe qui plerumque aut monasterii Casinensis ipsius aut, in quo situm erat, principatus Capuani gratia accesserint, in posteriore pluris etiam faciendi sunt, ubi non solum de progressu expugnationis Normannicae*[3], *sed etiam de pontificibus Romanis atque pugna, quae Gregorio VII. papae cum Heinrico IV. rege de Roma orta esset, rettulerint. Notum est de hac re Desiderio abbati Montis Casini eminentissimo (*1058—87), *qui in omni actione atque administratione rei publicae florebat*[4], *Gregorium ipsum scripsisse*[5] *ac deinde ecclesiam S. Mariae de Pallaria Romanam una cum deversorio quodam illo tempore abbatis conventusque Casinensis fuisse*[6]. *Quid mirum, quod noster res Romae gestas, praecipue Heinrici IV. expeditiones, bene noverat ac tempora quidem accurate indicavit (sub a.* 1075. 1081—84) *simulque, cum abbas eius tum papae studeret*[7], *regi et Clementi III. antipapae non amicum se ostendit? Porro dies vitae supremi abbatum S. Benedicti pontificumque Romanorum, imperatorum atque principum in annalibus nulla alia causa scilicet desunt*[7], *nisi quod in Necrologio, interdum in Kalendario quoque et in Martyrologio Casinensi, quorum quidque simul cum Ann. Casinensibus literis custoditum est*[8], *iam notati erant. Quot denique auctores historiarum Italiae medio aevo annales nostros vel deperditos pro fundamento posuerint, infra p.* 1401 *sq. dicendum erit.*

Nunc pervenimus ad aliquam rem, quae viris doctis negotium diu facessebat[9], *primum quod, quae certo anno acciderant, libri manuscripti annalium complures — nonnullis locis etiam quidam fontes ex Ann. Casin. deperditis derivati — saepissime, partim ut fere fit, cum praecedentis numero coniunxerunt*[10], *deinde alii itidemque fontes quidam derivati interdum sequenti demum*[11] *tribuerunt. Id modo, ut illud L. A. Muratori*[12], *ex calculo Pisano, quo auctor ipse nonnunquam usus esset*[13], *modo ex errore eius duxerunt*[14]. *Contra dico: Secundum stilum Pisanum hic nullus numerus computatur propterea, quod primum octo numerorum annorum uno maiorum quattuor, sc. annorum* 1000. 1011. 50. 67, *illo explicari non possunt, deinde ii, qui ceteros, sc. annorum* 1022.[15] 25. 34. 62, *excipiunt, itidem stilo Pisano reputati non sunt, ita ut de his quattuor solis, rarissime igitur, adhibitus esse debuerit.*[16] *Re vera autem reliquam habemus tantum, quam praepropere Ferd. Hirsch Casinensibus solam attribuit*[17], *vulgarem rationem nostram atque eam, quae annum a die festo nati Christi incipit quamque se semel quidem adhibuisse Ann. Casinenses ipsi sub a.* 1075. *verbis attestantur*[18]: MLXXV. [ind.] XIII. Termino huius anni, id est ipsa nocte natalis Domini . . . *Itaque nisi, quae in vetustissimo exemplo exstabant, iam non recte notata fuisse vis*[19], *uterque modus supputandi maxima in parte quibusdam librariorum mendis explicari oportet, utpote quae in tabulis paschalibus frequenter inveniantur*[20]. *Quod attinet ad secundum hicque ad notitias sub a.* 1000. 1011. 1025. 1067. *perperam*

1) Eos notitias antiquas ex libidine additamentis auxisse Peregrinius l. c. p. 100 (cf. etiam Capasso-Mastrojanni l. c. p. 68) — excepto eo, quod sub a. 1084 recensio C de Gregorio VII. addidit (infra p. 1423 n. 8) — non recte putavit. 2) De auctoritate diversa singularum recensionum cf. infra p. 1400 sq. 3) Notitiis a. 1078 (rec. B) et 1097 (rec. A) nemo iam usus est. 4) G. Schwartz supra p. 1112; M. Manitius, 'Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters' III (Münch. 1931) p. 75. 76 sq. 5) Cf. infra p. 1419 n. 7, 1421 n. 8. 6) Vide postremo D. A. Wilmart, 'La Trinité des Scots à Rome et les notes du Vat. Lat. 378', 'Revue Bénédictine' XLI (1929), 222 sqq. 7) Desiderio eiusque amico Richardo principe Capuano solis exceptis, cf. sub a. 1087. 1078. 8) Vide infra p. 1393 sq., 1396 sqq. 9) Ex. gr. Scheffer-Boichorst, 'Forsch. z. dt. Gesch. IX, 385 sq. 387. 388, de cuius errore cf. supra p. 1389. 10) Exempla multa apud A. di Meo, 'Annali critico-diplomatici del regno di Napoli della mezzana età' (Napoli 1795—1819) IX, 35. 11) Vide infra. Immerito di Meo VI, 311 — secum (VI, 325) pugnans — dixit *in questo codice* (sc. C 1 β) *vi è costante la posposizione di un anno*, vide tamen infra p. 1392 n. 6. 12) Rer. Italic. Scriptores V, 137. 13) Di Meo VII, 46. 80. 101 et de Ann. Casinensibus (a. 1016) et de Leonis Chronicae Casin. locis cum illis consentientibus (a. 1022. 1025), porro 'Apparato cronologico agli annali del regno di Napoli' (Nap. 1785) p. 8 atque Pertz, SS. III, 186 de Ann. Cavensium notis sub a. 1034. 1067. ex Ann. Casin. deperditis haustis. 14) Hirsch, Annales p. 58 sq. de Leonis Chron. Casin. (a. 1025). H. Hinrichs, 'Die Datierung in d. Geschichtsschreibung des 11. Jahrhs.', 'M. I. Ö. G.' VII. 'Erg.-Bd.' (1907), 613 sqq. 633. 636 nos hic plane destituit. 15) De hoc vide infra p. 1411 n. 12. 16) Etiam in chartis, quae ab abbatibus Casinensibus, praecipue in monasterio ipso, datae sunt, stilum Pisanum non inveni, vide ex. gr. Gattola, Hist. I, 325 (1005 Dec.), 74 (1062 Jul.), 135 et Access. I, 233 (1115 Aug.). 17) L. c. p. 59. 18) Idem Pertz l. c. de Ann. Cavensibus dixit, qui verba supra sequentia ex Casinensibus deperditis mutuati sunt. Ceteroquin inferior quoque Italia hoc stilo usa est (H. Grotefend, 'Taschenbuch d. Zeitrechnung d. dt. MA. . . .'[6], Hann. 1928, p. 13). 19) Hoc — quod re vera Weinreich, De condilione Ital. inf. p. 85 opinatus est (cf. Hirsch l. c. p. 60) — inopia loci in Ann. Casinatibus, Cod. Casin. nr. 3 p. 137, accidit, vide infra sub a. 1001. 20) Wattenbach, 'G. Q.' I[7], 155 sq.;

positas, est notabile spatium marginis tabulae antiquissimae, quod his in veritate sub a. 999. 1010. 1024. *et — in parte —* 1066. *tribuendum erat, iam alias, aut sub isdem annis (*1010. 1066*) aut antea praecedentes (sub a.* 998.[1] 1022*) atque suum spatium ipsum multo egredientes, occupare debuisse, ita ut scriba, sive signum non vidit, sive auctor id non fecerat, annos sequentes, sub quibus illas propterea positas animadverteret, facile veros habere posset. De ceteris numeris annorum supradictis, quorum duos alio modo explicari licet*[2]*, satis habeas librarios codicum vetustissimorum, i. e. A* 1, *B* 1 a, *C* 1 *α, ut infra videbimus, primum notitias supra, secundum iuxta schema, tertium sub schemate tabulae paschalis posuisse, duos ergo ordinem in fonte servatum permutasse, qua in re errores evitari non potuerunt. Quod magis licebit, si nunc illum primum modum supputandi perpenderimus.*

Huius sane rei est alia ratio. Ecce enim ex monachis, quibus exempla annalium medii aevi debemus, unus, quod rarum est, indicavit, quid esset, quapropter ipse aliique librarii res gestas tam saepe anno praecedenti ascripsissent. Liber manuscriptus s. XII. ex. — XIII, infra p. 1399 *C* 1 *γ significatus, Ann. Casinenses posteriores ab a.* 1128 *(*1129*) —* 1212. *eo modo excerptos continet, ut librarius in utraque columna primo numeros — non accuratius significatos — annorum incarnationis, indictionum, epactarum ceterorumque, quae in tabula paschali ab eo adhibita exstabant, minio, deinde in linea cuiuslibet anni sub his numeris exarata notas atramento nigro scriberet. Annum* 1187 *(*88*), usque ad quem numeri annorum semper veris uno minores sunt, nactus dicit in p.* 530: Usque modo anni dominice incarnationis et indictiones et cetera, que debuerunt nigre scripture preponi, fuerunt postposita. Dehinc vero recte *(sic!)* tramite preponuntur anni Domini et cetera[3]. *Quae verba in exemplis a librario descriptis usque ad a.* 1188. *aliter, atque in eorum apographo (C* 1 *γ), primo res narratas, deinde demum tempora definita fuisse significant, quo primum intelligitur illum, cum ipse permutato ordine scribere coepisset. res a.* 1129. *gestas perperam anno* 1128. *omnesque notitias usque ad a.* 1188. *semper anno praecedenti attribuisse, porro eadem causa effectum fuisse, ut scribae codicum B* 1 a *et C* 1 *α annalium nostrorum ut fere fit, alter enim de a.* 1005. 14—22. 30. 37—47. 52. 62. 76—78.[4] 81—84, *alter de a.* 1005. 30. 35—1154. *et praeterea Iohannes Berardus, Chronico suo Casauriensi excerpta ex illis inserens*[5]*, eodem modo laberentur*[6] *utque etiam fontium aliorum ex Ann. Casinensibus deperditis haustorum — praecipue de rebus a.* 1097—99. *gestis — unus et item alter tempora male ordinaret*[7].

Ann. Casinensium, qui textum annalium deperditorum posteris tradiderunt, sex codicibus, quos Pertz adhibuit vel citavit, alios sex — ac tres quidem incertos, ubi sint — addere potuimus, ita ut in universum duodecim, quorum unus recensionem A, duo recensionem B (antea I), novem recensionem C (antea II) continent aut continebant, nunc enumerare debeamus[8]*:*

Recensio A.

A 1 = *Codex Parisiensis bibliothecae Mazarineae* 364 *(olim* 759*) membran., 332 fol. min., totus fere ab una manu scriptura Beneventana s. XI. ex. vel XII. in.*[9] *pulcherrime exaratus et magnificentissime exornatus*[10] *(in apparatu critico infra p.* 1408 *sqq. = 'C.'), Psalterium liturgicum*[11]

H. Schnoertmann, 'Die Glaubwürdigkeit von Ostertafeln im Lichte der sogen. Annales Corbeienses' (diss. Münster i. W. 1915) p. 11. 26. 27; Bertolini, 'Bull. ist. stor. ital.' 42, p. 62 sq.

1) Cf. infra p. 1408 n. *. 2) Cf. p. 1411 n. 12, p. 1417 n. 10. 3) Quae minus accurate palam fecerunt Peregrinius l. c. p. 48. 99, Gattola, 'Accessiones II, 822; cf. etiam di Meo, 'Annali' VI, 325. IX, 35 et Weinreich l. c. p. 84. Pertz autem, SS. XIX, 304. 309 n. b, de hac re nihil nisi scribam apud a. 1188. errorem suum correxisse dicit. 4) Sc. de notitia sola nunc sub a. 1077. neque de ea sub a. 1078. ipso exstante. 5) Vide infra p. 1402. 6) Etiam scriba codicis C 1 *β* hodie deperditi primitus itidem de annis errasse videtur, cf. infra p. 1398. 7) Vide apparatum ad annos supradictos et Hirsch, Annales p. 59 sq. 8) Quorum notae novae quomodo prioribus respondeant, infra p. 1400 dicam. 9) Loew (Lowe), 'Benev. Script' p. 357; Script. Benev. tab. LXXIX. 10) A. Molinier, 'Catalogue des manuscrits de la bibliothèque Mazarine' I (Par. 1885), 132 sq.; Lowe, Script. Benev. l. c., qui ibi et initio operis p. [II] specimina scripturae picturarumque dedit. A. Boeckler, 'Abendländische Miniaturen bis z. Ausgang d. roman. Zeit' (Berl.-Leipz. 1930, Tabulae in usum scholarum ed. ab Joh. Lietzmann) p. 75. 104 sane codicis picturam iis, qui sub Desiderio abbate confecti sunt, multo inferiorem esse contendit. 11) Ita A. Wilmart, 'Les prières de saint Pierre Damien pour l'adoration de la croix', 'Revue des sciences religieuses' IX (1929), 514 et n. 4 rectius quam Molinier l. c., P. Batiffol, 'Note sur un bréviaire cassinésien du XI^e^ siècle', 'Mélanges Iulien Havet' (Par. 1895) p. 201—209 et 'Histoire du bréviaire romain'[3] (ib. 1911) p. 286 n. 3 et p. 210 n. 3 atque P. Suitb. Bäumer, 'Geschichte des Breviers' (Freib. i. B. 1895) p. 601 n. 2; J. Mearns,

servavit, quod sequentia antecedunt: f. 1—3′ *Isidori Chronica minora, quorum initium Bedae 'De temporibus libri' principium ducit*[1], *amputata et continuata Catalogo imperatorum orientis usque ad Alexium I (*1081—1118*) — annis regiminis eius nondum indicatis — pertinente*[2]*; f.* 4—6 *Catalogus pontificum Casinensis usque ad Paschalem II. scriptus, cuius antecessorumque annos pontificatus ab Gregorio VII. omisit*[3]*; f.* 6′. *Catalogus abbatum Casinensium*[4] *usque ad Oderisium I (*1087—1105*) pertendens, quem oratio quoque quaedam f.* 136′*sq. memorat*[5] *et pro quo ipso codex fortasse scriptus est*[6]*, annis regiminum non nisi usque ad Desiderium eius antecessorem indicatis*[7]*; f.* 7—8′ *Annales nostri, de quibus statim latius dicendum est, ab a.* 1000 *(*999*). usque ad a.* 1098. *pertinentes*[7]*, numeris annorum usque ad a.* 1139. *productis*[8]*; f.* 9—14 *Kalendarium Casinense*[9]. *Librum post Paschalem II. electum (*1099, *Aug.* 13*) et ante Oderisium I. abbatem mortuum (*1105, *Dec.* 2*) confectum esse inter omnes constat*[10]*, sed eo, quod dedicatio Casinensis ecclesiae S. Stephani die* 5. *Novembris a.* 1103. *facta*[11] *in Kalendario, aliter atque in eo codicum B* 1 a *et C* 1 *β*[12]*, nondum occurrit*[13]*, codicem iam ante hunc diem scriptum esse apparet. Cuius porro in textu annalium cum, ut de lunae defectu d.* 5. *Iunii a.* 1099. *facto et Urbano II. papa d.* 29. *Iulii huius anni mortuo notitiae in recensione C traditae, ita ea de Paschale II. electo nondum legantur, easdem in exemplari a librario codicis A* 1 *expilato (X) nondum exstitisse statuendum est. Itaque hoc paulo post ignem caelestem d.* 27. *Septembris a.* 1098. *visum, quod postremum factum ille annotaverit, inceptum circiterque exeuntem a.* 1099, *postquam Paschalis proxime electus in Catalogo pontificum additus fuit, finitum esse videtur.*

* *Quod attinet ad institutionem generalem notitiarum annalium singularum, anni quini triceni (ex. gr.* 1000—1034*) totidem lineas uniuscuiusque paginae occupant. Illas apud annos* 1030. 1034. *a dextra, apud a.* 1064. *a sinistra iuxta schema tabulae paschalis Bedanae*[14]*, ceteris locis super hoc positas vel coeptas vides, ita ut — tribus annis exceptis — inter lineas stent aut saltem incipiant. Schema autem, propter formam foliorum parvam de quattuor columnis deminutum, numeros annorum, indictionum, concurrentium, epactarum tantum continet. Notitias usque ad a.* 1071. *totumque schema unus librarius, illas ab a.* 1073, *unde atramenti color mutatur — a.* 1072. *vacat —, alius exarasse videtur*[15]. *Quos igitur res statim, ut acciderant, primos litteris custodivisse*[16] *nego, quia usque ad a.* 1071. *et rursus ab a.* 1073. *notitiae singulae uno tenore scriptae atque non solum usque ad a.* 1063. *ex Ann. Casin. deperditis excerptae (supra p.* 1390*), sed etiam postea nonnullis locis decurtatae sunt*[17]. *Quin etiam cum, quae annales (rec. A. C) fontesque alii ex illis derivati sub a.* 1075. *ac praecipue a.* 1095. *inter se plerumque congruentes referunt, Chronicae Casinensis continuatione isdem verbis, sed uberius tradita, itaque hic ab continuatione Annalium Casinensium deperditorum ipsa descripta esse atque ad extremum, ab quo et codex noster et omnino tres annalium recensiones et fontes supradicti — Chronicae Casinensis continuatione excepta — recedunt, exemplar sub a.* 1087. *interpunctione quadam falsa contaminatum esse debuisse videas (infra p.* 1424 *rec. B, n. c), fieri*

'The Canticles of the Christian Church Eastern and Western in Early and Medieval Times' (Cambr. 1914) p. 52. 85. Partes psalterii aliquas Edm. Martène, De antiquis monachorum ritibus libri quinque I (Lugd. 1690) 49sq., passim (cf. praefatio p. [IV]), M. Prou, 'Manuel de paléographie latine et française' 4 (Par. 1924) p. 76sq., Wilmart l. c. p. 518sq. 'Prières pour la communion en deux psautiers du Mont-Cassin', Ephemerides liturgicae XLIII (n. ser. III, 1929), 322—325 lucubrationem dederunt.

1) Cf. P. Lejay, 'Notes latines' V, 'Revue de philol.' 'n. s.' XVIII (1894), 43 n. 4. 2) Batiffol, 'Mélanges Havet' p. 208. Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 526. Vide infra p. 1420 (A) n. *. 3) Holder-Egger l. c., qui catalogum ib. p. 547—555 — hoc codice numero 1 significato — edidit. 4) Cf. infra p. 1394 n. 9. 5) Lowe tab. LXXIX. 6) Wilmart, 'Revue des sciences religieuses' IX, 514sq.; Ephemerides liturgicae XLIII, 322. 7) Errore G. Waitz, 'N. Archiv' VI (1881), 495: ab a. 759, Molinier, 'Catalogue' p. 132: ad a. 1097. itidemque Lowe l. c. Etiam cf. Batiffol l. c. p. 208sq.; K. Hampe, 'N. Archiv' XXIII (1898), 378sq. 649; Holder-Egger ib. XXVI, 526; Bresslau ib. XLII (1921), 453sq. 8) Causam vidisti supra p. 1390. 9) Molinier l. c. Batiffol p. 201sqq. Edidit Lejay, 'Rev. de philol.' 'n. s.' XVIII, 44—50 (cod. M), cf. etiam Loew 'Kalendarien' p. 77. 10) Cf. postremo Loew (Lowe), 'Benev. Script' p. 357; Script. Benev. l. c. 11) Vide infra p. 1395. 12) Ib. Biblioth. Casin. IV, 131. 13) Vide 'Rev. de philol.' 'n. s.' XVIII, 50. 14) De quo apud viros doctos supra citatos nihil invenire mirum est. 15) Hoc v. d. J. Ramackers, cum v. d. C. Erdmann summatim consentiens, mihi rettulit, cum Batiffol l. c. p. 208sq. codicem totum, notitias annalium igitur omnes ab eodem librario scriptas esse contendisset. Immo sententiae nostrae porro adiumento est — quod itidem Ramackers animadvertit — librarium has, si spatio carebat, ante a. 1073 (sub a. 1022. 38. 67) iuxta numeros anni, indictionis etc., econtra post (sub a. 1075. 81. 83 etc.) semper supra in linea anni praecedentis continuasse. 16) Ut Batiffol l. c. p. 208 putavit. 17) Supra p. 1390 et infra.

non potuit, quin hoc non continuationis Annalium Casinensium deperditorum exemplum primum, sed istius apographum tantum[1] *(X) idque non tam schema, quam notitias iam paululum per se amputans fuerit, quod, postquam ad a.* 1098. *pervenisset, librarii codicis A* 1 *paulo plus, econtra, ii codicis B* 1a *— annum* 1084, *deinde* 1087, *denique* 1104. *nacti (v. infra) — multo plus amputantes expilaverint.*

Recensio B.

B 1a = *Codex Romanus Vaticanus Urbinas Lat.* 585, *membran.* 262 *fol. min., scriptura Beneventana a compluribus scribis*[2] *s. XII.*[3] *magnifice exaratus et exornatus*[4] *(in apparatu critico infra p.* 1408 *sqq. = 'c.'), psalterium liturgicum iam codice A* 1 *traditum continet*[5] *et antea ibidem: f.* 3 *(1) Isidori Chronica minora et decurtata et interpolata*[6], *quae f.* 5′ *(3′) Catalogus imperatorum Graecorum usque ad Alexium I. — annis regiminis huius nondum indicatis — pertinens*[7] *continuavit, f.* 6′ *(4′) Catalogum pontificum Casinensem usque ad Paschalem II. uno tenore scriptum*[8]*; f.* 8′ *Catalogum abbatum monasterii s. Benedicti*[9]*; f.* 14 *(12) Kalendarium istius*[10] *et antea f.* 9′ *(7′)—12′ (10′) annales nostros ab a.* 1000 *(999),*[11] *usque ad a.* 1167. *pertinentes, numeris solis usque ad a.* 1244. *productis*[12]. *Non solum scriptura ac pictura, mensuris foliorum atque institutione generali eorum, quae continent*[13]. *sed etiam modo, quo Ann. Casinenses ipsi transscripti sunt, codici A* 1 *paululo anteriori*[14] *noster simillimus est, qui etiam in unaquaque pagina triginta quinque lineas ad totidem annos (*1000—1034., 1035—1069. *etc.) spectantes et schema tabulae paschalis Bedanae decurtatum habeat, tantum quod ipse — foliorum forma paululo maiore*[15] *— columnam quintam (*initium paschae, *i. e. dies dominicae festivitatis*[16]*) retinuerit. At negligendum non est in codice nostro numeros annorum saepissime uno minores*[17] *eque uno maioribus, indictionum interdum ex uno minoribus correctos et notitias ipsas in lineis singulis a dextra iuxta illos positas inveniri. Schema, saltem usque ad a.* 1104, *duabus manibus, quarum secunda dies paschae inde ab a.* 1085. *exaravit, econtra notitias ipsas ab aliis scriptas esse v. cl. P. Kehr, qui codicem ante me evolvit, primus animadvertit. Istae quattuor distingui possunt, quarum prima — ac librarii quidem, qui parum diligenter legemque grammaticam negligens verba descripsit — ab a.* 1000, *secunda sub a.* 1087, *tertia ab a.* 1097. *usque ad a.* 1104. *res, denique quarta, ut mihi persuasum est, ab a.* 1105.[18] *usque ad a.* 1110, *ubi notitiae desint, schema solum, post, ab a.* 1111[19], *res quoque scripsit*[20].

Cum Catalogus pontificum Paschalem II. (el. 1099. *Aug.* 13*) atque Catalogus abbatum Oderi-*

1) Praeter Ann. Casinenses ipsos — et quos F. Hirsch deperditos esse demonstraverat (cf. supra p. 1386) — alia eorum exemplaria prius exstitisse iam Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 539 sq. cognoverat, cf. etiam Hirsch, 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 111. 2) Non uno (Bethmann, 'Archiv' XII, 264), vide infra. 3) Ita Pertz SS. XIX, 303; 'Gött. gel. Anz.' 1866 p. 333; C. Stornajolo, Biblioth. apostol. Vatic. codices manuscripti . . . Codd. Urbinates lat. II (Romae 1912), 88. Minus recte Th. Mommsen, MG. Auct. ant. XI, 413 (saec. XI) et Bethmann l. c. (s. XI. ex.). Etiam vide infra. 4) Bethmann, 'Archiv' XII, 265. Lowe, Script. Benev. tab. LXXX, etiam LXXIX. Tamen vide A. Boeckler, 'Abendländische Miniaturen bis z. Ausgang d. romanischen Zeit' p. 103. 5) H. Ehrensberger, Libri liturgici biblioth. apostol. Vat. manuscripti (Friburg. Brisg. 1897) p. 310 sq. B. Albers, 'Ein Papstkatalog d. XI. Jahrh.', 'Röm. Quartalschr.' XV (1901), 103 sqq. Mearns, 'The Canticles' p. 52. 86. Wilmart, Ephemerides liturgicae XLIII, 322 n. 1—3 et 'Rev. des sciences religieuses' IX, p. 515 n. 2, p. 516 n. 2, qui hic p. 518 sq. parvam partem Psalterii edidit. Ca. a. 1500 in f. 1 *psalterium longobardum* scriptum est (Lowe l. c. tab. LXXX). 6) F. Arevalo, S. Isidori Hispalensis . . . opera omnia II (Romae 1797), 390; cf. supra p. 1393. 7) Ib. Hanc catalogi recensionem, cuius finem infra p. 1420 (B) n. * dabimus, vel aliam expilavit Chronicon Vulturnense (ed. V. Federici) I, 60 sqq. 8) Ed. Albers, 'Röm. Quartalschr.' XV, 105—114. 9) Diversus ab alio in MG. SS. rer. Langob. (1878) p. 489 edito (cf. infra p. 1401 n. 5, 1410 n. 2) et ab eo, quem Leo Chronicae Casinensi praeposuit (SS. VII, 576 sq. cod. 1), ita ut eundem catalogi nostri auctorem esse Albers l. c. p. 105 immerito statuerit. 10) Albers l. c. p. 103. 104. Lowe l. c. 11) *Ab anno* 1 perperam Stornajolo l. c. 12) Folium sequens excisum est. 13) Lowe, Script Benev. tab. LXXIX. 14) Vide infra p. 1400 sq. 15) 212×148 mm., contra 208×137 mm. in codice A 1. Lowe l. c. tab. LXXIX sq. 16) Vide infra p. 1410 rec. A. n. *. 17) Cf. supra p. 1392. 18) Inde non solum atramentum clarius apparet, sed etiam lineas paulo plus distantes ideoque, ut in omni pagina etiam deinceps res gestae annorum XXXV continerentur, scripturam paene usque ad eius marginem inferiorem ductam habes, ceterum vide n. seq. 19) Et litteris quidem maioribus minusque latis quam sub a. 1097, 1098, 1100 (de a. 1104 vide infra p. 1395 n. 7) et notis, quae in uniuscuiusque anni fine interpungendi causa sunt factae (de hoc signo cf. Loew, 'Benev. Script' p. 228 sqq. 233 sq.), tenuioribus. 20) Aliter Bethmann, 'Archiv' XII, 264 sq., Pertz l. c., quem ipsum codicem non perscrutatum Capasso-Mastrojanni, 'Fonti' p. 68 et Chalandon, 'Hist. de la domin. norm.' I, p. XXX secuti sunt, Stornajolo l. c.

sium I. († 1105. Dec. 2) nondum, ut apud Desiderium huius antecessorem, indicantes, quot annis gubernaverint, postremos commemorent, codicem inter a. 1099. et 1105. exaratum esse omnium est opinio[1]. *Sed Kalendarium, quod Loew eidem tempori attribuit*[2], *librarius post diem 5. Novembris a. demum 1103. scripsit, quo die dedicationem ecclesiae S. Stephani Casinensis, quae in illo notata invenitur*[3], *factam esse constat*[4]. *Cui rei optime convenit, quod manus recentior, quarta scilicet, quae annales usque ad a. 1167. continuavit, ab a. 1105. demum coepit et notitia anni 1104 pertinens ad S. Dominici Sorani ecclesiae dedicationem*[5], *quae d. 22. Augusti huius anni evenerat*[6], *iam a tertia manu scripta esse videtur*[7]. *Ideo non dubito, quin pars annalium prior (usque ad a. 1104) in codice nostro inter dies 22. Augusti a. 1104. et 2. Decembris 1105. confecta sit atque in monasterio quidem s. Benedicti, quod scripturam et ornamenta quaeque continet, indicare constat*[8], *tamen, ut Lowe (Loew) opinatur, non pro hoc ipso, sed pro alio monasterio ord. s. Benedicti, ubi s. Lucia, cuius nomen librarius eminentius fecit, coleretur*[9]. *Re vera ita intelligimus primum, quamobrem is solus verba Ann. Casinensium deperditorum* hunc montem *(sub a. 1005) sive Catalogi abbatum* huius cenobii Casinensis[10] *in* Mons Casinus *(sub a. 1004) sive* Casinensis cenobii *(f. 8') commutaverit*[11], *deinde, quamobrem Annalium continuatio ab a. 1111. usque ad a. 1167, ac sine anticipatione quidem unius anni consuta, pertinens, quod nemo adhuc cognovit, ex alio quodam fonte sumpta sit.*

Quae notitiae ex hac parte Ann. Casinensium recensioni C continuatae — unicae, quae praeterea hanc partem tradidit — aut omnino desunt[12] *aut ab ista verbis longe discrepant, illinc omnes semper fere — etiam in errore*[13] *— consonae, modo, praecipue quod attinet ad descriptiones temporum, uberiores in Annalibus Ceccanensibus reperiuntur*[14], *qui ipsi partim ex Ann. Casinensibus deperditis*[15], *partim — iam ab a. 1088. — ex Annalibus Casae Marii vicinae deperditis hauserunt*[16]. *Si igitur apud nostrum monasterii s. Benedicti nullam protinus mentionem facientem contra ecclesiam Cisterciensium Casae Marii, cuius de rebus gestis recensio C continuata nihil refert, a. 1151. dedicatam esse legis*[17], *fieri non potuit, quin is, quod Hirsch hanc notitiam negligens iniuria negavit*[18], *Ann. Casinensium continuationem ex Ann. Ceccanensibus hic quoque idem diemque dedicationis tradentibus excerperet*[19], *quippe qui extra Montem Casinum in monasterio supradicto s. Luciae dedicato, quo codicem interim venisse oportet, post a. 1167, quin etiam post a. 1217.*[15] *scripsisse existimandus sit.*

Denique de exemplis, quibus auctor partis prioris (usque ad a. 1104) usus est, haec dicenda sunt: Cum Catalogus pontificum ab eo usque ad Paschalem II. productus apud Alexandrum II. postremum annos quidem universos regiminis indicet, sed apud Gregorium VII. ipsum, qui annis XII mense I diebus III sederat, a(nnis) V m(ensibus) — d(iebus) — *notet*[20], *id a catalogo quodam post finem quinti anni Gregorii, sc. post d. 23. Aprilis anni 1078. exarato descriptum esse apparet, cuius librarius exemplo anteriore et ad Alexandrum II. solum pertinente*[21] *usus, quamdiu successor quoque vivens adhuc ecclesiam gubernasset, ita significare voluit*[22]. *Non solum haec nota, sed etiam altera in Annalibus sub eodem anno 1078. posita et in codicibus A 1. C 1 β*[1] *eadem duo opuscula continentibus et in omnibus fontibus simul ex Catalogo pontificum Annalibusque Casin. deperditis*

1) Albers l. c. p. 105. Loew (Lowe) l. c. p. 367; Script. Benev. l. c. 2) 'Kalendarien aus Monte Cassino' p. 83. 3) fol. 19: *Nonis Novembris. Dedicatio ecclesiarum sancti Stephani et sancte Agathe.* 4) Chron. Casin. contin. IV, 23, SS. VII, 772. 5) SS. XIX, 306. 6) Annales Ceccanenses, ib. p. 281 — et ipsi Annalibus Casinensibus deperditis usi, cf. n. 12 —, Jaffé-L. I, p. 717. 7) Hodie pars eius maxima deleta est. 8) Albers l. c. p. 103. Lowe, Script. Benev. l. c., ubi sane Ferdinandum Hirsch, 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 105, ignoravit, qui originem codicis Casinensem negaverat, vide statim in textu. 9) L. c. 10) Cod. 5 f. 9' apud S. Benedictum. 11) Nota quoque codicem B 1a in eiusdem Catalogi titulo *Incipit catalogus abbatum monasterii Casinensis* ante postque verbum *monasterii* spatium nimis magnum habere, unde librarium rursus *huius* omisisse appareat. 12) Sane supradicta quoque anni 1104, quam tamen ex Ann. Casin. deperditis pendere patet, vide textum sub a. 1031. 13) Pertz SS. XIX, 276 n. 3. 14) Cf. Hirsch, 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 109. 15) Cf. supra n. 6. 12; infra p. 1403. 1402 n. 8. 16) Pertz SS. XIX, 275; 'Gött. gel. Anz.' 1866 p. 331; Hirsch l. c. p. 111. 17) SS. XIX, 307. 18) L. c. p. 110. 19) Non vice versa, ut Pertz SS. XIX, 276 n. 3 et p. 285 ad a. 1162. 1167. opinatus est; vide Hirsch l. c. p. 109 sq. 20) Albers, 'Röm. Quartalschr.' XV, 114. Hoc Ludowicum Duchesne, 'Serge III et Jean XI', in 'Mélanges d'archéol. et d'hist.' XXXIII (1913), 31. 44 effugit. In dissertatione 'Le Liber Pontificalis aux mains des Guibertistes et des Pierléonistes', ib. XXXVIII (1920), 172 n. 1 nostram catalogi recensionem non memoravit. 21) Duchesne, 'Mél. d'archéol.' XXXIII, 31. Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 547. 22) Modo simili Catalogus pontificum Pomposianus de Gregorio VII. scripsit *sedit annos IX* (ed. Duchesne l. c. p. 64), unde Duchesne hoc a. 1082. notatum esse recte collegit (l. c. p. 56; ib. XXXVIII, 172 n. 1).

haustis[1] *deest*[2]. *Qua de re exemplum Annalium nostrum itidem a quodam apud a.* 1077 *(* = 1078*). desinente, i. e. Ann. Casinensibus deperditis hunc demum annum nactis, per aliud (B* 1*), cuius librarius*[3] *tum notas ambas per se addiderit, simulque a continuatione Annalium deperditorum in codice X usque ad a.* 1104. *producta*[4] *repeti videtur.*

B 1*α* = *Codex Romanus Vaticanus Reginensis Lat.* 378, *chart., Laurentii Alex. Zaccagnii, custodis bibliothecae apostolicae primarii (†* 1712*)*[5] studio, opera et manu collectus atque depictus[6], *deinde Ios. Sim. Assemano custodi bibliothecae secundo legatus, qui librum a.* 1734. *bibliothecae Vaticanae donavit, a.* 1711, *ut videtur, inceptus*[7], *post a.* 1724.[8] *finitus est. Continet inter Annales Barenses aliaque multa*[9] *f.* 338—339 *dextra textum recensionis C Annalium Casinensium — duntaxat usque ad a.* 1098 *(*1099*) —, ex Muratorii editione*[10] *haustum, a quodam Assemani librario*[11], *sinistra textum recensionis B* 1 a *usque ad a.* 1167. *quidem, sed non prorsus Zaccagnio ipso auctore*[11] *descriptum. Tamen hoc apographum et, cum in B* 1 a *nota sub a.* 1033. *exarata hodie omnino fere deleta sit, et eo pretium habet, quod cuiusdam codicis incerti, ubi sit, de quo infra p.* 1400 *sub C* 1*b dicendum est, reliquias parvas nobis conservavit*[12].

Recensio C.

C 1*α* = *Codex Casinas* 47, *olim* 62 *(intus* 1020*), membr.,* 640 *paginarum in folio, scriptura Beneventana s. XII. pulchre exaratus atque exornatus*[13], *cuius secunda parte primitus ad alium librum pertinente p.* 57—550 *Martyrologium Casinense*[14] *et p.* 551—621 *Necrologium Casinense*[15] *conservata sunt*[16], *prima praeter alia idem monasterium spectantia p.* 22—36 *Annales nostros ab a.* 1000 *(*999*)—*1152 *(*53*) una manu scriptos*[17] *atque inde ab a.* 1035. *perperam cum anno praecedente (*1034. *etc.) semper coniunctos*[18] *continet. Quibus insunt, tabulae paschales cum octo columnis* — anni Domini, indictiones, concurrentes, epacte, terminus septuagesime, initium septuagesime, terminus pasche, initium pasche *inscriptis*[19] — *foliorum latitudinem totam occupent, librarius annales ipsos semper in ea linea ponebat, quae numeros annorum, indictionum etc. ad illos pertinentes sequebatur*[20]. *Opus nunc apud a.* 1152 *(*53*) mediis in verbis desinit, non quo* amanuensis . . . inchoatum . . . imperfectum reliquit[21], *sed quod cetera et nota a.* 1153 *(*54*), ut etiam ex cod. C* 1*a*[1] *ab hoc descripto colligi potest, folio proximo amisso periisse videntur*[22].

Quod apud plurimos invenitur, spatium temporis a. 1159—73[23], *inter quos codex exaratus esse dicitur, non valet nisi in scriptura Martyrologii, Necrologii ceterorumque primo ab Annalibus separatorum*[24]. *Porro a cod. B* 1 a, *unde textus Annalium noster haustus esse putabatur*[25], *iste omnino*

1) Vide infra p. 1401 sq. 2) Infra sub a. 1078 (rec. B). 3) Iam hunc ordinem in Ann. Casin. deperditis verisimiliter exstantem, sc. notas historicas aut super aut ante suos annorum, indictionum etc. numeros scriptas (v. supra p. 1393), male intellexisse ideoque res gestas, ut alioquin (v. supra p. 1392), ita anni quoque 1078 antecedenti, i. e. 1077, ascripsisse, econtra *prelium de Cappelli* a se adiunctum sub a. 1078. recte annotasse puto. 4) Supra p. 1394. 5) De hoc vide Ios. Cozza-Luzi, Novae patrum bibliothecae ab Ang. card. Maio collectae X, 1 (Romae 1905) App. II, 401. 6) Cf. etiam B. Dudík, O. S. B., Iter Romanum (Wien 1855) I, 169. 7) F. 339′: Zaccagnii iussu *collegit hec instrumenta et compingi fecit et scripsit Ios. Sim. Assemanus . . . . anno domini 1711 mense Maio.* 8) Vide infra et n. 10. 9) Cf. Bethmann, 'Archiv' XII, 278. 10) Rer. Ital. SS. V (1724), 55 sqq. 11) Ita v. cl. Giov. Mercati bibliothecae Vaticanae praefectus benigne me edocuit. 12) Annotationum criticarum, quas Zaccagnius editionem Annalium novam, ut patet, praeparans ad notitias annorum 1001. 25. 78. 87. protulit, utpote levium, nullam rationem haberi licuit. 13) Bethmann, 'Archiv' XII, 499. Biblioth. Casin. II, 18 sqq. Codicum Casin. catal. I, 1 p. 61. Lowe, Script. Benev. tab. LXXXVIII. Immerito Gattola (Gattula), Accessiones II, 823. 824 et Historia abbatiae Cassin. (Venetiis 1733) II, 915 hunc codicem iussu Desiderii abbatis (1058—87) confectum esse volvit, cum Pertz, 'Archiv' V, 112. et SS. XIX, 303, quem Capasso-Mastrojanni, 'Fonti' p. 69 n. 1 secuti sunt, eum saec. XIII. in. vel XII. ex. attribuerit. 14) Cuius partem Muratori, SS. rer. Ital. VII, 935 sqq. luci dedit. 15) Ed. Gattola, Access. II, 850 sqq. Eae Necrologii notae, quas infra sub textu Annalium dabimus, non inveniuntur in fragmentis cuiusdam vetustioris necrologii, quae D. M. Inguanez, 'Frammenti di un Necrologio Cassinese del secolo XI', 'Miscellanea Cassinese' 11 (1932), 19—24 edidit. 16) Lowe l. c., cum Biblioth. Casin. II 18 Necrologium parti primae attribuerit. 17) Bethmann l. c. 18) Quae Pertz l. c. de hac re protulit — SS. XIX, 306 nota m librarium numerum uno **maiorem** posuisse errore dixit —, Capasso-Mastrojanni l. c. textui ab a. 1030—1154. lacunam inesse male intellexerunt. 19) Cf. Gattola l. c. p. 822. 20) Pertz, 'Archiv' V, 112. 21) Biblioth. Casin. II, 20; cf. F. Hirsch, 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 112. 22) Pertz l. c. et SS. XIX, 303, qui tamen p. 305 textum primo usque ad a. 1152. pertinuisse perperam dixit, et Bethmann l. c. 23) Regulae s. Benedicti traditio . . . cura et studio monachorum in archicoenobio Casinensi degentium (Montiscas. 1900) p. XVII. Loew (Lowe), 'Benev. Script' p. 342; Script. Benev. l. c. Codicum Casin. catal. l. c. Vide infra p. 1398 n. 18. 24) Vide supra et n. 16. 25) Pertz, 'Gött. gel. Anz.' 1866 p. 333. 334; SS. XIX, 303. Capasso-Mastrojanni l. c.

abest[1]. *Immo vero ex alio quodam codice (C* 1a*) fluxit, quem nunc deperditum et a recensionis C*[2] *archetypo itidem deperdito (C* 1*), quodque annos* 1067 *(*1066*)—*1098. *spectat, iam amputato*[3]*, descriptum primitus usque ad a.* 1139. *pertinuisse et ex cod. X*[4] *usque ad a.* 1154. *continuato supplet-tum fuisse oportet. Ex nostro, qui illius codicis C* 1a *notas saltem usque ad a.* 1098. *pertinentes omnes fere totque, quot codex C* 1*β (et C* 1*β*[1]*), servavit, pendet:*

C 1*a*[1] = *Textus, quem* Chronologiam auctore Alberico *Casinensi appellatum primus Muratorius a.* 1724 ex schedis manuscriptis Constantini Caietani abbatis olim Benedictini *(*1560—1650*)*[5] *luci dedit*[6]. *Apographum partim mendosum Caietani*[7] *a.* 1601. *et* 1602. *Montis Casini commorati*[8]*, cum in bibliotheca Alexandrina Romana inter libros manuscriptos multos ab eo relictos reperiri non potuerit*[9]*, deperditum habendum est*[10]. *Ubi Ann. Casinenses ab a.* 1000 *(*999*)—*1154. *legebantur, usque ad a.* 1089 *(*90*) a textu codicis C* 1a *minime discrepantes*[11] *numeris annorum ab a.* 1035. *usque ad a.* 1150 *(*51*). itidem uno minoribus (*1034. *etc.). Econtra quidam inde ab a.* 1090 *(*91*). usque ad a.* 1145 *(*46*). verbis annalium complura additamenta inseruit, quae quidem — ceterum a nonnullis in suspicionem vocata*[12] *— supra in SS. tomo XIX,* 307—309. 304 *litteris obliquis excusa sunt, sed propterea, quod nihil eorum ab aliis Ann. Casinensium codicibus vel ullis fontibus ex Ann. Casinensibus deperditis mutuatis susceptum legis*[13]*, nunquam ex istis fluxisse possunt*[14] *ideoque editionem nostram non contingunt. In errore igitur versabantur Pertz*[15] *et alii*[16] *Ann. Casinensium recensionem C totam aut partem eius ab eodem Alberico II.*[17] *monacho Casinensi scriptam esse volentes, quem Caietanus illius textus auctorem significatum invenit*[18]*. Vero Albericum a.* 1100. *aut* 1101. *demum natum*[19] *nihil aliud nisi additamenta supradicta ultimumque ca. a.* 1125. *componere potuisse patet.*

Ceterum quod Caietanus textum se ex codice manu exarato literis Langobardicis et signato in bibliotheca Casinensi num. 62, alias 1020, *sumpsisse contendit*[20]*, Gattola indice librorum manuscriptorum Casinensium a.* 1605. *confecto nisus optime obiecit hanc signaturam iam tum codicis nunc* 47 *(i. e. nostri C* 1*α) fuisse*[20] *istumque semper eadem, nihil igitur illorum additamentorum continuisse*[21]*, quae quin aliunde hausta, nisi Caietanus*[22]*, alius quidam apographo eius inseruerit, mihi non dubium est.*

C 1*β* = *Codex Casinas* 199 *(int.* 960*)*[23]*, membr., s. XII, ut videtur, scriptura Beneventana exaratus*[24]*, post a.* 1282.[25] *continuatus*[26], aut in sex primis huius *(sc. XIX)* saeculi lustris[27] *aut iam* in Gallorum direptione mense Maii 1779 male deperditus *est*[28]*, cuius tamen descriptione pretiosissima forte fortuna ab I. Baptista Friderico Casinensi († a.* 1800.*)*[29] *relicta et in Biblioth. Casin.*

1) Cf. infra p. 1400. 2) Quam nisi iam ca. a. 1125, at ca. a. 1139, saltem exstitisse necesse est (vide infra p. 1401, supra p. 1388. 1390). De istius codicum affiliatione iam Peregrinius, Ser. abbat. Cassin. p. 99, sed minus clare opinatus est, cf. etiam supra p. 1389 n. 9. 3) Vide supra p. 1388. 1390. 4) Supra p. 1393. 5) D. M. Armellini, Bibliotheca Benedictino-Casinensis (Assisii 1731—32) I, 123. 124. 6) SS. rer. Ital. V, 137—143, quam editionem Gius. del Re, 'Cronisti e scrittori napoletani. Storia della monarchia' I (Nap. 1845), [565]—569 repetivit, alio codice, quod Potthast, Bibl.[2] I, 58 indicat, omnino non usus, cf. p. 459 sq. 7) Pertz, SS. XIX, 304. 8) Cf. Gattola, Access. II 823 sq. et infra p. 1399. 9) Codices 91, 99, 102 v. d. G. Erdmann me petente a. 1926. frustra perscrutatus est; de aliis vide H. Narducci, Catalogus codd. mss. praeter orientales, qui in bibliotheca Alexandrina Romae adservantur (Romae 1877) p. 136 sq. 160. 10) De Caietani libris manuscriptis vide praeterea Armellini l. c. I, 129 sqq. et Addi. tiones et correctiones biblioth. Bened.-Casin. (Fulginei 1735) p. 31 sqq.; Gelasio Caetani, Domus Caietana I, I (Sancasciano Val di Pesa 1927) p. 34 sq. 11) Cf. Weinreich, De conditione Ital. inf. p. 84 n. 2. 12) Gattola l. c. II, 824. Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 539 n. 4. 13) Gattola II, 823. 14) Quod F. Hirsch, Annales p. 53 non cognovit. 15) SS. XIX, 305. 'Gött. gel. Anz.' 1866 p. 884. 16) Ex gr. G. Mazzuchelli, 'Gli scrittori d'Italia' I, 1 (Brescia 1753), p. 290 sq.; Biblioth. Casin. I, p. XXVII. 17) Non I., 'Breviarii de dictamine' auctore, ut Potthast l. c. dixit. De utroque vide A. Lauri, 'Dei due Alberici da Settefrati monaci di Montecassino', 'Riv. stor. Bened.' VI (1911), 208—220, de secundo praeterea Ant. Mirra, 'La visione di Alberico', 'Miscellanea Cassinese' 11 (1932), 84 sqq. 18) Muratori, Script. V, 140 sub a. 1100. Pertz, SS. XIX, 304. 19) Muratori l. c. p. 137; vide etiam infra p. 1399. 20) Cf. supra p. 1396. 21) Gattola II, 823 sq., quem Pertz l. c. non recte intellexit. 22) Gattola II, 824. 23) Codd. Casin. catal. I, 2 (1928), p. 287. 24) Biblioth. Casin. IV, 128. Loew, 'Benev. Script' p. 346. Codd. Casin. catal. l. c. 25) Vide infra p. 1398. 26) Econtra Gattola, Access. II, 823 (cf. etiam Hist. II, 526), quem Pertz, SS. XIX, 304 et A. M. Caplet, Regesti Bernardi I. abbatis Casin. fragmenta . . . (Romae 1890) p. CXIV n. 114 secuti sunt, codicem totum non prius confectum esse voluit, vide infra p. 1398 n. 15. 27) Caplet l. c. Etiam Bethmann codicem, quem Pertz a. 1822. in Montis Casini monasterio reperire non potuerat ('Archiv' V, 112), D. Rafaeli Sagarrigae commodatum neque ab hoc redditum esse indicat (ib. XII, 501). 28) Ita Biblioth. Casin. l. c. I, p. XXVII; Loew l. c. 29) Biblioth. Casin. I, p. XLVIII. XL.

IV, 123—134 *laudata*[1] *aliisque supplenda nitil possumus. Qua teste eadem continuit ac codices A* 1 *et B* 1 a, *Psalterium scilicet liturgicum*[2] *et antea f.* 87 *Isidori Chronica minora, subiecto Catalogo imperatorum Graecorum usque ad Alexium I. pertinente*[3], *f.* 91 *Catalogum pontificum Casinensem, f.* 95' *Catalogum abbatum monasterii S. Benedicti*[4], *f.* 110 *Kalendarium istius*[5], *quod ab f.* 97 *Annales nostri*[6] *inde ab a.* 1000[7] *(999)*—1195. *producti antecedebant. Hi quoque tabulae paschali Bedanae, octo columnis, ut in C* 1*α, constanti inerant*[8] *ac eodem quidem modo, quo illio et in C* 1*β*[9] *ex nostro derivato, sub numeris cuiuslibet anni, indictionis etc. positi fuisse videntur. Prava unius anni anticipatione codicis C* 1*α hic textus carebat*, quippe qui recentius nec inepte fuerit ut plurimum castigatus, sicut frequentes in eo rasurae locisque, quibus oportuit, nova superinducta scriptura demonstrant[10].

Ex eo, quod f. 133 *Psalterio incipiente* famulum tuum abbatem nostrum Raynaldum quaesumus *legebatur*[11] *et in Catalogo abbatum usque ad Bernardum I (1263—82)*[12] *producto — postea usque ad Ismardum (ca. a. 1314)*[13] *continuato*[14] *— atramentum scripturae usque ad Raynaldum II (1137—66) aequabile inde ab huius successore mutatum est*[15], *auctores Bibliothecae Casinensis Fridericum secuti codicem Raynaldo II. abbate exaratum esse coegerunt*[16], *qua cum sententia Catalogus quoque pontificum, cuius Eugenius III (1145—53) postremus — annis regiminis non indicatis*[17] *— fuit, et Kalendarium tardissime a.* 1173. *finitum re vera*[18] *bene conveniunt. Sed qui usque ad a.* 1195. *pertinent, Annalium librarium num itidem inter illos annos alius subierit, nemo dixit; si aliter res se habet atque codex deperditus Annales uno tenore scriptos continebat, fieri non potuit, quin primum eius partes etiam vetustiores s. XII. demum exeunte, econtra liber itidem deperditus (C* 1a*), ex quo noster una cum C* 1*α penderet, Raynaldo abbate a Sigenulfo confectus*[19], *deinde, cum C* 1a *usque ad a.* 1154 *tantum pertineret*[20], *noster alio (X) interim usque ad a.* 1195. *continuato suppletus sit. Textum enim nostrum ex C* 1*α plurimum cum eo congruente, etsi paululum pleniore, non ipso pendere eo apparet, quod sub a.* 1000. *et* 1001 *(= 1031) res in illo non exstantes refert.*

Ab codice C 1*β pendet*[21].

C 1*β*[1] *= Codex Berolinensis Lat. in quarto* 296, *membr.*, 24 *tantum foliorum, s. XV. exaratus*[22], *qui a.* 1859. *Londinii ex Comitis Guilelmi Libri bibliotheca acquisitus est*[23]. *Quo partes Psalterii liturgici Casinensis solum profanae*[24] *servatae eademque manu, ut videtur, Italica*[25] *exaratae sunt, quae sequuntur, scilicet f.* 1—4' *Isidori Chronica minora, Catalogo imperatorum Graecorum aucta*[26], *f.* 5—9 *Catalogus pontificum Casinensis*[27] *usque ad Eugenium III. pertendens, annis ponti-*

1) Hoc neque Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 527 n. 3, neque Loew, 'Kalendarien' p. 83 n. 3 animadverterunt. 2) Ed. in parte Gattola, Hist. II, 525—532. 3) Vide infra p. 1421 n. **. 4) Huius catalogi, quo iam Peregrinius, Scr. abbat. Cassin. p. 69, passim usus erat, apographum recentius habes in codice quodam Casinate, quem secutus nuper D. M. Inguanez, 'Chronologia degli abati Cassinesi del secolo XIII.', in Casinensia (1929) II, 412. 410 partem luci dedit. 5) Ed. Biblioth. Casin. IV, 129—131. 6) Qui titulo exteriore (ib. p. 123) itidemque apud B. de Montfaucon, Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova I (Parisiis 1739), 223 *Chronica Casinensis* significati sunt. 7) 1006 non recte Holder-Egger l. c. 8) Gattola, Access. II, 822. 9) Vide supra p. 1396; infra p. 1399. 10) Peregrinius l. c. p. 98, cf. ib. p. 99. 48 et Gattola II, 822, qui haec verba non impugnans iteravit. 11) Biblioth. Casin. IV, 132. 12) Inguanez in Casinensia II, 433 sqq. 13) Pertz SS. XIX, 304, cuius calculum (cf. ib. p. 305 n. 5) etiam, si seriei abbatum saeculi XIII. ab Inguanez (Casinensia II, 449) correctae rationem habuisti, affirmatum invenies. Lugano, 'L'Ital. bened.' p. 66 tempus regiminis Ismardi non indicat. 14) Minus recte Holder-Egger, cf. infra n. 21. 15) Biblioth. Casin. IV, 123. Gattola autem nihil aliud viderat, nisi Catalogum usque ad Bernardum l. minio, deinde atramento signatum fuisse (cf. supra p. 1397 n. 26). 16) Biblioth. Casin. l. c. 17) Vide infra sub codice C 1 β^1. 18) Ut in Martyrologio codicis C 1 α (supra p. 1396), ita etiam in hoc Kalendario sub d. 29. Decembris recentissima manus nomen Thomae Cantuariensis archiepiscopi addiderat (Biblioth. Casin. IV, 131), qui a. 1173. sanctus factus est. 19) Oratione Psalterii quadam teste, Biblioth. Casin. IV, 123. 132. 20) Cf. supra p. 1397. 21) Sane non per alium quendam, ut Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 526 n. 6 collegisse debet, qui Catalogum abbatum in C 1 β usque ad a. c. 1270 tantum productum fuisse putavit (ib. p. 527 n. 3). 22) Holder-Egger ib. p. 485 n. 4, p. 526 n. 6. Econtra 'Catalogue of the extraordinary collection of splendid manuscripts . . . formed by M. Guglielmo Libri' (Lond. 1859) p. 220 nr. 984 saeculo XIV. et Pertz l. c. annis 1314—1315 codicem errore attribuerunt. 23) 'Catalogue of the collection Libri' l. c. Pertz, SS. XIX, 308. 24) Vide supra, Pertz l. c. p. 304 sq. Holder-Egger, 'N. Archiv' XXVI, 526 sq. 25) 'Catalogue of the collection Libri' l. c. 26) Ibid. utrumque opus *Temporum descriptio a creatione mundi* inedita appellatum est, cf. ib. p. XXIX *une chronique du Mont Cassin en partie inédite*. 27) Hunc (ibid. *Chronicon pontificum*) ed. Holder-Egger l. c. p. 547—555, ubi hunc codicem numero 2 signavit.

ficatus tamen ab Gregorio VII. praetermissis, f. 9′—10 Catalogus abbatum monasterii s. Benedicti, cui ab Raynaldo I (1137) usque ad Dominicum (1171—74) anni regiminum desunt, usque ad Ismardum (ca. a. 1314)[1] *continuatus*[2]*, denique f. 10′—24 Annales Casinenses ab a. 1000 (999) —1195, qui semper, ut in C 1 α, in lineis sub numeris annorum etc. octo columnis tabulae paschalis Bedanae usque ad a. 1189. inscriptis annotati sunt*[3]*. Librarius codicis ordinem verborum codicis C 1 β saepius invertit alioque modo, sane solum, quod spectat ad scribendi genus legemque grammaticam, textum commutavit, praeterea de indictionis numero atque die paschae semel per errorem lapsus est, qui per annos multos continuabatur*[4].

***C* 1 γ** *= Cod. Casinas* 450 *(olim* 851*), membr., 536 paginarum in folio, scriptura Beneventana s. XII. ex. vel XIII. in. exaratus*[5]*, cuius verborum littera prima simillime atque in codice C* 1 α *est exornata*[6]*, primum Leonis Ostiensis Chronicae Casinensis recensionem II., ut dicitur, cum continuatione, quam Petrus Diaconus sibi adscripsit*[7]*, ac deinde p. 521—535′ earum manuum, quibus Chronica scripta est, prima scriptos Annales Casinenses*[8] *ab a. 1128 (29). usque ad 1212. continet, cuius finis folio evulso amissus est*[9]*. Qui in duabus columnis ita annotati sunt, ut in lineis super notitias ductis numeros non solum annorum, sed etiam — certe ab a. 1128. usque ad a. 1133. — indictionum, concurrentium ceterorumque legas*[10]*, quae omnia in octo columnis tabularum paschalium inveniuntur*[11]*. Notitias ipsas, quod attinet ad a. 1128 (29)—1153 (54), ita, ut eas codicis C 1 β, non a codice C 1 α*[12]*, sed a deperdito C* 1a *descriptas esse varietate verborum quorundam (ex. gr. sub a. 1139. 40. 42. 43) apparet; sequentes usque ad a. 1182. itidem ex codicis X continuatione haustae esse videntur, cum reliqua (usque ad a. 1212.) alius confecerit*[13]*. Codicem minus Annalium textu, quippe qui a saeculo demum duodecimo incipiat, non dienum ab editione nostra puto, quam annotatione quadam a librario sub a. 1188. facta, qua intelligimus, quamobrem is quoque res adhuc semper sub anno praecedente rettulerit*[10].

***C* 1 γ**[1] *= Codex Romanus S. Gregorio C* 4 *(olim* 727*), membr., fol. min., s. XV., qui Venetiis in monasterio S. Michaelis Muriani fuerat*[14]*, nunc incertus, ubi sit*[15]*. Quas continebat, notae breves Casinenses a G. Schwartz appellatae*[16] *et adhuc a Gattola solo luci datae*[17] *nihil aliud sunt nisi pauca ab a. 1138 (39) usque ad a. 1186 (87) excerpta ex Ann. Casinensibus, quos auctor codice C* 1 γ*, ut patet, usus numeris annorum plerumque uno veris minoribus valde amputavit et commutavit.*

Porro ab eodem C 1 γ *pendet:*

***C* 1 γ**[2] *= Codex* 1059[18] *bibl. universitatis Paduanae, qui ex monasterio S. Georgii maioris Veneto illuc translatus est, chart., in folio min., manibus duabus s. XVII. in. scriptus. Quo inter textus Chronicae Leonis Casinensis duos, quorum primum etiam pars continuationis (l. IV, c. 1—67) sequitur*[19]*, in f. 173—178′ Ann. Casinenses ab a. 1153 (54). usque ad a. 1212. conservati sunt. Initium sumunt haec verba Const. Caietani*[20]*, qui f. 178′ textum se Montis Casini mense Octobris a.* 1602. *confecisse dicit:* In fine manuscripti longae[21] Chronicae Leonis Ostiensis et Petri Diaconi . . . habetur Chronologia quaedam Longobardicis[22] literis manuscripta ab a. 1128. ad a. 1212 *(i. e. Ann. Casin. codicis C* 1 γ*)*, sed cum sit eadem cum nostra *(i. e. cod. C* 1 α[1]*)*, quam exscripsimus ex bibliotheca Casinensi *(i. e. ex cod. C* 1 α*)*, mutuati sumus ab ea, quae desunt *(sc. in nostra)* post a. 1153.

1) *usque ad obitum Simardi . . a . .* 1287 perperam 'Catalogue Libri' l. c. 2) Novem seriei postremos habes SS. XIX, 305 n. 5. 3) Hoc in 'Catalogue Libri' p. 221 verbis *a perpetual chronological series of events, arranged in a peculiar manner* significatum est. 4) Cf. infra p. 1409 n. m. 5) Lowe (Loew), Script. Benev. tab. C; 'Benev. Script' p. 351. Smidt in: 'Papsttum u. Kaisertum' p. 264 n. 9. 6) Lowe, Script. Benev. l. c. 7) Wattenbach, SS. VII, 556 sq. 844 nota a. Bethmann, 'Archiv' XII, 509. Smidt in: 'Brackmann-Festschr.' p. 306 et infra p. 1401. 8) Wattenbach SS. VII, 844 nota a. 9) Gattola II, 822. Pertz, 'Archiv' V, 112; SS. XIX, 320. 10) Vide supra p. 1392. 11) Supra p. 1396. 12) Ita di Meo, 'Annali' VI, 325. 13) Quod Pertz SS. XIX, 304 (cf. 'Gött. gel. Anz.' 1866 p. 338) dixit res ab a. 1183 alium 'scriptorem' annotasse (cf. Chalandon, 'Domin. norm.' I. p. XXX sq.), non de scriptura, quam commutatam servidere non posse D. M. Inguanez benigne ad me scripserit, sed de verborum tenore intelligendum est, vide Gattola, Access. II, 823. 14) Bethmann, 'Archiv' XII, 400 sq.; G. Schwartz supra p. 1115 sq. 15) Smidt in 'Papstt. u. Kaisert.' p. 266. Schwartz supra p. 1116. 16) Ib. 17) Hist. II, 881 in epistola, quam Franciscus, praelector coenobii S. Michaelis Muriani, ad eum miserat, cf. ib. p. 879, etiam Bethmann, 'Archiv' XII, 401, cum I. B. Mittarelli, Biblioth. codd. mss. monasterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum (Venetiis 1779) p. 42 sqq. notas non memoraverit. 18) Bethmann l. c. p. 669 sub numero 1049. 19) Smidt in 'Papstt. u. Kaisert.' p. 265 et in 'Brackmann-Festschr.' p. 306. 20) Cf. supra p. 1397. 21) *log* cod., cf. n. sq. 22) *logobardicis* cod.

C 1*δ*. *δ*[1]: *Codex quidam, quem Z appellamus, tardissime s. XVI. exaratus, utpote iam ab Onufrio Panvinio (1530—1568) adhibitus, ipse deperditus esse videtur. Cuius apographum vel excerpta, quae ille vir doctissimus*[1] *confeceral*[2] *(C* 1 *δ), ego a.* 1925. *Romae moratus atque volumina multa*[3] *perscrutatus in schedis ab eo relictis, inde ab a.* 1592. *partim in Bibliotheca, partim in Archivo Vaticano asservatis*[4] *itidem frustra pro! quaesivi*[5]. *Quamobrem nihil codicis novimus nisi lectiones variantes textus Ann. Casinensium ad a.* 1025. 42. 84. 90. 91. 95. 99 *attinentes, quas a L. Bethmann*[6] *non memoratas in supradicto codice B* 1*α, i. e. Romano Vaticano Reginensi Lat.* 378 *(s. XVIII. in.)*[7] *f.* 338—339 *inveni. Ibi tres primas apographo codicis B* 1 a, *econtra quattuor postremas, sine dubio propterea solum, quod notitiae, quas spectant, in hoc desunt, textui recensionis C Muratoriano a Laur. Zaccagnio insertas*[8] *(C* 1*δ*[1]*) vides, quas se* in Panvini schedis *legisse ait*[9]. *Et quod notitia anni* 1099, *quae in recensionum A et B codicibus desideratur, in cod. C* 1 *δ exstabat, et lectiones ipsae — praecipue sub a.* 1084. 95. *atque corruptela a.* 1042 — *hunc in neutra, sed in rec. C ducendum esse demonstrant, quacum eum etiam, cum Zaccagnius illas sub numeris annorum falsis amborum textuum supradictorum posuerit*[10] *neque fontem suum annos recte significasse dixerit, istam pravam unius anni*[11] *anticipationem commune habuisse persuasum habeo. Immo ille codex, ut ex lectionibus notitiarum annorum* 1091. 99, *fortasse et a.* 1095, *apparet, tenorem recensionis C non totum, sed nonnullis verbis omissis susceperat; coepit, ut videtur, ab a.* 1000[9].

Significationes codicum supradictorum[12] *eis, quae in SS. tomo XIX. occurrunt, ita respondent:*

Apud nos:	*Apud Pertzium:*	*Apud nos:*	*Apud Pertzium:*	*Apud nos:*	*Apud Pertzium:*
A 1	—	*C* 1*α*[1]	2[b]	*C* 1*γ*[1]	—
B 1*a*	1	*C* 1*β*	4	*C* 1*γ*[2]	—
B 1*α*	—	*C* 1*β*[1]	5.	*C* 1*δ*	—
C 1*α*	2	*C* 1*γ*	3	*C* 1*δ*[1]	—

Trium recensionum, quarum quaeque notitias conservavit, quae in duabus aliis non reperiuntur, plenissima, quod attinet ad numerum illarum tabulaeque schema paschalis, tertia est, minime plena et iusta secunda. Quam successiones abbatum Casinensium atque — Alexandro solo excepto — pontificum Romanorum nulla alia causa omisisse patet, nisi quod catalogi abbatum et pontificum in eodem codice annales Casinenses antecedunt. In annalium parte priore (— a. 1063), *ubi eodem modo, quo fontes derivati, a compilatione a.* 1064. *confecta recedunt*[13], *tenor eorum, quae tres omnes continent, plane fere congruit*[14]; *posterior (a.* 1064—98) *textus duos diversos ostendit*[15], *alterum saepe — interdum valde — amputatum etiamque mutatum, quem recensione C, alterum uberiorem, cuius adhuc partem minorem notis quibusdam recensionis B*[16], *maiorem Ann. Cavensibus aliisque fontibus ex Ann. Casinensibus deperditis derivatis noveramus quemque recensio A primum hic edita tradidit*[16], *et hunc uberiorem, ut fere fit, eundem atque annalium antiquorum fuisse, sane locis paucis et ipsum paulo amputatum esse fontes derivati*[17] *demonstrant, quorum unus et item alter tum illorum verba ita, ut notata erant, conservaverit*[18]. *Magni porro recensionem A aestimamus propterea, quod codex, quo solo istam accepimus, notitias nonnullas vel lectiones adhuc ignotas continet (v. sub a.* 1097. 98. 95), *quod anticipatione unius anni continua recensioni B partimque C inhaerente caret (v. supra p.* 1392) *quodque, cum, ut verisimile est, a.* 1098—99. *orta sit, trium est*

1) Cf. postremo O. Hartig, 'Des Onuphrius Panvinius Sammlung von Papstbildnissen . . .', 'Hist. Jahrb.' XXXVIII (1917), 284 sqq. 2) Fortasse mense Septembri a. 1568, quando in monasterio Montis Casini degebat, vide P. D. A. Perini, 'Onofrio Panvinio e le sue opere' (Roma 1899) p. 26 sq. 3) Quorum codices Vat. lat. 6783 f. 205, Arch. Vat. lat. 12117 (Misc. arm. XI, 34) f. 8 et nr. 12535 (Misc. arm. XV, 128) f. 146', passim non pauca ex Leonis Ostiensis Chron. Casinensi eiusque continuatione excerpta continent. 4) P. Kehr, 'Diplomatische Miszellen IV. Die Scheden des Panvinius', 'Gött. Nachr.' 1901 p. 1 sqq. 5) Itidem in Catal. codd. lat. bibl. regiae Monacensis[2] III, 1 (Mon. 1892), 33 sqq., 35 sq. Apud L.-G. Pelissier, 'Catalogue des manuscrits de Panvini', 'Revue des bibliothèques' I (1891), 193 legitur: 48. *Cassinensis de viris illustribus.* 6) 'Archiv' XII, 278. 7) Cf. supra p. 1396. 8) Cf. ib. n. 11. 9) F. 388 ad a. 1001: *In Panvini schedis refertur ad annum* MII, *ut apud Caracciolum*, quae postea expunxit; f. 389 ad a. 1089 (1090): *Panvini schede ad annum* MLXXXVIII *referunt.* 10) Sc. sub a. 1041. 83. 89 etc. 11) Vel etiam duorum, vide supra n. 9. 12) *Cod. Borr.* ad Ann. Casinenses a. 1210 a Pratillo, Historia principum Langobardorum IV (Neap. 1753), 129 n. * citatum, de quo neque apud hunc falsarium neque apud alios quidquam inveni, eum ipsum confinxisse patet, vide infra p. 1410 n. 5. 7. 13) Cf. supra p. 1390. 14) Inter se magis non discrepant quam codex recensionis C. alius ab alio. 15) Quarum Hirsch 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 107. 104 sq. non satis rationem duxit. 16) Sane notitiis de bello sacro prorsus omissis, vide sub a. 1096—98. 17) Habes infra p. 1401 sq. 18) Ex. gr. sub a. 1075. 90. 95.

vetustissima, aetate paulo superior recensione B, cuius codicem (B 1a) librarius inter a. 1104. *et* 1105. *confecit, non mediocriter recensione C, quae non prius quam a.* 1154. *ad tempus finita est*[1].

Auctores medii aevi multi, imprimis in ipso monasterio S. Benedicti, cuius in tabulis paschalibus annales a monachis legerentur, alter antiquos, alter deperditos, alter nostrorum textus deperditos adhibuerunt[2], *primus Amatus in Historia Normannorum inter a. ca.* 1075. *et* 1080. *conscripta*[3], *quo anno aut quo die nonnullae res factae essent, eos secutus indicavit*[4], *itidemque, qui Catalogum abbatum a.* 1087. *Desiderio mortuo ad tempus finivit*[5], *et Leo Ostiensis († 1115) primum, ut mihi videtur, inter a.* 1094. *et ca.* 1098.[6] *in Narratione celeberrimae consecrationis et dedicationis ecclesiae Casinensis*[7], *deinde, quod adhuc iterum incompertum, sed non dubium est, in Kalendario suo*[8] *nondum edito*[9], *inter a.* 1094. *et* 1105. *exarato*[10], *cuius numeri annorum diebus mortis multis Casinensium abbatum aliorumque aut dedicationis ecclesiarum ab a.* 1010. *usque ad a.* 1094. *ascripti*[11] *cum Ann. Casinensibus plane conveniant*[12]. *Praeterea in Leonis Chronica monasterii Casinensis, inprimis eius autographo*[13], *inter a. ca.* 1098—*ca.* 1101. *conscripto*[14] *(infra in apparatu 'Leo c. 1'), multi loci annalium nostrorum occurrunt, qui ibi sane — duobus exceptis*[15] *— cum horum tenore ad verbum nusquam consentiunt, sed interdum paulo uberius referunt*[16], *ut non satis mihi constet, auctorne textum Ann. Casinensium deperditorum breviorem amplificaverit an iam ipse pleniore antiquorum usus sit*[17]. *Quod extremum fecisse Petrus Diaconus habendus est, qui in chronicae autographo ('c. 1[b, c]') annalium excerptis Leonis correctis et, praecipue de annorum numeris, suppletis*[18] *etiam, quod gravissimum est, inde ab a.* 957. *notitias Ann. Casinensium antiquorum a nostris omissas, tenorem retinens, posteritati tradidit*[19]. *Itidem in Chronicae continuatione*[20] *('Chr. Cas. cont.'), quam omnino non totam Petrum Diaconum, ut is audacter contendit*[21], *sed usque ad ca. res a.* 1125. *gestas Guidonem presbyterum Casinensem composuisse illumque inter a. ca.* 1137. *et* 1144. *modo male interpolasse nuper demonstravi*[22], *loci non pauci*[23] *partim ex Annalibus deperditis ipsis*[24], *partim (ex. gr. ad a.* 1098*) ex nostrorum recensione C excerpti*[25] *inveniuntur.*

Extra quoque Montem Casinum multi saeculo XII. et XIII. Annalibus usi sunt, sane ab a. 1189. *demum, qui eos continuavit*[26], *Ryccardus de S. Germano*[27], *econtra iam prima eorum*

1) Silentio hic praetereo recensiones deperditas annorum 1078 (supra p. 1395 sq.), 1098 (ib. p. 1398 sq.), ca. 1125 et ca. 1139 (supra p. 1397 n. 2). 2) F. Hirsch, Annal. p. 54. 3) Cf. Smidt in 'Papsttum u. Kaisertum' p. 277 n. 8; econtra Manitius III, 449. 452. 4) Aliter Hirsch, 'Forsch. z. dt. Gesch.' VIII (1868), 229 sq.; G. Baist, ib. XXIV (1884), 280; vide ex. gr. infra p. 1408 n. 3, p. 1415 n. 11. 5) SS. rer. Langob. p. 489 (cf. supra p. 1494 n. 9; infra p. 1411 n. 2). Hic annorum 950, 986, 996 numeros fortasse ex Ann. Casinensibus antiquis mutuatus est, vide supra p. 1389 et ib. n. 22. Catalogi recensiones supra apud codices A 1, B 1a, C 1 β, C 1 β^1 memoratae annorum numeris carent. 6) Ita spatium a. 1094—1103. (Wattenbach, SS. VII, 555 et n. 48; Smidt, 'Brackmann-Festschr.' p. 314 n. 2) coartari licet, quod Leo hoc opusculum prius quam Chronicam Casinensem (v. infra) confecit. 7) Ed. Muratori, Script. V, 76 sqq. Manitius III, 549 eam *De consecratione ecclesiarum a Desiderio et Oderisio in Monte Casino aedificatarum* appellans verba solum Wattenbachii (SS. VII, 555) iteravit. 8) Cod. Vat. Borgianus Lat. 211, f. 1'—13, cuius apographum exstat in cod. Vat. Borg. Lat. 182, vide P. Fedele, 'Un codice autografo di Leone Ostiense . . .' 'Bull. Istit. stor. It.' XXXI (1910), 11 sqq. 14. Lowe l. c. tab. LXXVII. 9) Sed quae sub mensibus Septembri ac Decembri leguntur, eorum partem apud Fedele l. c. inter paginas 26 et 27 apudque Lowe l. c. depicta habes. Alias notas nuper Inguanez, 'Miscellanea Cassinese' 11 (1932) in annotationibus ad p. 19—24 luci dedit, cf. supra p. 1396 n. 15. 10) Fedele l. c. p. 16. Lowe l. c. 11) Id Kalendarium autem Casinense, quod in annalium codicibus A 1, B 1a, C 1 β animadvertimus, ut libri huius generis plurimi annorum numeros non continet. 12) Excepto a. 1094 (cf. infra p. 1426 n. 1), econtra mortem Heinrici II. imperatoris uterque etiam perperam anno 1025. assignavit. 13) Vide supra p. 1389 et n. 14. 14) Cf. Wattenbach, SS. VII, 553. Lowe tab. LXXVIII. Leidinger in Casinensia II, 367. Smidt, 'Brackmann-Festschr.' p. 320 sq. 320 n. 4. 15) Vide infra p. 1411 n. 9. 16) Ib. in apparatu rec. A sub a. 1016. 30. 34. 36. 42. 17) Id lectio varians sub a. 1025. fere indicare videtur. 18) Non solum locis infra p. 1410 n. *, 1412 n. 6, 1415 n. 11 citatis, sed etiam de rebus, quas nostri sub a. 1038. 53. 55. 57. referunt. 19) Vide supra p. 1389. Etiam qui in codice B 1a Catalogum pontificum Casinensem descripsit, Annalibus Casinensibus deperditis semel usus esse videtur, cf. infra p. 1426. 20) III, 35 sqq., SS. VII, 728 sqq.; vide Smidt, 'Brackmann-Festschr.' p. 316 n. 7. 21) Ib. p. 294 sq. Manitius III 547. 549 sq. 22) L. c. p. 306 sqq. 310 sq. 320 sq.; cf. P. Kehr, 'N. Archiv' XLIX (1932), 638 nr. 169. 23) Qui in SS. tomi VII. editione diu ante editionem Annalium Casinensium facta neque pleni neque omnes litteris minoribus significati sunt, ex. gr. III, 49. 50. 73. IV, 11. p. 738. 739. 753. 765. 24) Cf. supra p. 1388. Wattenbach, SS. VII, 573. Hirsch, Annal. p. 54. 59 sq.; 'Forsch. z. dt. Gesch.' VII, 111. 112. 25) Quod Hirsch, Annal. p. 54 omnino, 'Forsch.' VII, 111 de rebus s. XI. gestis immerito negavit. 26) A. Winkelmann, 'MIÖG.' XV (1894), 601. 27) Ed. G. H. Pertz, SS. XIX, 321. 324 sqq.

a) Tianensis *C* 1 *a; Teanensis Car.;* Pand. comitem Theani fec. princ. *C* 1 *β*[1]. b) absportavit *Car.* c) o. A. a. *tantum C* 1 *a. a*[1] *et Ceccan.* (Attinulfus). d) dō *C* 1 *β*[1]; dominus *G.* e) vi *om. Car., sed habebat — praeter C* 1 *a. β*[1]. *δ*[1] — *C* 1 *β (P.)* f) cepit *C* 1 *δ*[1]. g) princeps *om. C* 1 *β*[1], 1 *β (G.)* h) optinuit *C* 1 *a.* i) *sub a.* 1029. *C* 1 *a.* k) *sequentia, quae om. C* 1 *a, in C* 1 *β*[1] *et ed. exstant sub a.* 1001, *eandem indictionem habente, librarii cuiusdam errore, quem notam in margine interiore exemplaris annalium vetustioris scriptam ad paginam contrariam, ubi a.* 1001. *invenerit, traxisse P. p.* 101 *censet.* l) m. p. *C* 1 *β*[1]. m) ipsa *om. C* 1 *β*[1]. n) festiuit *C* 1 *a.* o) s *C* 1 *a.* p) *hinc notae semper anno praecedenti* (1034 *etc.) ascriptae C* 1 *a, Car. (vide supra p.* 1392); *itaque numeros annorum erro secundum C* 1 *β*[1] — *numeros a.* 1034—1037. *falsos (*MXXIIII *etc.) corrigens — et G. posui; indictiones vero ad illos pertinentes, utpote quas C* 1 *β*[1] *falsas (cf. p.* 1409 *n. m) atque G. omnino non praebeat, ex C* 1 *a, ubi suis cum annis consentiunt, hausisse potui.*

1) c. Pandulfo IV. Capuae iam mense Maii a. 1026. denuo regnante (Cod. dipl. Cajetanus, Tabularium Casinense t. I, Montis Casini 1887—91, P. I, 293 nr. 151) obsidionem, si calculi Leonis (vide supra rec. A. n. g) rationem habes, a. 1024. exeunte inceptam esse oportet, cf. Chalandon I, 71, qui Bresslau I, 176 n. 1 dubitantem refellit. 2) Cf. Ann. Benev. 2 ad a. 1028, 'Bull. Istit. stor. Ital.' 42, p. 133. Neapolim, perfugium Pandulfi V. Capua expulsi, Pandulfus IV. intra menses Sept. a. 1027. et Mart. a. 1028. intrasse videtur, cf. B. Capasso, Monumenta ad Neapolitani ducatus historiam pertinentia I (Napoli 1881, 'Società Napoletana di storia patria, Monumenti storici, ser. I[a], cronache') p. 131 et Chalandon I, 74 n. 3, 75 n. 1. 3) Peregrinius, Series abb. Cass. p. 102, de cuius sententia sane vide supra p. 1388 n. 20, et Capasso l. c. I, 131 sq., Leonis Chronica Casin. c. 1[b] (add. Petri Diaconi, cf. Rec. B n. g) nisi, in exemplo annalium primo *ann. II et mens. V.* scriptum fuisse censuerunt, quod nota numeri *II* secunda iam exoleta — potius: fere exoleta, quia Petrus hanc legere potuit — librarius quidam *ann. I* . . intellexisset. Neapolim mense Aprili a. 1029. adhuc a Pandulfo IV. obtentam (cf. Adenulfi comitis chartam apud Gattola, Ad hist. abb. Cass. access. I, 132) alii eodem anno (ex. gr. L. v. Heinemann, 'Gesch. d. Norm.' p. 349 sq.), alii anno 1029. vel 1030. (ita Bresslau II, 300) a Sergio IV. duce recuperatam esse volunt. 10) Schroeter l. c. p. 220 nr. 253. Annalium calculus ad 21. Februarii pertinet. 11) Cf. supra p. 1395 et Iohannis Vita et obitus beati Dominici c. 35, Anal. Boll. I (1882), 298 et n. 1: *XI. kal. Febr. anno . . 1031* (cod. 1 male ad a. 1101). Haec ex isto opere inter alia hauserunt et Albericus I. Casinensis, Vita sancti Dominici IV, 22, Acta SS. Iun. II (1643), 445 (vide Anal. Boll. I, 281) et — die praetermisso — Leonis Chron. Casin. c. 1[b] (add. Petri Diaconi) II, 59, SS. VII, 668. 12) Cf. Ann. Benev. 1 ad a. 1033. 34. et 2 ad a. 1033., 'Bull. Istit. stor. Ital.' 42 p. 134. De hora diei a Petro Diacono indicata (supra A n. 1) res recte se habet, vide F. K. Ginzel, 'Astronomische Untersuchungen über Finsternisse' II, 'Sitzungsber. d. math.-naturwiss. Cl. d. kaiserl. Akad. d. Wissensch.' LXXXVIII, II (Wien 1884), p. 682 sqq. 686 sq., qui annales nostros ignoravit, et Schroeter p. 35 nr. 101. 13) Leo Ost., Kalend. f. 6′: *III. nonas Iunii. Theobaldus sacerdos et abbas. Anno*

Recensio A.

MXXXVI.[a] [ind.] IIII. Sexto kalendas Februarii[b] Mons Vesubius eructavit[c] incendium[d] ita, ut[e] usque ad mare discurreret[e].

MXXXVIII. [ind.] VI. Chuonradus imperator[f.3] ingressus est Capuam vigilia[g] pentecostes et in die[h.4] coronatus[i.5]. Adenulfus[k] episcopus[l] reconciliatur[6]. Pandulfus[m] princeps exiliatur. Guaimarius[6a] fit princeps[7] et Richerius abbas[8].

MXXXVIIII. [ind.] VII.

MXLII. [ind.] X. Luna XV.[n] obscurata est per V horas VI[o] idus Ianuarii[9], cum nulla[p] nubes appareret in celo.

MXLV. [ind.] XIII. Richerius abbas eiecit Normannos[q] de terra sancti Benedicti[r.10].

MXLVII. [ind.] XV. Heinricus imperator venit Capuam[11] et reddidit eam Pandulfo principi iuniori[s.12].

Recensio B.

MXXXV. [ind.] III. *f. 8 (10)*

MXXXVI. [ind.][a]
Mons Vesubius eructavit[b] incendium ita, ut usque ad mare discurreret[2].

MXXXVII. [ind.] V.

MXXXVIII. [ind.] VI.

MXLI.[c] [ind.] VIIII. Luna XIII. obscurata est per V horas[d] V. idus Ianuarii[9], cum nulla nubes appareret in celo[e].

MXLIIII. [ind.] XII. Richerius abbas eiecit Normannos de terra sancti Benedicti[f.10].

MXLVI. [ind.] XIIII. Heinricus imperator venit Capuam[11] et reddidit eam Pandulfo[g] principi iuniori[12].

a) *at sub a.* 1037. *Breves, Cav., Rom.; etiam Leo c.* 1 *II,* 63, *ubi eruptionem* eodem .. quo ordinatus est *(sc. Basilius abbas)* anno *(=* 1036 *ca. mensem Iunii* — 1037, *cf. Peregrinius p.* 48 *sq.) inseruit.* b) k̄ f̄ *c.* c) eruct̄ *c.* d) incendium adeo maximum et insolitum, ut *Leo c.* 1, *l. c.* e) ut quasi flumen *add. Rom., cuius ex Chronico l. c., quo alibi quoque locis usa est, Cronaca Varignana Bononiensis ad a.* 1036 — *non ex Ann. Casin. ipsis aut Cav. solis hic ab editoribus adhibitis* — *suum* incendio che pareva uno fiume de fuoco *mutuata est (Corpus chronicorum Bononiensium, Muratori, Script. XVIII², P. I,* 1906—09, *p.* 456*).* f) inperator *c.* g) vig̃ *c.* h) die *Breves;* alia d, *Cav.;* altera d. *Leo c.* 1 *II,* 63. i) coron̄ *c.* k) adent *c.* l) *ita etiam Cav.* m) Pandt *c.* n) l. cum esset tertiadecima *Casinates, Leo c.* 1 *II,* 65. o) V *Casinates, Leo l. c., Cav., Rom.* p) nulla prorsus *Leo l. c.* q) Normañ *c.* r) Beñ *c.* s) *sic etiam Cav.*

a) *hinc usque ad a.* 1040 — *excepto a.* 1038 — *etiam Concurrentium numeri ex aliis correcti sunt c.* b) eruct̄ *c.* c) *ab a.* 1040. *usque ad a.* 1051. *rursus numeri annorum ex numeris uno maioribus (*MXLI *etc.) corr. c.* d) hor̄ *c.* e) clo *c.* f) beñ *c.* g) panduf̄ *c.*

Domini MXXXV. Hunc non a. 1036 (Wattenbach, SS. VII, 669 et n. 48), sed re vera a. 1035 (ita Lugano, 'L'Ital. bened.' p. 64) obiisse calculus et, ut iam Bresslau II, 298 n. 6 vidit, Leonis Chronica Casin. c. 1, II, 61. 62 p. 669, et Catalogi abb. Casin., SS. rer. Langob. p. 489, comprobat.

1) I. e. monachis a Pandulfo IV. principe per vim impositus, Leo l. c. Quod ne cum Wattenbach l. c. et p. 670 n. 50 Registro Petri Diaconi infidissimi niso iam a. 1034. factum esse pro certo habeas, fontes in notae praecedentis fine citati obstant; cf. etiam notam sequentem. 2) Sub anno 1036. hoc apud K. Sapper, 'Katalog der geschichtlichen Vulkanausbrüche' (Straßb. 1917, 'Schriften d. wiss. Gesellsch. i. Straßb.' 27) p. 11 indicatur. Vesuvium tamen a. 1037. erupisse et fontes derivati (vide rec. A n. a) suadent, et quod rec. C anno post Basilii electionem a. 1036. factam rem ascripsit. L. Palmieri, 'Il Vesuvio e la sua storia' (Milano 1880) p. 10 duas eruptiones discernere voluit, quarum altera 27. Feb. (sic!) a. 1036, altera a. 1037. evenisset, sed Petri Damiani verba (De abdicatione episcopatus c. 9, Opera ed. Const. Cajetanus III, Parisiis 1743, 219, opusc. XIX), quae ille revocavit, ad multo priorem a. 981. factam spectant, cf. Peregrinius l. c. p. 104. 3) A Monte Casinensi veniens. Desiderius, Dial. de mirac. s. Benedicti I, 9, supra p. 1123. 4) Quo die teste Leone, Chronica Casin. c. 1 II, 83, 50 SS. VII, 671 l. 50, *apud Capuam veterem* (S. Maria Capua vetere) *tentoria figit,* ubi d. 30. Mail chartam fieri iussit (D. Conr. II. 268). 5) I. e. coronatus processit, ut dierum sollemnium mos erat, Giesebrecht, 'Kaiserzeit' II⁴, 649. 6) Immo vero archiepiscopus Capuanus, v. Amatus II, 6 p. 57, qui antea cum a Pandulfo IV. Hildebrandi, illius filii, gratia munere, cui Heinricus II. imperator, ut videtur, eum praefecerat (Bresslau II, 299), spoliatum falsae narrat, I, 37 p. 45; cf. F. Hirsch, 'Forsch. z. dt. Gesch.' VIII, 354. 6a) Cf. supra p. 1412 n. 6. 7) Pandulfi exilium noster — 8

Recensio C.

MXXXVI. ind. III. Basilius fit abbas[1].

MXXXVII. ind. IIII. Sexto kalendas Februarii Mons Vesuvius[a] eructavit incendium ita, ut usque ad mare discurreret[2]. 1037. Ian. 27.

MXXXVIII. ind. VI. Chonradus[b] imperator[3] ingressus est Capuam vigilia[c] pentecostes et in pentecoste[d,4] coronatus est[5]. Adenulfus episcopus reconciliatur[6]. Pandulfus princeps exiliatur. Guaimarius[6,b] fit[e] princeps[e,7] et Richerius abbas[8]. 1038. Mai 15. 14.

MXXXVIIII.[f] ind. VII. Obiit[g] Chonradus[b] imperator[g,*,3], Heinricus[h] filius eius imperat[i]. 1039. (Iun. 4.)

MXLII. ind. X. Luna XIII[k] obscurata est per quinque horas V[l] idus Ianuarii[9], cum nulla nubes appareret in celo. 1042. Ian. 9. A. Cadinates.

p. 25, 10 MXLV. ind. XIII. Richerius abbas eiecit Normannos de terra sancti Benedicti[10].

MXLVII. ind. XV. Heinricus imperator venit Capuam[11] et reddidit eam Pandulfo principi iuniori[12].

*) *C* 1 *a Necrol. l. c.:* II. nonas Iunii obiit ... et[m] Cunradus imperator ... 1039. Iun. 4.

a) Uesuuius *C* 1 *a*. b) Conradus *C* 1 *β*, *ed.* c) vig *C* 1 *a*; in vigilia *C* 1 *β*. d) pentecs *C* 1 *a*; i. p. *etiam Casaur.* e) p. f. *C* 1 *β*. f) *quod 'Catalogue Libri' (cf. supra p.* 1398 *n.* 22) *p.* 221 *libros annalium manuscriptos bibliothecae (archivi) Casinensis omnes hic annum* 1038. *praebere contendit, non nisi de C* 1 *a valet, cum C* 1 *β teste G. rem recte sub a.* 1039. *retulerit.* g) Conr. i. o. *Vult.* h) i. Et Henricus *C* 1 *β*, *Vult.* i) e. fit rex *Vult.* k) *depravatum ad* XIV *C* 1 *b*. l) VII *C* 1 *b*. m) *quae hic ad aliam notam (cf. Gattola II,* 855) *pertinentia praecedunt* die tertia mensis Iunii, indictione tertia *saeculo demum XIV. addita sunt.*

exceptis fontibus ex eo derivatis — solus memoriae tradidit, cf. etiam Desiderius, Dial. l. c. et ad hunc P. Fedele, 'Di alcune relazioni fra i conti del Tuscolo ed i principi di Salerno', 'Arch. d. soc. rom.' XXVIII (1905), 15 sq. Nuper M. Schipa, 'Il mezzogiorno d'Italia' p. 149 sq. 135, et 'Sull' origine del primo nucleo della Monarchia siciliana', 'Atti d. R. accad. di archeol., lettere e belle arti' (n. s.) vol. VIII (Nap. 1924), 168 sqq., quam rationem Conradum in itinere a. 1027. facto adversus Graecorum versutias iniisse Wipo, Gesta Chuonradi II. imp. c. 17 (Opera[2], SS. rer. Germ., p. 37) retulerit (v. Gay l. c. p. 443), ut puto, iure ad secundum a. 1038. iter revocavit. 8) Cf. D. Conr. II, 270. Ann. Alt. mai. (SS. rer. Germ., 2. ed. 1891) p. 22. Richerius prius monachus Altahensis, deinde abbas Lenonensis fuerat. Cuius praedecessoris Basilii electionem (supra p. 1414 n. 1) irritam iudicatam esse patet (Bresslau II, 311 sq.). 9) Schroeter, 'Spezieller Kanon' p. 220 nr. 259. Die 8. mensis Ianuarii a. 1042. luna non XV, sed XII, et 7. Ianuarii a. 1041. luna non XIV, sed XI. erat. 10) Ad hunc finem a Richerio in Germania *maiori satis exercitu congregato* (Leo, Chron. Casin. c. 1 II, 70. 69, SS. VII, 678, cf. G. B. Borino, 'Per la storia della chiesa nel sec. XI', 'Arch. d. soc. rom.' XXXVIII, 1915, p. 468 sq.), attamen Guaimarii V. principis auctoritate iam ante impetum dimisso, v. Leo l. c. et de Normannorum expulsione c. 71 sq., p. 679 sq., ubi recensiones posteriores *mense Maio ind. XIII.* addiderunt, Desider., Dial. II, 22, supra p. 1138 sq., et Amat. II, 42 p. 97 sq. 11) Ubi d. 3. Februarii Richerio abbati tabulam fieri iussit (DH. III. 184). Amatum III, 1 p. 105 ac Petrum Diaconum Leonis Chron. Casinensem II, 77 p. 682 numero anni supplentem (c. 1[b]), quorum Heinricum a. 1047. Romam venisse uterque ex se ipso male dicit, nostri fontem non recte intellexisse patet; cf. Wattenbach, SS. VII, 682 n. 10; E. Steindorff, 'Jahrb. d. Deutsch. Reiches unter Heinrich III.' I, 465. 466. 12) l. e. VI. nominis sui, filio illius Pandulfi IV, quem principatum deponere iam bis coactum (v. supra p. 1412 n. 3, 1414 n. 7) imperator nunc praetermisit. (Cf. Pochettino p. 447, qui sane p. 446 patrem iam a. 1047. mortuum esse non recte dixit). Nam quod duae Adenulfi archiepiscopi Capuani chartae d. 19. Martii et d. 17. Octobris 1047. datae, quibus nisus L. v. Heinemann, 'Gesch. der Normannen' p. 362 n. 15 Annales Casinenses errasse voluit, Pandulfum IV., Pandulfum VI. et Landulfum VI, istius filium, regnantes vocant (Michael Monachus, Sanctuarium Capuanum, Neapoli 1630, p. 581 sqq. et CCCCCLXXIII sqq. — inter paginas 580 et 581 —), nihil aliud — praesertim cum Adenulfus ab eodem Pandulfo IV. iam semel munere privatus esset (cf. supra p. 1414 n. 6) — nisi hunc imperatore loco profecto potestatem Capuae rursus habuisse probant. Qua re auctores posteriores, Amatus III, 8 p. 105 sq. et Leo, Chron.

Recensio A.	*Recensio B.*
MXLVIIII. [ind.] II.[a] Hoc anno Leo papa ordinatus est.	ML.[a] [ind.] III. Leo papa hoc anno ordinatus est.
MLII. [ind.] V. Guaimarius princeps interficitur[b] et Bonifatius marchio[1].	MLI. [ind.] IIII. Guaimarius princeps interficitur et Bonifatius marchio[1].
MLIII. [ind.] VI. Leo papa cum Normannis dimicavit in Apulia[c.2].	MLII. [ind.] VI. Leo papa cum Normannis in Apulia dimicavit[2] et alio anno obiit[3].
MLIIII. [ind.] VII. Leo papa obiit[d.e.3].	
MLV. [ind.] VIII. Victor papa fit. Richerius abbas defungitur[4], et Petrus abbas ordinatur[5].	MLV. [ind.] VIII.
MLVII. [ind.] X. Fredericus fit abbas[6], qui et postmodum Stephanus papa.	MLVII. [ind.] X.
MLVIII. [ind.] XI. Hoc anno defuncto Stephano papa et huius loci abbate[7] domnus Desiderius omnium fratrum unanimitate[e] abbas est ordinatus[8].	MLVIII. [ind.] XI.
MLVIIII. [ind.] XII. Nicolaus papa ordinatur[f].	MLVIIII. [ind.] XII.
MLXI. [ind.] XIIII. Nicolaus papa obiit[9].	MLX. [ind.] XIII.
MLXII.[g] [ind.] XV. Alexander papa ordinatur[h.10]. Richardus[11] introivit Capuam[12] et factus est princeps[i.13] XII. kalendas Iunii.	MLXI. [ind.] XIIII. Alexander papa ordinatur. Riccardus[11] introivit Capuam[12] et factus est princeps[b.13].
MLXIII. [ind.] I. Luna XV. eclypsim[k] passa est V. idus Novembris[14].	MLXII. [ind.] I. Luna XV. eclipsin passa est V. idus Novembris[14].
MLXIIII. [ind.] II. Primus Dionisii circulus[l].	MLXIIII. [ind.] II.

1054. Apr. 19. *) *A* 1 *Kalend.*[15]: XIII. kalendas Maii. Leonis pape noni.

a) *sub anno sequente* 1050. *post indictionis numerum* III *locus rasus c., ita ut ille ex* IIII *mutatus esse videatur.* b) post septennium occisus est *(sc. Guaimarius) perperam sub a.* 1037. *Breves.* c) in A. d. *sub a.* 1054. *Cav.* d) L. p. o. et Victor . . *sub a.* 1055. *Cav.* e) unanimit *c.* f) N. p. fit *sub a.* 1058. *Cav.* g) *ita Cav., Rom.;* MLXXI *perperam Vult.* h) ordinatus est *Cav.* i) Robertus *male add. Vult.* k) eclyp *c.* l) *haec pontificatui Alexandri II. ascripsit Basil. SS. XXXI,* 290; primi D. circuli *in margine c.*

a) *sic Cav., utrumque annum falsum Leonem c.* 1 *II,* 79 — *Ann. Casin. deperditos secutum — verbis* eodem anno quo ordinatus est *(sc. Leo IX) significasse contra Steindorff, 'Jahrb.' II,* 462. 466 *mihi persuasum habeo.* b) princes *c.*

Casin., c. 1 II, 78 p. 683, quos omnes recentiores secuti sunt, animum induxisse videntur ea, quae Ann. Casin. deperditi rettulerant, tali modo commutare, ut Heinricum ille Pandulfo IV. ipsi (ita postremo A. Cartellieri, 'Weltstellung d. Dt. Reiches' p. 480), hic isti filioque eius (ita Schipa, 'Il Mezzogiorno' p. 168) principatum reddidisse scriberent. At in Ann. Casinensium sententia persistendum est. Etiam cf. Borino, 'L'elezione e la deposizione di Gregorio VI', 'Arch. d. soc. rom.' XXXIX (1916), 340 sqq.

1) I. e. Tusciae, cum Guaimario foedere iunctus. Amatus II, 34 p. 91. Borino l. c. p. 341 sqq. 2) Apud urbem 'Civitate' nuncupatam, cf. Chalandon I, 136 sq. 3) Leo Ost., Kalend. f. 5: *XIII. kalendas Maii. Leonis pape noni. Anno Domini MLIIII.* 4) Leo Ost. l. c. f. 12': *III. idus Decembris. Richerius sacerdos et abbas. Anno Domini MLV.* Non recte sub idibus Decembris Necrol. monasterii Altahae inferioris, MG. Necrol. Germ. IV, 70. Annum Catal. abb. Casin. quoque praebet (SS. rer. Langob. p. 489), 5) Post electionem *absque illius* (sc. papae) *consilio ac voluntate imperatoris* factam (Leo, Chron. Casin. c. 1 II, 91; SS. VII, 690), qua de causa a. 1057. Victor II. Petrum abbatis dignitatem deponere coegit, cf. G. Meyer von Knonau, 'Jahrb. d. Deutsch. Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V.', t. I, 26 sq. 6) Vide notam praecedentem. 7) Leo Ost., Kalend. f. 4: *IIII. kalendas Aprilis. Stephanus papa qui et Fridericus abbas. Anno Domini MLVIII.* Catal. abb. Casin. l. c. 8) Leonis et Petri Diaconi Chron. Casin. III, 9, SS. VII, 702 sqq., ubi Desiderius iam mense Decembri a. 1057. Stephano X. aegrotante electus esse narratur; cf. G. Baist, 'Forsch.

Recensio C.

ML. ind. III. Hoc anno Leo papa ordinatus est. 1049.

MLII. ind. V. Guaimarius princeps interficitur* et Bonifatius* marchio[1].

MLIII. ind. VI. Leo papa cum Normannis in Apulia dimicavit[2].

MLIIII. ind. VII. Leo papa obiit**.[3]

MLV. ind. VIII. Victor papa fit. Richerius abbas defungitur***.[4], et Petrus abbas ordinatur[5].

p. 26. MLVII. ind. X. Fredericus fit abbas[a], qui et[b] postmodum Stephanus papa[c]. 1057. (Mai. 22.) (Aug. 2.)

MLVIII. ind. XI. Hoc anno defuncto Stephano papa et huius monasterii abbate****.[7] dominus[d] Desiderius omnium fratrum unanimitate[e] abbas est[f] ordinatus[f.8].

MLVIIII. ind. XII. Nicolaus[g] papa ordinatur.

MLXI. ind. XIIII. Obiit Nicolaus[g] papa*****.[9].

MLXII. ind. XV. Alexander[h] papa ordinatus[i] est[i.10]. Richardus[11] introivit[k] Capuam[12] et factus est princeps[13] XII° kalendas Iunii. 1061. (Oct. 1.) 1062. Mai. 21.

MLXIII. ind. I. Luna XV. eclipsin[l] passa est V. idus[14] Novembris. 1063. Nov. 9.

MLXIIII. ind. II.

*) *C* 1 *a Necrol. l. c.:* II. nonas Iunii obiit .... Guaimarius princeps[15] .. 1052. Iun. 4 (3/5).

**) *ib. Martyrol. p.* 114: XIII. kalendas Maii Rome depositio sancti Leonis noni pape, qui sedit in pontificatu annis quinque. 1054. Apr. 19.

***) *ib. Necrol. p.* 618: III. idus Decembris. Obiit domnus Richerius sacerdos et abbas huius loci ... 1055. Dec. 11.

****) *ib. p.* 572: IIII. kalendas Aprilis. Obiit domnus Stephanus papa, qui et Fredericus abbas huius loci ... 1058. Mart. 29.

*****) *ib. p.* 593: XIIII. kalendas Augusti. Obiit domnus Nicolaus papa ...[9] 1061. Iul. 19. (20.)

a) Bonifacius *C* 1 β^1, *ed.* b) et *om. C* 1 β^1. c) p. extitit *C* 1 β^1. *G.;* p. dictus est *Vult.* d) dońus *C* 1 α. β^2. e) unanimi consensu *C* 1 β^1. f) o. e. *C* 1 β^1. g) Nicholaus *C* 1 β^2; domnus N. *Vult.* h) domnus A. *Casaur., Vult.* i) *ita Casaur.;* ordinatur *Car.;* constitutus e. *Vult.* k) intravit *C* 1 β^1; *ed.* l) eclypsi *C* 1 β^1; eclypsim *ed.*

z. dt. Gesch.' XXIV (1884), 318. 9) Leo Ost., Kalend. f. 8: *XIIII. kalendas Augusti. Nicolaus papa* (verba *'N. p.'* in codice exoleta ex apographo cod. Vat. Borgiano lat. 182 f. 53 supplevi). *Anno Domini MLXI.* At neque hoc die — ita Meyer v. Knonau, 'Jahrb.' I, 216 et n. 31 — neque 'VI. kalendas Augusti', quam Bernoldi Chronici notam (SS. V, 427) Jaffé-L. I p. 566 quidem rectam censuit atque etiam R. L. Poole, 'Papal Chronology in the Eleventh Century', 'English Hist. Review' XXXII (1917), 212 sq. in 'XI. Kalendas Augusti' emendari voluit, sed XIII. Kal. Aug. (= 20. Iulii) papam obiisse et, quod R. Davidsohn, 'Forschungen zur älteren Geschichte von Florenz' I (Berlin 1896), 46 citavit, ex Necrologio monasterii S. Mariae de Cuneo in Valle Elsae siti (cf. A. M. Bandini, Catalogus cod. lat. biblioth. Mediceae-Laurentianae, Florentiae 1774—78, IV, 551 sq.) et ex Kalendario S. Sophiae Beneventano (v. Bertolini, 'Bull. Istit. stor. Ital.' 42, p. 141 n. 3, qui sane diem 19. Iulii perperam indicat) apparet. 10) Immo vero a. 1061. Oct. 1, sane indictione XV, ita ut annales antiqui vel deperditi notam suam in tabula paschali non ad annorum, sed indictionum columnam accommodasse videantur. Itidem Ann. Benev. 1 et 2 ad a. 1062, 'Bull. Istit. stor. Ital.' 42 p. 141. 11) I. Aversae comes. 12) I. e. Capuani, qui frustra auxilium Heinrici IV. regis petiverant, Richardo portas quoque ac turres urbis huic iam a. 1058. concessae tradiderunt. Cf. Amat. IV, 28 p. 174 sqq.; Leonis et Petri Diaconi Chron. Casin. III, 15, SS. VII, 707 sq.; Ann. Benev. 1 et 2, l. c. Meyer v. Knonau I, 238 sq.; Chalandon I, 216. 13) Cuius nomen Richardus ipse ab a. 1058. gerebat, v. not. praeced. 14) Schroeter, 'Kanon' p. 224 nr. 273: '1063 Novbr. 8/9'. 15) 'Revue de philol.' XVIII, 46. 16) Tamen testibus Amato III, 28 p. 127 Iun. 3, Ann. Benev. 2, ad a., 'Bull. Istit. stor. Ital.' 42, p. 138, Iun. 2; v. Fedele, 'Arch. d. soc. rom.' XXIX, 241 sqq.

Recensio A.

MLXVI. [ind.] IIII. Hoc anno domnus Desiderius coepit edificare[a] ecclesiam sancti Benedicti[b] in hoc monasterio[c] Casinensi[1].

MLXVII.[d] [ind.] V. Stella cometes apparuit[2]. Guotfridus dux[3] cum valido[e] exercitu in[e] Campaniam venit[e] usque Aquinum[4]. Richardus Maritimam[f] intrat[f.g].

f. 8. MLXXI. [ind.] VIIII. Ecclesia nova sancti Benedicti dedicata est a papa[g] Alexandro die kalendarum Octobrium[h.*] cum altariis[i] suis[k].

MLXXIII. [ind.] XI. Alexander[k] papa defungitur et Hildeprandus[l] archidiaconus in papam Gregorium ordinatur mense Aprili[7].

MLXXV. [ind.] XIII. Termino[m] huius anni, id[n] est[n] ipsa nocte natalis[o] Domini[o], captus est predictus[p] papa supra sanctum altare[q.s] a quibusdam Romanis infidelibus[r.9], sed vi[s] et constantia omnium Romanorum eadem[t] die receptus est.

MLXXVI. [ind.] XIIII. Hoc anno venit Rob-

Recensio B.

MLXVI. [ind.] IIII.

MLXVII. [ind.] V.

MLXXI. [ind.] VIIII*. *f. 8′ (10′).*

MLXXIII. [ind.] XI.

MLXXIIII. [ind.] XII.

MLXXV. [ind.] XIII. Hoc anno venit Ro-

Oct. 1. *) *A* 1[10]. *B* 1*a* *(f.* 18′*)*. *C* 1*β*[11] *Kalend.:* Kalendis Octobris. Dedicatio ecclesie sancti Benedicti.

a) edific̄ *c.* b) Ben̄ *c.* c) mon̄ *c.* d) *ita ind.* V *Cav.; etiam Leo - Petr. Diac. III,* 23 *cometam post Godefridi iter a.* 1067. *factum memorant.* e) *etiam Cav.* f) terram Marsorum introivit *Cav.;* intrat *non clare legitur c.* g) d[omno] p. *Cav.;* domno A. . . . p. *Leo - Petr. Diac. III,* 29 *(cf. rec. C n. **).* h) K. oct̄ *c.* i) *etiam Cav., vide Gaetani d'Aragona, Cod. dipl. Cav. V, App. p.* 35 *n.* *. k) *hinc manus altera c.; cf. supra p.* 1393. l) *ita Cav.* m) *ita Cav., qui notam totam ad verbum receperunt;* in fine *Breves sub a.* 1074. n) in *Breves.* o) nat̄ d̄ *c.* p) Gregorius *Breves.* q) dum in nativitatis dominicae sollemnitate in ecclesia sanctae[?] Mariae cognomento Maioris praedictus papa missarum sollemnia ageret, captus e. supra s. a. *Chron. Casin. cont. III,* 36, *ut videtur, tam verba* in — Maioris, *quibus omissis nostri minus clare referant, ex Ann. Casin. deperditis mutuata.* r) *etiam Breves, Cav., Chron. Casin. cont. l. c.* s) *ita Ann. Brevium editio SS. III,* 189, *sed* vi *om. cod. (cf. supra p.* 1402*) fol.* 165. t) *ita etiam Breves, Cav., Chron. Casin. cont.*

1) *Mense Martio* Leonis et Petri Diaconi Chron. Casin. III, 26 p. 717 sq.; Leo, Narratio consecrationis ecclesiae Casinensis, Muratori, Script. V, 76; cf. [A. M. Amelli], 'La basilica di Montecassino e la Lateranese nel secolo XI', 'Miscellanea Cassinese' I (1897), P. I, 16 sqq.; A. Hofmeister, 'Der Übersetzer Johannes und das Geschlecht Comitis Mauronis in Amalfi', in 'Hist. Vierteljahrschrift' XXVII (1932), p. 250. 2) V. Meyer v. Knonau I, 522 sq. et Bertolini, 'Bull. Istit. stor. Ital.' 42, p. 74 n. 1; de nostri errore supra p. 1391 sq. 3) Sc. Lotharingiae inferioris, de cuius itinere voluntario E. Dupréel, 'Hist. crit. de Godefroid le-Barbu' (Uccle 1904) p. 115—123 disseruit. Litterae Annonis archiepiscopi Coloniensis ab H. J. Floss, 'Die Papstwahl unter den Ottonen' (Freiburg i. B. 1858) p. 137 sqq. editae non ad hanc rem, ut Dom H. Leclercq (C. J. Hefele, 'Histoire des conciles, nouv. trad. française' IV, 2, Paris 1911, p. 1258 sq.) opinatur, sed ad a. 1065. pertinent, cf. Meyer v. Knonau I, 401 n. 14. 4) Ubi Richardum I, Capuae principem, obsedit. Ann. Altah. mai. (SS. rer. Germ., 2. ed.) p. 72 sq. Amat. VI, 9 sq.

Recensio C.

MLXVI. ind. IIII. Hoc anno domnus Desiderius abbas coepit edificare ecclesiam sancti Benedicti in hoc monte[a] Casinensi[b].[1]

MLXVII.[c] ind. V. Stella cometes apparuit[2]. 1066. (Apr.—Mai.)
Gotfridus dux[3] cum exercitu venit Campaniam[d] usque Aquinum[4]. 1067.
Richardus princeps terram Marsorum intravit[5]. 1068?

p. 27. SS. XIX, 307. MLXXI. ind. VIIII. Ecclesia nova sancti Benedicti dedicata est ab Alexandro papa die kalendarum Octobrium[*] cum quinque altaribus[e] suis[e].[6] 1071. Oct. 1.

MLXXIII. ind. XI. Alexander papa defungitur[**] et Ildeprandus[f] archidiaconus in papam Gregorium ordinatur mense Aprili[g].[7] 1073. Apr. (21. 22)

MLXXV. ind. XIII. 1075. Dec. 24/25.
Nocte[h] natalis Domini[i] captus est predictus papa supra[k] sanctum[l] altare[e] a quibusdam Romanis[8],
sed vi et constantia omnium Romanorum eodem die receptus est.

MLXXVI. ind. XIIII. Hoc[m] anno[m] venit[m] Rob-

*) *C* 1*a Martyrol. p.* 216: Kalendis Octobris. Hic in Casino dedicatio ecclesie beati patris nostri Benedicti *(de C* 1*β vide rec. A n.* *). 1071. Oct. 1.

**) *C* 1*a Necrol. p.* 577: XI. kalendas Maii. Obiit domnus Aléxander secundus papa ... 1073. Apr. 21.

a) monasterio *C* 1 *β*[1]. b) Casinensi *ed.* c) *ita Barth.* d) Camp. *om. C* 1 *β*[1], *etiam C* 1 *β testibus G., P.*; v. in Ytaliam et *(sequentia Basil. quoque)* insecutus est Normannos a Roma usque *Tib. sub a.* 1045. e) altr ss *C* 1 *a*; altariis *C* 1 *β*[1]; a. sanctis *Car.* f) Hildeprandus *C* 1 *β*[1]. g) April *C* 1 *β*[1]; Aprilis *G.* h) *ita hanc notam incipiunt etiam Barth. et Basil.* (iste n); in n. *C* 1 *β*[1]. i) dñi *C* 1 *a. β*[1]. k) sūp *C* 1 *a*; super *ed.* l) sām *C* 1 *a*; sacrum *C* 1 *a*[1]. m) v. h. a. *Car.*

p. 244 sq. Leonis et Petri Diaconi Chron. Casin. III, 28 p. 714. Fontibus irruptionis a Richardo in Campaniam factae, quos Meyer v. Knonau I, 546 n. 94 collegit, significatio quaedam epistolae a Petro Damiano ad Heinricum IV. missae (Epp. l. VII, 3, Opera ed. Cajetanus I, 120 C) addenda est, v. H. v. Schubert, 'Petrus Damiani als Kirchenpolitiker', in: 'Festgabe . . Karl Müller dargebracht' (Tüb. 1922) p. 97. 5) Oderisium comitem Marsorum, contra Berardum, eius fratrem, defendens, cf. Leonis et Petri Diaconi Chron. Casin. l. c. p. 714 sq., ubi hoc bellum itidem post Godefridi iter demum narratur, cum ex contrario Amatus VI, 8 p. 241 sq. illud ante istud referat. Bellum autem Marsorum, quod postremo Herm. Müller, 'Topographische u. genealogische Untersuchungen z. Gesch. d. Herzogtums Spoleto u. der Sabina . . .' (Diss. Greifsw. 1930) p. 64 sq. anno 1067. attribuit, iam a. 1066. fuisse (ita Meyer v. Knonau I, 545; Chalandon I, 220) pro re comperta non habeo. 6) Cf. Leo Ost., Kalend. f. 10′: *Kalendis Octobris. Dedicatio ecclesie sancti Benedicti. Anno Domini MLXXI,* eiusque Narrat. consecr. eccl. Casin., Muratori Script. V, 77, et Chron. Casin. III, 29, SS. VII, 719 sq.; Meyer v. Knonau II (1894), 110 sq. 7) Haec Gregorius ipse die 28. Aprilis Desiderio scripsit, (Gregorii VII, Registrum I, 1, MG. Epist. selectae II, fasc. I, 1920, 8 sq.). Cf. etiam A. Fliche, 'L'élection de Grégoire VII.' 'Moyen Age' '2. sér.' t. XXVI (XXXV, 1924), 71 sqq. 8) Vita Gregorii VII, ap. Duchesne, Lib. Pontif. II, 282, cf. Jos. M. March, Liber Pontificalis, prout exstat in codice ms. Dertusensi, Barcinonae 1925, p. 128). De huius notae et sequentium origine vide contra P. Scheffer-Boichorst, 'Forsch. z. dt. Gesch.' IX (1869), 389 sq., supra p. 1387 sq. Ad fontes ab Meyer v. Knonau II, 587 n. 178 et V (1904), 383 memoratos Chron. Casin. continuatio (cf. A n. q) et Cron. apost. et imp. Basil., SS. XXXI, 290, utraque ex parte Ann. Casinenses secuta, accedunt. 9) Cencio, Stephani praefecti filio, duce. Vita Gregorii l. c., cf. etiam A. Fliche, 'La réforme Grégorienne' (Louvain-Paris 1924—25, Spicilegium sacrum Lovaniense. 'Études et documents' fasc. 6) II, 277 n. 2. 10) 'Revue de philol.' XVIII, 49. 11) Biblioth. Casin. IV, 131, sed perperam sub 'Oct. 4'.

Recensio A.

bertus dux super Salernum[1] pridie nonas Maii[a] et obsedit eam terra marique. Et[a] cepit eam die idus Decembris[b.2].

MLXXVII. [ind.] XV. Hoc anno Richardus princeps coepit obsidere Neapolim principio mensis Maii[4].

MLXXVIII. [ind.] I. Richardus princeps obiit Capue ipsa quinta feria cene Domini[c.5], et Neapolis obsidione soluta est, et Iordanus[d.6] fit princeps[e].

MLXXXI. [ind.] IIII. Heinricus rex cum[f] magno[f] exercitu[f] venit Romam[g], sed obsistentibus Romanis cum papa Gregorio[g] sine effectu reversus est[10]. Robbertus dux transito[g] mari[g] Romaniam debellaturus ingreditur[e.11].

*) *A* 1 *Catalogus imperatorum Graecorum f.* 3′: Alexius nepos Ysaky[h] Cumeano[h], qui pugnavit cum Robberto Guiscardo, a quo turpiter victus est[i.12].

a) *ita* (. Et) *c.* b) deō *c.* c) d *c.* d) l. eius filius *Cav.* e) l. f. p. *sola verba partis Ann. Ceccan. deperditae* (1030—1083) *falso loco — inter a.* 1085. *notas — permanserunt.* f) *ita Breves, Cav.*; congregato exercitu *Chron. Casin. cont. III,* 49, *cf. tamen infra* p. 1422 *n.* 1. g) *ita etiam Breves, Cav., Chron. Casin. cont.* h) Ysak ycumeno *c.* i) a quo idem imperator devictus est *Chron. Casin. cont. III,* 49, *quae etiam plura refert.*

Recensio B.

bertus[a] dux super Salernum II.[1] nonas[b] Maii[b.2] et obsedit eam terra marique et cepit eam die idus[c] Decembris[c.2].

Hoc[d] anno Riccardus princeps coepit obsidere Neapolim principio mensis Madii[4].

MLXXVII. [ind.] XV. Riccardus princeps[e] obiit Capue ipsa V. feria[f] cene Domini[e.5], et Neapolis obsidione soluta[h] est, et Iordanus[g] fit princeps.

MLXXVIII. [ind.] I. Hoc anno fuit proelium de Cappelli[h.7].

MLXXX. [ind.] III. Heinricus rex cum magno exercitu venit Romam[6], sed[i] obsistentibus Romanis cum papa Gregorio[m.9] sine effectu reversus est[10]. Robbertus dux transito mari Romaniam debellaturus ingreditur[l.9.11].

*) *B* 1a *Catalogus imperatorum Graecorum f.* 5′ (3′): Alexius *nepos*[n] Ysaky Kumeano, qui[o] pugnavit cum Rubberto Uuiscardo[12], annis[p] . . .

a) Rob̄ *c.* b) n̄ mī *c.* c) id̄ deō *c.*; *ubi* super — Decembris *et statim sequentia* Hoc — Madii *e transverso in lineis vacuis annorum* 1074—1070. — *hoc ordine — et ultra usque ad marginem superiorem folii scripta sunt.* d) Ho *c.*; *cf. etiam notam praeced.* e) *sequentia e transverso in lineis a.* 1076—1070. *et ultra c., cf. n. c.* f) fī *c.* g) dñi *c.* h) solut̄ *c.* i) pliū *c.* k) *haec om. fontes quoque omnes ex Ann. Casin. deperditis derivati.* l) *hinc e transverso in lineis a.* 1081—1066. *c., cf. n. c.* m) GḠ *c.* n) nepos *om. c.* o) Hic *Vult. et codex Hugonis de S. Victore Parisinus* 4891, *qui eandem notam descripserunt* (*I,* 64 *sq.*; *'Fonti per la storia d'Italia'* 58, *'Archiv' XI,* 1853, *p.* 306 *sq.*). p) annō *c.*, *ubi numerus desideratur, quem supplevit Vult.* (XL); annis *om. cod. Hugonis de S. Victore in nota o citatus.*

1) Ann. Benev. 1 a. 1075 ('Bull. Istit. stor. Ital.' 42, p. 144), Chron. Amalph. fragm. (Muratori, Ant. It. I, 214), Romualdi Chronici, ad cuius lectionem W. Arndt, SS. XIX, 407 sq., se applicavit, codex C a. 1077, tamen codices A et B a. 1076. praebent (Muratori Script.[2] VII, 1 p. 189), qui nunc a plurimis admissus (ex. gr. Chalandon I, 243—246) re vera et — si finis obsidionis intellegitur — ex Lupi Annalium calculo Graeco (ad a. 1077, SS. V, 60) et e chartis Salernitanis cogitur, cf. C. A. Garufi, 'Sullo strumento notarile nel Salernitano nello scorcio del secolo XI', 'Arch. stor. Ital.', '5. serie', t. XLVI (1910), 73 sqq. Rem porro narraverunt Amatus VIII, 18 sqq. p. 333 sqq., Guill. Apul. III v. 424 sqq. 465, SS. IX, 274 sq. Gaufr. Malaterra, De rebus gestis Rogerii . . comitis III, 4, Muratori, Script.[2] V, 1 (1928), p. 58 sq., Chron. Casin. cont. III, 45, SS. VII, 735. 2) Apud Amatum p. 334 mendo, ut videtur, cuiusdam librarii legis *en lo mois de jung* (Baist, 'Forsch. z. dt. Gesch.' XXIV, 336). 3) Amatus VIII, 23 p. 346: *yde de decembre, c'est lo XVI jor*, quod ex numero *'XIII'* itidem corruptum esse patet (Baist l. c.). Arx Salernitana a. demum 1077. Roberto a Gisulfo principe tradita est, cf. Schipa, 'Il mezzogiorno' p. 186 sqq. 4) Amatus VIII, 24. 31 p. 348 sq. 354. Lupus ad a. 1078. l. c. Chron. Casin. cont. l. c. Romualdi Chron., SS. XIX, 408. Contra sententiam de annalibus nostris hic a Meyer v. Knonau III (1900), 87 n. 180 prolatam vide supra p. 1386 n. 7. 5) Amatus VIII, 34 p. 356: *Richart . . fu mort et enterré en cellui jor que Iehu* (sic!) — *Orist cena avec ses disciples*, i. e. 5. Aprilis. At non hoc die, ut Meyer v. Knonau III, 157 n. 98 dicit, sed 6. Aprilis principem obiisse Necrologium Casin., quocum Leonis Ost. Kalendarium (f. 4′: *VIII. idus Aprilis. Richardus princeps. Anno Domini MLXXVIII*) consentit, rettulit (supra rec. C. n. *). 6) Sui nominis I. 7) Quam notam, numquam adhuc adhibitam, sine dubio revocari oportet ad *proelium Capellinum, quod apud Ortonam* (sc. Ortōna al mare) *factum est* (Breve Chronicon

Recensio C.

bertus dux super Salernum[1] pridie nonas[a] Maii[a.2] et obsedit eam terra marique et cepit eam die[a'] idus[a'] Decembris[3]. 1076. Mai. 6. Dec. 13.

MLXXVII.[a3] ind. XV. Hoc anno Richardus princeps coepit obsidere Neapolim principio[b] mensis Maii[4]. 1077. Mai. in.

MLXXVIII. ind. I. Ricchardus princeps obiit Capue quinta[a] feria[c] cene Domini[d.e.5], et Neapolis obsidione soluta est, et[e] Iordanus[6] fit princeps. 1078. Apr. 5 (6).

1078?

MLXXXI. ind. IIII. Heinricus rex valida manu[f] venit Romam[8], 1081.
sed obsistentibus Romanis cum papa Gregorio[g] sine effectu[g] reversus[h] est[10].

Robbertus dux Romaniam[i] debellaturus ingreditur[**.11].

*) *C* 1 *a Necrol. p.* 574: VIII. idus Aprilis. Obierunt . . . Richardus princeps. 1078. Apr. 6.

**) *C* 1 *β.k β*[1] *(f.* 4*') Catalogus imperatorum Graecorum:* Alexius nepos Isachi[1] Cumeano, qui pugnavit cum Roberto Vuiscardo[m.12]. 1081.

a) nō m̄ *C* 1 *a*. a') idibus *C* 1 *β*[1]. a²) 1066 *Car.* b) principium *C* 1 *a*; in p. *C* 1 *β*[1]. c) f̄r *C* 1 *a*; feria quinta *C* 1 *β*[1]. d) dñi *C* 1 *a*. *β*[1]. e) et *om. C* 1 *β*[1]. f) *sic Barth. et Basil., quas notas a.* 1081. *et* 1083. *amputatas contraxit.* g) *ex* effectus *corr. C* 1 *β*[1]. h) regressus *ed.* i) transito mari *om. etiam Barth., cuius corruptelas sub a.* 1079. *exstantes* Rob. ven. Romam debell., sed obsist. — Gregorio. *iam Scheffer-Boichorst, 'Forsch. z. dt. Gesch.' IX,* 384 *sq., emendavit.* k) *cf. Biblioth. Casin. IV,* 129. l) *Bibl. Casin. cod. C* 1 *β excerpta secuta Alexium* nepotem Isachi Cumeani *appellat;* Ysabei *C* 1 *β*[1]. m) Wiscardo *C* 1 *β*[1].

seu potius Epistola encyclica in tabulario ecclesiae Pennensis, 'Archiv' IV, 1822, p. 132, quod plurimos viros doctos adhuc effugisse mirum est; v. infra p. 1461 sqq.), quo Robertum Loritelli comitem cum paucis Normannis Marchiam Firmanam aggressum magnas copias comitum Teatensium, Pennensium, aliorum vicisse Amatus VII, 31 p. 804 sqq. narrat (cf. Cea. Rivera, 'Le conquiste dei primi Normanni in Teate, Penne, Apruzzo e Valva', 'Estratto dal Bollett. d. R. Deputaz. Abruzzese di storia patria' ser. III, a. XVI, Aquila 1925, p. 27 sqq.; etiam Herm. Müller, in libro supra p. 1419 n. 5 citato, p. 89). Haec pugna neque a. 1075 (Giesebrecht, 'Kaiserzeit' III[5], 343 sq.) neque a. 1076 (Meyer v. Knonau II, 689. 690 n. 108) neque vero a. 1077 (Rivera p. 58. 27) orta est, nam anno a nostro hic, ut videtur, recte tradito (vide supra p. 1396 n. 3) optime convenit, quod Gregorius VII. in conventu a. 1078 (Febr. 27—Mart. 3) Romae habito excommunicavit *omnes Normannos, qui invadere terram sancti Petri laborant, videlicet marchiam Firmanam, ducatum Spoletanum . . .* (Reg. V, 14a. Epp. sel. II fasc. 2, 1923, p. 371). Chartae post pugnam datae et supradicto Chronico Pennensi adiunctae (l. c. p. 138; infra p. 1466 sq.), quae *. . . Ab incarnatione Domini . . sunt anni millesia* (sic!) *septuagesimo tertio et die mense Iunii* (non indicato!) *post* (sic!) *ind. V.* (currebat a. 1067) incipit, fides, quod terminum spectat, non habenda est; cf. etiam quae A. Hofmeister infra p. 1466 n. i exposuit. 8) Haud dubie d. 21. Mai. W. M. Peitz, 'Das Originalregister Gregors VII.', 'Wiener Sitzungsber., philos.-hist. Kl.' 165, 5 (1911) p. 284. Non negligendum est nostrum cum multis fontibus consentientem (vide Meyer v. Knonau III, 377 n. 54) ita dixisse, quamquam Gregorius ipsi abbati Casinensi scripserat Heinricum tum Ravennae morantem 'parvam manum habere' et certe exercitum maiorem, ut rex putaret, non confecturum esse (Reg. IX, 11, Epp. sel. II, 2, p. 588). Qua de causa Meyer v. Knonau l. c. Gregorii verbis minime quidquam probantibus et Frutolfo (Ekkehardi Chronicon universale SS. VI, 204: *parva manu*) solis nisum Ann. Casinensium aliorumque testimonium immerito reiecisse patet. Quod Heinricus in edicto a. 1082. Romanis proposito, cui P. Sander, 'Der Kampf Heinrichs IV. und Gregors VII.' p. 68 n. 4 et ipse contra Ann. Casinenses confidit, anno praecedente ad eorum urbem cum 'paucissimis militibus' se venisse contendit (Epist. Bamberg. nr. 9, ed. Ph. Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, 1869, p. 499), nimirum non obstat. Nam rex, si exercitum suum in impetu primo et irrito quidem magnum fuisse concessisset, sibi ipsi detrimentum attulisset. 9) Ut Frutolfus l. c.: *resistente sibi* (sc. Heinrico) *Hiltibrando papa cum Romanis.* 10) Similiter alii a regiis partibus alieni, Meyer v. Knonau III, 393 et n. 81. 11) Sc. regnum Graecum, quo dux mense Maio ex Idronti portu provectus est; Chalandon I, 268. 12) Apud Dyrrhachium d. 18. Octobris (Chalandon I, 270 sq.); cf. supra A n. i.

Recensio A.

MLXXXIII. [ind.] VI. Heinricus rex[a] iterum Romam veniens[a] porticum Sancti Petri per[b] vim cepit et ex magna[b] parte destruxit[2], archiepiscopum Ravennensem[c] invasorem apostolice[d] sedis[4] absque consilio et voluntate[e] totius[d] Romane ecclesie constituit[f].

MLXXXIIII. [ind.] VII. Heinricus[g] Romam a Romanis intromissus[g] XII. kalendas Aprilis stetit ibi[h] usque ad[i] XII. kalendas Iunii[g]. Post hec[k] venit Robbertus dux cum ingenti[l] exercitu[m], et tradita est [ei[n]] Roma a[l] quibusdam[l] Romanis[l.7], et multa mala ibi committens accepto papa[o] Gregorio[o] egressus est[l.9].

MLXXXV. [ind.] VIII. Fames et mortalitas maxima fuit[10]. Gregorius[p] papa apud Salernum moritur[p.q.11]. Obiit[q] Robbertus dux[q.12].

MLXXXVI. [ind.] IX. Tertiodecimo kalendas Martii incipiente[r] nocte[r] stella clarissima in circulum[s] lune prime ingressa est. Desiderius abbas Rome[t] in Victorem papam[u] invitus eligitur ab episcopis et cardinalibus Romanis ipso die pentecostes[v.13].

Recensio B.

MLXXXII.[1] [ind.] V. Heinricus iterum Romam veniens[a] porticum Sancti[a] Petri per vim cepit[b] et ex parte magna destruxit[2], archiepiscopum Ravennensem invasorem apostolice sedis[4] absque consilio et voluntate totius Romane ecclesie constituit.

MLXXXIII. [ind.] VI. Heinricus rex Romam a[c] Romanis intromissus[a] XII. kalendas Aprilis stetit ibi usque ad XII. kalendas Iunii[a]. Post haec[d] venit Robertus dux cum exercitu, et tradita est ei Roma[e] et multa mala ibi committens accepto[e] papa[e] Gregorio[e] egressus[f] est[g].

MLXXXIIII. [ind.] VII.

MLXXXV. [ind.] VIII.

a) *ita Breves, Cav.* b) per – magna *Breves, Cav., Chron. Casin. cont.* c) Rauen *c.* d) apostolice — totius *etiam Breves, Cav., Chron. Casin. cont.* e) volun *c.* f) e. papam const. *Cav.;* in papam Clementem const. *Ceccan. (vide P. Sander in opere p. 1421 n. 8 citato p. 131 n. 9), quorum verba sub hoc anno praecedentia deperdita sunt (cf. supra p. 1420 n. e, rec. A).* g) H. rex *Breves, Cav., Ceccan.* h) ibi *om. Ceccan.* i) ad *om. Cav., Ceccan.* k) *ita c.* l) *ita Breves, Cav., Ceccan.* m) exer *c.;* cum magno e. Romam intravit *Ferrar.* n) *ita Breves, Cav., Ceccan.;* ei *om. c.* o) p̄p G. *c.* p) *haec in Ann. Brevium editione SS. III,* 190 *in fine anni* 1083. *post* constituit *posita sunt itidemque in codice (cf. supra p.* 1402*) f.* 165, *sed hic in linea anni* 1085, *et signo notam anni* 1084. *ante* Gregorius *includente apparet librarium illa verba recte anno* 1085. *attribuisse, cf. Waitz, SS. XXIV,* 89 *n.* 3. q) m. R. d. in Romania *Cav.* r) *ita Cav.;* i. n. *om. Rom.;* prima hora noctis *Ceccan.* s) i. circuitu *Rom.* t) Rom̄ *c.* u) *sequentia etiam Cav.* v) pentecosī *c.*

a) *hinc a transverso in lineis a.* 1062—1088. *c.* b) e. eam *c.* c) *hinc a transverso in lineis a.* 1083—1088. *c.* d) hec *c.* e) accep̄ p̄p G̃us *c.* f) egressu *c.*

1) I. e., cum annales expeditionem Romanam a. 1082. ab Heinrico susceptam reticuerint, a. 1083. secundum errorem calculi, quem cod. B 1a (et C 1*a*), sed non 'quattuor recensiones antiquissimae' continent, ut Sander l. c. p. 200 dixit. Cuius sententia alia, Petrum Diaconum — rectius: Guidonem Casinensem, cf. Smidt, 'Brackmann-Festschrift' p. 312 sqq. —, Chron. Casin. cont. III, 50, SS. VII, 738 sq., Ann. Casin. deperditos secutum rem ibi sub a. 1082. legisse huncque suo *alio anno* significare voluisse, in primis propterea verisimilis non est, quod praeter auctores recensionis A etiamque C fontes quoque ex illis derivati — Breves, Cavenses, Barth. —, ut plerumque, verum annum (1083) praebent. Ceterum ipsas a. 1081. et 1083. notas in Chron. Casin. cont. III, 49 sq., l. c., insertas in huius uno codice folio nunc deficiente deesse solumque in editionibus interpolatis legi respiciendum est (Wattenbach ibid. p. 787 n. a). 2) Quod mense Ianuario aut Februario Meyer v. Knonau III, 470, post sollemnitatem Paschae (d. 9. Aprilis) factum esse Peitz, 'Das Originalregister Gregors VII.' p. 238 censet. 3) Sc. civitatis Leoninae muros, cf. Meyer v. Knonau III, 441 n. 11. 479 n. 14, ubi fontibus collectis adde Gregorii Reg. IX, 35a p. 628: *Porticus muros surripuit* (sc. Heinricus). 4) Guibertus, quem Anselmi quoque Vita *heresiarchan . . sedis Romanae invasorem* appellat (c. 21, SS. XII, 20),

Recensio C.

p. 28. MLXXXIII. ind. VI. Heinricus rex iterum Romam veniens[a. 2] porticum Sancti Petri vi captam ex parte destruxit[b. 3]. 1083.

Archiepiscopum Ravennensem[c] invasorem[4]

Romane[d] ecclesie[d] constituit.

MLXXXIIII. ind. VII. Idem rex Romam[e] a quibusdam[f] Romanis intromissus post duos menses a Robberto duce fugatus est. 1084. Mart. 21. Mai. 21.

Idem dux papam[g] Gregorium[g] de urbe erutum[h] Salernum perduxit[i. 5]. Mai. 28.

MLXXXV. ind. VIII. Fames et mortalitas maxima fuit[10].

Gregorius papa apud Salernum moritur[k. 11]. Obiit[k] Robbertus dux[**. 12]. 1085. Mai. 25. Iul. 17.

MLXXXVI. ind. VIIII. Tertiodecimo kalendas Martii noctis initio stella clarissima in circulum prime lune ingressa est. 1086. Febr. 17.

Desiderius[l] abbas Rome in papam Victorem eligitur die pentecostes[13]. Mai. 24.

*) *C 1a Necrol. p.* 584: VIII. kalendas Iunii. Obiit domnus Gregorius VII. papa ...

**) *ib. p.* 593: XVI. kalendas Augusti. Obierunt ... Robbertus dux ...

a) venit $C\,1\beta^2$. b) d. et *ed.* c) raven̄ $C\,1a$; Ravennatem $C\,1a^1$. d) ecclesiae Romanae *ed.* e) Romam *om. Car.* f) *sic* $C\,1\delta^1$ *et Barth., cuius auctor id igitur non ipse addiderit, ut Meyer v. Knonau, 'Jahrb.' III, 527 n. 9 putavit.* g) *ita Car.*; p̄p G̈G̈ $C\,1a$; papa Gregorio $C\,1\beta^1$. *G.* h) eruto $C\,1a$. β^1. *G.* i) *similiter Ferrar. (cf. rec. A. n. m)* et eripiens eum duxit secum in S. k) moritur et o. *Car., ut ed. sub a.* 1014 *(cf. ibid. n. g), abbreviatione pro* obiit *positis quasi* et *intellecta.* l) dn̄us D. $C\,1\beta^1$.

d. 28. Iunii huius anni in ecclesiam S. Petri quidem introductus (Meyer v. Knonau III, 488 sq.), sed demum d. 24. Martii a. 1084. Clemens antipapa inthronizatus est (ib. p. 529). At nequaquam cardinales desrant, qui ei faverent, vide contra W. Martens, 'Gregor VII' (Leipz. 1894) I, 285 nunc P. Kehr, 'Zur Geschichte Wiberts von Ravenna (Clemens III.)', 'Sitzungsberichte d. Preuß. Akad. d. Wiss.', Berlin 1921, p. 976 sqq. 5) Sc. in partem urbis sinistram; Meyer v. Knonau III, 526 sq. 6) Heinrici profectionis diem noster unus indicavit, exceptis fontibus ex eo derivatis, ut Ann. Cavensibus, quos solos Meyer v. Knonau III, 549 n. 38 memorat. De commercio, quod illis diebus monasterium Casinense cum Roma habebat, vide ibid. p. 548. 7) L. c. p. 551 sqq. Chalandon I, 277 sq. Non recte Garufi apud Muratorium, Script.² VII, 1 p. 195 n. 7, Arndtium (SS. XIX, 410 n. 18) secutus, diem 29. Maii indicavit, cf. Meyer v. Knonau III, 554 n. 37. Narrationem optimam Gaufr. Malaterrae, De reb. gestis Rogerii III, 37, nunc in Muratorii Script.² V, 1 (1928), p. 79 sq. habes. 8) Hoc auctor recensionis C ex eo cogisse videtur, quod papam Salerni mortuum esse in proxima Ann. Casin. deperditorum nota legit. 9) J. Gay, 'Les papes du XI^e siècle' (Paris 1926) p. 284. 281 n. 1 et E. Voosen, 'Papauté et pouvoir civil à l'époque de Grégoire VII ...' (Universitas catholica Lovaniensis, diss. theol. ser. II, t. 20, Gembloux 1927) p. 83 sq., quam — consentiente Borino, 'Arch. d. soc. rom.' XL (1917), 298 — Peitz p. 229 sq., 239 n. 2, 242 protulerat, sententiam probantes Gregorium de integro Romam rediisse atque die 20. Novembris concilium Lateranense habuisse volunt, etsi E. Caspar hoc sub a. 1088. collocavit (Greg. Reg. IX, 85a p. 627). Sed, quod omnes effugit, illi sententiae — a Peitz ipso iam dudum revocatae ('Das Register Gregors I. . .', 'Ergänzungshefte zu d. Stimmen der Zeit', II, 2, Freib. i. B. 1917, p. 169 n. 1) — tabula die 4. Novembris a. 1084. in palatio Lateranensi a Clemente III. antipapa data (Kehr, Italia pontificia I 76 nr. 16) obstat. 10) Quod etiam fontes regionis Romanae complures referunt, cf. SS. XXXI, 259 et n. 4; Lib. Pontif. ed. Duchesne II, 290 (ad a. 1084). 11) Leo Ost., Kalend. f. 6: *VIII. kalendas Iunii. Gregorius VII. papa. Anno Domini MLXXXV.* 12) Ib. f. 8: *XVI. kalendas Augusti. Robbertus dux. Anno Domini MLXXXV.* Necrologium ecclesiae S. Matthaei Salernitani ed. C. A. Garufi (Roma 1922, 'Fonti per la storia d'Italia') p. 98. 13) Cf. Chron. Casin. cont. III, 66, SS. VII, 748 sq. Quid sit, quapropter Desiderius electionem suam a. demum

Recensio A.

MLXXXVII. [ind.] X. Desiderius abbas in papam Victorem ordinatur VII. idus Mail[a.1], quo die corpus sancti Nicolai apud[b] Varim devenit[2]. Idem Victor papa in hoc monasterio, omnium fratrum consensu ordinato abbate Oderisio, post tertium diem defungitur XVI.[c] kalendas[c] Octobris[c.*.3].

Pisani apud Africam debellaverunt[d] et[d] vicerunt Saracenos[4].

MLXXXVIII. [ind.] XI. Otto Ostiensis episcopus in papam Urbanum eligitur IIII. idus Martii[a.5].

MLXXXX. [ind.] XIII. Ecclesia Sancti Martini[e] dedicata est a Iohanne Tusculanensi episcopo[f] die octavarum eiusdem beati Martini**. Obiit[g] Iordanus princeps[7].

MLXXXXI. [ind.] XIIII. Castrum Fracte[8] a Normannis furatum et a nostris[9] duodecima est die cum magna Dei virtute receptum[h]. Capuani[i] rebellaverunt[i.10].

Recensio B.

[MLXXXVII. ind. X.][k]

VII. idus Madii corpus sancti Nicolai[b] Varim venit[2].

XVI.[c] kalendas[c] Octobris[c].

Pisani apud Africam debellaverunt et vicerunt Sarracenos[4].

MLXXXVIII. [ind.] XI.

MXC. [ind.] XIII**.

MXCI. [ind.] XIIII.

*) *A* 1 *Kalend.*[11]: XVI. kalendas Octobris. Obiit[k] Victor papa, qui et Desiderius[l] abbas.

**) *A* 1[12]. *B* 1*a* (*f.*19). *C* 1*β*[12] *Kalend.*: XIIII. kalendas Decembris. Dedicatio S. Martini et octava eius[m].

a) *hoc tempore omisso diligenter* Hic fuit Des. a. s. Benedicti, eodem die corpus *etc. Ceccan.* b) apud *om. Cav.*; venit V. *Ceccan.* c) *ante* XVI *mendose interpunxit c. (vide rec. B n. c), praeterea recte post* Oct. d) *sic Cav., Ceccan.* e) MaF *c.*; mäi *Cav.* f) ubi interfuerunt episcopi VI numero *hic add. Ceccan.* g) *haec sub a.* 1091. *Cav.* h) *haec om. Cav., Ceccan.* i) *itidem sub hoc anno Cav.*; debellaverant *perperam Ceccan. ad a.* 1090. k) obiit *om. Lejay, 'Revue d. philol.' XVIII,* 49. l) *Lejay l. c. perperam* et n. abb. m) Octava s. M. et *(et om. B* 1*a) dedic.* ecclesie ipsius *B* 1*a. C* 1*β.*

a) *sequentia alius librarius, qui ea sola exaravit, cum linea anni* 1087, *ut illa quoque a.* 1086, *nullum spatium iam praeberet, e transverso in lineis a.* 1088—1093. *nine aliquo signo scripsit, ita ut ignoretur, quem annum intellexerit c.* b) Nicolay *c.* c) *librarius (cf. n. a) hunc finem eius notae, qua Ann. Casin. deperditi sane perperam interpungentes diem papae supremum indicaverant (cf. rec. A n. c), eodem modo, quo Ceccan. et ipsi illius mortem omittentes, errore ad bellum Africanum transtulit c.*

1087. receperit, A. Fliche, 'Le pontificat de Victor III (1086—1087)', 'Revue d'hist. ecclésiastique' XX (1924), 897 sqq., inquisivit, sed neglecta sententia, quam R. Palmarocchi, 'L'abbazia di Monte Cassino e la conquista normanna' (Roma 1913) p. 129 sqq. et ego 'Hist. Zeitschrift' CXV (1916), 652 sq. deprompsimus.

a) *distinctio nulla c.* b) D.CCC.L.I *in loco raso, ante* D *altera littera* D *apparente, c.* c) Adelisiam *corr.* Adelasiani *c.* d) .L.XXXX. *in loco raso c.*; D.CCCC.XXXXVII. *proponit Pa.* e) Adelisia, *super priorem* i *non deletam superscr. a, c.* f) *ita c.*; DCCCC(L)XXIIII *Pa.* g) ann *c.* h) *ita c.*; (X et) VII *Pa.*

cepit c. a. 901 (Pasqui I nr. 55; L. Schiaparelli, 'I diplomi italiani di Lodovico III e di Rodolfo II', Romae 1910, 'Fonti per la storia d'Italia', nr. 8 p. 26): *XXX libras auri se composituros agnoscat; sciat* passim habes in privilegiis Aretinis ab imperatoribus et regibus Lamberto, Berengario I, Hugone et Lothario, Adalberto, Ottone I, Ottone III, Heinrico II, Conrado II, Heinrico III. concessis. 21) Cat. Lomb. C et D non nisi *ind.* 6 (= a. 888) praebet. Annum incarnationis noster ipse supputando collegit.

1) Ita Cat. Lomb. C; *horta* B, D; *orta* F. 2) Ita Cat. Lomb. C 1. 2; 9 B, C 3, D, F. 3) *DCCCCI.* Gerardus scribere voluit. Post Lambertum cum Cat. Lomb. Ludowicus III. praetermissus est. 4) *et obtinuit simul cum illo partem* Cat. Lomb. D; *et tenuit simul cum illis partibus* B et C *(partibusque); et regnavit cum illo partim* F. 5) 9 Cat. Lomb. C et D; 4 B; sed F cum nostro 8 praebet. 6) *Eodem denique (Eodemque* B; *denique* om. F) Cat. Lomb. B, C, D, F. 7) Ita Cat. Lomb. B et C; *in* om. et *petiit* (pro *remeavit*) D (*petiit* etiam F). 8) *DCCCCXXXVII.* Gerardum scribere voluisse puto; *anno Domini (dominicae incarnationis* F) 926 Cat. Lomb. C, D, F, ubi iste annus ad fugam Rodulfi, non ad mortem Berengarii pertinet. 9) 950 recte Cat. Lomb. C, D, F, qui antea Hugonis mortem anno 948 (C; 949 D, F) assignavit. 10) Ita Cat. Lomb. C; *vero* om. B, D, F. 11) Hoc quoque Gerardum in catalogo, quem exscripsit, invenisse puto; cf. Cat. Lomb. cont. cod. C 3, SS. rer. Lang. p. 516 l. 30: *Octo maior regnavit cum coniuge sua Cunimunda, que fuit uxor Lotharii regis,* etc. 12) *Deinc predictus Oto Romam ingressus atque imperator ibidem effectus, omnem Italiam suo subiugavit imperio* Cat. Lomb. D, F. 13) Hunc titulum in privilegio Heinrici III. imperatoris a. 1052, d. 17. Iun. Turegi dato (DH. III. 292, MG. Dipl. V, 396; Pasqui I nr. 177) Gerardus legit, nisi potius ipsum, qui tunc cum episcopo suo Arnaldo in curia imperatoris versari potuit, dictatorem huius aliorumque diplomatum a viro cl. Paulo Kehr cuidam clerico natione Italo, quem signo OA notavit (MG. Dipl. V, p. 394; cf. p. XXXV, LIX), attributorum putare mavis: *Heinrichus secundus divina favente clementia magnus ac triumphator Romanorum imperator augustus* (item DH. III. 296. 298). Litterarum tamen formae et ductus in DH. III. 292 Paulo Kehr a Gerardi manu aliena esse videntur. Prima huius diplomatis verba, quotquot litteris elongatis scripta primam lineam occupant, in autographi capite, teste imagine phototypica in apparatu Mon. Germ. exstante, litteris minutis praescripta sunt (ubi habes *henricus; hac*). 14) *regnavitque ann.* 11 *et mens.* 3 Cat. Lomb. cont. D (cf. cont. E, F); *ann.* 7, *postea cum filio suo Otto ann.* 3 cont. cod. C 3; *[regn. ann.]* 26 Cat. regum Tuscus, SS. rer. Lang. p. 518. 15) *Obiit vero ann. Domini* 972 Cat. Lomb. D et F (*vero* om. D 2. 3, F; cf. E). 16) Ita Cat. Lomb. cont. cod. C 3: *Postea regnavit filius eius Otto ann.* 7; 7 annos etiam Catalogi regum Tusci codices 3, 4, 5 habent (SS. rer. Lang. p. 518 l. 49, n. h); *Otto filius Ottonis regn. ann.* 11 Cat. Lomb. cont. D et F.

Tertius[a.1] vero Octo similiter regnavit annis[b] VII[c.2]. Obiit anno dominice incarnationis MI[3]. (1002)

Cui[a] successit[d] Henricus et regnavit annis[b] XXIII[4].

Chuonradus[a] vero successor eius regnavit annis[b] XV[5].

Heinricus[a] filius Chuonradi regnavit annis[b] XVIII[6]. Obiit anno dominice incarnationis MLVI[7], mense Setembris[c.8]. 1056. (Oct. 5.)

a) *distinctio nulla c.* b) annī *c.* c) *ita c.*; (X et) VII *Pu.* d) Cuius *corr.* Cui sus *et* cesit *supersc. c.*; succe(s)sit *Pu.* e) setbr *c.*

1) Ita ex gr. Cat. Lomb. cont. E. 2) *Otto, filius Ottonis et nepos Ottonis, post mortem patris sui regnavit in Saxonia ann.* 12 *et posteu in Italia ann.* 5 Cat. Lomb. cont. D et F; *[regn. ann.]* 6 Cat. regum Tuscus p. 518. 3) *Quando obiit, erant anni Dom.* 1002 Cat. Lomb. cont. D (cf. cont. F et cont. cod. C 3); post verba in n. 2 allata Cat. reg. Tusci codices 1 et 2 pergunt: *A Christi nativitate usque huc sunt anni* 1001. 4) Ita Cat. regum Tuscus p. 519; cf. Cat. Lomb. cont. D p. 516. 5) Ita Cat. regum Tuscus p. 519; cf. Cat. Lomb. cont. cod. C 3 p. 516. 6) Cf. Cat. reg. Tusci codices 1, 2 p. 519: *a 4. anno Octoni imperatoris usque ad* 18. *Henrici tertii imperatoris sunt ann.* 92. 7) 1055 perperam Cat. Lomb. cont. cod. C 3. 8) Immo d. 5. Octobris; v. E. Steindorff, Jahrb. des Deutschen Reichs unter Heinrich III. t. II (1881), 356 n. 4.

SERIES EPISCOPORVM ARETINORVM.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

In rotulo archivi capituli Aretini fasc. I num. 3 signato (= c.), ex quinque membranis consuto, quem Gerardus primicerius ecclesiae Aretinae inter a. 1056. *et* 1064/70. per manus Gezonis eiusdem sanctę Arętine aecclesię notarii *describendum curavit, in tergo tertiae membranae manu quadam saeculi XI, quae, si Pasquium*[1] *sequimur, non est manus Gerardi neque Gezonis esse videtur, nomina episcoporum Aretinorum usque ad Teodaldum (qui a.* 1023—1036. *sedit et a.* 1036, *d.* 12. *Iunii obiit)*[2] *scripta sunt. Quibus alia manu saeculi XI. nomen Wilhelmi episcopi, suo loco inter Helmpertum et Albertum omissum, et deinceps variis saeculi XI/XII. et XII. manibus nomina episcoporum ab Immone, antea diacono Wormatiensi, Teodaldi successore, usque ad Heliottum (c. a.* 1176—1186)[3], *deinde saeculo XII/XIII. et XIII. Amedei (a.* 1188—1203) *et Gregorii (a.* 1203—1212), *postremum rursus aliis tribus manibus nomina Martini, Marcellini, Guillelmi II (qui sedit a.* 1248—1289, *a.* 1289, *d.* 11. *Iun. in proelio apud Campaldinum commisso occisus) subiuncta sunt.*[4]

Haec series episcoporum usque ad Teodaldum ad verbum fere cum nominibus episcoporum Aretinorum convenit, quae Ser Tommaso Romani libro suo inedito[5], *qui 'Formularium Curiae Aretinae' inscribitur, c.* 43 *a.* 1542, *ut videtur, inseruit,* quorum pars fuit reperta in quodam asserculo, dum reficebatur tectum ecclesiae abbatiae sancti Clementis, iuxta et intra portam sancti Clementis de Aretio[6]. *Quam S. Clementis seriem aeque ac seriem nostram, Gerardi primicerii, ut Pasqui recte suspicari videtur, iussu confectam, ex diptycho antiquo ecclesiae maioris, cui nomina episcoporum defunctorum illata esse conici licet, descriptam esse Pasqui (IV,* 260. 261) *putat*[7]. *Seriem nostram sub nomine Gerardi* de Episcopis Aretinis usque ad an. 1060 *laudabit Franciscus Marucelli in libri sui 'Mâre magnum' intitulati, inediti, vol.* 19, *art.* 6 *('De Aretio'), qui continuationem ab a.* 1060. *usque ad a.* 1229. *cuidam Uberto Aretino attribuit*[8].

1) Ub. Pasqui, 'Documenti per la storia della città di Arezzo nel medio evo' I (Florentiae 1899; 'Documenti di storia italiana pubblicati a cura della Regia deputazione Toscana sugli studi di storia patria' XI), p. 3 ad nr. 1; idem, 'Doc.' etc. IV (Aretii 1904), 259. 2) V. infra ad c. 2 Historiae custodum Aretinorum, p. 1474 n. 2. 3) Perperam Pasqui IV, 261 haec nomina omnia saeculo demum XIII (Wilhelmi saec. XII) adiecta esse dicit. 4) Sequitur in tergo quartae et quintae membranae Catalogus regum Langobardorum et imperatorum usque ad a. 1056, supra p. 1430 sqq. editus. 5) 'Arch. Capit. d'Arezzo' nr. 1023 secundum Pasqui IV, 261 sqq. Pro *Alpari* Romani habet *Alparius*, pro *Aribertus: Alipertus*, pro *Lampertus: Alampertus*, et ad *Cunimundus, Alipertus, Alampertus* addit: *gotti et longobardi*; pro *Helmpertus* habet *Hylipertus* (Pasqui IV, 264). Alteram seriem episcoporum usque ad Angelum de Ricasulis (a. 1391—1403) non paucis locis turbatam idem Romani a. 1560. in 'Libro Collectaneo' inedito (Pasqui IV, 262, 264) 'ex diversis antiquis et modernis monumentis' collegit. Quacum series a Scipione Ammirato, 'Vescovi di Fiesole, di Volterra e d'Arezzo', Florentiae 1637, qui librum suum iam a. 1592 scripserat) p. 196 sq. (usque ad Petrum Usimbardum, a. 1589—1611, producta) edita, quam Gius. Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' XVIII (Venetiis 1864) p. 58 sq. iteravit, non semel convenit neque tamen, quod Pasqui IV, 262 n. 2 contendit, ex Romaniana simpliciter descripta esse potest. 6) Quam ecclesiam a. 1031, m. April. Teodaldus episcopus monasterio S. Mariae de Pratalia et Sigizoni abbati concesserat, *eo videlicet modo, ut prefatus Sigizo denominatam ecclesiam sancti Clementis a fundamentis rehedificare faciat atque ipse vel sui successores per personas quas providerint regere studeant* (Pasqui I nr. 148). 7) Qui propter formam nominis *Hylipertus* exemplar S. Clementis demum saeculo XIII. aut non multo ante ortum esse censet. 8) *Ubertus Aretinus, de Episcopis Aretinis ab anno* 1060. *usque ad annum* 1229, Pasqui IV, 261, qui, quis fuerit iste Ubertus, non diiudicat, sed a. 1190. Ubertum quendam presbyterum (II, Florentiae 1916 [in tegumento 1920], nr. 404, sed in Civitate Castelli) et c. a. 1230. Ubertum notarium Aretinum (cf. II nr. 511, a. 1231, d. 26. Oct.: *Dominus Ubertus iudex comitatus Aritii et Castelli pro domino Gevehardo de Aristen legato domini*

Seriem hanc antiquissimam, quae rectum primorum episcoporum ordinem a recentioris aevi auctoribus turbatum servavit, primus edidit luculentissimo commentario instructam Ub. Pasqui, 'Documenti per la storia della città di Arezzo nel medio evo' IV (Aretii 1904), 259 sqq.; cuius editionem, quia nostros omnes fere fugit[1] neque in Germaniae bibliothecis publicis suppetit, hoc loco retractare ex re esse existimavimus, textu ad codicis imaginem lucis ope factam, quam viro cl. Paulo Kehr debemus, quantum fieri potuit emendato annisque episcoporum, qui certo constare videbantur, maxime, sed non sine censura, secundum Ubaldum Pasqui et Gerhardum Schwartz[2], qui Pasquii chronologiam episcoporum non noverat, adscriptis.

A. Hofmeister.

Sathirus episcopus[3].
Donatus episcopus[4].
Gelasius episcopus[5].
Domitianus episcopus.
Severinus episcopus.
Florentius episcopus.
Maximianus episcopus.
Eusebius episcopus.
Gaudentius episcopus.
Dicentius episcopus.
Laurentius episcopus.
Gallius episcopus.
Benedictus episcopus.
Olibrius episcopus.
Vindicianus episcopus.
Cassianus episcopus.
Dativus episcopus.
Dulcitius episcopus.

Innocentius episcopus.
Maiurianus episcopus.
Servandus episcopus[6].
Ciprianus episcopus[7].
Bonushomo episcopus.
Vitalianus episcopus.
Alpari[a] episcopus.
Lupartianus episcopus[b.8].
Deodatus episcopus.
Aliseus episcopus.
Stabilis episcopus[9].
Cunimundus episcopus.
Aribertus episcopus[c.10].
Lampertus episcopus[11].
Petrus episcopus[12].
Item Petrus episcopus[12].
Iohannes episcopus[14].
Petrus episcopus[15].

a) *ita c.*; Alparius *Romani, Ammirato;* Alpan *Pa.* b) *praecedit* ⁝ *c.* c) *praecedit* ⁝ *c.*

imperatoris in Italia?) occurrere adnotavit. Etiam Iac. Burali, 'Vite de' vescovi Aretini' (Arezzo 1638) p. 10 seriem nostram sub Gerardi primicerii nomine laudavit, quem c. a. 1050. scripsisse continuatione postea ab altero sacerdote usque ad a. 'MCCCIIL' (ita per errorem, qui typothetae esse videtur, pro 1248) subiuncta putavit.

1) Pasquii volumen IV. citavit P. F. Kehr, Italia pontificia III (Berolini 1908), 145. Pasquium secutus priores 20 episcopos usque ad Maiurianum recensuit F. Lanzoni, 'Le diocesi d'Italia dalle origini al principio del secolo VII' ('Studi e testi' 35) I (Faenza 1927), 569—573. 2) G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens unter den sächsischen und salischen Kaisern, mit den Listen der Bischöfe 951—1122' (Leipzig, Berlin 1913) p. 199 sqq. Cf. etiam H. Pahncke, 'Geschichte der Bischöfe Italiens deutscher Nation' I (951—1004), Berlin 1913, p. 88 sq. 3) Apud Ammiratum (supra p. 1438 n. 5) praecedunt: *Anno Christi 352 Liberio Pont. Max. Constantino et Iuliano Imperatoribus Sengito et Nigriniano Consulibus fuit primus Episcopus Aretinus et post eum sequuti sunt* etc. 4) Qui a. 362, d. 7. Aug. obiisse videtur. Cf. etiam F. Lanzoni, 'Le diocesi d'Italia' I, 569 sq. 5) Cf. infra Hist. cust. Aret. c. 6 p. 1477 l. 1 sq. 6) Cf. Pasqui I nr. 1. 7) Qui concilio Romano sub Agathone papa a. 680 habito interfuit; Mansi, Conciliorum nova et amplissima Collectio XI (Florentiae 1765), 310. 8) Qui sedit a. 714 et 715; Pasqui I nr. 3—7. Cf. supra p. 1433 sq. 9) Qui sedit a. 752; Pasqui I nr. 11; Jaffé-Ewald, Reg. pont. I nr. 2307; Kehr, It. pont. III, 147 nr. 5. 10) Qui sedit a. 783 et 801; DKar. nr. 150. 196, MG. Dipl. Kar. I, 204. 264; cf. etiam M. Kössler, 'Karls des Großen erste Urkunde aus der Kaiserzeit' ('Veröffentlichungen des Historischen Seminars der Universität Graz' VIII, Graz, Wien, Leipzig 1931); P. K(ehr), in 'N. Archiv' 49 (1932), 702 sq. nr. 283. 11) Qui sedit a. c. 819, 826, 828; Pasqui I nr. 22 (Reg. imp. I² nr. 701); MG. Cap. I nr. 180 p. 370; J. Ficker, 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens' IV (1874) nr. 11 p. 15. 12) Qui sedit a. 833, 835, 843; Pasqui I nr. 27. 28. 29. 33. 34 (Reg. imp. I² nr. 1038. 1052. 1107. 1108). Cf. Hist. cust. Aret. c. 1, infra p. 1471 et n. 6. 13) Qui sedit a. 850. 855. 865; Pasqui I nr. 37 (ad a. 853; sed v. Reg. imp. I² nr. 1179a; Kehr, It. pont. III, 148 nr. 10). 39; Flod. Hist. Rem. eccl. III, 10, MG. SS. XIII, 483 et n. 9. 14) Qui ab a. 872 usque ad a. 898 occurrit; Pasqui I nr. 41 (perperam ad a. 871). 52; Kehr, It. pont. III, 148 nr. 11 (= V, 124 nr. 1); L. Schiaparelli, 'I diplomi di Guido e di Lamberto' (Roma 1906; 'Fonti per la storia d'Italia'), DLamb. nr. 10 p. 95. Certe idem est, quem Libellus de imperatoria potestate in urbe Roma (MG. SS. III, 721; ed. Gius. Zucchetti, 'Il Chronicon di Benedetto monaco di S. Andrea del Soratte', Roma 1920, 'Fonti per la storia d'Italia', p. 208 et n. 3)

Theodicius episcopus[1].
Everardus episcopus[2].
986/87—1010. Helmpertus episcopus[3].
1014—1021/23. Albertus episcopus[4].
1023—1036. Teodaldus episcopus[5].

c. 1011/13. Wilihelmus[a] episcopus[6].

1036/37—1048/52. Immo[b] episcopus[7].
1051/52—1060/62. Arnaldus episcopus.

1062/63—1065/99. Constantinus episcopus[8].
Sigifredus electus[9]
natione[c] Teutonicus[c,10].
1104/5—1114. Gualterius episcopus[11].
1129—1135? Buianus episcopus[12].
1114/15—1128/29. [Guido episcopus[d,13].]
c. 1136—1140/42. Maurus episcopus[14].
1142—1175? Ieronimus episcopus[15].
1176?—1186. Heliottus episcopus[c,16].

a) Wil. ep. *postea manu saeculi XI. add. c.* b) *nomina quae sequuntur usque ad* Hel. *saeculo XI/XII. et XII. add.* (Immo — Const. *certo, fortasse etiam* Sig. *et* Gualt. *una eademque manu*) *c.* c) nat. Teut. *eadem manu saec. XII. script. c.* d) Guido ep. *saeculo XII/XIII. intra lineas add. c.* e) Hel. ep. *alia manu saec. XII. script. c.*

Iohannem diaconum et archicancellarium suumque (sc. Ludowici II. imperatoris, qui Iohannes inde ab a. 864, m. Febr. usque ad a. 865, m. April. occurrit, H. Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre'[2] I, Leipzig 1912, p. 401) *secretarium, qui postea Reatinus* (cum Zucchetti intellegendum est *Aretinus*) *episcopus effectus est, unde iam electus erat,* nominat, quique in Passione SS. Florae et Lucillae Petro Damiani (perperam, si Fedorum Schneider, 'Die Reichsverwaltung in Toscana' I, Rom 1914, p. 283 n. 4 sequeris) adscripta c. 3 (Migne, Patr. Lat. 144, col. 1030) *religiosus pater Ioannes episcopus Aretinus, cancellarius palatinus* audit. Iohannem a. 900 inter m. Mai. et Oct. diem obiisse Schneider l. c. coniecit. 15) Qui sedit a. 900 (d. 12. Oct.), 901, 916; L. Schiaparelli, 'I diplomi italiani di Lodovico III e di Rodolfo II' (Roma 1910; 'Fonti per la storia d'Italia'), DLud. III. nr. 2. 6. 7; p. 6. 19. 23; id., 'I diplomi di Berengario I' (Roma 1903) nr. 109. 111.

1) Inter Theodicium et Everardum omissum esse Hugonem putant Pasqui IV, 260. 275 sq. et Schwartz p. 199. At equidem, quin in synodo Augustana a. 952, MG. Const. I nr. 9 p. 18 l. 27 *Aritiensis* (pro quo iam Pertz haud ita male *Brixiensis* proposuerat) corruptum sit, nullus dubito. Aufredus a. 958 (Pasqui I nr. 68) potius Verulanus quam Aretinus episcopus fuit. 2) Qui occurrit ab a. 968. usque ad a. 979. 3) Qui ecclesiam a. 986/87—1010. rexit. Qua de causa eum de Alemannia ortum esse Pasqui IV, 276 dixerit, nescio. Cf. Hist. cust. Aret. c. 1. 2. 9, infra p. 1472 et n. 2, p. 1474, 1481. Post Helmpertum omissus est Wilhelmus, v. infra l. 7 et n. 6. 4) Qui rexit ecclesiam Aretinam a. 1014—1021/23. Cf. Hist. cust. Aret. c. 6, infra p. 1477 et n. 2. 5) Bonifacii marchionis Tusciae frater, Teodaldi marchionis filius; rexit ecclesiam a. 1023—1036; cf. supra p. 1438; infra Hist. cust. Aret. c. 2. 6 p. 1474 et n. 2, p. 1477. 6) Qui inter Helmpertum et Albertum, non post Teodaldum inserendus erat, primitus consulto, si Pasquio credis, omissus; sedit a. 1011. et 1013; Pasqui IV, 276 sq.; Schwartz p. 200. 7) Natione Teutonicus. Cf. etiam Hist. cust. Aret. c. 2, infra p. 1474 et n. 4. Ammirato, qui etiam continuo post Teodaldum posuerat *Honfridius Monacus, Arnaldus* (postea omissus), *Viliermus*, habet: *Immio Francus;* Romani I (ubi *Arnaldus* praecedit): *Franciscus*, Romani II (ubi post Theodaldum sequebantur *Henfridius qui et Immo dictus est, Arnaldus, Guilielmus*) *Franci(scus)*, quod ex Franci cognomine Immoni indito depravatum esse patet. 8) Cf. etiam Hist. cust. Aret. c. 8, infra p. 1479 et n. 4. Ammirato habet: *Costantinus Grecus.* 9) *Sigifredus Aretinus electus* etiam Pasqui I nr. 889 (a. 1177—1180) p. 523; cf. Romani I apud Pasqui IV, 264: *Sigifredus electus; hic fuit teutonicus.* Qui subscripsit a. 1099, m. Aug. chartae, quam monasterio S. Mariae in Pratalia dedit (Pasqui I nr. 291, cf. tab. ad IV, 273): *Ego Seyfridus episcopus et comes manu mea ss.* 10) Ita etiam Romani I, v. notam praecedentem; Ammirato: *Sigifredus Teutonicus.* Quod Schwartzium p. 202 fugit. Sed cf. Pahncke p. 83: *Seifridus Teutonicus*, qui I. B. Mittarelli, Ann. Camald. III (1778) p. 65 citavit, ubi legimus: *In locum Constantini arbitramur electum Sigefridum seu Seifridum, natione Teutonicum.* 11) Quem Pasqui IV, 280 et Schwartz p. 202 etiam Gregorium dictum esse contendunt. Rexit a. 1104/5—1114, *qui primus fuit Aretii per dominum papam et non per imperatorem* episcopus constitutus (Pasqui I nr. 389 p. 556, 539) idemque postea ab ipso papa depositus. Ammirato: *Gualterius Elemosinarius,* ubi sequitur *Regius Vicedominus,* sine dubio ex charta quadam male intellecta per errorem effectus (cf. Cappelletti XVIII, 107 sq.). 12) In concilio Pisano a. 1135. ab Innocentio II. papa depositus; Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. I, p. 865. Cf. Pasqui IV, 281 et Kehr, It. pont. III, 155, ad nr. 41, qui — qua causa suadente nescio — Buianum nihilominus usque ad mortem a. 1136. ecclesiam Aretinam obtinuisse dicunt. Ammirato: *Buianus Ubertinus.* 13) Qui ante Buianum post Gualterium inserendus erat, ut recte habent Romani II et Ammirato; rexit a. 1114/15—1128/29. Romani II: *Guido buccatorta*; Ammirato: *Guido Monacus.* 14) Qui occurrit ab a. 1136 (Jaffé-Loewenfeld I nr. 7768) usque ad a. 1140 (Pasqui I nr. 346, 'Regesto di Camaldoli' II [Roma 1909] nr. 985 et 989, quae chartae propter indictiones tertiam et quartam potius ad a. 1140. m. April., et m. Oct., quam 1141 pertinent). Ammirato: *Marcus Monacus.* 15) Electus a. 1142. m. Nov. et a. 1143. ineunte Febr. consecratus Kehr, It. pont. III, 155 nr. 43 sq.; 428 nr. 76 sq. Occurrit adhuc a. 1178. m. Aug., Pasqui I nr. 379. 16) Mortuus a. 1186, d. 4. vel 5. Dec., secundum Pasqui IV, 282. Cf. Stumpf, 'Reichskanzler' II nr. 4588. 4586; H. Kauffmann, 'Die italienische Politik Kaiser Friedrichs I. nach dem Frieden von Con-

1188–1203. Amedeus[a] episcopus[1].

1203–1212. Gregorius[b] episcopus.

1213–1235. Martinus[c] episcopus.

1236–1248. Marcellinus episcopus[2].

1248–1289. Guillelmus episcopus.

a) Amad. ep. *alia manu saec. XII/XIII. c.* b) Greg. ep. *manu saeculi XIII, fortasse eadem qua* Amed. ep., *script. c.* c) *hinc rursus tribus diversis manibus saeculi XIII. c.*

stanz' (Greifswald 1933; 'Greifswalder Abhandlungen zur Geschichte des Mittelalters' 3) p. 121 n. 37. Post quem Gualandus electus post annum renuntiavit.

1) Post quem alterum Constantinum intrudunt Romani II et Ammirato. 2) Iussu Friderici II. imperatoris a. 1248. *suspensus in patibulo in prima dominica instantis quadragesime* (Raineri Viterb. card. epist. apud Math. Par., Cron. mai., MG. SS. XXVIII. 305), quem diem dominicam Invocavit, id est d. 8. Martii, intellegunt I. Ficker et E. Winkelmann, Reg. imp. V, 1 (Innsbruck 1881—82), nr. 3666a, V, 2 (1892—94) nr. 13657, et F. Liebermann, SS. XXVIII, 305 n. 2 et 5 (quibus cum Elisabeth von Westenholz, 'Kardinal Rainer von Viterbo', Heidelberg 1912, p. 154 sqq. ['Heidelberger Abhandlungen zur mittleren und neueren Geschichte' 34] consentit), cum I.-L.-A. Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Friderici secundi VI, 2 (Paris. 1861) p. 605 n. 2, quem Pasqui IV, 283 secutus est, de dominica Septuagesimae vel Circumdederunt, i. e. d. 16. Febr., cogitaverit (ita etiam R. Davidsohn, 'Gesch. v. Florenz' II, 1, Berlin 1908, p. 336 sq.). E. Kantorowicz, 'Kaiser Friedrich der Zweite' (Berlin 1928) p. 597 et 'Ergänzungsband' (ib. 1931) p. 242 de die tacet.

NOTAE DE BEATRICE DVCISSA TVSCIAE ET GISLA.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Ex codice musei Nicolai de Iankovich Pestinensis, nunc Pestinensis bibliothecae musei nationalis Ungarici ('Széchényi-Landesbibliothek')[1] codice Iankovichiano nr. 246 fol. Lat., hodie cod. lat. med. aevi 6 (= c.), membranaceo in folio, foliorum 97, qui excerpta ex Pauli Orosii Historiis adversum paganos saeculo X. vel circa scripta et in principio (f. 1—7') manu saeculi XII. vel XIII (vel XIV?) suppleta continet, duas notitias annorum 1076. et 1078. de morte Beatricis ductricis Tusciae et de morte cuiusdam Gislae uxoris Wilielmi, quae in folio quodam in fine codicis adiecto (fol. 97'), quod prius cum tegumento codicis posteriore non iam exstante quodam modo coniunctum esse videtur, manu saeculi XI. posterioris scriptae leguntur, edidit G. H. Pertz in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' VI, fasc. 1—4 (1831), p. 141. De codice cf. praeter Pertzium l. c. p. 140 et C. Zangemeister in praefatione editionis Orosii, Vindobonae 1882, (Corp. script. eccl. Lat. 5), p. XXII. imprimis dissertationem viri doct. Michael Ring Ungarice scriptam, 'A nemzeti múzeum Orosius-codexéről' ('Vom Orosius-Codex des Nationalmuseums'), in 'Nyelvtudományi Közlemények' XII (1876)[2], p. 45—69 (cf. 'Revue de Philologie', n. s. I, 1877, 'Revue des revues' p. 166), de qua viri clarissimi de Farkas, Instituti Ungarici universitatis Berolinensis director, et E. Iacobovich, bibliothecae Pestinensis iam nominatae praefectus, benignissime nos edocuerunt. Secundum Ringium notae nostrae, quas denuo typis expressit (l. c. p. 47), non eadem, quod Pertzius voluit, sed diversis manibus rebus coaevis in Tuscia scriptae sunt[3]. Quod codex humanissime Gryphiam transmissus denuoque a nobis collatus probat; ex quo hic has notitias proponimus.

A. H.

1) In quam a. 1838. cum collectione Iankovichiana coemptus demum post circiter 15 annos illatus est, quod v. cl. E. Iacubovich, bibliothecae Pestinensis, quae 'Széchényi-Landesbibliothek' appellatur ('Magyar Nemzeti Múzeum orsz. Széchényi-Könyvtára'), gratiose nobiscum communicavit. 2) Fasciculus primus, qui hanc dissertationem continet, iam a. 1875. prodiit. 3) P. 47: 'Ein besonderes Pergamentblatt ist noch dem Kodex angefügt, mit nekrologischen Notizen aus der gleichen Zeit, auf deren Grund man den Zeitpunkt des geographischen Beiblattes' (i. e. f. 96—96', quod est ultimum ultimi quinionis folium, quod excerpta de regionibus Italiae ex Pauli diac. Hist. Lang. l. II, 9—24: *Omnis Italia que versus meridiem vel pocius in eo extenditur — Dicitur etiam Latium ipsa Italia pro eo, quod Saturnus Iovem filium fugiens intra eam latebram invenisset*, desumpta praebere iam Pertz p. 140. vidit) 'mit Sicherheit, den der älteren Bestandteile wenigstens annähernd feststellen kann. Die erste Notiz lautet: . . . . Darauf folgt von anderer Hand mit feinerer Feder und dunklerer Tinte, überhaupt Schriftzügen anderen Charakters: . . . . . Hier sind ungefähr 12 Buchstaben ausradiert, und in der folgenden Zeile schrieb dieselbe Hand, die das geographische Beiblatt schrieb, folgende drei Worte: *rebus excessit humanis*. Die Gleichzeitigkeit und Glaubwürdigkeit dieser Aufzeichnungen ist nicht zu bezweifeln. Die genaue Detaillierung der Zeitangaben, der Umstand, daß die zweite Notiz von einer anderen Hand herrührt, sowie eine gewisse loyale Schwülstigkeit im Stil der ersten Notiz (deren nüchterne, nur formale Nachahmung wir in der zweiten sehen) — alles das deutet darauf hin, daß diese Notizen nicht lange nach den aufgezeichneten Ereignissen, innerhalb der Grenzen des toskanischen Herzogtums und durch Untertanen dieses Herrscherhauses geschrieben wurden'. — Post notas nostras in eodem folio (97') sparsim complures notulae hodie erasae vel evanidae scriptae erant, quae saltem ex parte ex Pauli diac. descriptione provinciarum Italiae excerptae sunt (cf. ex. gr. Hist. Lang. II, 20 de Samnio etc., II, 23 de Liguria et vino a Gallis degustato). Inter quas codice luci ex lucerna quarzea emananti subiecto interdum voces *de*(?) *Flo*(*renti*?)*a* (quae apud Paulum diac. non inveniuntur) apparere videntur, quae tamen certo certius, ita ut affirmando de eis dicere liceat, perspici non possunt. Etiam in fol. 97' nonnullae notulae hodie evanidae, sed manu, quae multo recentior fuisse videtur, scriptae occurrunt.

Anno dominice incarnationis MLXXVII^mo[1], XIIII. kl. Mai., inditione XIIII^ma, Tuscie ductrix Italieque hõnor inoppumque[a] nutrix, vere dicta Beatrix[2], splendidissima[b] lucerna in domo Domini[c] fulsura, diem clausit extremum. 1078. Apr. 18.

Anno[d] post incarnatum Dominum MLXX nono[3], octavo[e] idus Augusti, inditione[f] prima, Gisla Wilielmi[g] uxor ad extremitatem vite deducta[h] rebus excessit humanis[i]. 1078. Aug. 6.

a) *ita c.* b) 1 *eadem manu eodemque atramento superscr. c.* c) *ita (dñi, sed altera hasta litterae n et i et signum abbreviandi detrit.) c.*; dei *Pertz.* d) *abhinc alia manu, calamo tenuiore et atramento fusciore c.; prior littera* n *eadem manu eodemque atramento superscr. c.* e) *sequ.* ꝟ *(?, = vero?) eras. c.* f) indictione *radendo corr.* inditione *c.*; inditione *Pertz.* g) wuilielmi *c.* h) *sequentibus c.* 12—15 *(c.* 12 *Ring) litteris erasis, quarum media fere* ũ *esse videtur, tria postrema verba* rebus excessit humanis *eadem fortasse manu, quae notam de Beatrice scripserat (aliter Ring, cf. supra p.* 1442 *n.* 3*), et clariore atramento scripta sunt c.* i) *in medio proximae lineae sequ.* Anno dominicè incarnationis millesimo *(sic!) atramento etiam clariore et calamo crassiore script. c.*

1) Annus 1077. secundum calculum Pisanum die 25. Martii a. 1076. incipiens hic est annus 1076. secundum usum nostrum communem, quo indictio 14. currebat. 2) Filia Friderici II. ducis Lotharingiae superioris (qui iam a. 1026/27, non a. 1033, obierat, cf. A. Hofmeister in 'Mitt. d. Inst. f. österr. Geschichtsf.' XXXVIII, 1919, p. 503 sqq.), uxor Bonifacii marchionis Tusciae et Gotfridi Barbati ducis Lotharingiae inferioris, mater Mathildis comitissae. De morte Beatricis, quae Pisis obiit, cf. G. Meyer von Knonau, 'Jahrb. Heinrichs IV.' t. II, p. 692, I. Simeoni ad Donizonis V. Mathildis v. 1140. et 1360, Muratori, SS. rer. Ital., ed. n., V, 2 (1930) p. 44. et 52 sq. 3) Secundum calculum Pisanum, id est annus 1078. secundum usum nostrum, quo indictio prima currebat.

INSTITVTA REGALIA ET MINISTERIA CAMERAE REGVM LONGOBARDORVM ET HONORANTIAE CIVITATIS PAPIAE.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Libellus, quem hic primi in Germania edimus, pretiosissimus et paene unicus nostrae Monumentorum Germaniae historicorum collectioni deesse non debuit, qui ad cognoscendum dispositionem regni Italici et praecipue iura et administrationem fisci, id est camerae regiae Papiensis, necnon et ordinationem commercii et ministeriorum artium civitatis Papiensis saeculo X. et saeculo XI. ineunte sub Ottonibus nostris regibus et imperatoribus permultum faciat. Codex unicus, chartaceus, foliorum 50[1], *in* 4°, *compluribus manibus saec. XIV. XV. XVI. scriptus et ex diversis partibus saeculo, ut videtur, XVI. vel XVII. hodierno involucro e charta densata grisei coloris facto*[2] *comprehensus, in archivo comitum dal Verme Mediolani (prius in loco Torre d'Albera dicto) servatur (= c.), ubi eum a.* 1929. *benignissime mediante v. cl. Arrigo Solmi et liberalissime concedente illustri comite Ing. Ludovico dal Verme*[3], *filio clarissimi quondam generalis comitis Luchini dal Verme, examinare et conferre mihi licuit*[4]. *Codex miscellanea maxime ad historiam civitatis et ecclesiae Papiensis spectantia continet*[5]. *Inter quae nono loco f.* 23—26 *in singulari binione, cuius tamen charta eadem est quae charta sequentis folii* 27 *hodie cum binione praecedente coniuncti et foliorum* 28—34, *quae quinionem in tribus postremis foliis mancum efficiunt*[6], *leguntur (f.* 23—25′*)* Instituta Regalia et ministeria Camere Regum Longbardorum[7] [et] honorancie Ciuitatis papie, *manu, quae saeculi XIV. exeuntis vel XV. ineuntis esse videtur, fortasse non multo post a.* 1395, *exarata, quibus alia manus cōaeva vel forsitan paululo posterior Catalogum imperatorum et regum infra p.* 1459, *n.* * *editum subiecit*[8] *(f.* 25′—26*), ultima pagina (f.* 26′*) huius binionis vacua relicta.*

1) Quae in codice numeris insignita non sunt. 2) Cum dorso membranaceo subfusco. 3) Qui Mediolani in via 'S. Giovanni sul muro' nr. 14 habitabat. Archivum haud procul in via 'Foro Bonaparte' collocatum erat. 4) De gente nobili dal Verme, quae Verona oriunda saeculo XIV. post medium in dominium Mediolani transiit, v. P. Litta, 'Famiglie celebri italiane' fasc. XIX (Milano 1831). 5) Cf. G. Boni et R. Maiocchi, 'Il catalogo Rodobaldino dei corpi santi di Pavia' (Pavia 1901) p. 7 sqq., qui schedis Petri Moiraghi (de quo vide infra p. 1447 sq.) iam vita defuncti usi sunt, codice ipso non inspecto; A. Solmi, 'L' Amministrazione finanziaria del Regno Italico nell' alto medio evo' (Pavia 1932), p. 6 sqq. De codice etiam ipse alio loco pluribus agam. 6) F. 27—28: *Arenga sive oratio dicenda in die, qua illustrissimus dominus noster dominus Iohannes Galeaz Comes Virtutum etc. ducatia sumet insignia* (a. 1395); f. 28′—30: Littera describens *ducalis solempnitatem tituli, quo nostrum illustrissimum principem Iohanem Galeaz Maiestas cesaria insignire dignata est*, d. *Mediolani decimo Septembris MCCCLXXXXV.*; f. 31—33: *De Secundo philosopho et de eius scilentio*; f. 33′—34′: *Capitulum de pontificibus et de constitutionibus eorum tam in misa quam in aliis ordinibus eclesie.* Quae etiam eadem manu qua 'Instituta regalia et ministeria camere regum Longbardorum' scripta esse posse negari omnino nequit. 7) Hic finit prima linea. 8) Ante a. 1412, v. infra p. 1445, l. 1 sqq. — Ultimus codicis Vermiani libellus (nr. XX apud Boni et Maiocchi p. 10), *Registrum corporum sanctorum et indulgenciarum ecclesiarum Papie* (f. 47—50′; ed. Boni et Maiocchi p. 11—34), in charta alia manu posteriore (eadem qua f. 35 sqq.) neque ante a. 1407, cum sanctum Bricium iam in ecclesia S. Mariae

Libellum nostrum iam a. 1412. *mense Octobri Papiae dictator mandati, quod 'in executione litterarum' 'illustrissimi domini nostri' ducis Mediolani et comitis Papiae ad 'potestates, capitaneos, rectores, officiales (sc. civitatum et terrarum) et subditos prefati domini (sc. ducis Mediolani et comitis Papiae) et etiam non subditos suos' de studio Papiensi, postquam* fluxis pluribus annis, invalentibus bellorum dissidiis, quibus hec patria Lombardie, proh dolor! diu premebatur et vexabatur, *vacavit, reformato et 'ad proximum sancti Luce festum' inchoando missum est, in usum suum convertit, scribens*[1]: . . . Etiam revolutis pluribus annis studium generale floruit in dicta civitate, incipiendo a Berengario primo, qui imperavit anno Domini DCCCCXIIII etc. solus in Italia[2], usque ad Octonem tercium. Octonis secundi filium, anno Domini DCCCCLXXII[3], prout in Institutis Regalibus et Ministeriis Regum Logombardorum et honoranciis civitatis sepedicte[4] lacius continetur.

Centum fere annis elapsis Iacobus Gualla libro suo a. 1505. *Papiae typis dato, qui 'Papie Sanctuarium' inscribitur*[5]. *f.* 7 *(lib. I cap.* 3*) ex* pervetusto Papie Pontificum codice bibliotece Pontificalis delubri, in quo eorum sacre hystorie leguntur, *quaedam inseruit, quae quin ad c.* 3 *Institutorum regalium (infra p.* 1452 *l.* 13 *sqq.) vel eius fontem redeant; non dubito*[6]. *Et quamquam in verbis modo allatis est, quod forsitan codicem ecclesiae cathedralis Papiensis a Gualla adhibitum magis compilationem quandam, quae libellum 'Institutorum regalium' vel notitias quasdam in eum receptas exscripserit, quam ipsa 'Instituta regalia' continuisse indicare videri possit, tamen fieri potuisse, ut Gualla vel ipso codice Vermiano vel eius simili usus sit, non omnino negaverim, praesertim cum codex Vermianus hodie superstes et primo loco brevem episcoporum Papiensium historiam a beato Syro usque ad Guidonem de Langusco comitem de Aula comitum palatinorum de Lomello*[7], *quae* Cronica episcoporum Papiensium *inscribitur*[8], *et ultimo loco* Registrum corporum sanctorum et indulgenciarum ecclesiarum Papie *iussu Robaldi episcopi a.* 1236. *compositum*[9], *quod et aliunde notum est, ad quod Gualla in praefatione f.* 1′[10] *et lib. I c.* 7 (De sancto Rhedubaldo Papie Episcopo . . .) *f.* 13 *sq.*[11] *respexit, exhibeat.*

de la Capella iacentem admoteī, quo hoc anno translatus est (Boni et Maiocchi l. c. p. 18), scriptus est ('scritto nel primo quarto del secolo XV; pochi anni dopo il trasporto . . . del corpo di S. Brizio a S. M. Cappella avvenuto nel 1407', Boni et Maiocchi p. 10).

1) 'Cod. dipl. dell'Università di Pavia' II, 1 (Pavia 1913) nr. 195, p. 124. Cf. A. Solmi, 'Sulla persistenza della scuola di Pavia nel medioevo fino alla fondazione dello studio generale', in 'R. Ist. Lomb. di scienze e lettere. Rendiconti' ser. II, vol. LVIII (1925), p. 218 sq. 2) Infra p. 1459 l. 11. 3) Infra p. 1460 l. 9. 4) Infra p. 1450 sq. 5) *Iacobi Gualle Iureconsulti Papie Sanctuarium.* In fine libri legitur: *Finis Sanctuarij: Papie antiquitatum: Reliquiarum sanctorum que erant in Arce Papie: Indulgentiarum quarumlibet ecclesiarum intra et extra ciuitatem: ac vbi iaceat corpus. b. Bernardini de Feltro. Impressum Papie per magistrum Iacob de Burgofrancho Anno domini . MCCCCCV. die . x . mensis Nouembris.* Gualiae liber denuo prodiit a. 1587: *Iacobi Gualliae I. C. Patritiique Ticinen. historiae suae patriae, Sanctuarii Papiae appellatae, Libri Sex . . . Papiae, Ex Officina Hieronymi Bartoli . M. D. LXXXVII.* Gualiae verba Stefanum Breventano ('Istoria della antichita, nobilta, et delle cose notabili della citta di Pavia', 'In Pauia Appresso Hieronimo Bartholi, nelle Case di S. Pietro in Ciel' Aureo 1570') Italice vertisse Gius. Robolini, 'Notizie appartenenti alla storia della sua patria' II (Pavia 1826), p. 287. animadvertit, Breventano l. III c. 1, f. 51—51′: *Questa era ancora vna special preminentia, che (come era notato nel libro de gli annali di questa Città, et nelle Istorie dei Vescoui d'essa, il quale era nel la libraria della Chiesa Catedrale) i maggiori Prencipi d'Italia nominatamente notati, et anco fuori d'Italia soleuano ogni tre anni (mentre durò il Real seggio) portare al Palagio commune vna certa quantità di pecunia come per tributo, ò censo.* 6) Gualla l. c. f. 7 (ed. a. 1587, p. 10), de regibus Longobardorum, qui Papiam exaltaverunt, inter cetera sic habet: *Papiam etiam exaltarunt: quod in peruetusto Papie Pontificum codice bibliotece Pontificalis delubri: in quo eorum sacre hystorie leguntur: habetur: quemadmodum maiores ibidem ad verbum nominatim inscripti Italie Principes: atque etiam extra Italiam: omni triennio regia regnante sede: in eiusdem vrbis palatio certam pecuniarum: et rerum quantitatem persoluebant.* 7) Qui sedit a. 1295—1311, anno DCCCCLXIIII' in codice perperam adscriptus, de quo errore cf. Fed. Savio, 'La leggenda di S. Siro primo vescovo di Pavia', in 'Giornale Ligustico' 19 (1892), p. 401 sqq., imprimis p. 416 sqq., qui codicem nostrum non adhibuit. 8) *Hec ex cronica episcoporum Papiensium compendiose et succinte colliguntur ut infra,* f. 1. 1′. 4—6. 9) *Anno Domini MCCXXXVI. dominus Rubaldus Dei gratia episcopus fecit inquirere corpora sanctorum, que erant in ciuitate Papie et in burgis et ecclesiis, in quibus sunt recondita, in quodam libro per ordinem narrante. Et sunt numero CXXXXI* (manu posteriore corr. *CXXXXVIII*), *et exceptis hiis, que non sunt in hoc folio, quorum nomina ignorantur, et aliis reliquiis* etc., f. 49. 49′. 47—48′. 50. 50′. Quod ex apographo Moiraghiano (v. infra p. 1447 et 1448 n. 1) ediderunt G. Boni et R. Maiocchi, 'Il Catalogo Rodobaldino dei Corpi Santi di Pavia' (Pavia 1901). 10) *Rhodobaldi autem presulis ticinensis cronica: edita anno salutis Millesimo ducentesimo*

Multis annis post, saeculo XVI. posteriore, comes Alphonsus Beccaria[1] ex antiquissimo libro manuscripto penes ipsum existente, monacorum Cassianensium Divi Salvatoris Papiae[2] tractante de institutis, et Regalibus legum longobardorum *affini suo Alexandro Raudensi (da Rho), iurisconsulto athenaei Papiensis, quaedam rettulit, quae ille in indice tractatus sui 'de Analogis, Univocis et Aequivocis' Venetiis a.* 1586—1587. *prelo subiecto posuit*[3]. *Qui codex S. Salvatoris Papiensis a.* 1586. *idem qui codex a.* 1412. *Papiae adhibitus aut eius gemellus fuisse videtur. Num etiam idem qui Vermianus noster fuerit, neque affirmare neque prorsus negare audeo. Neque magis certi quicquam de eo codice diffiniri posse videtur, in quo post centum annos et amplius P. Romualdus (Ghisoni) a S. Maria ord. Erem. Excalceatorum S. Augustini 'librum Institutorum Regalium Regum Longobardorum'*[4], *perlegere potuit*[5]. *Unde tribus locis ea, quae de ecclesiis Papiensibus, scilicet monasterio S. Martini q. d. foris portam (infra c. 5) et ecclesiis S. Syri et S. Michaelis maioris (infra c.* 16) *ibi habentur, in libro suo, qui inscriptus 'Flavia Papia Sacra' post mortem demum auctoris Ticini Regii a.* 1699.[6] *in lucem prodiit, cum lectoribus communicavit, magis tamen*

sexto: et trigesimo stupendum continet numerum inferius anotatum: sanctorum corporum: sacrorumque templorum: quo: et ab quibus regibus sint erecta. 11) *Preterea animaduertens Ticinensem vrbem Sanctorum reliquiis quam maxime illustratam. Pastor ipse optimus: vt rei diuine precipuam curam gereret. per singula totius vrbis templa: venerandas Sanctorum reliquias: que erant in obscuro: solertissime perquisiuit: scriptoque mandauit. Et Cronicam perbreuem de eis condidit que reuerendo tanti Presulis nomine communita: eiusdem sacri thesauri patefactam veritatem veris litteris dillucide continet: atque fidem: longeque etiam maiorem prestat venerationem. cui etiam adiecit delubra Regum impensa erecta: vbi nominatim ipsi Reges tumulantur. Que omnia cum eiusdem vrbis celesti origine: ac ingenti antiquitate in medium efferuntur.*

1) Ex gente Papiensi celeberrima, de qua cf. Robolini, 'Notizie' IV, 2 (Pavia 1832), p. 189 sqq., V, 1 (Pavia 1834), p. 161 sqq., V, 2 (Pavia 1836), p. 13 sqq., VI, 1 (Pavia 1838), p. 48 sqq. De Alphonso comite ex ramo 'Beccaria di S. Alessio' oriundo v. Robolini V, 1, p. 189 sq. 2) De monasterio S. Salvatoris Maioris Papiae ab Adalheida imperatrice instituto cf. P. Kehr, Italia pontificia (Reg. pont. Rom.) VI, 1, p. 203. 3) Qui liber (intitulatus *Tractatus de Analogis, Vnivocis et Aequivocis Iuris vtriusque, Decisiones Ampliss. Sena. Mediol. et aliorum supremorum Magistratuum includens: Celeberrimi I. C. D. Alexandri Raudensis Patritij Mediol. ex Dominis Burgheti, in Ticinensique Gymnasio in vesperis iuris ciuilis professoris . . . . .*) *Venetiis, Ex Officina Ioannis Baptistae Sonzaschi. 1587.* in lucem prodiit. In fine libri I (quem solum typis expressum vidi) c. 40 p. 522. legitur: *Hic impono finem huic primo libro sperans Dei benignitate, alia meliora me in sequenti dicturum, vel forte etiam aliquando hęc eadem, refrigerato inuentionis amore, nouum quasi lectorem maturius examinaturum atque correcturum; Ticini die vltima februarij. MDLXXXVI.* Inter contextum libri et indicem qui sequitur (*Index locupletissimus in librum primum tractatus de iuris ciuilis analogis Alexandri Raudensis iuriscon. Mediolan. et in Florentissimo Gymnasio Ticinensi ius ciuile in sede Vespertina docentis*) legitur nota: *Venetiis, Apud Ioannem Baptistam Somaschum. MDLXXXVI.* In indice s. v. *Gymnasium Ticinense legum imperialium, quo annō fuit erectum* haec verba habes: *adde quod secundum Cassan. in consuet. 10. parte. consid. 33. col. 3. anno a partu Virginis 740. tempore Caroli magni erectum fuit Gymnasium Ticinense, quo tempore in eo explicabantur leges consuetudines ac constitutiones longobardorum, vt retulit mihi Illu. et Clariss. Iurisconsultus affinis meus D. Co. Alphonsus Beccaria constare ex antiquissimo libro manu scripto penes ipsum existente, monacorum Cassianensium Diui Saluatoris papiae, tractante de institutis, et Regalibus legum longobardorum.* Secundum Robolinium l. c. II (Pavia 1826), p. 200: '... il Professore di Giurisprudenza in Pavia Alessandro Rho detto Raudense che nel 1585.' (sic!) 'stampò in Venezia un Trattato *de Analogis Univocis et Aequivocis*' etc. usque ad '*tractante de Institutis et Regalibus Legum (ossia Regum) Longobardorum*'. Cum verbis modo allatis cf. ea, quae in mandato a. 1412. verba supra p. 1445 l. 7 sqq. allata immediate praecedunt: *Studium enim generale floruit in dicta regia ciuitate temporibus regum Liutiprandi filii regis Asprandi, qui obiit in Papia anno Domini DCCXLI et iacet in ecclesia sancti Augustini, quam sub vocabulo Sancti Petri in celo aureo fabricavit, et Desiderii, ultimi regis Logombardorum, qui regnavit in Papia annis XXVI, anno Domini DCCLIIII. Qui quidem reges Logombardorum iacent pro maiari parte in ecclesiis hic per eos constructis. Etiam revolutis pluribus annis* etc. Quae in libello nostro ipso vel ullo modo cum eo coniuncta in codice Vermiano non leguntur, ubi tamen f. 18′ et 21′ de regibus Longobardorum, *qui iacent in Papia in ecclesiis infrascriptis*, et de regibus Longobardorum ab Alboino usque ad Desiderium complura inveniuntur. — Cf. etiam Renato Sòriga, 'Per una nuova edizione delle „Honorantie civitatis Papie"', in 'Boll. d. Soc. Pavese di storia patria' XIV (1914), p. 91. Alexander Rhaudensis (Rho), qui Papiae inra inde ab a. 1580. usque ad a. 1600. docuit, a. 1600. in senatorem electus a. 1627. Mediolani obiit; v. C. Dell'Acqua, 'I Sepoleri dei Re Longobardi in Pavia', in 'Boll. d. Soc. Pavese di storia patria' I (1901), p. 444, qui ib. et p. 445 n. 2 Tractatum de analogis, univocis et aequivocis a. 1587. in lucem prodiisse dicit. 4) Quem sub antiquorum Langobardorum regno a. 774. a Francis expugnato conscriptum esse putavit (cf. Flavia Papia Sacra I. p. 87). 5) Sòriga p. 91, quem Solmi secutus est, P. Romualdum (Ghisoni) codice Vermiano usum esse coniecit. 6) Non 1609.

sensu quam verbis servatis. Qui loci in Flaviae Papiae Sacrae parte I. pag. 28, 32, 87 *inveniuntur, quos cum ipso 'Institutorum regalium' textu comparatos hic inserendos esse e re iudicavimus:*

1) *Flav. Pap. Sacr. I, p.* 32[1]:

'Si quidem in libro Institutorum Regalium eorumdem Regum, ubi de spectantibus ad Ecclesias agitur, habetur, quod, quotquot ex Venetorum Urbe, Ticinum, negotiaturi adveniebant, dimidium pro unoquoque centenario, de negociatione sua, Ecclesiae D. Martini extra Portam persolvere tenebantur. *Instit. Regal. Reg. Longob.*'

Inst. reg. c. 5:

'Solebant venire multi divites negociatores Venetorum in Papiam cum eorum negocio. Et dabant ad monasterium Sancti Martini, qui dicitur foris portam, quadragesimum soldum de omni negocio.'

2) *Flav. Pap. Sacr. I, p.* 87[2]:

'In Ecclesia scilicet D. Syri lampadem ex auricalco fuisse, quae iugiter, ex Regis praescripto, collucere inibi debebat, pro Anima ipsius Regis, ob quod, ter in anno, Domini scilicet Nativitate, et Festis Paschatis Ressurrectionis, et Pentecostes, Regius Cubicularius libram unam, denariorum Papiensium, pro manutenendo lampadis oleo solvere iubebatur: ac insuper Mansionariis duodecim, singulis *Caligas, et calceamenta Canevacia*, cum *paludamento*[3], in Paschate, praeberet, quatenus accensam custodirent Lampadem, *Lumen Imperatoris* appellatam: Quod item paludamentum[4], cum calceamentis, et caligis, obtinebant, quando Rex processionaliter illam ingrediebatur Ecclesiam. *lib. instit. Regal. Reg. Longob.*'

Inst. reg. c. 16:

'Est autem in ecclesia Sancti Syri rete unum de auricalcho, ubi debet magister camere per tres vices in anno, in natale Domini, in pascha et in pentecoste, per unumquodque ipsorum festorum, dare libram unam denariorum Papiensium in oleo, ita ut illud rete possit complere et illuminare pro anima regis. Et duodecim mansionarii ... debent recipere per singulos vestimenta de lana et par unum caligarum et in pascha paludamenta per singulos et caligas canevacias, eo quod custodiant bene lumen imperatoris; et quot vicibus rex intrat cum processione in ecclesia Sancti Syri, sic debet donare ipsis duodecim mansionariis per singulos annos pro anima regis, ut preces eorum exaudiat Deus.'

3) *Flav. Pap. Sacr. I, p.* 28:

'Insuper, et hoc consueverunt Regum aliqui, quod, quotiescumque ingredi contingebat Basilicam hanc *(sc. S. Michaelis Maioris)*, Processionaliter, Regem, eius Mansionarii novis Caligis, et Caiceamentis Canevaceis, ac paludamento, singuli donarentur, quatenus, pro eiusdem Regis Anima, devotas ad Deum preces effunderent. *Instit. Regal. Reg. Longob.*'

Inst. reg. c. 16:
(Cf. supra sub 2.*)*

'Et duo mansionarii Sancti Michaelis maioris debent recipere vestimenta, sicut faciunt mansionarii Sancti Syri.'
(Cf. supra sub 2.*)*

Ex P. Romualdi (Ghisoni) libro notitia libelli nostri ad recentiores viros doctos, inter quos Iosephus Robolini praecipuus fuit, devenit, qui codicem frustra quaesitum perditum deplorabant[5]. *Quo a.* 1890. *exeunte in archivo comitum dal Verme (tunc in Torre d'Albera existente*[6]*) reperto textus 'Institutorum regalium' a rev. dom. Petro Moiraghi transcriptus primum editus est Papiae*

1) Ubi P. Romualdus haec praemisit: *Verum, antequam construeretur illud Gynaeceum Monialium* (sc. S. Martini iuxta Portam Aurelianam), *Ecclesia D. Martini, iam usque a temporibus Regum Longobardorum, extitisse claret.* 2) Ubi de ecclesia SS. Gervasii et Protasii agens P. Romualdus haec praemisit: *Non levis aut* [leg. *autem*] *hic nobis occurrit dubitatio super eo, quod in regalibus institutis Longobardorum Regum perlegere contigit.* 3) *paludemento* Rom. 4) *plaudamentum* Rom. 5) Robolini, 'Notizie appartenenti alla storia della sua patria' II (1826), p. 200 sq., qui hunc libellum saeculo XII. antiquiorem non esse putavit, quae sententia stare non potest. Etiam C. Prelini, 'San Siro primo vescovo e patrono della città e diocesi di Pavia' II (Pavia 1890), p. 32 n. 1 libellum perilase credidit. Cf. Vidari, 'Frammenti cronistorici dell' agro Ticinese'[2] II (1891), p. 318 sq.; Sbriga l. c. p. 31. 6) Cf. G. Boni et R. Maiocchi, 'Il Catalogo Rodobaldino' p. 7.

a. 1891. *in secunda editione libri Iohannis Vidari, qui inscribitur 'Frammenti cronistorici dell' agro Ticinese', II, p.* 399—405[1]. *Secundam editionem, cum codicem ipsum in archivo Verniano in Torre d'Albera (degli Alberi) invenire non iam potuisset, ex eodem apographo Moiraghiano emendatam paravit Renatus Sòriga, in 'Bollettino della Società Pavese di storia patria' XIV (1914), p.* 95—101[2]. *Tertiam et quartam editionem a.* 1920. *et* 1932. *debemus viro clarissimo et inter rei publicae administratores litterarum studio excellentissimo Arrigo Solmi*[3]*, qui codice archivi Vermiani iam Mediolanum translati denuo adhibito et de textu difficili non semel lectu, difficillimo intellectu et constituendo et explicando*[4] *optime meritus est et nos etiam summa, qua est, liberalitate et humanitate semper et in omnibus adiuvit. Quod et ex hac quinta nostra editione, quam infra proponimus, diligenti lectori satis patebit. Quam etiam emendatiorem, etsi non, quod in tali re vix umquam fieri posse harum litterarum periti consentient, omnino perfectam, tamen et in textu recensendo et in rebus explicandis non semel utilia contribuentem viris doctis et Germaniae et Italiae gratam fore speramus.*

Restat, ut, quo tempore quove consilio libellus noster conscriptus sit, paucis explicemus[5]*. Quem saeculo XI, non XII. vel posteriori, attribuendum esse recte iam Vidari perspexit*[6]*. Sòriga eum intra tria priora saeculi XI. decennia, fortasse paulo ante palatium regium a.* 1024. *a Papiensibus destructum compositum, sed hic illic postea, postremo saeculo XIV. post medium, interpolatum esse putavit. Primus Solmi suo iure duas partes distinxit*[7]*, alteram, quae partem longe maximam complectitur (c.* 1—21*), saeculo XI. priore compositam, alteram, id est prologum et epilogum, cui etiam postea ab tertio quodam auctore catalogus imperatorum et regum subiunctus est*[8]*, saeculo XIV. adiectam. Quam secundam partem saeculo XIV. exeunti attribuit, cum in prologo (infra p.* 1451, *l.* 7 *sq.) ad studium generale Papiensibus a.* 1361. *a Karolo IV. imperatore concessum respectum haberi putaret. Sed ego iis magis assentior, qui quidem vocabulum 'studium generale' ante saeculum XIII. usurpari non posse concedunt, sed locum, de quo agitur, potius ad scholam iuris Papiae saeculo XI. celeberrimam quam ad studium generale a.* 1361. *noviter institutum referunt, et prologum et epilogum non post a.* 1361, *sed saeculo XIV. priore, Heinrici VII. vel potius Ludovici Bavari imperatorum temporibus ab aliquo homine Papiensi gloriae patriae flagrantissimo adiectum esse puto, qui non Librum de descriptione Papiae ab Opicino de Canistris a.* 1330. *absolutum*[9] *exscripsit, sed eodem animo incensus iisdemque fere temporibus interdum similia scripsit*[10]*. Primam,*

1) Cf. ib. p. 318—328. P. Moiraghi, 'Curiosità Pavesi' I (Pavia 1896), p. 125. Cf. C. Dell'Acqua, 'I Sepolcri dei Re Longobardi in Pavia', in 'Boll. d. Soc. Pavese di storia patria' I (1901), p. 445: 'Ma il vanto di averlo fatto conoscere è dovuto al conte Luchino Dal Verme, il quale in un centone di cose pavesi da lui posseduto, trovò riprodotto quel libro in una copia dal sec. XV . . . Trasmesso da Roma al nostro concittadino comm. avv. Giovanni Vidari, e da lui esaminato in concorso del chiaro ab. Don Pietro Moiraghi' etc. Apographum Moiraghianum in bibliotheca Seminarii Papiensis servari dicit Sòriga l. c. p. 92. 2) Cf. ib. p. 90 sqq. 3) A. Solmi, 'Il testo delle „Honorantie civitatis Papie"', in 'Arch. stor. Lombardo', 'Serie quinta', XLVII (1920), p. 187—192; cf. p. 177 sqq. — A. Solmi, 'L'Amministrazione finanziaria del Regno Italico nell' alto medio evo' (Pavia 1932) p. 20—27. 4) A. Solmi, 'Le „Honorantie civitatis Papie" e le stazioni doganali del regno italico', in 'R. Ist. Lomb. di scienze e lettere. Rendiconti', ser. II, vol. LIII (1920), p. 577—585; 'La distruzione del Palazzo regio in Pavia nell' anno 1024', ib. LVII (1924), p. 351—364; 'Sui rapporti commerciali tra Pavia e le città bizantine dell' Italia Meridionale nell' alto medioevo', in 'Studi Bizantini a cura dell' Istituto per l'Europa orientale' I (1924), p. 311—315. Quae commentationes retractatae in librum 'L'Amministrazione finanziaria' supra allatum receptae sunt, ubi et aliae aliorumque virorum doctorum dissertationes afferuntur. 5) Quae alibi pluribus prosequar. Cf. praeter Solmium etiam Sòriga l. c. et F. Landogna, 'La genesi delle „Honorantie civitatis Papie"', in 'Arch. stor. Lombardo', 'Serie quinta', XLIX (1922), p. 295—331. 6) Vidari p. 319. Etiam Petrus Moiraghi, postquam quandam elocutionis similitudinem cum Liudprandi postea episcopi Cremonensis operibus animadvertisse sibi visus est, ita ut etiam, quod a recto quam maxime abhorret, de Liudprando ipso quasi libelli nostri auctore cogitari posse crederet, tamen 'Instituta regalia' 'primis saeculi XI. annis' ascribere maluit ('Curiosità Pavesi' I, 125 sq.). 7) Quod Landogna frustra infirmare conatus est. Solmium secutus est A. Schulte, 'Pavia und Regensburg', 'Hist. Jahrb.' 52 (1932), p. 469. 8) E contra Landogna p. 329. catalogum imperatorum et regum, excepta clausula ultima de principibus electoribus, quam non ante saeculum XIII. exeuntem ita scribi potuisse nemo est quin videat, primitivi libelli partem esse posse putavit. Quod a vero quam maxime abhorrere ex ratione, quae inter hunc catalogum et Martini Poloni Chronicam aliosve recentiorum temporum catalogos vel chronicas intercedat (infra p. 1459 sq.), luce clarius patet. 9) Quem sub titulo 'Anonymi Ticinensis Liber de laudibus civitatis Ticinensis' ediderunt R. Maiocchi et F. Quintavalle apud Muratori, SS. rer. Ital., nov. ed., XI, 1 (1903); denuo impressit F. Gianani, 'Opicino de Canistris I' „Anonimo Ticinese" (Cod. Vaticano Palatino latino 1993)', Pavia 1927, p. 78 sqq. De Opicino de Canistris cf. etiam R. Salomon, 'Das Weltbild eines avignonesischen Klerikers', in 'Vorträge der Bibliothek Warburg' VI (1930), p. 145 sqq. 10) Neque tamen cum Landogna l. c. p. 298 libellum nostrum ante librum Opicini de Canistris scriptum esse oportere affirmaverim.

id est mediam et longe maximam partem textus nobis obvii Solmi, ut ante eum iam Sòriga fecerat, saeculo XI. priore ante a. 1024, *vivo adhuc Heinrico II. imperatore, id est circiter a.* 1010—1020, *conscriptam esse putat. Cui Landogna obloculus libellum de 'Institutis regalibus' potius post mortem Heinrici II. Conrado II. imperante compositum esse statuit. Cui quin et ego assentiar, facere non possum. Nam etiamsi ea quae in c.* 21 *leguntur:* Et imperator Henricus multa ministeria venundedit, ea, quod, qui non habebat filium, in regnum honorem camera hereditasset, *de Heinrico II. imperatore sine liberis mortuo dicta esse Landognae vix concesserim et in hoc loco sane difficillimo explicando magis opinioni à Solmio acutissime prolatae (v. infra p.* 1458 *n.* 6*) accedam, tamen haec eadem verba et ea quae sequuntur:* Et si fuisset prudens imperator et honorabilis, sicut decet imperium *etc. Heinrico vivo et in libello ad ipsum vel ad consiliarios suos ita scribi potuisse nullo modo mihi persuadere possum. Praeterea, quod Landogna statuit, pactum cum rege Anglicorum et Saxorum in c.* 3 *memoratum ut idem sit, quod Kanutus rex Anglorum et Danorum a.* 1027. *fecit, cum tempore paschali (d.* 26. *Mart.) Romae una cum Rudolfo III. rege Burgundiae coronationi Conradi II. imperatoris interesset, quamvis sagaciter Solmi repugnaverit*[1]*, fieri potuisse vix negarim. Nec mirum videtur, quod Kanutus rex in epistola, quam continuo ad suos in patriam direxit, ea tantum, quae ab imperatore et rege Burgundiae impetraverat, nec simul ea, quae ipse pro his se daturum esse promiserat, posuit. Quae si probaveris, antiquam libelli nostri partem, qui c.* 1—21 *complectitur cuiusque tenor, exceptis fortasse interdum nonnullis vocibus, vix ullo loco posteriore tempore e consilio immutatus esse videtur*[2]*, post Heinrici II. imperatoris mortem palatiumque regium a Papiensibus a.* 1024. *destructum Conrado II. imperante circiter a.* 1027. *vel paulo post ab auctore quodam Papiensi, qui camerae regiae ascriptus vel erat vel fuerat*[3]*, eo consilio ad imperatorem eiusve consiliarios dirigendam compositam esse pro certo habebis, ut eos ad iura camerae regiae incuria praedecessorum regum vel imperatorum Ottonis III. eiusque matris Theophaniae, cuius consiliarius erat* ille diabolus, qui nominabatur Iohannes Grecus[4] *etc. (c.* 21*), et Heinrici II. subversa recuperanda accenderet. Prologus et epilogus saeculo XIV. priore, fortasse Heinrico VII. vel Ludowico Bavaro imperante a Papiensi quodam, qui gloriam patriae commendare et fortasse contra Mediolanum civitatem iam quam maxime in omnibus progressam defendere nitebatur, additus est, qui etiam titulum moderno tempore communiter usitatum adiecit:* Honorancie civitatis Papie[5]*; cum sincerus saeculi XI. prioris titulus esset:* Instituta regalia et ministeria camere regum Longobardorum[6].

Auctorem principalis libelli saeculi XI. prioris in conscribendo registris camerae regiae aliisve scriptis authenticis vel etiam chartis usum esse patet. In quibus singulis indagandis summum studium Landogna posuit; qui quamvis sagacissime et doctissime singula scrutaretur, tamen plurima non ita evicit, ut hic allata in edendo textu nobis vel lectoribus usui esse posse viderentur. Itaque his omissis eos, quibus haec cordi erunt, ad ipsam viri doctissimi dissertationem[7] *delegamus.*

In recensendo textu ita versati sumus, ut secundum usum nostrum, quoad fieri potuit, presso pede codicem, etiamsi non autographum et non semel evidenter corruptum, sequeremur, non nisi iis locis, ubi corruptela non dubia et emendatio, etsi non in verbis, tamen in sensu certa erat, emendatis, non negantes etiam pluribus locis coniecturae locum esse. Etiam rem orthographicam, paucis quae posteriorem aetatem evidentius sapere videbantur exceptis, secundum codicem unicum moderati sumus, cuius lectionem semper, etiam levissimam, ab ea recedentes adnotavimus. Propter singularem textus et potestatem et obscuritatem saepius etiam ex editionibus prioribus, quamquam omnes non nisi ad eundem codicem, quem et nos habuimus, redeunt, praesertim ex duobus, quas

1) Item P. S. Leicht, qui libellum temporibus Conradi II. regis, nondum imperatoris, inter a. 1024 et 1031 (!) tribuit ('Riv. di St. del Diritto ital.' V, 1932, 223 sq.), cui F. Borlandi ('Riv. stor. ital.' 49, 1932, ser. IV, 2, p. 383 n. 2) contradixit, Solmium secutus. — V. p. 1452 n. 6. 2) Aliter, nec tamen recte, Landogna p. 300. Qui etiam compluribus locis textum ab auctore saeculi XIV. male lectum et propterea depravatum opinatus emendationes non paucas proposuit, quas omnes minus probatas negleximus: c. 7 *negocialorum pa(latii)* pro *n. Papie*, c. 8 *monete pa(latii)* pro *m. Papie*, c. 13 *camerarii palatii* pro *cam. Papie*, c. 14 *facere debent in palatio* pro *f. d. in Papia*, c. 17 *negociatores palatii* pro *neg. Papienses.* 3) Cf. Sòriga l. c. p. 94. De (A)gisulfo, filio Airaldi quondam magistri camerae (c. 20, infra p. 1458 l. 1 sq.) — qui Airaldus fortasse a. 988/90. vel 91. decessit —, cogitat Solmi, 'L'Amm. fin.' p. 201. Quod neque negari neque affirmari potest. Ad scholam iuris Papiensem saeculi XI. ineuntis respexit Moiraghi, 'Cur. Pav.' I, 126. 4) Iohannes Philagathus. 5) Cf. etiam initium prologi: *Hec instituta regum Longbardorum, hii regii fasces, hec honorancie huius antique urbis Ticinensis . . .* 6) Cf. etiam c. 1: *. . . audite . . ., qualiter omnia ministeria, que pertine[nt] ad came[ram] regis et palacium, et omnia i[ura] regalia Longbardorum . . instituta fuere!* 7) Supra p. 1448 n. 5 allatam.

Solmio debemus, quia ipse ipsum codicem Vermianum uberius examinandi facultatem habuit, ne quid huic editioni deesse videri posset, variam lectionem adscripsimus. In sententiis et circuitibus distinguendis usum nobis consuetum secuti sumus, varia lectione non nisi gravi quadam et singulari causa monente adscripta.

In libris impressis evolvendis v. d. H. Kauffmann me sedulo adiuvit, qui etiam aeque ac v. d. E. Aßmann et v. cl. W. Smidt plagulas mecum correxit. Nec minus P. Kehr, R. Heuberger, C. Erdmann utilia mecum humanissime communicaverunt.

Dabam Gryphiae, m. Septembri a. 1932. **A. Hofmeister.**

INSTITVTA REGALIA ET MINISTERIA CAMERE REGVM LOMGBARDORVM[a] [ET[b]] HONORANCIE CIVITATIS PAPIE.

In[1] nomine domini nostri Iesu Christi dei semper eterni. Hec instituta regum Longbardorum[c], hii regii fasces[d], hec honorancie huius antique urbis Ticinensis in solido et niveo marmore[2] deberent affigi, ne usquam longinqua vetustas valeat abolere. Hanc civitatem primam[e] hiis in oris Christicolam et ob hoc[e] benedictam aput[f] Dominum inter alias civitates sanctus Syrus in ingressus sui exordio benedixit et inquit[g]: 'O alma urbs, lectare[g]! non minima, sed ingens et copiosa[h] vocaberis in finitimis civitatibus inter alias urbes, veniet tibi ab extremis montibus exultacio'. Roma nominat Papiam et appellat filiam[i] suam[5]. Et sicut Roma coronat imperatorem in ecclesia Sancti Petri cum papa suo, ita Papia cum episcopo suo coronat regem in ecclesia[k] Sancti Michaelis maioris, ubi est lapis unus rotundus[6] cum quatuor aliis lapidibus rotundis. Est regale palatium in hac civitate Papie[7], ad quod et ad presentiam regis venire tenentur et debent omnes principes Italie, de factis Ausonie, sicut agitabat fortuna, deliberacione matura celebraturi consilium

a) *ita c.*; Langob. *Vid.*; Lomgobardorum *Sor., Solmi.* b) *charta lacera, perpusilla vestigia scripturae c.; sive Vid., Sor.;* seu *Solmi*; et *legitur in mandato ad officiales ducis Mediolanensis et alios de studio Papiensi restaurato proxime inchoando (Papiae, m. Octobr. a.* 1412), *'Cod. dipl. dell' Univ. di Pavia' II,* 1 *(Pavia* 1913) *nr.* 195 *p.* 124, *cf. supra p.* 1445, *infra p.* 1459 *l.* 8 c) *ita hoc loco c., Solmi*[2]: Longob. *Vid., Sor., Solmi*[1]. d) fastes *Vid., Sor., Solmi.* e) *ita c.* f) *ita c.* g) *ita c.; intelligendum est* delectare. h) *primum* o *corr. c.* i) filiam *in marg. suppl. c.* k) ecfia *c.*

1) Hic prologus saec. XIV. adiectus est. 2) Cf. ex. gr. marmor ille musei historici civitatis Papiae, cui versus infra n. 5 allati insculpti sunt. 3) Cf. Opicini de Canistris Libellus de descriptione Papie, c. 1, ed. R. Maiocchi et F. Quintavalle, Muratori, SS. rer. Ital., ed. nova, XI, 1 (1903), p. 1, F. Gianani, 'Opicino de Canistris l' „Anonimo Ticinese" (Cod. Vaticano Palatino latino 1993)' (Pavia 1927) p. 73: *In principio quidem sue conversionis ad Christum, cuius fidem prima in partibus illis accepit . . .* 4) Vita s. Syri c. 3, Surius, De probatis sanctorum historiis VII (Col. Agr. 1581), 696, Mombritius, Sanctuarium, nova ed. 1910, II, 543, Prelini, 'San Siro' I (1880), p. 188 sq.: *Ingressusque urbem futurae prosperitatis eius annuncians deprompsit praesagium: 'Delectare gaudiis, urbs gloriosa (gl.* om. M.) *Papia, quia veniet tibi ab aeternis (externis* M.) *montibus exultatio, nec vocaberis minima, sed copiosa in finitimis civitatibus . . .*'; Liudpr. Antap. III, 6, ed. J. Becker, MG. SS. rer. Germ., p. 76 (ubi *gloriosa* deest, *externis* pro *extremis*, *Non* pro *nec* legitur); Lib. de descr. Papie c. 1, Muratori l. c. p. 2, Gianani p. 74: *'Delectare gaudiis, gloriosa urbs Papia, qu. v. t. ab extremis m. ex. Non v. m., set c. in f. c.'*, quibuscum ad verbum convenit Officium s. Syri § 42, quod ex antiphonario Modoetiensi saec. XII. et ex codice Papiensi saec. XV. edidit C. Prelini, 'San Siro primo vescovo e patrono . . . di Pavia' I (Pavia 1880), p. 63. 5) Cf. cod. Vat. Pal. 1993 (Opicini de Canistris) f. 15, ubi ad prophetiam s. Syri adiecta est figura feminae et adscriptum: *Papia filia pape*, Gianani p. 74, n. 1; *Roma secunda* in versibus in Lib. de descr. Pap. c. 18, Muratori, SS. r. It., e. n., XI, 1, p. 25, Gianani p. 99, ad Papiam, ab aliis ad Mediolanum relatis, de quibus cf. Robolini, 'Notizie appartenenti alla storia della sua patria' III (1828), p. 288 – 296, Moiraghi, 'Curiosità Pavesi' I, 58—130. 6) Talis lapis nostris adhuc temporibus in medio ecclesiae monstrabatur. Ultimus regum Fridericus I, postea imperator, a. 1155, d. 24. April. *in aecclesia S. Michahelis, ubi antiquum regum Longobardorum palatium fuit*, coronatus est; Ott. Fris. G. Frid. II, 27; A. Hofmeister, 'Eine neue Quelle zur Geschichte Friedrich Barbarossas. De Ruina civitatis Terdonae', in 'Neues Archiv' 43 (1922), p. 141. Saeculo XIV. Heinricus VII. rex a. 1311. bis, tempore paschali (*ubi humillime in domo Predicatorum tenuit curiam suam*, Nic. de Butr. ed. E. Heyck p. 20) et mense Octobri, et Ludowicus Bawarus imperator a. 1329. a d. 19. Iun. usque ad d. 4. Oct. (A. Chroust, 'Beitr. z. Gesch. Ludwigs d. Bayers', Gotha 1887, p. 227. 287 n. 6) Papiae morati sunt. 7) De situ veteris palatii a. 1024. a Papiensibus destructi, inter plateas hodie 'Piazza Municipio' et 'Corso Garibaldi' dictas, v. A. Solmi, 'L'Amministrazione finanziaria del Regno italico nell' alto medio evo' (Pavia 1932) p. 89. 190 sqq. Inde ab saeculo XII. novum palatium imperatoris extra portas civitatis Papiensis apud S. Salvatorem nominatur.

et ad beneplacitum regis observaturi, quicquid[a] in dicto conscilio deliberatum fuisset[1]. Debet enim habere Papia comites palatii, qui debent per totam Italiam in omni loco adhuc ante imperatorem tenere palatium sive placitum iuris[2] et ius unicuique tribuere, et habere missum[b,3] regis, et secundum preceptum controversie per totam Italiam ducebantur. Papia debet habere regem, advocatum[4] et iudices palatinos. Omnes insuper iudices Italie debent questiones per sententiam iudicare. Quia ex omnibus civitatibus Italie veniebant ad generale studium huius alme civitatis Papie[5] studere in iure civili et leges adiscere[c], et maiores magisque honorati fuere iudices Papie. Ex omnibus civitatibus Ytalie[d] extiterunt episcopi Papie[6]. Ex omnibus ordinariis ecclesie[e] Sancti Syri, ex omnibus clericis, qui fuerunt huius civitatis Ticinensis, plures divina gracia et miscricordia sancti sunt[7].

1. Vos[8] omnes, quibus est insitus amor, utilitas et honor regni Lombardie, audite letis et equis animis, qualiter omnia ministeria, que[g] pertine[nt] ad came[ram] regis et palacium, et omnia[h] i[ura][g,h] regalia[i] Longbardorum[k] vetustis temporibus instituta fuere!

2. Intrantes negociatores in regnum solvebant decimam de omni negocio ad clusas et ad vias, que sunt hec[l] regi pertinentes, videlicet[9]: prima est Secusia[m,10], secunda Bardo[11], tercia Belinzona[12], quarta Clavenna[13], quinta Balzano[14], sexta Volerno[15], septima Trevile[16],

a) *ita c.* b) *ita c., edd.* c) *ita c.* d) *ita hoc loco c.* e) Eclie c. f) *numeri desunt in codice, ubi haec sine ulla distinctione praecedentibus subiunguntur neque etiam in sequentibus usquam capita numerantur nec semper distinguuntur; in capitibus distinguendis cum v. cl. Solmi convenimus.* g) que — iura *in marg. suppl., iis, quae uncis quadratis inclusimus, iam abscisis, c.* h) oia u ..., *non iam facile lectu, c.*; omnia, *omisso* iura, *Vid., Sor.*; cetera enim *Solmi.* i) i *superscr. c.* k) *ita hoc loco c.*; Longob. *Solmi.* l) *ita c.*; hec *edd.* m) *ita Solmi*; seculia *c., Vid., Sor.*

1) Tale concilium Papiae a. 1311. mense Octobri Henricus VII. rex cum civitatibus Lombardiae habuit; G. Sommerfeldt, 'König Heinrich VII. und die lombardischen Städte in den Jahren 1310—1312', in 'Deutsche Zeitschrift für Geschichtswiss.' II (1889), 2, p. 134 sqq. 2) A. 1014 (d. 7. Mai., DH. II. 299) postremo comitem palatii iudicio curiae in praesentia imperatoris praesidentem invenit I. Ficker; 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' I (1868), 315; idem p. 319 comitem palatii etiam absente rege iurisdictionem per totum regnum habuisse negat. 3) De iudicibus Papiensibus missis regis v. Ficker, 'Forsch. z. Reichs- und Rechtsgesch. Italiens' II (1869), 43 sq., 45, 49; III (1870—72), 422 sq. 4) De advocato d. imperatoris (regis) et regni Papiae saec. X. et XI. v. I. Ficker, 'Forsch. z. Reichs- und Rechtsgesch. Italiens' III, p. 25. 5) Hoc non ad *generale studium utriusque iuris, videlicet tam canonici quam civilis, necnon philosophie, medicine et artium liberalium*, quod Karolus IV. imperator civitati Papiae a. 1361, d. 13. April. concessit (Reg. imp. VIII nr. 8631; 'Cod. dipl. dell' Univ. di Pavia' I, Pavia 1905, nr. 1 p. 1; A. Solmi, 'Sulla persistenza della scuola di Pavia nel medioevo fino alla fondazione dello studio generale', Milano 1925, in 'Rendiconti del R. Ist. Lomb. di scienze e lettere' vol. 58, p. 216 sqq.), sed ad antiquam scholam iuris Papiae saec. XI. celeberrimam spectare puto, de qua cf. Ficker l. c. III, p. 42 sqq., A. Solmi, 'La scuola di Pavia nell' alto medio evo', in 'Nuova Antologia' 1925. 6) Cf. Lib. de descr. Papie c. 1, Muratori, SS. r. It., e. n., XI, 1, p. 3, Gianani p. 76: *Temporibus Longobardorum, sicut fertur, illic omnes partium illarum episcopi congregabantur ad synodum, unde et adhuc sunt ibi capelle quam plures vocate multarum civitatum Lombardie nominibus* etc. Cf. Solmi, 'L'Amm. fin.' p. 53 sq.; Schulte, 'Hist. Jb.' 52, p. 465 sqq. 7) Lib. de descr. Papie c. 1, Muratori l. c., Gianani p. 75 sq., non nisi de episcopis nonnullis Papiensibus catalogo sanctorum adscriptis refert. 8) Hinc quin vetus libellus saec. XI. priore compositus incipiat, non dubito (Solmi[1]: a c. 2, Solmi[2]: a c. 1 vel 2). 9) Ad ea quae sequuntur cf. Solmi, 'L'Amm. fin.' c. III: 'Le stazioni doganali del Regno italico' p. 55 sqq. (iam antea idem, 'Le „Honorantie civitatis Papie" e le stazioni doganali del Regno Italico', in 'Rendiconti del R. Ist. Lomb. di scienze e lettere' ser. II, vol. LIII, 1920, p. 577—585). 10) Susa ad Doram Ripariam. 11) Hodie Fort Bard ad Doram Balteam inter Augustam Praetoriam et Eporediam. 12) Bellinzona ad Ticinum fl. supra Lacum Maiorem. 13) Chiavenna ad Meram fl. supra Lacum Cumanum. 14) De Bauzano (Bozen ad Isarcum fl.), quod proposuit Solmi, approbante Landogna ('Arch. stor. Lomb.' XLIX, 305), vix ullo modo cogitari posse videtur. Cf. etiam M. Völser, 'War Bozen im 10. Jahrhundert Zollstätte des Königreichs Italien?', in 'Tiroler Heimat' 9 (1927), p. 53 sqq. Si ordinem, quem in enumerandis locis auctor sequitur, respicis, hic locus quidam inter Adduam (Chiavenna) et Athesim (Volargne) positus exspectatur. Quod optime ad Valzana (? = Volciano in sinistra ripa fluvii Chiese) prope Salò situm quadrat, ut F. Landogna in 'Studi Trentini' VIII (1927), p. 73 animadvertit (Landogna 'Valzana' scribit, quod nomen in tabulis geographicis nobis suppetentibus non invenimus). Sed etiam alia alii viri docti loca in medium produxerunt, ut Bolzano ad Tesinam fl. a Vicentia civitate ad orientem et septentrionem situm (quod dubitando magis quam affirmando G. Suster in 'Studi Trentini' VII, 1926, p. 35 proposuit). Habes etiam praeter Bolzano prope Vicentiam Bolzano prope Bellunum, Bolzano prope Sanctum Vitum in provincia Utinensi, Bolzano prope Cividale, cf. K. v. Ettmayer, 'Der Ortsname Bozen', in 'Festschrift zu Ehren Emil von Ottenthals' ('Schlernschriften' 9, Innsbruck 1925), p. 41—52, imprimis p. 47; O. Stolz, 'Die Ausbreitung des Deutschtums in Südtirol' III, I (München,

octava Sanctus Petrus de Iulio[1] via de Monte Cruce[2], nona prope Aquilegiam[3], decima Forum Iulii[4]. Omnes gentes, que veniunt de ultra montes in Lombardiam, debent esse adecimate[a] de caballis, servis, ancillis, pannis laneis et lineis, canevaciis, stagno et spatis, et debent de omnibus negociis decimam dare ibi ad portam misso camararii[b]. Sed omnia sine ulla adecimatione debent dimittere Romipetis sancti Petri, que ducuntur pro impensis eorum. Nullus homo debet ipsos Romipetas adecimare nec eis ullam contrarietatem facere; et si quis fecerit, sub anatama[c] sit[5].

3. Gens vero Anglicorum et Saxorum[d] venerunt et veniebant cum eorum negociis et mercadanciis, et videntes ad clusas evacuari males et bulges, ira commoti, sese cum ministralibus camere altercationibus imiscebant[e] et verbis iniuriosis et sepius cultro[f] mutuis vulneribus percuciebant[g]. Rex vero Anglicorum et Saxorum pro secandis tantis et malis et tolendis[h] periculis et rex Lomgbardorum[i] hoc insimul modo convenerunt[6]: Gens Anglicorum et Saxorum non umquam[k] deberent adecimari, et ob hanc causam rex Anglicorum et Saxorum[l] et eorum gentes tenentur et debent mittere ad palatium in Papia et ad cameram[m] regis omni tercio anno quinquaginta libras cocti argenti et duos magnos canes veltrices mirabiles, pilosos seu velutos, in cathenis cum collariis copertis laminis deauratis et bolatis[n] sive smaltatis ad arma regis, et duo scuta optima bocelata[o] et duas optimas lanceas et duas optimas spatas operatas et probatas, et magistro camere debent dare duas magnas cottas de vario minuto et duas libras cocti argenti et recipere sigillum a magistro camere, quod in eundo et redeundo[p] nullam molestacionem recipiant.

4. Dux[q,r] vero Venetorum cum suis Venetis debent[r] dare omni anno de denariis Venetis, qui denarii sint[s] de uncia una, tam boni de pondere et argento sicut Papienses[8],

a) *ita c., semper.* b) *ita hoc loco c.* c) *ita c.;* anatagma *Solmi.* d) *ita c.* e) *ita c.* f) *ita c.;* ultro *Solmi[1];* ultra *Solmi[3].* g) *ita edd.;* percuciebat *c.* h) *ita c.* i) *ita c., Sor., Solmi;* longeb. *Vid.* k) *ita c.* l) Saz *hoc loco c.* m) *ita c., Vid.;* camaram *Sor., Solmi.* n) *ita c.* o) *ita c.* p) reddeundo *c.* q) *praecedit signum distinctionis postea insertum c.* r) *ita c., Vid.;* debet *Sor., Solmi.* s) *ita c.;* sunt *edd.*

Berlin 1932), 7 sqq. (11 n. 1), 18 sqq. 15) Volargne ad Athesim fl. supra Veronam. 16) Curiam quandam Treville prope Castelfranco inter Brentam et Plavim fluvios sagaciter indagavit P. S. Leicht, 'Le stazioni doganali del Regno d'Italia in Friuli', in 'Mem. Stor. Forogiuliesi' XVII (1921), p. 117 sq., cui Solmi, qui prius de Tarvisio (Treviso) cogitaverat ('Rendiconti' etc. LIII, p. 581 sq.), assensus est. Attamen dubitandi rationes manent.

1) (S. Pietro di) Zuglio. 2) Monte Croce, 'Pleckenpaß' in Alpibus Carnicis. 3) Haec ante Aquilegiam civitatem per Popponem patriarcham (a. 1019—1042) restauratam scripta esse videri animadvertit P. S. Leicht, in 'Mem. Stor. Forogiul.' XVII (1921), p. 119, quem F. Landogna, in 'Arch. stor. Lombardo' ser. 5, XLIX (1922), p. 307, et A. Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 67 secuti sunt. Teloneum hic memoratum Leicht in ponte Isontii ad Farra, Solmi, qui prius ('Rendiconti del R. Ist. Lomb. di scienze e lettere' ser. II, vol. LIII, 1920, p. 582) de Cervignano cogitaverat, ibidem aut in antiquo 'Ponte Sontii' apud Gradiscam posuerunt. 4) Cividale del Friuli ad Natisone fl. 5) Cf. ex. gr. ex regno Francorum Pipini regis Concil. Vern. a. 755, d. 11. Iul., c. 22, MG. Capit. I nr. 14, p. 37: *De peregrinis, qui propter Deum vadunt, ut eis tolloneos non tollant;* eiusdem capitulare incerti anni (cf. Reg. imp. I[2] nr. 79) c. 4, MG. Capit. I nr. 13, p. 32. 6) A. 1027, cum Kanutus rex una cum Rudolfo III. rege Burgundiae coronationi Conradi II. imperatoris Romae (d. 26. Mart.) intererat, pactum inter eos factum est, de quo ipse Kanutus epistolam in Angliam destinavit, quam Florentius Wigorniensis Chronicis suis (MG. SS. XIII, 126 sq.) sub a. 1031, cui perperam per communem rerum Anglosaxonicarum scriptorum errorem Kanuti iter Romanum assignavit, et Wilhelmus Malmesburiensis Gestis regum Anglorum II § 183 (cf. § 182, ed. W. Stubbs I, 1887, p. 221 sq.) inseruerunt: *Locutus sum igitur cum ipso imperatore et domino papa et principibus qui ibi erant de necessitatibus totius populi universi regni mei tam Anglorum quam Danorum, ut eis concederetur lex aequior et pax securior in via Romam adeundi, et ne tot clausuris per viam artentur et propter thelon iniustum fatigentur. Annuilque postulatis imperator et Rodulphus rex, qui maxime ipsarum clausurarum dominatur; cunctique principes edictis firmaverunt, ut homines mei tam mercatores quam alii orandi causa viatores absque omni angaria clausurarum et thelonearium firma pace et iusta lege securi Romam eant et redeant;* Reg. dipl. hist. Dan. I nr. 70 et ser. sec. I, p. 9. 7) Ad c. 4—6 cf. W. Lenel, 'Zur älteren Geschichte Venedigs', in 'Hist. Zeitschr.' 99 (1907), p. 490 sqq. (hoc libello 'Institutorum regalium' non adhibito); Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 91 sqq.: 'I mercanti di Venezia, di Amalfi, di Gaeta e di Salerno e la Camera regia di Pavia'; cf. etiam F. L. Ganshof, 'Note sur un passage de la vie de saint Géraud d'Aurillac', in 'Mélanges Iorga' (Paris 1933) p. 295 sqq., qui libelli nostri mentionem non facit. De tributo Venetorum cf. H. Bresslau, 'Venezianische Studien', in 'Festgabe für Gerold Meyer von Knonau' (Zürich 1913), p. 69 sqq., imprimis p. 88 sqq., qui 'Instituta regalia' non adhibuit. 8) Quod, etiamsi forte magis ita esse debuit quam fuit, repugnare videtur opinioni, quam ultimus, quod sciam, sane acutissime, H. Bresslau l. c. p. 71 n. 4 et p. 90 defendit, quod in pacto Ottonis II.

libras quinquaginta in palacio Papie et magistro camere palium[a] unum optimum[b,1], propter hoc, quod ad regem[c] Longbardorum[d] pertinet[2]. Et illa gens non arat, non seminat, non vindemiat. Istud censum[e] appellat[f] pactum, eo quod gens Venetorum potest emere in omni portu granum et vinum[g] et illorum dispendia in Papia facere et nullam molestiam recipere debent.

5. Solebant[g] venire multi divites negociatores Venetorum in Papiam cum eorum negocio. Et dabant ad monasterium Sancti Martini, qui dicitur foris portam[4], quadragesimum soldum[5] de omni negocio. Et magistro camere debent dare omni anno per unumquemque Veneti, cum venerint Papiam, maiorem[h] unam libram piperis et unam cinamomi[i] et unam galengri[k] et libram unam zinzebris et uxori magistri[l] camere pectinem[m] unum eboris et speculum unum et paraturam unam aut soldos viginti Papienses bonorum[6].

6. Solebant[n] venire similiter Salaterni[o], Gaytani et Malfitani[p,7] in Papiam cum magno negocio et donabant camere in palacio regis quadragesimum soldum[8] et uxori camerarii, sicut Veneti, per singula pigmata parature.

7. Ministri[q] autem negociatorum Papie, magni et honorabiles et multum divites, receperunt semper de manu imperatoris preceptum[9] cum omni honore, ubicumque fuissent ad mercatum aut per aquam aut per terram[10], ut[r] nullum damnum nec molestiam debeant[s]

a) *ita c.* b) opptimum c. c) *num* regnum *emendandum?* d) *ita c., Sor., Solmi;* longob. *Vid.* e) censum c. f) *ita c., Vid., Sor.;* appellatur *Solmi.* g) *praecedit signum distinctionis postea insertum c.* h) *ita c., Vid., Sor.;* maiores *Solmi; cf. infra c.* 12, *p.* 1456, *l.* 13. i) cinamonii *c.* k) galengri *vel, quod minus verisimile videtur,* galenga *c.;* galengri *edd.* l) *ita c., Vid., Sor.;* magistro *Solmi.* m) *ita c.,* pectine *edd.* n) *praecedit signum distinctionis postea insertum c.* o) *ita c.; intelligendum est* Salernitani. p) Malefcitani *corr., ut videtur,* Malfitani *(vel* Malfatani*) c.;* Malefatani *edd.* q) *praecedit signum distinctionis postea insertum c.* r) *ita Solmi;* aut *c., Vid., Sor.* s) debeat *c.;* debeat *Vid., Sor.;* debeatur *Solmi.*

a. 983. tributum antiquitus consuetum 25 librarum denariorum Papiensium auctum non sit, cum duo denarii Veneti idem quod unus denarius Papiensis valerent. At potuitne fieri, ut auctor Papiensis hic magis, quod in pactis esse credidit aut voluit, quam quod in iis positum erat, proponeret?

1) Cf. pactum Ottonis II. imperatoris a. 983, d. 7. Iun., c. 22, MG. Dipl. II, 355 sq., Const. I, nr. 18, p. 43, R. Cessi, Pacta Veneta, in 'Arch. Veneto' 59, 5. ser., nr. 9—10 (1929), p. 75 (cf. p. 36 n. 2), c. 20: *Et promisit nobis cunctus ducatus Veneticorum et successoribus nostris pro huius pactionis foedere annualiter omni mense Marcio (marcii* Cessi*) persolvere libras suorum denariorum quinquaginta et pallium unum.* Eadem leguntur etiam in pacto Ottonis I. a. 967, d. 2. Dec., c. 28, MG. Dipl. I, p. 483, Const. I, nr. 14, p. 35, sed post Waltherum Lenel ('Die Entstehung der Vorherrschaft Venedigs an der Adria', Straßburg 1897, p. 1 sq. n. 1) Bresslau et Cessi (p. 26 sqq.) hunc locum ex pacto Ottonis II. interpolatum esse ostenderunt. *Pallium et quę camerarii nostri sibi annualiter pro censu exigebant . . . exceptis quinquaginta libris* Otto III. imperator a. 1001. duci Veneticorum suisque successoribus perdonavit, DO. III. 397, MG. Dipl. II, p. 880; Ioh. diac. Chron. Ven., SS. VII, 34, l. 21 sqq., ed. Ioh. Monticolo, 'Cron. Venez. antich.' I ('Fonti per la storia d'Italia'), 168. Sed in pactis saec. XII. et XIII, inde ab a. 1111, pallium denuo invenitur. 2) Cf. B. Schmeidler, 'Venedig und das deutsche Reich von 983—1024', in 'MIÖG.' XXV, 1904, p. 545 sqq., cui W. Lenel, in 'Hist. Zeitschr.' 99 (1907), p. 495 sqq., contradixit, et W. Lenel l. c. p. 508 n. 1 de praecepto Karoli III. a. 883. dato. Neuter tamen hoc 'Institutorum regalium' loco usus est. 3) Cf. Liudpr. Leg. c. 55 (Opera ed. l. Becker p. 205): *A Veneticis et Amelfitanis institoribus . . , qui nostris ex victualibus haec ferendo nobis vitam nutriunt suam.* 4) Monasterium monialium B. Mariae et S. Martini situm non longe a Ticinensi civitate prope portam q. d. Aureliana atque Palatina; P. Kehr, Ital. pont. VI, 1, p. 221 nr. 1. 5) Quem monasterio S. Martini, prope quod mercatus Venetorum Papiae fuisse videtur, non camerae regiae persolvendum esse hinc elucere puto. Cf. pactum Ottonis I. a. 967, d. 2. Dec., c. 11; pactum Ottonis II. a. 983, d. 7. Iun., c. 10: *De ripatico vero placuit, ut secundum antiquam consuetudinem pars parti observetur omnem quadragesimum . . .* — Otto III. imperator a. 998, d. 6. Oct., DO. III, 304, MG. Dipl. II, p. 731, monasterio S. Martini q. d. foras portam inter alia *dimidium quoque portum super fluvium Ticinum in loco qui vocatur Sclauaria cum alia divisione portus in alia eiusdem Ticini fluminis parte* confirmavit. 6) Haec ea esse videntur, *quę camerarii nostri sibi annualiter pro censu exigebant*, quae Otto III. imp. a. 1001. Venetis condonavit, v. supra n. 1. 7) Cf. supra n. 3. 8) Cf. pactum Ottonis I. c. 11, Ottonis II. c. 10, supra n. 5. 9) Cuius exemplar nullum exstat. Cf. Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 79 sqq. 10) Cf. diploma Friderici I. imp. d. a. 1164, d. 8. Aug., Stumpf. nr. 4024, Böhmer, Acta imp. nr. 121, p. 118 (= Solmi, 'L'Ammin. fin.' app. nr. XV, p. 270): *Concedimus quoque fidelibus nostris Papiensibus, ut eorum mercatoribus per totam Ytaliam per aquam et terram libere et secure ire liceat nec cogantur dare maiorem vidam vel tenssam vel pedagium nisi secundum bonum verum usum et iustum.*

eis facere aliquo modo. Et qui contra hoc fecerit, componere debet mille mancosos[a] aureos in camera regis[1].

8. Ministerium[b. c. 2] autem monete Papie debet habere novem magistros[3] nobiles et divites super omnes alios monetarios, qui debent custodire et precipere omnibus aliis monetariis cum magistro camere, ut numquam faciant peiores denarios, quam semper fecerunt, de pondere et argento de duodecim in decem. Et debent illi novem magistri donare fictum de moneta omni anno ad cameram regis duodecim libras denariorum Papiensium et comiti Papie[d. 4] libras[e] quatuor similiter. Eo modo[f], quod, si magister monete invenerit aliquem falsarium, cum comite Papie[d] et cum magistro camere debent manum destram[g] illius falsarii facere amputari[5] et ad cameram regis omnem suam substantiam perveniri[6]. Et ipsi novem magistri, quando aliquis eorum intrat magistratum, debet dare ad cameram regis boni auri optimi unzias[h] tres.

9. Monetarii[i] vero Mediolanenses debent habere magistros[7] quatuor nobiles[k] et divites, et cum conscilio camerarii Papie debent denarios Mediolanenses facere tam bonos de argento et pondere, sicut denarii Papie, et cambiare eos per unum denarium solidos[l]. Et debent dare fictum magistro camere Papie omni anno libras duodecim denariorum bonorum Mediolanensium. Et si invenerint aliquem falsarium, debent illi suam manum destram[m] amputare[5] et omnem suam substanciam ad cameram regis applicari[6].

10. Sunt[n] etiam omnes auri levatores[o. 8], qui mittunt rationem ad cameram Papie et numquam debent alicui aurum venumdare per sacramentum et debent ad illum[9] consignare

a) mancosos *c.* b) *praecedit signum distinctionis, fortasse postea insertum, c.* c) *ita emend. Solmi²*; Minister *c.* d) *ita c., edd.*; Palatii *proponit Solmi, 'L'Ammin. fin.' p.* 112. 114. e) li- *in loco raso c.* f) *ea quae sequuntur artius cum iis, quae supra l.* 4—6 *leguntur (*qui debent custodire — de duodecim in decem*), quam cum immediate praecedentibus cohaerere videntur, neque vero ita, ut in c. exstant, ab auctore scripta esse prorsus negari possunt.* g) *ita c.* h) *ita c., Vid., Sor.*; untias *Solmi.* i) *praecedit signum distinctionis c.* k) *ita Solmi*; nobilles *c.* l) *ita c., Vid., Solmi; lacunam post* solidos *habet Sor. et Solmi, 'L'Ammin. fin.' p.* 112, *qui p.* 118 duos *supplere videtur;* solidos (pro solido?) *Landogna p.* 321. m) *ita c.* n) *praecedit signum distinctionis c.* o) *ita c.*; lavatores *Solmi³. Nihil immutandum esse docent DArd.* 5, *MG. Dipl. III,* 705 *l.* 38, *et charta Papiensis d. a.* 1135, *d.* 27. *Sept., apud Solmi, 'L'Ammin. fin.' append. nr. X, p.* 261.

1) Hanc formulam in diplomatibus regum saec. IX. et X. usitatam esse monuerunt F. Landogna ('Arch. stor. Lombardo' XLIX, 1922, p. 314), A. Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 79 sq. Diploma Friderici I. modo allatum habet: *Si quis vero huius nostre auctoritatis edictum violare presumpserit, M libras auri se compositurum cognoe verit, dimidium camere nostre et dimidium predictis Papie consulibus.* 2) Ad c. 8 et 9 cf. A. Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 111 sqq., 142 sq., 153 sq., 159 sq. 3) *Gundefredus qui et Azo magister monete, filius b. m. Petri, qui professus est ex natione sua lege vivere Longobardorum*, Papiae occurrit a. 989, d. 3. Ian. in commutatione de rebus monasterii Nonantulani cum Iohanne abbate et archiepiscopo Placentino facta (Muratori, Ant. It. I, 805 sq.). Antea Heldebrannus quidam, *magister monetariorum Papiensis provinciae manens et vulpelinae dolositatis minas praecavens, subditis praemonstrabat vias rectitudinis, quas depravant nimium, qui in illud insudant calliditatis officium*, qui per Maiolum abbatem Cluniacensem a gravissima infirmitate sanatus est; Anon. Silvin. Vita s. Maioli c. 20, Bibl. Cluniac. (Paris. 1614) p. 1776. 4) Quamquam comitatus Papiensis pertinentia comitiva palatii non erat (I. Ficker, 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Italiens' I, 317), tamen ineunte saeculo XI. Otto, qui alibi comes comitatus Lomellensis (a. 1018, d. 4. Dec., MG. LL. IV, 651) vel comes Laumellensis (Chron. Novalic. III, 32) audit, idem et comes palatii et comes comitatus Ticinensis occurrit, DO. III. 411 (a. 1001, d. 14. Oct.), DH. II. 299 (a. 1014, d. 7. Mai), Muratori, Ant. Ital. I, p. 887 (a. 1018, d. 28. Aug.), G. Biscaro, 'I Conti di Lomello', in 'Arch. stor. Lombardo', ser. 4, vol. VI, a. XXXIII (1906), p. 351 sqq., imprimis 361 sqq. 5) Poena adulteris nummorum consueta. Edict. Roth. c. 242, MG. LL. IV, 60. 360; cap. Hlud. Pii (a. 819), MG. Cap. I, nr. 139, c. 19, p. 285, = Lib. Pap. Lud. P. c. 25, LL. IV, 584. 6) Statuta posteriora (Genuens., Parm.) conferunt F. Landogna ('Arch. stor. Lombardo' XLIX, 1922, p. 320 sq.) et Solmi. 7) *Mediolani Gedeon qui et Atzo magister monete civitati Mediolani* a. 923, m. Maio, *Benedictus qui et Roteo magister monete* a. 941, m. Febr. occurrunt; Cod. dipl. Langob. (Mon. hist. patr. XIII) nr. 502. 558. Lotharius rex monetam Mediolanensem Manassi archiepiscopo successoribusque suis concessit (a. 947/50); L. Schiaparelli, 'I Diplomi di Ugo e di Lotario' etc. ('Fonti per la storia d'Italia') p. 377, nr. 6 (deperd.). Quod iis, quae hic in c. 9 leguntur, repugnare non videtur. 8) Ad c. 10 cf. F. Landogna, in 'Arch. stor. Lomb.' XLIX (1922), p. 314 sqq., et idem 'Su alcuni fiumi auriferi nell'alto medio evo', in 'Rivista geografica italiana' XXXI (1924), p. 77—86; Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 129 sqq.: 'La raccolta dell' oro nei fiumi dell' Italia superiore'. Definitio regalium in curia Roncaliae a. 1158. facta (MG. Const. I, nr. 175, p. 244 sq.) enumerat *flumina navigabilia, et ex quibus fiunt navigabilia.* 9) Magistrum monetae, supra c. 8 et 9 memoratum, intelligere vult Solmi p. 132; sed valde dubito. Malim, si liceat, interpretari *ad illum = per sacramentum.* Soriga, 'Boll. d. Soc. Pavese di storia patria' XV (1915), 79 omittit *ad* ante *illum.*

et camerario. Et debent omne illud aurum comparare, gradinam[1] solidos[a] duos, idest octava pars unzie, idest denariorum[b] duorum cum dimidio, soldi[c] sedecim, alias[d] undecim unzie, in fluminibus, ubi aurum levant[e], que sunt hec: Padus[2], Ticinus[2], Dorica[3], Sicida[f.4], Stura[5], Misturla[g.5], flumen[h] Octo[6], Amalone[7] et Amalona[h.8], Celo[i.9], Duria[10], Blavum[k.11], Urba[12], Salvus[13], Sesedia[14], Burmia[15], Agonia[16], Ticinus a Lacu Maiori ubi intrat in Padum.

a) s? c.; s (solidos?) *Vid.*; s... *Sor.*; solidorum *Solmi.* b) dñas, du *in loco raso, c.* c) *ita c.* d) aliax *c.*, *Vid.*, *Sor.*; aliarum *Solmi.* e) leuãt *c.*; levatur *Solmi*[1]; lavatur *Solmi*[2]. f) *parum plane scriptum c.*; scicida *Sor.* g) misturla *c.*; minor Sturla *(vel* Sturia*) intellegit Solmi; idem iam proposuit Landogna, qui alioquin etiam* sive Sturia *pro* misturla *emendari posse putavit ('Arch. stor. Lomb.' XLIX*, 317; *'Riv. geogr. ital.' XXXI*, 80). h) flumen octo amalone et amalona *c.* i) celo *c., quod Landogna et Solmi corruptum putant pro fluvio hodie dicto* Elvo; *alioquin* vel Amalone-celo *pro* et Amalona. Celo *proposuerat, quod pro alio nomine fluminis Malone ('Malloncello') habuit, Landogna ('Arch. stor. Lomb.' XLIX*, 317, *quod tamen revocavit in 'Riv. geogr. ital.' XXXI*, 82). k) blaum *vel* alaum, *parum clare scriptum, c.*

1) Quam vocem a 'crates' vel 'cratina' = 'scodella' derivatam esse putat Landogna ('Arch. stor. Lomb.' XLIX, 314); 'piccola scodella' intelligit etiam Solmi p. 133. 2) Cf. Lib. de descr. Pap. c. 12, Muratori, SS. r. It., e. n., XI, 1, p. 28, Gianani p. 98: *In predictorum fluminum glareis reperitur aurum per artifices in hac arte peritos.* Heinricus II. imperator a. 1014. ecclesiae Novariensi confirmavit *ripam et alveum Ticini ab eo loco qui dicitur Camariasco usque ad locum qui vocatur Petra Maura cum omnibus . . . etiam aurificiis . . ., ut nulli inibi aurum liceat laborare preter licentiam episcopi qui pro tempore fuerit*, DH. II. nr. 306, MG. Dipl. III, 383. De Pado cf. etiam infra n. 4; de Ticino Solmi, 'L'Ammin. fin.' append. nr. X (a. 1135, d. 27. Sept.), p. 261: *de locis et glarea posita in Ticinum, ubi Asis percurrere debet, ad aurum levandum.* 3) Dora Baltea. Cf. etiam n. 4. 4) Sesia. A. 1000, d. 1. Nov. Otto III. imperator ecclesiae Vercellensi dedit et confirmavit *omnem aquam de Sicida a fine inter Gatinariam et Romanianum usque dum ipsa aqua Sicida intrat in Padum . . . cum omnibus, que in ipso flumine supra et infra ex omni parte fieri possunt*, et *totam aquam de Saruo de Andorni usque dum intrat in Padum*, et *totum aurum, quod inventur et elaboratur infra Vercellensem episcopatum et Vercellensem comitatum et infra comitatum Sancte Agathe et infra iura et infra pertinencias Sancti Michaelis in Lauceio et infra alias terras ad episcopatum Vercellensem et ad comitatum pertinentes*, hoc adiecto: *ut, sicut in nostram cameram aurum solitum redierat, ita deinceps in eternum in cameram Sancti Eusebii deferatur;* MG. Dipl. II 813sq. (DO. III. 384). Iam a. 999, d. 7. Mai. idem imperator Sancto Eusebio confirmaverat *aquam de Seicida, aquam de Saruo, aquam de Eleuo cum utrisque ripis a loco ubi nascuntur usque in Padum, aquam de Pado cum duabus rippis a Lionna usque plebem Martori, aquam de Duria cum utrisque ripis a Petra Grossa usque Verucham;* MG. Dipl. II, 749 (DO. III. 328, de cuius diplomatis fide ab aliquibus dubitatur, cf. 'NA.' 46, 1926, p. 643, nr. 1055); cf. DK. II. nr. 84 (a. 1027, d. 7. Apr.). 147, MG. Dipl. IV, 115. 199; DH. III. nr. 328 (a. 1054, d. 17. Nov.), MG. Dipl. V, 450. 5) Alterum flumen 'Stura', ea quae Cuneum civitatem praeterlapsa in Tanarum influit ('Stura di Demonte'), alterum 'Stura di Lanzo', quae infra Taurinum a sinistra parte in Padum effunditur, esse potest. Sed etiam alii fluvii eiusdem nominis exstant, qui sine diligentiore inquisitione prorsus excludi non possunt. 6) Orco fl., qui paulo supra Clavasium (Chivasso) in Padum a sinistra parte influit, inter Doram Balteam et Sturam di Lanzo. Cf. Petr. Azar., De statu Canapicii (De bello Canepiciano), Muratori, SS. rer. Ital., ed. nov. XVI, 4, p. 184: *Orcus, procedens ex Valle Soana et a partibus Provincie descendens et multum in longum protendens, in quo magna quantitas auri colligitur et grana tam grossa reperiuntur, quod vidi granum esse valoris florinorum XVI .*'. . 7) Malone fl., qui a sinistra parte influit in Padum fl. (immediatamente a monte dello sbocco dell' Orco', Landogna in 'Riv. geogr. ital.' XXXI, 80). 8) De brachio aliquo minore fluvii Malone, quod fortasse sub nomine *Lama vetula* in DH. II. nr. 305 (a. 1014, d. 14. Mai), MG. Dipl. IV, 424, latere putat, cogitat Solmi. Aliter Landogna, v. n. i. 9) De Elvo fl. (indicato a Balbo, 'Mémoire sur le sable aurifère de l'Orco et des environs', in 'Mémoires de l'Académie Royale des Sciences', Taurini 1786, part. II, p. 415), qui in Sesiam (vel potius Cervum) a dextra parte effunditur, cogitant Landogna ('Riv. geogr. ital.' XXXI, 82), qui prius tamen aliter iudicaverat (v. n. i), et Solmi. Sed res nimis dubia videtur, v. infra n. 11, supra n. 4. 10) Dora Riparia. 11) Belbo fl., qui in Tanarum a dextra parte influit, secundum Landogna et Solmi. Sed si forte in codice *elauum* pro *blauum* legendum est, quod certo diiudicari nequit, facile hic de Elvo fl. (supra n. 9), qui *Eleuus* vel *Heleuus* audit (supra n. 4), agi putari potest. 12) Orba fl., qui in Bormidam a dextra parte influit. 13) Cervo (Sarvus) fl., qui in Sesiam a dextra parte se effundit. Cf. supra n. 4. 14) Hic Solmi ad Ezzo fl., quem in Bormidam (a dextra parte, Landogna, 'Riv. geogr. ital.' XXXI, 84) effundi et inter fluvios auriferos occurrere dicit, respicere quam, quod Landogna ('Arch. stor. Lomb.' XLIX, 317 et dubitando 'Riv. geogr. ital.' XXXI, 83) consideravit, Sesiam iterum positam credere maluit. Neque tamen parvi faciendum esse videtur, quod vallis Sesiae in autographo Conradi II. imperatoris ecclesiae Novariensi datae a. 1025, d. 10. Iun. (DK. II. 38, MG. Dipl. IV, 42) vallis *Sesedana* audit, cf. etiam DK. II. 118. Equidem non nisi 'Erro' fluvium in Bormidam influentem in tabulis geograficis nobis suppetentibus inveni, in cuius vicinia locum Sezzadio v. cl. P. Kehr nobis indicavit. 15) Bormida fl., qui infra Alessandriam civitatem in Tanarum a dextra parte effunditur. 16) Agogna fl., qui inter Ticinum et Sesiam in Padum a sinistra parte influit.

Sunt eciam ista flumina: Abdua[1], Oglus[2], Mentius[3], Sarno[4], Adexe[a.5], Brenta, Trebia. Et per omnia alia flumina predicta[b] debent aurum levare[c].

11. Sunt[d.6] autem piscatores[7] in Papia, qui ex omnibus bonis debent habere unum magistrum[8] et debent habere sexaginta naves et pro unaquaque navi debent dare duos denarios per omnes kalendas; qui denarii kalendarum debent dari eorum magistro, et debent illos salvos facere, ut, quando rex est in[e] Papia[e], debent[f] de ipsis denariis pisses[g] comparare aut[h] suo cum honore semel in ebdomada[i] eos adducere et magistro camere pisses[g] dare omni die Veneris.

12. Sunt[k] etiam duodecim corarii[l] confectores corium[m] cum duodecim iunioribus eorum in Papia et debent confectare XII coria eorum[n] de bobus optimis in omni anno et ad cameram regis et[o] dare, eo quod nulli homini liceat coria confectare. Et qui contra hoc fecerit, componat in camera regis soldos[p] centum Papienses. Et quando primum intrat aliquis unus ex istis coriariis[q.r], maiores debent dare libras quatuor, medietatem ad cameram regis et aliam medietatem ad alios coriarios[q].

13. Sunt[s] eciam alia ministeria. Omnes naute et nauterii debent habere[t] duos bonos homines magistros[u] sub potestate camararii[v] Papie. Quando[w] rex est in Papia, debent ipsi ire cum navigio[x.9], et debent illi duo magistri duas magnas naves aptare, unam pro rege et aliam pro regina, et hedificium[y] facere cum tabulis et bene coperire. Gubernatores[z] unam navem habeant, ut salvi fiant per aquam, et debent recipere cum eorum iunioribus quottidie[a] dispendia de curia regis.

14. Et[b] fuere ministrales[c] saponarii in[d] Papia, qui faciebant[e] saponum et qui dabant fictum[f] omni anno in camera regis libras a statera centum saponi et libras decem saponi camarario[g], eo quod nullus alius saponum facere debet[h] in Papia.

15. Est[i] eciam consuetudo feminarum illarum, que sunt divites, que non habent tutorem nec mundium et que volunt[k] maritum accipere, quod debent venire et deprecari[l] magistrum camere[10], ut ille faciat pro Deo et pro anima regis, ut ille donet eis tutorem et mundium

a) *ita Solmi;* Alexe *c., Vid., Sor.* b) *ita c., Vid., Sor.;* predicta *om. Solmi.* c) *ita c., semper, et hoc loco etiam Solmi*[2]. d) *praecedit signum distinctionis c.* e) in Papia *supersc. c.* f) *ita c., edd.* g) *ita c., edd.* h) *ita c., edd.* i) b *supersc. c.* k) *praecedit signum distinctionis c.* l) cororii *corr.* corarii *c.;* coriarii *Solmi*[2]. m) *ita c., Solmi.* n) *ita edd.;* eoꝝ *(vel coꝝ ?) c.* o) *ita c., Vid., Solmi*[2]; et *om. Sor.;* et dare — componat in camera regis *(l. 12) om. Solmi*[1]. p) *ita c., Solmi.* q) *ita hoc loco c.* r) *virgulam non hoc loco, sed antea inter* aliquis *et* unus *ponit Solmi.* s) *praecedit signum distinctionis c.* t) dare *c.; edd.; cf. c. 8, 9, 11.* u) *ita Solmi;* magistro *c., Vid., Sor.* v) *ita hoc loco c.* w) *praecedit signum ~ c.* x) nauig *in loco raso c.* y) hedifficium *c.;* heddificium *edd.* z) *praecedit signum ~ c.* a) *ita c.* b) *praecedit signum distinctionis c.* c) mistrales *c.* d) im *c.* e) *ita c., Vid.;* facebant *Sor., Solmi.* f) *ita c., Vid., Sor.;* fictum *om. Solmi.* g) *ita hoc loco c.* h) *ita c.;* debet(ur) *Solmi*[2]. i) *praecedit signum distinctionis c.* k) *ita Vid., Sor., Solmi*[2]*;* nolunt *c., Solmi*[1]. l) *ita c., Vid.;* deprecare *Solmi.*

1) Adda. A. 1002. Arduinus rex episcopatui Laudensi concessit *omnem redditum auri, quod [in ripis fluminis Aduc levatur] in toto confinio castellorum Cauenaci et Galgagnani, qui redditus pertinere videntur camere nostre,* DArd. 5, MG. Dipl. III, 705. Cf. etiam diploma Ludowici II. imperatoris (spurium, Reg. imp. I[2] nr. 1256, quod ope diplomatis Heinrici IV. regis a. 1061, d. 31. Oct., Stumpf nr. 2596a, confictum esse v. cl. P. Kehr me docuit) monasterio S. Sixti Placentino datum, Ficker, 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Italiens' IV, nr. 14, p. 19: *excepta auri lavatione, quam camere reservavimus nostre.* — De auro in fluminibus quae sequuntur invento alibi notitia certa nulla habetur. 2) Oglio. 3) Mincio. 4) Ad quem fluvium 'Sarno' Landogna ('Riv. geogr. ital.' XXXI, 85) et Solmi respiciant, non video. Nam de Sarno fluvio Campaniae hic agi non potest. Itaque 'Sorne' rivulum, qui inter Mori et Ala a dextra parte in Athesim influit, proponere velim. Cf. etiam K. Miller, Itineraria Romana (Stuttgart 1916) p. 278. 5) Etsch. 6) Ad c. 11—14 et 17—19 cf. Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 189sqq. 7) *Piscationum redditus* inter regalia enumerat definitio regalium in curia Roncaliae a. 1158. facta, MG. Const. I, nr. 175, p. 245. 8) Ex Convenientia inter abbatem de Morimundo et piscatores Papiae a. 1179/1180. facta (Solmi, 'L'Ammin. fin.' app. nr. XVI, p. 271sqq., editionem a R. Sòriga, 'Sulle corporazioni artigiane di Pavia nella età comunale', in 'Boll. d. Soc. Pavese di storia patria' XV, 1915, p. 89—91, secutus, cuius textum P. Kehr v. cl. me petente humanissime cum codice Mediolanensi bibliothecae Brerae AE XV 36, qui continet 'Bonomi Morimundensis sanctae Mariae coenobii tabularii quotquot supersunt', p. 509—512 nr. 207 contulit) Solmi p. 158sq. tunc duos magistros piscatorum insimul officium gessisse ostendit. 9) Cf. definitio regalium Roncaliae a. 1158. facta, p. 245: *navium prestationes.* 10) Cf. Edict. Roth. c. 182: *De vidua qualem habeat licentiam . . . Et si parentes non fuerint legitimi, tunc mundius ille ad curtem regis perteneat* etc. (etiam de muliere, *quae maritum non vellit aut non possit habere);* c. 885: *Si mundius de puella libera, parentes mortuos, ad curtem regis*

et licentiam accipere maritum, quem velint, secundum suam legem; et ibi debet illa femina unum scutum optimum et unam lanceam optimam offerre, dare magistro camere.

16. Est[a] autem in ecclesia[b] Sancti Syri rete unum de auricalcho, ubi debet magister camere per tres vices in anno, in natale Domini, in pascha[c] et in pentecoste, per unumquodque ipsorum festorum, dare libram unam denariorum[d] Papiensium[e] in oleo, ita ut illud rete possit complere et illuminare pro anima regis[1]. Et duodecim mansionarii, qui sunt custodes[2] in ecclesia[f] Sancti Syri, debent recipere per singulos vestimenta de lana et par unum caligarum et in pascha paludamenta per singulos et caligas canevacias, eo quod custodiant bene lumen imperatoris; et quot vicibus rex intrat cum processione in ecclesia[g] Sancti Syri, sic debet donare ipsis duodecim mansionariis[h] per singulos annos pro anima regis, ut preces eorum exaudiat Deus[i]. Et duo mansionarii Sancti Michaelis maioris debent recipere vestimenta, sicut faciunt mansionarii Sancti Syri.

17. Hoc[k] sciatis, quod de omnibus istis ministeriis nullus homo debet illorum ministerium facere, nisi illi, qui ministri sunt. Et si alius homo fecerit, debet bannum componere in camera regis et iurare, quod amplius non faciet. Nec ullus negociator in aliquo mercato, nisi negociatores Papienses fuerint, non debent[l] dissolvere[m] illorum[n] negocium antequam Papienses negociatores[3]. Et qui hec contra fecerit, componat bannum.

18. Et[o] suprascripti homines, qui sunt de ministeriis istis, que supra leguntur, non debent constituere aut facere ullum placitum, nisi ante regem aut magistrum camere.

19. Et[o] de omnibus ministeriis istis, que supra leguntur, decima pars ad cameram[p] regis pertinet[q], in beneficio nota[q], aliquando beneficium regi decimam, et de omnibus ministeriis istis, que ad regem pertinent, debet uxor eius regina terciam partem habere.

20. Hec[r] sciatis, quia omnia ista ministeria recipit Gisulfus magister camere, qui fuit nobilis et dives, in tempore Ugonis regis[4] et filii eius Lotharii regis[5], virum Adelee[6], et in tempore primi[7] Berengarii regis et in tempore primi Ottonis imperatoris[8] cum omni honore. Illo defuncto[s] Ottone[t] imperatore ille Gisulfus tenuit [et post eum][u] filius[v] eius Ayraldus[v] magistratum[w] cum omni honore, sicut pater eius fecit, usque in secundo[9] et

a) *praecedit signum distinctionis c.* b) ecclia *c.* c) pasca *Solmi*[1]. d) dnār *c.* e) papū *c.* f) *ita Vid.*; eclia *c.*; ecclesiam *Sor., Solmi.* g) eclēa *c.* h) *ita Vid., Sor.*; mansionariis *c., Solmi.* i) deus, *simul exeunte linea et pagina, in marg. suppl. c.* k) *praecedit signum* ~ *c.* l) *ita c., Vid., Solmi*; nec debet *Sor.* m) disoluere *c.* n) *ita c., Vid.*; eorum *Sor., Solmi.* o) *distinctio nulla c.* p) *ita c.*; camerarium *corr. Solmi*[2]. q) *ita distinguit Solmi*; pertinet in beneficio, nota *Sor.*; *signum* ~ *post* pertinet *ponit c.* r) *praecedit signum* ~ *c.* s) deffuncto *c., Sor., Solmi*; deffunto *Vid.* t) *ita c., Vid., Sor.*; Ottone *om. Solmi.* u) et post eum *om. c., Vid., Sor.*: et *suppl. Solmi (omissis* post eum). v) *ita Solmi*; filium eius Ayraldum *c., Vid., Sor.* w) *ita Solmi*; magrum *c.*; magistrum *Vid., Sor.*

ceciderit . . ., cf. c. 204. Cf. etiam ea, quae A. Solmi, 'La condizione privata della donna e la giurisprudenza longobarda nell'Italia meridionale', in 'Arch. Giuridico „Filippo Serafini"' 68 (n. s. 9, 1902), p. 295, n. 4 ex Blasio da Morcone affert: *Item nota, quod mundia viduarum, pupillorum et pauperum vel divitum orphanorum non spectat ad curas comitum vel baronum seu baiulorum, sed ad curtem regis . . .; licet comites, barones ac baiuli locorum hoc ius usurpent, sicut et multa alia.* De tutoribus cf. etiam Ficker, 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Italiens' I, 284. II, 56 sq., 67 sq., ubi tamen non specialiter de Papia nec de magistro camerae, sed magis communiter de misso regis agitur. De comitibus palatinis, qui simul comites Papiae vel Lomelli erant, v. etiam Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 237. Fridericus I. imperator a. 1164, d. 8. Aug., Böhmer, Acta nr. 121, p. 113, Papiensibus inter alia etiam potestatem tutores et procuratores dandi concessit.

1) Nescio, num ad idem rete pertineat, quod in Lib. de descr. Pap. c. 16, Muratori, SS. r. It., e. n., XI, 1, p. 39, Gianani p. 110, legitur: *In medio ipsius ecclesie solent ardere, presertim ipsa die et nocte* (sc. in vigilia depositionis b. Syri), *lampades multe parve in magna crate ferrea pendentes, quarum oleum dare tenetur ex annuo censu civitas Aquensis Lombardie;* cf. C. Prelini, 'San Siro primo vescovo e patrono della città e diocesi di Pavia' I (Pavia 1880), p. 542 sq., II (Pavia 1890), p. 148. 2) Cf. Lib. de descr. Pap. c. 18, Muratori l. c. p. 46, Gianani p. 114: *Mansionarii autem sive custodes, presertim ecclesie cathedralis, redditus habent perpetuos in ecclesia;* c. 20, Muratori l. c. p. 48, Gianani p. 117. 3) Nullum alium mercatorem in ullum negotium a mercatore Papiensi inchoatum se intromittere debere interpretatur et statuta posterioris aevi comparat Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 81 (cf. 142. 152), ubi tamen de Papiensibus nihil. 4) A. 926—946. 5) Qui iam a. 931. a patre rex constitutus a. 950. obiit. 6) Adelheidis de Burgundia, quae a. 951. in secundis nuptiis Ottoni I. regi, postea imperatori, nupsit et a. 999. vidua obiit. 7) Immo secundi Berengarii, qui fuit marchio Eporegiae et inde ab a. 950. una cum Adalberto filio regnavit. 8) Qui a. 951. rex Italiae constitutus et post decem annos Berengario et Adalberto expulsis a. 962. Romae in imperatorem coronatus a. 973. obiit. 9) Otto II. a. 967. in imperatorem coronatus post patrem solus imperavit a. 973—983.

tercio[1] Ottone imperatore. Defuncto[a] Ayraldo[b] magistro[b] camere debuit tenere et Agisulfus filius eius, sicut pater eius tenuit, magistratum camere regis.

988/91. 21. Tunc[c] venit ille diabolus, qui nominabatur Iohannes Grecus, qui fuit verus apostata, episcopus Placentinus[2], et hereticus, et fuit consiliarius imperatricis Grece[3] et filii eius Ottonis tercii, qui erat parvulus, et rex contulit[4] omnia ista ministeria [eidem[d] Iohanni Greco, et ille omnia ista ministeria[d]], que ad cameram regis pertinebant, voluit ad suam manum tenere. Et tulit duos servos de imperatrice[e] Greca, unus eorum nominabatur Siccus et alius Nanus, et dedit eis omnia ministeria, que supra leguntur. Et tunc ille interdictus Grecus Iohannes cum suis camerariis[f] nesciebat de omnibus honoribus camere et de[g] proficuo camere regum. Et tunc cepit ille Iohannes et alii mali consiliarii illius imperatricis Grece cum filio suo Ottone, qui erat parvulus et iuvenis rex, facere ministeria regalia venundari[h] et in perpetuum donare et omnia ista ministeria dispergere, quod numquam fuerunt illa ministeria postea in honore. Et imperator Henricus[i.5] multa ministeria venundedit, ea[k], quod, qui non habebat filium, in regalem honorem camera hereditasset[l]. Et si fuisset prudens imperator et honorabilis, sicut decet imperium[l], omnia illa precepta, que facta sunt de illis ministeriis camere, omnia fecisset incidere et cameram regalem in suo statu et in suo robore permanere, sicut fuerunt ab antiquis temporibus[m].

Ista[n.7] omnia ministeria honorabilia et alia plura decet esse in Papia cum Dei misericordia et sancte Marie et sancti Syri, qui mittit[o] cum episcopis suis in Roma[p], ut de manu pape deberent recipere unctionem et benedictionem et consecrationem[s]. Sicut in Roma est apostulus[q], qui mortuos suscitavit[9], ita est[r] in Papia[r] sanctus Syrus, qui tres mortuos suscitavit[10] et cecum illuminavit[11], quod numquam audivimus, quod aliquis de apostolis[s] fecisset, et alia[t] pulcra mirabilia miracula fecit. In Roma est unus de[u] quatuor doctoribus sanctus Gregorius. In Papia est alius doctor sanctus

a) deffuncto, *nullo signo interpunctionis praecedente, c., edd.; signum; inter* Ottone *et* imperatore *ponit Solmi.* b) Ayraldus magister *c., edd.* c) *praecedit signum ~ c.* d) *talia vel similia supplenda esse puto; uncis quadratis inclusa om. c., edd.* e) -rice *in loco raso, pro* -ore *ut videtur, c.* f) *ita c.* g) de *supersor. c.* h) *ita c.;* venundare *Solmi.* i) Hūricus *c.;* Heinricus *Vid.* k) *ita c., Vid., Sor.;* eo *Solmi, qui ('L'Ammin. fin.' p. 178) in hoc circuitu fortasse aliquid excidisse putat;* Et imp. H. m. min. venundedit, eo quod non habebat filium, qui regalem honorem in camera hereditasset *Leicht (supra p. 1449 n. 1).* l) *sequ.* Et *delet. c.; sequ. et edd., quod uncis inclusit Solmi*[1]. m) Evanuerunt *manus multo posteriore, saec. fortasse XVI. vel XVII, in marg. adscript. c.* n) *distinctio nulla c.* o) *ita c., Vid., Sor.;* reges *add. Solmi, sed de episcopis Papiensibus immediate a Romano pontifice consecrandis, non de imperatoribus coronandis hic agi apparet; fortasse in textu aliquae voces exciderunt.* p) *ita c., Vid., Sor.;* Romam *Solmi.* q) *ita c.* r) *ita c., Vid., Sor.;* in Papia est *Solmi.* s) aplis *c.* t) *ita Solmi;* allia *c., Vid., Sor.* u) sanctis *add. Sor., Solmi, om. c., Vid.*

1) Otto III. a. 983—1002. Ea quae in sequentibus de Iohanne Philagatho narrantur, antequam Otto III. a. 996. in imperatorem coronatus est, viva adhuc Theophano imperatrice, quae a. 991, d. 15. Iun. obiit, facta esse patet. 2) Iohannes Philagathus Graecus ex Calabria, abbatiam Nonantulanam a. 982, episcopatum Placentinum dignitate archiepiscopali insignitus a. 988. accepit; a. 997. m. Maio antipapa Iohannes XVI. constitutus, a. 998, m. Mart. contumeliose depositus est. Cf. G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' (Leipzig, Berlin 1913) p. 189; P. E. Schramm, 'Kaiser, Basileus und Papst in der Zeit der Ottonen', in 'Hist. Zeitschr.' 129 (1924), p. 443 sqq., 464 sqq., qui 'Honorantias' non noverunt. 3) Theophano, cuius capellanus Iohannes Philagathus erat, qui etiam a. 980—982. et 991—992. officio cancellarii in Italia fungebatur. A. 989/990. imperatrix in Italia morabatur. Cf. Th. v. Sickel, 'Erläuterungen zu den Diplomen Otto III.', in 'Mitt. d. Inst. f. oesterr. Geschichtsf.' XII (1891), p. 225 sqq., 231 sqq. 4) Quod ex. gr. fortasse per imperatricem in Italia a. 989/990. res regni disponentem aut per regem puerum, cum Iohannes Graecus a. 990, m. Iun. et a. 991, m. April. in Germania morabatur, fieri potuit. 5) Heinricus II. (a. 1002—1024), a. 1004, d. 14. m. Mai. Papiae in regem Italiae, a. 1014, d. 14. m. Febr. Romae in imperatorem coronatus. 6) Cf. Edict. Roth. c. 223 de bonis eorum, qui sine heredibus moriuntur, ad regem spectantibus; Solmi, 'L'Ammin. fin.' p. 178 sq. De Heinrico II. sine filiis mortuo hic agi putavit Landogna ('Arch. stor. lomb.' XLIX, 824), quod minus probabile videtur. Sed haec et ea quae sequuntur, quomodo Heinrico imperatore vivo ita dici potuerint, non video. 7) Epilogus qui sequitur una cum prologo saec. XIV. adiectus est. 8) Lib. de descr. Pap. c. 18, Muratori, SS. r. It., ed. nova, XI, 1, p. 48, Gianani p. 113: *Electus* (sc. episcopus) *autem ad approbationem, confirmationem et consecrationem Romani pontificis destinatur.* Quod iam temporibus Constantini papae (a. 708—715) *a priscis temporibus* in usu erat, Lib. pont. c. 90, MG. Gest. pont. Rom. I, 225. Cf. P. Kehr, Ital. pont. VI, 1, p. 171 sq.; F. Lanzoni, 'Le diocesi d'Italia dalle origini al principio del sec. VII' II (Faenza 1927), 'Studi e Testi' 35, p. 983 sq. 9) Act. 9, 36—42. 10) Hoc alibi non inveni. Cf. Vita s. Syri c. 2, Prelini, 'San Siro' I, p. 184, et Cron. brevis de sanctis episcopis Ticinensibus, Muratori, SS. r. It., n. e., XI, 1, p. 60, ubi tamen unus tantum mortuus a beato Syro Veronae suscitatus esse legitur. 11) Quod in Laudensium oppido factum esse tradit Vita s. Syri c. 13, Prelini, 'San Siro' I, p. 214.

Augustinus[1]. Eciam Dei misericordia episcopus fuit de Papia, qui fuit apostolicus sancti Petri in Roma, qui Petrus nomine vocabatur[2]. O gloriosa urbs Papia, centum viginti septem ecclesiis[3] et sedecim monasteriis[4] doctata[5], que sunt nocte et die bene vigillata[b.5] et ad Dominum deprecata, ut semper sis salva cum masculis et feminis, que in te sunt, et cum bestiis et omni substantia!*

*) *Alia manu fortasse paululo recentiore add. in c. Catalogus imperatorum et regum Italiae et Alamanniae a Berengario I. usque ad Ottonem tertium in hunc modum:*

Suprascripta instituta regalia et ministeria camere regum Logombardorum[c] ac honorancie regie et alme civitatis Papie fuere temporibus prenominatorum et infrascriptorum serenissimorum et invictissimorum imperatorum et regum ut supra et infra, videlicet primo:

Berengarius primus[g] anno Domini DCCCC°XIIII^or d.^[7]. Imperavit annis sex[g] solum[g] in Italia. Unde non habetur augustus nec alii septem subsequentes usque ad Octonem[f] primum. Iste prudens in armis fuit et bellavit cum Romanis[g]. Cf. Marc. Pol.

Berengarius secundus. Imperavit aput[g] Romanos annis septem[10], anno Domini DCCCC°XIIII^or h.^[11].

Henricus filius Octonis ducis[12] Sansonie[i] anno Domini DCCCC°XX. Imperavit annis XVIII in Alamania aput Teotonicos. Hic nec fuit coronatus nec in Ytalia[k] imperavit.

Ugo primus anno Domini DCCCC°XXI[13]. Imperavit annis sex in Italia aput Romanos.

Berengarius tercius anno Domini DCCCC°XXXI. Imperavit annis septem in Italia. Huius tempore in Ytalia[k] fuit magnum sciema.

Lotarius secundus anno Domini DCCCC°XXXVII[14]. Imperavit aput Romanos annis duobus. Huius tempore sol factus est sanguineus, mox post paucos dies lues in homines est secuta.

a) *ita c., edd.* b) *ita c., edd.* c) *ita c., Solmi*[1]; lòngobardorum *Vid.*; lomgobardorum *Sor., Solmi*[2]. d) *ita c., Vid., Sor., mand. a.* 1412 *(Cod. dipl. dell' Univ. di Pavia' II,* 1 *nr.* 195, *p.* 124); DCCCCVIIII. *Solmi.* e) *ita c., Solmi;* solus, *fortasse recte, mand. a.* 1412 *(Cod. dipl. dell' Univ. di Pavia' II,* 1 *nr.* 195, *p.* 124). f) *ita c., edd., etiam in sequentibus.* g) *ita c., etiam in sequentibus.* h) *ita c., edd.* i) *ita c., Vid., Sor.;* Saxonie *Solmi.* k) *ita hoc loco c.*

1) Qui iacet in ecclesia S. Petri in coelo aureo. Cf. Cron. de corporibus sanctis Pap., Muratori, SS. r. It., e. n., XI, 1, p. 56; Lib. de descr. Pap. c. 4. 16, ib., p. 12. 39, Gianani p. 85. 109. 2) Petrus episcopus Papiensis, archicancellarius Italiae a. 980—983, qui a. 983. per Ottonem II. imperatorem papa Iohannes XIV. factus a. 984, d. 20. Aug. in carcere obiit. Cf. Cron. de corporibus sanctis Pap., Muratori, SS. r. It., n. e., XI, 1, p. 55; Lib. de descr. Pap. c. 3, ib., p. 10, Gianani p. 83: *Ecclesia Sancti Iohannis in burgo ... cum capella Sancti Raphaelis archangeli contigua, in qua iacent corpora Petri episcopi Papiensis, qui fuit per annum in sede Romana, quamvis ex certa causa non fuerit cathalogo pontificum Romanorum asscriptus ...* Nugas tradit Cron. brevis de sanctis episc. Ticin., Muratori, SS. r. It., e. n., XI, 1, p. 68. 3) Cf. Lib. de descr. Pap. c. 1, Muratori, SS. r. It., e. n., XI, 1, p. 3 sq., Gianani p. 76: *Hec quidem civitas ... intra tres murorum ambitus plurium quam centum triginta ecclesiarum numero noscitur radiare;* c. 10, Muratori l. c. p. 17, Gianani p. 91: *Intra urbem centum triginta tres ecclesias numeravi, exceptis aliquibus capellis ...* In catalogo iussu Rodobaldi episcopi Papiensis a. 1236. confecto secundum P. Romualdum a S. Maria [Ghisoni], Flavia Papia Sacra (Ticini Regii 1699) I, p. 11, qui 'fragmentum, a Paulo Parata ... transumptum, inter Miscellaneas scripturas Hieronymi Bossii' perlegit et transcripsit, 'prout etiam ea, quae habentur in Episcopali Archiuio', *CXXVII* corpora sanctorum in civitate Papia numerabantur. Sed G. Boni et R. Maiocchi, 'Il Catalogo Rodobaldino dei Corpi Santi di Pavia' (Pavia 1901) p. 11 cum codice nostro Vermiano f. 49 *CXXXXI* (Comi, Beretta: *CXXXI*) praebent. 4) Immo *Hospitalia vero intus et in circuitu prope numero XVI* Lib. de descr. Pap. c. 10, Muratori, SS. r. It., e. n., XI, 1, p. 17, Gianani p. 91, qui pergit: *Ex quibus omnibus ecclesiis, tam intus quam in circuitu prope, sunt monasteria et prioratus monachorum ac domus religiosorum vel oratoria moderno tempore tantum XXVII. Monialium vero et Humiliatarum XXI.* etc. *Canonice XV, que sunt intra muros ...* Cf. Gianani p. 53—57 ex Opicini de Canistris cod. Vat. Pal. lat. nr. 1993, f. 4', ubi ecclesiarum *summa est CXXXV. Religiose domus XLVIIII* (p. 57). 5) Cf. ex. gr. Lib. de descr. Pap. c. 20, Muratori l. c. p. 48, Gianani p. 117: *Quid plura? non solum ecclesie, sed etiam tota civitas valde bene ordinata est.* 6) Hic catalogus regum proxime, quantum video, ad Martinum Pol. accedit. Nec tamen immediate Martini Chronicam auctor exscripsisse aut praeter illam etiam alium vel alios compilasse videtur. 7) Nota numeros annorum hic et in sequentibus valde corruptos Berengariosque duos more posterioribus usitato in quatuor divisos esse. A. 908. Mart. Pol., MG. SS. XXII, 464 habet, cuius numeros et ipsos plerumque a veris abhorrere patet. 8) Ita Cron. pont. et imp. Tiburt., Sicardi Crem. Cron., Chron. ex cod. Veneto, SS. XXXI, 255. 157; XXIV, 113; Galv. Flamma, Chron. maius (ed. A. Ceruti, in 'Miscell. di storia italiana' VII, 1869) p. 572; *4* Mart. 9) Sequitur *Conradus Alemannus* apud Mart. 10) Ita Cron. Tiburt.; *4* Chron. ex cod. Ven.; *9* Mart.; *VI* Sic. Crem. (SS. XXXI, 157), Galv. Flamma p. 577. 11) *916.* Mart. 12) Cf. ex. gr. Gotifr. Vit. Panth. XXIII, 28, SS. XXII, 232 sq.; Galv. Flamma p. 577. 13) Ita Cron. apost. et imp. Basil., SS. XXXI, 288; *DCCCCXX.* Sic. Crem., ib. p. 157; *922.* Mart. 14) Ita Galv. Flamma p. 582; *938.* Mart.; *DCCCCXLIIII.* Sic. Crem., SS. XXXI, 157; *945.* Cat. Cenc., SS. XXIV, 105; *946.* Chron. ex cod. Ven., SS. XXIV, 113; *DCCCCXLVII.* Cron. pont. et imp. S. Barth. in insula Rom., SS. XXXI, 213.

cf. Mart. Pol.

Berengarius quartus anno Domini DCCCC°XXXVIIII[a. 1]. Imperavit[b] cum Alberto annis XI in Ytalia[c]. Hic oppressit Ytaliam[c] et Danildam[d] uxorem Lotarii inclusam servavit, quam Octo primus imperator liberavit et in uxorem accepit.

Octo primus Henrici primi filius[2] anno Domini DCCCCLXI[e. 3]. Imperavit annis XI[4]. Primus ex genere Teotonicorum imperium occidentis solus obtinuit. Hoc imperante desierunt Ytalici[f] imperare[5]. Imperavitque tam aput Ytalicos[f] quam Teotonicos annis XII.

Octo secundus superioris filius[6] anno Domini DCCCC°LXIIII[or s. 7] successit Octoni primo[6]. Imperavit annis X[8], Rome defunctus[9].

Octo tercius Octonis secundi filius anno Domini DCCCC°LXXII[b. 10]. Hic ob sui strenuitatem dicebatur Mirabilia mundi[i. 11]. Hic veneno periit[12].

Isto tempore ecclesia[13] ordinavit septem electores imperii, et sunt hi[k], videlicet[l]:

Archiepiscopus Maguntinus cancellarius Germanie. Archiepiscopus Treverensis[m] cancellarius Galliarum. Archiepiscopus Collonie[n] cancellarius Ytalie[o]. Marchio Brandebrugensis[p] camararius[q]. Pallatinus[r] dapipher[s]. Dux Saxonie[t] portitor[u. 14] ensis[14]. Rex vero Boemie pincerna.

a) *ita Solmi;* dcccc°xxxviiii°r *c., Vid.* b) *sequ.* aput Romanos *delet. c.* c) *ita hoc loco c.* d) danildam *vel* daull-dam *c.;* davildam *Vid., Sor.;* dauildam *Solmi*[2]; danildam *Solmi*[3]. e) *ita c., Vid., Solmi;* DCCCCXLI *Sor.* f) *ita c.* g) *ita c., Vid.;* DCCCCLXIIII. *Sor.;* D.CCCC.lxxiij.or *Solmi.* h) *ita c., Vid., Sor., mand. a.* 1412 (*Cod. dipl. dell' Univ. di Pavia' II,* 1 *nr.* 195, *p.* 124); D.CCCC.lxxxji. *Solmi,* i) *ita c., Vid., Sor.;* mundi *Solmi.* k) *ita c., Vid.;* hii *Sor., Solmi.* l) vȝ *c.* m) *ita c., Vid., Sor.;* Trevirensis *Solmi.* n) *ita c.* o) *ita c.* p) *ita c, Solmi;* Brandeburg. *Vid., Sor.* q) *ita c.* r) *ita c.* s) *ita c.* t) *ita hoc loco c.* u) *ita c.;* portator *edd.*

1) Ita Galv. Flamma p. 583 (sed *annis XII*); *940.* Mart.; *DCCCCXLVII.* Sic. Crem. p. 158; *948.* Cat. Cenc.; *949.* Chron. ex cod. Ven. 2) Cf. ex. gr. Gotifr. Vit. Panth. XXIII, 29, SS. XXII, 238. 3) Ita Chron. ex cod. Ven., Sic. Crem.; *955.* Mart.; *962,* Cat. Cenc. 4) *12.* Mart.; *6.* Cron. Tib., Cat. Cenc., Chron. ex cod. Ven., Sic. Crem., Gilb. etc. 5) *Hic fuit primus imperator Theotonicorum. Exempto enim imperio ab Ytalicis, soli Theotonici imperaverunt usque ad presens tempus* Mart., ex Gilb., SS. XXIV, 131; cf. Cat. Casin., SS. XXII, 365. 6) Cf. Gotifr. Vit. Panth. XXIII, 30, SS. XXII, 236; Sic. Crem. p. 158; Galv. Flamma p. 592. 7) *DCCCCLXVI.* Sic. Crem. p. 159; *968.* Mart.; *DCCCCLXIX.* Galv. Flamma p. 592; *975.* Gotifr. 8) Ita Cat. Casin. p. 365; *20* (*10* in rasura A) Mart., Galv. Flamma p. 592; *3* Cat. Cenc.; *8* Cron. Tib., Cat. ex cod. Ven. 9) Cf. Gotifr. l. c., p. 237. 10) *988.* Mart.; *DCCCCLXXXIX.* Galv. Flamma p. 597; *996.* Cat. Cenc.; *984.* Gotifr. Vit. Panth. XXIII, 31, p. 238; *DCCCCXCIIII.* Sic. Crem. p. 159. 11) Cf. Gotifr. l. c. et Gilb., SS. XXIV, 132, ex Ottonis Fris. Chron. VI, 26, ed. A. Hofmeister p. 290. Iac. de Var., Leg. aurea, ed. Graesse p. 839, quem Alb. Mil., SS. XXXI, 424, exscripsit, paulo longius recedit. Galv. Flamma p. 592 hoc cognomen Ottoni II. tribuit. 12) Cf. ex. gr. Ekkeh. Uraug. D. E a. 1000, MG. SS. VI, 192, ex Sigeb. Gembl. a. 1002, ib. p. 854; Chron. reg. Colon. a. 1001, ed. G. Waitz p. 32, R. Wilmans, 'Jahrb. Otto's III.' (Berlin 1840) p. 243 sqq. 13) Ita primus Tholomeus Luc., Determinatio compendiosa de iurisdictione imperii c. 18 (ed. M. Krammer p. 29): *per ordinationem ecclesie,* et in continuatione libri a. Thomae de Aquino De regimine principum III, 19 (Divi Thomae Aquinatis Opera, ed. altera Veneta, XIX, 1787, p. 542, = De regno III, 19, S. Thomae Aquinatis Opuscula omnia ed. P. Mandonnet I, Paris 1927, p. 420; cf. Hist. eccl. XVIII, 2, Muratori SS. rer. Ital. XI, 1047 sq.). Multa congessit M. Buchner, 'Die Entstehung und Ausbildung der Kurfürstenfabel' (Freiburg i. B. 1912) p. 34—65. Apud Mart. p. 466 tantum habemus: *Et licet isti tres Ottones per successionem generis regnaverint, post tamen institutum fuit, ut per officiales imperii imperator eligeretur. Qui sunt 7, videlicet 3 cancellarii, scilicet* etc. 14) Ita Mart. (et Thol. Luc. Hist. eccl. XVIII, 3, p. 1048) in versibus immediate subiunctis; in textu pedestri *ensem portans* (Thol. Luc. Hist. eccl. l. c.: *qui portat ensem*) habet.

* * *

De tempore, quo 'Instituta regalia' conscripta sunt, priusquam editionem penitus absolvam, ad ea, quae supra p. 1449 *l.* 11 *sqq.,* 20 *sq. (cf. p.* 1452 *n.* 6*) dicta sunt, haec addere placet. Nam re iterum iterumque considerata facere vix possum, quin Landognae opinione in hoc quidem reiecta illud pactum, cuius in c.* 3 *mentio fit, magis cum Solmio et Leichtio ad antiquum quoddam pactum — saeculo fortasse X. priore, si non prius, inter reges Anglorum et Italiae conventum —, quod Conradus II. et Canutus a.* 1027 *renovaverunt, quam ad ipsum Conradi et Canuti pactum referam. Quae si recte posita sunt, tamen libellum non ad Heinricum II., sed ad successorem eius successorisque consiliarios directum esse apud me constat (cf. supra p.* 1449 *l.* 3 *sqq.), etiamsi non iam demum post coronam imperialem a.* 1027, *d.* 26. *Mart. a Conrado II. acceptam eum ortum esse oportet, immo etiam antea primis Conradi II. regis annis (c. a.* 1024/27*), et maxime, cum rex a.* 1026 *Italiam ingressus usque ad principium anni sequentis ita* omnes Ticinenses afflixit, donec omnia, quae praecepit, . . . compleverant *(Wipo c.* 12*), compositus esse potest.*

LIBELLVS QVERVLVS DE MISERIIS ECCLESIAE PENNENSIS.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

Libellum querulum de iniuriis ecclesiae Pennensi a Trasmundo et Bernardo, fratribus Berardi quondam episcopi, temporibus Iohannis episcopi, qui sedit a. 1057/58—1079/90[1], *illatis non ante a.* 1078/79.[2] *ad papam, qui Gregorius VII. fuisse videtur, directum sub titulo 'Breve Chronicon, seu potius Epistola Encyclica, in tabulario Ecclesiae Pennensis, ex Bibliotheca D. Cyri Minervini Neapoli' reverendissimus dom. episcopus Münter Havniensis (= Mü.) in 'Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde' IV (*1822*), p.* 128—135 *(adiectis annotationibus p.* 136—138*) edidit. Quem, quamquam nec de codice Minervini neque, unde transcriptus esset, quamvis summa cum humanitate a Wilhelmo Smidt, Annalium Casinensium editore*[3]*, aliisque viris doctissimis adiuti, velut Eduardo Sthamer Berolinensi, Heinrico Carusi Romano Vaticano*[4]*, Gino Masi Florentino, quicquam indagare potuimus*[5]*, tamen, utpote ab omnibus fere viris doctis praetermissum*[6]*, huic nostrae collectioni inserendum esse iudicavimus, quia de Friderico de Lotharingia, qui Stephanus papa IX. appellatus est, et Trasmundo comite Teatensi et Berardo episcopo Pennensi quaedam notatu digna tradit et, quomodo ecclesia Pennensis ab omni alio vinculo absoluta, iustitiae suae, cum monasterium Casauriense conderet*[7]*, si credi potest, renuntiante Ludowico II. imperatore, cum ecclesia Romana coniuncta fuerit, fusius exponit nec de Normannis tacet. Fortasse inter alia etiam ad querimonias Pennensis ecclesiae in hoc libello prolatas Gregorius VII. papa in litteris circa initium mensis Februarii a.* 1081. *ad Desiderium abbatem Casinensem datis respexit*[8]*, mandans inter alia abbati de Roberto de Loritello terrarum sedis apostolicae invasore*[9]*, ut ad Roberti (Guiscardi) ducis memoriam revocaret,* qualiter de illo nobis promisit, videlicet quod idem comes se terras apostolicae sedis, preter quas habèbat, ulterius non invasurum spopondit; quas

1) V. infra p. 1464 n. 6. 2) V. infra c. 4 p. 1465 et n. 4. 3) Qui etiam plagulas nobiscum correxit. 4) Cui nos a. 1930. Romae constituti textum 'Chronici Pennensis' commodavimus. Cuius dissertationem 'Notizie su Codici della Biblioteca Capitolare di Chieti e sulla Collezione Canonica Teatina del Cod. Vatic. Reg. 1997', in 'Bull. d. R. Dep. Abruzzese di Storia Patria', ser. III, an. IV (1913), ipsi non vidimus. 5) De Minervino (Ciro Saverio Minervini), clerico, iurisconsulto, historico, Reg. Academiae Neapolitanae inde ab a. 1779. socio, v. Francescant. Soria, 'Memorie storico-critiche degli storici napolitani' II (Neapel 1782), p. 426 sqq., qui librum ab eo conscriptum, non iam prelo subiectum, 'Memorie della Chiesa, e Vescovi di Cività di Penne' laudavit. Cuius libri manuscripti mentio non fit apud P. F. Kehr, Italia pont. IV (1909), p. 288 sq. Itaque quo devenerit, constare non videtur, quod valde dolendum est. Cf. etiam quae P. Kehr in 'Nachrichten v. d. Kön. Gesellschaft der Wissenschaften. Göttingen: Philol.-hist. Klasse' 1898 p. 300 sq. ex relatione Ludowici Schiaparelli de archivis Pennensibus exposuit. — Münterum a. 1785. Neapoli a Minervino textum nostrum accepisse F. Blume, Iter Italicum IV (1886), p. 87 sq. dicit. 6) Eo usus est W. Smidt, supra p. 1420 n. 7, quem etiam Ul. Robert, 'Le Pape Étienne X', 'Revue des Questions historiques' XX ('Onzième année', 1876), p. 49—76, ubi libellus noster p. 59 obiter allegatur, non fugit. Etiam Herm. Müller, 'Topographische und genealogische Untersuchungen zur Geschichte des Herzogtums Spoleto und der Sabina von 800—1100', diss. Greifswald 1930, p. 88 sq. nonnulla ex libello Pennensi desumpsit. 7) Chronica Casauriensis auctore Iohanne Berardi praeposito, apud Muratori SS. rer. Ital. II, 2, p. 775 sqq., centum annis posterior est. Libellus noster praeter chartas aliquas non iam superstites (v. infra p. 1462 n. 2 et 1463 n. 3) etiam aliquibus, quas Chronicae Casauriensi insertas legimus, usus esse videtur (v. infra p. 1462 n. 5 et 1463 n. 4). 8) Greg. VII. Reg. IX, 4, ed. E. Caspar (MG. Epist. sel. II, 2) p. 578. 9) V. infra c. 4 p. 1465 et n. 6.

tamen, *pergit papa*, pro posse suo invadere, sicut audivimus, adhuc non desistit. Suadens igitur admoneas eum, ut memorati nepotis sui sacrilegam compescat audaciam atque hortetur illum et preterita corrigendo et in futuro se abstinendo beatum Petrum propitium sibi facere, in cuius irritatione ruinam et in gratia vitam et felicitatem possit obtinere perpetuam. *Quae si recte cum iis, quae infra in libello querulo de miseriis ecclesiae Pennensis leguntur, collata sint, inde hic libellus a.* 1079. *vel* 1080. *compositus esse colligitur. Quod etsi forte certo certius affirmare non audeas, tamen quin circa hoc tempus, nec multo post, libellus noster conscriptus sit, dubitari non potest.*

Textum mendis scatentem iam Münter nonnullis locis intra uncos lunatos et in annotationibus subiunctis emendare conatus est, ex quibus quaedam in textu retinuimus, ceteris in apparatum criticum reiectis. Plura haud spernenda G. H. Pertz, 'Vermuthungen über einige verdorbene Stellen des Chronicon Pinnense', in 'Archiv' V (1824), p. 531 sq., adnotavit.

Dabam Gryphiae mense Octobri a. 1932. ***A. H.***

1.[a] Notum sit primitus Romanae ecclesiae dominoque papae [. . .][b,1] caeterisque successoribus suis omnibusque aliis Christianis, quod Pinnensis ecclesia cum tota civitate sua et cum aliis castellis semper absoluta fuit et nullum vinculum super se habuit, nisi beati Petri, excepto quod Pinnensis episcopus per praeceptum apostolicae sedis[2] ad fidelitatem episcopi Lodoico imperatori unam partiunculam octorizavit, scilicet pertinenciam Fare cum silvis et cum molendinis et unam partiunculam in Blanziano[c,3] et in Ponziano[4], eo tenore, ut illi homines, qui in illis partibus haberent haereditatem, tenerent[d] ad fidelitatem . . . . .[e] 866/72. imperatoris vivente imperatore et moriente imperatore ecclesia reciperet sua. Accidit autem illis temporibus, ut imperator[5] divino compunctus afflamine per consilium Romani pontificis[6] vellet ecclesiam in honorem Sancti Clementis, si posset in finibus Italiae insulam invenire, quae utilis esset ad horatorium construendum, aedificare. Tunc a magnatibus suis recepto consilio unam insulam invenire infra comitatus Teatensem[f] et Pinnensem, quae undique circumdata erat Piscaria[7]. Statim ut imperator hoc audivit, cum toto exercitu suo ad has partes pervenit. Ingressusque insulam invenit[8] ibi horatorium constructum in honorem Sanctae Trinitatis[8], quae Casa aurea nuncupabatur. Laetus effectus circumdata

a) *capita non numerantur Mü.* b) (N.) *pro [. . .] Mü.* c) *ita Mü.; fortasse* Kantiano *legendum, v. n.* 3. d) *ita Mü.; tenerentur proposuit Pertz.* e) *ita Mü.; domini suppl. Pertz.* f) Teanensem *Mü.*

1) Qui Gregorius VII. (a. 1073—1085) fuisse videtur. V. praef.; Münter p. 138. 2) Quod non exstat. — A. 837, d. 13. Ian. Lotharius I. imperator ecclesiae Pennensi immunitatem concessit (Reg. imp. I[2] nr. 1054), quam Otto I. imperator a. 968, d. 4. Mai. confirmavit (DO. I. 357). 3) In charta, quam Grimbaldus episcopus Pinnensis a. 873, d. 25. m. Martii de cambio cum Ludowico imperatore facto dedit, legitur (Chron. Casaur., Muratori, SS. rer. Ital. II, 2 p. 937): *Et cambium recepi . . . a te domno Ludowico piissimo imperatore terram tuam loco, ubi dicitur Kantianum, petias duas* etc. Hodie locus quidam Canzano nominatus a fluvio Vomano e septentrione et a civitate Teramensi ad orientem exstat, qui tamen a Pennensi civitate longius distat. 4) In eadem charta, in nota praecedente laudata, pergit episcopus: *Et recepimus a te in ipso cambio terram tuam et molinum unum et salectum in loco, ubi dicitur Puntenianum, in unum se tenentes iuxta fluvium Tabae* etc. Iuxta fluvium hodie Tavo appellatum, qui a meridie civitatis Pennensis fluit, in tabulis geographicis locum similis nominis non inveni. 5) Ludowicus II, imperator a. 850—875. Cf. Reg. imp. I[2] nr. 1233a et 1272 (dipl. monasterio Casauriensi datum a. 874, d. 1. Nov.; Chron. Casaur. l. III, Muratori, SS. rer. It. II, 2 p. 812): *. . cum omnipotentis iuvamine freti Beneventum progrederemur, in ipso positi itinere devenimus ad Piscariam, ubi quandam invenimus insulam undique aquis cinctam, quam divina inspiratione circumeuntes et ex omni considerantes parte perspeximus ipsam usibus esse monachorum aptam temporibus profuturis; qua de re Dei omnipotentis inspiratione tacti iussimus inibi aedificari basilicam in honore Sanctae et individuae Trinitatis, ubi etiam collocare fecimus corpus b. Clementis martyris et pontificis Christi, ubi etiam ad cumulum mercedis nostrae coadunavimus coetum monachorum* etc. Cf. Chron. Casaur. l. l. p. 777. 6) Hadriani II (867—872). Cf. Chron. Casaur. l. l. p. 778—782, ubi (p. 782) diem translationis s. Clementis in Casauriam in d. *VI. kal. Iunii* (fortasse potius d. 26. Iun. quam d. 27. Mai.) a. 872. positum habes. 7) Cf. diploma Ludowici supra n. 5 allatum. Quae insula hodie non iam insula est. Ecclesia quondam abbatiae S. Clemente a Casauria prope Torre de' Passeri hodie in ripa sinistra Piscariae fl. sita est. 8) Aliter et rectius Chron. Casaur. l. l. p. 778: *Ludovicus . . . in ea* (sc. insula, cui nomen est Casa aurea, p. 777) *monasterium in honore Sanctae et individuae Trinitatis aedificari praecepit;* v. chartae n. 5 et p. 1468 n. 4 laudatae et diploma Ludowici II. imperatoris d. 26. Mai. a. 873, Reg. imp. I[2]

undique insula invenit maiorem partem insulae esse Pinnensis ecclesiae, scilicet unam ecclesiam Sancti Quirici cum CL[a] modiis[1] de silvis et terris. Mittensque optimos nuncios[b] fecit venire episcopum nomine Garibaldum[2]. Prostratus ad pedes eius postulavit, ut illam terram sibi concederet et cambium reciperet, aut in maritimis aut in montanis. Episcopus omnino hoc renuit. Tunc imperator, accepto alio consilio, reddidit omnia quae hab[c] eo[c] Matth. 28, 12. tenebat in civitate Pinnensi per cartulam et per praeceptum regium[3] firmavit; dominoque Garimbaldo[2] episcopo reddidit eo tenore, ut deinde inantea nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus vicecomes infra[d] totam terram episcopatus intraret nisi causa amoris, et cartulam cambiationis ab episcopo recepit[4]. Ab illa hora sana illibataque ecclesia ad fidem beati Petri remansit.

2. Accidit[e] autem, ut legatus Romanae ecclesiae Fridericus[5] [de][f] Constantinopolin 1054. revertens[g], ditatus magnis muneribus ab imperatore[h], maritima tempestate ad has partes proiceretur[b]. Quo audito crudelissimus comes Trasmundus[i, 7] et tenere eum cum suis sociis fecit. Quid plura? Omnia bona, quae habebat, abstulit et etiam vestimenta. Ipse vero cancellarius cum sociis suis tristis et moerens Romam regressus est. Placente Altissimo ad praesens sanctissimus papa[k, 8] defunctus est. Volente et concedente Romana ecclesia ab omni populo ipse Fridericus episcopus Romanus electus est, qui postea Stephanus est appellatus[9]. Hic modico residente tempore reminiscens dedecoris et iniuriae, quod 1057—1058. sibi comes Trasmundus fecit, congregato exercitu ad has partes pervenit, ut comitem 1058? Trasmundum cum sua progenie deleret de terra, et in campo sacro hospitatus est[10]. Ille ut audivit adventum Romani pontificis, timor et tremor irruit super eum[11], pro timore coepit stridere dentibus suis[12] et volutare[l] se per[m] terram[m, 13] sicuti homo, qui esset possessus a daemone. Tandem boni homines eius sibi consilium dederunt, ut mitteret se unam furem in collo sicuti latro, qui est deprehensus in latrocinio, ante praesentiam domini

a) 150 *Mü.* b) (a)uncios *Mü.* c) *ita Pertz;* habet, quae *Mü.* d) infra (intra?) *Mü.* e) *nulla cap. distinctio Mü.* f) de *vel* a *suppl. Pertz;* e Constantinopoli *propos. Mü.* g) re ... tens (revertens?) *Mü.* h) proiecit *Mü.* i) (deest verbum forsan: prehendere) *add. Mü.* k) (alia recentiori manu additum legitur nomen, Victor) *add. Mü.* l) *ita Pertz;* voluptate *Mü.* m) *ita Pertz;* ptra (penetrare?) *Mü.*

nr. 1257 (Chron. Casaur. l. III. p. 802): *In qua* (sc. *insula, cui nomen est Casa aurea*) *ecclesiam ab antiquo beati martyris Quirici constructam invenientes, alteram non longe ab ea ecclesiam in honorem Sanctae et individuae Trinitatis aedificari praecepimus.*

1) Ita charta Grimbaldi episcopi p. 1462 n. 3 laudata, l. c. p. 936: . . . *concambiavi tibi domno Ludovico piissimo imperatori in insula Piscariae loco, ubi dicitur Casaurea, terram per mensuram modiorum centum quinquaginta, quae pertinent ad partem supra-scripti episcopii Sancti Maximi; et habetur super ipsa terra ecclesia una, quae aedificata est in honore Sancti Quirici, et duae casae* etc. 2) *Grimbaldus* in charta p. 1462 n. 3 laudata; cf. Chron. Casaur. l. III. p. 800. 3) Quod non exstat. 4) Charta commutationis, quam Chron. Casaur. p. 936 servavit, demum a. 873, d. 25. Mart. *in Pinne* data est, v. p. 1462 n. 3 et 4; ubi circa finem episcopus dicit: *Omnes suprascriptae res nobis pertinent de ipsa carte vestra de civitate de Pinne.* In Chron. Casaur. l. III. p. 800 C textum mancum esse patet. Cf. etiam Reg. imp. I[2] nr. 1257 (Chron. Casaur. l. III. p. 802, a. 873, d. 26. Mai.). 5) Filius Gozelonis I. ducis Lotharingiae inferioris et superioris, frater Godfridi Barbati ducis Lotharingiae superioris, postea marchionis Tusciae et ducis Lotharingiae inferioris; cancellarius et bibliothecarius ecclesiae Romanae inde ab a. 1051, cardinalis diaconus, postea monachus (a. 1055) et abbas monasterii Casinensis (a. 1057). 6) Constantinopolitano, Constantino IX. Monomacho. Leon. Ost. Chron. mon. Casin. II, 85, SS. VII, p. 686; Lampert. Hersf. a. 1054, ed. O. Holder-Egger p. 65; Ann. Rom., SS. V, p. 470, l. 32 sq. 7) Transmundus III. comes Teatinus (Chieti), de quo cf. Herm. Müller, 'Topogr. u. genealog. Untersuchungen z. Gesch. d. Herzogt. Spoleto u. d. Sabina' p. 87 sqq.; C. Rivera, 'Le conquiste dei primi Normanni in Teate, Penne, Apruzzo e Valva', in 'Bull. d. R. Dep. Abruzzese di storia patria', ser. III, a. XVI, 1925 (Aquila 1926), p. 8 sqq., qui libellum nostrum non novit. Idem facinus brevius narrat Leo Ost. Chron. mon. Cas. II, 85 fin.: *Quos prospere revertentes Trasmundus Teatinus comes per terram suam transeuntes cepit, et universa quae ferebant cum magna iniuria auferens, tandem dimisit. Atque ita Fridericus Romam reversus est.* 8) Victor II, qui a. 1057, d. 28. Iul. Aretii obiit. 9) Stephanus IX. (X.), qui a. 1057, d. 2. Aug. electus et sequenti die consecratus iam a. 1058, d. 29. Mart. Florentiae mortuus est. 10) Quae expeditio fortasse a. 1057. exeunte vel a. 1058. ineunte (ante finem mensis Martii) facta est, quia Desiderius non ante mensem Decembrem a. 1057. futurus abbas Casinensis designatus est; cf. infra c. 3, p. 1464, l. 10, Leo Ost. Chron. mon. Cas. III, 9, p. 702 sq.; Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. Rom. I, p. 554 sq. 11) Cf. ex. gr. Psalm. 54, 6: *Timor et tremor venerunt super me.* 12) Cf. Marc. 9, 17 (de puero lunatico): (spiritus mutus) *stridet dentibus.* 13) Cf. Marc. 9, 19: *et elisus in terram volutabatur spumans.*

papae veniret et, quaequae[a] abstulerat, per novem[1] redderet, et de omnibus aliis suis rebus, quantum sibi placeret. Quod et factum est. Papa misericordia motus est, omnia alia perdonavit.

1058? 3. Yllis temporibus etiam[b] erat episcopus nomine Berardus[2], qui omicidia commissa habebat, et manus eius sanguine plenae erant[3]; amplius non debebat accedere ad altare. Ut audivit adventum papae, timore perculsus, accepto consilio[4] ab amicis suis, antequam Romana legatio veniret, iter aggressus est et in pedibus domni papae prostratus, virgam et annulum proiecit et indulgentiam postulavit. Qui[c] nimia[c] misericordia motus iussit eum a terra surgere et ante suam praesentiam in canopeo sedere. Tunc papa, accepto consilio[4] cum cardinalibus et cum abbate Sancti Benedicti[5] et cum praeposito Sancti Liberatoris et cum canonacis aliisque bonis viris clericis istius episcopatus, elegerunt episcopum nomine Iohannem Felextanum et monachum Sancti Liberatoris[6]. Tunc dominus papa pro eo, quod episcopus Iohannes erat simplex et Berardus erat belligerator et magis valebat in armis quam in divinis, et etiam[d] hortus[e] erat nobili genere, vocavit eum papa ante suam praesentiam et dixit ei: 'Frater Berarde, modo remotus es a ministerio altaris; sed pro eo, quod citius ad nos venisti et indulgentiam postulasti, indulgentiam consequeris. Veni ante nostram praesentiam et coram omni multitudine huic nostro confratri hominium[f] fac! Et nos praecipimus ei, ut omnia castella quaerat, civitatem scilicet et unum feudum infra[g] civitatem, quodcunque ipse voluerit, sibi conservet. Hoc iusiurandum adimple per veram fidem sine malo ingenio, ut, quamdiu[h] vixeris, terram perfecte regas et illam[i], quae perdita est, ob fidelitatem ecclesiae et tui domini episcopi te intromittas acquirere.' Quod et factum est, et per sacramentum firmavit[7]. Nullus affuit illuc, sanctissime papa[k], qui dicere ausus esset vel balbutiri cum lingua, quod civitas esset sua haereditas nec aliqua terra ecclesiae. In pace remansit episcopus cum omnibus beneficiis ecclesiae.

4. Tunc[l] memoratus[m] Berardus acriter coepit dimicare contra illos, qui terram ecclesiae tenebant, sicut ei fuerat imperatum. Accidit autem, ut quodam die, quo acriter pugnaret

a) quaeque *Mü.* b) *ita vel 'noch besser' enim proposuit Pertz;* et *Mü.* c) *ita Pertz;* Quin imo *Mü.* d) *ita Pertz;* et *Mü.* e) (ortus) *add. Mü.* f) *ita Pertz;* bonum *Mü.* g) *ita Mü.; fortasse* intra *emendandum.* h) *ita Pertz;* quam *Mü.* i) illa(m) *Mü.* k) (N) *add. Mü.* l) *nulla cap. distinctio Mü.* m) memoris (memoratus?) *Mü.*

1) Cf. Edict. Roth. c. 246. 250. 343; Aregis princ. c. 11; Pact. de Leburiis c. 7; Pertz, in 'Archiv' V, p. 532. 2) Pennensis, quem Ughelli, Italia sacra[2] I (1717), p. 1115 ad a. 1055. habet. Berardum a. 1057. exeunte vel a. 1058. ineunte (ante finem mensis Martii) episcopatum resignasse ex sequentibus patet. 3) Isai. 1, 15: *manus enim vestrae sanguine plenae sunt.* 4) Cf. Matth. 28, 12: *consilio accepto.* 5) Quod ad monasterium S. Benedicti Casinense Münter rettulit; quod stare non potest, nisi Desiderium circiter mensem Decembrem a. 1057. in abbatem Montis Casini a fratribus electum quidem, sed demum Stephano IX. papa mortuo, qui regimen abbatiae etiam papa non dimisit, dominica paschali (d. 19. Apr.) a. 1058. in abbatem ordinatum hic indicatum intelligas. 6) De monasterio destructo 'S. Liberatore della Majella', olim monasterio Casinensi subiecto, in episcopatu Teatino ad fluvium Alento inter Serramonacesca et Pretoro in territorio Manupellensi ad radices montis Maiellae sito v. P. F. Kehr, Italia pont. IV, p. 273 sq. Iohannes inde ab a. 1057/58. usque ad a. 1079/90. episcopatu Pennensi functus esse videtur; cf. etiam infra p. 1465 n. 8. Neque enim G. Schwartz ('Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' p. 238 sq.) post Iohannem cum Ughellio iam ad a. 1070. Pamponem episcopum in catalogo posuisset, si libellum nostrum novisset. Charta Pamponis pro monasterio S. Bartholomaei de Carpineto (Ughelli, Italia sacra[2] I, p. 1116 sq.) d. 6. April. non anni 1070, sed anni 1090, quo indictio 13. currebat, data esse videtur. Nam *sub anno Dom. 1070. 6. mens. April. Ind. 13.* hoc 'chirographum' datum esse legitur apud Ughell. l. c., cum idem X[2], Anecd. p. 388 *indict. VIII.* habeat, quod quomodo stare possit, prorsus non video. Cf. etiam C. Rivera, in 'Bull. d. R. Dep. Abruzzese di storia patria', ser. III, a. XVI, 1925 (Aquila 1926), p. 44, n. 1, qui Pamponem a. 1085, m. April. bona S. Bartholomaei de Carpineto confirmasse dicit. Sed nescio an apud Ughellium (It. sacr.[2] I, 1116), quem sequitur, confusio quaedam intercesserit. 7) Huc spectare videntur ea, quae apud Petrum Damiani, Epist. I, 9 (ad Nicolaum II. Romanum pontificem, = Opusc. 19, De abdicatione epicopatus c. 7), Opera ed. C. Caetani (Romae 1606) I, p. 15, Migne, Patr. Lat. 145, col. 437, leguntur: *Nostris quoque temporibus Pennensis episcopus pontificalem cathedram sponte deseruit seseque illi, qui sibi successit, sincera admodum devotione substravit. Nam et ipse mihi successor eius retulit tanta illum sibimet obedientia et humilitate subiectum, ac si se numquam meminerit super aliquos obtinuisse primatum.* Quod non de Iohanne eiusque successore, sed de Iohannis praedecessore et Iohanne dictum esse etiam G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' p. 238, et C. Rivera, in 'Bull. d. R. Dep. Abruzz. di stor. patr.', ser. III, a. XVI, 1925, p. 29, n. 3, perspexerunt.

adversus collem Farinulae[a, 1], superveniente suo compatre, qui iniuste tenebat terram ecclesiae, propria ipsius lancea vulneratus est et ad mortem deductus. Sed volente Domino poenitentiam egit et omnia episcopo reddidit[b], sicut ei fuerat imperatum a domino papa, et spiritum reddidit. Cumque hoc audientes consanguinei eius, venerunt, ut lugerent eum cum dolo, et locuti sunt verba pacifica[2] episcopo et hominibus civitatis cum fraude; absque audientia et voluntate episcopi diviserunt, quod Berardus tenuit, per binas partes. Una pars vocata est Trasmundina . . . . . .[c] Et omnia castella, quae de foris erant, abstulerunt. Volente Altissimo, qui sine iustitia nullum facinus dimittit, Trasmundus et Bernardus[3] in proelium Capellinum[d, 4], quod apud Ortonam[5] factum est, ceciderunt et in 1078?
captione comitis Roberti[6] et Taxionis[e, 7] missi[f] sunt[g]; obsidem dederunt et fidelitatis sponsores similiter, usque dum darent pecuniam, quam sibi irrogaverant. Revertentibus domi cum omni mala famulatione ad episcopum[8] pervenerunt, ita allocuti[g] sunt[g]: 'Peccavimus, sanctissime pater. Parce poenitentibus pro eo, quod ausi fuimus invadere terram sanctae ecclesiae; accipe cartulam abrenunciationis et excommunicationis, sicut tu feceris cum tuis canonicis, quod neque nos, neque nostri haeredes ausi simus[h] sine tua tuorumque

a) Collem Facinulae (vel Farinulae) *Mü.* b) rededidit *Mü.* c) *ita Mü.; altera Bernardina vel similia suppleuda esse ex sequentibus patet.* d) *ita Mü.* e) Faxionis *Mü.* f) missis, *nullo signo interpunctionis sequente, Mü.* g) allocutis *Mü.* h) *ita Pertz;* siscun (sic) *Mü.*

1) Nescio an de vico Farindola, a civitate Pennensi ad occidentem in ripa sinistra fluminis Tavo sito, agatur. 2) Cf. 1. Mac. 1, 31: *Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo.* 3) Fratres Berardi quondam episcopi occisi, v. infra c. 5, p. 1466, l. 19. Amat. VII, 31 p. 306: *Li fill de Bernarde, avec lo neveu de Transmunde, furent pris.* 4) Quod ad a. 1078. referunt Ann. Casin. rec. B, supra p. 1420 (cf. SS. XIX, p. 306): *Hoc anno fuit proelium de Cappelli.* Cf. quae W. Smidt, supra p. 1420 sq. n. 7 annotavit, qui annum 1078. recte in Annalium Casinensium recensione B positum esse existimat. Sed fortasse etiam ea, quae Gregorius VII. papa circa initium mensis Februarii a. 1081. Desiderio abbati Casinensi mandavit de c. *Roberto de Loritello, qui terras apostolicae sedis . . . pro posse suo invadere, sicut audivimus, adhuc non desistit* (Greg. VII. Reg. IX, 4, ed. Caspar p. 578), cum libello nostro Pennensi cohaerere possunt. 5) Ortona a Mare, a civitate Teatina ad orientem? Cf. Amat. VII, 31 (ed. O. Delarc, 'Ystoire de li Normant. Par Aimé', Rouen 1892, p. 301 sqq.), qui hanc pugnam pluribus prosequitur. 6) Robertus de Loritello, qui invasor bonorum sancti Petri iam in synodo Romana a. 1075, m. Febr. exeunte excommunicatus erat (Greg. VII. Reg. II, 52a p. 197; cf. excommunicationem contra *omnes Normannos, qui invadere terram sancti Petri laborant* etc. in synodo Romana a. 1078, d. 27. Febr. — d. 3. Mart., prolatam, Reg. V, 14a p. 371, quam C. Rivera, in 'Bull. d. R. Dep. Abruzz. di st. p.', ser. III, a. XVI, 1925, p. 31, post hanc pugnam factam esse putat, quod minime affirmaverim, et supra n. 4. 7) *Tascow*, frater Roberti de Loritello, Amat. VII, 30 p. 303. Cf. L. von Heinemann, 'Gesch. der Normannen in Unteritalien und Sicilien' I (Leipzig 1894), p. 281; F. Chalandon, 'Hist. de la domination normande en Italie et en Sicile' I (Paris 1907), p. 249, 309. Qui quomodo contra monasterium S. Bartholomaei de Carpineto se gesserit, Chron. S. Bartholom. de Carpineto l. III (Ughelli, It. s.[2] X, Anecd. p. 359) tradit, ubi *Drogo . . qui et Tascio, . . . comes Lamberti, vir magnificus et potentissimus* audit, sed perperam cum Drogone Roberti Guiscardi fratre confunditur. Cf. etiam *Drogo, qui alio nomine vocitur Tasso, frater quidem comitis Roberti* in charta Randulphi episcopi Teatini, Ughelli, It. sacr.[2] VI, p. 701; diploma Paschalis II. papae, quo a. 1115, d. 18. Iul. ecclesiae Teatinae possessiones a Roberto et Tascione comitibus et a Roberto predicti Roberti comitis filio et *a Guillelmo Tascionis filio* restitutas vel donatas confirmavit, Ant. Balducci, 'Regesto delle pergamene della curia arcivescovile di Chieti' I (Casalbordino 1926), p. 6 nr. 13 et 'App. IV' p. 97 sq., Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. I nr. 6461, P. F. Kehr, It. pont. IV, 269 nr. 5: *Ex predecessoris nostri sanctae memoriae Urbani secundi papae scripto comperimus, quod nobilis memoriae comites Robertus, cui de Loritello agnomen fuit, et frater eius Tascio possessiones quasdam vel ecclesias Teatino episcopio contulerint sive reddiderint*, etc.; in diplomate Urbani II. papae a Paschali II. papa allato, a. 1097. vel 1098, d. 19. April. *(XIII. kal. Mad.)* dato, P. Kehr in 'Nachr. v. d. Kön. Gesellsch. d. Wiss. zu Göttingen. Phil.-hist. Kl.' 1905 p. 329 et 330, Jaffé-Loewenfeld I nr. 5687, Kehr, It. pont. IV, 268 nr. 3. *Cum disponente Domino ad Theatinam accessissemus ecc[lesiam], venerabilis confrater noster Raynulfus ipsius ecclesiae episcopus in conspectum nostrum Roberti comitis et Tascionis [fratris] eius donationem obtulit, quam iidem comites Theatine ecclesie scriptis propriis co[ncesserunt]. . . . . Tascio . . que qui et Drogo comes, qui sub dictione s . . Theatinam ecclesiam pertinebat*, etc. legitur; *consilio et suffragatione . . . et Wilelmi filii Tassonis* etiam a. 1101, m. Mai. in charta Roberti comitis filii comitis Roberti, Balducci l. c. 'App. III.' p. 94. Cf. etiam C. Rivera, in 'Bull. d. R. Dep. Abruzz. di st. patr.', ser. III, a. XVI, 1925, p. 49 sqq., qui etiam p. 16 sq. donationem Taxionis Normandi Teatini comitis ecclesiae S. Iuvenalis in Loreto di Penne a. 1066, d. 13. Febr. datam, quam editam esse dicit in 'Rivista Abruzzese' m. Mai. 1896, p. 239, affert. 8) Iohannes episcopus Pennensis supradictus, quem aeque in pugna apud Ortonam facta captum, sed propter sanctam et reverendam personam dimissum esse Amat. VII, 31 p. 306 narrat.

successorum voluntate aliquam partem de hoc, quod abrenunciamus, demandare. Solummodo, sanctissime pater, adiuva nos, ut exeamus de captione malorum Normannorum'. Et per cartulam recepit excommunicationem[a], sicut ipsi dixerant, et ad thesauros ecclesiae manum misit et LX[a'] libras inter aurum et argentum et pallium et alia hornamenta et equos Bernardum et Transmundum dedit. Ingréssi[b] autem ante praesentiam episcopi, sathanas, qui in corde Iudae traditoris per acceptam buccellam ingressus[1] est, corda illorum invasit, ut pactionem facerent cum Normagnis[c.2], maxime cum Nebulonem[d] nobilissimo Normagno[e], ad cuius sortem eorum devenerat terra, ut civitatem Pinnensem et Speculum et Collem altum et alia castella, quae de foris erant et ecclesiae et episcopo pertinebant, Nabulon[f] darent et alia eorum essent salva et secura absque ulla molestatione Normannorum. Quid plura? Sicut superius, ita fecerunt. Civitatem et alia castella tradiderunt. Tali modo, sanctissime papa, vestra ecclesia desolata est omnibus bonis.

5. *Chartula[g] abrenunciationis, quae textum excipit[g].*

1079? Iun. In Dei nomine. Ab incarnatione Domini nostri Iesu[h] Christi[h] sunt[i] anni[i] millesia[i] septuagesimo[i] tertio[i], et[i] die mense Iunii, per[k] ind. V.[i] Ego Bernardus et Trasmundus, filii alterius Bernardi, cogitavimus diem aeterni iudicii, quando empii[i] et iusti sententiam debent recipere a Domino nostro. Propter hoc bona et spontanea nostra voluntate cartulam facimus donationis de nostris proprietatibus et de omnibus nostris rebus, quas in civitate Pinnensi cepimus ad mortem nostri fratris Berardi episcopi, sancto episcopatus[m], qui aedificatus est in honorem sanctae Mariae et sancti Maximi, et tibi domino Iohanni episcopo caeterisque successoribus tuis et omnem abrenunciationem, quae neque nostri haeredes aliquo tempore requirere debeamus. Et quia[n] domnus imperator Karolus praecepit[3], ut Longobardi potestatem haberent cartulam donationis et venditionis faciendi [de][o] omnibus suis rebus, propter hoc reddimus tibi Iohanni episcopo omnibusque tuis canonicis, quaecunque tenemus in ista civitate intus et foris, mobilia et immobilia, et adiutorium desideramus habere per vestram mercedem ab isto sancto episcopo et vobis, quia in captione Normannorum sumus.

. . . . .[p] ego Iohannes episcopus una cum meis canonicis et aliis bonis hominibus . . . . . .[q] adiutorii faciendi accepi et LX libras dedi ambobus tam inter aurum et argentum et pallia et equos et alia mobilia, et per iussionem subscripti Bernardi et Trasmundi cum meis canonicis excommunicationem feci ex parte omnipotentis Dei et virginis Mariae et apostolorum Petri et Pauli et omnium electorum Dei[4] et auctoritate ordinis mei et meorum confratrum, ut, si aliquis aliquo tempore hanc cartulam frangere voluerit, [iram][r] omnipotentis Dei et beatae Mariae et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et omnium electorum Dei[i] incurrat et sit dampnatus, sicut fuit Iudas, qui Salvatorem obsculo[s] tradidit, et sicut[t] fuit Pilatus et Cayphas, qui de morte Domini consilium dederunt, nisi emendaverint et civitatem sanctae ecclesiae et episcopo reddiderint et poenitentiam acceperint. Fiat! Fiat!

a) excumm. *Mü.* a') 60 *Mü.* b) *ita Mü.; fortasse* Egressi *vel* Regressi *emendandum.* c) Conormagnis *Mü., quod nescio num* comitibus Normagnis *intelligendum sit.* d) nebulonem (sic) *Mü.* e) Conormagno *Mü.; quod nescio num* comite Normagno *intelligendum sit.* f) (sic) *add. Mü.* g) *hanc inscriptionem, quam Mü. litteris non cursivis exhibet, ab ipso Müntero vel alio recentiorum temporum viro docto additam esse puto.* h) I. C. *Mü.* i) *ita Mü., quae valde corrupta esse patet; fortasse intellegendus est annus* 1079 *(v. p.* 1465 *n.* 4*), quo indictio secunda ('II'. pro 'U'?) currebat; quod si recte coniecimus, textum in hunc fere modum emendare oportet:* sunt anni millesimo septuagesimo nono, tertio etiam die mense Iunii, *vel similiter; cf. notam sequentem.* k) post *Mü.; cf. charta quaedam* (actum in Pisne) *apud F. Savini, 'Il cartulario della chiesa Teramana' (Roma* 1910*) p.* 99 *nr. LV, quae incipit:* In Dei nomine ab incarnatione Domini nostri Ihesu Christi sunt anni millesimo quinquagesimo octavo, et regnante domnus Heuricus gratia Dei per indictionem tertiam, *quam chartam W. Smidt mihi indicavit.* l) *ita Mü.* m) *ita* (Episcopatus) *Mü.; num* episcopatui *legendum?* n) qui *Mü.* o) de *supplevi, om. Mü.* p) *ita Mü.* q) *ita Mü.* r) iram *suppl. Pertz; . . . . . Mü.* s) *ita Mü.; intellegendum est* osculo. t) sicul *Mü.*

1) Ioh. 13, 26 sq.: *Et cum intinxissel panem, dedit Iudae Simonis Iscariotae. Et post buccellam introivit in eum satanas.* 2) Cf. Amat. VII, 32 p. 306 sq.: *Et li autre Transmunde, fill de Bernarde et lo neveu partirent li chastel et furent ses chevaliers de Robert, més Robert et sa part de li chastel.* 3) Karoli M. Capit. Ital. a. 801, c. 1, MG. Cap. I, 205 (= Lib. Pap. Kar. M. 78, MG. LL. IV, 501 sq.): *Si quis Langobardus . . . pro salute animae suae de rebus suis cartam donationis cuilibet facere voluerit,* etc. 4) Cf. ex. gr. Col. 8, 12: *sicut electi Dei;* Tit. 1, 1: *secundum fidem electorum Dei.*

Ego Petrus iudex et notarius hanc cartulam per iussionem amborum Bernardi et Trasmundi scripsi ad honorem Sanctae Mariae et Sancti Maximi levitae in civitate Pennensi, feliciter[a]. †[a] Ego Bernardus signum crucis feci. Ego Albertus fil. Gosberti cum filio meo Pastore signum crucis feci[b]. †[b] Ego Trasmundus signum crucis feci[c]. †[c] Ego Abellus cum filio meo Cono signum crucis [feci][d]. †[e] Ego Adamus cum cunctis meis filiis signum crucis feci. Ego Iohannes episcopus omnes istos homines et alios per hominium et sacramentum recepi ad fidelitatem sanctae ecclesiae[f].

a) Feliciter †. *Mü.* b) feci †. *Mü.* c) feci †. *Mü.* d) feci *om. Mü.* e) †. *Mü.* f) Finis Chronici *add. Mü.*

HISTORIA CVSTODVM ARETINORVM.

EDIDIT A. HOFMEISTER.

Historiam sane curiosissimam, quam infra proponimus, etsi plus semel iam editam, tamen nostrae collectioni deesse noluimus, quia non solum diversa regum et imperatorum, Hludowici Pii[1], *Hugonis et Lotharii eius filii, Ottonis III, praecepta vel constitutiones adhibuit (c. 1), sed etiam de episcopis Aretinis, inter quos Immo (a.* 1036/37—1048/52, *c. 2 p. 1474 sq., c. 7 ex. p. 1478) certo in Germania natus erat*[2] *aliique (ut Petrus I, sub Hludowico Pio et Hlothario I, c. 1, Hel(m)pertus*[3], *a.* 986/87—1010, *c. 1. 2. 9, Adalbertus, a.* 1014—1021/23, *c. 6, Teodaldus, frater Bonifacii marchionis Tusciae, a.* 1023—1036, *c. 2. 6, Constantinus, a.* 1062/63—1095/99, *c. 8) varia cum imperatoribus commercia colebant, agens, quamquam res ad regnum vel imperium proprie spectantes non tractavit, tamen ad cognoscendum, quomodo ante disciplinam ecclesiasticam Hildebrandi sociorumque et successorum eius opera saeculo XI. posteriore reformatam clerici interdum se ipsos ecclesiasque sibi commissas rexerint, vel maximi momenti est. Neque enim ea, quae hic de canonicis et custodibus ecclesiae Aretinae leguntur, Aretii tantum ita fieri potuisse quisquam sibi persuadere debet, cum similia etiam Romae in ecclesia S. Petri evenisse Bonizo Sutrinus episcopus in Libro ad amicum testetur*[4]. *Sed quae Bonizo a mansionariis beati apostolorum principis pessime facta et a Gregorio VII. papa funditus exstirpata non nisi paucis, sed contumeliosis verbis strinxit, ea auctor noster Aretinus, quomodo Aretii per longa tempora gesta essent, luculenter et accuratissime per singula enarravit, in epilogo* testem Deum, secretorum agnitorem, *invocans,* nichil *a se* esse a(d)iunctum studiose, sed et compendiose descripsimus veritatem[5] *(c. 10 ex.).*

Historia nostra a synodo Aquisgranensi a. 816. *celebrata, ubi praecepta vitae regularis canonicorum uberrima promulgata sunt, incipiens (c. 1) res, postquam a Petro I. episcopo Aretino sub Hlothario I. imperatore congregatio canonica in ecclesia Aretina instituta et ab Hel(m)perto episcopo reaedificata est (a.* 1009), *inter canonicos et custodes ecclesiae S. Stephani et ecclesiae S. Donati*[6]

1) Hlotharii I. praeceptum d. a. 843, d. 29. Aug., ad quod Grazzini (v. infra p. 1469 n. 9) remisit, auctor noster Aretinus expressis verbis non laudavit. 2) Sicut postea Sigifredus, Constantini successor (a. 1095/99—c. 1105); v. Ser. episc. Aret. apud Pasqui, 'Doc. per la storia della città di Arezzo nel medio evo' IV, 261 (cf. 279 sq.), et supra p. 1440 et n. 7. 10. 3) Qui et ipse, si Pasquio (l. c. p. 276) credis, ex Alemannia originem traxit. 4) L. VII, MG. Lib. de lite I, 608: *Erant preterea Romae multi pestilentes, iusticiam odientes, ut concubinatorum sacerdotum filii et propinqui . . . Erat preterea Romae antiqua et pessima consuetudo, quam beatus papa suo tempore funditus ab eadem ecclesia extirpavit. Nam in beati apostolorum principis ecclesia erant sexaginta et eo amplius mansionarii, laici coniugati et plerique concubinati, qui eandem ecclesiam per vices suas die noctuque custodiebant; [in] quorum potestate omnia preter maius erant altaria, que orationibus cotidie vendebant* etc. Quod primus adnotavit H. Bresslau, 'N. Archiv' V (1880), 451. 5) Quocum viri docti ii, qui de fide libelli iudicium tulerunt, prorsus consentiunt; cf. Bresslau l. c. p. 442; W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter' [6] II (1894), 243 (*'merkwürdig durch die ungeschminkte Darstellung tief' zerrütteter kirchlicher Zustände unmittelbar vor der Reformbewegung'*); U. Pasqui, 'Documenti per la storia della città di Arezzo nel medio evo' I (Fiorentiae 1899, 'Documenti di st. ital. publ. a cura della R. dep. Toscana sugli studi di st. patria' XI), p. X ('narrazione assai veridica'); ib. IV (Aretii 1904), 19 ('veridica e preziosa'); Grazzini p. 73 (v. infra p. 1470 l. 24 sqq.); A. Dresdner, 'Kultur- u. Sittengesch. d. ital. Geistlichkeit im 10. u. 11. Jh.' (Bresl. 1890) p. 110 (cf. passim). Econtra [D. A. Dragoni], 'Monumenti e notizie istoriche riguardanti la chiesa primitiva vescovile d'Arezzo' (Lucca 1755) p. 64 sqq. in Historiam nostram tamquam splendori ecclesiae Aretinae adversam vehementer invectus eam eo animo compositam esse putavit, ut prima sedes episcopatus Aretii in ecclesia S. Stefani fuisse probaretur. 6) Quibus tertia S. Mariae ecclesia ab Hel(m)perto reaedificata accessit, ecclesiis S. Stephani et S. Donati attigua. Cf. P. F. Kehr, Italia pontificia III (Berolini 1908), 157.

gestas ad minimum usque ad concordiam inter canonicos et Reginaldum et Berardum clericum filium eius a. 1082, *d.* 7. *Ianuarii factam (c.* 8*) prosequitur.*[1] *In qua omnia pacta et conventa necnon et donationes, quibus canonici omnes deinceps oblationes ecclesiae S. Stephani et S. Mariae ecclesiamque S. Donati et altaria, quae in ea ecclesia erant, atque confessionem, quae est sub altare S. Mariae, acquisiverint, diligentissime enotata sunt, ita ut auctorem re vera id egisse, ut, quomodo canonici haec in suam potestatem redigerent*[2]*, demonstraret, facile eluceat.*

Auctor, quem aut ipsum canonicum Aretinum aut canonicis familiarissimum fuisse vix quisquam negabit, demum Constantino episcopo mortuo[3]*, cui inter d.* 16. *Maii a.* 1095. *et m. Augustum a.* 1099. *Sigifredus successit*[4]*, fortasse Iocundo quoque archidiacono et praeposito iam vita*[5] *aut certe officiis defuncto*[6] *libellum nostrum composuisse videtur. Neque tamen multo post, cum auctor usque ad Immonem episcopum ea,* quę in scriptis invenimus et quę ab idoneis testibus didicimus et quę ex parte vidimus[7], brevi stilo *se tradidisse,* nunc *vero* mala, quę ecclesia inde cottidie patiebatur, scribenda *se curaturum esse aperte declaret (c.* 8 *in.). Unde cum circiter a.* 1050. *iam adultum fuisse ideoque vix multo post a. circiter* 1100. *libellum suum conscribere potuisse patet. In quo conscribendo praeter acta concilii Aquisgranensis a.* 816. *et fortasse Hlotharii I. capitulare Olonnense primum a.* 825.[8] *multas chartas, inter quas etiam praeceptа regum et imperatorum supra nominatorum et episcoporum Aretinorum Petri, Hel(m)perti, Immonis, Constantini, quarum permultae et omnes fere autographae, adhuc in archivo capituli Aretini extant, adhibuit, quas infra suis locis adnotavimus*[9]*. Praeter ea, quae proprie de custodibus, 'qualiter se agebant', exponuntur, etiam ea, quae de ecclesiis Aretinis S. Mariae a* Romano pontifice, *quem Iohannem XV. papam fuisse crediderim*[10]*, et S. Donati a Teodaldo episcopo*[11] *consecratis et de Teuzonis presbyteri itinere Hierosolymitano*[12] *hic inveniuntur, aliunde nota non sunt.*

Pergamena, quam autographam, quamvis mendis non liberam, putare licet[13]*, quae Historiam custodum Aretinorum servavit, extat in archivo capituli Aretini ('Archivio Capitolare di Arezzo'), signata 'Cassa III, perg. n.* 362' (= **C**.)*; est folium unicum*[14]*,* 62,2 *cm largum,* 75,4 *cm longum*[15]*, cuius pagina recta (f.* 1*') in duabus columnis, quarum unaquaeque* 78 *lineas continet, manu, quae saeculi XI. exeuntis*[16] *esse videtur, textum nostrum usque ad* Henrici filii Uguizonis marili sui *(c.* 9 *ex., p.* 1482 *l.* 7*) praebet, eadem manu in columna prima paginae versae (f.* 1*') usque ad lineam septimam (linea sexta vacua relicta) ad finem perductum. In medio dorso (f.* 1*') litteris*

1) Fortasse aliquae pactiones, quae in c. 3. 4. 5. 8 ex. leguntur, de quibus aliunde nobis non constat, etiam post a. 1082. factae sunt. At commutatio cum Bosone fratre locúndi archidiaconi et praepositi (c. 9 ex.) iam multo ante mortem locundi, qui non ante d. 16. Mai. a. 1095 (fortasse ante m. Iun. a. 1098, cf. infra p. 1482 n. 2) obiit, evenisse videtur, cf. infra p. 1481 n. 8. 2) Cf. infra p. 1470 l. 2 sq. 3) Ita Pasqui IV, 20 ('circa l'anno 1100' p. 19); Grazzini (v. infra) p. 73. Nam c. 8, infra p. 1479 l. 11 sq., ita de Constantino episcopo habetur: *Episcopus igitur Constantinus, qui eo tempore* (i. e. a. 1077/78) *Aretinę ecclesię residebat* ... Muratori (v. infra) historiam *'circiter annum 1092.'* scriptam esse dixit. Econtra anno 1100. pergamena, qua servatur, in archivo capituli Aretini ascripta est. Ante discordias gravissimas saeculo XII. ineunte inter clerum et populum Aretii exortas eam conscriptam esse Pasqui p. 20 et Grazzini p. 74 fortasse recte statuisse videntur. Sed quod Pasqui de Heinrico praeposito, qui iam m. Iunii a. 1098. Iocundi locum tenebat (Pasqui I nr. 286) et ipse inter d. 8. Sept. a. 1105. et d. 13. Oct. a. 1106. Iohannem successorem habuit (ib. nr. 296. 297; P. F. Kehr, Italia pont. III, 158 nr. 5), tamquam auctore libelli nostri cogitavit, certis rationibus probari non potest. 4) G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens ... 951—1122' (Leipzig. Berlin 1913) p. 202; Pasqui IV, 279. 5) Ita Pasqui IV, 20. 6) Cf. c. 9 ex., p. 1482 l. 4: *Iocundo, qui fuit archidiaconus et prepositus.* Cui in archidiaconatu inter m. Oct. a. 1091. et d. 16. Mai. a. 1095, in praepositura inter d. 16. Mai. a. 1095. et m. Iun. a. 1098. alii successerunt; v. infra p. 1482 n. 2. 7) Cf. etiam c. 7 p. 1478 l. 13 sq.: *sicut et adhuc nostris oculis cernimus;* c. 10 in. p. 1482: *Ne fallaces compositores iudicemur, qualiter panes oblationis ecclesie Sancti Stephani et Sancte Marie ante nostros oculos mullotiens divisi fuerint, breviter dicamus,* ubi tempus ante a. 1077/78, nec ultra aut non multo ultra saeculum XI. medium retrorsum, indicari videtur. 8) Infra p. 1471 n. 4. 9) P. 1471 n. 8. 9. 10; p. 1472 n. 1. 3. 6. 7. 8; p. 1473 n. 1; p. 1474 n. 3; p. 1476 n. 6; p. 1477 n. 11; p. 1478 n. 5. 6; p. 1479 n. 5—9. 12. 13; p. 1480 n. 2 (cf. 3); p. 1481 n. 1. 7. — Cf. Grazzini p. 73, qui in n. 1 undecim chartas archivi capituli enumeravit, sed praecepta Hugonis et Lotharii regum (infra c. 1 p. 1471 n. 10) omisit et perperam Ottonis III. privilegium d. a. 998. d. 2. Maii (DO. III, 290) pro eiusdem privilegio d. a. 996. d. 12. Iul. (DO. III, 217) citavit. V. etiam supra p. 1468 n. 1. 10) Infra c. 1 et p. 1472 n. 4. 11) Infra c. 6 et p. 1477 n. 5. 12) Infra c. 2 p. 1474. 13) Ita Grazzini p. 71. Sed Pasqui IV, 19 et 20 id pro certo affirmare non audet. 14) Perperam complura folia esse H. Bresslau, 'N. Archiv' V, 442 dixit. 15) Ita Grazzini p. 74; 630 × 740 mm Pasqui IV, 19. 16) *'Von einer Hand der zweiten Hälfte des 11. Jahrh.'* Bresslau l. c.; 'da mano resa un po' malferma per l'età, ma di persona che esercitava la professione di scriver codici, cioè d'uno *scriptor*'. Pasqui l. c.

maiusculis eiusdem aetatis, quae a scriba textus scriptae esse videntur, inscriptio adiecta est talis: Scriptum de ecclesia Sancti Stephani et de ecclesia Sancti Donati, qualiter se custodes agebant, et quomodo canonici eas adquisierunt[1].

Quam inscriptionem secutus primus Historiam, quam 'multiplici consideratione dignam' iudicavit, edidit L. A. Muratori, Antiquitates Italicae medii aevi V (Mediolani 1741), col. 217—224 (in dissertatione De Canonicis), sub titulo Enarratio eorum, quae perverse gesta sunt a Custodibus Ecclesiarum Sancti Stephani et Sancti Donati, in Civitate Arretina, et quomodo Canonici tamdem eas Ecclesias acquisierunt[2]. *Quae editio satis mendosa denuo prodiit in editione Aretina Antiquitatum Italicarum (Antiquitates Italicae medii aevi . . . Auctore L. A. Muratorio . . . Arretino Seminario et Collegio Ecclesiasticorum Castilionensi Episcopalibus alteram hanc editionem curantibus tom. XII, Arretii 1778, Typis Michaelis Bellotti, col. 675—694), cui varia lectio, nec tamen integra, ex pergamena autographa adiecta est*[3].

Tertius Historiam usque tunc omnino fere ita neglectam, ut eam vir longe doctissimus et in scriptis huius temporis plus aliis volutatus ineditam putaret, edidit H. Bresslau in 'N. Archiv' V (1880), 443—451 (praef. p. 442sq.; cf. p. 651), sub titulo 'Chronik des Capitels zu Arezzo'[4], *qui eam a. 1879, m. Octobri Aretii viderat, ex exemplo sibi a rev. patre Ludovico Paci archipresbytero et archivario humanissime transmisso, quod, etsi textui Muratoriano in universum superius, tamen non omnibus modis absolutum erat.*

Quartam editionem ex autographo, quod accuratius quam antecessores expressit, curavit Ubaldus Pasqui, 'Documenti per la storia della città di Arezzo nel Medio Evo' IV: 'Croniche (sec. XIV—XV)', (Arezzo, 'Coi tipi di U. Bellotti' 1904)[5], *p. 19—30 sub titulo 'Relazione storica sulla origine della Chiesa Aretina e sulla perversa amministrazione tenuta dai custodi e mercenari della chiesa stessa'. Qui etiam imaginem prioris pergamenae partis*[6] *lucis ope factam editioni suae adiunxit.*

Post quem quintus editor Giovanni Grazzini, qui libellum nostrum 'Cronica dei Custodi'. *inscripsit, in nova editione Scriptorum rerum Italicarum Ludovici Antonii Muratorii ('Raccolta degli Storici Italiani dal cinquecento al millecinquecento ordinata da L. A. Muratori. Nuova edizione riveduta ampliata e corretta con la direzione di Giosuè Carducci e Vittorio Fiorini'), tom. XXIV, part. I, fasc. 1. 2 (Città di Castello 1909), p. 75—82 (praef. p. 69—74), omnes priores superans et ipse autographum quam accuratissime exscribendum suscepit. Nec tamen capita distinxit nec commentario textum, exceptis iis, quae saguciter in praefatione praemisit, elucidare conatus est.*

Quibus editionibus omnibus, et praecipue Grazziniana, cum debita gratiarum actione adhibitis nos hic textum ad imaginem pergamenae Aretinae lucis ope factam, quam v. cl. Paulo Kehr intercedente nacti sumus, et ad alteram prioris partis eiusdem (v. supra l. 23 et n. 6), quam Pasqui editioni suae addidit, excussum, quantum fieri potuit, atque exactum aliasque pro viribus recognitum et in capita, quae lectoribus opportuna fore speramus, divisum atque notis, quae ad fontes ab auctore adhibitos cognoscendos tempusque rerum gestarum definiendum facere posse videbantur, instructum emendatiorem et politiorem denuo proponimus. Lectionem priorum editionum, quam Grazzini plerumque, etsi non omnino plenam, enotavit, paucis locis exceptis omisimus. In re orthographica moderanda pergamenam autographam, quantum ex imaginibus lucis ope factis perspicere potui, presso pede secutus etiam litteras e, e, ae ita, ut in autographo inveniuntur, retinui, litteris tamen maiusculis non nisi in initiis nominum propriorum et singularum comprehensionum secundum usum nostrum positis. Verborum conformationem regulis grammaticae non semel repugnantem, ubi non nisi lapsu quem dicunt calami auctor peccasse videbatur, emendavi[7]; *alia, quae, etsi minus recte, tamen ita ab auctore consulto scripta esse posse ii, quibus illius aetatis chartae aliaque dicta-*

1) Sequuntur notae recentioris aetatis: *N XII*, et alia manu: *154, 34, 25*. Pergamenam accuratissime descripsit Grazzini p. 74 et passim in varia lectione; cf. Pasqui IV, 19. 2) Muratorium, quamquam: *Monumentum autem, quod nunc editurus sum, multiplici consideratione dignum, ego olim ex antiqua pergamena descripsi adservata in Archivio Canonicorum Arretii* dicat, pergamenam autographam ipsum transcripsisse propter multa menda gravissima Grazzini p. 71 sq. non credit. Muratorii editionem iteravit non sine mendis Io. Lami, S. Eccl. Florentinae Monumenta I (Flor. 1758), 281—286. 3) Cf. col. 675/76 n. a. 4) Cf. A. Potthast, Bibl. hist. medii aevi² I (1896), 252: *Chronicon Aretinum*. 5) Quem fasciculum editor propriis sumptibus typis imprimi fecit. 6) Usque ad *in malam consuetudinem. Tunc* (infra c. 2, p. 1474 l. 13). 7) Infra p. 1473 n. c; p. 1475 n. a; p. 1478 n. i. l; p. 1479 n. c; p. 1482 n. g. k. Neque vero p. 1472 n. d nec p. 1476 n. g, p. 1479 n. b. f, p. 1481 n. a. e quicquam in textu mutavi, quia, quam vocem auctor scribere voluerit, certo certius constare non puto.

mina trita, sunt facile concedent, servavi, in plagulis corrigendis ab H. Kauffmann, qui etiam in libris parandis et inspiciendis indefessam operam navavit, et E. Aßmann v. v. d. d. et W. Smidt v. cl. adiutus.

Dabam Gryphiae, mense Maio a. 1933. **A. H.**

SCRIPTVM[a] DE ECCLESIA SANCTI STEPHANI ET DE ECCLESIA SANCTI DONATI, QVALITER SE CVSTODES AGEBANT, ET QVOMODO[b] CANONICI EAS ADQVISIERVNT[c].

f. 1ᵛ, col. a. 1.° In[d] nomine sancte et individuae Trinitatis[d]. Regnante Lodoico, filio prioris Caroli, factus est conventus synodi eo precipiente in loco qui dicitur Aquisgrani, multisque preceptis ab eo rite compositis[1], preceptum pre omnibus hoc salutiferum statuit, precipiens cunctis congregatis episcopis, ut unusquisque eorum daret studium canonicam construendi[2]. Filius autem eius Lotharius post mortem illius[3] patrem[4] secutus, per regnum transiens non invenit aecclesias episcopales ordinatas cum canonica congregatione, sicut ipse et pater eius preceperat, condoluit[4]. Veniensque Aritium et causa orationis ad Sanctum Donatum[5], non reperiens quod preceperat, contra episcopum ipsius ecclesiae nomine Petrum[6] est indignatus quam plurimum. Herum premonuit episcopos[4], precipue et ipsum Petrum antistitem Aretinum, per se et per suos optimates, ut preceptis suis et patris ex. gr. 825. oboedirent. Ipse autem Dei famulus Petrus oboedivit et eam construxit. Congregatione ab eo facta, aliquanta[7] bona ibi concessit, insuper et quattuor manuales personas ad serviendum dedit, scilicet pistorem, cocum, lavandarium et bifulcum, sicut in suo scripto continetur[8]. Deinde tanta fama illius congregationis communiter viventis per multa loca terrarum cognita, a bonis hominibus ibi bona mundi plurima sunt concessa[9]. Denique Ugo rex cum Lothario filio suo ob devotionem ad corpus sancti[f] Donati[f] veniens, talibus auditis, magna predia contulit ipsis canonicis, sicut in preceptis eius scripta sunt[10], quo inopia procul ab eis remota in Dei et sancti[f] Donati[f]

816. 840. 836, 843. 938 et 938/ (vel 939).

a) SCRIPTVM — ADQVISIERVNT *litteris maiusculis in dorso pergamenae scripta c.* b) QMO *c.* c) *capita non numerantur nec ubique distinguuntur c.; distinximus numerosque adiecimus.* d) In — Trinitatis *litteris maiusculis scripta c.* e) re *corr. c.* f) Sci Donati *litteris maiusculis script. c.*

1) Cf. acta concilii Aquisgran. a. 816. celebrati, MG. LL. Concil. II, 307 sqq., nr. 39, imprimis sub A p. 308 sqq. (Institutio canonicorum Aquisgranensis). 2) Cf. ib. c. 117 p. 398. et Hludowici imperatoris epistolae ad archiepiscopos missae, ib. nr. 39 sub C p. 456 sqq.; vide etiam concilium Aquisgranense a. 819. m. Ianuario habitum, ib. nr. 41 p. 467 sq., MG. LL. Cap. I nr. 138 c. 3. 14, p. 276. 277 sq. 3) Hludowicus I. imperator a. 840, d. 20. m. Iun. mortuus est. Sed Hlotharius I. iam patre vivente nomen imperatoris acceperat et Italiam administrare coeperat. 4) V. infra n. 8. Cf. etiam Hlotharii I. capitulare ecclesiasticum a. 825, m. Maio Olonnae constitutum, MG. LL. Cap. I nr. 163 c. 7, p. 327, Reg. imp. I² nr. 1024: *Volumus, ut singuli episcopi conversationem canonicorum eorumque habitationes Kalendas Octobris futuri anni absque ulla neglegentia, sicut disposuimus, habeant praeparatas.* 5) Qua de re aliunde non constat. Hlotharium I. post a. 840. Aretii moratum esse vix crediderim. 6) Qui inde ab a. 828, 833. ecclesiae Aretinae praerat. Cf. U. Pasqui, 'Documenti per la storia della città di Arezzo nel Medio Evo' IV, 273. Petrus I. episcopus Aretinus a. 833, 835, 843. ab Hlothario I. privilegia accepit, Reg. imp. I² nr. 1038. 1052. 1107, cf. p. 841 dep. nr. 40. 7) Cf. titulus chartae Petri episcopi (quam vide infra n. 8) manu saeculi XI. in dorso adiectus: *Privilegium Petri episcopi de aliquantis terris.* 8) Quod notis diei et anni caret, sed inter a. 835 (post diploma Hlotharii I. d. a. 835, d. 6. Oct.) et 843. datum esse manifestum est (v. n. 6 et 9); Pasqui I nr. 80 ('840 circa'): *. . . quia domno et perpetuo Hlothario semper augusto sepe nos admonuit cum cunctis obtimatibus atque doctores et sapientibus in eiusque imperio consistentibus, ut unusquisque episcopus suę aecclesię canonica constituere, sicuti in Dei nomine ipsius piissimi augusti obaudientes precepta, nostrę aecclesię predicta cannonica construximus. Pro quibus utillimum prospeximus . . ., confirmare providimus ad eadem cannonica de rebus episcopatui nostro, quatenus ipsi cannonici et sacerdotes . . . absque indigentia vivere possint et delectabiliter exorare valeant pro stabilitate regni et imperii dominorum nostrorum atque sancta aecclesia et cuncto populo Christiano eorumdem a Domino regendum concessum . . . . De verò personis hominum dedimus ibidem personas quattuor manuales, pistores quoque et cocum atque lavandarium et bifulcum . . .* 9) Cf. ex. gr. confirmatio Hlotharii I. imp., a. 843, d. 29. Aug., Reg. imp. I² nr. 1108; Pasqui I nr. 34; confirmatio Hugonis et Lotharii regum a. 933, d. 17. Ian., quam in nota sequente attulimus. 10) Dipl. Hugonis et Lotharii regum, a. 933 (936), d. 17. Ian. *(Actum in domo Sancti Donati)*; Pasqui I nr. 61; L. Schiaparelli, 'I Diplomi di Ugo e di Lotario' etc. (Roma 1924, 'Fonti per la storia d'Italia' 38) nr. 33: *. . . ideoque venientibus nobis ad domum Sancti Donati . . . pro timore Dei*

talis congregatio maneret semper servitio constituta, et ut perpetuum regem exorarent cotidie pro incolomitate regni et pro eorum salute. Plurima post tempora evoluta[1], exardescente diaboli nequitia, canonicorum talis congregatio et ecclesię officia diu fuerunt dispersa. Et hoc evenit pro episcoporum desidia et pro rectorum neglegentia[1] ac pro pravorum hominum cupiditate, qui eis abstulerant, unde tunc usque vixerant. Sicque permansit pene mortua[1] 986/87—1010. usque ad Helperti digni pastoris religiosam providentiam[2]. Eo quidem presidente[3], in predicta[a] ecclesia[a] cum maximo labore reaedificavit ecclesiam[b] Sanete[b] Marię[b], et veniente 994,95? ibi Romano pontifice[4] cum maximo honore ac desiderio consecrare eam[c] ab eo fecit[5]; insuper etiam canonicam reaedificavit et clericos, quantos potuit[6], ad communem vitam congregavit, aliquando precibus, aliquando minis[7], et quasi bonus pater ad fraternam societatem constituit. Qui etiam, quę erant suę utilitatis, plurima bona eis concessit, inter hęc et quartam partem 1009. ecclesię, quę[d] antecessores sui sibi reservaverant[e], sine refragatione donavit, sicut in privi- 996. legio suo invenitur[8]. Insuper etiam cum Otto[9] imperator transiret per Tusciam, deveniens ad corpus sancti[f] Donati[f] causa orationis, conduxit suos canonicos, quos ordinaverat[10],

a) ęcclesia predicta, *sed signis superscriptis transposita c.* b) ęcclesiam S. Marię *linea exeunte et proxima ineunte eadem manu in marg. suppl., sed* S. *in imaginibus luce factis non iam legibile, c.* c) eam *eadem manu supersc. c.* d) *ita c., edd.* e) *ita c.;* reservaverunt *male Grazz.* f) Sci Donati *litteris maiusculis script. c.*

omnipotentis et ipsius sanctissimi locis veneratione ... Statuimus quoque, ut sit ipsa canonica cum canonicis ipsius loci sub magisterio et regimine Leonis huius presentis archidiaconi et Dadonis archipresbiteri eorum successoribus, facientes pari voto communique consensu de frugibus et redditibus, quod in ipsa canonica annualiter Dominus dederit, seu de helemosinis absolute et libere, quod canonici facere debent, absque alicuius contradictione vel molestatione ..... Pro maiori quoque illorum securitate recipimus illos cum omnibus illorum mobilibus et immobilibus rebus illis iuste et legaliter pertinentibus sub nostrae tuitionis mundburdo, quatinus securae vivere Deoque servire et pro nobis stat[uque] regni nostri remedioque animarum nostrarum et fratrum [nostr]orum [orare] illos iugiter delectet. Cf. etiam dipl. Hugonis et Lotharii regum, a. 988, vel 989, d. 18. Mart. *(Actum Aritii)*; Pasqui I nr. 63; Schiaparelli, 'I Dipl. di Ugo e di Lotario' etc. nr. 48.

1) V. charta Helmperti episcopi a. 1009 (infra n. 8): *Ipsa* (sc. *regula canonica*) *autem quondam hic rite fuerat instituta, sed post permulta annorum spatia rectorum neglegentia decidit ab ordine, disidię torpore confusa; predecessores enim mei coepiscopi non solum illam in pristinum statum non ordinaverunt, verum etiam hoc, quo sub silentio diu damnata maneret, egerunt.* Diplomata, quibus Adalbertus rex a. 961, d. 28. Febr. (*Actum Areti;* Pasqui I, nr. 69; Schiaparelli, 'I Diplomi di Ugo e di Lotario, di Berengario II e di Adalberto' p. 342—345 nr. 2) et Otto I. imperator a. 968, d. 10. Mai. (*Actum Monte Feretrano ad Sanctum Leonem;* DO. I. 253, MG. Dipl. I, 361 sq.; Pasqui I, nr. 71; Reg. imp. II, 1 nr. 341) canonicis in ecclesia S. Donati Deo servientibus possessiones et iustitias confirmaverunt, auctor praetermisit. 2) Helmpertus episcopus Aretinus sedit a. 986/87—1010; G. Schwartz, 'Die Besetzung der Bistümer Reichsitaliens' p. 200; Pasqui IV, 276. 3) Cf. charta Helmperti episcopi a. 1009 (infra n. 8) in initio: *dignum fore omnino duxi, ut et sedis, cui presideo, idoneus rector et auctor et supra gregem mihi commissum vigilis ductor et providus extiterem dispensator.* 4) Quem Iohannem XV. fuisse putaverim, qui a. 995, m. Aprili ineunte a Crescentio Roma depulsus in Tuscia morabatur (cf. Fed. Schneider, 'Papst Johann XV. und Ottos III. Romfahrt', in 'Mitt. d. Österr. Inst. f. Geschichtsforschung' XXXIX, 1923, p. 193 sqq.; A. Hofmeister, 'Hist. Zeitschr.' 129, 1924, p. 165). De Iohanne XVIII. cogitaverunt Pasqui IV, 28 (qui per errorem XIX. nominavit) et P. F. Kehr, Italia pontificia III (1908), 157 nr. 1: '(1003—1009) april'. Dedicationem huius ecclesiae primis mensis Aprilis diebus celebratam esse Pasqui l. c. ex recentioribus notitiis eruit. 5) Quod fortasse a. 994. exeunte vel a. 995. ineunte factum est. Aliunde nihil constat. 6) Cf. charta Helmperti episcopi (v. infra n. 8), in qua tamen ecclesia S. Mariae non nominatur: *Huius quoque decus ęclesię modo in suis moenibus ad meliu[s re]ędificandis, modo in suis alumnis diversis artibus erudiendis, prout attentius potui, continuo labore adauxi.* 7) V. charta Helmperti episcopi a. 1009 (infra n. 8): ... *ex quo istud adeptus sum ad episcopium, canonica dogmata observari prędicavi et eos, qui se eisdem salubriter obtemperarent, modo precibus, modo exortationibus, aliquando etiam minis ad comune in omnibus commorari feci ..... Igitur quoniam domum pro necessitatis qualitate cum suo claustro fieri prędcepi et fratres in ea ad statuta canonica observanda elegi ... Quamobrem domo reędificata et in ea fratribus ordinatis ....* 8) A. 1009, d. 12. Febr.; Pasqui I nr. 94: ... *In primis quidem concedo atque confirmo omnem decimationem humano usui competentem ex illa terra, quę ad usum canonicorum ab imperatoribus et regibus seu ab aliis hominibus prędotaria institutione vel aliquo modo actenus est adtribu[tja, et illius pariter, quę ad idem declarabitur in posterum aliquo modo adquisita ....*, et post longam bonorum et ecclesiarum seriem demum subiunctum est: *quartam portionem ecclesiarum istius episcopii nostri.* Ea, quae Helmpertus episcopus canonicis concesserat, Heinricus II. imperator a. 1020. confirmavit, DH. II. 436. 9) Otto III. 10) Vuillehelmum scilicet archidiaconum et Berahardum presbiterum et primicerium, Martinum

ante imperatorem, et preceptum ab eo acceperunt de omnibus, que ad illos pertinebant vel 996.
quecumque adquisituri erant, sicut legitur in ipso precepto[1]. Et plurima, que fuerunt perdita prisscis[a] temporibus ex antiqua canonica, cum adiutorio suo et imperatoris receperunt.

2. Sed[b] ut retro redeamus, ne episcopi antecessores predicti Helperti presulis ex toto viderentur esse gregum suorum dispersores, quartam partem omnium oblationum ecclesie propria manu retinuerunt, tres partes[2] alias presbiteris et clericis, quos[c] constituerant in ipsa ecclesia, cum aliis beneficiis dederant. De tribus ipsis partibus quattuor partes facte sunt. Tali pacto et tenore illis clericis hoc beneficium ab episcopis fuit concessum, ut ~~eccles~~ie pavimenta mundarent ac lampadas accenderent et studerent et campanas horis competentibus sonarent atque ecclesie ianuas cum omni eius thesauro vicissim custodirent et pro ecclesie custodia cum suspenso somno noctibus singulis requiescerent. Ita factum est, ut, pro tali beneficio ipsis concesso divites effecti, mulieres conduxerunt[d] filiosque ex eis generaverunt[3], et dehinc ecclesiam inter se diviserunt, sicut inantea[3] dicetur. Sed quoniam solitum est, ut divitie homines in superbiam elevent[4], per quod beneficium habuerant, dedignabantur studere. Illis autem curam ecclesie male tractantibus contra eos clamor populi[5] exarsit. Tunc illi pro pavore eius ecclesie tunc episcopi[6] atque populi, inito consilio, quendam monachum[7] adquisiverunt, ut eorum[e] vice ecclesie deserviret et omnia, quae necessaria ibi erant, studeret. Et hoc constituerunt, ut pro beneficio tempore messis et vindemie darent ei sedecim sextaria de grano, similiter et de vino pro unaquaque quarta parte et de offertione, sicut tunc videretur. Diebus vero festis vel letaniis[8], vel si aliquo modo oblatio adherat[f], mittebat unusquisque illorum servum vel mercennarium aut ipse per se ad eam requirendam. Tunc fiebant furta, rapine, rixe, garritiones et divisiones, ita ut multoties unum panem per quattuor partes dividerent et candelam similiter cum altercatione. Predicto custode post parvum tempus mortuo, vice illius intromiserunt presbiterum Ursum, qui Torellus vocabatur, cum supradicto beneficio. Ille autem presbiter inscius nec campanas noverat sonare horis matutinalibus nec per horas constitutas diei neque hoc facere in ecclesia, quod decebat. Inter hec

a) *ita c.*; priscis *edd.* b) *nulla distinctio c.* c) *ita Mur., Br.*; quas *c., Pa., Grazz.* d) *ita c., edd.; cf. infra c.7 p.* 1478 *l.* 8. e) *praecedit una fere littera erasa c.* f) *ita c.; cf. ex. gr.* adheraut *in charta Constantini episcopi Aretini d. a.* 1077, *m. Aug., Pasqui I, nr.* 225 *p.* 315 *l.* 6, *infra p.*1479 *n.* 6 *citata.*

clericum et custodem Sancti Donati, Sigizonem scolae cantorem, Michahel presbiterum, Ato presbiterum, Uuinizonem presbiterum, Iohannem presbiterum, Girardum presbiterum, Berto presbiterum, Iudonem presbiterum, Leonem presbiterum et reliquos secundum DO. III. 217 (v. notam sequentem). Ex quibus quinque chartae Helmperti episcopi saepius allatae (supra p. 1472 n. 8) subscripserunt (exceptis Berahardo, Sigizone, Michabele, Atone, Iohanne, Iudone, Leone), ubi praeterea leguntur Boso diaconus et vicedominus, Ingizo presbiter, Bonizo, Wolferius, Petrus presbiteri et canonici. Cf. etiam infra c. 9 p. 1481 et n. 11; praeterea supra p. 1472 n. 7 in fine.

1) A. 996, d. 12. Iul. *(actum in ecclesia Sancti Donati)*; DO. III. 217, MG. Dipl. II, 628sq.; Pasqui I nr. 82: *qualiter nos consultu ac interventu Helmprati venerabilis episcopi nostrique fidelis* etc. — In DO. III. 290 (MG. Dipl. II, 715; Pasqui I, 119 nr. 85), quo imperator Romae a. 998, d. 2. Maii, *canonicos sanctae Aretinensis aecclesiae, Berardum videlicet archipresbiterum, Wilielmum archidiaconum, Martinum clericum et custodem, Sigezonem scolae cantorem omnesque alios maiores et minores presentes et sequentes cum iam dictae Sancti Donati aecclesiae canonica et cum omnibus, quae in eorum preceptis leguntur, rebus mobilibus et immobilibus et cum omnibus, quae ipsi ex sua parte habent vel habere poterint,* sub mundiburdio suo et defensione recepit, Helmperti episcopi mentio non fit. 2) Cf. charta Arnaldi episcopi longe posterior, d. a. 1060, m. Martio (Pasqui I nr. 189), qua, *consideratis . . [scriptis fratrum canonicorum nostrorum atque perlectis, que sibi constituta fuere ab] antecessoribus nostris,* iisdem *confratribus . . . [integra]s tres partes totius frumenti et leguminis atque omnium annonarum seu denariorum et ferri totius nostri episcopii, sicut solita sunt deferri a populo pro redemtione decimarum, tam in granario quam in aliquo alio loco vel [in bo]nis nostrorum ministrorum,* concessit, *quartam vero portionem supradictarum rerum pro restauratione ecclesie* retinuit. 3) Id est infra, v. c. 3—5, p. 1475, 1476. 4) Cf. Deut. 17, 20: *Nec elevetur cor eius in superbiam super fratres suos;* Iob 21, 7: *Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt confortatique divitiis?* 5) Cf. ex. gr. 2. Esdr. 5, 1: *Et factus est clamor populi et uxorum eius magnus adversus fratres suos Iudaeos.* 6) Quis fuerit, quamquam diffiniri non potest, tamen hic de rebus saeculo X. exeunte aut XI. ineunte gestis agi videtur. 7) De Mauricio presbytero et monache, qui a. 1015, m. Martio chartae Adalberti episcopi canonicis S. Stefani et Donati concessae subscripsit (Pasqui I nr. 106), cogitavit Pasqui IV, 28. Quod certis rationibus non nititur. 8) Cf. infra c. 8 in. p. 1478 et n. 7.

fames in comitatu Castellano[1] maxima orta est. Quidam presbiter nomine Teuzo inde veniens, eiecto supradicto custode Torello, a presbiteris et [clericis[a] qui cu]stodes esse per se debuerant, in ecclesia custos factus est. Hic namque p[resbiter[b] cum esset[b] hone]stus, bonus et studiosus in [toto[c] o]fficio erat. Inspirante autem Deo, quam plures homines ex Aritio Hierosolimam perre[xerunt[d], et ip]se[d] presbiter Teuzo cum eis perrexit. Tunc ipsi custodes non habentes alium, remiserunt eundem Ursum presbiterum. Reverso itaque Teuzone presbitero ex Hierosolimis, propter suam bonam conversationem canonicus factus est. Igitur supradictus Ursus nichil sciebat facere, sicuti prius. Hinc omnis populus per
1023—1036. custodum summissionem episcopum Teodaldum, qui tunc temporis erat[2], imploraverunt, ut eundem Teozonem[e] ad custodiam ecclesie reverti iuberet. Quia canonicus factus erat, canonici[f] talia facere non consentiebant. Ad ultimum tamen propter episcopi iussionem et populi obsecrationem consenserunt. Sed et hoc toto animo contradixerunt, ne cum eis commederet, ne deveniret in malam consuetudinem. Tunc predicti custodes super canonicam se vindicabant in predis, et que facere poterant. Inde etiam post per obsecrationem eiusdem episcopi et populi statutum est, ut ipse Teuzo presbiter in ecclesia ebdomadam[g] missarum sicut canonaci[h] presbiteri faceret et ebdomadam coquine similiter, et canonici et custodis officia impleret. Sic[i] permissum est ei tantum comedere. Adquisito autem cibo, abstulerunt supradicti custodes medietatem de grano, quod soliti erant dare. Quo mortuo intronizaverunt Iohannem Turphum, nepotem illius, quem secum duxerat et nutrierat. Dehinc maxima concertatio inter canonicos et ipsos custodes iterum exorta est de victu ipsius. Custodes sicut avunculum illum facere volebant, sed omni nisu canonici[k] repugnabant. Hoc autem canonacis[l] opponebant, quod quartam partem tunc haberent de ecclesie oblatione. Canonici econtra[m] talia respondebant: 'Quando Helpertus episcopus suique antecessores quartam partem manu sua habebant, quam postea ipsi nobis concesserunt[3], custodes victum ab eis non requirebant. Insuper beneficium aliud vobis est concessum pro ecclesie custodia'. Denique predictus Iohannes Turphus, eo quod victum non habebat ab aliqua parte, nec campanas sonabat sepius per tres dies vel quattuor vel plures. Illi interim causam canonicorum, ubicumque
1036/37—1048/52. poterant, male tractabant. Interea episcopus Immo, qui tunc temporis fuerat[4], partim

a) *ita Pa., Grazz.; pergamena lacera, perspici possunt extrema hasta superior litterae* l, *particula infima litterae* q, *suprema pars prioris litterae* s *vocis* custodes *c.*; [canonicis qui cū]stodes *Br.; cf. supra c. 2 in. p. 1473. l. 6*; presbiteris et clericis. b) *ita Grazz.; pergamena lacera, perspici possunt littera* b *cum signo compendii, litteram* p *continuans, et infima hasta litterae* r *c.*; p[resbiter hone]stus *Pa., quibus litteris spatium non expletur*; p[resbiter Teuzo hone]stus *Kauffmann.* c) *ita Pa., Grazz.; pergamena lacera, perspici potest particula superior prioris litterae* t *c.*; suo *Br.* d) *pergamena lacera, perspici possunt extrema hasta sinistra inferior litterae* x, *hasta tertiae litterae* r *in* perrexerunt, *parva particula corporis litterae* p *vocis* ipse *c.* e) *ita hoc loco c.* f) canonaci *eadem manu corr.* canonici *c.* g) ebdamadā *corr.* ebdomadā *c.* h) *ita hoc loco c.*; canonici *edd.; sed in chartis Aretinis saeculi XI. non semel etiam* canonacus *legitur, ex. gr. Pasqui I, nr. 161 p. 233 l. 18 (a. 1041, d. 5. Mart.:* canonacis*), nr. 231 p. 323 (a. 1079, m. Aug.:* Ego Bonicus canonacus et subdiaconus ssi*), nr. 236 (a. 1080, d. 1. Febr.:* Ego Bonicus subdiaconus et canonacus ssi*).* i) Sicut *radendo corr.* Sic *c.* k) canonaci *eadem manu corr.* canonici *c.* l) *ita c.*; canonicis *edd. praeter Pa.* m) *ita edd.* (econtra *Pa.*; e contra *Grazz.*); ecōntra *c.*

1) Città di Castello. Cf. Fed. Schneider, 'Die Reichsverwaltung in Toscana' I, 99 sqq., imprimis p. 101. 2) Te(o)daldus episcopus Aretinus, filius Tedaldi marchionis Tusciae, sedit a. 1023—1036; Schwartz p. 200 sq.; H. Bresslau, 'N. Archiv' V (1880), 442 sq.; Pasqui IV, 277 sq. Quem a. 1036, d. 12. Iunii mortuum esse docet Transl. s. Donati Lect. 9, apud Pasqui IV, 14 (antea ex. gr. impressa apud Iac. Burali, 'Vite de' vescovi Aretini' (Arezzo 1638) p. 37—39 (Lect. 8, p. 39) et G. Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' XVIII, Venetiis 1864, p. 93—96 (Lect. 8, p. 95 sq.), cf. Bibl. hag. Lat. nr. 2295 sq.; *Supervixit vero post dedicationem altaris et* (*et* om. Burali, Cappelletti) *ecclesie annis tribus mensibus septem (annis tribus supra decem mensibus septem* Burali, Cappelletti) .... *His igitur et aliis pluribus bonis exornatus, tertiodecimo presulatus sui anno a beato Donato pridie idus Iunii Christo presentatus inter sanctorum agmina feliciter est assumptus.* Editionem principem apud P. Buonamici, 'Discorso sopra la vita di s. Donato' (Florentiae 1607) p. 38—41, quae fortasse cum Pasquio convenit, nancisci non potuimus. Codicem Aretinum Bibliothecae Fraternitatis Laicorum a Pasquio adhibitum re vera signatum esse 'Ms. Nr. 27' ('Memorie storiche aretine' fol. 172) P. Kehr v. cl. nobis rettulit. 3) V. chartam Helmperti episcopi, a. 1009, d. 12. Febr., supra p. 1472 n. 8 allatam. 4) Immo vel Irmenfredus, Irenfredus, antea diaconus Wormatiensis, episcopatum Aretinum a. 1036/37—1048/52. obtinuit; Schwartz p. 201; Pasqui IV, 278; H. Bresslau, 'Jahrb. Konrad II.' t. II, 534—536; W. Wattenbach, 'Deutschlands Geschichtsquellen' I[7] (1904), 419. 488. II[6] (1894), 18; C. Pijnacker Hordijk, 'Alpertus Mettensis De diversitate tempo-

clamor[e][a] populi, partim mala voluntate atque virtute, et quia ecclesie iniuriam non valens sustinere, in claustrum veniens cum populo, post maximam altercationem hoc inter canonicos et custodes diffinitum est, ut per cottidianos dies unam coppam de vino et unum pariem canonici custodi illi darent ad fenestram coquine, dominicis et festivis diebus ad tertiam cum eis pranderet. Revertente tempore messis et vindemie, custodes supradicti vicario suo, quod soliti erant dare de vino et grano[1], aut non dabant, vel si eorum aliquis dabat, alius non dabat, vel si forte dabant, cum maxima inportunitate prebebant. Quando autem non accipiebat, nec campanas sonabat nec, que erant in ecclesia facienda, faciebat. Talia passa est ecclesia, usque dum ad canonicos devenerat, et cetera alia mala, que Deo iuvante dicentur ob memoriam.

3. Superius[b] diximus[2], qua custodes illi filios generaverunt; nunc dicendum est, qui fuerint, et quomodo ecclesiam inter se diviserint. Fuit quidam presbiter Petrus[3], qui a loco de Nuce vocabatur, qui plures filios habuit, sicut alii custodes; sed nolumus dicere nisi de illis, qui ecclesiam[4] habuerunt. De Petro presbitero geniti sunt presbiter Salomon et Andreas clericus[5]. Qui presbiter Salomon habuit quartam partem ex quattuor supradictis partibus[6], quam diviserunt inter se filli sui et nepotes. De Salomone illo geniti sunt Leo laicus[c] et Sizo clericus[7]. De Leone genitus est Bonicus. Bonicus in senectute sua factus est canonicus[8], partem suam ipsis canonicis concessit. Ex Sigizone genitus est Ungarinus laicus[9]. De Ungarino geniti sunt Teuzo clericus et Raginerius[10] et Salomon laici; qui simul partes suas dederunt canonicis pro uno modiore de terra in Agaze[11] in concambio, quod dedit Paganus, filius Suppi de Montercle[12], pro anima filii sui Guiberti[d]. Andreas clericus, frater Salomonis presbiteri, habuit aliam quartam partem, quam diviserunt filii eius et nepotes. De Andrea geniti sunt Blancus clericus et Mannulus laicus. De Blanco geniti sunt Ucellittus[e] et Guidolus laici[13]. Ucellittus iudicavit medietatem sue partis canonicis pro anima sua et accepit decem solidos pro altera medietate. Widolus accepit viginti solidos pro sua parte. De Mannulo geniti sunt Briccus et Pincus[13]. De Bricco geniti sunt Widolus clericus[14] et Bertus et Mincius. Widolus accepit pretium quattuor sol(idorum) pro sua parte. Bertus et Mincius vendiderunt partem suam Picucio medico. Moriente Picucio medico iudicavit canonicis XX solidos. Post mortem eius filius eius Helias non habens unde daret, dedit suam partem ecclesie. De Pinco geniti sunt Iafus et Guidolus laici et Bonattus[f] clericus[15]. Iafus pro parte sua accepit quattuor solidos a canonicis. Partem Guidonis et Bonatti presbiteri habuerunt pro anima ipsius Bonatti presbiteri.

a) *ita corr. Br.*; clamor *c., Mur.* b) S- *littera initialis solito maior c.; hic distinguunt Mur., Pa.* c) laicos *corr.* laicus *c.* d) Giberti *eadem manu corr.* Gviberti *c.* e) *prius* t *eadem manu supersc. c.* f) *prius* t *eadem manu supersc. c.*

rum und De Theoderico I, episcopo Mettensi. Codex Hannoveranus 712 A in phototypischer Reproduktion', Leiden 1908, p. XVII (Codices Graeci et Latini photographice depicti duce Scatone de Vries. Suppl. V). Eius interventu Conradus II. imperator canonicis ecclesiae Aretinae privilegium concessit, a. 1038, d. 15. Mart. (DK. II. 263, MG. Dipl. IV, 363—365; Pasqui I nr. 158), quod auctor noster aeque ac DH. II. 486 (a. 1020). 464 (a. 1021, d. 31. Dec.), DK. II. 74 (a. 1027, d. 31. Mart.), DH. III. 183 (a. 1047, d. 7. Ian.), MG. Dipl. III, 557—559. 589—591. IV, 94 sq. V, 226 sq., praetermisit. De Tedaldo et Immone episcopis Aretinis v. etiam DH. III. 180 (a. 1047, d. 3. Ian.), MG. Dipl. V, 228 sq.; de Immone etiam Pasqui I nr. 166 (a. 1044, d. 3. Apr.). Cf. etiam infra c. 7 fin., p. 1478 et n. 5. 6.

1) Supra p. 1473 l. 19 sq. 2) Supra c. 2 p. 1473 l. 13 sq. 3) Inter canonicos occurrunt a. 933. Petrus presbiter, qui fuit vicedominus, et alius Petrus presbiter (DHug. et Loth. 33, Schiaparelli l. c. p. 103). Sed num alteruter huc pertineat, incertum est. — Noce (fraz. del com. di Subbiano, pr. di Arezzo). 4) Scil. S. Stephani; cf. infra c. 6 in.; c. 4 ex. 5) Quidam *Andreas clericus et diaconus* subscripsit a. 1009, m. Iun. (Pasqui I, nr. 95). 6) Supra c. 2 p. 1473. 7) V. etiam infra c. 10. Cf. n. 9. 8) *Bonicus canonicus et subdiaconus* subscripsit a. 1079, m. Aug., a. 1080, d. 1. Febr. (Pasqui I, ~~nr. 231, 236~~), *Bonico canonicus iamdicti Iocundi prepositi* a. 1086, m. Febr. (ib. nr. 264); domnus Bonicus canonicus a. 1095, d. 16. Mai. (ib. nr. 284). V. etiam infra c. 10. 9) Ungarinus filius quondam Sigizonis occurrit Aritii a. 1078, m. Febr. et d. 11. Nov.; Pasqui I, nr. 227. 228. 10) Signum manus *Raginerii filii cuiusdam Ungarini* occurrit in charta, quam Constantinus episcopus a. 1084, d. 23. Mai. monasterio SS. Florae et Lucillae dedit (Pasqui I, nr. 257). 11) Agazzi (com. Arezzo; cf. etiam Fed. Schneider, 'Reichsverwaltung in Toscana' I, 284 n. 1); de quo loco cf. etiam DH. II. 464 (a. 1021, d. 31. Dec.), DK. II. 74 (a. 1027, d. 31. Mart.). 12) Monterchi (pr. e circ. di Arezzo, mand. di S. Sepolcro). 13) V. etiam infra c. 10. 14) Quidam Wido clericus subscripsit ex gr. a. 1078, d. 11. Nov., et a. 1080, d. 1. Febr. (Pasqui I, nr. 228. 236), a. 1078, d. 11. Nov. praeter eum alius *Wido subdiaconus laudans.* 15) Bonatto presbiter occurrit a. 1077, m. Aug. (Pasqui I, nr. 225).

4. Leo[a] quidam presbiter[1] fuit, qui habuit filios[b] Pecionem[c.2] et[c] Iohannem presbiterum, Canem dictum propter iracundiam, qui habuit quartam partem de ecclesia. Qui presbiter Iohannes genuit filium[d] Iohannem Blancum[c.3] laicum[f]. Iohannes Blancus non habuit filium, sed filias. Una[g] ex illis, que Cara vocabatur, dedit suam partem de ecclesia Sancte Marie, et dedit eam in coniugium Signorello filio Aritii[4]. Ex qua natus est Ugolinus, quem pater et mater fecerunt canonicum[5], et pro ipso in canonicam dederunt ipsam ecclesiam. De Pecione geniti sunt Martinus et Iohannes laici. De Martino genitus est Cunizellus clericus. De Cunizello genitus est Brittolus et Bosolus laici. De Brittolo geniti sunt Guinigildolus et Guiducius laici. De Iohanne Peci geniti sunt Iohannes clericus et Rodulfus et Boso laici. Suprascriptus Iohannes Blancus dedit suam partem de altario Sancti Stephani nepotibus suis supradictis, scilicet Cunizoni clerico et Iohanni clerico et Rodulfo et Bosoni laicis fratribus. Predicto Iohanne clerico[h] moriente, iudicavit cano-
1081. nicis[i] XX solidos. Fratres eius Boso et Rodulfus pro ipsis solidis dederunt partes suas de altario Sancti Stephani canonicis[6]. Cunizellus clericus iudicavit canonicis medietatem sue partis eiusdem altaris; pro alia medietate filius eius Bosolus et nepotes sui, filii Brittoli, acceperunt XII solidos ab ipsis.

f. 1r, col. b.

c. a. 961/63? c. a. 996, 1009?

5. Iohannes[k] presbiter, filius Ati[7], genuit filium Gerardum presbiterum[8], qui habuit aliam quartam partem. Idem Gerardus genuit Mascarum clericum. De Mascaro genitus est Gerardus[9] laicus, qui Gerardus habuit filios et filias. Unam quidem ex eis nomine Antilia dedit in coniugium[l] Ubaldulo[m], filio Gerardi Fuski de Montepupe[10]. Postea ipse Ubaldulus dedit socero suo unum modiorem de terra in loco qui dicitur Ropone et in Scarniceto pro ipsa parte ecclesie et misit fratrem suum Ugolinum[5] cum ipsa in canonicam[n].

6. Hactenus[o], que mala in ecclesia Sancti Stephani sunt perpetrata, et qualiter ad canonicos devenerit, sub brevitate memoravimus. Nunc, iuvante Deo nostro, quid[o] in ecclesia Sancti[p] Donati[b] gestum fuerit, antequam ad canonicos deveniret, ad memoriam

a) *nulla distinctio c.* b) filii *corr.* filios *c.* c) Pecionem et *eadem manu superscr. c.* d) filios *corr.* filiũ *c.* e) *ita edd.*; blancũ, blanc *in loco raso, sequentibus verbis* et pecionem *linea perducta deletis, c.* f) laicos *corr.* laicũ *c.* g) *ita c. edd.*; *intelligendum est* uni, *cuius vocis loco auctor fortasse contra regulam grammaticae scribere voluit* unae. h) clo (= clerico) *eadem manu superscr. c.* i) -o- *corr. ex* -ic- *c.* k) I *littera initialis solito maior c.* l) coniugio *corr.* coniugiũ *c.* m) Ubaldolũ *corr.* Ubaldulo *c.* n) *post* canonicam *sequitur spatium magnum vacuum, post quod in eadem linea pergit* Hactenus *(littera* H *initialis solito maior) etc. c.* o) *ita c., Mur.*; quod *Br. (qui postea* fuerat *habet), Pa., Grazz.* p) S. Donati *litteris mainsculis script. c.*

1) Inter canonicos occurrit Leo presbiter a. 933 (DHug. et Loth. 33) et a. 961 (DAdalb. 2) et alius Leo presbiter a. 996 (DO. III. 217), quorum tamen neuter, num huc referendus sit, affirmari potest. 2) V. infra n. 6 fin. 3) V. etiam infra c. 10 p. 1482; p. 1476 n. 6. 4) Segnorellus filius quondam Aritii occurrit a. 1078, d. 11. Nov., et, omisso *quondam*, a. 1079, d. 29. Ianuar. (Pasqui I nr. 228. 229). 5) Alteruter fortasse est *Ugo sudiaconus et canonicus*, qui subscripsit a. 1080, d. 1. Febr. (Pasqui I nr. 236), qui nescio num idem sit qui *Ugo canonicus et primicerius* a. 1180 (ib. nr. 327. 328) et *Ugo Aretine ecclesie prepositus et primicerius* a. 1137, m. Sept. (ib. nr. 343). 6) A. 1081, d. 28. Oct. (Pasqui I nr. 248): *Manifesti sumus nos Boso et Rodulfo fratres et sumus filii quondam Iohannis, qualiter pro mercede et remedio anime Iohannis clerico fratri nostro et nostrae . . . spondimus et promittimus . . . et obligamus nos et nostros filios ed heredes . . . idest de tota et integra nostra portione de ecclesia et altario beati protomartiris Stephani Aretini episcopii, cum omni introitu et oblatione, que ibi Deo offertur pro salute vivorum et mortuorum, ex integro, sicut predicto patri nostro, Iohanni clerico et nobis obvenit ex parte Iohannis Blanco, seu qualecumque modo* . . . In dorso istius chartae manu aequali scriptum est: *Carta que fecerunt Boso et Rodulfo filii Iohannis Pecci* etc. 7) Inter canonicos ecclesiae S. Donati occurrit Iohannes clericus et custos a. 968 (DO. I. 258, ubi praeter eum alius Iohannes presbyter et Iohannes diaconus nominantur), Iohannes clericus et sacrista a. 961 (DAdalb. 2, Schiaparelli l. c. p. 344, praeter alium Iohannem presbiterum). — Ato quidam presbiter inter canonicos occurrit a. 933 (DHug. et Loth. 33, Schiaparelli l. c. p. 108), alius Ato presbiter certo huc non referendus a. 996 (DO. III. 217). — Cf. infra c. 9 p. 1481. 8) Inter canonicos ecclesiae S. Donati occurrit a. 996. Girardus presbiter (DO. III. 217), a. 1009. m. Iun. (Pasqui I nr. 95) *Gerardo presbiter custos et canonicus.* 9) *Gerardus filius Mascari* testis occurrit Aritii a. 1082, d. 7. Ian. (Pasqui I nr. 249); idem residebat cum Constantino episcopo a. 1077, m. Aug. (ib. nr. 225); enumeratur etiam inter invasores bonorum monasterii SS. Florae et Lucillae, cui quandam terram in loco Rosamo contendit (ib. nr. 201 in fine, quam pergamenam Pasqui a. circ. 1070. attribuit). V. etiam infra c. 10 p. 1482. 10) Quidam *Ubaldus filius (quondam* a. 1082) *Gerardi* testis subscripsit a. 1081, d. 28. Oct., et a. 1082, d. 7. Ianuar. (Pasqui I nr. 248. 249).

nostris posteris relinquimus. Ex eo tempore, quo Gelasius[1] presul, qui oratorium Sancti[a] Donati[a] parvum aedificavit, sic autem permansit per plurimum tempus usque ad Albertum huius ecclesię episcopum[2]. Denique ipse secutus antecessorem suum Helpertum, qui ęcclesiam Sancte Marie a fundamentis renovaverat[3], sic et iste a fundamentis ecclesiam construxit Sancti[a] Donati[a] eamque ad medietatem deduxit, sed preventus morte, successor quidem Teodaldus[4] perfecit. Usque ad horum tempora ordinarii clerici celebrabant omnia sacra mysteria[b] in ęcclesia Sancti Stephani, ubi manet sedes[c] episcopii. Consecrata vero ecclesia ipsa[5] a Teodaldo presule cum maximo honore, ab eo constitutum est, ut canonici in predicta canonica manentes a die consecrationis usque in Cena Domini maiora officia ibidem peragerent propter honorem sancti[d] corporis, minora queque[e] in ęcclesia, ubi est sedes episcopalis[6]; a Cena Domini usque ad consecrationis anniversarium[f.7] propter honorem episcopii ibi[g] faciant maiora et minora in ęcclesia Sancti Donati. 1014—1021/23. 1023—1036. 1032? (1023?)

7. Sed[g] quia superius diximus[9], quomodo presules posuerunt custodes in ecclesia Sancti Stephani, et quomodo suam custodiam ad desidiam et ad suam utilitatem conduxerunt, nunc conscribendum similiter est de Sancti Donati custodibus. Fuit[h] quidam presbiter monachus nomine Petrus[10], cui date sunt a presulibus tres partes oblationis ecclesię cum alio beneficio propter illius ecclesię custodiam. Quartam vero sic de ipsa ecclesia, quomodo et de alia, retinuerunt propria manu; quam etiam suprascriptus Helpertus episcopus dedit canonicis[11]. De Petro monacho genitus est Martinus clericus[12], qui vice sua adhibuit vicarium. Eo defuncto singillatim constituit alios, ut facerent ecclesię necessaria, adiuncto beneficio de ipsa tantum oblatione, sicut et inter eos complacuit. Igitur propter abundantiam oblationis unus ex servis ipsius semper morabatur cum ipsis. De Martino genitus est Cucius[13]. Cuius temporibus quia translatum est sanctum corpus beati Donati[i] et ecclesia ipsius consecrata[14], factaque ibi sunt plurima miracula[15] meritis beati Donati[i], quę nec valent cuiusquam lingua enumerari, propterea concurrit tota Tuscia[16] cum infinitis c. a. 933. c. a. 996/98. c. a. 1025/41. 1032.

a) S. Donati *litteris maiusculis script. c.* b) -y- *corr. ex* -i- *c.* c) sedet *corr.* sedes *c.* d) S. *c.* e) *ita* (qq) *c.*; quoque *edd.* f) anniversario *corr.* -ū *c.* g) *nulla distinctio c.* h) F *littera initialis solito maior c.* i) Donati *litteris maiusculis script. c.*

1) Gelasius, successor s. Donati, tertius episcopus Aretinus, cui annos fere 362—371 assignant; cf. Pasqui IV, 259. 269(‘—370 cir.’). 2) Adalbertus, antea archiepiscopus Ravennas, Aretii sedit a. 1014—1021/23, ubi Willielmo, successori Helmperti, successit; Schwartz p. 200, cf. 154; Pasqui IV, 277. Qui Adalbertus canonicis ea, quae Helmpertus episcopus concesserat, confirmavit et auxit, a. 1015, m. Mart. et m. Nov.; Pasqui I nr. 106. 107. 3) Supra c. 1 p. 1472. 4) De quo v. supra p. 1474 n. 2. Cf. charta d. a. 1026, m. Dec. (Pasqui I nr. 125), qua Theodaldus ea, quae *Maginardo prudenti viro atque arte architectonica optime erudito* ab Helmperto et Alberto episcopis *ob instaurationem ęcclesiae* attributa erant, confirmavit et auxit, inter alia *quandam quoque terram, quam pie recordationis Albertus episcopus predicto magistro Maginardo concessit, pro eo quod ipse architectus Ravennam ivit et exemplar ęcclesiae Sancti Vitālis inde adduxit atque solers fundamina in aula beati Donati instar ecclesiae Sancti Vitalis primus iniecit.* De hoc aedificio a. 1561. destructo cf. Pasqui I, p. VI sq.; IV, 28—80. 5) Scil. S. Donati. Annus 1032. colligitur ex Transl. s. Donati lect. 9 (8) (supra p. 1474 n. 2) et versibus in antiqua ecclesia S. Donati a. 1561. destructa exstantibus a Pasqui IV, 14 et 16 (I, p. VI per errorem 1038). Sed si eum sequimur, in initio Transl. lect. 1 (Pasqui IV, 12) temporum ordinem turbatum esse oportet, quippe quo loco *tempore Henrici imperatoris* nova ecclesia completa et Rainerio Tusciae praeside praesente, qui a. 1027. vel 1028 (ante m. Iulii) aut depositus aut mortuus est (cf. A. Falce, ‘Bonifacio di Canossa’ II, Reggio nell’ Emilia [1927], p. 14—21; H. Bresslau, ‘Jahrb. d. Deutschen Reichs unter Konrad II.’ I, 137 sq. 451. II, 190), dedicata dicatur. Neque tacendum est annos, quibus Thedaldus episcopus dedicationem supervixit, in prioribus editionibus interdum aliter atque apud Pasquium (quocum [D. A. Dragoni], ‘Monumenti e notizie istoriche riguardanti la chiesa d’Arezzo’, Lucca 1755, p. 75 consentit) legi (v. supra p. 1474 n. 2). 6) Scil. S. Stephani. 7) D. 12. Nov.; Pasqui I, p. VI n. 7; IV, 15(5). 16(14). 8) In ecclesia S. Stephani. 9) Supra c. 2—5. 10) Petrus monachus, presbiter et sacrista inter canonicos occurrit a. 933 (DHug. et Loth. 33, Schiaparelli l. c. p. 103). 11) A. 1009, d. 12. Febr.; supra c. 1, p. 1472 n. 8. 12) Martinus clericus et custos S. Donati inter canonicos occurrit a. 996. 998, DO. III. 217. 290 (cf. supra p. 1472 n. 10, p. 1473 n. 1). 13) *Donatus qui Cucius vocatur, clericus et custos* a. 1041, d. 5. Mart. *integram quartam portionem de omni oblatione et introitu de altario et ęcclesia Sancti Donati* refutavit, quam Immo episcopus canonicis concessit (v. infra p. 1478 n. 5); *Donatus clericus et custos* testis occurrit a. 1025, d. 2. Oct., a. 1027, m. Aug., a. 1028, d. 4. Mart., a. 1030, m. Sept., a. 1031, m. Maio et m. Oct. (Pasqui I, nr. 120. 127. 129. 141. 149. 150). 14) Supra c. 6 l. 7 sq. et n. 5. 15) Cf. quae Transl. s. Donati lect. 8, Pasqui IV, 14, de muliere tradit, quae per triennium caeca ipso dedicationis die visum recepit. 16) Cf. Transl. s. Donati lect. 1, Pasqui IV, 12: *totaque quasi Tuscia ad cele-*

oblationibus ad eius impetranda suffragia. Tunc quasi pro custodia omnes servi et mercennarii predicti Cucii altare circumdabant, nec cessabant furare et rapere, quequeª poterant. Similique modo servi vel mercennarii aliorum custodum in altera ecclesia[1] faciebant. Demum cupiditas insatiabilis[2], quę nec in quoquam expleri valet, talia facere pene totum populum circa ecclesiam stantem commovit. In tantum quippe talis malitia rapine crevit, ut multoties illis trahentibus aliquid cum intentione, altare totum discoperiretur. Sic consuetudo mala aucta est adeo, ut rustici et feminę ob devotionemᵇ ibi venientes depredabantur[3], et volentes se adiuvare cedebantur et, quod nequius est, vulnerabantur, et sanguis ante altare effundebatur. Ministri vero ecclesię circa altare opponebant artificium lignorum cum firmis trabibusᵈ, sed semper a raptoribus fuerat exterminatum. Eu, eu, quanta mala non solum ante altare, sed per totam ecclesiam et per totum mercatum fuerant tunc temporis perpetrata! Insuper etiam rustici[4], qui in suis saccis frumentum cuiuslibet generis deferebant, si non poterant auferri, saccos eorum cultellis scindebant, sicut et adhuc nostris oculis cernimus. Unde etiam et bella sepius orta sunt. Episcopi, qui tunc erant, venientes in ecclesiam, si quos poterant invenire raptores, flagellis cedebant, illisque recedentibus, peiora fiebant. Nec hoc solum autem, sed qui videbatur adiuvare, ut melius rapere posset ac furare, pro sacco retinendo ad oblationem annualiter tortam cum gallinis et tres vel quattuor solidos, sicut adquisitum sibi videbatur, deferebat suo domino custodi. Cetera altaria, que erant infra ecclesiam, supradictus Cucius quędam vendidit et quędam donavit laicis. Altare scilicet Sancti Iohannis Baptistę dedit Brigulo Aquaticio et Ildibrando, filio Petri[5]; Sancti Petri altare dedit filiis Bricki[6]. Altare Sancte Lucię dedit Gizoni Teuzi et letanias de Gropina[7]. Canonici[8] autem videntes predicta mala, et quia pars eorum quarta ad nichilum devenerat, consilio cum Cucio facto, dederunt sibi unum mansum et quendam modiorem de terra iuxta civitatem pro una qu[artaʰ pa]rte. Aliamⁱ etenim quartam antiquitus habebant ab episcopo Helperto concessam[9]. Convento cum canonicis facto, spontaneęᵏ in manu episcopi Immonis ipsam tantum quartam partem refutavit. Idem episcopus Immo acceptis XX libris[1] denariorum Lucensium a canonicis, facto privilegio[6], concessit eam ipsis.

1041. 8. Hucusqueᵐ, queⁿ in scriptis invenimus, et quę ab idoneis testibus didicimus, et quę ex parte vidimus, brevi stilo tradidimus. Nunc mala, quę ecclesia inde cottidie patiebatur, scribenda curabimus. Mos erat ut quandocumque letanię[7] veniebant[7] ad Sanctum Donatumº causa orationis, audiebant missam ad altare Sancti Stephani, et omnes candelas accensas Cucius habere solitus erat. De ipsis candelis regebat ecclesiam per omnes matutinas horas a festivitate sanctiᵖ Donatiᵍ usque ad festivitatem sancti Stephani[8]. Mensura cotidianę candelę erat a cubito usque ad policis summitatem, et accendebatur matutino

a) *ita* (quęqꝫ) *c.; intelligendum est* quaequae. b) devationem *corr.* devotionem *c.* c) *ita c., edd.; cf. supra c.* 2 p. 1473 *l.* 12/13. d) trahibus *corr.* trabibus *c.* e) *praecedit una fere littera erasa c.* f) *inter* o *et* k *una fere littera erasa c.* g) *hic distinguit Mur.* h) *ita Br., Pa., Grazz.; unaquaque parte Mur.; pergamena lacera, perspici potest extremo hasta inferior litterae r (in* quarta) *c.* i) *ita edd.; alia c.* k) spontaneo *corr.* spontaneę *c.* l) *ita edd.;* libras *c.* m) *nulla distinctio c.; hic distinguit etiam Pa.* n) quę *eadem manu supersor. c.* o) Donatum *litteris maioribus script. c.* p) S. Donati *litteris maioribus script. c.*

branda tante solemnitatis misteriа cum hostiis et muneribus copiosoque apparatu convenit.

1) S. Mariae et S. Stefani. 2) Cf. Eccli. 14, 9: *Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis; non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam.* 3) V. infra c. 8 ex. 4) Fraz. del com. di Loco Ciufenna, pr. e circ. di Arezzo, mand. di S. Giovanni di Valdarno. V. infra c. 8 ex. 5) V. charta Immonis episcopi d. Aretii a. 1041, d. 5. Martii, Pasqui I nr. 161: *Dedimus itaque ac libenter tradidimus domno Venerando prepositо cęterisque confratribus ibidem pro tempore, Deo largiente, servientibus integram quartam portionem de omni oblatione et introitu de altario et ęcclesia Sancti Donati, quam Donatus qui Cucilus vocatur, clericus et custos, de se in nobis manu propria refutavit spontaneus; unde sibi mansum unum simul cum modio uno de terra restituimus; imitati videlicet ac secuti Helpertum pie recordationis antecessorem nostrum, qui alteram quartam partem altarium contulit denominatis fratribus, quando eos regulariter providus instituit vivere* etc. De Helmperto episcopo v. supra c. 1 p. 1473 et n. 2. 8. Cf. etiam Pasqui I nr. 228 p. 318 (a. 1078, d. 11. Nov.). 6) A. 1041, d. 5. Martii, v. not. praeced. De Immone episcopo cf. supra c. 2 p. 1474 sq. et n. 4. 7) Cf. charta d. a. 1077, m. Aug. (Pasqui I nr. 225), infra p. 1479 n. 5. 12: *... et omnes illas candelas, que accense ad missam similiter offeruntur a letaniis, que veniunt de toto episcopatu in isto episcopio a die Pentecoste usque ad kalendas Setember.* Cf. supra c. 2 p. 1473 l. 21. 8) D. 7. Augusti. 9) D. 26. Decembris.

inchoante. In festivis diebus augebatur mensura. In festivitate[a] sancti Stephani[1.2] non est solitum in civitate missa[b] cantari, donec finiatur euangelium in episcopali ecclesia Sancti Stephani, et huc[c] ad maiorem missam[3] omnes cives sunt soliti venire, et propter honorem et devotionem, ac magnas candelas ibi offerre. Similiter et in Domini Resurrectione[4]. De predictis candelis Sancti Stephani regebatur ecclesia usque ad Resurrectionem Domini; cum candelis etiam de Resurrectione usque ad festivitatem sancti Donati[d]. Mortuo 1041/57.
vero supradicto Cucio, filius eius Raginaldus paternum suscepit dominium[5]. Oblatione prefate ecclesie parumper deficiente moreque rapinarum nec decrescente, Raginaldus, Cucii filius, quod beneficium paternum, ut consuetudo erat, non haberet, multoties candelas et corrigias linguis campanarum non dabat nec funes, et quicquid ecclesie competebatur[e], nec faciebat nec suis subiectis custodibus facere iubebat. Episcopus igitur Constantinus[4], qui eo tempore 1062/63–1095/99.
Aretine ecclesie residebat[f.5] cum omni conventu clericorum et laicorum[6. g], ex predicta causa Raginaldum in presentiarum iussit adsisti. Interrogatum[h] illico est, cum ipse Ragi- 1077.
naldus ecclesie beneficium haberet, cur eam non studiose et, ut solitum erat, regeret[7]. Responsum ab eo est: 'Custodes Sancti Stephani et alii homines, que mea et que ecclesie sunt, tollunt; regere eam idcirco non possum'[8]. Tunc Raginaldus[9] consilio accepto[10] a suis fidelibus et amicis, et quia ingeniosus erat, reputans, qualiter sibi prodesset et ecclesie dedecus[11] auferret, hoc visum sibi melius est, ut candelas predictas in manu episcopi refutaret[9], exceptis XII^cim optimis candelis sibi retentis in festivitate sancti Stephani et similiter XII in Resurrectione Domini[12]. Sicque completum est. Post idem Raginaldus acceptis XX solidis canonicis tradidit eas[13]. Videns[i] interea Raginaldus oblationem ecclesie deficere cottidie, timens in orrendum Dei iudicium incidere[14], et quod sibi parum prodesset, et quia verecundiam inde multoties passus

a) festivitatem *corr.* -te *c.* b) *ita c.*; missam *Br.* c) *ita corr. Br.*; hoc *c., Mur., Pa., Graz.* d) $\overline{S}$ Donati *litteris maioribus script. c.* e) *ita c.*; competebat *Mur., Br.* f) *ita c.*: presidebat *Br., fortasse recte, nisi ante* residebat *quaedam verba exciderunt, velut* preerat et in atrio ecclesie (residebat) *vel similia, cf. n. 5.* g) *virgulam ante* cum *o.* conv. cl. et l. *posuit Br.*; cum o. conv. cl. et l. *intra virgulas includerunt Mur., Graz., qui etiam post* ex pred. causa *virgulam posuerunt; virgulas ante* cum o. conv. *et post* ex pred. causa *habet Pa.* h) *ita c.* i) *littera initialis solito maior c.; hic distinguit Mur.*

1) D. 26. Decembris. 2) Cf. charta d. a. 1077, m. Aug., modo allata: . . . *hoc est omnes candelas, que in festivitate sancti Stephani et in die resurrectionis Domini accense offeruntur ad maiorem missam tam de civitate quam de domo* . . . 3) *Raginaldus custos* subscripsit a. 1057, d. 6. Nov. (Pasqui I nr. 182), *Rainaldus custos* a. 1060 (Sept.—Dec.), a. 1064 (ib. nr. 190. 192), *Rainaldus* a. 1078, d. 11. Nov. et a. 1082, d. 7. Ianuar. (ib. nr. 228. 249); v. infra; a. 1074, m. Maio (ib. nr. 213) *Raginaldus filius quondam Cucci* Aretii cum Constantino episcopo in iudicio resedit. Itaque Cucius inter d. 5. Mart. a. 1041. et d. 6. Nov. a. 1057. diem obiisse videtur. 4) Constantinus, qui partes regias vel imperatorias tuebatur, a. 1062. vel 1063, episcopus factus sedit adhuc a. 1095, d. 16. Maii, sed a. 1099, m. Augusto iam Sigifredus successerat; Schwartz p. 201 sq. (inde ab a. 1063, m. Ian.); Pasqui IV, 279 (inde ab a. 1062, m. Ian.). 5) Cf. initium 'brevis recordationis', d. a. 1077, m. Aug. (Pasqui I nr. 225), ad quod sequens narratio usque ad l. 19 redit: . . . *qualiter factum est in comitatu Aritino, in domo Sancti Donati, in atrio ecclesie beate Marie virginis residebat domnus Constantinus sancte Aritine sedis episcopus et comes, residentibus cum eo* . . .; sed cf. etiam diploma Constantini episcopi, d. a. 1078, d. 11. Nov. (ib. nr. 228 p. 318): . . . *sanctę Aretinę aecclesię, cui Dei gratia presidemus.* 6) Cf. in charta nr. 225 modo laudata: . . . *Unde episcopus cum suis fidelibus cleri(ci)s et laicis, qui adherant, ignito consilio, laudaverunt, ut Raginaldus deinceps studeret, ne ecclesia tale dedicus haberet;* cf. etiam 'breve recordationis' Constantini episcopi de custodia a Raginaldo refutata et ab episcopo canonicis commissa, a. 1078, m. Febr. (Pasqui I, 316 sq. nr. 227): . . . *accersiri iussit Raginaldum . . . Predictus Raginaldus in presentia multorum hominum clericorum et laicorum qui ibi adherant* . . . (similiter ib. nr. 228 p. 318, a. 1078, d. 11. Nov.). 7) Cf. in charta a. 1077 m. Aug., supra citata: *In suprascriptorum presentia venit Iocundus archidiaconus et prepositus et conquestus est ex parte canonicorum, quod Raginaldus custos non daret candelas ad legendas matutinales lectiones, sicut ex debito solitus erat dare. Tunc episcopus inquisivit Raginaldum, cur non daret candelas.* 8) Ib.: *Ad hec Raginaldus respondit: 'Dare debeo, set non possum, quia ceteri custodes furto et rapina tulerunt mihi illas candelas, quas ego ad istum usum dare debeo'.* 9) Ib.: *Tunc Raginaldus bona et spontanea voluntate, et ne ulterius exinde causaretur, venit et refutavit in manu episcopi omnes illas candelas . . .: hoc est omnes candelas* etc. (v. supra p. 1478 n. 7 et p. 1479 n. 2). 10) Cf. Matth. 28, 12: *Et congregati cum senioribus consilio accepto;* cf. etiam supra n. 6. 11) Cf. supra n. 6. 12) V. charta nr. 225 modo laudata in fine: *Ea is tamen candelis debet abere Raginaldus duodecim candelas optimas* etc. 13) Cf. charta a. 1077, m. Aug. iam saepius laudata: *Tunc episcopus, consensu et laudatione Raginaldi custodis et supradictorum hominum qui aderant, investivit . . . Iocundum prepositum* . . . Pretium a canonicis Raginaldo solutum in charta non indicatur. 14) Cf. Hebr. 10, 30. 31: *Quia iudicabit Dominus populum suum.*

esset, accepto et invento salubri consilio[1], suam custodiam et partem ecclesie coram[a] clero
1078. et populo in manu episcopi refutavit[2], acceptis inde a canonicis libris XLV ex Lucensibus[b] denariis. Tunc[c] prefatus episcopus privilegio facto[3] eam canonicis concessit[4] eo tenore[5], ut canonici semper in Cena Domini oleum pro chrisma et oleum pro exorcismis et oleum pro infirmis darent et lampadam ardentem omni nocte ante altare Sancti[d] Donati[d] et corrigias linguis campanarum et funes ad campanas minores sonandas et cerae XX libras similiter, quam[e] Raginaldus sibi consueverat dare[6]. Postea episcopus acceptis a canonicis IIII^{or} libris denariorum Lucensium per scriptum predictam ceram illis concessit[7], quattuor libris pretermissis, quas ipse episcopus Gerardo primicerio dederat[8]. Deinde canonicis X solidos primicerio dantibus, illis concessit suam partem cere[8]. Revertente[f] autem Berardo clerico, filio ipsius Raginaldi, de scolis[9], coepit ex hoc indignari, et infringere factum patris voluit. Dicebat se ab episcopo investitum de eadem ecclesia[10], quando est factus clericus. Canonici autem videntes astutiam Berardi et calliditatem

a) *praecedit una fere littera erasa c.* b) lic. *corr.* lvc. *c.* c) *hic distinguit Mur.* d) S̄ Donati *litteris maiusculis script. c.* e) *ita c., edd.* f) R. *littera initialis solito maior c.*

Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Haec chartam aliquam sapiunt, quae tamen praesto non est neque eadem est, qua (secundum Pasqui I, 317 n. 1) Constantinus episcopus a. 1078, d. 10. Febr. canonicis custodiam a Raginaldo refutatam et omnes portiones ecclesiae S. Mariae et S. Stephani ab iis iam acquisitas vel in futuro acquirendas confirmavit (cf. Pasqui I, 317 n. 1), quam chartam, etsi in universum, tamen non ubique ad verbum, cum alia charta eiusdem episcopi, d. a. 1078, d. 11. Nov. (Pasqui I nr. 228), conveniente v. cl. P. Kehr nobis conferendam curavit.

1) Cf. p. 1479 n. 10. 2) Cf. Pasqui I, nr. 227 p. 317 (a. 1078, m. Febr.): *Raginaldus . . . predictam aecclesiam* (sc. Beati Donati) *cum omni oblatione et custodia ex integro manu propria manibus prefati episcopi refutavit ...*; nr. 228 p. 318 (a. 1078, d. 11. Nov., quacum convenit charta d. a. 1078, d. 10. Febr. inedita, de qua cf. supra p. 1479 n. 14): *Raginaldus manibus nostris sponte ex integro refutavit ipsum officium aecclesiasticę custodię cum omni oblatione ęcclesię Sancti Donati sive omnium ipsius aecclesię altarium nec non et omnibus, quę de ęcclesia Sanctę virginis Marię et Sancti protomartiris Stephani ob ipsam custodiam habere consueverat sive aliquis per eum.* Pretium in his chartis non indicatur. 3) Ea quae sequuntur non in 'brevi recordationis' d. a. 1078, m. Febr. (Pasqui I nr. 227), sed in diplomate Constantini episcopi d. a. 1078, d. 11. Nov. (ib. nr. 228) ex parte saltem leguntur, ad quod tamen auctor respicere non potuit, quia a. 1078, d. 11. Nov. episcopus etiam ceram, quam m. Febr. sibi reservaverat, canonicis concessit. Extant etiam in charta d. a. 1078, d. 10. Febr. (de qua v. supra p. 1479 n. 14), quae de cera, aliter ac diploma d. a. 1078, d. 11. Nov. nihil continet, quod Pasqui non annotavit. 4) Cf. Pasqui I, nr. 228 p. 318 (a. 1078, d. 11. Nov.; cf. charta inedita d. a. 1078, d. 10. Febr.): *per hanc nostrę privilegii paginam obsecratu eiusdem Raginaldi concessimus domno Iocundo nostrę aecclesię preposito ceterisque confratribus in canonica Beati Donati in communi vita pro tempore Deo servientibus integram medietatem (quam a Raginaldo recepimus* sequ. 10. Febr.) *aecclesię Sancti Donati, quam Raginaldus nobis spontaneus refutavit (quam R. n. sp. ref.* deest 10. Febr., ubi sequ.: *atque ipsius aecclesię altarium cum omni oblatione,* pro *cum o. alt., quę ibi ded. s. et obl. eorum) cum omnibus altaribus, quę ibi dedicata sunt, et oblatione eorum . . .* 5) Ad ea, quae sequuntur, quae, etsi non ex diplomate d. a. 1078, d. 11. Nov. (vel priore d. 10. Febr.) desumpta sunt, certe cum eo ad communem fontem redeunt, cf. ib.: *Ordinantes atque constituentes, ut . . . oleum lucernę altaris Santi Donati (S. D.* deest 10. Febr.), *corrigias etiam appendendis campanarum linguis nec non et funes ipsius campanis sonandis, exceptis maioribus, prebeant, sextarium quoque olei ad crismam conficiendum annualiter tribuant (sext. qu. o. ad cr. conf. a. tribuant* desunt hoc loco 10. Febr., sed in fine suppleta erant). 6) Cf. Pasqui I, nr. 227 ex., p. 317 (a. 1078, m. Febr.): *et ipsi fratres ad prenominatum episcopum et suis successoribus episcopis per omnem annum in mense Augusto ceram, quam suprascriptus Raginaldus solitus dare erat eo tempore, quando prefatam aecclesiam refutavit, ipsis persolverent.* V. supra n. 3, infra n. 7. 7) Cf. Pasqui I, nr. 228 p. 318 (a. 1078, d. 11. Nov.): *Insuper etiam totum debitum cere, quod Raginaldus annualiter nobis dabat, concessimus* (quod in charta Constantini episcopi a. 1078, d. 10. Febr., inedita, in Archivo capituli Aretini sub nr. 260 servata, de qua P. Kehr v. cl. nos petentes certiores fecit, deest). Pretium alibi non indicatur. 8) Quod a. 1078 inter m. Febr. et d. 11. Nov. factum esse oportet. In chartis Aretinis prelo subiectis, quas vidimus, de hac re nihil invenitur. Gerardus primicerius usque ad a. 1089, m. Apr. (Pasqui I, nr. 275) saepe occurrit (ex. gr. nr. 225, a. 1077, m. Aug.; nr. 228, a. 1078, d. 11. Nov.). 9) V. charta Berardi et patris sui Rainaldi, d. a. 1082, d. 7. Januar. (Pasqui I, nr. 249): *Ego Berardus reversus a scolis, considerans refutationem, quam pater meus Raginaldus fecit, me absente, . . . de aecclesia et custodia Beati Donati episcopi et martiris et Sanctę Marię et protomartiris Stephani cum omni oblatione earum, quam ipse michi sua prece a predicto episcopo adquisierat sua vice custodiendam, pleniter laudavi et confirmare disposui . . .* 10) Cf. etiam subscriptionem Berardi diplomati Constantini episcopi, d. a. 1078, d. 11. Nov. (Pasqui I, nr. 228 p. 319), postea, ut mihi videtur, adiectam: *Ego Berardus clericus filius predicti Rainaldi, qui ex predicta ecclesię custodia a Constantino episcopo investitus fueram, laudans confirmansque subscripsi.*

Raginaldi pro pace adiunxerunt eis X libras Lucensium denariorum[1]. Iterumque ab patre, et ipso filio receperunt scriptum[2] cum omni definitione ecclesie et de aliis causis, quibus 1082.
contra eos agere videbantur, sicut in eorum scripto legitur[1]. Sed et ipsi canonici omnia cum pace habere volentes, adquisierunt altaria, que erant in ea ecclesia, a nepotibus Briguli et Ildibrandi, quorum avibus[a] Cucius dederat[3], et a Guinigildo, filio Gizi Teuzi[4], Ildibrando, filio Cani[5], nepoti Ildibrandi, pro sua parte altaris Sancti Iohannis dederunt octo solidos. Filius Rusticelli[6], consobrinus illius, suam partem eiusdem altaris dedit ipsis 1079.
canonicis pro anima sui patris[7]. Nepotibus Briguli, Teuderico et Bosoni, dederunt XVI solidos. Inter altare Sancte Lucie et letanias de Gropina dederunt Guinigildulo XVI solidos[b].

9. Nunc[c] de confessione, quam pretermisimus, que est sub altare Sancte Marie, prout Dominus donaverit, veritatem dicamus[8]. Denique, sicut prefati sumus[9], predicti pontifices tres partes de altare confessionis similiter clericis dederunt, id est Gebizoni presbitero, filio Peci, et Bosoni clerico, filio Ropulti, quem secum Elpertus[d] episcopus[10] conduxit[11], et Viventio clerico, filio Iohannis Ati[12]. Gebizo presbiter non habens filium sed filias, c. a. 1041 fin.
una[e] ex illis, Teuza nomine, Griffoni notario[13] in domo sua in coniugium dedit cum sua parte illius altaris et cum omnibus terris suis. Ex qua natus est Ildibrandus[14], qui accipiens quindecim solidos, dedit eam canonicis. De Bosone geniti sunt Guidolus et Carellus.

a) *ita c.*; avis *corr. Grazz.* b) *sequ. spatium vacuum 55 mm (secundum Grazzini) complectens c.* c) N *littera initialis solito maior c.; hic etiam distinguunt Br., Pa.* d) *ita* (elpt') *c.*; Helpertus *edd.* e) *ita c.*; unam *edd.*

1) Pasqui I nr. 249 (a. 1082, d. 7. Ianuar.): *spondimus, promittimus ego suprascriptus Berardus et ego iamdictus Raginaldus et obligamus (nos) et nostros filios et nepotes seu heredes . . . tam de suprascriptis accclesiasticis rebus et causis quam etiam de ipsa terra, que est posita prope fluvium Castro, que fuit data predicte canonicae pro anima patris mei seu de sponsione filii vel nepotis mei, quam michi fecisti ad ordinem canonicum recipiendi, vel de denariis ante refutationem nobis pactis, quos camerarium querebamur nobis quoquomodo retenuisse, quod ab hac hora in antea de omnibus suprascriptis rebus et causis non presumamus contra vos et predictam canonicam agere, causare, tollere, contendere, intromittere seu intentionare vel aliquo modo fatigare . . .*; et ibidem in fine: *Pro suprascripta autem sponsione et obligatione et refutatione confirmanda recipimus meritum argentum et alias mobiles res a te domno Iocundo preposito per libras centum, quia taliter inter nos convenit.* 2) Cf. p. 1480 n. 9. 3) Supra c. 7 p. 1478. 4) Supra c. 7 p. 1478. 5) V. n. 7. 6) Gerardus, v. n. 7. 7) A. 1079, d. 29. Ian., Pasqui I nr. 229: *Gerardus filius quondam Rustici et I[l]dibrandus filius cuiusdam Cani . . . pro Dei amore et timore et anime eorum mercede et Rustici patris suprascripti Gerardi refutaverunt et investierunt suprascriptum prepositum* (sc. Iocundum) *ad usum et sumptum canonicorum fratrum in canonica Sancti Donati Deo servientium, idest integram eorum portionem de uno altario de intus aecclesia Santi Donati, qui est dedicatus ad honorem sancti Iohannis Baptiste atque in honore aliorum sanctorum . . .* 8) Iam a. 1079, m. Aug. (Pasqui I nr. 231) *Iocundus sancte Aretine sedis archidiaconus et prepositus canonice eius* Petro presbytero filio quondam Bonizonis suisque heredibus *libellario nomine integram confessionem cum altario que ibi consecratum est ad honorem Dei et beatorum martyrum Marcellini et Augustini, et est subter aecclesia genitricis Dei virginis Marie,* dedit. Unde ea, quae in c. 9. exponuntur, omnia ante hoc tempus facta esse videntur. Cf. etiam chartam d. m. Febr. a. 1078 (Pasqui I, nr. 227), qua charta Constantinus episcopus canonicis *aecclesiam Sancti Donati cum omni sua custodia et cum omni oblatione* ex integro dedit et *similiter cum ea Sancte genitricis Dei et virginis Marie Sanctique protomartiris Stephani cum omnibus altaribus, qui ibi Deo dicati sunt, quam suprascripti fratres a mansionariis ipsius aecclesie acquisitum habebant.* Unde tamen certus terminus ante quem non efficitur, quia a. 1078, d. 10. Febr. (in charta inedita) et d. 11. Nov. (Pasqui I, nr. 228 p. 318 sq.) idem Constantinus episcopus iisdem canonicis confirmavit *omnes illas portiones reliquarum partium aecclesie Sancte Marie et Sancti Stephani (superiores et inferiores* add. 11. Nov.*), quas aquisitas habent (vel adquisituri erunt* add. 11. Nov.*), ab ipsius aecclesie mansionariis (vel ab aliquibus aliis* add. 11. Nov.*).* 9) Supra c. 2 in. p. 1473. 10) Qui sedit a. 986/87—1010, supra p. 1472 n. 2. 11) Cf. supra c. 1 ex. p. 1472 l. 14: *conduxit suos canonicos, quos ordinaverat, ante imperatorem.* Sed Boso neque in DO. III. 217 neque in DO. III. 290 inter canonicos Aretinos nominatur (supra p. 1472 n. 10, p. 1473 n. 1). 12) Cf. supra c. 5. — A. 1027. et 1038. inter canonicos occurrit Viventius quidam archidiaconus, a. 1036. praeter eum alius Viventius diaconus (DK. II. 74. 263). 13) Qui occurrit ab a. 1041—1066, Pasqui I nr. 161. 197 (a. 1066, m. Oct.: *ego Griffo notario filius quondam Bonici iudex*). A. 1077, m. Aug. non iam superstes erat, v. n. 14. 14) *Ildibrando filio quondam Griffi qui fuit notarius* occurrit a. 1077, m. Aug., Pasqui I nr. 225; *Hildibrandus filius quondam Griffi* a. 1086, m. Febr., ib. nr. 265; idem a. 1084, d. 23. Mai., a. 1086, d. 9. Iul., a. 1087, d. 9. Aug., ib. nr. 257. 266. 271.

Guidolus adquisivit partem fratris et post utrasque dedit canonicis pro anima sua, tamen recepit inde vestimentum banbacinum[a]. Viventius clericus et Signorellus[1] fratres non habentes filios, reliquerunt[b] partem illius altaris et omnia sua nepotibus suis, filiis fratris sui Teozonis[2], scilicet Bosoni et Iocundo, qui fuit archidiaconus et prepositus[3], qui et reliquid[c] omnia sua Bosoni[3] fratri suo cum predicta parte altaris. Boso autem dedit illam canonicis et accepit pro ea terram de Vilalba[d,4], quam dedit Sophia comitissa[4] pro anima Henrici, filii Uguizonis, mariti sui[e,5].

c. a. 1057 (64) —1091 (95).

10. *Ne[f] fallaces compositores iudicemur, qualiter panes[g] oblationis ecclesie Sancti Stephani et Sancte Marie ante nostros oculos multotiens divisi[h] fuerint, breviter dicamus. Si essent LXIIII panes[1] aut quilibet[7], in primis canonici tollebant ex eis XVI, que erat quarta pars. Relinquebantur[k] XLVIII, et fiebant ex eis quattuor partes. Tunc ex ipsis Gerardus Mascari[8] tollebat XII, et XII Iohannes Blancus[9]. Duodecim erant inter Sizonem[10] et Bonicum[11]. Alii XII, qui remanebant, taliter[l] divisi erant: Ucellittus et Widolus, filii Blanki[12], habebant VI. Alios VI, qui remanserant, habebant Pincus et Briccus fratres[13]. Alter eorum habebat tres filios et tres panes, et alius similiter[m]. *f. 17, col. a.

Omnia, que a nobis hic scripta sunt, testem Deum secretorum agnitorem[14] habemus, nichil esse aiunctum[n] studiose, sed et compendiose descripsimus veritatem.

a) *ita c.;* bambacinum *Mur., Pa., Grasz.;* bonbacinum *Br.* b) reliquer̄t *c.* c) *ita c.* d) *ita c., Br., Pa.;* Villalba *Mur.;* Vitalba *Grasz.* e) *sequ. signum interpunctionis ⁝, religua parte lineae vacua, c.* f) N *littera initialis solito maior c.* g) *ita emendavi, v. l. 10 sqq.;* partes *c., edd.* h) *ita c.;* divis(a)e *edd., sed v. notam praecedentem.* i) pān̄ *c.* k) *ita edd.;* Reliquebantur *c.* l) *sequ. spatium breve (an* erant *eras.?) c.* m) *reliqua pars lineae (spatium c. 6—7 litterarum) et sequens linea vacua c.* n) *ita c. (pro* adianctum, *quod habet Mur.).*

1) *Ipsas decimas, quas Teuzo et Signorellus filii Iohannis annualiter reddunt,* magistro Maginardo architecto ab Helmperto episcopo attributas. Theodaldus episcopus a. 1026, m. Dec. confirmavit; Pasqui I nr. 125 p. 177. 2) Iocundus occurrit archidiaconus a. 1057—1091 m. Oct. (non iam a. 1095, d. 16. Mai.), praepositus (canonicae Sancti Donati) a. 1064 (nondum a. 1060)—1095, d. 16. Mai. (non iam a. 1098, m. Iun.), Pasqui I nr. 182. 281 (cf. 284), 192 (cf. 190), 284 (cf. 286). 3) *Boso filius Teuzonis* subscripsit a. 1080, d. 1. Febr. (Pasqui I nr. 286), *Boso filius quondam Teuzonis* a. 1082, d. 7. Ian. chartae Berardi et Raginaldi (cf. supra p. 1480, n. 9). 4) Locum quendam Villalba non longe ab Aretio situm commemorat Pasqui I, 186 n. 1. Villalba (fraz. del com. di Arezzo); est etiam alter locus Villalba (fraz. del com. di Pieve Sancto Stefano, prov. di Arezzo). De tempore cf. supra p. 1481 n. 8. 5) Filia Berardi comitis, quae iam ante m. Aprilem anni 1079, altera vice Alberto comiti filio quondam Alberti comitis nupserat et adhuc a. 1098, m. Dec. occurrit; H. Bresslau, 'Jahrb. Konrad II.' t. I (1879), 448. 450; 'N. A.' V, 443; Pasqui I, nr. 230. 290. 6) Heinricus, filius Ugonis (Ugizonis, Pasqui I, nr. 230) qui fuit marchio (Spoleti et Camerini), post m. Oct. a. 1066. et ante m. Apr. a. 1079. mortuus est; Bresslau l. c.; cf. n. 5. 7) *'Soll wohl heißen "64 Brode oder wie viel immer"; die Zahl 64. ist also nur beispielsweise genannt'* Bresslau. 8) Supra c. 5 p. 1476. 9) Supra c. 4 p. 1476. 10) Supra c. 3 p. 1475 l. 17. 11) Supra c. 3 p. 1475 l. 17 sq. 12) Supra c. 3 p. 1475 l. 24. 13) Supra c. 3 p. 1475 l. 26 sqq. 14) Cf. Eccli. 7, 5: *Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est.*

SVPPLEMENTA.

NOTAE BROTSELDENSES.

EDIDIT **A. HOFMEISTER.**

I. In archivo ecclesiae parochialis villae Brotselden (Prodselten, Niederbrotselden, Altenbrotselden, hodie Dorfprozelten) inter Wertheim et Miltenberg ad Moenum fluvium sitae, quae, prius ad dioecesim Moguntinam, nunc ad dioecesim Wirziburgensem spectans, olim Ordini fratrum Teutonicorum (inde ab a. 1319 *usque ad a.* 1483)[1], *deinde archiepiscopatui Moguntino, postremo inde ab a.* 1816 *regno, nunc rei publicae Bavariae ascripta est, servatur membrana* 37 *cm longitudine,* 28 *cm latitudine habens (= c.), in qua una manu saeculi XV. notae de dedicatione ecclesiae a.* 1099 *et de dedicatione altaris S. Mariae ibidem a.* 1258 *facta et de indulgentiis a multis pontificibus Romanis et aliis concessis*[2] *satis ornate, licet non sine mendis foedissimis, conscriptae sunt. In cuius membranae tergo itidem saeculo XV. haec inscripta sunt:* Hec Cetela est sancti Viti patroni ecclesie in Dorffprotselden.

Dedicationes annorum 1009[3] *et* 1258[4] *leguntur etiam manu, quae Matthaei Götz parochi Prozeltensis (a.* 1803—1809*) esse videtur, scriptae in folio quodam, quod in principio libri manuscripti apud eandem ecclesiam asservati, qui inscribitur* 'Liber Baptizatorum in Ecclesia parochili Dorfprodzelten de aō Dni 1790 usque ad Annum 1[861]'[5], *adiunctum est, hoc titulo praemisso:* 'Copia descripta ex epistola antiqua a. R. D. Severo parocho in Wallthürn aō 1772'; *quod exemplum (=c.*[1]*), tamquam nullius pretii, praetermisimus. Eodem exemplo satis mendoso, ex quo c.*[1] *pendet, usus est [I. C.] Dahl apud [I.] von Fink. 'Die geöffneten Archive für die Geschichte des Königreichs Baiern' II (Bamberg* 1822/23*), fasc.* 6, *p.* 135 *sq., qui dedicationes a.* 1009 *(perperam ad a.* 1109, *d.* 20. *Nov.) et a.* 1258 *(perperam sub d.* 7. *Oct.) ex* 'Copia descripta ex autographo antiquo a R. D. Severo, parocho in Wallthürn anno 1772' *edidit. Dahl notitiam anni* 1009 *non genuinam, sed saeculo demum XV. a falsario quodam fictam esse putavit, maxime quia numerum anni corruptum* 1109 *cum Willigiso archiepiscopo non convenire et nomina episcoporum Wormatiensis et Halberstadensis non recte indicata esse vidit atque etiam modus, quo diem significatum esse putavit, tunc temporis in usu non fuisse sibi videbatur. Quod iudicium, quantum ad rem a.* 1009 *actam attinet, stare non potest, etiamsi nonnulla nomina iam culpa librarii membranae (c.), qui archetypi litteras non recte intellexisse videtur, evidenter corrupta sunt nec verba, quae legimus, omnia iam in archetypo ita posita, sed potius saltem ex parte a librario saeculi XV. concinnata esse facile concedes*[6].

1) V. infra p. 1485 n. 8. 2) Scilicet Ordini fratrum Teutonicorum generaliter, non ecclesiae Brotseldensi specialiter. 3) Perperam ad a. 1109: *Anno Domini Millesimo Centesimo nono* 20mo *Novembris.* 4) Perperam *Anno Domini 1258 Septimo* 8^{bris}. Verba *Et translata est — Michahelis* (infra p. 1485 l. 16) desunt. 5) Cf. etiam Amrhein in libro infra p. 1484 l. 1 sqq. citato p. 525 sub nr. 7. 6) Cf. etiam, quae de indulgentiarum usu N. Paulus loco infra p. 1485 n. 6 citato exposuit.

Notae nostrae ex c. a v. rev. Augusto Amrhein, qui membranam perperam saeculo XIII. scriptam esse putavit ('Abschrift aus dem 13. Jahrhundert'), non accurate indicatae ('Archivinventare der katholischen Pfarreien in der Diözese Würzburg', Würzburg 1914, p. 524, 'Veröffentlichungen der Gesellschaft für Fränkische Geschichte. 5. Reihe: Inventarien fränkischer Archive' I)[1], postquam ipse in villa Dorfprozelten positus, viro rev. Casparo Trapp, parocho loci, gratiose facultatem scrutandi praebente, eas ex c. transcripsi, hic primum integrae typis dantur.

II. In eiusdem ecclesia Brotseldensis (Dorfprozelten) archivo exstant litterae indulgentiarum a Guillelmo Antibirensi archiepiscopo et undecim episcopis ecclesiae parochiali in Brotselden a. 1337, d. 28. Martii, Avinione concessae, quae in membrana quadam formae maximae scriptae[2] et ab Heinrico archiepiscopo Moguntino a. 1338, d. 4. Maii (Datum Asch[affenburg]) per cedulam transfixam[4] confirmatae sunt[5]. In tergo membranae (= c.) manu saeculi XV enumeratae sunt* Reliquie in ecclesia ville Prodselden, *quam notitiam a viro rev. A. Amrhein, qui has litteras indulgentiarum contavit[6], non indicatam ipse transcripsi.*

1. *Hofmeister.*

1) Ex cuius libro dedicationem a. 1009, quam pro inedita habuisse videtur, breviter enotavit M. Stimming, 'Mainzer Urkundenbuch' I (Darmstadt 1932), 152 nr. 249 ('Arbeiten der Historischen Kommission für den Volksstaat Hessen'). Amrhein tacite nomina episcoporum a. 1009 emendavit, falsorum nominum in c. traditorum mentione omnino non habita. 2) Quarum tenor talis est: *Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos miseratione divina Guillelmus Antibirensis archiepiscopus, Paulus Fulginensis, Andreas Coronensis, Alamannus Suanensis, Franciscus Biscicensis, Nicholaus Nazariensis, Benedictus Cardicensis, Iacobus de Valona, Petrus Calliensis, Raymundus Cathiniensis, Dominicus Perensis et Iohannes Bregerensis episcopi salutem in Domino sempiternam. Pia mater ecclesia de animarum salute solicita devocionem fidelium per quedam munera spiritualia, remissiones videlicet et indulgencias, invitare consuevit ad debitum famulatus honorem Deo et sacris edibus impendendum, ut, quanto crebrius et devocius illuc confluit populus Christianus assiduis Salvatoris graciam precibus implorando, tanto delictorum suorum veniam et gloriam regni celestis consequi mereatur eternam. Cupientes igitur, ut ecclesia parrochialis in Brotselden et altaria in eadem consecrata in honore beate Marie virginis, sancti Iohannis baptiste, sancti Viti et sancte Katerine, Magunt(ine) dioc(esis), congruis honoribus frequentetur* (!) *et a Christi fidelibus iugiter veneretur* (!), *omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dict(am) ecclesiam et altar(ia) in omnibus festis suorum patronorum vel in dedicacione eiusdem ac in aliis festis infrascriptis, videlicet Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphanie, Parasceues, Pasche, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, Invencionis et Exaltacionis sancte crucis, in omnibus festis beate Marie virginis ac sancti Iohannis baptiste, Petri et Pauli et omnium apostolorum et euangelistarum sanctorumque Stephani, Laurencii, Martini, Nicholai, Gregorii, Augustini, Ambrosii, Ieronimi, Benedicti, sanctarum Marie Magdalene, Katerine, Margarete, Cecilie, Lucie, Agathe, Agnetis, Barbare, in commemoracione omnium sanctorum et animarum et per octavas dictarum festivitatum octavas habencium singulisque diebus dominicis et sabbatis causa devocionis, orationis aut peregrinacionis accesserint, seu qui missis, predicacionibus, matutinis, vesperis aut aliis quibuscumque divinis officiis ibidem interfuerint aut corpus Christi vel oleum sacrum, cum infirmis portentur, secuti fuerint seu in serotina pulsacione campane secundum modum curie Romane genibus flexis ter Ave Maria dixerint, necnon qui ad fabricam, luminaria, ornamenta aut quevis alia dict(is) ecclesie et altare* (!) *neccessaria manus porrexerint adiutrices, vel qui in eorum testamentis aut extra aurum, argentum, vestimentum aut aliquod* (ter!) *aliud caritativum subsidium dict(is) ecclesie et altare* (!) *donaverint, legaverint aut procuraverint, et qui cimiterium dicte ecclesie pro animabus corporum inibi iacencium et omnium fidelium defunctorum exorando circuerint* (!) *et sepulturam ibidem suam elegerint, quocienscumque, quandocumque et ubicumque premissa vel aliquid premissorum devote fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo dioc(esani) voluntas ad id accesserit [et conse]nsus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Dat(um) Avinioni XXVIII. die mensis Martii, anno Dom[ini] M°CCC°XXXVII. et pontificatus domini Benedicti pape XII. anno tertio.* Quae litterae in indiculo indulgentiarum collectivarum locupletissimo apud H. Delehaye, 'Les lettres d'indulgence collectives', in Anal. Boll. 45 (1927). p. 336 sq., cf. 46 (1928) p. 300 sqq., non indicantur. 3) In qua adhuc vestigia ad minus 11 sigillorum apparent, quae exceptis filis 7 sigillorum et frustis quarti et undecimi sigilli perierunt. Amrhein l. c. p. 524 sub nr. 2, ubi nomen archiepiscopi corruptum est, minus accurate 6 fila sigillorum et duo sigilla laesa indicavit. 4) Cuius sigillum, remanente loro membranaceo, periit. 5) Adiectis 40 dierum indulgentiis *in forma simili* et hac conditione addita (de qua cf. H. Delehaye, Anal. Boll. 46, 1928, p. 342sq.): *Nolentes tamen, quod hec indulgenciarum littere extra dictam ecclesiam per modum questus aliquatenus deferantur. Alioquin huiusmodi indulgencias volumus esse nullas.* 6) L. c.

1.

Anno Domini millesimo[a] nono[b], kl. Novembris dedicata[c] est ecclesia sancti Viti in Brotselden a venerabilibus dominis domino Willegiso archiepiscopo Maguntino[d 1], domino Bernhardo[e 2] Wormaciensi episcopo, domino Walthero Spirensi episcopo[3], domino Benigno[f 4] Halberstatensi episcopo, domino Henrico[g 5] Patriprunnensi[h] episcopo in honore sancte et individue Trinitatis necnon et victoriosis[i] [illegible] in commemoratione sancte Dei genitricis Marie et sancti Iohannis baptiste et sanctorum apostolorum Petri et Andree, sanctorum martyrum Stephani, Viti, Laurencii [illegible] et sanctorum confessorum Benedicti et Severi et sanctarum virginum Ss. Ecclesie, Margarete, Brigide, Undecim milium virginum. Et translata est dedicacio in proximam dominicam ante festum beati Michahelis archangeli. Unde in die dedicacionis habentur quinque indulgencie a quinque supradictis episcopis. 1009. Sept. 1.

Anno Domini M° CCLVIII, septimo kl. Octobris[k] dedicatum est altare novum Domine nostre a venerabili domino episcopo Veronensi[l 7] Theodrico in honore sancte Dei genitricis Marie. Ibi est enim de capillis et de lacte eius, et sancti Nicolai episcopi, de oleo sancte Katharine et sanctorum martyrum Panthaleonis, Herculei et sancti Anthonii confessoris. Et translata est dedicacio in proximam[m] dominicam ante festum sancti Michahelis, et dotatum est a domino Walthero pincerna[n]. 1258. Sept. 25.

Item[o] hec sunt indulgencie[8]. Primo Celestinus III[us 10] confirmavit, Honorius III[us], Gregorius nonus, Innocencius IIII[us], Honorius IIII[us 11], Allexander[o] IIII[us], Clemens IIII[us], Bonifacius VIIII[us 12]: Wer dez ordes

a) *segu. C delet. c.* b) uono *c.* c) Dedicata *c.* d) magunt *c.* e) *ita c.; legendum est* Burchardo. f) *ita (benigno. littera b linea rubea ornata) c.; v. n. 4.* g) *ita c.*; Meinwerco *emendandum, vion. si infra l. 11 recte de quinque episcopis agitur, quicquam incuria scriptoris omissum; v. n. 5.* h) priprunnensi *c.* i) nr̃m *c.* k) *vel potius* octobris *c.* l) *ita (veronensi) c.* m) *x eadem manu superscr. c.* n) *praecedit un vhinea vacua*, Item — indulgencie *non illustrata, c.* o) *ita c.*

1) Qui sedit a. 975—1011. 2) Burchardus episcopus Wormatiensis sedit a. 1000, m. Febr. — 1025. 3) Qui sedit a. 1004—1027. 4) Immo Arnolfus episcopus Halberstadensis, qui sedit a. 996—1023. 5) Nomen corruptum esse patet. Ecclesiam Patherbrunnensem ab a. 1009, d. 13. Mart., usque ad a. 1036. Meinwercus obtinuit, qui Rethario (a. 983—1009) successit. Nam de Heinrico episcopo, qui a. 995/96—1018. Herbipoli praerat, propter numerum quinque episcoporum (infra l. 11) cogitari non potest. 6) Cf. N. Paulus, 'Geschichte des Ablasses im Mittelalter vom Ursprunge bis zur Mitte des 14. Jahrhunderts' I (Paderborn 1922), 132 sqq. ('Die ältesten Ablässe für Almosen und Kirchenbesuch'), qui talium indulgentiarum ante saeculum XI. exempla non inveniri neque ullum in Germania testimonium anno 1089. antiquius, indulgentia quadam Mindensi anni 1044. tamquam non genuina spreta, se indagare potuisse exposuit (p. 147); H. Delehaye, 'Les lettres d'indulgence collectives', Anal. Boll. 44 (1926), p. 342 sqq.; 45 (1927), p. 97 sqq. 7) l. c. Vironensi (Wierland Estoniae). De Theoderico O. Min., episcopo Vironensi, a. 1247/71. in dioecesibus Coloniensi, Maguntina, Treverensi occurrente v. C. Eubel, Hierarchia catholica medii aevi 1² (1913), 531. 552. 554. 555; Böhmer-Will, Reg. archiep. Magunt. II (1886) in indice p. 465. 8) De Klingenberg et Prozelten (et Reicheneck). Cf. [l. c.] Dahl, apud v. Fink, 'Die geöffneten Archive für die Geschichte des Königreichs Baiern' II (1822/23), fasc. 4, p. 354 sqq.; fasc. 6, p. 136 n. *; A. Feulner in 'Die Kunstdenkmäler des Königreichs Bayern' III 'Rb. Unterfranken und Aschaffenburg', fasc. 7 'BA. Marktheidenfeld' (München 1913) p. 115; W. Möller, 'Stammtafeln westdeutscher Adels-Geschlechter im Mittelalter' (Darmstadt 1922) p. 48 sq. Waltheri filii paulo post (non post a. 1275) castrum Prozelten (*Bratshelden*, hodie 'Stadtprozelten') cum pertinentiis suis comitibus de Wertheim et dominis de Hanau vendiderunt, a quorum heredibus a. 1319. ad ordinem S. Mariae Teutonicorum, postea a. 1488. per commutationem ad archiepiscopum Moguntinum devenit; Dahl, apud v. Fink l. c. II, fasc. 4, p. 368 sqq.; 'Die Kunstdenkmäler des Königreichs Bayern' l. c. p. 118, cf. ib. (in introductione auctore Iohanne Ring) p. 4 sq. 9) Indulgentiae, quae sequuntur, non ecclesiae Brotseldensi singulariter, sed Ordini Teutonico, sub cuius dominio haec ecclesia inde ab a. 1319 usque ad a. 1488 erat, generaliter concessae ex summario quodam, in quo omnes fratrum Teutonicorum indulgentiae tam genuinae quam fictae abbreviatae erant, excerptae esse videntur. Tale est summarium sub Gregorio XI. papa confectum et a. 1375, d. 1. Iul. in domo Ordinis Teutonici Treverensi vidimatum ('Summ. Trev.'; v. etiam infra n. 12), de quo rettulerunt B. Dudik, 'Über Ablaßtafeln' (in 'Sitzungsberichte der Philos.-hist. Classe der Kais. Akademie der Wissenschaften' 58, Wien 1868) p. 174 sq. et secundum librum quendam Hartmanni Grisar ineditum N. Paulus, 'Gesch. d. Ablasses im Mittelalter' III (1923), 235 sq. Similia habes, ex simili fonte hausta, partim fusius exposita, in tabulis indulgentiarum Vindobonensibus a. 1466. et a. 1518 (Dudik p. 156 sqq. et 160 sqq.) et in libello saeculi XV. qui inscribitur *Gnad und Ablasse des Tewtschen ordens* (SS. rer. Pruss. III, 718 sqq.). 10) Qui sedit a. 1191—1198. et indulgentias fratrum Hospitalis S. Iohannis et Templariorum confirmavit; cf. Paulus I (1922), 178 sq. 11) Cf. etiam infra p. 1486, n. 9. 12) De Bonifacio IX (a. 1389—1404), qui hic per errorem pro Boni-

kirchen gibt ierlich zins ader gulte von syme gude, dar yme Got geben hot, oder sich gesellet zu uns brudern oder zu unser bruderschafft, dem wirt vergeben daz VII. teil sener[a] gesaczten buß. Item Honorius III[us 1]: Parasceue, Dedicacio, Exaltacio sancte crucis XLII jar und XLII karre[2]. Item Honorius III[us 1]: Dedicacio, Nativitatis Christi, Epiphanie et per octavas CCCCC[b] LVIII[3] iar und XL karren. Item Honorius III[us 1] et Urbanus[4]: Cottidie quilibet CV[c. 2] dag. Item Gregorius IX[us], Innocencius IIII[us], Allexander[d] IIII[us], Clemens IIII[us], Paschasinus[c. 6] III[us] et Bonifacius IX[us 7]: Daz dritteil siner gesaczten buß.[1]

Item[f] Urbanus IIII[us 8], Innocencius IIII[us]: Zu Weyhennachten, Cena Domini, Pasche, Ascensio, Pentecostes, Assumpcio et Purificacio, Omnium sanctorum wirt vergeben XL tag ir gesaczten buß[9]. Item Honorius III[us 9]: Zu Weyhennachten, Pasce, Ascensio, Pentecosten, vir Frawen[e] tag, aller apostellen dag iclicher besunder, Maria[h] Madalene[i], Laurencii, Nicolai, Stephani[g] und Elizabeth XL dag und XIII karren. Item Honorius III[us 10]: et[k] in anno, scilicet Parasceue, Dedicacio, Exaltacio sancte crucis, et per XL[as] secundis, quartis, sextis feriis XL annos et XL karenas. Item Iohannes XXII[us 11]: Uff alle vor geschriben hocszeyt XXIIII iar und XXIIII karen. Item XXII[i] erczbischoff[12] und von yeclichem XL dag und I[m] karen. Item auch haben die kirchen, die in den orten gehoren, von Honorio III[o], Gregorio nono, Allexandro[p] IIII[o] gnade und freyhet, die Iohanser hern orden hatt und die Tempelheren haben[13], an die vor geschriben gnade und applas.

Item[o] summa totaliter tenet funffhundert trew und aczig iar[14] applas und LXV karen[15] ab Honorio, Alexandro[p] IIII[o q] et Iohanne XXII[o] necnon ab aliis pontificibus*.

II.

Reliquie in ecclesia ville Prodselden.

Item reliquie XI milium virginum.

Item reliquie sanctorum Viti et sociorum eius.

Item de sancto Bartholomeo appostolo[r].

*) *sequitur manu alia, cursiva saeculi c. XV:* Noch dem als ein festivitet uber daz ander ist mit applas *c.*

a) *ita hoc loco c.* b) *ita c.* c) *ita (C. v.) c.* d) Allender *c.* e) *ita (vel* Paschasmus*) c., corrupte; intellegendum est* Paschasius, *ut Summ. Trev. et SS. rer. Pruss.* III, 716 *habent.* f) *praecedit* f *minio scriptum c.* g) *linea minio subterducta insignitum c.* h) *altera littera a minio superscr. c.* i) *ita c.* k) *emend. vel suppl.* ter, *v. n.* 10. l) *ita c.* m) J *c.* n) *ita c.* o) *praecedit una linea vacua c.* p) *ita c.* q) IIII' *c.* r) *ita c*[9].

facio VIII (a. 1294—1303) positus esse videtur, cf. Paulus III, 152 sqq. Bonifacius VIII. nominatur in Summ. Trev., SS. rer. Pruss. III, 717, Dudik p. 159 (a. 1466), cf. p. 171 (a. 1513). Iam in Summ. Trev. praeterea Gregorium XI. invenis in indiculo Brotseldensi omissum. Quare nescio an notitia Brotseldensis ad summarii formam quandam antiquiorem redeat.

1) Haec iam in Summ. Trev. posita inter fictas Ordinis Teutonici indulgentias recenset Paulus III, 235 sq. (cf. II, 3). 2) Ad hanc vocem cf. Paulus II, 80 sqq., qui eam ad Germanicum 'chara' ('Trauer', 'Klage') refert, quod valde dubium videtur. 3) Ita SS. rer. Pruss. III, 714; *CCCCCLXVIII* Dudik p. 169 (a. 1513); 550 Summ. Trev. 4) Urbanus IV. in Summ. Trev. nominatur. Plura de eo leguntur SS. rer. Pruss. III, 716; Dudik p. 170 sq. (a. 1513); v. infra l. 7. 5) 50 Summ. Trev., *XXV tage* SS. rer. Pruss. III, 714, Dudik p. 158 (a. 1466). 169 (a. 1513), de Honorio III. Proxime accedit SS. rer. Pruss. III, 718: *Item dy gnanten bruder haben teglich hunderi und V tag ablasz*, ubi tamen nullius pontifex indicatur. 6) Intellegendus est Paschalis II, qui a. 1164, d. 3. Maii omnibus fratrum Hospitalis S. Iohannis Ierosolimitani benefactoribus septimam partem iniunctae poenitentiae remisit; L. Delaville le Roulx, 'Cartulaire général de l'ordre des Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem' I (Paris 1894), 234 nr. 332; cf. Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. II nr. 14485; Paulus III, 235 n. 6. 7) Cf. p. 1485 n. 12. 8) Cf. SS. rer. Pruss. III, 716 (omissa Nativitate Domini). 9) Haec de Honorio IV. leguntur, omisso tamen festo s. Stephani et adiecto festo Omnium sanctorum, SS. rer. Pruss. III, 716 et apud Dudik p. 171 (a. 1513). De festo s. Stephani v. supra p. 1484 n. 2 et, in privilegiis ordinis S. Iohannis, Paulus III, 234. 10) Haec habes SS. rer. Pruss. III, 718 *(drey male ym jare* etc.); cf. '42 *iar . . auch* 42 *Karreit*' (supra l. 8) Dudik p. 158 (a. 1466). 169 (a. 1513). 11) Qui sedit a. 1316—1334. Eadem habes in Summ. Trev. et SS. rer. Pruss. III, 717; cf. Dudik p. 171 (a. 1513): *XXIII jar und so vil karen.* V. etiam supra n. 1. 12) *XXII ertzbischofe und bischofe* SS. rer. Pruss. III, 718; item Dudik p. 158 (a. 1466). 171 (a. 1513). Has litteras a 4 archiepiscopis et 8 episcopis ecclesiis et capellis Ordinis Teutonici in dioecesi Maguntinensi sitis a. 1289, d. 28. Martii datas habes apud A. Wyß, 'Ub. der Deutschordens-Ballei Hessen' I, 377 sq. nr. 501 (in 'Hess. Ub.' 1. 'Abt.', Leipzig 1879), quas enotavit E. Delchaye, Anal. Boll. 45 (1927), p. 112 (sub a. 1288) et 113 (sub a. 1289). 13) Ita etiam SS. rer. Pruss. III, 718; Dudik p. 157 (a. 1466), cf. 161 (a. 1513; p. 169 sq. Alexander III. nominatur). 14) Ita SS. rer. Pruss. III, 718 (cf. 719 n. 1); Dudik p. 157 (a. 1466), cf. p. 172 (a. 1513). 500 annos et 65 carenas, ubi mendum latere videtur, habet Summ. Trev. (Paulus III, 236).

Item reliquie sancti Stephani prothomart(yris).
Item reliquie sancti Andree appostoli[a].
Item reliquie sancti . . . . .[b] . . . .[b]
Item de sancto Laurencio m(artyre).
Item Symonis et Iude.
Item reliquie beate virginis Marie.
Item de virga Moysis.
Item de sancto Cristoforo m(artyre).
Item de sancta Katherina.
Item de sancto Vale . . . . .[c]
Item de sancta Ursula v(irgine).
Item de sancta Maria Magdalena.
Item de sepultura Ch:isti[d].
Item de sancto Nicolao.
Item de lapide, ubi Christus ascendit in celum.

a) *ita c*. b) *nomen sancti et ea quae sequuntur legi non iam potuerunt c*. c) Vale(ri? n?) . . . *c*. d) *i non iam valde perspicuum c*.

ANONYMI RATISPONENSIS CHRONICAE FRAGMENTA.

EDIDIT **GEORGIVS LEIDINGER.**

Chronicae quae sequuntur reliquiae quamvis multa ex fontibus iam notis hausta tradant, tamen nonnulla cum nova tum memoratu digna praebent. Quamobrem v. cl. Adolfus Hofmeister huius tomi editor monuit, ut textum, quem iam in 'Sitzungsberichte der Bayerischen Akademie der Wissenschaften, Philos.-hist. Abteilung, Jahrgang 1933, *Heft* 1', p. 65—72 *in lucem proferam, hoc in volumine denuo ederem. Cum iam illic (p.* 3sqq.*), unde originem duxerint quaeque in eis contineantur, accuratius disseruerim, lector benevolus haec evolvat. Codicis deperditi fragmenta, scilicet* 8 *folia membranacea circa finem saeculi XII. scripta, quae chronicae nostrae in monasterio S. Emmerami Ratisponensi post a.* 1168, *ut videtur*[1], *compositae textum exhibent, nunc in bibliotheca reipublicae Bavaricae Monacensi (Cod. lat.* 29090[a]*) asservantur (= c.), cui eas de tegumento libri alicuius impressi solutas v. cl. Adalbertus Ipfelkofer dono dedit.*

Georgius Leidinger.

. . . . . .

Francorum regem Pipinum et duos filios eius Carolum et Carlomannum[a]. Sed et Berthradam indutam[b] cycladibus regiis *R(egino) 768.*
gratia Spiritus sancti septiformis consignavit[c] in Dei nomine atque Francorum proceres apostolica benedictione sanctificans [auctoritate[d]] sancti Petri sibi a Christo tradita[e] obligavit et obtestatus est, ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula ipsi vel quique ex eorum progenie orti regem super se presumant accipere nisi de eorum progenie; quos et divina providentia ad sedem apostolicam tuendam eligere et per eum, videlicet sancti Petri vicarium, immo Domini nostri Iesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare et unctione sacratissima [consecrare[f]].

a) Caromannum *c*. b) induta *c*. c) cogsignavit *corr.* consignavit *c*. d) *om. c*. e) traditi *c*. f) *om. c*.

1) Quo anno, d. 7. Maii, corpus Hemmae reginae in ipsa ecclesia inventum est; Leidinger l. c. p. 38sqq., 58; infra p. 1489 l. 42.

A. F. 754. R. 753. H. 751. [H]iis[a] itaque gestis rex papam nobili legatione mittens Romam ad sedem suam gloriose reduxit[1]. Quo videlicet papa ad sua reverso ipse apostolicus ob memoriam beati Dyonisii ecclesiam construxit Rome illicque conventum Grecorum collocavit, eius conpatriotas, qui eum a languore curavit[2]. [E]xinde[b], ut fertur, pontifices Romani postmodum decreverunt instituere annuatim in vigilia sancte[c] pasche bis senas lectiones, sex Grecas primum, sex Latinas alteras ante baptisma legere, quod usque hodie ab hoc Greco

R. 753. conventu fieri licet indubitanter nos credere et post hec ad chronicam nos convertere.

748? [N]am[d] ubi decessit dux Vdilo Pipini regis sororius, dux Tessilo in Boiaria tunc potenter regnavit; qui tamen avunculo suo fidem modicam conservavit[3].

R. 768. [P]ost[e] hoc Pipinus hoc nomine primus rex unctus Francorum moritur atque Parisius ad Sanctum Dyonisium honorifice sepelitur.

[H]unc[f] nimirum Pipinum regem nonnulli[4] fabulose arbitrantur exstitisse genitorem beate Gerdrudis ipsamque sororem fuisse Caroli Magni; quod chronice probant sane esse falsitatis errorem, [c]um[g] a Dagoberto rege usque ad Carolum Magnum pene constent centum viginti anni. Cuius videlicet Dagoberti quondam regis[h] Francorum beate Gerdrudis genitor Pipinus dux Austrasiorum exstitit maior domus. Hoc utique evidenter edocetur in gestis eiusdem beate Gerdrudis[5], in quibus sic continetur:

Vita s. Geretr. [D]um[i] beate Gerdrudis genitor Pipinus regem Dagobertum domum suam invitaret ad nobile convivium, advenit cuiusdam ducis Austrasiorum filius quidam postulans a rege, ut sibi Gerdrudem virginem sive[k] parentibus concederet in matrimonio secundum mores seculi pro terrena ambitione et amicicia mutua. [P]lacuit[l] ergo regi Dagoberto patrique puelle Pipino et suasit, ut ad presentiam cum matre ipsa puella evocata fuisset, ignorantibus eis, ob quam causam rex vocaret infantem. Interrogata autem inter epulas[m] a patre, si illum iuvenem auro fabricatum et sericis vestibus indutum habere voluisset sponsum, at[n] illa quasi furore repleta respuit illum cum iuramento dicens nec[o] illum nec ullum terrenum sponsum nisi Christum habere voluisset, ita ut et ipse rex et proceres eius valde mirarentur super hiis, que a puella parva iussione Dei dicta erant. [P]uer[p] vero ille confusus recessit et iracundia plenus; puella autem sancta convertit se ad genitricem suam, et ex ea die cognoverunt parentes eius, a quo fuerat rege adamata.

H. 616. Ipsa quoque virgo permansit defuncto patre suo Pipino non rege, sed tantum duce Austrasiorum.

[Q]ua[q] de re minime est dubitandum precipue exstitisse ante Carolum Magnum tres Pipinos, de quibus est sic enucleandum:

[P]rimus[r] Pipinus fuerat dux Austrasiorum.
[I]stiusque[s] nepos iunior princeps erat alter
Pipinus Francorum necnon Austrasiorum.
[I]amque[t] nepos huius Pipinus tercius unctus
[F]rancorum[u] fuit in regnum, quo tunc dominatus
[R]egni[v] totius erat, post ubi deficiebat.

[I]taque[w] ne quem repetens litera legentem tedio afficiat[x], pro laborantibus rudi ingenio rem aliter[y] enodare planius liceat.

[I]gitur[z] primus ac senior Pipinus dux erat Austrofrancie regisque Dagoberti

H. 644. 616. maior domus[a]. Qui tres soboles genuit, filium videlicet nomine Grimoaldum postea in Austrasie[a] ducatu[b] iure hereditario succedentem[c], huius quoque germanam, scilicet beatam Gerdrudem virginem permanentem, ipsius utique sororem nomine Gebam[7] legittime nubon-

a) h *in margine c.* b) e *in margine c.* c) sancto *c.* d) N *in margine c.* e) p *in margine c.* f) t *(sic) in margine c.* g) e *om. c.* h) reges *corr.* regis *c.* i) D *om. c.* k) *ita (siue) c.; cf. Leidinger p. 13, qui verba* sive parentibus *antea post* a rege *collocanda esse demonstravit.* l) P *om. c.* m) puella *c.* n) t *c.* o) ec *c.* p) P *om. c.* q) Q *in margine c.* r) P *om. c.* s) I *om. c.* t) I *om. c.* u) F *om. c.* v) R *in margine c.* w) I *in margine c.* x) officiat *c.* y) alter *c.* z) I *in margine c.* a) Austrasia *c.* b) ducatum *c.* c) succedente *c.*

1) Reginonis Chron. (= R.) a. 753, rec. F. Kurze p. 44; cf. Ann. Fuld. (= A. F.) a. 754, rec. F. Kurze p. 6 sq.; Herimanni Aug. Chron. (= H.), MG. SS. V, 99. 2) Cf. Regino rec. Kurze p. 45. 3) Cf. Ann. Fuld. et Herimannum Augiensem ad a. 788, Reginonem ad a. 768. et 781; infra p. 1489 l. 33 sq. 4) Hoc contra Passionem secundam Kiliani c. 19 (ed. Fr. Emmerich, 'Der heilige Kilian', Würzburg 1896, p. 22; MG. SS. rer. Merov. V, 728 n. 2, cf. 719 et n. 4) dictum esse animadvertit W. Levison. 5) Ad cuius textum B 8 (cod. Lat. Monac. 14031, olim S. Emmerami Ratispon. A 81, saec. XI, cf. MG. SS. rer. Mer. VII, 792 sq.) ea quae sequuntur proxime accedunt; Leidinger l. c. p. 9 sqq. 6) Cf. Reg. 546—571 et 605—611. 7) Her.: *Begga.*

tem nobili viro Ansgiso, filio sancti Arnolfi postea prelati Metensi episcopio. [Q]ui[a] videlicet Angisus[b] ex Geba senioris Pipini filia sancteque Gerdrudis germana iuniorem Pipinum genuit, cuius avus Pipinus senior fuit. [I]taque[c] Pipinus iunior, sororius beate Gerdrudis, genuit primum Carolum non regem unctum, sed principem[1] tantum totius regni Francorum. [I]ste[d] vero Karolus princeps[1] magnus genuit[e] Carolomannum post seculo renuntiato[2] in Monte Cassino monachum factum[3] genuitque fratrem eius unctum regem Francorum tertium Pipinum, qui genuit magnum Karolum, e cuius nobili prosapia scilicet filiis ac nepotibus cronicis regum concorditer attestantibus Romanum imperium de partibus Gallie totaliter transiit ad terras Teutoniae. *H. 648.*

[H]ius[f] itaque nobilis viri Deo hominibusque vitam laudabilem non immerito congruit fore brevissime explicabilem, pro cuius adhuc probitate morum iudiciali sententia leges exequitur regnum Romanorum.

[P]ostquam[g] ergo frater eius Carlomannus spiritum exalavit, cuius invidiam lenissime tribus annis tolerans secum regnavit, solus vero XLIII annos nutu divino prudenter ac felicissime regnum totius Europe gubernavit. [N]am[h] legentes eius inclita gesta minime latent, que in eis viriliter Deo fautore patravit. 771.

[I]gitur[1] Desiderii regis Longobardorum filiam consultu matris sue Berhtradis matrimonio copulavit; quam postea, nescio qua causa, prohibente matre per annum repudiavit duxitque uxorem nomine Hildigardem[4] de stirpe Suevorum nobilissimam. *H. 770.*

[D]e qua tres filios genuit, quos secum regnum tenentes Carolum maiorem domus, regem Italiae Pipinum ac post se imperatorem Ludewicum constituit; e quibus eo vivente filiis duobus mortuis, Carlo atque Pipino, ipso vero decedente solus Ludewicus 814.
filius eius superfuit, qui etiam post eum regnum paternum tenuit.

[H]unc Ludewicum Galliae populi pro nimia lenitate appellant Pium, Teutones vero hoc nomine cognominant eius filium[5].

[D]uxit utique Karolus Magnus Fastradam reginam de stirpe Francorum ac Germanorum, *A. et H. 783.*
nobilem feminam, et alias cum concubinis claras uxores, de quibus genuit soboles quam plures, quorum actus nunc reticendo preterimus, quia Caroli Magni gesta adhuc breviter hic inserimus.

[I]gitur rege Carolo Magno in Gallia regnum gubernante ac Tessilone duce Baioarie, sue videlicet filio amite, illo secum commorante, fidem regno servandam iuramento firmante, hoc vero proposito se furtim a regno abalienante, fidem temerando violavit, quam Pippino regi, avunculo suo, patri videlicet Caroli Magni,[f] antea raro conservavit[g]; ipse quoque ad tuendum se quasi securus in Baioariam repedavit. [H]oc rege[k] Carolo Magno audito[k], in Gallia negotio regni disposito, eum persequi acceleravit ipsique ad flumen, quod dicitur Lech, potenter obviavit, ibi quoque 787.
quatuor militaribus scharis coercens circumvallavit. [Q]uo viso dux Tessilo territus, dum se desperaret evadere, dolose, ut creditur, ultro se offerens regie potestati . . .

. . . [Ludewi]cus vero frater eius precibus populi annuit ac de Galliis, ne eas vastaret, in Germaniam *A. F. et H. 876.*
ut vir pacificus revertitur.

[E]o tempore uxor eius Hemma regina II. kal. Febr(uarii) est defuncta et in Ratispona in *Ann. S1.*
ecclesia sancti Emmerami martyris et episcopi in abside partis aquilonaris debito honore est sepulta[7].

[I]pse quoque Ludewicus vir eius, rex Germaniae, vir fortis et religiosus, aput Franchenfurt V° kal. Sep- *A. F., B. 876.*
tembris moritur et aput Lorscheim cenobium honorifice sepelitur. [T]resque filii eius, qui ex Hemma regina *B. et H. 876.*
geniti fuerant, paternum regnum, scilicet Germaniam, inter se partim diviserunt. [N]am Carolo

a) Q *in margine c.* b) *sic c.* c) I *in margine c.* d) I *om. c.* e) *iterum sequitur* genuit *c.* f) h *in margine c.* g) P *in margine c.* h) n *in margine c.* i) *cum sequentis partis margo exterior abscissa sit, initialium signa, quas illic extitisse verisimile est, perdita sunt c.* k) *sic c.*

1) Cf. Reg. 655—718. 2) Reg. 745: *seculum relinquere.* 3) Reg. 746: *in Cassinum usque pervenit et ibi monachus effectus est.* 4) Cf. A. F., Reg. et Her. 783. 5) V. infra p. 1490, l. 33; Adami Brem., Gest. Hammaburg. eccl. pont. I, 24 (26) in., 38 (40) in. Cf. Leidinger l. c. p. 54 sq. 6) Cf. supra p. 1488 l. 9 et Reg. 781: *non diu ... promissa conservavit.* 7) Cf. Leidinger l. c. p. 16—53.

R. et H. 876. concidit[a] cum suis adiacentiis universa Alemannia, fratri vero eius Ludewico cum proximis finibus venit omnis orientalis Francia, Carlomanno autem cum suis conparibus sorte contigit omnis Baioaria.

Qui in Otingen regalem posuit sedem.

R. 880. [N]am ipse cum propter infecunditatem sue coniugis postea desperaret heredem, ex quadam nobili femina quamvis non regina genuit filium elegantissime forme, quem Arnolfum nomine nuncupavit ob recordationem episcopi Metensis ecclesie beati Arnolfi, de cuius sancta progenie ante postque magnum Carolum processit stirps regalis Carolorum; quod utique licet credi minime factum humana deliberatione, ea videlicet causa, ut, si quando forte reges huius generis immatura preventi morte liberorum spe exheredati deficerent, principes regni ex memoria nominis huno solum superstitem super se regem constituerent. Que res postmodum non inmerito in prosperum accidit; nam hereditario iure regnum Baioarie post se tenendum pater ei tradidit.

A. F., R., H. 876. [I]gitur rex Carolus cognomento Calvus, rex Gallie, audiens obisse fratrem suum Ludewicum regem Germanie ipsum regnum non animo leni, sed manu valida invadens occupat usque ad fluvium Rehni. [H]oc Ludewico fratris sui filio fit ubi cognitum, qui fuerat ad patris obitum tunc ad palatium curie regalis positus, egre ferens, minime tamen est territus. [L]egacione premonet dati federis fratris sui, videlicet patris Ludewici senioris, esse oblitum firmumque pactum fuisse irritum, precibus eum ab incepto revocans.

A. F., R., H. 876. Interea vero clam[b] adversus eum validum exercitum circumduxit, cum quo Colonie transito Rehni flumine. Nec [defuit[c]] aliquis [qui[d]] hoc[e] inferret Caroli auribus. Ipseque Carolus videns per internuntia

R. 876. Ludwici sui fratruelis se fore delusum, factus amaro animo, mox ad belli se convertit usum, hoc bello Ludewicum obprimere toto conamine est nisus, cum L milibus et eo amplius, in quibus tamen inaniter confisus, superba elatione patruelem bello aggreditur. Deind[f] certamen acerrime committitur. [V]erum[f] quia rex per multam virtutem non salvabitur[1], inito certamine Regnahrius comes signifer Karoli extinguitur; confertissimum quoque agmen a sociis Ludewici viriliter ceditur et, sicut ignis in stipula missus furens incenditur ac ab eo in momento totum consumitur, ita vis adversariorum ferro contrita terre prosternitur et exercitus Caroli graviter cesus terga vertendo corruit et Ludewici victoria fuit. [C]arolus[g] vero cum suis fugientibus[h] in Galliam redit celeritate, qua valuit.

A. F. et B. 876. [P]ost[i] hoc predicti fratres, Carolus, Carlomannus, Ludewicus, convenerunt in loco, qui dicitur Swalfelth, ibique regnum paternum inter se diviserunt.

[N]am[k] isti fuerunt filii ex Hemma regina, uput Teotones vocabulo Ludewici Pii[l], regis totius Germaniae, fratris Caroli cognomento Calvi.

A. F. et B. 877. Tunc quoque regina Galliae secundo Romam est profect[a]; ibi dudum nomen imperatoris ingenti pretio

R. 877. a Iohanne apostolico adeptus, regnum Italiae videns in transeundo magis potitus est quam perfruendo. A Roma quidem reversus in Barcham[1], in matrimonium iungit Irmingardam Bosoni germano regine Richildis, filiam defuncti Ludewici Italiae imperatoris; in quo, dum filium non haberet succedentem heredem, regnum Ytalicum orbatum fuerat.

[H]uius[m] itaque Ludewici filii Lotharii imperatoris Carolus Calvus patruus fuerat. [I]taque[n] . . .[o]

A. F., R., H. 879 et 880. . . . [Ludewicus frater Carlo]manni cognita morte patruelis sui Ludewici Balbi regnum eius [invadere[p]] disponens Mosam fluvium transvadavit finesque imperii vastando occupavit. [C]ui duo fratres adolescentes cum valida manu occurrentes legatione vicisim interiecta nequaquam pugna committitur, sed firma pax inter eos indicitur factoque federe tota Lothoringia Ludewico ab eis conceditur, Attrabatis quoque abbatia insuper ei additur.

a) *ita c.* b) clamabat; abat *delevit c.* c) *sic c.* d) *om. c.* e) hoc aliquis *c.* f) v *in margine c.* g) c *in margine c.* h) fugentibus *c.* i) P *in margine c.* k) N *in margine c.* l) *sic ut Reginonis codd. B* 2 *pro* Langobardiam *c.* m) H *in margine c.* n) I *in margine c.* o) *finit folium c.* p) *om. c.* q) ii *c.*

1) Ps. 32, 16: *Non salvatur rex per multam virtutem;* Regino: *in multa virtute.* Auctor bibliae textum bene novit. 2) V. supra p. 1489, l. 24 sq.

[I]nde[a] que[a] revertens Northmannorum multitudinem cum preda ad classem repedantem obviam habuit, cum quo inito certamine dimicans maxima para ex eis corruit. Ubi Hugo ex pelice regis filius morte occubuit, quem ad Lorscheim monasterium[b] tumulari constituit. *A. F. et R. 880.*

[T]unc[c] frater eius Carlomannus rex Baioariae morbo paralisi[d] dissolutus unum loquendi dimisit[1]. Inde Ludewicus a quibusdam in Baioariam vocatus est et, que videbantur, ut sua[e] ibi disposuit, fratrem quoque Carlomannum egrotantem, scripto ei [res suas[e]], quia lingua non potuit, commendantem inviit eique principes ministraturos deputavit[f]. Ipse vero Carlomannus post hec spiritum emisit XI° kal. Aprilis et in Otingen debito honore sepelitur. *A. F., R., H. 879.* *A. F., R., H. 880.*

[N]empes princeps iste, cuius memoria hic agitur, litteris[g] fuerat sagaciter eruditus, Christiane rolligioni deditus omnique virtute redimitus; semper triumpho[h] peroptime est potitus. *R. 880.*

[P]ost[i] cuius obitum frater eius Ludewicus iunior ad optinendum regnum eius Baioariam est ingressus. *R. 880 et 882.*

[C]umque[k] Ratispone moraretur, unicus filius eius nomine Ludewicus, quem ei Liutgardis regina legittime genuerat, adhuc etate puerulus de fenestra solarii cadens fractis cervicibus mox exspiravit. Quem pater ibi in ecclesia sancti Emm(erami) terre conmendavit[2] ipseque rex post breve tempus in Franchenfurt XIII° kal. Septembris moritur et in Lorscheim cenobio iuxta patrem suum tumulatur. *A. F., R., H. 882.*

[I]gitur[l] duobus fratribus iam defunctis, Carlomanno rege Baioariae ac Ludewico rege Austrasiae, ex tribus filiis Ludewici senioris, regis Germaniae, fratris videlicet Caroli Calvi, regis Galliae, quos Hemma regina Ludewico genuit, solus Carolus cognomento Iunior superfuit. Qui egressus Alemanniam ingressus est Italiam illamque totam per- *R. 881.*
domuit veniensque Romam nomen imperatoris arripuit, eique totum Romanum imperium fortuito succubuit. [A]rnolfum[m] itaque suum fratruelem in regno Baioariae stabiliens firmiter constituit, quem[n] tamen insperate post se, ut creditur, successorem Romani imperii habuit.

[E]o[o] quoque tempore Ludewicus rex Galliae, filius Ludewici Balbi, nepos vero *R. et H. 883.*
Caroli Calvi, Parisius aput sanctum Dyonisium morte occubuit ibique sepultus est. Frater quoque eius Carlomannus regnum obtinuit. Sub quo gens Northmannorum, que ab Aschon[q] recesserat, Sompnam *R. 884.*
fluvium intravit ibique residens se tute collocavit. [Q]uod[p] cum Carlomannus male sustineret, pecuniam ei pollicetur, si a regno recederet. [Q]uo[q] gens pro hac re centum[s] milia pondera argenti puri atque probati ab eo exegit totidemque annos pacem promisit acceptaque pecunia funes a littore solvunt, naves conscendunt et marina loca repetunt.

[I]nterea[r] Carlomannus pergens ad venatum, contigit eum ab apro graviter vulneratum vitam excedere post modicum tempus, sepultusque est aput Sanctum Dyonisium civitate Parisius. [A]iunt[s] autem, quod a quodam satellite arma ferenti fuerit inprovide sauciatus, sed quia non sponte, sed [invitus[t]] commiserat hoc facinus, ob hoc rex illud tacitus, ne traderetur morti[u] servus innoxius, rogavit, ut celaretur.

[M]ortuis[v] itaque duobus fratribus filiis Ludewici Balbi, Caroli vero Calvi nepotibus, ad . . . . . .[w]

a) I *om. c.* b) monasterio *c.* c) T *om. c.* d) parisi *c.* e) *om. c.* f) deputans *c.* g) N *om. c.* h) est *add. c.* i) P *om. c.* k) C *om. c.* l) I *in margine c.* m) a *in margine c.* n) que *c.* o) e *in margine c.* p) Q *in margine c.* q) Q *in margine c.* r) I *in margine c.* s) A *in margine c.* t) *om. c.* u) morte *c.* v) M *in margine c.* w) *cetera desunt c.*

1) Hinc chronicam nostram ex Herimanni codice Ratisponensi (cod. Lat. Monac. nr. 14613, olim S. Emmerami) pendere elucet; Leidinger p. 57. 2) Cf. A. F. 876 (Elsloo) Reg. 3) Quod alibi non traditur. 4) *Haslon* (Kurze p. 89): *dispositis ... his, quae ad se pertinere videbantur.* 5) *XII* Reg.

ADDENDA ET EMENDANDA.

A SOCIIS ADIVTVS COLLEGIT A. HOFMEISTER.

AD PARTEM I.

Ea, quae in fine partis I. p. 725 habes, hic repetita non sunt.

P. 262, *l.* 39 *(in Iacobi de Guisia Annalibus Hanoniae) emendandum est* sepedicto *pro* se pro dicto.

P. 335 *sqq.: Cronica S. Petri Erfordensis moderna cum appendicibus, aliis libellis additis, denuo edita est ab ipso Oswaldo Holder-Egger h. m. in libro qui inscribitur: Monumenta Erphesfurtensia saec. XII. XIII. XIV. Hannoverae et Lipsiae* 1899 *(Scriptores rerum Germanicarum in usum scholarum ex Monumentis Germaniae historica separatim editi), p.* 117 *sqq., ubi Appendices VI ('Notae dedicationum Montis S. Petri Erfordensis'), p.* 417—440, *et VII ('Series abbatum monasterii S. Petri Erfordensis': '1. Series codicis Helwici'; '2. Series Nicolai de Siegen'), p.* 440—442, *integriores et emendatiores prodierunt. Quas hic repetere voluimus, ad librum modo allatum lectorem delegantes.*

P. 508, *l.* 27 *sqq.: Plures particulas Cronicae Reinhardsbrunnensis in Catalogo sanctorum ordinis a. Benedicti Andreae Lang indicavit Ios. Fassbinder, 'Der Catalogus sanctorum ordinis sancti Benedicti', diss. Bonn.* 1910, *p.* 82. 88 *sq.* 93. 103 *sq.* 114 *(nr.* 582. 655. 656. 715. 886. 1044*), cf. p.* 121. *W. Levison.*

P. 668, *n. k, l.* 49 *sq. (ad Cronicam ecclesiae Wimpinensis) lege:* [Cui succe]ssit [in dec]ana[tu] d. H. [de Cim]eren, *quae post* electus *(p.* 668, *l.* 30, *cf. n. *) ponenda sunt; cf.* prefatus H. decanus, *p.* 669, *l.* 16. *K. Hampe, in 'Hist. Vierteljahrschrift' I* (1898), *p.* 251.

P. 679, *l.* 4 *(ad Cronicam domus Sarensis) lege:* 1267. *pro* 1268. *Aßmann.*

P. 695, *l.* 6 *(in Cronica domus Sarensis p.* 646*):* illae *pro* illa *coniecit Aßmann.*

P. 703, *l.* 40 *sq. (ibidem ad v.* 992 *sq.): His versibus numeros alterius anni, quo monasterium reliquit (*1267*), et alterius, quo revertit (*1294*), Heinricus Heimburgensis intexuit; id quomodo concludamus liceat, alio loco viris doctis explicabitur. Aßmann.*

P. 712, *l.* 39 *sq. (in Continuatione pontificum Romana brevi) lege:* vivandam *pro* in dandam. *M. Tangl (cf. K. Hampe l. c. p.* 252*).*

P. 717, *l.* 44 *et n.* 13 *(ad Continuationem pontificum Anglicam):* ma. ru. *est* Matthaeus Rubeus card. diac.; *pro* ss. colum. *lege* ia. colum., *id est* Iacobus Colonna card. diac. *K. Hampe l. c. p.* 252, *cf. etiam p.* 252 *sq. ad p.* 717, *n.* 12.

P. 719 *sq.: Cronicae Minoris Continuatio VII. denuo edita est ab O. Holder-Egger, Monumenta Erphesfurtensia p.* 702—704, *cf. p.* 503 *sq.*

Ad Annales Montis S. Georgii.

P. 721, *l.* 16 *sq.: In Valle S. Mariae ('Marienthal') hos annales ortos esse non posse animadvertit K. Hampe l. c. p.* 252.

P. 722, *l.* 7 *lege:* propositus *pro* proposita. *K. Hampe l. c.*

l. 18 *lege:* C[unradum] *pro* C[unradus]. *K. Hampe l. c.*

AD PARTIS II. FASCICVLVM 1.

P. 755: *Notitiam de conventu Hattonis archiepiscopi Moguntini et Herivei archiepiscopi Remensis edidit etiam M. Stimming, 'Mainzer Urkundenbuch' I (Darmstadt* 1932*), p.* 109 *sq. nr.* 176.

P. 766, *l.* 16 *sq. (ad Notae Prumienses): Dedicationem cryptae Prumiensis a.* 1098 *factam habes etiam apud F. X. Kraus, 'Die christlichen Inschriften der Rheinlande' II nr.* 441.

P. 774, *l.* 36*: Dedicatio Isnensis etiam edita est ab J. A. Giefel in 'Württembergische Geschichtsquellen' IV (Stuttgart* 1891*),* 36.

P. 779, *l.* 29 *sqq.: Dedicationem Moguntinam, quam ineditam putasse videtur ipsoque anno* 1070. *scriptam esse iudicavit, minus recte edidit M. Andrieu, 'Les Ordines Romani du haut moyen âge'. I 'Les Manuscrits', Louvain* 1931 *('Spicilegium sacrum Lovaniense. Études et documents' 11), p.* 387 *sq., qui p.* 373 *sqq. de codice Vindobonensi nr.* 701 *pluribus egit.*

P. 788, *l.* 11 *sq. (ad Notas dedicationum Trevirenses): Dedicatio oratorii ss. Philippi et Iacobi a.* 1124. *facta etiam edita est apud Kraus II nr.* 340 *et locis ab eo indicatis.*

P. 789 *sqq.: Ad Vitam Lebuini antiquam cf. etiam M. Lintzel in 'Sachsen und Anhalt' 7* (1931), 76—108 *et A. Hofmeister in 'N. Archiv' 49* (1932), 653—656.

P. 789 *l.* 35*: Pro:* Ian *M. Coens, Anal. Boll. 45* (1927), *p.* 408 *n.* 1 *proponit:* iam.

Ad Translationem et Inventionem sancti Dionysii Ratisponensem antiquiorem.

P. 823, *l.* 17 *sqq.: De codice Lat. Monac.* 1805 *cf. etiam G. Leidinger, 'Der Codex Aureus der Bayerischen Staatsbibliothek in München' VI, 'Text' (München* [1925]*), p.* 81 *n.* 1.

P. 824, *l.* 8 *sqq.: De Andrea Ratisponensi et Vito Arnpeck cf. etiam Leidinger l. c. p.* 52 *et* 55 *n.* 4.

l. 12*: Iam a.* 1060, *d.* 30. *Nov. Eberhardum abbatem successorem Reginwardi occurrere (SS. XVII,* 572 *sq.) monuit B. Bischoff, in 'Stud. u. Mitt. z. Gesch. d. Bened.-Ordens' 51* (1933), *p.* 184, *cf. etiam p.* 128 *sqq.*

P. 827, *n.* 1*: Cf. etiam Leidinger l. c. p.* 28 *sqq., qui (p.* 35*) auctorem libelli nostri Arnoldi de S. Emmerammo libro unum esse contendit.*

P. 840, *l.* 1 *sqq.*: *De codice Havniensi Vitae Lietberti episcopi Cameracensis v. nunc E. Jørgensen, Catalogus codicum Latinorum medii aevi Bibliothecae Regiae Hafniensis (Hafniae* 1926) *p.* 395—397, *quae partem II. saeculo XII, partem III. saeculo IX. vel X. attribuit; cf. etiam E. Jørgensen, 'De middelalderlige latinske Manuscripter i det Kgl. Bibliothek', 'Festskrift til Kristian Erslev' (Kopenhagen* 1927) *p.* 211—226, *imprimis p.* 221.

P. 866, *n.* ** *et n.* 3: *Epitaphium Alvisi episcopi Atrebatensis exstat etiam in Hist. mon. Aquicinct. c.* 5, *SS. XIV,* 588, *l.* 25 *sqq.; cf. H. Sproemberg, 'Beiträge zur französisch-flandrischen Geschichte' I; 'Alvisus, Abt von Anchin (1111—1131)', Berlin* 1931, *p.* 22 *n.* 8 *('Histor. Studien' fasc.* 202).

Ad Vitam Bennonis II. episcopi Osnabrugensis auctore Northerto.

P. 872, *l.* 37: *Cf. Exod.* 23, 15: non apparebis in conspectu meo vacuus. *W. Levison.*

P. 874, *l.* 3: *Cf. Phil.* 3, 13: ad ea vero, quae sunt priora, extendens me ipsum. *W. Levison.*

l. 6: *Cf. Luc.* 12, 42: fidelis dispensator et prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. *W. Levison.*

P. 877, *l.* 31: *Cf. Sulp. Sev. V. Mart. c.* 6, 4: Cedendum itaque tempori arbitratus ad insulam, cui Gallinaria nomen est, secessit. *W. Levison.*

P. 879, *l.* 12: vallo *pro* vallo *legendum esse videtur. De hoc loco cf. H. Rothert in 'Zeitschrift des Hist. Vereins für Niedersachsen'* 85 *(*1920*),* 133—135. *W. Levison.*

P. 880, *l.* 5 *sq. et p.* 883, *l.* 12: *Cf. Sulp. Sev. V. Mart. c.* 6, 4: Ibi quoque eum Auxentius . . . gravissime insectatus est multisque adfectum iniuriis de civitate exturbavit. *W. Levison.*

P. 881, *n.* 7: *Cf. etiam B. Krusch in 'Göttingische gelehrte Anzeigen'* 189 *(*1927*), p.* 114 *sqq.*

P. 882, *l.* 31 *et n.* f: contra omnes irruptionum (tribulationes) *(cf. p.* 875, *l.* 20; 887, *l.* 38*) proposuit B. Krusch l. c p.* 112 *sq.*

P. 884, *l.* 27: *Cf. Luc.* 9, 12: Dies autem coeperat declinare. *W. Levison.*

P. 886, *l.* 20 *sq.*: *Cf.* 1. *Cor.* 12, 26: . . . compatiuntur omnia membra; . . . congaudent omnia membra. *W. Levison*

l. 30: *Cf. Ioh.* 19, 35: Et qui vidit, testimonium perhibuit. *W. Levison.*

l. 33 *sq.*: *Cf. Sulp. Sev. V. Mart. c.* 1, 8: Simul et legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium. *W. Levison.*

P. 887, *l.* 10: *Cf. Reg. s. Benedicti c.* 4: Ecce haec sunt instrumenta artis spiritalis. *W. Levison.*

P. 889, *l.* 27: induto *cum Gelenio et omnibus codicibus Vitae interpolatae legendum esse (pro* indutus*) censet Krusch l. c. p.* 113.

l. 35 *et n.* q: aetatem *post* autem *supplet Krusch l. c. p.* 113.

P. 890, *l.* 8 *et n.* b: *lectionem Gelenii* si *(pro* sic*) tuetur Krusch l. c. p.* 113.

Ad Fundationem ecclesiae Hildensemensis.

P. 943, *l.* 5 *sqq.*, *p.* 944, *l.* 2 *sqq.*, *p.* 945, *l.* 17 *sqq.*, *p.* 946, *l.* 5 *sqq.*: *Cf. nunc etiam W. Effmann, 'Zur Baugeschichte des Hildesheimer Doms vom* 9. *bis zum* 12. *Jahrhundert. Aus dem Nachlaß des Verfassers herausgegeben und mit einem Anhang über die ursprüngliche Gestalt der Westanlage von St. Michael in Hildesheim versehen von Alois Fuchs', Hildesheim et Leipzig* 1933 *('Der Hildesheimer Dom, seine Geschichte und seine Kunstschätze. Herausgegeben vom Domkapitel' I).*

P. 954 *sqq.*: *Ad Translationem s. Alexandri in monasterium Hallense Novi Operis et tractatum qui intitulatur Denotatio reliquiarum etc. cf. etiam Ina Friedlaender, 'Die Bedeutung eines Magdeburger Reliquienkultes für die Geschichte Ottos I', in 'Sachsen und Anhalt'* 8 *(*1932*), p.* 130 *sqq.*

AD PARTIS II. FASCICVLVM 2.

Ad Translationem et Miracula sanctorum Senesii et Theopontii.

Varia lectio e codice B_1 *(Vindob. pal. lat.* 743*) enotata hoc modo emendanda vel supplenda est, adiunctis nonnullis lectionibus ex C secundum apographum per Lotharium de Heinemann confectum:*

P. 986, *l.* 26 d: deuecta cœnobium ducta B_1.
29 c. b: igitur incarnationis xpycti B_1.
P. 987, *l.* 3: contulit *linea perducta delet. et in marg.* tradere studuit *suppl.* B_1.
6: cansano *corr.* caniano B_1.
7 a: martyram *om.* B_1 *(etiam* B_2*).*
10 d: Hunoram B_1 *(etiam* B_2*, C).*
17 p: Rôdolfum *(non* Rudolfum*)* B_1.
23 a: Rôdolfus *pro* monachus *(non* Rudolfus monachus*)* B_1.
24: tristicia per tres dies B_1.
38 b: sancta B_1 *(etiam C).*
38 c: optatum *(non* oblatum*)* B_1.
P. 988, *l.* 1 a: erat *exstat* B_1.
5: in *om.* B_1. *C.*
7 d: Deo *exstat* B_1.
7: flumi | minis B_1.
9 b: Rôdolfus *(non* Rudolfus*)* B_1 *(etiam* B_2*).*
16: reverentissima B_1.
P. 988, *l.* 32 t: miliaribus B_1 *(etiam C).*
32 u: Nonantula *(non corr.)* B_1.
34 v: opitulante gratia clementia, gratia *del.,* B_1 *(non C).*
42: Nonantulensium. B_1. *C.*
42 a: patebatur *(non* patebatur*)* B_1.
P. 989, *l.* 10: Nonantulensium B_1. *C.*
14 i: ibant *corr.* adibant, ad *versu incunte in margine suppl.,* B_1 *(cf. C).*
23 o: Teuzo *(non* Touho*)* B_1.
27 p: venerantur B_1 *(etiam* B_2*, C).*
35: ut *de corr.* unde B_1.
36 a: populo B_1 *(etiam* B_2*).*
36 i: Otricus *(non* Otricus*)* B_1.
40: pecpit *sup. lineam suppl.* B_1.
43 v: exoritur omnium B_1 *(etiam* B_2*. C).*
P. 990, *l.* 1: notum *(pro* notum*)* B_1. *C (etiam Ughelli* V^3, 494: votum*), quod in tertio collocandum erat.*

P. 990, *l.* 5[d]: ea, e *ex* a *corr.* B_1.
8[e]: Pontianum B_1 *(etiam* B_2*; cf. C).*
33[g]: summa cum devotione B_1. B_2.
P. 991, *l.* 5[d]: Rôdolfi *(non* Rudolfi*)* B_1 *(etiam* B_2*).*
11[i]: terram *(non* terra*)* B_1.
19[g]: atque *(non* et*)* B_1.

P. 991, *l.* 34[z]: Rôdolfo *(non* Rudolfo*)* B_1.
36[γ]: Nonantulensis, -o- *corr. ex* -a-, B_1.
P. 992, *l.* 19[e]: Rôdolfus *(non* Rudolfus*)* B_1.
43[p]: celebratur *corr.* celebrantur B_1 *(etiam C).*
45[r]: regente B_1 *(etiam* B_2*).*

H. KAUFFMANN.

P. 992, *l.* 31: laeti *pro* beati *proposuit G. Lachr b. m.*

Ad Vitam et Miracula sancti Bononii abbatis Locediensis.

P. 1023, *l.* 26*sqq.*: *Codicem Rom. Vat. Barb.* 586 *etiam A. Testi Rasponi (*'*Note marginali al L. P. di Agnello: Le Leggende dei Monastero di Santo Stefano di Bologna', in 'Atti e Memorie della R. Dep. di storia patria per le provincie di Romagna', ser. IV, vol. I, Bologna* 1911, *p.* 397—464, *v. ib. p.* 400 *sq.), cuius dissertationem indicavit B. de Gaiffier, Anal. Boll.* 48, 1930, *p.* 411 *sq., saeculo XI—XII (sed magis XII) attribuit. Codicem ex monasterio quodam provinciae Ravennatis provenire Testi Rasponi existimat.*

P. 1024, *l.* 3—7: *De codice Bononiensi Lat.* 1473 *v. etiam Testi Rasponi l. c. p.* 402 *et* 431 *sqq. et ib. vol. II* (1912), *p.* 206—223; *A. Poncelet, Anal. Boll.* 42, 1924, *p.* 333—338.

l. 18 *et n.* 4 *et l.* 28 *et n.* 5: *Testi Rasponi p.* 402 *et* 436 *codices Vercellenses XLV (87) et XXXIV (198) saeculo XIV. attribuit.*

post l. 30 *adde: Apographum textus codicum* 4 *et* 5 *saec. XVIII. confectum servatur inter collectanea Prosperi Lambertini (cf. p.* 1025, *l.* 2*) in codice Bononiensi bibl. univ. Lat.* 1071 *(vol. X (usc.* 53*); cf. A. Poncelet, Anal. Boll.* 42, *p.* 331 *sq.*

6) *Codex Paduanus bibliothecae universitatis* 1622, *chartaceus, fol.* 323 *in* 4*to min., saec. XV. ex., quem a B. de Gaiffier l. c. p.* 412 *indicatum nobis petentibus contulit P. Kehr v. cl. Qui codex,* Passiones Sanctorum *signatus, totus una eademque manu scriptus, in fronte his hunc titulum praebet:* Aliqua pars sanc[tu]arii Dñi Ioannis Beleth ex liberaria sanctorum apostolorum Petri et Pauli (Romę *add. altero loco). Insunt f.* 86′: Prologus in vita sancti Bononii abbatis (Augusti 30); *f.* 86′—87′: Incipit vita eiusdem sancti Bononii abbatis; *f.* 86′: Prologus in miraculis supradicti sancti Bononii; *f.* 87′—89′: *Miracula eiusdem, speciali titulo non praemisso. Cuius codicis variam lectionem, quia solus omnium codicum, quotquot innotuerunt, omnes textus partes, et Vitam cum Prologo et Miracula itidem cum prologo, continet neque ex alio codice nobis noto descriptus est, quamquam in universum non magni pretii, uno tamen loco (p.* 1033, *l.* 18[o]*) certo ceteris praestantem, hic enotavimus, orthographicis semper fere praetermissis:*

P. 1026, *l.* 1/2[a]: *om.*
2[b]: Prologus in vita sancti Bononii abbatis (Augusti 30) *minio.*
6: quanto *corr.* in quantum. — ac *om.*
8: scripturae *om.*
9: pfectos. — misterii.
12: a *pro* ac.
15: Bononii.
16: ab *om.*
20: de *om.* — scribendo.
22: precantium.
23[a]: Incipit vita eiusdem sancti Bononii abbatis.
24: sub monastico se praetextu.
26[k]: quod.
27: sapientes.
31: vir *om.*
35: hominibus adhuc.
P. 1027, *l.* 10: diruptarum.
11[p]: condidit *om.*
13[r]: transibat.
15: sicut. — pducebat.
17: inenarrabili. — ᵛiam *om.*
22: commoto maris.
23[o]: egressi.
24[d]: miserante.
25: eius *om.*
25/26: Dominus ibi.
26[f]: novo *pro* novo.
27: priscam *pro* pristinam.
28: ministravit *pro* monstravit.
31: inventionis *pro* invectionis. — populis.
35: ab *pro* ad. — ᵒsuper.
P. 1028, *l.* 1: superposito.
5/6: Babilionorum.
8[g]: quos *om.*
